

20100
A
4
84

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35

17 to 3-1



1
5-19

R. 1003
ANNALES
ECCLESIASTICI

AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO

E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI

TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO

UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI

Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo
Græco-Romana munitur.

Additur præterea Dissertatio Hypatica ejusdem PAGII; & Epistola consularis Henrici CARD. NORISII.
In hac vero editione Fasti Consulares ab A. U. C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, suppletur,
& castigantur.

Accedunt animadversiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.


Tomus Decimusnonus.



LUCÆ

Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXLVI.

De Superiorum Licentia.





ANNALES ECCLESIASTICI

JESU CHRISTI
ANNUS
1147.

EUGENII PAP. III.
ANNUS
3.

CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

I.
Legati
duo de-
cernun-
tur pro
expedi-
tione in
terram S.



ANNUS incipit Redempto-
ris millesimus centesimus
quadragesimus septimus,
Indictione decima, quo
ab Eugenio Papa duo e-
latere decernuntur Lega-
ti S. R. E. Cardinales pro
expeditione in Terram sanctam, alter
qui proficisceretur cum Ludovico Fran-
corum Rege, & iste fuit Guido Floren-
tinus presbyter Cardinalis tituli sancti
Chrysogoni; alter vero, qui in Conra-
di Regis exercitu eo munere fungere-
tur, isteque fuit Theodinus Cardinalis
Episcopus Portuensis. Hæc hujus tempo-
ris scriptor Willelmus Tyrius Archiepi-
scopus.

Porro Conradus Rex Romanorum in-
dicto generali conventu ad mensẽ Fe-
bruarium, ibi cum suis militiæ tesseram
crucem accepit. De his autem unus ex
illis cruce signatus (a) Otto Frisingen-
sis ita scribit: *Post hæc Princeps Bajo-*
Ann. Eccl. Tom. XIX.

(a) Or. in
Erid. l. 1.
c. 40.

ariam ingreditur, ibique mense Februa-
rio generalem Curiam celebravit, ducens
secum vice Claravallensis Abbatis Ebo-
racensem Abbatem Adam, virum religio-
sum & honeste eruditum. Qui Missarum
solemnia ex more celebrans, invocataque
sancti spiritus grata, ambonem ascendit,
ac lectis Apostolica Sedis & Claraval-
lensis Abbatis litteris, brevi exhortatio-
ne facta, pene omnibus qui aderant, præ-
fatam militiam profiteri persuasit. Ne-
que enim persuasibilibus humana sapien-
tia verbis, vel artificiosa, juxta præ-
cepta Rhetorum oratione, circumtus infu-
natione egebat, cunctis qui aderant,
ex priori rumore excitatis, ad accipien-
dam crucem ultro accurrentibus. Accepe-
re eadem hora crucem tres Episcopi, vi-
delicet Henricus Ratisponensis, Otto Fri-
singensis, Reginbertus Potaviensis, &
Dux Noricorum Henricus frater Regis,
de ordineque Comitum, nobilium, viro-
rum illustrium innumerabiles. Tanta e-
ram,

Conradus
Rex Rom.
cum suis
Crucem
accepit.

PAGIUS
SÆC.
XII.
An. Eræ
Hisp.
MCLX-
XXV.
An. He-
gira
DXLII.
inchoato
die 2. Ju-
nii fer. 2.
An. C.
1147.
I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6640.

⊙ 8. E. ⊃ 8. P. 20. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 1147.

EUGENII III. PAPÆ 3.

CONRADI III. REG. 10.

MANUELIS COMNENI IMP. 5.

Num. I. ad V. Odo de Diogilo libros VII.
publicavit de professione Ludovici VII.
Francorum Regis in Orientem, a Chiffletio edi-
tos, ex quibus quæ ad præsentem annum per-
tinent, prætermisissis nostro instituto non ne-

cessariis referemus. Ludovicus Rex, ut narrat Ludovic.
Odo sub finem libelli I. omnes ad Circumde- Rex cura
derunt me (idest, ad Dominicam Septuagesimæ, Regni in
quæ hoc anno in diem XVI. mensis Februarii sua ab-
incidit) Stampas vocat, ut pariter eligerent, sentia
quod pariter tolerarent: Congregato Episcopo-
rum & Nobilium magno numero, Sanctus Bern-
ardus de Alemannia redux præsentiam suam
obtulit, & concionem habuit. Intersuere qui
dicerent Græcos fraudulentos esse, sed Rex
fraudes non timuit. Prælati Ecclesiæ & Re-
gni Optimates juxta facultatem sibi a Rege fa-
ctam elegere Sugerium Abbatem Sancti Diony-
sii, & Guillelmum Nivernensem Comitem hu-
jus nominis II. ad Regnum in Regis absentia
regendum. Sed Guillelmus se Cartosa devoce-
rat: quod cito post effectum mancipavit. Post
discessum Regis ab Ecclesia Sancti Dionysii,
ut refert Odo libello 2. Sugerio in Regni cu-
ra dedit socium Remensem Archiepiscopum.
(nem-

CHRISTI
1147.

EUGENII III. PAP.
3.

CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

CHRISTI
1147.

EUGENII III. PAP.
3.

CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

*nam, mirum dictu, prædonum & latro-
num advolabat multitudo, ut nullus sa-
ni capitis banc tam subitam, quam inso-
litam mutationem ex dextera Excelsi pro-
venire non cognosceret, cognoscendo, at-
tonita mente non stupefceret. Guelpho
quoque Henrici prioris Ducis frater de
nobilissimis regni Optimatibus, in ipsa
Nativitatis Dominicæ nocte, in propria
villa Bitengou eandem militiam cum mul-
tis professus fuerat. Sed & Dux Boemo-
rum Labeslaus & Styrensis Marchio Odo-
acer, & Carinthiæ illustris Comes Ber-
nardus non multo post cum multo suorum
comitatu cruces accepere. Et inferius (a):*

(a) Id. ib.
c. 42. 43.
II.

*Igitur non solum ex Romano Imperio,
sed etiam ex vicinis regnis, idest Occi-
dentale Francia, Anglia, Pannonia, in-
numeris populis ac nationibus hac expedi-
tionis fama ad sumendam crucem commo-
tis; repente sic totus pene Occidens siluit,
ut non solum bella movere, sed & arma
quempiam in publico portare, nefas ha-
beretur. Ita cruce signatis illis omnibus
(ut idem ait auctor) in Ascensione Do-
mini Conradus Rex iter Orientem versus
capeffit, quem multa infortunia secuta
sunt, quæ describuntur ab ipsius pere-
grinationis comite Ottone Episcopo (b)
Frisingensi. Pervenit Conradus post mul-
ta incommoda ad Constantinopolitanæ
urbi proximam regionem die ante Nati-
vitatem Dei Genitricis Mariæ. Porro to-
tum quod fuit reliquum hujus anni, &
partem sequentis, antequam appellerent
in Palæstinam, consumplerunt nostri in-
itinere multis molestiis afflicti. Dice-
mus de ipsorum adventu in Syriam an-
no sequenti.*

Profectio-
nis tem-
pus in
Terram S.

(b) Id. ib.
c. 45.

PAGIUS

*(nempe Samsonem), & Radulphus Comes
(nempe Veromanduorum) ne deesset gladius
secularis, tertius additus est. Indicitur dies in
Pentecosten profecturis, & civitas Metensis ad
Conventum habendum eligitur.*

II.
Ipse &
Conradus
Imp. in
Orientem
profici-
seuntur.

*Romanus Pontifex Eugenius venit, & Pascha
in Ecclesia B. Dionysii celebravit. Illo anno
in quarta feria Pentecostes editum accidit. Dum
a B. Dionysio vexillum & abeundi licentiam pe-
tuit (qui mos semper victoriosi Regibus fuit)
Rex planctum maximum excitavit. Postmodum
veniens, Papam & Abbatem, & Ecclesiæ Mo-
nachos invenit congregatos. Deinde sumpsit
vexillum desuper altari, & Peram & benedi-
ctionem a Summo Pontifice. Ait postea Odo
libello 2. Regem Metas venisse. Eum præces-
sit Conradus Imperator. Hic enim in Penteco-
sten, ille in Pascha processit; Ludovicus de
Beato Dionysio movit pedem, Conradus de
Ratispona. Perventum est Vormatiæ festo die
Apostolorum Petri & Pauli, nempe die XXIX.
Junii; per Hungariam diebus quindecim trans-
itum est, indeque occurrit in aditu Belgarie
Bellagrava Bogarenis, sic nuncupari solita. Con-
stantinopoli Ludovicus Rex festum Sancti Dio-
nysii cum Græcis celebravit. Indeque in Ro-
maniam post exercitum suum progressus est,
& Sol media sui parte defectionem passus est,
die Dominica, VII. Kalendas Novembris.*

*Detinuit aliquantisper Ludovicum Re-
gem in Gallia adventus Eugenii Papæ,
qui vitans Romanorum Arnaldistarum
jugem persecutionem, in Gallias se con-
ferendi more majorum consilium iniit.
Expectavit ipsum Ludovicus Parisiis, ex-
cepitque honorificentissime, sed quid tur-
barum acciderit, Acta Willelmi Abba-
tis ita significant: (c) Accidit deinde,
ut Eugenius Pontifex se se in Gallias con-
ferret, cumque Lutetiæ appropinquaret,
Ludovicus Rex & Parisiensis Episcopus
cum multa Cleri populique frequentia e-
obviam procedentes, illum honorifice ex-
ceperunt, atque ad beatissimam Mariam Vir-
ginis Ecclesiam cum ingenti gaudio de-
duxerunt. Paucis deinde elapsis diebus
voluit idem Pontifex in Ecclesia beatæ
Genovefæ mysteria divina peragere, quia
Apostolica dicebatur. Ubi eo ventum est,
orta est contentio inter summi Pontificis
& hujus Ecclesiæ Canonicorum ministros,
adeo ut ad pugnos res processerit, &
non solum Pontificis ministri, sed etiam
ipse Rex Ludovicus, qui illos compe-
scere voluit, a Canonicorum illorum famulis
verberatus sit. Tanta autem nefariæ rei
indignitate permotus Pontifex cum Lu-
dovico Rege tractavit de improborum
hominum insolentia digne castiganda. Vi-
sum est autem in eorum locum alios subro-
gare homines religiosos, nempe monachos
illos, quos Nigros vocant: neque tamen
Canonicos illos per vim suis Præbendis
sive sacerdotiis privare volebant (erant
enim inter eos non pauci nobiles & litte-
rati) sed permittere, ut illis, quoad vi-
verent, fruerentur. Verum ubi istud Pon-
tificis & Regis propositum ad aures Ab-
ba.*

III.
Eugenii
Pap. se
confert
in Gal-
lias.

(c) Apud
Sur. t. 2.
dic 6. Apr.

Canonicis
regulares
suffecti.

*Quam eclipsem illustrem fecit Basilica Sancti
Stephani Catalaunensis cum primario altari,
eo ipso die & hora ab Eugenio Papa III. ali-
isque tum Episcopis, tum Cardinalibus ritu so-
lemni consecrata, ut antiquæ ejusdem Ecclesiæ
tabulæ docent.*

*Interim Alemannorum exercitu (qui a Con-
stantinopoli Antiochiam versus brevi tempore per
Iconium, sed periculosissimum iter arripuerat)
Græcorum dolis, Turcorumque armis pene con-
fecto, eorum Imperator Conradus triginta mil-
libus militum suorum amissis, venit ad Regem
Ludovicum, opem ab eo & solatium quæsitu-
rus: & cum eo ad Lacum Nicanum apud cas-
trum Lupar colloquium habuit sub initium No-
vembris. Post festum Sancti Martini Rex ad
castrum Esseron venit; hinc Demetriam; tum
denique Ephesum. Smyrna & Pergamo ad si-
nistram relictis. Hinc itum Laodicæam, unde
in montana educus Francorum exercitus, Tur-
corum pariter & Græcorum circumseptus in-
sidiis, mense Januario sequentis Christi anni
magnam partem disperit. Hæc summarie ex-
cerpta ex sex prioribus Odonis libellis.*

III.
Utriusque
itinerari-
um.

*Nunc Odo ex aliis Historicis supplendus.
Guillelmus secundus Comes Nivernenis, Prin-
ceps pius & religiosus his verbis laudatur ab
Hugone Monacho Autisiodorensi in Chronic.
Anno MCLVII. Guillelmus Nivernenis Comes,
reli-*

IV.

*batis S. Victoris perlatum est: Pontifici
& Regi valde supplices preces ille obtu-
lit, ut Ordinis sancti Augustini professores
in eam Ecclesiam introducerentur; mul-
tisque ostendit rationibus, contumaces il-
los facilius ad horum vitam regularem,
quam ad monachorum habitum & consue-
tudinem traductum iri. Pontifex & Rex
his auditis, cum jam exploratam haberent
bonam famam illius Abbatis & Fratrum
ejus, eorumque institutum præ multis aliis
predicari non nescirent; domum quoque
S. Victoris suavem eximie charitatis de
se odorem spargere: Abbatis precibus
assensere. Atque die sequenti electus
est in Abbatem Odo Prior homo sanctæ
conversacionis, atque totius religionis
amator indefatigabilis, adjunctique sunt
ei duodecim Canonici viri probi & bonæ
æstimationis, qui in Ecclesia sanctæ Ge-
novesæ commorarentur. Atque ex eo tem-
pore in præsens isthic Canonicorum sancti
Augustini institutum in ea Ecclesia con-
servatur ex privilegio Pontificis Euge-
ni, & Regis Christianissimi Ludovici.
Hucusque de his ibi.*

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS
II. Comes
Nivernen-
sis sit
Cartusianus.

V.
Eugenius
PP. hoc
anno in
Franc.
venit.

*reliquo sæculi Principatu & omni honore calca-
to, Cartusiam petit, ibique Deo in humillima
paupertate conversans, infra annum conversio-
nis suæ felicem terminat cursum vita. Ei suc-
cessit Guillelmus hujus nominis III. filius ejus,
qui cum Renaldo fratre Hierosolymitanum iter
cum Ludovico Rege Francorum & Duce Aqui-
tanorum arripuit, inquit Anonymus, qui scri-
psit Originem & Historiam brevem Nivernen-
sium Comitum, recitatam a Labbeo Tom. I. Bi-
blioth. pag. 399.*

*Baronius num. III. & seq. verba facit de
adventu Eugenii III. in Galliam, ad quem
referenda, quæ habet Chronicon Divionense
Tom. I. Biblioth. Labbei relatum; MCXLVII.
Eugenius Papa & Ludovicus Rex Dominica me-
dia Quadragesima fuerunt pariter Divioni, &
in crastino, secunda videlicet feria, consecrata
est Ecclesia Divionensis ab eodem Papa. Baro-
nius ibidem ait, Ludovicum Regem eum Pa-
risiis expectasse & excepisse, innixus Vita S.
Willelmi Abbatis Rotchildensis in Dania, a
Suriis ad diem VI. April. relata. At præter-
quamquod eandem Suriis, ut ipsemet fate-
tur, interpolavit, seu plerumque phrasim mu-
tavit, discipulus hujus Sancti Abbatis, qui ean-
dem conscripsit, minus distinctam rerum quas
in Gallia gessit cognitionem habuit. In Actis
Sanctorum Bollandianis ad diem sextam Apri-
lis stylo primogenio ea exhibetur, & cap. I.*

*At nec prætereundum ejusdem Eugenii
Papæ judicium in causa Prioratus S. Ge-
novesæ, cum paulo post decedente Odo-
ne Abbate, *Garinus Prior in Abbatem *al. Gua-
electus est. Cum vero qui electus erat, rinus.
vellet in Abbatia illa, quæ regia dice-
batur, regio assensu firmari: obnitenti-
bus aliis, & præsertim Vuillelmo, qui
postea Abbas Roschildensis in Dania crea-
tus mira claruit sanctitate: ex ejusdem A-
ctis (a) ab ejus discipulo scriptis, quid (a) Extant
judicaverit coram Rege Papa Eugenius, apud Sur.
hic narrandum: Abbate Odone e vita de- t. 2. die 6.
cedente, Garinus ejus monasterii Prior April.
Abbas creatur: erat enim vir doctus & Quid Euge-
probus, & in rebus agendis providus & gen. Pap.
circumspectus. Ille modis omnibus Prio- judicaverit
rem volebat instituire quemdam de Fra- in ca-
tribus, nec alii Fratres abhorrebant. usa regiæ
At ille jam eligendus reclamabat, dicens, abbatia.
in regia Abbatia merito per Regem de-
bere constitui officiales (sic enim vocant
eos qui ejusmodi functionibus præpositi
sunt.) Ea res male habuit Fratres, di-
xeruntque illi: Si vis ex nostro institu-
to Prioratum suscipere, nos non refraga-
to Prioratum suscipere, nos non refraga-*

A 2

*num. X. de adventu Papæ Parisios dicitur:
Secessit in partes Gallia, cui Parisius appropin-
quanti Rex Ludovicus & Episcopus ejusdem ci-
vitatatis, cum multitudine Clericorum & laico-
rum occurrunt. [1] Verum paulo post ille Ano-
nymus dupliciter errat, ut me Parisiis agen-
tem monuit Vir Cl. Claudius du Molinet Ca-
nonicus Regularis Monasterii Parisiensis Sanctæ
Genovesæ. Nam ibidem num. XII. ait, apud
Regem & Pontificem adhuc Parisiis agentes
actum fuisse de Canonicis Regularibus ad San-
ctæ Genovesæ Ecclesiam introducendis. Secun-
do, id factum fuisse ad instantissimas preces
Odonis Abbatis Sancti Victoris Parisiensis; cum
tamen id contigerit anno sequenti, & Rege
jam e Gallia absente.*

*Ipsamet enim Eugenius in Epistola ad Suge-
rium Abbatem data, quæ est XXVII. inter Epi-
stolas Sugerii Tom. IV. Duchesnii, ait: In-
de est, sicut tua novit dilectio, quod cum cha-
rissimo filio nostro Ludovico Francorum Rege con-
tulimus (hoc anno) ut in Ecclesia S. Genovesæ
religiosos Fratres ad Dei servitium poneremus.
Quod brevitate temporis prohibente, secundum
ipsum & nostrum propositum, nequidquam effe-
ctui mancipare. Verum quia vices Regias in
Galliarum partibus dinosceris exercere &c. Per
tua presentia tibi scripta mandamus, quatenus
Priorem Abbatis villa in Abbatem liberum & ab-
solutum ibi statuere, & octo Fratres Ecclesia
San-*

IV.

(a) Extant
apud Sur.
t. 2. die 6.
April.

Quid Euge-
gen. Pap.
judicaverit
in ca-
usa regiæ
abbatia.

VI.
Reformatio
in Ec-
clesiam
Parisien-
sem S.
Genovesæ
inducta.

NOTE [1] Eugenius Parisiis substitit usque ad quartam feriam pentecoste id est usque ad diem
XI. junii. Tum Meldas transiit. Narrat hæc Henricus monachus in sua ad Wibal-
dum abbatem Corbejensem epistola, quæ inter Wibaldianas est XXV. In ea vero scribit perve-
nisse se ad S. Dionysium feria tertia Pentecoste, tunc autem prohibitum fuisse ne statim Pa-
pam adiret, propter tumultum maximum qui in exitu domini regis circa dominum papam
aderat. Ex his discimus Ludovicum & Eugenium diuturniorem consuetudinem simul Parisiis ha-
buisse. Ludovicum vero in sacram expeditionem ea die perrexisse. Ex ea Urbe movens Eue-
genius transiit Altiisiodorum ut & Pagius notat; sed longe ante quam idem pagius definiat eo
transierat, cum ibidem die III. id. julii hujus anni signaret bullam pro monasterio Petrishu-
seni in diocesi Constantiensi, quam bullam recitat Lunig in Spicileg. ubi de Diplomatus
Augusti Cœnobii pag. 405. MANSI

CHRISTI
1147.

EUGENII III. PAP.
3.

CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

bimur: si vero transgredi vis terminos, quos posuerunt patres nostri: nunquam eo pertinges. Ille in sententia mansit pertinax: estque in Regis palatio ab ipso Rege, Ordinis constitutiones ignorante, factus Prior. Cum autem vellet, pul-

sata campana convocare Fratres ad mensam; valde id moleste tulere Fratres. Nec ferre potuit tantam insolentiam vir Dei Vuillelmus, sed zelo Dei, Ordinis, & justitiæ accensus, illum a campana pulsanda removit. Superioremque adhibuit. Eo

PAGIUS Sancti Martini de Campis ejus societati studeas deputare. Quibus ex verbis liquet primo reformationem in Ecclesiam Sanctæ Genovefæ, quæ semper fuerat Canonorum Sæcularium, anno tantum sequenti Sugerio jam Regni administratore, inductam esse. Secundo, id factum non esse ad preces Abbatis Sancti Victoris Parisiensis, qui erat Ordinis Canonorum Regularium, sed juxta jussionem Papæ & Regis Eugenii literæ datæ Linconis III. Kalend. Maii, ubi ideo Eugenius III. eo die in Italiam pergens versabatur. Eodem die & in eadem urbe idem Pontifex scripsit Epistolam XXVIII. Canonis Sanctæ Genovefæ, inter Sugerianas, qua mandat ut honeste recipiant Fratres Sancti Martini de Campis ad eos a Sugerio se mandante mittendos.

VII. Denique Sugerius dedit ad Eugenium Papam Epistolam XL. ex qua apparet Canonicos Sanctæ Genovefianos Eugenii III. voluntati acquiescentes, aut saltem acquiescere simulantes eum convenisse, & hoc solummodo rogasse, ut si placeret Regulares viros in Ecclesia Sanctæ Genovefæ excipi, & San-Victorinos Canonicos juberet admitti, cum quibus tolerabilior esse posset conversatio propter Institutum cognationem, quam cum Monachis Benedictinis cum quibus nulla ipsis erat, aut esse poterat communis agendi ratio. Quibus rationibus pensatis, aliisque ab ipsis productis Eugenius III. mandat Sugerio, ut Canonicos Regulares Sancti Victoris, non vero Monachos introducat. Ea Eugenii III. ad Sugerium Epistola inter Sugerianas ordine est XXXII. data Vercellis XVI. Kal. Julii sequenti etiam Christi anno. Ad eam respondet Sugerius dicta Epistola XL. se magna cura executum esse quod sibi præceperat, Priorem Sancti Victoris in Festo Sancti Bartholomæi ad Ecclesiam Sanctæ Genovefæ cum duodecim Canonicis Regularibus solemniter induxisse, & eadem die Abbatem benedicti curasse. Quare hæc reformatio, literæque laudatæ ad annum sequentem revocandæ. Hoc Sugerii factum valde placuit Divo Bernardo, qui Epistola sua novo ordine CCCLXIX. gratulatus est Sugerio de ea reformatione feliciter instituta, & Epistola CCCLXX. ad eundem Ecclesiam de Monte scilicet Sanctæ Genovefæ in monte positam & Odonem novum Abbatem commendat.

VIII. Eugenium III. hoc anno, non vero superiori, ut male aliqui Historici & Critici tradidere, in Galliam venisse testantur Joannes de Ceccano in Chron. & Anonymus Cassinensis, qui anno MCXLVI. qui nobis est MCXLVII. inquit: Idem Papa Burgundiam ingressus a Ludovico Rege Francorum apud Divionem honorifice susceptus est, cum quo Pascha apud Parisius celebravit, ejusque tutela regno Francorum dimisso (idest, commendato) idem Rex cum magno exercitu Hierosolymam perrexit. Quo etiam anno Conradus Rex secundus Alamannia cum ingenti exercitu per Ungariam Hierosolymam, profecturus Constantinopolim devenit, ibique Ludovico sociatus, & ab Imperatore Emanuele cognato suo honorifice suscepti per Iconium desertum ingressi sunt, & quam plures de

exercitu fame perierunt; alii a Turcis occisi sunt. Sol obscuratus est IV. Kal. Novemb. (legendum, VII. Kal. Novemb. isque error Librariis vel Exscriptoribus attribuendus.) Eugenius Papa Antistodorum veniens Monasterium Sancti Mauri sub obedientia Monasterii Casinensis munere confirmavit, Abbate prius ab obedientia Episcopi Andegavensis soluto. Indeque Treverim veniens ab Archiepiscopis & Proceribus Alamannia honorifice susceptus est.

IX. Ubi in Burgundia Pontifex fuit, Cluniacum inivit & Privilegium dedit Abbatæ Bonævalis quo eam sub patrocinio Sancti Petri posuit, & exemptionem a decimis confirmavit. Datum Cluniaci per manum Guidonis S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarii VII. Kalend. April. indict. X. Incarnat. Dom. anno MCXLVII. Pontific. vero Domini Eugenii III. Papa, anno tertio. Recitatur illud a Manrico hoc anno cap. XV. Inde Divionem profectus est, ibique a Rege exceptus, uti jam diximus; Divione Antistodorum venit, ut paulo post ostendimus, & Antistodoro Parisios, ubi Pascha cum Rege celebravit. Meldis versabatur VI. Kalendas Julii, ut discimus ex Ejus Epistola ad Stephanum Angliæ Regem data, & Tom. X. Concil. pag. 1070. relata, indeque nondum discesserat III. Kalendas Julii, quo die Theobaldo Cantuariensi Archiepiscopo festivitatem Sancti Lucae anni sequentis præfixit, ut dirimeret controversiam, quæ inter eum & Bernardum Episcopum Sancti Davidis de jure Metropolitico erat, literæ ea de re ab Eugenio III. datæ referuntur Tom. X. Concil. pag. 1048. Meldis Antistodorum iterum venit, ut demonstrat Charta ab eo emissa & in Biblioth. Cluniac. pag. 1411. recitata, cujus hæc est clausula: Dat. Antistodori per manum Guidonis S. R. E. Diac. Card. & Cancell. VIII. Kal. Septemb. indict. X. Incarnat. Dom. anno MCXLVII. Pontific. Domini Eugenii III. Papa anno tertio.

X. Antistodoro primum Cistercium venit. Manricus quidem semel tantum eum Cistercii fuisse scribit, nec alii ab eo dissentiunt, eamque professionem cum anno sequenti, quo certum est illud perrexisse, connectit; verum hoc etiam anno Eugenium Cistercium invisisse demonstrat Diploma ab eo XV. Kal. Octob. concessum Monasterio Yergnæ, postea Fiterium translato (sicut illud in Navarra & Castellæ confinio); die enim illo, sequenti anno Eugenius in Gallia amplius non versabatur. Diploma illud a Cardinalibus octo subscriptum, & ab Oihenarto in Notitia utriusque Vasconie lib. 1. cap. 3. recitatum dicitur Datum apud Cistercium per manum Hugonis Presbyteri Cardinalis agentis vicem Domini Guidonis S. R. E. Diac. Cardin. & Cancellarii XV. Kal. Octob. indict. X. Incarnat. Domini anno MCXLVII. Pontificatus vero Domini Eugenii Papa III. anno III. Sed loco, indict. X. quæ hoc anno cum mense Augusto absolvitur, legendum, indict. XI. ut tam annus Christi, quam annus Pontificatus Eugenii manifestum faciunt. Cistercio Antistodorum rediit, ibique scripsit Epistolam ordine XII. Tom. X. Concil. pag. 1058. relata, & Sugerio Abbati inscriptam, in qua ait, se locum

IX. Ejus itinerarium.

X. Eiusdem itinerarii continuatio.

V.

Eo nomine accusatus apud Abbatem, tamquam qui manum violentam injecisset in Priorem, publicam jussus est agere penitentiam: nec id facere recusavit, licet palam testaretur, se nulla eum affecisse injuria, atque ab officio Prioris non Priorem abegisse, sed instituti prævaricatorem. Displicuit autem Fratribus ea Abbatis in Vuillelmum prolata sententia; remque totam summo Pontifici, qui apud Senonas tunc erat, indicarunt. Pontifex vero cum instituti prævaricatione, cum Vuillelmi injusta damnatione non leviter commotus, Abbati S. Genovefæ mandavit, ut citra moram una cum Vuillelmo ad ipsum ascenderet. Paruit ille, veniensque ad Pontificem, temeritatis & immoderationis arguitur. Porro Vuillelmus ab ejus sententia absolvitur. Mandatque Pontifex severissime, ne deinceps officiales contra Ordinis instituta eligantur. Hæc ibi. Sed prosequamur reliqua de professione Francorum exercitus in Orientem.

His peractis (inquit Sugerius in vita Ludovici Regis) ipse Rex Francorum Ludovicus hebdomada secunda post festum Pentecostes peregrinationem aggressus, infinitis & expeditis suorum militibus per Hungariam profectus, transito Bosphoro occursum Conradi excipitur, &c. Habes plures qui ista scribunt, Nicetam Græcum auctorem, Willelmum Tyrium de bello sacro, & Sugerium Abbatem S. Dionysii, in vita Ludovici Regis Francorum copiose ista tractantem.

De tempore professionis. Verum corrigendi sunt errores, qui in notas temporis irrepererunt, statuendumque certus annus horum professionis, petendaque veritas ab Auctoribus, qui interfuerunt. Ipse namque Sugerius Abbas sancti Dionysii, qui proficiscente Rege, regni ipsius relictus est administrator, dum exacte cuncta describit, hæc de professione ipsius Regis ait: Anno igitur ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo septimo, in hebdo-

PAGIUS ad celebrandum Concilium jam designasse. Ubi loquitur de Concilio Remensi, quod constat die XXII. mensis Martii habitum fuisse. Ea Epistola ab Eugenio scripta Antistodori II. Nonas Octob. Ex quo valde confutatur eorum error, qui Concilium Remense præsentem anno affigunt.

XI. Antistodoro Catalaunum profectus est, ut patet ex dictis num. II. indeque ad civitatem Viridunensem. Monachus enim Anonymus Sancti Vitoni Viridunensis in Continuatione Hist. Viridunensium Episc. scriptæ a Laurentio Leodiensi Tom. XII. Dacheriani Spicilegii, ait: Anno Incarnat. Dom. MCXLVII. quo expeditio Christianorum contra Paganos a toto Romano imperio processit, &c. Dominus Papa Eugenius in Franciam venit (errant itaque, qui hanc professionem in annum præcedentem retraxerunt), & ad consecrandum B. Virginis principalem Ecclesiam, a Domino Prasule Viridunensi Alberone nomine multa prece evocatus. Subdit

mada secunda post festum Pentecostes, prius ordinatis rebus, ad iter peregrinationis tantæ necessariis, venit Rex, ut moris est, ad Ecclesiam S. Dionysii, a Martyribus licentiam accepturus, & ibi post celebrationem Missarum baculum peregrinationis, & vexillum B. Dionysii, quod Oriflambe, Gallice dicitur, valde reverenter accepit, sicut moris est antiquorum Regum, quando debent ad bella procedere, vel votum peregrinationis adimplere. Et tunc movit directe cum magno comitatu Prelatorum & Baronum, &c. Hæc de tempore Sugerius. Dodechinus, qui in navali expeditione, & ipse unus ex illis fuit, hoc eodem anno professionem contigisse testatur. Id ipsum auctor in Appendice ad Lambertum, itemdem Robertus de Monte disertis verbis in Appendice ad Siebertum. Id ipsum quoque colligit ex Ottone Frisingensi, qui & ipse cum Imperatore profectus est Hierosolymam.

Ex quibus omnibus atque aliis tu corrigas errorem illapsum in (a) Willelmum Tyrium, dum cladem, quam accepit hoc anno Imperator a Soldano Iconii prodicione Græcorum, contigisse asserit anno superiori, millesimo centesimo quadragesimo sexto. Sumptus videtur error ex Sugerii loco corrupto, dum eadem clades illata eodem anno in codice depravato contigisse legitur: quem auctorem Tyrius legisse nofcitur. Hæc de his quæ ad tempus spectant: cætera si cupis, eundem Sugerium consule, atque Willelmum, itemque Nicetam, cujus firmissima constat auctoritate, ne quis a Latinis æmulationis gratia commentum existimet, Conradi Imperatoris exercitum dolo Græcorum, arte Pelasga, Manuele id agente Constantinopolitano Imperatore, a Turcis fractum, pessumdatum, ac perditum. Accipe tu Lector Nicetæ verba: Breviter ut dicam, nullum mali genus fuit,

VI. (a) Willelmus Tyr. l. 16. c. 22. in fin.

De prodicione Græcorum.

postea Eugenium Papam Nonis Novembris eam urbem ingressum, quinto Idus ejusdem mensis solemniter transfuisse corpus Sancti Vitoni. Ad num. V. & seq. Guillelmus Tyrius lib. XVI. cap. XIX. & seqq. narrat, Ludovicum Regem & Conradum Imperatorem an. MCXLVI. mense Majo Hierosolymitanam expeditionem suscepisse, viæque se dedisse, & dum Conradus in Licaoniam, cujus Metropolis est, Iconium pertransiret, congregata maxima Turcorum multitudine, Soldanum Iconiensem conturbasse legiones, & in eas irruisse. Evast tamen, inquit Tyrius, D. Imp. cum paucis ex Principibus suis; & cum residuo suorum, licet cum difficultate nimia post dies aliquot in partes Nicæ se contulit. Subdit Tyrius: Accidit anno ab Incarnat. Domini MCXLVI. mense Novembri. Verum discessum Ludovici Regis & Conradi Imperatoris ex Occidente, & cladem Iconiensem ad præsentem annum pertinere demonstravit Baronius, & ex iis, quæ jam di-

XII. Crucifigati a Turcis male habitati.

xi-

CHRISTI
1147.

EUGENII III. PAP.
3.

CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

CHRISTI
1147.

EUGENII III. PAP.
3.

CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

fuit, quod Imperator non vel ipse in eos machinaretur, vel aliis machinandi auctor esset; nempe ut calcem farinae Graeci miserent, ut scilicet eorum posteris perpetuis monumentis ab adiuvandis Romanis detererentur. Idem & Turci imitati sunt, Manuelis litteris ad bellum Alemaniis faciendum concitati. In quorum manus prodicione ductorum nescientes trucidandi sunt traditi. Hæc de rebus Orientalibus summatim fat dixisse.

VII. Hæresis Gilierti defertur ad Apoff. Sedem. (a) Ot. Fr. in Frid. l. 1. c. 46. 47. Eodem anno ad iudicium Pontificum defertur hæresis Gilierti Episcopi Pictaviensis, de quo ista habet (a) Otto Frisingensis: Fuit illis in diebus in Aquitania Gallie civitate Pictavis, Episcopus Giliertus nomine: hic ex eadem civitate oriundus, ab adolescentia usque ad ultimam senectutem in diversis Gallie locis philosophiæ studium colens, re & nomine magistri officium administrat; noviterque ante hos dies ad culmen pontificale in præfata civitate sublimatus fuerat, consuetus ex ingenii subtilis magnitudine ac rationum acumine, multa præter communem hominum morem dicere. Is igitur cum quadam vice conventum de sua diœcesi clericorum magnum celebrans, sermoni, quem forte gratia exhortandi habebat, quedam de fide sanctæ Trinitatis interfereret a duobus Archidiaconis suis, Arnaldo & Calone, tamquam contra Catholicæ normam Ecclesiæ doctrinam instituens, ad summi Pontificis Romanæque Sedis examen, interposita appellatione, vocatur.

VIII. Sic utrique viam carpunt, Romanoque Pontifici Eugenio ab Urbe in Gallias tendenti, Senis civitate Tusciae occurrunt. Quibus Romanus Antistes auditis, causaque via cognita, breviter respondit, se Gallias introire, ibique de hoc verbo, eo quod propter litteratorum virorum copiam ibidem manentium opportuniorem examinandam facultatem haberet, plenius velle cognoscere. Archidiaconi in Gallias redeunt, ac consulto Bernardo supra memorato Abbate Claravallensi, eum in commodum causæ suæ adversus Episcopum inclinant. Erat autem prædictus Abbas, tam ex Christianæ religionis fervore

re zelotypus, quam ex habituali mansuetudine quodammodo credulus, ut & magistros, qui humanis rationibus, seculari sapientia confisi nimium inhærebant, abborreret, & si quidquam ei Christianæ Fidei absonum de talibus diceretur, facile aurem præberet. Hæc Otto, qui postea clarius rebus perspectis recantavit palinodiam, quod plus æquo Gilierto favisset, cuius causa ita S. Bernardo, ut vides, non nihil derogasse videri posset. Sed qui ex his magis laudandus fuisse, ut qui nequaquam novitates in Fide Catholica pati posset, & humana ingenia, quæ suis viribus divina potentia, elata superbia haud essent humilibus consentientia, abhorreret, uti ea quæ solent sui æstimatione grava parere hæreses monstruosas: quod & tam in Arnaldo & Abailardo, quam in Gilierto eventa infelicia declararunt. Sed prosequamur inchoatæ historiæ cursum.

IX. Ubi S. Bernardus ea per Archidiaconos audivit de Gilierto, una cum eis naviter egit, ut promulgatæ quæ dicerentur ab eodem Gilierto hæreses damnarentur; nec desistit quousque id quod zelo Fidei Catholicæ esset aggressus, omnino perficeret, hoc propensiori cura apud Eugenium Papam agens, ut idem Giliertus coram ipso Pontifice in diversis conventibus, primum Antifiodori, deinde Parisiis, postremo in pleniori Concilio Rhemis se sistere cogeretur, responsurus ad eas quibus impeteretur objectionibus. Quænam fuerint illæ, idem qui supra Otto Frisingensis enarrat, his primum præmissis de eisdem Gilierti ab adolescentia institutione: (b) Prætaxati Archidiaconi adscito sibi tantæ auctoritatis & æstimationis viro, Abbate Bernardo, Episcopum Giliertum, eadem, qua prædictum Petrum, via damnare attemptabant, sed nec eadem causa, nec similis erat materia. Iste enim ab adolescentia magnorum virorum disciplina se subiiciens, magisque illorum pondere quam suo credens ingenio, qualis primo fuit Hilarius Pictaviensis, post Bernardus Carnotensis, ad ultimum Anselmus & Radulphus Laudunenses germani fratres: non

S. Bernardus adversus Giliertum concitatur.

IX.

(b) Ot. Fr. in Frid. l. 1. c. 50. Gilierti vitæ institutio.

PAGIUS ximus, certo constat. Fallitur tamen Cardinalis doctissimus, cum ait Tyrium, quæ de anno cladis illius habet, accepisse a Sugerio Abbate in Vita Ludovici VII. is enim Ludovici tantum VI. cognominati Grossi vitam elucubravit, & duo Historici a Duchesnio Tom. IV. publicati, qui aliquot annos Vitæ Ludovici VII. in literas misere, non raro in Chronologiam peccant. Tyrius vero licet in Præfatione libri XVI. testetur, se sequentia partim fide oculata conspexisse, partim ab iis qui gestis interfuere, didicisse, cum tamen male quandoque edoctum fuisse, tam ex narratione præfate cladis, & ex prava connexionione præfationis Ludovici Regis & Conradi Imp. cum

anno MCXLVI. quam ex variis ejus erroribus Chronologicis in dubium posthac revocari non debet.

XIII. A num. VII. ad XII. M. Gisebertus Porretanus ex Canonico & Theologiæ Professore clarissimo creatus est Episcopus Pictaviensis, postquam ab adolescentia usque ad ultimam senectutem in diversis Gallie locis Philosophiæ studium coluisset, & re ac nomine Magistri officium administrasset, uti habet Otto Frising. lib. 1. cap. 50. qui de eo ibidem apud Baronium num. X. adiecit: Is itaque primo Antifiodorum, post Parisios vocatus est. Erant inter cetera quæ illi obiiciebantur de divina Majestate quatuor capitula apud Baronium legenda.

XIII. Synodus Parisiensis.

Exi-

levem ab eis, sed gravem doctrinam auferat, manu non subito ferula subducta, a scientiæ haud censura morum vitæque gravitate discordante, non jocis vel ludicris, sed seriis rebus mentem applicarat. Hinc erat, ut tam gestu, quam voce pondus servans sicut in factis, sic in dictis se ostenderet difficilem, ut numquam puerilibus, vix autem eruditis & exercitatis quæ ab eo dicebantur, paterent animis. Hæc de Gilierti institutione vitæ. Sed quod antiquitus dictum, re ipsa probatum inventum, nimirum philosophos patriarchas fuisse hæreticorum, in Gilierto fuit experimento hoc tempore infeliciter innovatum, cum ex Aristotelicis topicis quædam de divinitate & Deo, quem separabat a divinitate, sive in concionibus, sive in familiaribus colloquiis temere effutire sit ausus.

X. Sed qui ista de Gilierto cum laude, non (ut par erat) cum detestatione idem Otto scripsit, quem & excusare pluribus laboravit, eodem ipso libro de rebus Friderici Imperatoris, idem ipse expocavit migraturus, rebus testamento dispositis: etiam hunc historiæ codicem

(inquit (a) Radevicus Canonic. Frising.) manibus suis offerri præcepit, eumque litteratis & religiosis viris tradidit, ut si quid pro sententia magistri Gilierti (ut patet in prioribus) dixisset visus esset, quod quempiam posset offendere: ad ipsorum arbitrium corrigeretur, sequæ Catholicæ Fidei assertorem, juxta sanctæ Romanæ immo & universalis Ecclesiæ regulam professus est. Deinde multa prius cordis contritione, & humili confessione reatum suum recognoscens, sumptis sacrosanctis mysteriis, in medio multitudinis sanctorum tam Episcoporum, quam Abbatum Domino spiritum reddidit. Hæc Radevicus de Ottonis poenitentia de Gilierto defenso atque laudato. Porro autem quinam fuerint errores, quibus ab adversariis idem Giliertus impeteretur, & apud Eugenium Papam accusaretur in duobus prioribus judiciis adversus eum exhibitis, idem Otto sic narrat: (b) Is itaque primo Anti-

(b) Ot. Fr. in Frid. l. 1. c. 50. 51.

PAGIUS Existimat is tam Antifiodori, quam Parisiis Eugenium III. conventus celebrasse; verum Conventus Antifiodorensis nullus meminit; Conventus vero Parisiensis, in quo Gisebertus auditus hoc anno Festis Paschalibus habitus est, & generale Concilium in annum sequentem indictum, ut Gilierti causæ finis imponeretur. Ex quibus manifestum fit, Eugenium III. qui Pascha, quod hoc anno in diem XX. mensis Aprilis incidit, Parisiis celebravit, multos ante festum illud dies Gallias intrasse.

XIV. Gervasius in Chron. magno errore Concilium Remense in hunc annum retrahit, & depositionem S. Willelmi Archiepiscopi Eboracensis in Concilio Parisiensi, ut ipsemet asserit, factam

stodorum, post Parisios vocatus est. Hæresum capita Gilierto objecta.

Quod videlicet assereret, divinam essentiam non esse Deum.

Quod proprietates personarum non essent ipsæ personæ.

Quod theologicæ personæ in nulla prædicarentur propositione.

Quod divina natura non esset incarnata. Hæc quæ de Deo pergit: Et præter hæc alia minora, idest:

Quod meritum humanum attenuando, nullum mereri diceret præter Christum.

Quod Ecclesiæ sacramenta evacuando, diceret, nullum baptizari, nisi salvandum, & cetera in hunc modum. Hæc Otto de ipso, qui tamen quid actum fuerit in conventu Antifiodorensi, in quo primum iussus est causam dicere, non meminit, sed tantum cum coactus est ad audientiam venire Parisios. Quæ hæc ipsa, hoc ipso anno gesta esse, sequenti vero Rhemense Concilium indictum ad Dominicam post mediam Quadragesimam dici potest. Haud enim rerum gestarum patitur ratio, ut ista omnia simul tribus mensibus agi potuerint, nempe advenire Eugenium in Gallias, celebrarique ab eo Antifiodorensis, Parisiensemque conventum, nec non generale Rhemense Concilium; sed hoc potius sequenti anno habitum esse, idem (c) Otto fati ostendit; cum de ipso acturus, sic exorditur post Parisiensem enarratum confessionem: Igitur volvente tempore, nempe elapso ejus anni curriculo, Rhemis præsidente summo Pontifice Eugenio, est celebratum Concilium &c. Hæc de tempore rerum gestarum ad firmam statuendam chronologiam dicta sint: jam de confessione Parisiensi quæ scribat idem (d) Otto, sic paucis habeto:

(c) Id. ib. c. 55.

(d) Id. ib. c. 51. 52. 53. & 54.

XI. Itaque præsidente cum Cardinalibus, Episcopis, aliisque viris venerabilibus & eruditissimis in jam dicta civitate Parisiis summo Pontifice Eugenio: prædictus Episcopus Giliertus Consistorio præsentatur de his capitulis responsurus. Producuntur contra eum duo magistri Adam de

Par-

ei male attribuit, scribit enim: Astiterunt in hoc Concilio Clerici Eboracensis Ecclesiæ una cum Henrico Murdac tunc temporis Abbate de Fontibus, accusantes Willelmum Eboracensem Archiepiscopum, & dicentes, cum neque canonice electum, neque legitime consecratum, sed auctoritate Regia intrusum. Tandem præfatus Willelmus convictus & depositus est Alberico Hostiensis Episcopo pronunciantem sententiam, & dicente. Decernimus auctoritate Apostolica Willelmum Eboracensem Archiep. a Pontificatu deponendum, eo quod Stephanus Rex Angliæ ante canonicam electionem cum nominavit. Cum igitur Dominus Papa Eugenius beatum Willelmum Eboracensem Archiep. PARISIUS (non vero Remis, ut antea dixerat) minori parte Car-

(d) Id. ib. c. 51. 52. 53. & 54.

XI. Conventus Parisiensis adversus Giliertum Episcopum.

In eo S. Willelm. Eboracensis Praesulatu depositus.

Par-

Par-

Par-

Par-

Par-

Par-

Par-

CHRISTI
1147.EUGENII III. PAP.
3.CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

Parvo ponte, vir subtilis & Parisiensis Ecclesie Canonicus recenter factus, Hugo de Campo florido Cancellarius Regius, asserentibus eis, & quasi sub sacramento pollicentibus, se aliqua ex his de proprio ejus ore audisse, non sine multorum qui aderant admiratione: viros magnos, & in ratione differendos exercitatos pro argumento juramentum asserere. Ibidem dum hinc inde multa sibi obicerentur, plurimumque impulsionibus ad responsum de re tam ineffabili cogere; inter cetera dixisse traditur: Audacter confiteor Patrem alio esse Patrem, alio Deum, nec tamen esse hoc & hoc. Cujus dicti obscuritatem tanquam verborum profanum novitatem tam impatienter magister J. Stephanus Suesionensis Episcopus excepit, ut juxta proverbium, medium vitando incurreret ripam, &c. Prosequitur prolixius ejus sententiae explicationem: ad regulas topicas Aristotelis, Evangelium aptare laborans, adjicit ad excutandum Glibertum prolixiore tractatum.

XII. Quid demum per Eugenium deliberatum de revocanda eadem causa ad generale Concilium, ita idem Otto subiicit: Dum ita per aliquot dies jam saepe dictus Episcopus coram summo Pontifice de

fide sua in civitate Parisiis discerneretur: sentiens Papa, utpote vir cautus & religiosus, causae difficultatem, protelantem eam usque ad universale Concilium adjudicavit, &c. De eo suo loco dictum sumus anno sequenti, reliqua de hoc conventu Parisiensi auditoreris ex epistola Gaufredi inferius recitanda post Rhemense Concilium.

Post haec autem eodem anno, urgente causa, Albericus S. R. E. Cardinalis Episcopus Ostiensis ab Eugenio electus Legatus in provinciam Tolosanam adversus Henricum haereticum Petrobrusianum, qui illam provinciam vehementer impiis haeresibus labefecerat: eundem sanctum Bernardum secum duxit. De cujus legatione hic modo dicendum, & admirandis operibus, quae Deus in detestationem & confutationem haereticae pravitatis per eundem S. Bernardum ad confirmandam Catholicam veritatem operatus est. Describit rem gestam ejusdem temporis auctor (a) Gofridus monachus Claravallensis, qui & oculis haec etiam vidisse potuit, cum ipse (b) tetterat pene omnibus quae de sancto Bernardo scriptis, se praesentem fuisse. Videbis Lector, ab auctore iisdem ferme coloribus pingi cum ha-

Legatio
Alberici
Episc.
Ost. ad
Tolos.

(a) Gofr.
l. 3. S.
Bern. c. 5.
(b) Idem
in prof.
l. 3. vit.
S. Bern.

tionem refert, qui tamen num. IX. eam improbans, cum Baronio in Appendice prudenter ait: Ita tamen ut nihil derogatum velimus Sanctitati Bernardi, qui favit causae, quam putavit esse justissimam: falsa deceptus insinuatione eorum, quorum existimatio apud eum haud dubie fidei esset. Interdum enim contigisse se decipi, falsa relatione Potentium, suis ipse testatur Epistolis.

Brouverus lib. XIV. Annal. Trevir. n. LXIII. prodit, Baldricus e castello Florinensi Leodiensis diocesis ortum, constitutum fuisse Magistrum Scholarum civitatis Treverensis ab Alberone Archiepiscopo, & postea res ab inclito isto Praefule gestas memoriae literisque facrasse. Praecipitabat annus inquit Brouverus ex hoc Historico, cum Eugenius Verduno digressus, Belgicam adiit, & pridie ejus diei, quae praecedat dominicam adventus, urbem propius accessit. Nominat Baldricus Cardinales & Praefules qui Papam Treverim ineuntem comitati sunt, & inter alios Henricum Eboracensem Archiepiscopum. Cum autem feria Christi Natales illuxerit a Clero in urbem deductus est ad Basilicam Paulinianam, quam pridie Kalendas Februarias anni ineuntis dedicavit. Eugenii III. itinerarium ad varios Scriptorum errores profligandos nobis diligenter describendum fuit.

A num. XII. ad XXIII. Henricus haereticus, qui jam anno MCXVI. errores suos spargebat, ut fufe ibidem ostendimus, hoc tempore in suscepto consilio perfittebat. Nam Divus Bernardus in Epist. CCXLI. ad Idelfonsum seu Alphonsum hujus nominis primum Comitem Sancti Aegidii ac Tolosanum currenti anno scripta, ut talem virum in sua ditione impune grassari non sineret, ait: Inquire, si placet, vir nobilis, quomodo de Lausana civitate exierit: quomodo de Genomannis, quomodo de

XVI.
Eugenius
III. Tre-
verim ve-
nit.

XVII.
Profectio
Tolosana
divi Bern-
ardi.

CHRISTI
1147.EUGENII III. PAP.
3.CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

haeresibus suis haereticum nefandissimum, quibus nostri temporis Orthodoxi scriptores describere consueverunt recentiores nostri saeculi haeresiarchas omnium impurissimos, easdem cum illo faeces haereticum e cloaca, in quam abierant, revocantes.

Atque primum quod ad tempus spectat, Henricum innotuisse hoc tempore & plures seduxisse, atque adversus eum tum Petrum Cluniacensem, tum S. Bernardum scripsisse, ex eo possumus intelligere, quod cum numeret annos viginti Petrus Cluniacensis ejus praedecessoris Petri de Bruis haeresiarchae, quem emeruisse diximus anno Redemptoris millesimo centesimo vigesimo sexto; post quem annum, si numeres annos viginti absolutos, ad hoc usque tempus eundem oportuit pervenisse, absumptumque (ut dictum est) flammis periisse. Cumque idem Petrus Cluniacensis numeret annos quingentos ferme (ut ait) & quinquaginta ab Heraclio Imp. qui (a) anno decimo post sexcentimum imperare coepit paulo post Gregorii Papae obitum, usque ad tempus, quo illa adversus Henricum scribebat: plane ad haec tempora respectum habuisse satis apparet. Sicut & sanctus Bernardus ostendit, qui cum de eodem Henrico cavendo epistolam (b) scripserit ad Idelfonsum Comitem S. Aegidii: sane ante sequentem annum ad eum scripsisse oportuit: nam eo anno in expeditione Hierosolymitana eum esse defunctum, affirmat Robertus de Monte in Appendice ad Sigbertum. Haec de his quae ad tempus spectant.

Tempus
Henrici
anae haereticus

(a) Pet.
Clun. l.
I. ep. 2.
& lib. 5.
ep. 16.

(b) Bern.
ep. 240.

XIII.

De ipso autem Henrico post cineres praedecessoris invalescente, ista habet ipse Petrus Cluniacensis in breviori epistola adversus eos conscripta: Sed post rogum Petri de Bruis, quo apud sanctum Aegidium zelus Fidelium flammam Dominicae Crucis ab eo succensas, eum concremando ultius est; postquam plane impius ille de igne ad ignem, de transeunte ad aeternum transitum fecit; haeres nequitiæ ejus Henricus cum nescio quibus aliis doctrinam diabolicam non quidem emendavit, sed immutavit; & sicut nuper in tomo, qui ab ore ejus exceptus dicebatur, scriptum vidi, non quantum tantum, haereticum scilicet, sed plura capitula edidit, &c. At quam ista fuit. Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Pistavi: quomodo de Burdegali: nec patet ei usquam reversionis aditus, utpote qui feda post se ubique reliquerit vestigia. Addit Sanctus Abbas se cum Episcoporum manu, praecipueque cum Ostiensis Episcopo ab Apostolica Sede ad hoc ipsum illum directo proficisci. Loquitur de Alberico Cluniacensi Monacho ab Innocentio II. Cardinali creato. Cum vero Continuator Aimoini in fine sui Operis, alique doceant, Alphonsum Comitem Tolosanum secutum

rint, idem inferius, post baptismum, quod Henriciani negarent infantium, atque templa superflue fabricari: & quod dicerent, inquit, Crucem Domini honorandam vel adorandam non esse: asseritis Corpus Domini in sacramento altaris Ecclesiam non habere: affirmatis unum esse orare pro defunctis. Haec communia cum Petro de Bruis: adjecerit Henricus ipse, quod subiicit: Additis, inquit, irrideri Deum canticis Ecclesiasticis. Adversus autem haec singula ita disputat fortiter, confutat valide, potenterque reiicit ipse Petrus: ut pudeat quemlibet Novatorum ista denuo revocasse in observantiam, quae confutata, damnata omninoque proscripita scriptis Sanctorum, & virtute miraculorum viderint.

Adversus igitur ejusmodi monstrum conficiendum Eugenius Papa legationem decernens, quem praestantiorum novit in sacro Collegio S. R. E. Cardinalium Albericum Cardinalem Episcopum Ostiensem Legatum delegit; qui sanctum Bernardum, necnon Gaufredum Carnotensem Episcopum, & alios Episcopos viros sanctitatis praestantissimos secum duxit. Insignis plane legatio atque digna, ut de ipsa cuncta, quae reperimus, Annalibus intexamus. Atque primum quae praecesserunt, cum ipse sanctus Bernardus adversus bestiam adhuc longe positus pugnans, eam litterarum suarum jaculo potentissimo appetivit, adversus eundem Henricum scribens ad Idelfonsum Comitem S. Aegidii. Quae quidem epistola Dei beneficio adhuc extat tanquam gladius in Sanctuario asservatus, quo Goliath praecisus est caput, quae & simul ad conficiendos reliquos Dei hostes sit potens; accipe Lector dignum viri sanctissimi monumentum, sic enim se habet: (c)

Quanta audivimus & cognovimus mala, quae in Ecclesiis Dei fecit, & facit quotidie Henricus haereticus? Versatur in terra vestra sub vestimentis ovium lupus rapax, sed ad Domini designationem a fructibus ejus cognoscimus illum. Basilicae sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reverentia sunt, & sine Christo * deinde Christiani. Ecclesiae synagogae reputantur, Sanctuarium Dei sanctum esse negatur, sacramenta non sacra censentur, dies festivi festivi frustrantur.

XIV.
Legatio
Alberici
Card.
Episc. Ost.

(c) Bern.
ep. 240.

XV.
S. Bern.
epist. ad
Ildeph.
Com.
contra
Henric.

* denique.

XVIII.

esse Ludovicum VII. Franciae Regem initio mensis Junii in Orientem proficiscentem, ubi anno insequenti obiit, teste vulgato Roberto de Monte, perspicuum est Sanctum Bernardum eam Epistolam dedisse, & sacram expeditionem suscepisse ante Alphonsum Comitem Galliae discessum, sed obscurum, an ante vel post Conventum Stampensem, cui Sanctus Vir interfuit. Bernardus Gaufredum Episcopum Carnotensem celeberrimum in partem sollicitudinis voca-

strantur solemnibus. Moriantur homines in peccatis suis, rapiuntur animæ passim ad tribunal terrificum, heu, nec penitentia reconciliati, nec sacra communione muniti. Parvulis Christianorum Christi intercluditur vita, dum baptismi negatur gratia, nec salutem propinquare sinuntur.

(a) *Mat. 29.* Salvatore licet pie clamante pro eis: (a) *Senite, inquit, parvulos venire ad me.* Et post detestationem erroris pergit exclamans: *Proh dolor! auditur tamena a pluribus, & populum qui sibi credat, habet. O infelicissimum populum! Ad vocem unius hæretici siluerunt in eo omnes prophetæ & Apostolicæ voces, quæ de convocanda in una Christi Fide e cunctis nationibus Ecclesia, uno veritatis spiritu cecinerunt. Ergo sefellere divina oracula, falluntur omnium oculi & animi, qui quod legunt prædictum, intuentur impletum. Quam certe manifestam omnibus veritatem solus iste stupenda, & prorsus Judaica cæcitate aut non videns, aut invidens adimpletam, simul nescio qua arte diabolica persuasit populo stulto & insipienti, de re manifesta nec suis credere oculis, sefellisse priores, errare posteros, totum mundum etiam post effusum Christi sanguinem perditum iri, & ad solos, quos decipit, totas miserationum Dei divitias, & universitatis gratiam pervenisse. Ita sanctus Bernardus ex divino verbo argumentationem deducens, quod cum ex eo constet coadunationem esse universalis Ecclesiæ, in qua sit veritas, sitque ipse Christus: plane qui extra eam invenitur, extraneum esse, sit necesse, in quo nec veritas, nec Christus, nec ulla gratia esse possit; quæ non nisi in Ecclesia insit. Post hæc autem suæ ipsius ad eos perfectionis ita reddit rationem:*

Et nunc hujus rei gratia, licet in multa corporis infirmitate, iter arripui ad has partes quas potissimum singularis ferus depascitur, dum non est qui resistat, neque qui salvum faciat. Quippe de tota Francia pro simili effugatus malitia, his solas sibi invenit expositas in quibus fiducialiter sub tuo dominatu in gregem Christi toto furore bacchatur. Quod tuone honori congruat, Princeps illustris, ipse iudicatio. Nec mirum tamen si ser-

XVI. Dat rationem sui adventus Bern.
PAGIUS cavat, ut testatur Godefridus in eius Vita lib. 3. cap. 3. cuius verba apud Baronium num. XVIII. legenda, quibus manifestus sit error San-Marthanorum in Episc. Carnotensibus, & doctorum Virorum, qui eos secuti sunt, mortem Gaufridi Carnotensis collocantium anno MCXXXVIII. Mabillonius Tom. II. Analect. pag. 559. refert ejus elogium, in quo dicitur eum IX. Kal. Februarii egressum esse de ergastulo carnis, eique successisse Goflinum, qui nepos ejus erat, uti ex Actis publicis liquet. Pervenit itaque Gaufridus usque ad sequentem Christi annum. De Legationibus ei

pens ille callidus decepit te, quippe speciem pietatis habens, cujus virtutem penitus abnegavit. Sed nunc audi quis ille sit. Homo apostata est, qui relicto Religio-nis habitu, (nam monachus extitit) ad spurcitas carnis & seculi, tamquam canis ad suum vomitum, est reversus. Præ confusione autem habitare inter cognatos & notos non sustinens, vel potius non permissus ob magnitudinem criminis, succinxit lumbos suos, & iter, qua nesciebat arripuit, factus gyrovagus & profugus super terram. Cumque mendicare cœpisset, posuit in sumptu Evangelium: nam litteratus erat: & venale distrabens verbum Dei, evangelizabat, ut manducaret. Si quid supra victum elicere poterat a simplicioribus populi, vel ab aliqua matronarum in ludendo aleis, aut certe in usus turpiores turpiter effundebat. Frequenter siquidem post diurnum populi plausum, nocte insecuta cum meretricibus inventus est prædicator insignis, & interdum etiam cum conjugatis.

Inquire, si placet, vir nobilis quomodo de Lausana civitate exierit, quomodo de Cenomanis, quomodo de Pictavi, quomodo de Burdegali. Nec patet ei uspiam reversions aditus utpote qui sæcra post se ubique reliquerit vestigia. Tu de tali arbore tandem bonos sperabas fructus? Terræ profecto in qua est, fecit foetere odorem in universa terra, quia non potest juxta sermonem Domini, (b) arbor mala fructus bonos facere. Hæc ergo (ut dixi) causa adventus mei. Audisti Lector, pseudoapostolus unde venerit, & ad quid venerit, nempe ex religione apostata, ut solutis quibuslibet, quibus tenebatur alitricus, ne diffueret in carnis opera, vinculis: & ad perficienda mala cuncta quæ vellet liber ut esset, hanc carnis libertatem docebat filios hominum. At dum S. Bernardus describit Henricum, plane iisdem coloribus pingere visus est nostri temporis infelices hæresiarchas, ex apostasia pariter prodeuntes, & in luxuriam gurgitem, ut in lutum porcos, sese præcipites dantes. Aperta igitur sui adventus causa, & auctoritate qua veniat, ut sui Apostolatus legitimi demonstret insignia, ita subiicit de pontificia ad eos missa legatione: Nec

a Sede Apostolica commissis suis locis egimus. Inter Epistolas Nicolai Claravallensis dum S. Bernardi Notarius erat, refertur, quæ ab anno superiori in persona ejusdem Sancti Bernardi scripta Comiti & Baronibus Britannia negotiis Crucis, ordine XIV. in qua Nicolaus ait: *Venit ad vos homo Dei dominus Carnotensis, qui plenius vos doceat, qua dicta & facta sunt, & ostendat largissimam veniam, qua in literis Domini Papa super eos, qui cruces susceperunt, continetur. Ex quibus vides illustrem hunc Præfulem usque ad vitæ finem præ Ecclesia laborasse.*

XVII. Unde Pseudoapostolus Henric.

(b) *Mat. 1.*

XVIII. S. Bern. Apostolatus.
Nec a me ipso nunc venio, sed vocatione pariter & miseratione Ecclesiæ trahor; si forte spina illa, & perva ipsius, dum adhuc parva sunt, germina de agro Dominico extirpari queant, non mea, qui nullus sum, sed sanctorum, cum quibus sum Episcoporum manu, tua quoque potenti dextera cooperante. In quibus præcipuus est venerabilis Ostiensis Episcopus, ab Apostolica Sede ad hæc ipsum directus, homo qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit Ecclesiæ suæ in multis per illum Dominus omnipotens. Tua interest, vir inclyte, honorifice suscipere illum, & eos qui cum ipso sunt: ac ne tantus labor tantorum virorum pro tua potissimum, tuorumque salute, susceptus inefficax sit, secundum potestatem desuper datam tibi, operam dare. Hucusque S. Bernardus ad Ildephonsum Comitem, de quo ista anno sequenti Robertus de Monte: Ildephonsus Comes S. Aegidii navali exercitu Palestinam applicuit, & cum magnum quid facturus speraretur, Regine (ut ajunt) dolo malo potatus, apud Casaream Palestinæ moritur. At legationem prosequamur, quam suscepimus pertractandam.

XIX. Quæ autem reliqua sunt de ipsa, audiamus a Gofrido teste fideli, qui ait: (a) *In partibus Tolosanis Henricus quidam olim monachus, tunc apostata vilis pessima vitæ, perniciose doctrinæ, verbis persuasibilibus gentis illius occupaverat levitatem. Et infra: Hac necessitate vir sanctus iter arripuit, ab Ecclesia regionis illius sapiens jam ante rogatus & tunc demum a reverendissimo Alberico Ostiensi Episcopo & Legato Sedis Apostolicæ persuasus pariter & deductus. Veniens autem, cum incredibili devotione susceptus est a populo terræ, ac si de cælo Angelus advenisset. Nec moram facere potuit apud eos, quod irruentium turbas reprimere nemo posset, tanta erat frequentia diebus ac noctibus adventantium, benedictionem expetentium, flagrantium opem. Prædicavit tamen in civitate Tolosa per aliquot dies & in cæteris locis, quæ miser ille frequentasset amplius, & gravius infecisset, multos in fide simplices instruens, nutantes roborans, errantes revocans, subversos reparans, subversores & obstinatos auctoritate sua premens & opprimens, ut non dico resistere, sed ne assistere quidem & apparere præsumerent.*

Ceterum etsi tunc fugit hæreticus ille, & latuit: ita tamen impedita sunt viæ ejus, & semitæ circumseptæ, ut vix alitubi postea tutus, tandem captus & catenatus Episcopo traderetur. In quo itinere plurimis etiam signis in seruo suo glorificatus est Deus, aliorum corda ob erroribus impiis revocans aliorum Ann. Eccl. Tom. XIX.

corpora a languoribus variis sanans. Miracula in testimonium est illi, ubi sermone completo plurimos ad benedicendum panes (sicut ubique fiebat) Dei famulo offerebant. Quos ille elevata manu, & signo Crucis edito, in Dei nomine benedicens: IN HOC, inquit, SCIETIS VERA ESSE QUÆ A NOBIS, FALSA QUÆ AB HÆRETICIS SUADENTUR, SI INFIRMIVESTRI GUSTATIS PANIBVS ISTIS, ADEPTI FVERINT SOSPITATEM. Timens autem venerabilis Episcopus Carnotensium magnus ille Gausfredus, siquidem præsens erat, & proximus viro Dei: Si bona, inquit, fide sumpserint, sanabuntur. Cui pater sanctus, de Domini virtute nihil hæsitans: Non hoc ego dixerim, ait, sed vere qui gustaverint, sanabuntur: ut proinde veros nos & veraces Dei nuntios esse cognoscant. Tam ingens multitudo languentium, gustato eodem pane convalescit, ut per totam provinciam verbum hoc divulgaretur; & vir sanctus per vicina loca reprediens, ob concursus intolerabiles declinaverit, & timuerit illo ire. Audisti Lector, viri sanctissimi fidem firmam de Orthodoxa Fide, quam tuebatur, & securitatem certam, certitudinemque securam de veritate Catholicæ Fidei, quam prædicabat; ut libera promissione, nulla licet fide petentis opitulante, spondeat in confirmationem Catholicæ veritatis a Deo exhibenda fore miracula? Vidisti, quod obediens Deo voci hominis in Catholici dogmatis comprobationem, Deus fidei sancti viri probe responderit, ut quæcumque voluerit, ipse fecerit? In qua quidem viri sanctissimi dignissima actione perspicue non Henriciana tantum hæresis tunc damnationem accepit, sed recentiores omnes Novatores Sacramentarii eadem cum Henrico penitus sentientes, se noverint divino calculo in ostensione signorum, suæ pariter damnationis sententiam accepisse; ut jure se intelligant, Deo probante, in Henrico & cum Henrico esse damnatos; nos autem cum Ecclesia Catholica certam & perpetuam victoriam consecutos.

XX. Sed non prætereamus, quomodo Deus responderit legitimo Bernardi Apostolatu tunc in primo per ipsum edito Tolosæ miraculo. Subdit enim hæc auctor: (b) *Primum sane miraculum, quod per famulum suum in arbe Tolosa Christus exhibuit, paralytici cujusdam clerici curatio fuit. Hunc in domo Regularium clericorum S. Saturnini, quorum unus ipse erat, ad petitionem Abbatis & Fratrum, circa noctis crepusculum visitans homo Dei, moribundum invenit hominem, qui extremum spiritum trahere videretur. Consolatus itaque miserum, & data*

Miracula in testimonium veræ fidei edita.

(b) *Vit. S. Bern. l. 3. c. 6.* In testimonium sanatus paralyticus.

CHRISTI
1147.EUGENII III. PAP.
3.CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

benedictione, egrediens (sicut postea confessus est) loquebatur in corde suo fidelis servus ad Dominum tam fiducialiter quam fideliter dicens: Quid expectas Domine Deus? Generatio hæc signa querit. Alioquin minus apud eos nostris profectus verbis, nisi abs te fuerint confirmata sequentibus signis. Eadem hora exiliit paralyticus de grabato, & accurrens secutus & consecutus est eum, sacra vestigia devotione qua debuit, amplexatus. Cui subito procedenti obvians ex Canononicis unus expavit, & exclamavit, siquidem phantasma putabat. Quando enim de lectulo eum crederet surgere potuisse? Egrediam magis a corpore ejus animam phantastice sibi apparuisse arbitratus, aufugit. Sed ipsa demum tam ei, quam ceteris rei verita fidem fecit. Egreditur exinde sermo inter fratres, curritur ad spectaculum tam jucundum. Ipse etiam inter primos accurrit Episcopus & Legatus: inde pergit ad Ecclesiam: eo ipso qui convalescerat præeunte conclamatur in laudes Dei, eodem pariter concinente &c. Pergit dicere de multiplicitate signorum, ex quibus populus, qui conversus forte fuerat in arcum pravum, damnans hæreticum una cum hæresi, est reversus ad fidem Catholicam, sicque factum, ut legatio ista optimum finem fuerit consecuta. Cum vero fuisset jam reversus sanctus Bernardus ex legatione ista, atque accepisset fidei constantiam Tolosanorum; hortans eos, ut qui errores illos sparsissent in populum, persequi non cessarent, ista gaudens scripsit ad ipsos: (a)

(a) Bern.
ep. 241.
XXI.
Quid ad
Tolosan.
postea S.
Bern.

In adventu charissimi fratris & Coabatis nostri Bernardi de Grandisilva exultavimus & delectati sumus in his quæ dicta sunt nobis ab illo de constantia & sinceritate fidei vestrae in Deum, de perseverantia dilectionis & devotionis in nos, de zelo & odio adversus hæreticos. Et inferius: Veritate nimirum per nos manifestata, non solum in sermone, sed etiam in virtute, deprehensi sunt lupi qui venientes ad vos in vestimentis ovium, devorabant plebem vestram sicut escam panis, sicut oves occisionis. Deprehensa vulpes, quæ demoliebantur pretiosissimam vineam Domini civitatem vestram: deprehensa sed non comprehensa. Propterea dilectissimi persequimini & comprehendite eos, & nolite desistere, donec penitus depereant &c. In fine autem hæc admonuit dicens: Hoc etiam moneo vos charissimi, quod & dicebam vobis cum præsens essem ut nullum extraneum, sive ignotum prædicatorem recipiatis, nisi qui missus a summo seu a vestro permissus pontifice predicaverit. Quomodo, inquit,

(b) predicabunt, nisi mittantur? &c. (b) Rom. 10. De legatione hac satis. Porro hoc eodem anno defunctum esse ipsum Albericum Episcopum Otiensem Legatum, virum præstantissimum doctrina, & vitæ sanctitate conspicuum, colligitur ex Gaufredi Cisterciensis epistola, anno sequenti recitanda post Rhemense Concilium, cui interesse non potuerit idem Albericus, nuper morte præventus.

Fuit autem eidem S. Bernardo his diebus pugnandum adversus alios novos hæreticos, qui cum certo carerent auctore a quo denominari possent, se ipsos Apostolicos appellarunt, eo difficilius curandos, quod penes rusticos & illiteratos homines esset ejusmodi pestis. De his namque hæc ipse S. Bernardus: (c) Nunc autem videte, si non proprie demonum, & non hominum ludificatio hæc, secundum quod prædixerat Spiritus. Quare ab illis sue sectæ auctorem: neminem dabunt. Quæ hæresis non ex hominibus habuit proprium hæresiarcham? Manichæi Manem habuere principem & præceptorem, Sabelliani Sabellium, Arriani Arrium, Eunomiani Eunomium, Nestoriani Nestorium: ita omnes cætera ejusmodi pestes, singula singulos magistros homines habuisse noscuntur, a quibus originem simul duxere & nomen. Quo nomine istos titulove censebis? nullo, quoniam non est ab homine illorum hæresis &c. Sed quod auctore carerent & nomine, seipsos nominare Apostolicos. Idem docet inferius dum hæc ait sanctus Bernardus: Non ignoro quod se & solos corpus Christi esse gloriantur: sed sibi hoc persuadent, qui illud quoque persuasum habent, potestatem se habere quotidie in mensa sua corpus Christi, & sanguinem consecrandi ad nutriendum se in corpus Christi & membra. Nempe jactant se esse successores Apostolorum, & Apostolicos nominant, nullum tamen Apostolatus sui signum valentes ostendere. Hæc de nomine, & sua ipsorum æstimatione sanctus Bernardus. De conditione autem ipsorum ista superius: Rusticani homines sunt, & idiotæ, & prorsus contemptibiles. Sed non est (dico vobis,) cum eis negligenter agendam: multum enim proficiunt ad impietatem &c.

Porro de insaniam Manichæorum videri possunt iidem proditiisse: siquidem plura cum illis communia habent, atque illud primum secretum cum perjurio, quod Manichæorum (d) erat, usurpantes, de quibus idem superiori sermone. Denique que indixere (ut dicitur) latebras sibi: firmaverunt sibi sermonem nequam, istiusmodi scilicet:

Ja-

rriori narrata, duravit usque in diem XXVI. mensis Decembris præsentis anni, & postea Ni-

PAGIUS Ad num. XXIII. Interpontificium Patriarchatus Constantinopolitani, juxta anno super-

CHRISTI
1147.EUGENII III. PAP.
3.CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

Jura, perjura, secretum prodere noli.

Apostolice ex Manich. fontibus derivati. (a) Jacob. 5.

Enimvero alias ne tenuiter quidem jurare ullatenus acquiescunt propter illud de Evangelio: (a) Nolite jurare neque per cælum, neque per terram &c. Quorum de juramento cavendo insaniam pluribus damnat & confutat idem sanctus Bernardus. Sed & præter hoc de Manichæis, quod omnes qui de Ecclesia sunt, canes esse censerent & porcos, ut idem subdit: de Manichæorum quoque schola erat, quod conjugium abhorrerent, cum tamen impudicissimis sese luxuriis jugiter inquinarent.

PAGIUS Nicolaus Muzalo sit Patriarcha CP.

Nicolaus Monachus, Muzalo dictus, antea Archiepiscopus Cypri, ad thronum Constantinopolis evedus fuit, ut habet Catalogus Episc. Byzantinorum. Cinnamus lib. 2. num. 18. postquam locutus est de Conrado Imp. Constantinopoli a Manuele Imp. excepto, ait: Interea dum hæc geruntur, Imperator Nicolaum quandam Muzalonem ad Patriarchalem Sedem provehit, qui in Ecclesiasticis primum dignitatibus versatus, Ecclesiamque Cypri ademptus, ultro postmodum inde recesserat. Verum ut res administrare cepit, omnium statim ora in eum commota sunt, injuste occupatum ab illo thronum clamantium, ut qui cum Ecclesia, quam nactus fuerat, Sacerdotium quoque deposuisset. Hæc narratio fidem adstruit Catalogo Episc. Constantinopolitanorum citato, & ostendit, Baronium Nicolai Muzalonis mortem cum anno MCXVII. male copulasse, eumque cum Nicolao Grammatico confundisse. Præterea non bene scripsisse Charitonem Cosmæ Attico successisse. Suspicio eum incidisse in Catalogum Episc. Constantinopolitanorum depravatum. Hic itaque Nicolaus est hujus nominis IV.

XX. Gesta in Hispania a Cruce signatis.

Redeo ad Bellum Sacrum. Non est recognitum vicinis temporibus, nec auditum a diebus saculi, tantum convenisse exercitum, exercitum, inquam, grandem nimis. Fueruntque signati titulo Crucis, in vestibus & armatura. Visum autem fuit auctoribus expeditionis partem exercitus unam destinari in partes Orientis, alteram in Hispaniam, applicueruntque ad Portugalem Galiciæ urbem, adoraturi apud Sanctum Jacobum: & hoc solum prospere cessisse de universo opere, quod peregrinus paravit exercitus. De hoc navali exercitu Hovedenus part. 1. pag. 489. hæc scribit: Interea quidam exercitus virorum non Potentum, nec alicui magno Duci innixus, nisi Deo omnipotenti, quia humiliter profecti sunt, gratiam Dei meruerunt, & magnam probitatem ostenderunt. Civitatem namque in Hispania famosam, qua vocatur Ulixibona (de ejus expugnatione loquitur etiam Helmoldus), & aliam, qua vocatur Almada (seu Almeria) & regiones adjacentes a multis pauci, Deo cooperante, bellantes obtinuerunt, &c.

Ad hæc insuper ex eadem schola Manichæorum illud erat, abstinere a carnibus & omnibus, quæ ex carne generantur. Sed & non nisi ex moribus Manichæorum illud prodibat, quod tales esse hæretici ne convinci possent: ut Orthodoxi in Ecclesiam cum Catholicis convenirent. Nam de his idem sanctus: Cumque pateat opus, non apparet auctor: ita per ea quæ in facie sunt, cuncta dissimulat. Denique si fidem interroges, nihil Christianius: si conversationem, nihil irreprehensibilis, & quæ loquitur, factis probat. Videas hominem in testimonium fidei suæ frequentare Ecclesiam, honorare

Gesta in expeditione Hispanica accuratius retulere Historici Hispani. Hæc narratio veribus barbaris scripta fuit ab Auctore Anonymo ejusdem temporis, quam edidit Sandovalius in Alphonso VII. licet barbarissimam plenam, propter facinorosa ad fidei exaltationem tunc parata.

Convenere Duces Hispani, Francigenique Per mare per terras Maurorum bella requirunt. Pontifices omnes Toleti sive Legionis, Exempto gladio divino, corporeoque. Orant majores invitant atque minores, Ut veniant cuncti fortes ad prælia tuti. Plebs Hispanorum sic prælia Saracenorum Exoptans, . . . Vox Almarieis eundis est agnita dira.

Hispani expugnationem Almeria piratarum receptaculum præsertim intendebant. Gallæci mense Majo in hostem movere:

Majus & mensis procedit Galliciensis Præcepta Jacobi primo dulcedine sancti.

Dein de Navarra Rege & expugnatione Anduzari in Andalusia siti verba facit:

Ad bellum properat, Regalia signaque portat. Lætatis locis charus genus Imperatoris Nomine Garzia, sed Pampilonio tota Jungitur Alaba, Navarra fulget & ense, Omnibus his fultus gaudet certamine tutus. Ramiri natus, Regis si (corrigo seu), postea virtus.

Paulo post: Talibus auxiliis ac tantis Hispania fulta columnis *. Ereclis signis Anduxeris occupat oras * Primitus anduxas degustans binæ doloris Augusti jussu circumdatur Imperatoris, sumitur hoc castrum * Sed & Urgi certatur ipsum (Urgi oppidum maritimum ab Antiquis celebratum, & ab Arabibus Biran vocatum, ex quo Hispani fecere Veram, inter Almeriam & Cartagenam positam). Sic per tres menses admittunt ordine messes. Ammatunt cuncta fuerant, qua parta labore. * Viribus exhauris consumtus omnis escis, obsidibusque datis jam pacis fœdera quarunt *. Vivere cum requirunt Regi sua, se quoque dederunt *. Redditur ac Banos castellum nobile quoddam. * Inclyta Bajona, (vel Bajena, sed Baena octo leucis a Corduba distans) Redditur invictis vexillis Imperatoris * Nobilis urbs alia, qua fertur, voce Beza (Baesa vel Byaca celebris Bæticæ urbs). * Visi tot signis magno concussu tremore, * deposito prisco, collum submittit bo-

XXI. Alphonso VI. Castella & Garzias Ramires Navarra Reges bello interfuerunt.

XXII. Oppida expugnata.

CHRISTI
1147.

EUGENII III. PAP.
3.

CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

re presbyteros, offerre munus suum, confessionem facere, sacramentis communicare. Quid fidelius? Jam quod ad vitam morsque spectat; neminem concutit, neminem circumvenit, neminem supergreditur. Pallent insuper ora jesuittis, panem non comedit otiosus, operatur manibus, unde vitam sustentat. Hæc quidem ad formam Manichæorum esse composita, si legas superius in Annalibus, cum de ipsis est actum, de ipsis scripta invenies. Prohibat insuper & de Manichæis quod subiicit: *Mulieres relictis viris, & item viri relictis uxoribus ad istos se conferunt, promiscuos & clandestinos conventus agentes, mutuo sese omni spurcitia polluunt, cum tamen votum præferant castitatis.* Adhuc illud, quod Testamentum vetus non re-

ciperent, sed Evangelium tantum: (a) *(a) Bern. ibid.* ex Manichæorum istos schola prodiisse quis non intelligat? Sed adhuc audi ex eodem sancto Bernardo alias his admittas hæreses, communes cum nostri temporis Novatoribus, ut istis se genitos esse parentibus rusticis & impiis gloriantur: (b) *(b) Bern. in Cant. ferm. 64. Aliæ horum hæretes communes cum Novatoribus nostri temporis.* Irrident, inquit, nos quia baptizamus infantes, quod oramus pro mortuis, quod Sanctorum suffragia postulamus. Et paulo post: *Porro mortuos viventium fraudantes auxiliis: viventes nihilominus Sanctorum qui decesserunt, suffragiis spoliantes.* Et inferius post ista confutata subiicit: *Non credunt autem ignem purgatorium restare post mortem, sed statim animam solutam a corpore, vel ad requiem transire, vel ad damnationem.* Et adhuc effu-

PAGIUS

nore. * *Et gaudet reddi cum non valet esse rebellis.* * *Cætera castella Mauri, quæ sunt circa * omnia cum redduntur, vitam pro munere possunt, &c. Urbibus his cunctis strenuus præponitur armis * Consul. Manrique (post ista facinora pleraque exercitus pars a signis discessit, paucique cum Alphonso Imperatore remanere); omnibus expletis, qua diximus, atque peractis * Tempore consumpto, præcorum more parentum * cum palma redeunt civis ad moenia patrum, * Exceptis paucis, tenet hos solertia Regis.*

XXIII. Almeria capta.

Interim deputati a Francis in magno numero maritimo itinere veniunt, &c. *Francorum pulchra juvenus * Expansis velis vos clara voce salutat. * Ad maris & ripas armato milite sperat * veller connatus (idest cognatus) uti promisit Raimundus. * At hostis adversum properat nimium furibundus. * Et gens Pisana venit insimul & genuana. * Dux Pessulanus (Guillelmus Montpelii Comes) Guillelmus in ordine magnus mille rates ducunt, tres tantum jam fore dicunt, &c. Nuncia dixerunt, ut talia sic tacuerunt. * Talibus auditis reddiit mens Imperatoris; * Sed trepidant fortes sub tali voce cohortes (quia scilicet bello fatigata). Proximus ad socium lacrymans sic fatetur amicum; * Usque modo bella bellis sunt undique mixta. * Nuncia sunt chara Regi (Alphonso nempe pugnandi avido), nobis (bello fessis) sed amara. * Undique sunt hostes in itinere quasi postes. * Et riva longa nobis diversis insita spinis. * Potus sive cibus in saxis non manet ullus. * Et carnes nostras volucres caeli lacerabunt. (Interim Arnoldus Episcopus Asturicensis eos subsidiis corroboravit). Inter Pontifices presentes Asturicensis * Hoc cernens Præsul, cuius micat inclytus ensis, * Plus quam consortes confortans voce cohortes * Alloquitur gentem jam prorsus deficientem. Pollicetur Em. Cardinalis Daguerre se versus istos magis correctos editurum. Tandem ab omnibus pugnatum, Almeria vi capta, & viginti millia Maurorum, qui in castellum confugerant, vitam pecunia redemere. In antiquis Documentis Toletanis legitur, Christianos Genuenses cepisse Almeriam mense Octobri Era MCLXXXV. Omnes Historici fidem faciunt Garsiam Ramirem Navarræ Regem in hac expeditione Alphonso Imperatori nunquam defuisse, & Justinianum in Annal. Genue lib. 2. ait: *Haud alia classis potentior Genua solverat, ex quo qui in vivis erant recordabantur.* Mariana*

lib. 10. cap. 18. ait Almeriam, antiquis Abderam seu portum magnum dictam, ea tempestate firmissimam, ad Mediterranei maris litus sitam in potestatem Christianorum venisse XVI. Kalend. Novemb. currentis anni.

Historici Lusitani referunt hoc anno Alphonsum Portugallie Regem Scalabim oppidum amplissimum Lusitanie, ad Tagum fluvium tredecim leucis ab Ulyssipone in ortum distitum, Santarenum vulgo nuncupatum, scalis admotis expugnasse, & ipsammet Ulyssiponem post obsidionem quinque mensium sibi subiecisse. Addunt, eam captam non fuisse, nisi ingens classis Francorum, Anglorum, Flandrorum, Alemannorum, aliorumque Septentrionalium in Terram sanctam adversus Saracenos proficiscentium tempestate ad ostia Tagi abrepta fuisset, & Christianis Lusitanie operam suam commodasset. Urbs expugnata, hostesque intereptione deleti hoc anno die XXV. Octobris Sancto Crispino sacra. Hostium ducenta millia in magna illa urbe occisi. Verum Franci illi, alique ii sunt, quorum Helmoldus mentionem facit, quousque asserit Ulyssiponem expugnasse; Helmoldus autem hoc tempore vivebat. Vivebant & Continuator Anselmi Gemblacensis, Robertus de Monte & Dodechinus Abbas, qui in Chronicis. ad hunc annum hanc Ulyssiponenis urbis obsidionem, & Saracenorum ex ea expulsionem egregie describunt. Ait Dodechinus, ducentas fere naves Anglicas & Flandricas huic expeditioni interfuisse, & Christianos in fello Virginum undecim millium illos pralio fudisse, die nempe XXI. mensis Octobris. Robertus vero de Crucesignatis ait, *Cum hymnis Ecclesiam dedicantes, Episcopum ibi & Clericos ordinarunt,* currenti nempe anno.

Ideo Mauri tot iacturas passi, quia Christiani conjunctis viribus adversus eos pugnant, ipsique nullum ab Africanis auxilium accipiebant, qua hi bellis civilibus & externis lacerabantur. *Abdelmumen* victorias suas laqueus Salam, vulgo *Salo*, Mauritanie Tingitanæ urbem, in ora Oceani Atlantici Regnoque Fezzæ sitam, obsidione cinxit, anno Hegiræ DXLI. sed tanta erat tunc Almorabitarum debilitas ut suis auxilium ferre non poterint. Hinc magis animatus *Abdelmumen* Septam, Hispanie Ceutam urbem tunc Mauritanie Tingitanæ, nunc Regni Fezzæ, & quasi Africa & Hispanie clavem, obsedit, eamque exeunte anno Hegiræ DXLI. seu currenti Christi

(a) Bern. ibid.

(b) Bern. in Cant. ferm. 64. Aliæ horum hæretes communes cum Novatoribus nostri temporis.

XXIV. Victoria Alphonso Portugallie Regis.

XXV. Pessinus status Almorabitarum in Hispania & Africa

CHRISTI
1147.

EUGENII III. PAP.
3.

CONRADI REG. ROM. 9.
MANUELIS IMP. 5.

effutiebant illud: *Peccatores sunt Apostolici, nempe Romani Pontifices, Archiepiscopi, Episcopi, presbyteri: ac per hoc nec dandis, nec recipiendis idonei sacramentis.* Hæc qui recitat, pariter & confutat per singula idem sanctus Bernardus. Quem scientia divinitus illustratum, in virtute miraculorum multiplicium a Deo missum & probatum, atque egregia vitæ sanctitate imbutum, Dei amicum fuisse cum certo sciam, ipsi penitissime inhærendo, qui inhæsit Deo, securus existo; deplorans ex Christiana charitate, perditissimos Novatores, qui hos nefandissimos sectantes brutos hæreticos, iis-

dem plane immensa cæcitate percussis cum deferant, quam Bernardo. Ut jure cum Jeremia sit exclamandum: (a) *Obstupescite caeli super hoc.* Cum videlicet re-

liquerint isti venam aquarum viventium Dominum, & foderint sibi cisternas dissipatas olim in Manichæis. Quod ad res spectat Orientis: eodem anno Cosmus Patriarcha Constantinopolitanus ubi decem menses sedisset, obiit, successitque in locum ejus (ut habet Græca series Patriarcharum Constantinopolitanorum) Chariton ex monacho, qui sedit mensibus (ut ibidem ponitur) undecim.

Mil-

PAGIUS XXVI. Victoria de Mauris reporzata a Rogerio Sicilia Rege.

sti anno juxta Noveirium sibi subdidit. Parte alia Rogerius Siciliæ & Neapolis Rex ingenti classe militum, qui excensionem facerent, instructa, parvam Africanam, cui dominabatur *Albasanus* e familia Ziridum, qui Aii patri anno Hegiræ DXV. successerat, aggressus est. Jam Rogerius Melitam, aliasque vicinas insulas occuparat, sed restabat *Girba* hodie in Regno Tripolitano, & vix uno milliari a continenti Africa, a Gallis dicta, *L' isle de Gerbes*: eam hoc anno occupavit Rogerius teste Noveirio, a quo per fugium piratarum appellatur. Adhæc Anonymus Casinensis ait: *Anno MCXLVI. Rogerius cepit Tripolim,* annoque MCXLVII. scribit: *Sol obscuratus est IV. Kal. Novemb. & addit: Rex Rogerius cepit Africam incolis Mahadiam dictam, quæ præcipua Sedes fuerat Ziridum Africae proprie dictæ. Ita legi in optimis MSS. Montis Casini asserit Peregrius in Notis ad illum Anonimum, Codex enim impressus, quem secutus est Caraciolus, annum unum minus numerat usque ad annum Christi MCLII. verum Egiptus Solaris, quæ mensis Octobri contigit, currentem annum necessario designat. Anonymus tamen Montis Casini, seu potius ejus Librarius in die erravit, & loco, IV. Kal. Novembr. legendum, VII. Kal. Novemb. ut Auctarium Gemblacense a Miræo editum habet.*

XXVII. Alia Rogerii de Mauris victoria.

Rogerius Rex, teste eodem Noveirio, Tripolim in suam ditionem redegit, & ut habet Geographus Nubiensis pag. 88. *Tripolis est urbs fortis, saxeo muro vallata, sita prope littus maris. &c. Hanc expugnavit Rogerius anno (nempe Hegiræ) DXL. qui mulieribus captivis ductis viros incolas peremit.* Tum anno Hegiræ DXLI. movit exercitum ad *Mahadiam* Aphrodisium alias vocatam, nuncque a Gallis, ut jam diximus, *Afrigue*. Ea est hodie in ora Regni Tunetani, & viginti leucis ab Adrumeto in ortum distat. *Albasanus* Rex ea derelicta ad *Abdelmumen* ejus auxilium imploraturus venit, sed nihil ab eo obtinere potuit. Quare ea Rogerio Regi vere hujus anni dedita, sicuti & *Safacos*, *Capfia*, & ejusdem oræ reliqua oppida. Arabes in ea regione habitantes se ejus dominio subdidere, & Africanis ei tributum penderunt. Eo in statu erat Africa, quando Christiani hoc anno in Hispania narratas victorias retulere. *Almouuehidini*, seu *Almoades*, toti ad exterminium *Almorabitarum* intenti erant, eodemque tempore, seu anno Hegiræ DXLII. *Abdelmumen* Marochium ubi versabatur Impera-

ter *Ishac Ebnali* suis copiis, exercituque sepiuit. Fortissimum tamen illud oppidum non nisi anno sequenti expugnatum, teste Noveirio.

Helmoldus cap. 63. postquam de duobus prioribus Crucesignatorum exercitibus locutus est, subiicit: *Tertius Signatorum exercitus devotus verunt se ad gentem Slavorum, Obotritos scilicet & Luticios (de quibus videnda quæ diximus cum de missione Sancti Ottonis Bambergenfis Episcopi egimus), nobis (sc. Lubecensibus) confines, ulturi mortes & exterminia, qua intulerunt Christianis, præcipue vero Danis. Hujus vero expeditionis Capitanei erant Albero Hammemburgensis, & universi Saxonie Episcopi & Magnates ibidem nominati. Slavi cum classe sua ad ostium Travænæ (seu Travæ Fl. ad quod posita Lubeca in Wagria Holstatia tractu) venerunt, & die qua Sanctorum Joannis & Pauli passio veneranda celebratur, in Lubecanos multa potatione ebrios irruerunt, multos interfecerunt, & dua equitum turma omnem Wagirensium terram pervagantes, quidquid in suburbio Stigeberg repererunt, demoliti sunt; Lubeca enim posita in Wagria seu Wagaria, sicuti & Segeberga. Quare magnus adhuc numerus Infidelium erat in illis partibus.*

Saxo Grammaticus, qui hoc tempore vivebat lib. XIV. Hist. Danicæ pag. 254. de his Crucesignatis varia notavit. Eugenius III. datus per Europam Epistolis, universis Catholicorum provinciis præcepit confinem sibi barbariam incesse: *Quia vero Canutus & Sueno defuncto Erico de jure Regni Danici contendebant, pacem pro tempore statuunt, & Sclaviam petunt, Germanis ex condito diversam ejus invadentibus plagam. Ascerus Roschildensis Episcopus, qui classis a Rege curam acceperat officio suo non bene functus est, sed gesta ab aliis loco laudato legenda. Hic tamen non prætermittendum, Ottonem Frisingensem, unum ex Crucesignatis lib. I. cap. 40. scribere, iis qui huic expeditioni, tam Orientali, quam Septentrionali nomina sua dabant, diversas pro tessera militari Sanctæ Crucis imagines datas fuisse: *Saxones vero, inquit, quia quasdam gentes spurcitiis idolorum deditas, vicinas habent, ad orientem proficisci abnuentes, cruces itidem, easdem gentes bello attentaturi, assumerunt, nostris in hoc distantibus, quod non simpliciter vestibus assuta essent, sed a rata subter posita in altum protendentur.**

XXVIII. Crucesignati in Slavos pugnant.

XXIX. Tessera militaris Saxonum Crucesignator.

JESU CHRISTI ANNUS 1148.

EUGENII III. PAP. ANNUS 4.

CONRADI REG. ROM. IO. MANUELIS IMP. 6.

I. Appulsus exercituum in Palaestina.

Millesimus centesimus quadragesimus-octavus sequitur annus, Indictione undecima inchoatus, quo Francorum exercitus sub Rege Ludovico, qui anno superiori post Ascensionem Domini e Gallia solverat, in Syriam prope Antiochiam, circa mediam Quadragesimam, fractus maris tempestatibus appulit, atque Hierosolymam pervenit Dominica Passionis. Conradus autem Romanorum Rex Paschali hebdomade Palaestinam litus attigit, & post paucos dies ad sanctam civitatem pervenit. Hæc de tempore (a) Otto Frisingensis Episcopus, qui cum Conrado Rege cruce signatus, eam laboriosissimam peregrinationem suscepit atque confecit. Porro orta contentione inter Principes, unius anni trivere tempus, & nihil penitus dignum memoria peregerunt; cumque proxime accepturi essent Damascum in deditionem: inconsulte nimis circumventi prodicionibus, solve obsidionem. Sed hæc tu pete, si plenius scire cupis, a Sugerio, atque Tyrio, nam hæc nobis satis ad institutum.

II. Rhemense Conc. ab Eugenio celebratum. (a) Id. ib. c. 55.

Quo ipso anno, media Quadragesima indictum Rhemis ab Eugenio Papa generale Concil. celebratur. De tempore ita fidem certam facit idem qui superius Otto, cum ait: (b) Igitur volvente tempore, cum eadem mediana Quadragesima adveniret, ad quod tempus scilicet indictum fuerat Rhemense Concil. dumque a Turcis populi dispersi Hierosolymam tendentes, per altum navigaremus æquor: in basilica Dei genitricis semperque Virginis Mariæ Rbemis, præsidente summo Ponti-

fice Eugenio sedit Concilium. Hoc quod ad certum tempus Rhemenfis Concilii declarandum ex Ottone, sed & a Roberto in Appendice ad Siebertum idem omnino asseritur, hoc ipso anno quadragesimo octavo post millesimum & centesimum contigisse a Papa Eugenio Rhemis undecimo Kalend. Aprilis Concilium celebrari: In quo, inquit, hæreticus quidam de Britannia adductus damnatur, qui se prophetam, vel magnum quemlibet, & nomine suo alludens (Eon enim dicebatur) eum qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem, se esse dicebat, & de suis quosdam quidem Angelos, alios autem Apostolos faciebat, & propriis Angelorum, seu Apostolorum nominibus appellabat; quo plane signo & ipsum ex Manichæorum officina prodisse possumus intelligere ex his quæ dicta sunt suo loco de Manichæis. Qui (pergit Robertus) in Concilio damnatus, sub custodia Rbemensis Archiepiscopi non multo post defunctus vita pariter caruit & memoria. Hæc Robertus; eadem fere (c) Otto Frisingensis, qui tamen eum traditum Sugerio Abbati S. Dionysii custodiendum quod curaret ipse, Rege absente, regnum, affirmat; quem nec hæretici nomine putat fuisse dicendum, sed fatui, nisi quod non huic soli, sed hæreticis omnibus fatuitas sit iustissime adscribenda. Cæterum ne levitatis arguendus sit tam nobilis Patrum confessus, quod insanum hominem introduci voluerit in plenam Synodum: primo dicendum, Apo-

Insanus hæretic. condemnatur.

(c) Id. ib. c. 54-55.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6641. SÆC. XII. © 9. DC. D. 9. P. II. April. Indict. II. JESU CHRISTI 1148. EUGENII III. PAPÆ 4. CONRADI III. REG. II. MANUELIS COMNENI IMP. 6.

AD num. I. Postquam Crucesignatorum exercitus Laodicæam pervenit, in montana educus, Turcorum pariter & Græcorum circumseptus insidiis, mense Januario currentis anni magna parte dispersit. Acta est apud Satelliam a copiarum reliquiis Purificatio Beatæ Mariæ, quæ urbs antiquis Atalia, memoratur Act. 14. v. 24. Capto deinde consilio de petenda Antiochia itinere maritimo, per quinque hebdomadas expectati sunt venti ferentes: tum hebdomadis tribus iter confectum, appulsisque Antiochiam feria sexta post mediam Quadragesimam, die mensis Martii XIX. Hinc datæ literæ, & Regis, & Odo-

nis de Diogilo ad Sugerium Abbatem. Epistola Regis ad Sugerium est ordine XXXIX. inter ejusdem Sugerii Epistolas, in qua narrata referuntur. Robertus de Monte vulgatus in Chron. hac habet: Obfessa per triduum Damasco a Francis, Germanis Hierosolymitanis, captis jam muris exterioribus, qui hortos ambabant, cum in brevi civitas capienda putaretur, dolo (ut ajunt) Principum Palaestinarum, obsidio remouetur. Factaque discessione, Rex Francorum & Imperator iterum condito die ad obsidendam Ascalonem cum suis Joppe conveniunt, sed Hierosolymitis minime juxta conditum occurrentibus, Imperator Constantinopolim navibus evehitur, Rex suis repatriantibus, cum paucis Hierosolymis per annum moratur.

A numer. II. ad XXXVII. In Actis SS. Bollandianis ad diem XXIV. mensis Februarii, quo Sanctus Matthias Apostolus colitur, referuntur acta Inventionis corporis Sancti Matthiæ, & miraculorum ex Lamberto Monacho Trevirensi, & cap. 4. legitur: anno Dom. Incarnat. millesimo centesimo quadragesimo octavo, decennovales anno IX. indict. XI. præsidente Apostolico Eugenio III. Romana Ecclesia summo Pontifice, anno Papatus sui III. imperii Conradi III. Regis gloriosissimi secundo regni undecimo, venerabilis quidam Adalberonis hujus

II. Eugenius III. Temp. pl. S. Matthiæ Treviris dedicat.

CHRISTI 1148.

EUGENII III. PAP. 4.

CONRADI REG. ROM. IO. MANUELIS IMP. 6.

(a) Rozz. I.

stolum ad hos etiam non contemnendos omnino Ecclesiam obligasse, dicentem: (a) Debitores sumus sapientibus & insipientibus. Deinde quod magnam homo iste multitudinem seduxisset, & adhuc complures ex illis obstinatissimi in errore persisterent, ipsorum ratio habenda erat. Hæc autem ut accipias, locupletius de impostore agendum. Auditorus namque eris miranda Lector, quibus obstupescas, narrata ab auctore hujus sæculi Willelmo Neubrigensi, qui res ab eodem perditissimo homine gestas ad Rhemense Concilium perductas sic refert: (b)

(b) Vvil. Neubrig. l. 1. c. 19. De Eudone five Eon Hæretico.

Circa idem tempus Eugenius Papa Romanus ad sedis Apostolicæ regimen ex Vita regularis distractione assumptus, Ecclesiasticæ studio disciplina in Gallias ventens, generale Concilium instituit Rhemis: in quo dum sederet cum omni frequentia Episcoporum, atque nobilium, oblatum est ei quidam vir pestifer, qui spiritu plenus diabolico, præstigiis astutia tam multos seduxerat, ut fretus sequentium numero per diversa loca formidabilis aberraret, Ecclesiis maxime monasteriisque infestus. Diu itaque multumque debacchatus, tandem a Remensi Archiepiscopo captus est, sapientia vincente malitiam, & sancto Concilio exhibitus. Eudo is dicebatur, natione Brito, agnomen habens de Stella, homo illiteratus & idiota, ludificatione dæmonum ita demeratus, ut cum sermone Gallico, Eon diceretur, ad suam personam pertinere crederet, quod in Ecclesiasticis exorcismis dicitur, scilicet per eum qui venturus Ann. Eccl. Tom. XIX.

est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Ita plane fatuus, ut Eon, & cum nesciret distinguere, sed supra modum stupenda cæcitate crederet se esse dominatorem & judicem vivorum & mortuorum: eratque per diabolicas præstigias tam potens ad capiendas simplicium animas, ut tamquam ex muscis arnearum opere irretitis, seductam sibi multitudinem aggregaret, quæ tota illum, tamquam dominum dominorum individue sequeretur. Et interdum quidem mira velocitate per diversas provincias ferebatur, interdum vero morabatur cum suis omnibus in locis desertis & inuis, moxque instigante diabolo erumpebat improvisus, Ecclesiarum maxime ac monasteriorum infestator.

IV.

Accedebant ad eum plerumque noti ejus & propinqui: erat enim non infimi generis, sive ut eum familiari ausu corripere, sive ut, quomodo se circa eum res haberet, cautius explorarent. Videbatur autem esse circa eum ingens gloria, apparatus, fastusque regius, & qui cum eo erant, sollicitudinis laborisque expertes, pretiose indui, splendide epulari, & in summa lætitia agere videbantur in tantum, ut plerique qui ad corripendum eum venerant, conspectu ejus non verba, sed phantastica gloria corrumpere. Reiebant enim, sed phantastice per dæmones: a quibus scilicet misera illa multitudo, non veris & solidis, sed acervis potius cibus in locis desertis alebatur. Nam sicut postmodum per quosdam audivimus, qui in ejus fuerant comitatu, coque sublato tamquam agentes pœnitentiam,

PAGIUS

civitatis Archiepiscopi anno XVI. dedicatum est hoc monasterium ab eodem venerabili Apostolico, & ab Adalberone Archiepiscopo Idibus Januarii, &c. Memorantur ibidem Cardinales XIII. qui præsentibus fuere. [1]

III. Scripta S. Hildegardis in Concilio Trevirensi examinata.

Ante Concilium Remense aliud Treveris Eugenius III. celebravit, in quo scripta sanctæ Hildegardis, quæ monasterium apud Bingium ad Rhenum Fl. quatuor leucis a Moguntia diffusum, construxerat, discussa sunt. Rem narrat Baronius num. XXXII. & seq. sed nulla Concilii mentione facta, & cum Theodoro Abbate in Vita Sanctæ Hildegardis apud Surium ad diem XVII. Septemb. existimat hoc examen post Concilium Remense peractum. Verum ex dicendis liquebit, Theodorum & Recentiores, qui eum hac in re secuti sunt, hallucinatum. Hildegardis unctione Magistra edocta multa docebat, & non deerant, qui mulierem illam aut illudentem publicarent, variisque ille rumor, diversæque sententiæ Eugenium III. ad-

gere, ut rem Concilio examinaret, ut refert Trithemius in Chron. Hirsaug. ad annum MCL. loco scilicet non suo: Synodum, inquit, tam Episcoporum quam Cardinalium & Abbatum ibidem celebravit (nempe Treviris) ubi Henricus Archiep. Moguntinus, & sanctus Abbas Clavavallis Bernardus ipsi Summo Pontifici mirabilia, qua Deus operabatur in famula sua Hildegarde, montis sancti Ruperti Confessoris Abbatissa retulerunt. Quibus auditis Papa attonitus, & rem diligentius investigare volens, Viridunensem Episcopum Aldebertum cum aliis viris fide dignis misit ad sanctam Hildegardem, ut cum humilitate & mansuetudine, sine strepitu vel curiositate, quid rerum esset, ab ipsa sciscitarentur. Qui cum ad monasterium, in quo degebat Sancta Virgo, devenissent, & juxta commissionem Apostolicam veritatem ab ipsa humiliter inquirerent, illa simpliciter, qua dese erant, aperuit, & Legatos cum scriptis, & libris revelatis sibi divinitus, dimisit. Ita Trithemius.

NOTE

[1] G Loscherius vetus scriptor gestorum archiepiscoporum Trevirensium ab A. 1132. usque ad 1259. notat, Eugenium venisse Trevirim anno 1148. prima dominica adventus. Sed valde suspicor annum ab eo duci a septembri anni superioris; alias concilium Remense quod succedente media quadragesima habitum auctor idem asserit, ad sequentem 1149. differendum esset, quod explorata veritati repugnaret. Vide Corp. Historic. Eccardi t. II. MANSI

iam, per Orbem vagabantur, in prom- ptu ejus erant, quotiescumque volebat, panes, carnes, pisces, & quique cibi lautiores.

V. De Præ- figiis hominis hæretici.

Verum quod iidem cibi non solidi, sed aeris fuerint, subministrantibus invisibi- liter spiritibus aeris hujus, ad capiendas magis, quam pascendas animas: hinc e- lucet, quod quantumcumque ex cibis il- lis repletionem modico ructu exinanitam tanta mox sequebatur esuries, ut eosdem cibos illico repetere cogerentur. Quicum- que forte ad eos accedens, ex cibis eor- um vel modicum gustasset: ex participa- tione mensa demoniorum mente mutata, spurcissima multitudinis continuo adhere- bat. Et quicumque ab eis aliquid in qua- libet specie accepisset, periculi expers non erat.

Denique fertur, quemdam militem pro- pinquum illius pestiferi accessisse ad eum, & simpliciter monuisse, ut abjurata ve- fanda secta illa per communionem Chri- stiana gratia, proprio generi reddere- tur. Ille hominem astute suspendens, o- stendit ei in multiplici specie phantasti- carum opum amplitudinem, ut blandiente visarum rerum illecebra caperetur. Pro- pinquus, inquit, noster es, sume de nostro, quod & quantum vis. Verum homo prudens cum verba correctionis in ventum fudisset, exivit ut abiret. Armiger vero ejus con- spectum miræ pulchritudinis accipitrem in propriam perniciem concupivit. Quo pe- rito & accepto, dominum suum jam abeun- tem cum lætitia sequebatur. Cui ille: Ab- iice cito quod portas, non enim est avis, ut videtur, sed dæmon sic transformatus, cujus verbi veritas post modicum claruit. Cum enim insipiens nollet audire monen- tem: primo conquestus quod accipiter il- le unguibus sibi pugnum fortius stringe-

ret: mox ab eodem per manum in aerem sublevatus deinceps non comparuit.

Sane cum pestifer ille ita debacchare- tur (ut dictum est sæpius) a Principibus ad vestigandum & prosequendum eum exer- citus frustra mittebatur: quæsitus enim non inveniebatur. Tandem vero fraudatus ope dæmonum, cum non amplius per illum debacchari sinerentur (non enim nisi a su- perioribus potestatibus iusto Dei iudicio relaxantur) levi negotio a Rhemensi Ar- chiepiscopo comprehensus est, & populus quidem stolidus qui eum sequebatur, di- lapsus est. Porro discipuli, qui ei arctius adharebant, ejusque cooperatores extite- rant, cum ipso capti sunt.

Cum ergo staret in conspectu Concilii, interrogatus a summo Pontifice quisnam esset, respondit: Ego sum ille qui ventu- rus est judicare vivos & mortuos, & sæ- culum per ignem. Habebat autem in ma- nu sua baculum inusitata formæ; in supe- riori scilicet bifurcum. Interrogatus quid sibi vellet baculus ille: res, inquit, gran- dis mysterii est. Quando enim sicut nunc videtis, duobus cælum capitibus suspicit: duas Orbis partes Deus possi- det, tertiam mihi partem cedens. Porro si eadem duo superiora capita baculi sub- mittam usque ad terram, & inferiorem ejus partem quæ simplex est erigam ut cælum suspiciat, duabus mundi parti- bus mihi retentis, tertiam tantummodo par- tem Deo relinquam. Ad hæc risit u- niversa Synodus, derisitque hominem tam profunde datum in reprobum sensum. Jus- sus autem ex decreto Concilii, ne pestis iterum serperet, diligenter custodiri, tempore exiguo supervixit.

Discipuli vero ejus, quos magnis insi- gnierat nominibus alium scilicet vocans Sapientiam, alium Scientiam, alium Ju- di-

VI. Capitulum hæreticus.

Stulta professio hæretici hominis.

VII.

Diplomate, in hac Synodo Monasterii Fuldenfis congregationem Henrici Abbatis sui nomen de- tulisse, & apud Eugenium eum accusasse, quod minus recte & salubriter Ecclesiam illam ad- ministraret. Causa ab Eugenio cognita, pla- cuit Henricum suo munere defungi, successore obvimente Marquardo, qui summa gloria mo- nasterium illud rexit. Pontifex per tres men- ses Treveris moratus est, uti notarunt Brou- verus & Trithemius citati, ac Sigonius lib. XI. de Reg. Ital. ideoque ab initio circiter mensis Decembris anni elapsi usque ad Martium præsentis anni. [1]

Concilium enim Remense hoc anno ab eo ce- lebratum esse, restantur Otto Frisingensis in Friderico lib. 1. cap. 55. Chronographus Ca- ta-

In eo Ab- bas Ful- denfis de- positus.

V.

Discipu- lorum e- jus nomi- na & pœ- na.

dicium, & in hunc modum ceteros, cum sanam doctrinam nulla ratione reciperent; potius obstinatissime de falsis gloriaren- tur vocabulis: in tantum, ut ille qui iudicium dicebatur, suis detentoribus ul- tricem infelici fiducia comminaretur sen- tentiam. Curia prius & postea ignibus traditi ardere potius, quam ad vitam corrigi maluerunt. Audivi a quodam venerabili viro, qui interfuit dum hæc agerentur, quod audierit illum, qui Ju- dicitum dicebatur, cum ad supplicium du- ceretur, crebro dicentem: Terra sin- dere: tamquam ad oris ejus imperium terra aperienda esset, & devoratura si- cut Daiban & Abiron, hostes ejus. Tan- ta vis semel infixi cordibus erroris fuit. Hactenus Neubrigensis. Sed jam ad ejus- dem Rhemensis Concilii Acta revocemus orationem.

VIII. Causa Princi- pum per- lata ad Concil.

Inter alia autem, perlata ad Synodum Regum causas esse sic narrat: Venerunt ad prædictum Concilium cum bulla aurea Nuntii junioris Romanorum Regis Hen- rici, tam de sublimatione sua ad Impe- rium Romano Pontifici significantes, quam de tribus fratribus Ducatus Polo- niæ, qui ejectione quarto & seniore, Du- catum intra se dividerant, ac de Episco- pis illius Provinciæ, qui super hoc pa- tri ipsorum juramentum præstiterant, que- rimoniam facientes. Sed quid de his in Concilio fuerit definitum, dicere præ- termittit.

Insuper autem statutos fuisse in eadem Synodo complures canones spectantes ad disciplinam Ecclesiasticam in usum pri- stinum revocandos, ex S. Bernardo, qui ex illis aliquot recitat in libris de Consideratione ad Eugenium, possumus intelligere, dum quarto anno a tem- pore isto conqueritur apud ipsum Pon- tificem, non servari, quæ in proximo præcedenti Rhemensi Concilio statuta fuissent.

At primum omnium ante canones ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentes de- scribendum est, quod Eugenius ipse post Concilium Rhemense Symbolum Fidei promulgandum statuit contra errores Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Epocha Concilii Rhemensis

Et factum est, ut disputantibus personis quae aderant, super primo capitulo praedicto occurreret secundum proficiente praedicto Episcopo, quod nec unus Deus, nec unum aliquid sit tres personae, licet tres personae sint unus Deus, id est una divinitate, & sint unum, id est uno. Et adversus hoc capitulum diutius est disputatum, postquam suggerente sancto Bernardo, & domino Papa praecipiente, ipsum etiam cum priore litteris est commendatum. Cur evidens satis opposita est auctoritas Athanasii in haec verba: Supernarum virtutum carmina unum tria, & tria unum esse confirmant. Sequenti die codices tantos attulimus ad disputationem, ut obstupescerent fautores Episcopi, & a nobis audirent, quia ecce schedulas non habemus. Faciebat Episcopus in libris beati Hilarii, & de corpore canonum in quorundam Graecorum epistolis verba minus intelligibilia, praesertim in tanta festinatione, & in tanta ac tali multitudine lectitari: nec deerant qui pro eo se opponerent, licet parum intelligentes. Ad data sunt eodem die capitula duo prioribus, & litteris pariter commendata. Quod personales proprietates, & aeternarum rerum multitudinem copiosam Episcopus idem veraciter esse sine initio profiteretur, quarum tamen nulla Deus esset, nulla a Deo.

XXV.

Quartum fuit capitulum, quod natura divina naturam non suscepit humanam, sed persona Filii naturam nostram suscepit, contra illud beati Gregorii: Quia venit ad nos calceata divinitas humanitate: & beati Augustini in libro primo de Trinitate: Ergo quia forma Dei accepit formam servi, utrumque Deus & utrumque homo. Item ejusdem super Evangelio Joannis in Tractatu septuagesimo quinto: Semetipsum exinanivit, & homo &c. quis nisi idem ipse Christus Jesus? sed hic jam sunt omnia, & Verbum in-

forma Dei, quae accepit formam servi; & anima & caro in forma servi, quae accepta est a forma Dei. Et Leo Papa: Suscepit nos illa natura, quae nec nostris sua, nec suis nostra consumeret. Exinde propter quam diutius disputatum est sub eo tenore, discessum est, ut dicerent domini Cardinales, quia ecce audivimus quae proposita sunt, deinceps iudicabimus qualiter debeant deserviri. Quod verbum eatenus movit corda multorum, ut sequenti die apud sanctum Bernardum convenirent Archiepiscopi decem, Episcoporum quoque & Abbatum ac magistrorum plurima multitudo. Et quia iudicium sibi soli videbantur reservasse quos noverant fere omnes errantis potius quam erroris fautores: providere oportere, cum capitulis illis G. Episcopi, suae & fidei symbolum mitti, ut scirent plenius unde iudicarent. Scripserunt ergo capitula totidem quam expressius potuere illius verbi, suam confessionem contrariam in omnibus, & per omnia proponentes, quam de communi omnium convenientia, non sine multa deliberatione dictatam iudicaturis fierent exhiberi. Nec tamen verebantur, nec contrarium aliquid iudicarent; sed credebant, nonnullos eorum ad hoc tendere, ut sine aliqua definitione Concilium solveretur. Propter quod eidem scripturae, quam novissimam vobis mittimus, subscripta sunt nomina singulorum, qui aderant Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & magistrorum de consensu & convenientia universorum.

Et electae sunt tres personae, Episcopi duo reverendissimi, Hugo Antiodorensis, & Milo Morinensis, & Sugertus Abbas S. Dionysii, qui eandem scripturam domino Papae & Cardinalibus praesentarent, & dicerent eis: Pro vestra reverentia sustinimus minus dignos acceptatione sermones, donec tandem audivimus, quod de eis iudicare velletis. Offerimus ergo & nos vobis nostram confessionem, ut non de parte, sed de partibus iudicetis. Tenetis confessionem hominis illius scriptam: convenit ut teneatis & nostram. Verumtamen ille vobis sub hoc tenore iradidit suam, ut paratus esset corrigere, si quid vobis aliud videretur. Nos huiusmodi conditionem penitus excludentes, sic vobis nostram offerimus, ut noveritis quod in hoc sumus, in hoc perseverabimus, nihil penitus mutaturi. Quibus sine cunctatione dominus Papa respondit, & universis qui miserant eos, renuntiare praecipit, quod ab eadem confessione eorum in nullo prorsus Romana Ecclesia dissentiret, etsi stare visifuerant aliquid pro persona, sed non stabant aliquatenus pro doctrina. Inde fuit quod in insigni palatio, cui nomen est Thau, Ecclesia universa conveniens, &

* f. postquam.

* Gilliberti.

* f. ne.

XXVI. Electi offerunt Confes. fidei catholicae.

* f. aliqui

interrogatus Episcopus Pictaviensis capitulis singulis libere renuntiavit, haec eadem verba locutus: Si vos aliter creditis, & ego; si aliter dicitis, & ego; si aliter scribitis, & ego. Ibidem dominus Papa auctoritate Apostolica, de assensu totius Ecclesiae quae convenerat, capitula ipsa damnavit, districte praecipiens, nec eundem librum legere, vel transcribere etiam sic reprobatum quis auderet, nisi prius eum Romana Ecclesia correxisset. Cumque responderet Episcopus: ego corrigam ad arbitrium vestrum: non vobis ait, haec correctio committeretur.

XXVII. De aliis erroribus Gilliberti.

Erant & alia, quae in scholis suis dicebatur auditoribus suis frequenter idem Episcopus tradidisse, licet nos dissimularem; pro multitudine tamen scholarium, qui testimonium perhibebant ab eo audivisse multoties, haec coram omnibus scissae & disceptae fuerunt chartae, quae dicebantur ejus sententias continere. Quin igne petito ad comburendum eas: dixerunt quidam sufficere si scinderentur. Quae nam fuerint illa capitula, nec tum scire curavi, nec adhuc scio. De cetero super capitulis aliis, de quibus mandatum vestrae dignationis accepi, diligenter considerans in libro Glossarum Psalterii, quas idem G. Porretanus composuit super versum, Adorate scabellum pedum ejus, ita scriptum inveni: Caro de terra est, & de carne Mariae carnem accepit Christus. Haec sine impietate adoratur a nobis, quia nemo carnem ejus spiritualiter manducat, nisi prius adoret. Hucusque verba sunt Augustini. Quibus continuo addidit G. declarationem, quod est adamentum eorum: Non illa dico adorationem, quae latria est, quae soli Creatori debetur, sed illa, quae in dulia dignior est: dulia enim adoratio est, quae etiam creaturae exhibetur; quae duas habet species, unam quae hominibus indifferenter, alteram quae soli humanitati Christi exhibetur. in libro autem Glossarum ejus in epistola sancti Pauli super illum locum: Propter quod Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ita est commentatus: Quibusdam videtur hoc nomen datum homini, quod nulla ratione convenit: hoc enim donum esse Filium Dei, hoc nomen esse Deum, quod non per solam appellationem, sed per naturam super omne nomen est, quod non post passionem suam, sed potius a Patre, a quo habet omnia, cum generatur, accepit. Hoc ergo non homini datum, nisi forte quis dicat per adoptionem omne datum: sed adoptivo Deo non flectitur omne genu, nec est in gloria Dei Patris: nam nato ex Deo hoc competit. Dicit tamen Apostolus: Dedit illi nomen &c. Quod ideo dico; quia natus accepit ut per crucem manifestaretur, quid a Pa-

* f. illam.

* f. illam.

* f. nomen.

* f. generaretur.

Sapientiorum Gillib.

* f. qui

tre, dum generaretur accepit. Horum ergo capitulorum nihil eiusdem Concilii tempore audieramus, nihil penitus noveramus.

Videntur autem his contraria haec quae sequuntur in scripturis beati Leonis Papae, quorum auctoritatem sacris canonibus confirmatam optime novit vestra discretio. Dicit enim in sermone Paschali: Non sic creatura in societatem sui Creatoris assumpta est, ut ille habitator, & illa esset habitaculum; sed utrumque Deus de potentia suscipientis, uterque homo de humilitate suscepti. In utraque igitur natura idem est Dei Filius, & nihil est alterius naturae, quod non sit utriusque. Item in nullo dividentes visibilem ab invisibili, corporeum ab incorporeo, & Verbum in Christo hominem, & Christum adoremus in Verbo. Infra: Utrumque fideliter credite, utrumque fideliter adorete, & in unitate Verbi & carnis non sit ulla divisio. Idem in sermone de Natali: Ab illo tempore, quo Verbum caro factum est, nec Deum illum sine hoc quod homo est, nec hominem sine hoc liceat cogitare quod Deus est, cum nihil assumpto divinum, nihil assumpti deesse humanum. Nec enim divinis humana praedjudicant, nec humana divinis: ipse est caro qui Verbum. Idem ad Flavianum Episcopum: Sententia est Joannis Apostoli & Evangelistae. Qui solvit Jesum ex Deo non esse, & hic est Antichristus. Quid autem est solvere Jesum? nisi humanam a Verbo separare naturam? Augustinus in definitionibus Ecclesiasticorum dogmatum: Homosion Patri & homini adoratur ab Angelis; & omni creatura, sicut Pater & Spiritus sanctus, non homo propter Deum, vel Christus cum Deo, sed homo in Deo, & in homine Deus. Idem de praedestinatione Sanctorum. Ille homo ut a verbo in unitatem personae assumptus filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruit? Nam & ipsum Dominum gloriae, in quantum homo factus est Dei Filius, praedestinatum didicimus in Apostolo. Praedestinata ista naturae humanae tanta, tam celsa, & summa subiectio, ut quo attolleretur altius non haberet. Hieronymus in Ereviario Psalmorum super, Adorate scabellum pedum ejus: Licet quidem assumptus sit homo, & ad comparisonem Dei omnis creatura scabellum pedum ejus est; tamen hoc ipsum scabellum sociatum est Deo, & de sedili suo, videte quam rem audeam loqui: Ego ita adoro scabellum, sicut & thronum. Ego non intelligo aliud sedentem, & aliud scabellum, sed totum in Christo thronum esse. Quomodo sit nescio, & tamen credo quod sit. Sufficit mihi scire quod scriptum est, quod credo: Fideles dicimur, non Rationales.

XXVIII.

Confutatio enormis erroris Gilliberti.

Con-

XXIX. Confutatio IV. cap. Gilierti.

Contra capitulum quartum, secundum quod prescriptum, sentit Leo Papa scribens ad Flavianum Episcopum ita: Hoc inquit Apostolus, sentite in vobis &c. usque in gloria Patris, assumpti non assumptis proventus est quod dicitur, Deus illum exaltat. Idem scientes, quod semper eterna Filii deitas nullo apud Patrem crevit augmento, prudenter advertite, quod nec cui dictum est, terra es, & in terram ibis, eidem in Christo dicitur: sede a dextris meis. Idem ad Constantinopolitanos: Dicant adversarii veritatis, quando omnipotens Pater, vel secundum quam naturam Filium super universa prorexit, vel cui substantia cuncta subiecit. Deitas enim Verbi par in omnibus & consubstantialis est Patri: sed minor erat provehente qui crevit: in natura hominis accepit a Patre, quod in natura deitatis etiam ipse donavit. Item ad Leonem Augustum, & ad Palestinos: Exaltationem, qua illum exaltavit Deus, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ad eam intelligimus pertinere formam, qua ditanda erat tantae glorificationis augmento. Item: Quidquid ergo accepit, in tempore secundum hominem accepit, cui quae non habuit, conferuntur. Forma autem servi in gloria divinae potestatis erecta est, nec interest, ex qua Christus substantia nominetur, vel adoratur. Hieronymus in Breviario super epistolam ad Philippenses: Si ita assumptus homo humiliari dignatus est, divinitas, quae se humiliare non potest, eum qui humiliatus fuerat, merito exaltavit. Sed & illi donatum est nomen, quod ante non habuit. Unde recte locus hic secundum humanam naturam intelligendus est. Idem super, Dixit Dominus Domino meo: Istum locum Salvator in Evangelio exposuit, dicens: Si Christus est, inquit, filius David, quomodo in spiritu vocat eum Dominum? huic Domino, cui praecipitur ut sedeat: Deus enim non sedet, assumptione corporis sedet: huic ergo praecipitur ut sedeat qui homo est, qui assumptus est. Augustinus contra Maximum: Donavit illi nomen &c. homini donavit ista, non Deo. Ac deinde in qua forma crucifixus est, ipsa exaltata est, ipsi donatum est nomen quod est super omne nomen, homini Christo secundum carnem mortuo, resurgenti, ascendenti; donatur enim nomen, quod est super omne nomen. De caetero ut epistola finem deinceps sortiatur, si placuerit vestrae discretioni super prioribus capitulis quatuor plenius edoceri: in sermonibus B. Bernardi super Cantica canticorum diligentior de eisdem disputatio continetur. Optamus & oramus ut bene semper in Domino valeat vestra paternitas. Recommendamus vobis Fratres nostros de fossa nova. De prosperitate

vestra, & statu Ecclesiae sanctae certitudinem satis vellemus audire. Pergit vero:

Vix perfecta erat epistola haec ab eo, cui tradita fuerat ad scribendum, & ecce eadem hora voluntas Domini fuit, ut mihi occurreret quod volebam. Ab altero siquidem Fratre, priusquam mihi praesens epistola redderetur, scriptura alia du quaesita jam penitus desperanti mihi exhibitae est, quam super eisdem capitulis ante annos pene quadraginta edideram cum ipso Symbolo, quod domino Papae, & Romanae Ecclesiae ex parte decem Archiepiscoporum, & omnium Episcoporum pene, qui in illa adhuc die Rhenis * f. in-venti sunt cum Abbatibus maximis atque plurimis, & magistris scholarum, & subscriptis nominibus singulorum, per superius memoratas personas fuerat praesentatum. Unde satis exultans, illam quoque scripturam adiciens huic epistolae, tamquam christifido domino meo vobis utramque filiali devotione transmitto.

Audivi etiam, quod super damnatione Petri Abailardi diligentia vestra diligenter plenius nosse similiter veritatem, cujus libellos pia memoriae dominus Innocentius Papa Secundus in Urbe Roma, & in Ecclesia beati Petri incendio celebri concremavit, Apostolica auctoritate hereticum illum denuntians. Nam & antea plures annos venerabilis quidam Cardinalis & Legatus Romanae Ecclesiae Cononome, regularis quondam Canonicus Ecclesiae sancti Nicolai de Arva, Theologiam ejus, Suesione Concilium celebrans, similiter concremaverat, ipsum Petrum praesentem arguens, & convictum de heretica pravitate condemnans. Unde vestro si placuerit desiderio, per libellum de vita sancti Bernardi, & per ejus epistolas missas ad Curiam satis fiet. Inveni tamen in Claravalle libellum cujusdam Abbatis nigrorum monachorum, quo errores ejusdem Petri notantur: quem & olim me vidisse recordor, sed a multis annis, ut custodes librorum asserunt, studiose quaesitus primus quaterio non potuit inveniri. Propter quod propositi nostri est in Franciam destinare ad monasterium, cujus Abbas extitit, qui eundem librum composuit, & si recuperare poterit, transcribi facere codicem totum & mittere vobis. Credo enim quod vestrae inquisitioni sufficere debeat, ut cognoscatis, quae, quemadmodum, quare sint condemnata. Haecenus Gaufridi epistola ad Episcopum Cardinalem Albanensem.

De his quae spectant ad Rhemensis Concilium, dum agimus, etiam illud dicere non praetermittimus, magno cessasse lucro (a) Raymundo Toletano Archiepiscopo, quod vocatus cum aliis ab Eugenio Papa, venerit ad Rhemensis Concilium

XXX. Appendix ad epist.

* f. in-venti.

De damnatione iterata Abailardi.

XXXI. (a) Scriptores rerum Hisp. & novissime Jo. Maria.

De corpore S. Eugenii mar.

lium. Nam in via prope Parisios ingrediens basilicam sancti Dionysii, didicit primo, quod ipsi fuerat incompertum, esse ibi reconditum corpus sancti Eugenii Archiepiscopi Toletani martyris, ejus epitaphio id his litteris indicante: HIC SITUS EST EVGENIVS MARTYR PRIMVS ARCHIEPISCOVVS TOLETANVS. Quo factum est, ut sub Alphonso Rege focero hujus Ludovici Regis Francorum anno millesimo centesimo quinquagesimo sexto brachium ejusdem Eugenii a Rege ad focerum illud expetentem missum fuerit in Hispaniam, exceptumque summa reverentia, ipso Alphonso & filiis succollantibus sacram farcinam. Reliqua vero sacri corporis ossa nostro tempore, concedente Carolo Nono Francorum Rege, pari religionis cultu accepit, qui per Legatos petierat Philippus Secundus Rex Catholicus, spectaculum edens tanto Principe dignum hoc praesertim tempore, Deo gratissimum, cum Hagiomachorum insanit in Orbe Christiano dementia, & furit infania, ita de ipsis Catholico Rege gloriosissime triumphante.

XXXII. (a) Apud Sur. 2. 5. die 17. Septemb. Quid Treviris cum S. Hildegard. Eugen. Pap.

Absoluto Rhemensis Concilio, cum Eugenius Papa (inquit (a) Theodorus Abbas in rebus gestis sanctae Hildegardis per Adalberonem Trevirorum Archiepiscopum devocatus, Treviris morabatur: visum est pontifici Moguntina civitatis, & majoribus Cleri ad Apostolici cognitionem esse veniendum, quatenus ipsius auctoritate nosceretur, quid de compertis sanctae Hildegardis virginis monialis visionibus recipiendum aut refutandum foret. At Papa summae discretionis, auditu tantae novitatis attonitus, cum Deo sciret cuncta esse possibilis, rem diligentius investigare gestiens, venerabilem Virduni Praesulem, & cum eo Adalbertum Primitivum, aliasque personas idoneas dirigit ad coenobium, sub quo eadem virgo tot annis degebat inclusa, ut sine strepitu, vel curiositatis acumine, quid rerum esset, ab ipsa sciscitarentur. Quibus humiliter inquirentibus, cum illa simpliciter, quae de se erant, aperuisset, ad Apostolicum redierunt, & magna ipsius, magna cunctorum astantium expectatione, quae audierant, retulerunt.

His Papa recognitis, jubet representari scripta beatae Hildegardis, quae sibi de praefato coenobio perlata susceperat, & ea manibus propriis tenens, ipseque recitatoris vice functus, Archiepiscopo & Cardinalibus, omnibusque qui de Clero aderant, publice legit, ac responsa virorum, quos ad haec indaganda miserat, pronuntians: omnium mentes & voces in laudem Conditoris & congratulationem excitavit. Aderat etiam ibidem sanctae recordationis Bernardus Abbas Claravall-

lis, quo mediante, ceterisque annitentibus, monebatur summus Pontifex, ne tam insignem lucernam silentio tegi pateretur, sed gratiam tantam, quam tempore ipsius Dominus manifestare vellet, sua auctoritate confirmaret. Ad haec reverendus Pater Patrum tam benigne quam sagaciter assensum praebens, litteris salutaribus beatam virginem visitavit, in quibus concessa sub Christi & beati Petri nomine licentia proferendi quaecumque per Spiritum sanctum cognovisset, eam ad scribendum animavit; sed & locum, quo illa fovebatur, honoravit, datis ad Abbatem, & Fratres coenobii gratulatoriis ex suo nomine litterarum apicibus. Haec de his ibi.

Visitatio ista & examinatio de Hildegarde facta majorem illi conciliavit estimationem, de qua Joannes Saresberienensis haec habet libro primo epistolarum sancti Thomae, epistola centesima septuagesima prima in fine: Visiones & oracula beatae illius & celeberrima Hildegardis, quae apud vos sunt, mittite scilicet. Quae mihi ex eo commendata est & venerabilis, quod eam dominus Eugenius specialis charitatis affectu familiariter amplectabatur. Explorate etiam & rescribite, an ei sit de sine hujus schismatis aliquid revelatum. Praedixit enim, in diebus Papae Eugenii, quod non esset nisi extremis diebus pacem & gratiam in Urbe habiturus. Haec Joannes Saresberienensis.

Quomodo autem post haec Romam versus Eugenius convertens iter, Claravallense monasterium invisit, sic accipere a Bernardo Abbate Bonaevalis, qui aderat: (b) Eugenius interim celebrato Rhemis Concilio, Claravallensem humiliter visitat, & gloriam Pontificatus Romani pauperum praesentat aspectibus. Mirantur omnes in tanta altitudine humilitatem immobilem, & in tam excellenti culmine profecti sancti permanere virtutem, ut altitudini sociata humilitas, pro officio exterius splendeat, ut per virtutem nequaquam interius inanescat. Adhaerebat carni ejus lanea tunica, & diebus ac noctibus cuculla vestitus, sic ibat, sic cubabat. Intus monachi habitum retinens, extra se Pontificem & moribus & vestibus exhibebat, rem difficilem agens, diversarum in uno homine proprietatem exprimens personarum. Segmentata ei circumferebantur pulvinaria, lectus ejus pallis opertus cortina ambebatur purpurea. Sed si revolveres operimenta, invenires superjectis laneis complosa stramina, & paleas conglobatas. Homo in facie, Deus videt in corde, ipse vero bona coram Deo & hominibus providebat. Alloquitur fratres non sine lacrymis, miscens sermonibus avulsa a corde suspiria, hortatur & consolatur & se inter eos fratrem & suum

Probat. Eug. Pap. res Hildegard.

XXXIII.

Eugenius visitat monasterium Claravall. (b) Vit. S. Bern. l. 2. c. 8.

CHRISTI
1148.EUGENII III. PAP.
4.CONRADI REG. ROM. 10.
MANUELIS IMP. 6.

cium, non dominum exhibet vel magisfrum. Cumque eam ibi morari diutius non pateretur magna cum profectu habitantium multitudo, salutatis Fratibus, iter in Italiam dirigens abscissit, & ad Urbem pervenit. Hæc ibi de Eugenio Papa. Sed qui Claramvallem visitavit, Cistercium cunabula totius Ordinis non præterit.

XXXIV. Quodnam autem tunc contigerit per sanctum Bernardum miraculum fieri, accipe: (a) Eodem anno (inquit idem auctor) apud Cistercium juxta morem Abbatibus congregatis: prædictus Papa venerabilis affuit, non tam auctoritate Apostolica præsidens, quam fraternam charitatem residens inter eos, quasi unus ex eis. Ubi cum ad cellulam in qua jacebat, facto vespere & conventu soluto, Dei famulus divertisset, surdum ei puerum obtulerunt. Erat autem puer ille de vicinia eadem, & sicut postea didicimus, ex longo ante tempore vigilans in custodia gregis sui, subito terrore percussus amiserat prorsus auditum. Orans itaque Pater sanctus, & pueri manus imponens, utrum audiat, sciscitatur. At ille miræ devotione proclamans, Audio, domine, audio tam firmiter amplexatus est eum, ut vix ab eo posset avelli. Auditum, est verbum, oblatum est summo Pontifici, aliisque personis, celeberrimumque hoc miraculum fuit. Hæc ibi.

Antequam autem Eugenius Papa e Galliis recederet, controversiam arduam obtortam inter Theobaldum Cantuariensem Archiepiscopum, & Bernardum Episcopum sancti Davidis ejus refugientem obedientiam componere laboravit. Hæc ut intelligas, ex Annalibus Anglorum, ista opus est audias, quæ sic se habent: (b)

(b) Rog. part. post. an. 1199. in fine.

XXXV. Rex Henricus Valliam regno suo subjugavit, & ideo prædictam Menevensis Ecclesiam, & alias Valliæ Ecclesias suffraganeas Menevensis Ecclesiæ, Ecclesiæ regni sui, scilicet Cantuariæ subscere cupiens, Bernardum Clericum de Camera sua, quem in Menevensi Ecclesia Wilfrido Episcopo subrogari procuravit, apud Cantuariam per regiam violentiam consecrari fecit: & hic fuit primus Menevensis Ecclesiæ Episcopus a Cantuariensi Archiepiscopo consecratus, & post eum David, & Petrus a Regibus Angliæ compulsus, similiter a Cantuariensi Archiepiscopo sunt consecrati, præstitis sacramentis contra canones exortis de non suscitanda lite super jure metropolitico contra Cantuariensem Ecclesiam in perpetuum. Bernardus tamen defuncto Henrico Rege Primo, movit quæstionem super jure Ecclesiæ suæ metropolitico contra Theobaldum Cantuariensem Archiepiscopum. Unde Papa Eugenius in hac forma scripsit

Theobaldo Cantuariensi Archiepiscopo & Eugenius Episcopus servus servorum. Dei venerabili fratri Theobaldo Cantuariensi Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Venerabilis frater noster Bernardus Episcopus sancti David, ad nostram præsentiam veniens, Ecclesiam sancti David olim metropolim fuisse asseruit viva voce, & eandem dignitatem sibi a nobis restitui postulavit. Cum autem circa petitionem istam invigilans, diu in Curia nostra commoratus esset; tu frater Archiepiscopo, tandem eo præsentem, ex adverso consurgens, in præsentia nostra adversus eum querelam deposuisti, quod debitam tanquam primo Metropolitanam obedientiam subtraxisset, tibi que inobediens & rebellis existeret, cum a prædecessore tuo, tanquam a Metropolitanam primo consecratus esset, & viva voce, & scripto Cantuariensi Ecclesiæ professionem fecisset, & in multis postea, tanquam alii Suffraganei tibi obedisset, & assistisset. Ille vero consecrationem negare non potuit; sed professionem se fecisset, & obedientiam exhibuisse omnino negavit. Quod tu audiens, duos testes in medium produxisti, testimonium perhibentes, quod ipse illis videntibus & audientibus, post consecrationem suam & viva voce, & scripto Cantuariensi Ecclesiæ professionem fecisset. Nos igitur auditis utriusque partis rationibus, & diligentius inquisitis, & testibus tuis studiose examinatis; communicato fratrum nostrorum consilio, juramenta eorum recepimus, & ut ipse Episcopus tibi, tanquam primo Metropolitanam, obedientiam & reverentiam exhibeat, justitia dictante præcepimus. Unde, quoniam singulis Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis suam dignitatem, & justitiam volumus conservare, B. Lucæ festivitatem proximi sequentis anni tibi & ipsi diem præfiximus, ut tunc præsentibus partibus, de dignitate Ecclesiæ sancti David, & libertate sua, rei veritatem cognoscamus, & quod justum fuerit, auctore Domino, exinde statuamus. Datum Meldis tertio Kalendas Julii. Epistolam autem istam prædictus magister * Gilardus invenit in registro Eugenii Papæ.

Accidit autem inter hæc, ut Archiepiscopus Cantuariensis rediens ex Rhemeni Concilio in Angliam, gravem persecutionem passus sit a Stephano Angliæ Rege, ea ex causa, inquit S. Thomas ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopus, quod contra prohibitionem ejusdem Regis vocatus ab Eugenio Papa, ad Rhemense Concilium venisset. Alia quoque intercessit persecutionis causa, nempe quod prohibente Romano Pontifice, filium Regis Eustachium noluit coronare. Hæc san-

* al. Girardus. XXXVI. Theobaldus Cantuar. Archiep. quæ passus ob Roman. Eccl.

CHRISTI
1148.EUGENII III. PAP.
4.CONRADI REG. ROM. 10.
MANUELIS IMP. 6.

sanctus Thomas in commendationem S. Ecclesiæ Cantuariensis Antistitum, quod addictissimi semper fuerint Apostolicæ Sedi, etiam contra Regum Angliæ id prohibentium voluntatem. Quid vero egerit Eugenius Papa adversus Regem eundem, monitis Pontificiis non parentem, idem S. Thomas in fine ejusdem epistolæ ad Bofonem Cardinalem datæ, hæc habet:

Rex Stephanus ab antecessoris nostri persecutione non destitit, antequam piæ recordationis dominus Eugenius, omnino cessante appellationis obstaculo, in caput ejus anathematis, & in terram interdicti sententiam præcepit ab omnibus Episcopis auctoritate Apostolica exerceri. Lupus enim ab ovili facile non ardetur, nisi clamorem canum terreatur & baculo. Hæc sanctus Thomas epistolæ libro primo epistola centesima trigesima sexta. Et libro quarto epistola decimaquarta ad Alexandrum Papam ista etiam refricat de Eugenio Papa, in Stephanum Regem Angliæ juste permoto; ait enim: Numquid eram Archiepiscopus, quando pater ejus Nuntios beati Eugenii terram illam intrare prohibuit? Numquid eram Archiepiscopus, quando Gregorius S. Angeli diaconus Cardinalis tyrannidem hujus prævidens, persuasit domino Eugenio, ut Eustachium filium Regis Stephani coronari permitteret dicens, facilius posse teneri arietem per cornua, quam cauda leonem? Hæc vobis historia nota est. Hæc ad Alexandrum sanctus Thomas. At quæ tunc nota erat historia remansit obscura, nisi quod illud (quod summum est) liquet, nempe resistente Eugenio Papa, non licuisse coronari Eustachium filium Regis Stephani; qui & anno quinquagesimo secundo post millesimum centesimum, ipsa die sancti Laurentii, cum invaderet terram sancti Edmundi martyris subita morte præreptus est, ita Deo ulciscente in sacrilegum Regis filium.

XXXVII.

Post hæc autem in Galliis & Anglia stabilita idem Eugenius Papa inde recedens, recta via, absque aliqua digressionem Romam versus iter dirigens, & si non Romam, ubi manere non licuit, saltem ad Romanæ Ecclesiæ loca prope Urbem posita pervenit mense Octobris Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS XIII. E Galliis discedit.

A num. XXXVII. ad XL. Eugenius III. e Galliis discessit ante diem decimum sextum mensis Junii, cum Tom. X. Concil. pag. 1059. recitetur ejus ad Sugerium Abbatem Epistola, qua ei significat, se mutato consilio non jam Monachos ad Sanctæ Genovefæ Parisiensis mitti velle, sed Canonicos Regulares, quod & Sugerius executioni mandavit; Epistola enim data est Vercellis XVI. Kal. Julii. Qua etiam Epistola luculenter probatur, Epistolam ejusdem Pontificis Meldis III. Kalendas Julii, die scilicet XXIX. Junii ad Theobaldum Cantua-

ut colligitur ex sancto Bernardo in Malachia, de quo ait; quod cum venisset Claramvallem, ut Eugenium Papam pro pallio alloqui posset: invenit eum diu ante ex Gallia discessisse: Jam, inquit, Eugenius abierat, & erat Romæ, vel prope Romam. Porro, ut ex eodem sancto Bernardo colligitur, adventus Malachie in Claramvallem contigit quatuor, vel quinque dies ante solemnitatem sancti Lucæ, nempe decimatercia, vel decimaquarta mensis Octobris, cum post quatuor vel quinque dies ægrotans idem sanctus Malachias diem obiit quarto Nonas Novembris hoc ipso anno, ætatis suæ quinquagesimoquarto. De quo panegyrim in die depositionis, quæ extat, habuit sanctus Bernardus eidem charitate conjunctissimus, ejusque sanctitatis cultor addictissimus, atque virtutum prædicator amplissimus; cujus & vitam scripsit sicut fideliter ita & copiose, auctore dignam. Extant ejusdem S. Bernardi ad ipsum Malachiam (a) epistolæ tres, cum videlicet ex Hibernia mississet sanctus Malachias quosdam ex suis erudiendos institutionibus Cisterciensibus. Fuit inter alios unus ex iis nomine Christianus, quem bene probatum idem Bernardus remisit in Hiberniam ad alios instituendos. Hic autem magnarum virtutum vir post mortem Malachie in locum ipsius in Archiepiscopatu successit ex Abbate monasterii Mellifontis, ut Robertus affirmat in Chronico: Vir, inquit, plurima sanctitate præditus, qui ejusdem sancti viri Archidiaconus extiterat, & primus Abbas de Ordine Cisterciensi in Hibernia alumnus (ut dictum est) monasterii Claravallensis.

Cæterum rediens Eugenius in Italiam, antequam Romam perveniret, Brixie VIII. audivit, quæ præter alia execranda, ipso absente, novus hæreticus adversus Romanam Ecclesiam præsumpsisset Arnaldus. Etenim parum sibi visum, Romanos laicos a Pontifice & Cardinalibus separare quæsisse: clericos subditos eisdem Cardinalibus titularum Rectoribus ab iis divellere laboravit. Quod & iisdem facile persuasit, negantibus se ipsis esse subjectos, & obedire teneri. Adoque error invaluit, ut ad ipsum Evel-

E len-

riensem Archiep. missam, de qua mox egimus, non mense Junio currentis sed antecedentis anni scriptam esse; cum hoc anno die illo amplius in Gallia Eugenius non fuerit, & ex aliis ejus Epistolis constet, eum mense Julio & subsequentibus in Italia egisse. Interim Arnaldus hæreticus, qui Romæ populum in Clerum, hætenus armarat, Clerum adversus se ipsum commovebat, & Capellanos Ministros Ecclesiarum, quæ Cardinalibus cesserant in titulum ab eorum obedientia retrahebat, eoque inter se factiose dividebat, ut patet ex Epi-

Obitus S. Malach. Episc. in Hibernia.

(a) Bern. ep. 315. 316. 317.

lendum non satis virium, licet summo-
pere laboraverit, habuerit idem Euge-
nius Papa, sed successoribus Hadria-
no, & post eum Alexandro Tertio
fuerit infudandum, ut ejusmodi inventum
diaboli per nefarium hæresiarcham
promulgatum adversus Romanam Eccle-
siam prorsus auferrent. Quorum trium
Romanorum Pontificum decreta simul pos-
sita in codice Vaticano hic tibi curavi-
mus scribenda; sic enim se habet:

Eugenius Tertius Universo Romano
Clero, ut capellani promittant obedien-
tiam Rectoribus titulorum.

Fallax & invidus humani generis ini-
micus per Arnaldum schismaticum, quasi
per membrum proprium, hoc effecit, ut
quidam capellani unitatem Ecclesie, que
sectionem non patitur, quantum in eis est,
dividentes, ipsius Arnaldi sequantur er-
rorem: & Cardinalibus atque Archipres-
byteris suis obedientiam & reverentiam
promittere & exhibere debitam contradi-
cant. Ne igitur vires dare præfati schis-
matici pravis actionibus per silentium de
cætero videamur, per præsentia vobis
scripta mandamus atque præcipimus, qua-
tenus præfatum Arnaldum, tamquam
schismaticum modis omnibus devitetis.
Quod si aliqui clerici Dei & sanctæ Ec-
clesiæ contemptores, ejus errorem post
præsentium acceptionem sequi præsumpse-
runt: scire vos volumus, quia tum offi-
cio, quam beneficio Ecclesiastico redde-
mus eos penitus alienos. Datum Brixie
Idibus Julii.

Idem Archipresbytero Titulo sancti
Marci. De eodem.

Super controversia obedientie exhiben-
de, que inter vos & capellanum de Pi-
nea agitari dignoscitur: Ecclesiæ sancti
Marci prospicere cupientes, per præsen-
tia vobis scripta mandamus, quatenus eum
districte moneatis, ut secundum antiquam
& rationabilem consuetudinem vestræ Ec-
clesiæ obedientiam promittere nullatenus
contradicat. Si vero vestris monitis su-
per hoc obedire contempserit, sententiam,
quam in ipsum & præfatum Ecclesiam de
Pinea juste tuleritis, nos auctore Deo ra-
tam habebimus.

PAGIUS
XIV. pistolis Eugenii a Baronio recitatis.
Moritur S. Malachias Archiepiscopus Armachanus in Hiber-
nia in Galliam venit Pallium ab eo petiturus, sed Pontifex jam in Italiam perrexerat, ipse-
que Malachias Claravalle mortuus est, anno ab
Incarnatione domini millesimo centesimo quadra-
gesimo octavo, quarto Nonas Novembris ut in-
quit Divus Bernardus in ejus Vita cap. ult.
Godefridus in Vita Sancti Bernardi lib. 4. cap.
4. qui morti Sancti Malachias præfens fuit,
ait Sanctum Abbatem pro ejus transitu hostiam
salutarem offerentem, cum ejus mors sibi re-
velata fuisset, formam mutasse orationis, &

Hadrianus Quartus Rectoribus Romanæ
fraternitatis. De eodem.

Ad audientiam nostram pervenit, quod
clerici sancti Petri ad Vincula in quadam
capella sua, Ecclesia videlicet sanctæ Ma-
riæ in Candiatore, quia ejusdem Eccle-
siæ populus manum obedientiæ jam dictæ
Ecclesiæ presbytero, illi videlicet sancti
Petri exhiberi contradicit, divina pro-
hibuerunt officia celebrari. Quia igitur su-
stinere non possumus, nec debemus, ut
Ecclesia sancti Petri ad Vincula suo jure
debeat defraudari per Apostolica vobis
scripta mandamus, quatenus prædictum
populum districte commoneatis, ut a con-
tradictione illa penitus de cætero cesset,
& quod Ecclesia sancti Petri habet in
cæteris suis capellis, in ista ei subtra-
here non præsumat. Et nisi ab ejusmodi
levitate cessaverit, interdictum volumus
relaxari, ut in prædicta Ecclesia sanctæ
Mariæ officia divina liceat celebrari.
Alioquin pœnam, quam in officiis patiun-
tur, eos decernimus sustinere. Datum
Beneventi. XV. Kalendas Aprilis.

Alexander servus servorum Dei, vii.
Cardinalibus sancti Petri, atque omni-
bus aliis, ut capellæ suis sint subditæ
titulis.

Jus Ecclesiarum a sanctis Patribus ca-
nonice constitutum necessario ad memo-
riam compendiose credimus revocandum;
qualiter scilicet xxviii. titulis, eorum-
que sacerdotibus tota Urbs distributa sit,
quatenus posteris nostris, quasi epilogo
comprehensa, lucidiora sint: tum quia
diligentia vestra a nostra dignata est ex-
petere parvitate, quid inde reconstituen-
dum sentiremus: tum quia nostra memo-
ria in tantam capellæ provecctæ sunt ela-
tionem, ut nullam penitus suis titulis re-
verentiam exhibere dignentur. Proinde
quod malorum perditum ire studuit incu-
ria sacerdotum; nos summa cura, ut pos-
sibile, est matricibus reparemus Eccle-
siis. Placuit tamen nihil de his temere
definire, sed diverforum Patrum senten-
tiis, quorum auctoritas plurimis appro-
bata declaratur Conciliis, & ut in san-
ctis invenitur canonibus, ad usum pristini-
um revocare. Capellæ igitur, quæ ju-
ribus propriis titulorum a sanctis Patri-
bus

collectam, inquit, intulit, qua ad Sanctorum
Pontificum celebritates, non ad commendationes
defunctorum pertinet, ita dicens: Deus qui bea-
tum Malachiam Pontificem Sanctorum tuorum
meritis coequali; visionem tamen illam nemini
aperuisse. Quod exemplum magis mirandum,
quam imitandum. Anno MCXCII. Canonizatio
Beati Malachia, inquit Auctor Chronici Cla-
revallensis a Chiffletio editus, qui ab anno
MCXLVII. parvum suum, sed egregium Chro-
nicon auspiciatur, illudque ad annum MCXCII.
perducit. Illud tamen ab eo elucubraturum post
annum MCCXXXIII. Philippi Augusti Gal-
liarum Regis emortualem; cum an. MCLXXX.
de

XXXIX.

bus adscribuntur, omni ratione suo sub-
juganda sunt capiti, adeo ut quisque Car-
dinalis haud secus aliquid in eis, quæ
sunt suo subditæ titulo, disponat & ju-
dicet, quam Episcopi in suo Episcopio fa-
cere cognoscuntur. Si vero queritur un-
de talis usus Romanæ inolevit Ecclesiæ:
Dionysium Papam diligenter attendamus
dicentem: Severo Episcopo scribit, di-
cens: De Ecclesiis vero parochianis, un-
de Apostolicam Sedem consulere voluisti,
qualiter sint custodiendæ per Corduben-
sem provinciam, ac sacerdotibus divi-
dendæ: nihil tuæ charitatis potui melius
intimare, quam ut sequaris, quod nos in
Romana Ecclesia nuper egisse cognoscitur.
Ecclesias vero singulas singulis presby-
teris dedimus, parochias & cœmeteria eis
divisimus, & unicuique jus proprium ha-
bere statuimus. Patet igitur Romanam
prius habuisse Ecclesiam, quod Episcopi
inde adipiscuntur usque in hodiernum re-
tinent diem, & quod omnes capellas suo
subditas Episcopio, quasi jus proprium
vendicant, ab hac Ecclesia accipere. Sed
jam dignum est, ut quod sacerdotia atque
insolentia sacerdotum multis perditum i-
vit temporibus, per illos qui a nobis ac-
ceperunt, ad nos redeant; & operæ pretium
est, ut si quid a capite in membra descen-
derit, cum necesse sit, idem a mem-
bris in caput ascendat. Rescindatur ita-
que malorum usus sacerdotum, & quod E-
piscopi de suo habent Episcopio, qui hoc
de Romana acceperunt Ecclesia: illud i-
dem Cardinales singulorum titulorum de
capellis suæ subditæ Ecclesiæ habeant.
Hactenus de his in codice, in quo a-
lii canones & decreta summorum Pon-
tificum leguntur.

XL.

Hoc eodem anno ab eodem Eugenio
Papa Legato a latere missio in Daniam Ni-
colao Anglico S. R. E. Cardinali Episco-
po Albanensi, qui postea fuit (a) Ha-
drianus Papa Quartus, ad eam provin-
ciam metropoli illustrandam, ab eodem
Concilio est habitum, de quo Joannes
Olaus his verbis meminit: Effecit Nico-
laus ea legatione, ut apud Norwegia-
nos Archiepiscopalis seces cum plenitu-
dine pontificiæ potestatis erigeretur: quod
etiam anno Christi millesimo centesimo qua-
dragesimo octavo apud Sueones celebrato
Lincopiæ Concilio provinciali peragere
Ann. Eccl. Tom. XIX.

(a) Joan.
Olaus l.
18. c. 17.
18. & l.
19. c. 6.
Legatio
ad Danos
per Nico-
laum
Card. Al-
banens.

PAGIUS

de ejus coronatione, vivente patre facta, lo-
quens, dicat: XLII. circiter annis regnavit.
Inde patet quantum hallucinentur ii qui ar-
bitrantur Chronographos & Historicis annis
quibus definiunt Opera sua publicasse.

XV.

Metro-
polis in
Norvegia
& Suecia
erecta.

Ad num. XL. Nicolaus Anglicus Cardina-
lis Albanensis, postea Hadrianus Papa IV. Le-
gatus in Norvegiam missus, primum ibi Ar-
chiepiscopatum crexit, Nidrosia Sede Archiep.
sive Metropolitana constituta. Quod etiam
eum hoc anno, testatur Johannes Magnus lib.
18. Hist. Gothica cap. 18. apud Sueones se-

cupiens, Gotbis & Sueonibus de urbe,
& persona, tanto muneri idonea concor-
dare nequeuntibus, spe sua frustratus ab-
scessit, ordinato prius sancto Henrico E-
piscopo Upsalensi. Jam enim Suecia tem-
pore Amundi, filii Olavi Schoikonung
Archiepiscopum ex Polonia acceperat, qui
in controversiam cum Gotbis & Archiepi-
scopo Bremensi de præeminentia devene-
rat. Gotbi enim potius Bremensi, quam
Upsalensi Archiepiscopo obediendum puta-
bant. Ob quam dissensionem Archiepisco-
pali dignitas in Suecia ad aliquot annos
intermissa fuit. Proinde Nicolaus, ne ea
legationis suæ parte in toto frustraretur,
pallium Archiepiscopali dignitatis apud
Æschillum Lundensem Archiepiscopum de-
posuisse dicitur, ut illi conferret quem
Gotbi & Sueones conformibus suffragiis
elegissent. Sed nullus Sueonum Archiepra-
sulum hactenus inventus est, qui se Lu-
densi pontifici in accipiendis Archiepisco-
palibus insignibus submittere sustinuerit.
Et illa titularis dignitas, si quando con-
cessa fuit, in Æschillo extincta evanuit.
Et inferius addit, (b) Upsalensem Ec-
clesiam confirmatam esse metropolim ab
Alexandro Papa Tertio. Scripsit autem
de ista legatione usque ad obitum Euge-
nii etiam (c) Saxo Grammaticus. Egit
& de eadem Willelmus (d) Neubrigen-
sis.

(b) Id. lb.
(c) Saxo
Gram. l.
14.
(d) Vvil.
Neubrig.
l. 2. c. 6.

XLI.

Hoc eodem anno Rogerius Siciliæ Rex
ingentem parat classem adversus Græco-
rum Imp. Emmanuelem: qui id audiens,
& timens primum omnium divinum sibi
numen conciliare laborat, quod a se
graviter offensum recenti delicto illo,
quo gravissimam totius Imperii sui Ec-
clesiis persecutionem indixerat, male si-
bi concius fatis intelligebat. Quodnam
autem fuerit crimen hujusmodi, quod a-
deo exulcerasset conscientiam Impera-
toris, recenset ita (e) Nicetas Cho-
niata, eam tantum pertingens partem
facinoris, quæ spectaret ad monachos:
Cum enim monachos possessionibus &
negotiis turbatos, & tranquillitate ani-
mi & Dei cultu excidere intelligeret:
nullas eis vineas, nullos agros, nullas
possessiones, quas nec eorum professio ad-
mittit, assignavit: sed ex Fisco tantum
pendi jussit, quantum ad victum & cul-
tum opus esset. Videtur nimirum immo-
dicam

(e) Nicet.
in Manue.
l. 7.
Immobili-
lia aufert
ab Eccl.
Emman.
Imp.

E 2

dicam

cisse, ordinato Sancto Henrico Episcopo Upsalensi.
Extat Vita Sancti Henrici Martyris Episcopi
Upsalensis in Actis SS. Bollandianis ad diem
XIX. mensis Januarii. Fuit hic Sanctus VII.
Upsalensis Ecclesiæ Episcopus, totiusque Fin-
landia Apostolus & patronus. Upsala Regum
quondam Sedes, postea Stocholmiam haud pro-
cul inde distitam translata.

A num. XLI. ad XLV. Otto Frisingensis lib. XVI.
I. de gestis Friderici cap. 33. hoc anno habet: Victoria
Circa idem tempus Rogerius Siculus, aptatis Rogerii
in Apulia, Calabria, & Sicilia, irremibus Regis de
quas Gracis,

dicam cupiditatem fruendi monasteria improbase, & exemplum proderet posteris voluisse, quo pacto templa condenda, & qua vivendi ratio eremitis pauperibus, & a terrenis rebus se abstrahentibus proponenda sit. Tantum autem absuit, ut eorum institutum laudaret, qui monasticam vitam professi & opibus affluunt, & multitudine curarum magis distrabantur quam ii, qui hujus vite delictis occupantur: ut sanctionem Nicephori Phoca fortissimi & cordatissimi Imperatoris, olim abolitam de non augendis monasteriorum latifundiis, quasi postliminio revocavit, neque patrem, avum, ceterosque cognatos suos omnes, qui monasteriis amplissima pradia donarant, incusare destiterit: non quod de suis opibus Deo aliquid consecrassent, sed quod rem bonam male administrassent. Nam cum monachis habitationes in arboribus & desertis locis, in antris & montium cacuminibus assignanda essent: & Constantinopolis tamquam Sirenum cantus vitanda: gloriola ductos, inexcitata sua sepulcra & vario marmore exornata iis qui templa ingrediantur, spectanda proposuisse, & mortuos quoque coronari se & hilari splendidoque vultu conspici voluisse, & in foro ac trivitiis monasteria edificasse: & ibi nullo cum delectu virtutis, velut in cavea conclusisse eos, qui monachos non altra tonsuram capillum, & mutatum habitum, promissamque barbam exprimerent. His igitur de causis, sive ut monasticam sanctimoniam nutantem, ac potius huius ferre prostratam fulciveret, sive metuens, ne ipse ea facere diceretur, qua reprehenderet, rationem a suis majoribus diversam esse secutus. Hec Nicetas de his quae spectarent ad monachos.

XLII. At quantumlibet hisce coloribus facti turpitudinem honestare curasset: vexatio, quae juxta (a) Isaiam, dat intellectum auditui: reddidit ipsum Imperatorem prudentiorem; continuoque paravit medicamentum morbo, quo inflicto vulnus Ecclesiae sanaretur. Siquidem auream bullam promulgandam curavit, quam etiam ab effectu MEDICATRICE appellavit. Est de ea, aliisque eodem argumento conscriptis, mentio apud Theodorum Balsamonem, qui & recitat eas, quas & habes descriptas in codice juris Orientalis, hoc praeposito de tempore titulo:

Emissa est Aurea bulla Imperatoris nostri domini Manuelis Comneni, mense Februarii, Indictione undecima, anno VI.

M. VIC. LVI. quae Medicatrix dicitur, utpote quae fortasse medeatur titulis & juribus omnium Ecclesiarum, quae claudicant, Episcopatum scilicet, & Metropolium, & ipsius magnae Ecclesiae, quae etiam ad verbum sic habet:

Qui post Moysen fuit electi illius populi Imperator Jesus, Jerichuntis (b) festinans munimenta ac propugnacula diruere, sacerdotibus iussit in circuitu tuba canere, & sic murorum propugnacula mirabiliter desecit. Imperio autem meo, quod novo populo a Deo electo praestitit post illum principem populi servatorem & ducem, alium Moysen, inlytum dico Imperii mei dominum & genitorem, veluti quaedam Jerichuntina mania, diruere properant commanis Christianorum inimici propugnacula. * Occidentalis dico draconis, qui in Sicilia tyrannidem exercet, & illic adversus Romanum Imperium latenter prorepat, veluti spiritalibus quibusdam tubis, vestris Antistitam Deum nobis quotidie placantium precibus, ad illum diruendum adiuvantibus opus est. Sed & ipse divinus Moyses, (c) quando cum Analec praelium commisit, sacerdotibus utrimque innixus, sic eum fugavit & vicit. Sicut ille ergo, meum quoque Imperium Antistitam sustentaculo indigens, ad aciem adversus novum hunc Analec propositam, & veluti quamdam lucis columnam novum hunc Israel praecedentem & ejus gressus dirigentem preces eorum habere volens: hanc praesentem auream bullam omnium Ecclesiarum matri novae Sion, Dei, Sapientiae habitaculo, & iis qui sunt in omnibus insulis, & in Oriente, & Occidente Antistitibus donavit, eorum pro Imp. meo preces magis confirmans. Recte enim scit meum Imperium, Regem non servari per multam potentiam, & gigantem non servatum in multitudine * virtutis suae: mendax autem, equus ad salutem ut dicam cum (d) Propheta & Psalmographo, & Dei Patre.

Volens enim, ut firmitas & stabilitas Ecclesiae, quae omnibus praestit, servetur; & omnibus dictis Antistitibus sanctarum, quae ubicumque sunt, Ecclesiarum, & securitatem titulorum ac jurium, quae illis adsunt, in ipsorum immobilium * detentione firmius constituens: & praeterea corrigens, si quid in eorum juribus claudicet, & mero jure sit destitutum: non solum hoc, sed & si quod jus consequi debeat ad ejusmodi immobilium, * dominationem detentionem, & proprietatem, id fortasse prius factum non est; hanc Imperii mei bul-

Constitutio medicatrix. (b) Jos. 6.

* Roger. Siciliae Reg. intelligit.

(c) Exod. 17.

* roboris sui. (d) Ps. 32. XLIII.

* possessione.

* dominium possessionem.

Athenas, antiqua nobilitate celebres expugnant, ac maxima ibidem praeda direpta, opifices etiam, qui sericos pannos texere solent, ob ignominiam Imperatoris captivos deducunt. De his legendus Robertus pe Monte vulgatus ad hunc Christi annum.

PAGIUS quas modo galeas seu sagittas vulgo dicere solent, aliisque navibus bellicis onerariis, classem in Graciam destinat, Praefectis eis ducibus strenuis, & in navali praelio gnaris. Curfolium fortissimum Graeciae castrum expugnant. Inde ad interiora Graeciae progressi, Corinthum, Trebas,

bullam Auream, ejus quod deest, MEDICATRICEM illis tradidit, quae veluti perfectum, & integrum, & omnino inconcussum jus eas ostendit, per quam confirmat quidem, & tutius facit, quodcumque jus adest sanctis Ecclesiis, eique quae illis praesidet, in ipsarum immobilibus casusmodicumque fuerint, & ubicumque ea sita sint: & quod bonum est, melius facit Imperii mei sententia & calculo. Quidquid autem est in eis, in quibuscumque quis spectatum id dixerit, sive in Aureis bullis diversorum Imperatorum, sive in sigillis, sive in simplicibus iussionibus, sive in resolutionibus, sive in Actis claudicans, & aliquatenus ab eo, quod est exactum, & a debita consequentia deficiens regalium iussionum, & legum corrigat; & decernit dictis sanctissimis Ecclesiis nullum ex ea re praedictum in aeternum afferri: sed quod in eis est infirmum & imbecillum, esse firmissimum, & nulla juris allegatione oppugnandum ab eo, qui velit aliquid pro Fisco (seu publico) dicere, ut quod praesenti Imperii mei bulla Aurea confirmetur, & valde corroboretur. Et ut ex multis eorum, quae cuipiam in mentem venire possint, pauca quaedam Imperium meum memoria repetat: si forte donatio ipsius parvorum sit sine certa quantitate, aut mensurarum terrae, vel naturae alia innovant in hujusmodi possessionibus, forte quae ipsi donata non fuerint: aut donata quidem fuerint, iussiones autem de his factae non sunt revocatae: vel in prius designatis donatis ipsi iussiones de his definitis non sunt revocatae: aut iussionem principalium, quae ipsi tributa sunt, aliqua nullo modo insinuat fuerint: aut fuerint quidem insinuat in aliquo secreto, non tamen competente: aut insinuat perierunt, exempla autem earum fide digna reperiuntur, aut Acta, quae procedere debebant, non processerunt, vel quae processerunt, non sunt insinuat: aut quae fieri debuerunt rationum computationes, factae non sunt: aut forte quamlibet aliam ob causam, sive ex parte, sive in totum jura saepe dictis sanctis Dei Ecclesiis, & matri omnium claudicant, & inde firmitatem suam non habent: etsi non, quae id faciat causa, nominatim expressa sit: aut forte alia ipsis exhiberi debuerunt jura de hujusmodi immobilibus, velut quibusdam omnino procedentibus in ipsis, nam si documentum de quopiam ex possessis a se immobilibus nequaquam acquisierint, nihil a praesenti Aurea bulla oratione juvabuntur, nulla in re haec omnia, & quaecumque alia cuipiam pro Fisco certanti in

mentem quandoque venerint, ledere unquam sanctissimas Ecclesias, & Sapientiae Dei templum, reliquasque metropoles, Archiepiscopos, Episcopos poterunt in iis immobilibus, quae (ut dictum est) ad ipsas pertinent, ex quibuscumque documentis. Nam si nullum acquisierint unquam jus in aliquibus forte immobilibus, quae habent, nullam ex praesenti Aurea bullae oratione sententiam utilitatem: sicut nec in quibus Fiscus ad hodiernum usque diem possessionem habuit ex justa quapiam causa. In his enim omnibus juris observabitur exacta disciplina. Si quis igitur voluerit per avaritiam, aut quampiam aliam causam ea contemnere, quae hac Aurea bullae mei Imperii oratione definita sunt; primum quidem sanctae Trinitatis splendorem, cum ad tremendum sistemus tribunal, non conspiciat: excidat autem & Christianorum parte, ut Judas duodenario. Et praeter haec execrationem sibi conciliet primogenitorum sanctorum justorum & deiferorum patrum, qui ab evo praemortui fuerunt. Hactenus bulla Aurea, Medicatrix, nomine nuncupata. Recitat eandem Theodorus Balsamon, alia tamen translatione Latine redditam habens.

XLIV. At quod generatim de omnibus Ecclesiis, ut immobilia possidere possint, hoc anno statuit Emmanuel Imperator, postea vero cavisse lege voluit de bonis immobilibus magni templi, ejusdemque primarii, Sapientiae dicti. Extat ipsa constitutio in eodem citato codice (a) juris Orientalis, incipit: Et illi quidem antiquo & celebri Salomonis sapientiae templo, &c. Atque deinde ejusdem generis, sed specialem pro bonis immobilibus monasteriorum conservandis firmam robustamque admodum edidit constitutionem, cujus est exordium: Imperialis mea sublimitas, &c. Habetur in eodem codice, (b) atque etiam apud (c) Theodorum Balsamonem. Sic igitur quod semel peccasset, triplici confessione (sic nominaverim tres de his constitutiones ejus) voluit delevisse, atque penitus abrogasse, exemplo paterno admonitus, qui quod deliquisset in sacra vasa ecclesiarum, belli tempore, sumens ea ad usum belli: continuo correxit constitutione contraria promulgata, quam Tomo superiori, suo loco posuimus, specimen edens optimi Principis, qui nequaquam, ut perversi, perperam facta tueri voluerit, sed fuerit sanctione triplici detestatus.

XLV. Quod spectat ad successionem Constantinopolitanae Ecclesiae Episcoporum, hoc

PAGIUS Ad num. XLV. & seqq. Baronius hoc anno Charitonis Patriarchae Constantinop. mortem consignat. Verum certum est, non Charitonem, sed Nicolaum III. Muzalonem dictum, Ec-

clesiam Constantinopolitanam rexisset, de cuius morte, sicuti & de Charitonis initio, suo loco sermo erit.

Series Patriarcharum Constantinop. corrigitar.

Hoc

CHRISTI
1148.EUGENII III. PAP.
4.CONRADI REG. ROM. IO.
MANUELIS IMP. 6.

hoc eodem anno Chariton Patriarcha Constantinopolitanus, ubi sedisset mensibus undecim, moritur. De successore quis fuerit, constat erratum in Græca ferie Patriarcharum, dum post Charitonem ponitur Theodosius, quem Niceta testante liquet tempore obitus Manuelis Imp. vixisse anno Domini millesimo centesimo octogesimo. At post Charitonem ponendum esse Lucam, synodalia Acta significant, quibus manifestum est sub Manuele Lucam sedisse: ex quibus corrigas eos, qui ante Michaellem ponunt.

Hic cognomento dicitur Chrysoberges, cujus extant Acta synodalia notata Indictione decimaquarta sub Imperatore Comneno, qui est annus Redemptoris millesimus centesimus quinquagesimus primus. Ita in codice juris Orientalis, libro tertio. At sub qua Indictione decimaquarta contigerit eam Synodum celebrari, cum sub ejusdem Emmanuelis Imperio ejusdem numeri indictionem contingat tertio repetit, ex annis ab origine Mundi notatis a Balsamone constat, cum in Nomocanone Photii titulo decimotertio, De laicis cap. 2. de eadem agens Synodo, celebratam dicit anno 6695. ita notato numero barbaris notis, in quibus erratum apparet, cum is annus tempora Manuelis Imp. excedat, sub quo certum est Synodum celebratam: unde puto restituendum 6675, loco 6695. quo anno incidit posita ibi Indictio decimaquarta, critique annus Redemptoris millesimus centesimus sexagesimus sextus. Sane quidem diu vixisse Lucam in sede Patriarchali, argumentum sunt ea, quæ de ipso frequenter ingerit Theodorus Balsamon. Interim unum vel alterum hic describemus memoria dignum ex Synodi Actis: ac primum cum agit de canone octogesimo quinto Sextæ Synodi in Trullo.

XLVI.
De Agarenorum
Baptismo.

Tempore autem sanctissimi Patriarchæ domini Lucæ synodice affuerunt Agareni, & cum ab eis postularetur, ut baptiza-

rentur: dixerunt, quod in suis regionibus antea baptizati fuerant. Et interrogati responderunt esse consuetudinem, ut omnes Agarenorum infantes ab orthodoxis sacerdotibus baptizarentur; non tamen admitti fuerunt. Audierat enim quod baptizatus, quem Infideles a Christianis petunt, non bona affectione, & Orthodoxo proposito petitur, sed propter corporalem medicinam. Persuasum est enim Agarenis, fore ut sui liberi a demone vexentur, & tanquam canes male oleant, nisi baptismum Christianum assequantur. Quamobrem non ut omnium animæ sordium mundatorem, divinæque lucis & sanctificationis præbitorem baptismum postulant, sed tanquam veneficium & incantationem. Quidam autem eorum, dicebant, se matres habere Orthodoxas, sequere earum cura ac studio fuisse baptizatos. Sed ne ii exauditi sunt, quoniam testes non adducebant, &c.

Rursum autem, quo statu esset Orientalis Ecclesia hoc tempore, in his quæ spectant ad jura Ecclesiastica, ipsamque immunitatem Ecclesiæ & libertatem conservandam, ex eodem Theodoro Balsamone videamus, ubi tractat de canone decimoquinto Concilii Charchaginenis, quo agitur de non trahendo clerico ad laicorum tribunal. *Quibus ostenditur, ad ima prorsus demersa jam fuisse omnia Ecclesiastica privilegia, unde opus fuit, ulciscente numine, Imperatores privari Imperio, & redigi in servitutem, cum cogere Ecclesiam sibi ipsi subici servitute. Sed audi Theodorum: Hodie autem, inquit, hæc negligenter; propter quam causam, nescio. Multi enim non solum laici, sed etiam sacri Episcopi, & clericos, & monachos ad civilia judicia attrahunt, nec Imperatoris quidem mandatum de ea re exhibentes, & neque incompetentis judicis præscriptio, seu exceptio prodest eis, qui rei aguntur. Eos enim cogunt vel invitos iudicio contendere; nec sacri, qui eos traxerunt, aliquid penitus damni sensere; sed nec monachi, vel*

XLVII.

Dei gratia Comes Barcinonensis & Princeps Aragonensis & Marchio, ob insignem fidem & sinceram amicitiam strenuissimi populi Januensis dono & offero majestati Dei & Ecclesie beati Laurentii duas partes insula, quæ sita est ante civitatem Tortosæ in flumine Iberi, per consensum Domini Guillelmi Montis pessulani, atque Guillelmi Raimundi Dapiferi, ut prædicta Ecclesia habeat & provideat jure hereditario prædictam insulam libere &c. & sine contradictione Domini Guillelmi Montis pessulani & filiorum ejus (hæc pro tertia portione ad Dominos Montspeliï pertinente) & sine contradictione Guillelmi Raimundi Dapiferi, & hæc pro secunda alia portione. Dat. in obsidione Tortosæ mense Novemb. anno Dom. Incar. MCXLVIII. indict. XI. a mense Januario incepta. Raimundus Barcinonensis Comes supremum Tortosæ

CHRISTI
1148.EUGENII III. PAP.
4.CONRADI REG. ROM. IO.
MANUELIS IMP. 6.

Omnis
immunitas
Ecll.
sublata
in Oriem.

clerici, adversus quos in foro Ecclesiastico agitur, si id quidem recusaverint, civilem autem examinationem petiverint, ulla in re puniti sunt. Quemadmodum nec clerici, vel monachi, qui in seculare iudicium tracti sunt, & in eo litigare non recusarunt. Cum autem Pantepoptus monachus ille Meletius, qui præfectus monasterii dicitur, ad synodale iudicium tractus, ipsum ut sibi non gratum recusasset, & causam ad seculare iudicium traduxisset per mandatum Imperiale: sanctissimus Patriarcha dominus Lucas id egre ferens, plurimum studium adhibuit, ut corrigeretur quod factum fuerat. Audivit autem a civilibus iudicibus, quod Imperatoria potestas o-

mnia facere potest; & quemadmodum primo loco potuit dare Imperator iudicem pro iudicando Episcopo, vel alio sacro, adversus quem agitur; ita & per transpositionem iudicium Ecclesiasticum ex legitima observatione in civile traduxerit. Sed etiam si is qui hic dicitur monasterii præfectus exauditus est, synodale iudicium recusans, & sine præiudicio conservatus est. Hæc Theodorus de infelici statu Orientalis Ecclesiæ, sed Imperii infelicissimo, cum ulciscens Dominus tandem ab eorum Imperatorum manibus evulsi Imperium; ut sciant Principes Occidentales, pro ipsis rem agi ab Episcopis, cum quod suum est vendicant ab eorum manibus censuris Ecclesiasticis.

PAGIUS

se dominium sibi reservavit, indeque in Charta populationis Tortosæ in Appendice Marcæ Hispanicæ pag. 1313. relata, annoque sequenti die festo Sancti Andree data, ait: Ego Raimundus Berengarii G. D. Comes Barcinone, Princeps Aragonum, atque Ilerda & Tortosæ Marchio. In Gestis Comit. Barcinon. cap. 17. dicitur, Raimundum Berengarii Tortosæ Sedem Episcopalem instituisse, cujus primus Episcopus fuit Gaufridus, ut infra videbimus.

XIX.
Abdelmumen Rex
Almohadum Regnum
Morabitaram evertit.

Hoc etiam anno, ut refert Sandovalius in Alphonso VII. fol. 147. ex veteribus documentis Aldemon Rex, ab aliis Abalmon appellatus, qui alius non est ab Abdelmumen, Marochium sibi subiecit, & destruxit Almorbidas. Noveirius ait Abdelmumen anno Hegiræ DXLIII. post undecim mensium obsidionem Marochium expugnasse, & non solum Ithac Regem occidisse, sed etiam stragem innumera bilium personarum edidisse. Germanus quidem Robertus de Monte Almeria expugnationem anno MCXLVII. collocat, Almeria vero, Santareni, & Tortosæ anno præterito, id est, anno MCXLVI. sed unius anni prochronismo, quod in narratione rerum per hæc

tempora gestarum sæpe huic Chronographo accidit. Indeque addit, Alphonsum, Portugalliæ Regem fretum auxilio Anglorum & Normannorum Uliffponem cepisse, quod tamen anno superiori contigit.

Porro Abengamia Cordubensis Rex, qui se Alphonso Imperatori Hispaniarum dederat, & quem is Cordubæ Dominum sub Præfecto Christiano, cui tributa solvebantur, constituerat, hoc anno rebellavit, uti narrat Sandovalius in Alphonso VII. fol. 147. ex antiqua Historia. Persuadere conatus est proditor Imperatori se eum in possessionem Giennii, vulgo Jaen, muniti oppidi Vandalitiæ aliquot leucis a Corduba distantis immisurum, si veniret. Verum passus non sunt Magnates, ut se Imperator in discrimen coniceret, & Comes Manrique de Lara, qui se se periculo exponere voluit, vix urbem ingressus est cum suis, ut carceri omnes mancipati fuerint, ubi dura servitute pressus usque ad Abengamiam mortem permansere. Sandovalius fol. 198. supponit hæc contigisse ante Conventum Palentinum hujus anni initio coactum.

XX.
Rex Cordubensis
adversus
Alphonf.
VII. rebellat.

PAGIUS
XVIII.
Tortosa
Saracenis
erepta.

Hoc anno Raimundus Berengarii Barcinonensis Comes hujus nominis IV. & supremus Aragonum Princeps Dertofam seu Tortosam juxta Iberum fluvium sitam, magni momenti oppidum, quo in universam Catalauniam Mauri ingredi poterant, die tricesima mensis Decembris cepit, ut Justinianus in Annal. Genuensibus & Sandovalius in Alphonso VII. narrent. Tertia ejus portio Genuensibus ob præclara eorum facinora in eo bello patrata, tertia VVillemo Raimundo Moncada Seneschalco seu Dapifero attributa, aliaque tertia VVillemo domino Montspeliï, qui in eam jus habebat ob donationem sibi ab eodem Raimundo Comite ab anno MCXXXVI. factam, attributa fuit, ut docet Charta in castris ante Tortosam locatis data, & recitata ab Ughello Tom. IV. Italiae Sacræ col. 1190. & seq. Ego Raimundus

JESU CHRISTI ANNUS 1149.

EUGENII III. PAP. ANNUS 5.

CONRADI REG. ROM. II. MANUELIS IMP. 7.

MC CHRISTI 1149.

EUGENII III. PAP. 5.

CONRADI REG. ROM. II. MANUELIS IMP. 7.

I. Romani Arnald. Eugenii Pap. persecutores.

Sequitur annus Redemptoris millesimus centesimus quadragesimus nonus, Indictione duodecima, quo res Eugenii Papae Romanorum Arnaldistarum agitationibus fluctuarunt, de quibus haec tantum Robertus in Chronico: Papa Eugenius in Italiam regressus, cum Romanis vario eventu configit. Praeter haec autem nihil: sicque inopia Scriptorum perobscurae hujus anni res gesta Eugenii cum Romanis remanserunt.

Conradi reditus in Ital.

Quo anno Conradus Rex, qui Hierosolymis anno praeterito fuerat, rediens, Constantinopolim se contulit, ibique in nienis foedus cum Emmanuele Imperatore adversus Rogerium Siciliae Regem, ejus cum classe navigans, in Italiam venit, & quidem viribus militaribus consumptis, exercitibus perditis, rebus ipsis longe aliter, quam mente concepisset, contrariis eventibus deploratis. Quem cum Eugenius in Longobardiam pervenisse audivit, his est litteris (a) consolatus, quas recitat Otto Frisingensis ejus in peregrinatione Comes:

(a) Apud Ott. in Frid. l. 1. c. 61. II.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei charissimo in Christo filio Conrado Dei gratia Romanorum Regi illustri salutem & Apostolicam benedictionem.

Eugenii litterae ad Conradum Reg.

Cum in hoc mundo cuncta mutabilitatis ordo corrumpat, sicut nec prosperis elevari, ita nec frangi adversis, confidentes de divina miseratione, debemus, quia Dei & hominum mediator admiranda dispensatione consuevit omnem filium quem recipit, adversitatibus flagellare, ut dum ipsum per amorem ad aeterna praemia vocat, praesens mundus ejus animum perturbationes, quas ingerit, a seipso repellat, tantoque facilius ab hujus seculi amore recedat, quanto magis impellitur dum vocatur. Quod in Israelitico populo, Moysse vocante, & Pharaone signatur. Moyses namque tunc ad vocandum

missus est, cum Pharaeo duris eum operibus perurgebat, quatenus alter vocando pertraheret, alter impelleret sciendo; ut plebs in servitio turpiter fixa, vel provocata bonis, vel impulsis molestiis moveretur. Hoc itaque rationis debito incitati, discretionem tuam communemus & exhortamur in Domino, quatenus tribulationes, quas tibi & exercitui tuo omnipotens Deus irrogavit, patienter supports, & in eo spem tuam constituas, qui quem vult, permittit affligi, & confidentes in se misericorditer liberare consuevit. Si enim patientiam & humilitatem in adversis perfecte tenueris: per desertum hujus vitae sub protectione columnae nubis, & ignis, idest patientiae solatio, & charitatis ardore intrepidus perducetis.

III.

Quia igitur personam tuam vera charitate diligimus, & de te valde confidimus, si post tuum reditum sine dilatione de his quae ad honorem sanctae Ecclesiae, & regni spectare noscuntur, tecum mutuis potuissemus tractare colloquiis, nobis utique gratum fuisset. Verum quia id nobis temporis qualitas denegavit, & de tua salute sumus solliciti: quosdam de fratribus nostris, postquam te ad Longobardiam partes, auctore Domino, incolumem pervenisse accepimus, sicut per venerabiles fratres nostros Aruaticum Bremensem Archiepiscopum, & Anselmum Hamelburgensem Episcopum tibi significavimus, ad tuam serenitatem duximus destinandos, ut affectum & benevolentiam quam erga te gerimus, tibi exponerent; & quod de te audire cupimus, ipsorum relatione nosceremus. Quibus dedimus in mandatis, ut tibi tamquam charissimo filio nostro & Catholico Principi, atque speciali Romanae sanctae Ecclesiae defensori, ipsius Ecclesiae statum & nostrum exponerent. Qui siquidem in Tusciam usque progressi, ex quo te ad Theutonicas partes per

discipline habuerunt; quapropter multi defecerunt innumerabilesque perierunt propter iniquitatem suam; thesauros Ecclesiarum falsa promittentes vadimonia ante iter auferebant, & infirmam plebem divinis exactionibus affligebant, & pompaticae secuti sunt & superbi humilem Christum, & erraverunt frustra a iusto humillimo. Hi omnes vix quandam cepere civitatem, cum foret, excepto Rege & Imperatore, Principum provincialium numerus innumerus. Legendus Baronius in Appendice ad hunc Christi annum.

Expeditio Hierosol. Ludov. VII. & Conradi Imp. in fausta fuit.

In Chronico Joannis Ceccani hoc anno habetur: Indictione XII. Ceccanus crematus est Id. Septemb. feria tertia Rex Francia revertitur a transmarinis partibus, sed interpunctio ante illa verba Id. Septemb. ponenda legendumque: Indict. XII. Ceccanus crematus est. Idus Septemb. feria III. Rex, &c. Addit Ceccanus de Ludovico Rege; Cum esset Florentini

II. Eugenius Romam revertitur

pertransisse noverunt, longitudinem viae, & difficultatem itineris propter aestatis intemperiem metuentes; ad nostram praesentiam redierunt. Caterum quia statum tuum, & dilecti filii nostri Henrici Junioris Regis quem post discessum tuum paterno affectu dileximus, & in posterum actiones ejus prosperari in Domino praecipimus, cognoscere cupimus: cum fratres nostri propter aestatis fervorem laborerant, itineris perficere non valerent, per fidelem nostrum Franconem latorem praesentium, & Apostolica scripta tuam excellentiam visitantes, nobilitatem tuam monemus & exhortamur in Domino, quatenus ea quae circa te & ipsum geruntur, & statum regni per eundem Franconem nobis studeas intimare, & hoc tempore devotionem, quam erga matrem tuam S. R. E. geris ostendas, ut nostro respondere affectui congrue videaris, & B. Petri Apostolorum principis intercessionibus, cui te totum debes exponere, Creatoris nostri largiorem debeas gratiam promereri. Datum in Tusculano octavo Kalendas Julii. Haec de his quae ad Conradum in Germaniam redeuntem.

IV. Ludovici reditus in Gall.

Quod vero spectat ad reditum Ludovici Francorum Regis: mare navigans, capitur a navibus Emmanuelis Constantinopolitani imperatoris, sed eripitur a classe Regis Siciliae. Res gesta ita breviter narratur a Roberto de monte in Appendice ad Sigebertum: Ludovicus Rex Francorum a Palestina navigans, ut in patriam rediret, Graecorum naves incurrit. Cumque ab eis Imperatori Curfolium obsequenti praesentandis deducitur: Georgius dux navium Regis Siciliae eos aggreditur, siquidem vastatis & spoliatis Graecorum provinciis, usque ad ipsam urbem regiam Constantinopolim accedens, sagittas aureas in palatium Imperatoris eiecerat, & incensis suburbanis, de fructu hortorum Regis violenter tulerat. Unde rediens naves Graecorum incurrit, captum Ludovicum Regem eripuit, sed captos Regis obtentu dimittit. Et paulo post: Ludovicus a Rogerio Siciliae Rege, nec non a Papa honorifice suscipitur, atque deducitur. Haec ubi in Galliam pervenit, de nova expeditione cogitari coeptum, de qua idem auctor hoc eodem anno in fine: Habitis per Franciam conventibus, annuente etiam Papa Eugenio, ut Abbas Clavallis Hierosolymam ad alios provocan-

PAGIUS

tini Gregorius Fummonensis iovit invisere eum, & captus est a Papa, & abtulit ei Fummonem. Anonymus vero Casinensis an. MCXLVIII. qui est annus MCXLIX. ait: Eugenius Papa Tusculanum ingressus fultus auxilio Rogerii Regis Romanos sibi rebelles expugnat. Ludovicus Rex a partibus Hierosolymitanis reversus, & a Rege Rogerio apud Polentiam cum honore susce-

dos mitteretur: grandis iterum sermo de profectioe transmarina celebratur, sed per Cistercienses monachos totum cassatur. Quod enim infelix admodum exitisset prioris exitus, eandem tentare expeditionem iterum, visum est admodum importunum, ac praeter rationem.

Quod igitur Cistercienses monachos obtulisse auctor affirmat, occasio illa fuit, quod cum prior expeditio male cessisset, in auctorem ejus sanctum Bernardum obloquentium omnium linguae convertebantur, quasi sua praedicatione obsequentem ipsi populum decepisset; quos ad interitum absque utilitate misisset. Quamobrem horum detractio non parum quidem derogatum est existimationi ejusdem sancti Bernardi utriusque exercitus promotoris. Excusavit autem eum Otto Episcopus Frisingensis unus ex peregrinis illis, aitque post multa: (a) Si dicamus sanctum illum Abbatem, Bernardum scilicet, Spiritu Dei ad excitandos nos afflatum fuisse; sed nos ob superbiam lasciviamque nostram salubria mandata non observantes, merito rerum personarumque dispendium deportasse: non sit a rationibus, vel antiquis exemplis dissonum. Quamquam & spiritus Prophetarum non semper subsit Prophetis. Sed haec de obrectatoribus audi a Gofrido in vita ipsius: (b) Nec tacendum, inquit, quod ex praedicatione itineris Hierosolymitanti grave contra eum quorundam hominum vel simplicitas, vel malignitas scandalum sumpsit, cum tristior sequeretur effectus. Quod tamen verbum dicere possumus, ab eo quidem initium non sumpsisse. Cum enim multorum jam animas permovisset audita necessitas, a Rege Francorum semel & iterum propter hoc expetitus, Apostolicis etiam litteris monitus, nec sic acquievit super hoc loqui, vel consilium dare, donec per ipsius tandem summi Pontificis generalem epistolam jussus ab eo est, tamquam Romanae Ecclesiae lingua, exponere populis atque Principibus; cujus epistola tenor fuit, ut in penitentiam, & remissionem peccatorum iter arriperent, aut liberaturi fratres, aut suas pro illis animas posituri. Haec & hujusmodi super hoc poterant veraciter dici; sed dicendum potius id quod potius fuit. Evidenter enim verbum hoc praedixit, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Sed quantis & quam multiplicibus signis?

V. In S. Bernard. cumulantur detractationes.

(a) Ot. Fr. in Frid. l. 1. c. 66. in fin.

(b) Vit. S. Bern. l. 3. c. 4.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6642. SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CLXX. XVII. An. Hegiræ D. XLIV. inchoato die II. Maii fer. 4. A. C. 1149. I.

Num. I. ad XI. Ludovicus VII. Francia Rex & Conradus Imp. hoc anno ex Hierosolymitana expeditione rediere. Gaufridus Prior Vostensis in Chron. apud Labbeum Tom. II. Biblioth. de magno eorum exercitu, ait: Exercitus ille nihil omnino proficit, quia in-

quanta vel numerare, nedum narrare difficile foret. Nam & eodem tempore scribi cœperant, sed ipsa demum scriptorum numerositas scribendorum & materia saperravit auctorem, nimirum cum aliquando una die viginti, seu etiam plures ab incommodis variis sanarentur, nec facile ab hujusmodi dies ulla vacaret. Denique plures eo tempore Christus per servi sui tactum, & orationem ex ipsis etiam matrum uteris cæcos videre, claudos ambulare, aridos convalescere, surdos fecit audire, & mutos loqui, mirabilis restituente gratia, quod minus præstitum fuerat a natura.

VI. Nec tamen ex illa profectio Orientalis Ecclesia liberari, sed cœlestis meruit impleri & letari. Quod si placuit Deo, tali occasione plurimorum eriperet, si non Orientalium corpora a Paganis, Occidentalium animas a peccatis: quis audeat dicere illi: Quid fecisti sic? Aut quis recte sapiens, illorum sortem magis non doleat, qui ad priora, vel peiora forte prioribus scelera redierunt, quam eorum mortem, qui in fructibus penitentiae purgati, variis tribulationibus Christo animas reddiderunt? Alioquinquamlibet dicant Aegyptii, dicant filii tenebrarum, qui veritatem nec videre valeant, nec proferre: (a) Callide eduxit eos, ut interficeret in deserto. Patienter tolerat Salvator opprobrium, quod tantarum animarum salute compensat. Et infra. Accidit autem, ubi primum de ejusdem exercitus dissipatione lamentabilis intra Gallias insonuerat rumor, ut illuminandum Dei famulo filium cæcum offerens pater, multis precibus vinceret excusantem. Et imponens Sanctus puero manum, orabat ad Dominum, quatenus si ab eo verbum prædicationis illius exierat, si prædicanti Spiritus ejus affuerat, in illius illuminatione ostendere dignaretur. Dum vero post orationem orationis præstolaretur effectum, quid facturus sum? ait puer. Video enim. Attollitur illico clamor astantium; plures enim non modo ex Fratribus, verum e secularibus aderant, qui ut puerum videre videntem, multipliciter consolati, Deo gratias referebant. Hucusque de his Gosfridus. Poterant quidem tanta ista obstruere ora loquentium iniqua, attamen sicut nec Redemptori tot ab eo edita profuere miracula, quin in eum calumniæ atque blasphemiarum jacerentur, immo etiam morti turpissimæ traderetur: ita nec satis sancto Bernardo, ejusmodi miraculo suspicionem de præsumpta temeritate purgasse, quin de iis ipsis jugiter calumniam pateretur, adeo ut fuerit ipsi necesse pro se ipso scribere Apologiam post biennium, nempe (b) anno quarto a Concilio Rhemeni (ut ipse numerat) cum libros de Consideratione scri-

(a) Exod. 32. Editum miraculum in testimonium Dei voluntatis.

(b) Bern. de Confid. l. 3. in fi.

psit ad Eugenium Papam, in cujus tractatus libro secundo, ejus exordio, ista in sui defensionem habet:

Incidimus, ut ipse nosti, in tempus grave, quod & ipsi pene vivendi usui videbatur indicere cessationem, nedum studiis; cum scilicet Dominus provocatus peccatis nostris, ante tempus quodammodo visus sit judicasse Orbem terræ, in æquitate quidem, sed misericordiarum suarum oblitus. Non pepercit populo suo, non suo nomini. Nonne dicunt in Gentibus (c): (c) Ps. 113. Ubi est Deus eorum? Nec mirum: Ecclesiarum filii, & qui Christiano censentur nomine, prostrati sunt in deserto, aut interfecti gladio, aut fame consumpti. Effusa est contemptio super Principes, & Dominus errare fecit eos in itinere & non in via. Contritio & infelicitas in visis eorum, pavor & mœror, & confusio in penetralibus Regum ipsorum. Quam confusi pedes evangelizantium pacem, annuntiantium bona? Diximus, pax, & non est pax: promissimus bona, & ecce turbatio. Quasi vero temeritate in opere isto, aut levitate usissimus. Cucurrimus plane in eo, non quasi in incertum, sed te jubente, immo per te Deo. Quare ergo jejunavimus, & non aspexit? Humiliavimus animas nostras, & nesciunt? Nam in his omnibus non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta. Quam patienter interim adhuc audit voces sacrilegas, & Aegyptios blasphemantes: Quia (d) callide eduxit eos ut occideret in deserto? Et quidem (e) judicia Dei vera quis nesciat? At judicium hoc abyssus tanta, ut videar mihi non immerito pronuntiare beatum, qui non fuerit scandalizatus in eo. Quomodo tamen humana temeritas audeat reprehendere, quod minime comprehendere valet? Recordemur supernorum judiciorum quæ a seculo sunt, si forte sit consolatio. Nam quidam ita dixit: (f) Memor fui judiciorum tuorum a seculo Domine: & consolatus sum. Rem dico ignotam nemini: & nunc nemini notam. Nempe sic se habent mortalium corda, quod scimus cum necesse non est, in necessitate nescimus. Moyses educturus populum de terra Aegypti, meliorem illis pollicitus est terram. Nam quando ipsum aliter sequeretur populus solam sapiens terram? Eduxit: eductos tamen in terram, quam promiserat, non introduxit. Nec est quod ducis temeritati imputari queat tristis & inopinatus eventus: omnia faciebat, Domino imperante, Domino cooperante, & opus confirmante sequentibus signis. Sed populus ille, inquit, dura cervicis fuit, semper contentiose agens contra Dominum, & Moysen servum ejus. Bene illi increduli & rebelles, hi autem quid? ipsos interroga. Quid me dicere opus est, quod fatentur ipsi

VII.

S. Bern. apologia pro indicta expeditione.

(d) Ex. 32.

(e) Ps. 113.

(f) Ibidem.

ipsi? Dico ego unum: Quid poterant proficere, qui semper revertentur cum ambularent? Quando & isti per totam viam non redierunt corde in Aegyptum? Quod si illi ceciderunt, & perierunt propter iniquitatem suam: miramur istos eadem facientes, eadem passos? sed numquid illorum casus adversus promissa Dei? ergo nec istorum. Neque enim aliquando promissiones Dei justitiæ Dei præjudicant, & audi aliud.

VIII. (a) Jud. 20.

Rationem aperit scribenda apologia.

IX.

Peccavit (a) Benjamin, accinguntur reliquæ Tribus ad ultionem, nec sine nutu Dei. Designavit denique ipse ducem præliaturis. Itaque præliantur freti, & manu validiori, & causa potiori, & quod his majus est, favore divino. At quam terribilis Deus in consiliis super filios hominum? Terga dedere sceleratis ultores scelleris, & paucioribus plures. Sed recurrunt ad Dominum, & Dominus ad eos, Ascendite, inquit, & ascendunt denuo; denuoque fusi & confusi sunt. Ita Deo primum quidem favente, secundo & jubente, justum certamen ineunt, & succumbunt. Sed quo inferiores certamine, eo fide superiores inventi sunt. Quid putas de me facerent isti si meo hortatu iterato ascenderent, iterato succumberent? Quando me audirent monentem tertio repetere item, repetere opus, in quo semel, & jam secundo frustrati forent? Et tamen Israelitæ unam & alteram non reputantes frustrationem, tertio parent & superant. Sed dicunt forsitan isti: Unde scimus, quod a Domino sermo egressus sit? Quæ signa tu facis, ut credamus tibi? Non est, quod ad ista ipse respondeam; parcendum verecundia mea. Responde tu pro me, & pro te ipso, secundum ea quæ audisti, & videristi, aut certe secundum quod tibi inspiraverit Deus.

casatio testimonium conscientiarum suarum. Mihi pro minimo est, ut ab illis judicer, qui dicunt (b) bonum malum, & malum bonum ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Et si necesse sit unum fieri e duobus; malo in nos murmur hominum, quam in Deum esse. Bonum mihi, si dignetur me uti pro clypeo: libens excipio in me detrahentium linguas maledicas & venenata spicula blasphemorum, ut non ad ipsum perveniant. Non recuso inglorius fieri, ut non irruatur in Dei gloriam. Quis mihi det gloriari in voce illa: (c) Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam? Gloria mihi est, consortem fieri Christi, cujus illa vox est: (d) Ibidem. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Hucusque sancti Bernardi Apologia adversus detrahentes & murmurantes. Qui etsi conscientia sua tutus & quietus, quod tamen ob peccata populi periclitaretur, publica causa Dei, & civitas sancta esset exposita Infidelibus, dedenda aliquando hostibus: dolor vehemens occupabat animum ipsius, non solum quod inanis cesserat primus accessus, sed quod non esset qui de altero iterando loqui præsumeret. Quem sic mœrentem Deus voluit per alium consolari, unum ex discipulis suis, Abbatem Casemarii (est in Hemicis prope Verulas monasterium celebre vixit, de quo superius) qui has ad eundem sanctum Bernardum eodem argumento (e) litteras dedit:

(b) If. 5.

(c) Ps. 68.

(d) Ibidem.

(e) Apud S. Bern. ep. 333.

Dilecto patri ac venerabili domino Bernardo Dei voluntate ac gratia Clara-vallis Abbati reverendissimo Frater Johannes minister suus, qualiscumque Casemarii Abbas, feliciter currere, ac felicitius Christi pietate consummare.

Memor dulcedinis ac familiaritatis, quam mihi indigno pietas vestra quondam exhibuit, aperire cogitationes mei cordis paternitati vestræ, quasi corampositus, præsumo, vestra magis de mansuetudine confusus, quam de offensa suspectus. Spero namque affectionem ac dilectionem quam erga vos habeo, pietatem vestram non latere. Et si aliquid etiam stultum dicerem, confido vos benigne ac mansuete, quasi patrem filio ignoscere. Dicitur mihi, pater charissime, quod de hac re, quæ non ita prospere, ut forsitam volebatis contigit (de via vero Hierosolymæ loquor) multum tristamini, eo quod Ecclesia Dei vel gloria, non sicut desiderabatis, accrevit. Quapropter quod mihi pro hoc diu cogitanti Deus, (ut credo) in corde misit, vobis humiliter suggero, nimirum perpendens, quod sepe parvo cuilibet Dominus aliquid ostendit, quod alicui magno, & multis donis repleto videre nequaquam concedit, sicut

CHRISTI
1149.EUGENII III. PAP.
5.CONRADI REG. ROM. I.
MANUELIS IMP. 7.

(a) Ex. 33. *Moyſi ſancto (a) facie ad faciem cum Deo loquenti Jethro alienigena conſilium dedit.*

Videtur itaque mihi, quod omnipotens Deus de hac via multum fructum fecit, non tamen eo ordine, quo ipſi viatores arbitrabantur. Siquidem ſi hoc quod cœperant, ſicut decet Chriſtianos, juſte ac religioſe proſequi vellent: Dominus cum eis eſſet, ac magnum fructum per eos perfectiſſet. Sed quoniam ipſi ad mala ſunt devoluti; & hoc nequaquam Dominum, qui auctor viâ fuerat, a principio latere potuit, ut ſua providentia in ſui diſpoſitione non falleretur, malitiam eorum in ſuam convertit clementiam, & miſit eis perſecutiones & afflictiones, quibus purgati ad regnum pervenire poſſent. Denique conſeſſi ſunt nobis, qui redibant, quod vidiffent multos ibi morientes, qui libenter ſe mori dicebant, neque velle reverti, ne amplius in peccatis reciderent. Sed ne in dubium veniat quod dico, quaſi patri meo ſpirituâli in conſeſſione aperio, quod patroni loci noſtri beati Joannes & Paulus ſepius nos viſitare dignati ſunt. Quos ego ſuper hac re interrogari feci, & hujusmodi ſententiam reſponderunt. Dicebantque multitudinem Angelorum qui ceciderant, de illis qui ibi mortui ſunt, eſſe reſtauratum. Hoc autem ſcitote, quod magnam veſtri memoriam habuerunt, ſinemque veſtrum cito venturum prædixerunt. Quia igitur bene res, eſi non ſecundum hominum deſiderium, tamen ſecundum Dei propoſitum evenit: veſtra erit prudentiâ, in ipſo de hac re conſolari, cujus ſolius gloriam quaeritis & deſideratis. Idcirco namque vobis & exhortandi & operandi gratiam in hoc negotio dedit, quia bonum quod inde facturus erat, prævidit. Ipſe igitur curſum veſtrum feliciter compleat, noſque vobiscum in ſua gloria conſtituat. Hæc Joannes Abbas Caſamarii, & puto ſecundum ſermonem propheticum haud diu ante ejuſdem ſancti Bernardi obitum.

Sed audiendus eſt etiam de his Rogerius, in Annalibus Anglorum plura lo-

cutus, in deteſtationem Chriſtianorum militum, qui ſuperbia turgidi, luxuriis immundi, ſacræ militiæ nomen dedere, & conſumpti ſunt, quoniam Deus ſprevit eos. Qui quomodo per pauperes, & humiles eodem tempore magna fecerit, iſta ſubiicit, dicens:

Interea quidam exercitus navalis virorum non potentum, nec alicui magno duci innixi, niſi Deo omnipotenti, quia humiliter proſeſſi ſunt, gratiam Dei meruerunt, & magnam probitatem oſtenderunt. Civitatem namque in Hiſpania famoſam, quæ vocatur Ulyxipona, & aliam, quæ vocatur Almada, & regiones adjacentes a multis pauci, Deo cooperante, bellantes obtinuerunt. Vere Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Exercitus enim Francorum Regis, & Imperatoris ſplendidior, & major fuerat, quam ille prior, qui Hieroſolymam conquiſerat, & a pauciſſimis contriti ſunt, & quaſi telæ arancarum diſterminati ſunt & demoliti. His autem pauperibus, de quibus prædixi, nulla multitudo reſiſtere poterat, ſed quanto eis plures inſurgebant, debiliores efficiebantur. Pars autem eorum maxima venerat ex Anglia. Hucusque Rogerius, ſcribens ſui ſæculi hitoriam.

Hoc eodem anno (quod notat Robertus in Appendice ad Siebertum) magna admiratione hominum, Henricus frater Ludovici Regis Francorum abdicans ſe a ſæculari conſuetudine, monachus efficitur Ordinis Ciſterciensis. Sed haud diu permiſſus in ea quam delegerat vita degere: nam Bellocenſis Episcopus electus, eam Eccleſiam cogitur adminiſtrare. De hujus conversione opera S. Bernardi procurata, hæc habet Gofridus in vita (a) ipſius: *Accidit enim, ut veniens idem Henricus germanus Regis ad hominem Dei, Bernardum videlicet, ſuper quodam ſæculari negotio locuturus, Conventum etiam Fratrum viſitans, eorum ſeſe orationibus commendaret. Cui pater ſanctus inter verba ſanctæ exhortationis: Confido, ait, in Domino, nequaquam in eo te moriturum, in quo nunc po-*

XI.
German.
Regis
Francor.
ſit Mona-
chus Ci-
ſterciens.

(a) Vit. S
Bern. l.
4. c. 3.

contigit habere cum ſancto Bernardo tribuit; ubi cum pro ſæculari negotio cum conſulturus conveniſſet, ſeque Fratrum collegium viſitans eorum precibus commendaffet, prædixit vir Dei hunc e ſtatu ſæculari ad Regularem brevi tranſiturum, & experturum quanti pretii eſſent humilium preces apud Deum pro ſua conversione, quod ſtatim evenit. Emiſſo poſt triennii ſpatium voto a Clero & populo Belvacenſi poſtulat in Episcopatum, hoc ſcilicet anno, ut colligitur ex Roberto de Monte vulgato, a Baronio laudato ad annum MCXLI. ubi tamen hæc uno tenore recitat. Sedem Belvacenſem annos circiter duodecim tenuit, in qua ad jura Cleri tuenda ſtrenuum & utilem ſe ſemper exhibuit, ob idque Ludov-

vi-

CHRISTI
1149.EUGENII III. PAP.
5.CONRADI REG. ROM. II.
MANUELIS IMP. 7.

poſitus eſt, ſed velociter experimento proprio probaturum, quantum tibi iſtorum, proſit oratio, quam expetiſti. Quod eodem poſtmodum die non abſque multorum admiratione completum eſt, de tanti juvenis conversione cœnobium omne exultatione repletum. Lugentibus autem ſociis, & familia tota, ac ſi mortuum illum cernerent, eſulante; præ cæteris Andreas quidam Pariſienſis Henricum ebrium, Henricum vociferabatur inſanum, nec conſultiſ, nec blaſphemis parcens. E contra ſane idem Henricus pro illius poſitiſſimum conversione Dei hominem dare operam precabatur. Cui vir ſanctus audientibus multis, Dimitte, ait, hominem modo anima ejus in amaritudine eſt, nec pro eo multum ſollicitus ſis quia tuus eſt ille. Cumque amplius ſpe concepta, Henricus inſtaret, ut loqueretur Andrea: ſeverius intuitus eum vir Dei; Quid hoc eſt, ait numquid non jam dixi tibi, Tuus eſt ille? Audiens hæc Andreas (aſtabat

enim & ipſe) ſicut plurimum improbus erat, & a ſacra converſatione vehementer abhorrens, talia ſecum (ut hodieque fatetur) tacita cogitatione volvebat: In hoc nunc ſcio falſum te eſſe prophetam. Hoc enim certus ſum, quia locutus eſt verbum, & non fiet. Hoc tibi ego coram Rege & Principibus in celebri quocumque conventu improperare non parcam, ut tua omnibus falſitas innotefcat. Cæterum quam admirabilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum, videns eorum vana conamina, ut propoſitum ſuum quando & quomodo ipſe voluerit, impleatur? Siquidem die altera ibat Andreas mala omnia imprecaus monaſterio, ubi dominum dimittebat, ipſam quoque deſiderans vallem funditus ſubrus cum habitatoribus ſuis. Nec parum moti ſunt & mirati qui prædictum viri ſancti de ipſo audierant verbum, cum taliter videretur abire. Sed non diu puſillanimitatem eorum & fidem modicam tentari paſſus eſt Deus. Illa tantum die pro-

PAGIUS

vicum VII. Germanum ſuum ſæpe expertus eſt adverſarium, ut teſtatur Sanctus Bernardus Epistolâ ad Eugenium III. ſcriptis ordine CCXXVIII. & CCCV. [1] Fortiter etiam ſe ſe Octaviano Pſeudo-Papæ oppoſuit, & ad Archiepiscopatum Remenſem mortuo Samſone Archiep. tranſtatus fuit anno MCLXII. Chronographo Clarevalleſi a Chiſſetto in lucem edito, Alberico & Vincentio Bellocenſis teſtibus. Chronographus S. Petri Vivi Henrici Præſulatum in annum ſequentem perperam confert.

IV.
Floret
Herveus
Monachus
Burgidolenſis.

Cum Herveus Dolensis Cœnobii in Diœceſi Bituricenſi ſiti Monachus, patria Cenomanenſis, in eo circiter quinquaginta annis in prædicanda morum probitate vixerit, & Girberto Abbatiam regente floruerit, ut docet Epistola encyclica Monachorum Dolensium ſeu Burgidolensium, vulgo Bourdieus qua mortem ejus Fratribus ſuis annunciant, recitata Tom. II. Spicilegii Dacheriani, ad hoc circiter tempus in vivis fuit, quia Girbertus Abbas mortuus eſt anno MCLIII. ut habet Chronicon Dolense Tom. I. Biblioth. Labbei. Multa volumina in ſcripturam ſacram compoſuit Herveus in præfata Epistola memorata ex quibus tantum in lucem prodire commentarii in omnes Epistolâs

Sancti Pauli Apoſtoli, impreſſi tamen cum Operibus Sancti Anſelmi Cantuarienſis, ipſique perperam attributi, ut fidem faciunt Codices MSS. quos ſe vidiffe teſtatur Oudinus in Supplement. de Scrip. Eccleſ. in Herveo, qui & aſſerit, aſſerari in aliquibus Bibliothecis Galliarum Hervei Commentarios in Iſaiam Prophetam ampliffimos, & Poſtillas breves in Deuteronomium. An vero alia Hervei Opera in Epistola Monachorum Burgidolensium enumerata perierint, vel adhuc ſuperſint, mihi incomper-

tum. [2]
Hoc anno, ut legitur in Chron. Gervasii Henricus filius Imperatricis (nempe Mathildis Anglia uxoris Gaufridi Comitis Andegavenſis) mense bello civili Majo mediante cum grandi comitatu militum, affliſta. electorum & peditum rediit in Angliam, & in adventu ſuo multorum animos contra Regem Stephanum excitavit; molebant enim Comites Anglia & Proceres contra Regem Stephanum aliquam excitare ſeditionem, eo quod Robertus & Milo Comites uniſerſa carnis viam ingreſſi fuerunt, & Imperatrix tranſfretaverat, niſi ipſe quem omnia de jure contingebant, in Angliam rediret. Hac igitur occasione, ut prædictum eſt, rediit, in Angliam, poſt poſitiſque litterarum ſtudiis, exercitia caput militaria frequentare. Aſſum-

NOTÆ

[1] Diſſidii hujus inter Henricum Belluacensem & Ludovicum VII. cauſas diſcere licet ex pluribus Eugenii III. epistolâs ad varios Galliarum præſules, & ad Ludovicum i- pſum datis &c. Ex his intelligimus bona eccleſiæ illius conceſſa fuiſſe militibus in commendam ſeu beneficium, quæ proinde cum ſuæ eccleſiæ vindicare niteretur Henricus Ludovicum offen- dit. Extant epistolâ illæ in Collectione Monum. Martenii to. II. col. 632. &c. MANSI

[2] Hoc circiter anno ab Henrico archiepiscopo Moguntino cum ſuffraganeis Synodus ha- bita fuit Erphordia. Meminit hujus Henricus ipſe in epistola ad Wibaldum Corbe- jenſem abbatem, legenda in codice epistolârum Wibaldi num. CXXI. Actum in ea de coercen- do Sizione quodam comite uſurpatore bonorum abbatia de Burgilim; ſicut & de crimine comi- tis H. qui pſiori matrimonio alterum ſuperinduxit. Ille prolatis episcopi Hildeneſheimenſis li- teris probavit quod inter ipſum & priorem conjugem propter cognationem canonica facta eſſet ſe- paratio; ſed de inceſtu quem cum nepte ſua commiſerat penitentiam ſuſcepiffiſſe demonſtrare non potuit. Ex quibus verbis intelligimus prius illud conjugium cum nepte conciliatum fuiſſe. I- gitur decretum a patribus fuit ne ante factam exomologem matrimonium aliud contrahere ſeu- ratum habere poſſet. MANSI

PAGIUS
III.
Henricus
Monachus
Clareval-
lenſis ſit
Epiſc.
Belvac.

Ad num. XI. & ſeq. Ludovicus VI. Galliarum Rex Henricum e filiis ab eo ex Adelaide a Sabaudia ſuſceptum unum, & fratrem Ludovici VII. qui Patri ſuſceſſit in Regno ad dignitates Eccleſiaſticas promovit, e ductumque e domo regnatrice plurima in eum beneficia Eccleſiaſtica congeſſit; in Privilegio enim Sancti Victoris Pariſienſis dicitur Sancti Martini Archidiaconi, Abbas quarundam Regalium Eccleſiarum, videlicet S. Maria de Stampis, S. Maria de Corbolio, S. Maria de Medunta, S. Maria de Puiciaco, S. Melonis de Pontifara, &c. ſed Evangelicam paupertatem aulae deliciis, & opibus anteponeſſam duxit. Godefridus Ciſterciensis apud Duchefnium in Hiſt. Drocenſi miram hanc mutationem, colloquio, quod ei

procedens, & repellens quodammodo gratiam Dei: nocte proxima victus, & quasi vinculus, trabente se & vim faciente Spiritu Dei, diem expectare non potuit, sed exurgens ante diluculum, velociterque rediens ad monasterium, alterum nobis Saulum, vel magis de Saulo Paulum alterum exhibebat. Hæc ipse auctor.

XII. Eligitur Henricus in Episc. Bellovac.

Contigit autem postquam idem Henricus professus est monasticam vitam, mori Episcopum Bellovacensem, atque ab iis ad quos spectabat electio, eligi ipsum in eisdem civitatis Episcopum. Verum cum probe scirent electores longe abesse, ut ipse acciperet Episcopatum: actum est apud Romanum Pontificem Eugenium, ut ejus litteris cogeretur e monasterio trahi ad Episcopatum. Scripsere æque omnes, nec non idem Eugenius Papa ad sanctum Bernardum, ut dimitteret Electum ad Ecclesiam suam. Porro Bernardus quid agendum sibi esset, consuluit Patrem Abbatem Cluniacensem, (a) qui respondit videri sibi multis argumentis a Deo esse eam electionem. Quod ubi ipse Henricus accepisset, litteris his conquestus est cum ipso Petro, quæ sic se habent: (b)

(a) Pet. Clun. 1. 6. ep. 2.

(b) Id. Ib. 3.

Inter Patres reverentissimo, & inter amicos charissimo domno Petro Abbati Cluniacensi Frater Henricus sive jubente, sive permittente Deo, Bellovacensi Electus, se ipsum, & si quid amplius potest.

Litteræ Henrici ad Petr. Cluniac.

Parcat vobis omnipotens Deus, quid est, quod fecistis? Sepultum hominem revocastis ad homines, & consilio vestro, cui nimium creditum est, expositus sum, & repositus in terribile curarum pelagus,

PAGIUS

sumto itaque secum nobili Ranulfo Cestrensi Comite, & Rogerio Comite Herefordensi, aliisque nonnullis prater illos, quos secum duxerat de Normannia militibus famosis, adiit Regem Scotia David consanguineum suum, a quo cum summa latitia & honore susceptus, militari quoque balteo cum nonnullis coataneis suis in sacra solemnitate Pentecostes accinctus est. Ab illo ergo die capit Henricus mentem Regis Stephani, filiique sui Eustachii multis ex causis adversum se excitare. Paulo post: Eustachius autem Regis Stephani miles factus, multa mala exercuit in terris Procerum & Comitum qui Henrici partibus favebant. Henricus postea sub Henrici II. nomine Rex Angliæ fuit, ejusque sæpe infra mentio occurret.

VI. Fraga & vitates VIII. Kalend. Novemb deduntur Raimundo Comiti Barcinonensi hujus nominis IV. qui Ilerdam honorario jure & fidei sacramento Ermengaudum Urgellitano Comiti dedit, potestate & supremo dominatu sibi reservato. Sedem & Episcopalem dignitatem Ilerdensem instauravit, & in Guillelmum Peresum Rotensem Episcopum contulit. Hæc Surita lib. 1. Indic. ad hunc Christi annum, cui consentit Auctor Anonymus de Gestis Comitum Barcinon. qui addit utramque urbem eodem die captam fuisse. Baluzius in Appendice ad Marcam Hispanicam num. CCCCI. refert Chartam popu-

ut me iterum honoris altitudo resorbeat. Nescivi, anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab, quas suscepi regendas, regi, non regere opus habens. Manus meas miserunt ad fortia: opus esset fortitudine. Speculator domus Israel factus sum: opus esset prudentia. Sapientibus & insipientibus debitor factus sum: opus esset justitia. Prædicator populo Dei datus sum: opus esset temperantia, ne forte cum aliis prædicavero, reprobis (quod absit) inveniar. Sed quæ sunt ista? & quis sum ego? vel ubi ista? & ubi ego? Domine pater & Deus vitæ meæ, imperfectum meum viderunt oculi tui. Domine vim passus sum: responde pro me, quia sola obedientia coegit me, sine qua, juxta virum sanctum, infidelis quisque esse convincitur, etiam si fidelis esse videatur. Et quia nemo majori fiducia utitur, quam qui ex affectu diligit: nunc vos, quasi portionem animæ meæ convenio, deponens apud vos familiarem & dolentem querelam. Quid vobis visum est, ut litteris vestris ad dominum Abbatem missis, faceretis stultitiam meam elevari super candelabrum? Credidisti quidem domine, propter quod locutus es: nec fallere, nec falli voluisti, sed non evasisti secundum. Verumtamen quoquo modo factum sit, & quaquam versum verat exitum rei Dominus Deus noster: ego vester sum, & ad vestrum servitium, si dignamini, præparatus. Me accipite in servum, in amicum, in filium: & illi sanctæ multitudini, cui Deo auctore præestis, specialem & uterinum monachum, (ne dicam Episcopum) sempiterno foedere societate. Hucusque

lationis Ilerdæ a Raimundo Comite Barcinon. & Ermengaudum Comite Urgellitano datam, continentem privilegia populo Ilerdensi ab utroque Principe concessa; sed ea non hoc anno, ut existimat Baluzius in margine, & ipsa indicare videtur, verum sequenti scripta, quia in Comitatu Barcinonensi annus a Paichate more Gallicano inchoabatur, & in ea legitur: facta ista Charta mense Januarii anno Dominic. Incarnationis MCXLIX.

Bellum civile, quod Ecclesiæ Africanæ exitiosum fuit, hoc tandem anno extinctum. Ut enim narrat Noveirius Almorabita qui in quandam Provinciam & Marochianum Regnum convenerant, ingentesque copias collegerant, prælio fusi sunt ab Abdalmumeno Almohadum Imperatore anno Hegiræ DXLIV. & ab eo tempore Almorabita ita fusi profligatique, ut de eis nulla apud Historicos mentio postea facta sit.

Extincta & antiqua Ecclesia Africana, quæ hæcenus, uti Mozarabes in Hispania, inter Saracenos subsisterat; Almohadum enim secta nulli neque Ecclesiæ neque Christiano in Africa pepercit, illas omnes solo æquavit, Christianos vero sine exceptione trucidavit; ita ut ex omnibus Mozarabibus nulli superfuissent præterquam qui in terras Christianorum Hispaniæ se se fuga recipere potuere: nec potior Mozarabum conditio in Hispania Saracenicæ fuit;

VII. Finis dominationis Almorabitarum.

VIII. Religio Christiana in Africa & Hispania Saracenicæ extincta.

que germanus Regis in schola Christi bene institutus, docente spiritu, ad Christianam humilitatem. Porro ubi (ut decebat Apostolicum virum) administrare cœpit Ecclesiam, ipsum Regem Ludovicum germanum suum expertus est adver-

PAGIUS.

IX. Qui posita in illis partibus Episcopi vixi tantum fuerunt.

cum quicumque a fide Christiana deficere recusat, morti traditi fuerint. Quod si aliqui servi bello capti aut latebris occultati Almohadum manus evaserint, eis suam religionem profiteri non licuit in locis in quibus neque Episcopi, neque Presbyteri, neque Monachi amplius remanebant. Inter eos Mozarabes, qui ad loca a Christianis Hispaniæ inhabitata aufugientes vitæ consuluerunt, memoratur Clemens ultimus Archiepiscopus Mozarabum Hispalensium: & cum civitas hæc, Corduba, Gienna, Mursia & Valentia, Sancto Ludovico in Gallia regnante, a Christianis Hispaniæ receptæ sunt, nulli alii Christiani præter captivos Hispali reperti.

Jacobus de Vitriaco in suis de Ecclesia Orientali libris, ubi de Ecclesiis Mozarabum tanquam sua ætate, seu sæculo decimo tertio adhuc in Africa & Hispania subsistentibus sermonem facit manifeste indicat, se quæ in medium adducit, ex antiquis libris excerptisse, parumque de conversionibus & commutationibus quæ jamdiu contigerant, curasse; indeque non mirum si de rebus quæ amplius non erant, tanquam si adhuc superessent, locutus fuerit, easque prætermiserit, quarum ampla mentio faciendæ erat. Sic licet profiteatur se de Ordinibus Religiosis post sacrum bellum in Oriente stabilitis verba facturum, Ordinis tamen Sancti Dominici tunc in Oriente florentis non meminit, licet Historiam suam in partibus Orientalibus constitutus scripserit. Hæc ejus verba in Hist. Hierosolymitana cap. 80. Illi vero Christiani, qui in Africa & Hispania inter Occidentales Saracenos commorantur, Mozarabes nuncupati, Latinam habent litteram, & Latino

farium, ut sanctus Bernardus testatur in litteris (a) ad Eugenium Papam pro ipso datis, in quibus inter alia: Ipse & frater suus (b) Rex non ambulat in u-

(a) Bern. ep. 228. (b) Id. ep. 305.

An-

sermone in scripturis utuntur, & sancta Rom. Ecclesia sicut alii Latini cum omni humilitate & devotione obediunt, ab articulis fidei vel sacramentis in nullo deviantes. Quibus similibusve locis innixi Joannes Baptista Grammayus in libris de Ecclesia Africana cap. 7. & Odoricus Raynaldus Tom. XIII. & XIV. Annal. Ecclesiast. Episcopos titulares sub hujus sæculi finem vel sequenti in Hispaniam vel in Africam missos pro reliquiis Ecclesiæ Africanæ & Mozarabum Hispaniæ habent, ne quidem suspicantes Jacobum de Vitriaco de statu, in quo tam Ecclesia Orientalis quam Occidentalis versabantur, parum edoctum fuisse, & antequam Episcopi titulares a Pontificibus Romanis in Africam & Hispaniam mitterentur, antiquos utriusque regionis Christianos defecisse. At tantum abest, ut ex Episcopis titularibus in partes illas directis inferendum fuerit, aliquos adhuc Christianos in illis regionibus reliquos fuisse, ut contra inde deducendum erat, ante illa tempora Mozarabes penitus exterminatos. Tentarunt quidem Romani Pontifices, secta Almohadum ad interitum incumbente, novam Christianitatem in illis partibus instituire; sed sanctum illud consilium felicem exitum sortitum non fuit. Grammayus citatus lib. 2. cap. 4. ait: Anno MCXCIII. Archiepiscopi III. & Episcopi X. in Barbaria nominantur, omnes Alexandrino Patriarcha vicino parentes. Quem locum ex Grammayo Schelestratus profert, sed hujusmodi commenta referre, refellere est, cum post hæc tempora non nisi Episcopi titulares a summo Pontifice pendentes in illis partibus vixi fuerunt.

JESU CHRISTI ANNUS 1150.

EUGENII PAP. III. ANNUS 6.

CONRADI REG. ROM. 12. MANUELIS IMP. 8.

CHRISTI 1150.

EUGENII III. PAP. 6.

CONRADI REG. ROM. 12. MANUELIS IMP. 8.

I. Annus Redemptoris millesimus centesimus quinquagesimus, Indictione decimatertia inchoatur, quo de Eugenio Papa hæc habentur in scripto Chronico Fossæ novæ: Eugenius Papa Ferentinus venit mense Octobris, & multos Archiepiscopos & Episcopos ordinavit. Tarracina capta est sexto Kalend. Decembris.

Convenit hoc anno eundem Eugenium Papam Petrus Abbas Cluniacensis, qui scripsit epistolam ad S. Bernardum de adventu suo in Urbem, & congressu cum eodem Eugenio Papa, & quidem memoria dignam de cultu, quo idem Pontifex prosequi consueverit viros sanctitatis nomine claros. Urgentia enim sui Ordinis negotia & magni momenti eundem venerandum Abbatem traxerunt iterum hoc tempore Romam, cum jam Eugenius ante biennium ex Gallis se contulisset non in Urbem, sed in vicina loca. Habet enim ista: (a) Leta plane in via cuncta reperi, sed lætiora apud Patrem inveni, Eugenium scilicet Bonum illum habui in principio, meliorem in processu, optimum in fine; immo (ut quod verius ex corde aurio fatear) optimum semper. Cumque vultus ille illius in quo vere Apostolicus vigor & forma relucet pro varietate causarum, personarum, & eventuum mutaretur, & aliis atque aliis nunc jucundum, nunc nubilum discretissime se præberet: mihi tamen nunquam in diversa mutatus est. Qualem veniens reperi, talem recedens reliqui. Notabam sæpe austeriorem vel mœstiorum, quam frequenter induere aliis

(a) Pet. Cl. l. 6. ep. 47.

de causis cogebatur speciem: ipsum aut privatim, aut publice me alloquente, de iudicis forma in patris gratiam commutare. Præferebar omnibus etiam majoribus gradu, nec Patriarchalis dignitas, cum etiam Ravennas adesset, præire, me ipsum plerumque impellente, sinebatur. Senatui Romanorum, Episcoporum, vel Cardinalium non tantum adungebar, sed & quandoque adiungi cogebatur. Excludebantur universi non Romani a Romanis consiliis: solus aut pene solus ad mysteria jurata vocabar. Ista in publico.

Jam secretiora & remota ab aliis colloquia quis explicet? Dico, dico quod verum est: nemo me putet aliter loqui quam sentio. Ut aliquid arrogantius dicam, hoc apud me fas non est. Numquam amicam fideliorem, nunquam fratrem sinceriores, nunquam patrem puriores in hujusmodi colloquiis expertus sum. Auris patiens ad audiendum, lingua prompta & efficax ad respondendum, non ut major minori, sed ut aut par pari, aut quandoque ut inferior superiori. Nihil fastus, nihil dominium, nihil majestas; sed totum sibi hominem æquitas, totum humilitas, totum ratio vendicabant. Si quid vel ibi, vel alibi petii: aut indultum est, aut rationabiliter ita ut queri non possem, negatum. Hæc dicens non glorior, sed vestra vota in me per ipsam impleta declaro. Et novum quidem non est, Cluniacense monasterium in qualicumque pastore suo a summo Pontifice honorari; sed novum est nihil sinistri in ejus actu, nihil in verbis, nihil in ipso gestu erga ipsum

II.

de Galliam deferens Pontificem adivit sua cum eo negotia tractaturus, ut ipsemet Epistola XLVI. libri VI. ad Bernardum data, & a Baronio recitata narrat, significans totum iter sibi felix, faustumque fuisse, & Eugenium III. se se amantissime suscepisse: Præferebar omnibus etiam majoribus gradu, nec Patriarchalis dignitas, cum etiam Ravennas adesset, præire me ipsum plerumque impellente sinebatur. Senatui Romanorum, Episcoporum, vel Cardinalium, non tantum adungebar, sed & quandoque adjungi cogebatur. Excludebantur universi, non Romani, a Romanis consiliis: solus, aut pene solus ad mysteria jurata vocabar. Ista in publico. Jam secretiora, & remotiora ab aliis colloquia, quis explicet? &c. Quæ negotia Petrum Venerabilem in Italiam traxerint, in dubio est. Baronius putat id colligendum ex Petri Venerabilis Epistola XLV. ejusdem libri ad Eugenium III. data, in qua conqueritur de Hugone Discalceato ob arcem contra Cluniacense monasterium ædificatam, qui non cessabat ab opere, etiam ab Eugenio Papa jussus, atque diro anathemati subjectus, nisi cessaret. Manricus in Annal. Cisterc. ad annum MCL. cap. VIII. num. VIII. existimat, Epistolam Petri Venerabilis ad Bernardum magis domestica nego-

Profectio Romana Petri Venerabilis.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6643. SÆC. XII.

© II. A. D. II. P. 16. April. Indict. 13.

An. Eræ Hisp. M. CLXX. XVIII.

JESU CHRISTI 1150. EUGENII III. PAPÆ 6.

An. Hegiræ D. XLV. inchoato die 30. Apr. fer. 1.

CONRADI III. REG. 13.

A. C. 1150. I. Roma ad-huc turbata.

MANUELIS COMNENI IMP. 8.

Num. I. ad IV. Anonymus Casinensis, qui res anno uno citius narrare solet, ad annum MCXLIX. præter ea, quæ Baronius ex illo refert, ait: Eugenius Papa Urbe egressus Campania mortuus est. Obscurata Luna hanc eclypsim Lunarem supputavit, reperitque eam contigisse die decima quinta mensis Martii, feria quarta, horis tribus post mediam noctem.

Petrus Venerabilis ad Eugenium Papam iturus, Bernardum prius, & Claramvallem visitavit literis apud Pontificem juvenandus. Deinde

ipsum potuisse notari. Videram eum primo anno Apostolatus ipsius Romæ, postea videram Cluniaci, videram Antisiodori, videram Catalauni, videram Rheimis, videram alibi, sed talis nunc apparuit, quasi numquam vidissem. Qualem deinde totius Romanæ Curie erga me ac nostra statum invenerim, succincte refero, ut amicorum fidelium, ut dulcissimorum fratrum, ut ex mero & sincero corde quantum agnosci potuit, familiarium. Vestri omnes, maxime singularis ille vir dominus, Ostiensis, non minus, non inferius mihi assistit, quam vobis si præsentem essetis, assisteret. Ad illum explicandum, quia brevis sermo non sufficit, parco literis: sed per Dei gratiam, cum præsens fuero, non parcam verbis. Hucusque Petrus de rebus cum Eugenio Papa transactis.

(a) Pet. l. 6. ep. 46.

(b) Ps. 77.

Porro causam præcipuam cur ad eum venerit, annuit in epistola ad ipsum Eugenium, in qua hæc inter alia ait: Ab Hugone quodam, cognomento Discalciato, coeptum erat ædificari castrum quoddam super Cluniacense monasterium: (a) Questus, inquit, fueram inde, ut nos, apud vos: & vestra providentia duro anathemati illud submisserat. Hæc ipse, cum quæritur ab eodem Hugone esse perfectum opus & derideri ipsos Cluniacenses monachos, adversus quos munitionem erexisset.

At quid Deus ipse? numquid non vindictam fecit de hujuscemodi præsumptione, qua Princeps servos Dei quoquo modo perturbare ausus est? Utique memorabilem plane vindictam exercuit, cunctis sæculis decantandam, secundum illud Davidicum: (b) Viam fecit semitæ suæ, per quam transeuntes viderent & admirarentur iudicium Dei, nempe castellum illud terræmotu absortum chasmate terræ & loco ipsius lacum profundissimum excrevisse in exemplum iudicii magni Dei. Quando id factum sit, Robertus in Appendice ad Sigbertum hæc habet anno Redemptoris millesimo centesimo quinquagesimo sexto his verbis: Factus est terræmotus xv. Kalendas Martii maxime Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS gotia innuere, atque aliquorum Fratrum rebellionem, in quos Sanctus Abbas mitius agendum scripserat.

III. Sed quidquid sit de causa itineris Petri Venerabilis, arbitror tam Baronium, quam Manricum falli, cum scribunt, tanquam certum turrim illam intra quinquennium terræ motu absorptam fuisse, & loco illius lacum profundissimum in exemplum divinæ iustitiæ successisse, quod vulgatus Robertus de Monte, cuius locum integrum refert Baronius num. III. tradat, anno MCLVI. XV. Kal. Martii quoddam castellum, haud procul a Cluniaco situm absorptum fuisse terræ motu, & in abyssum ivisse. Nam Castellum illud non potest esse idem cum eo quod Hugo discalceatus construxerat;

in Burgundia, adeo ut ter in nocte festivitatis sanctæ Priscæ virginis sentiretur apud Cluniacum, & quoddam castellum, quod erat desertum, haud procul a Cluniaco situm, absortum iret in abyssum, & spatium in quo castellum fuerat, impleretur aquis inestimabilis profunditatis. Hæc Robertus.

Hoc eodem anno (ut auctor est Romualdus Archiepiscopus Salernitanus in Chronico) Rogerius orbatus majoribus natu filii, Voillemum Principem Capuanum relicto sibi filium coronari voluit Regem Sicilia. Quod cum biennio ante, ipse Rogerii obitum contigisse tradat, utique hoc anno id factum oportuit. De funeribus autem filiorum & conjugis ita ipse anno superiori: Primo Albidia illustris Regina uxor ejus, ex qua tot filios habuerat, mortua est, & filia ejus: post hæc alii filii, nempe Tarentinus Princeps, & Anusus Campanorum Princeps, & Henricus mortui sunt: novissime autem Rogerius Dux Apuliæ primogenitus ejus mortuus est anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo quadragesimo nono, Indictione duodecima, vir quidem speciosus, miles strenuus, pius, benignus, misericors, & a suo populo multum dilectus. Rex autem Rogerius tot flagellis affectus, constanti animo pii Patris flagella sustinuit. Et quia solum Voillemum Capuanorum Principem habebat superstitem, veritus, ne eundem conditione humana fragilitatis amitteret: Sibiliam sororem Ducis Burgundiæ duxit uxorem, quæ non multo post Salerni mortua, & apud Cavenese monasterium sepulta est. Tertio Beatricem filiam Comitis de Retesse in uxorem accepit, de qua filiam habuit, quam Constantiam appellavit. Biennio autem antequam moreretur, Voillemum filium suum Capuanum Principem in Regem Sicilia fecit unungi, & secum jussit pariter conregnare. Hactenus de his Romualdus.

Extat Petri Cluniacensis Abbatis (c) epistola qua consolatus est Rogerium ipsum in funeribus filiorum, & hortatus est eum adversus Græcorum Imperatorem de Christianorum exercitibus ad-

IV. Funera filiorum Regis Sicilia.

Coronatur Voillem. Rex Sicilia.

Constantia Filia Rogerii Regis.

V. (c) Pet. Cl. l. 6. ep. 18.

G eo

cum Petrus Venerabilis in laudata Epistola XLV. asserat, de concordia partium solo æquatum fuisse. Hæc Petri Venerabilis de Hugone discalceato verba: Deicit ipse castri constructor, & diruit ab ipsis fundamentis, suis vel suorum manibus castrum: seque nunquam deinceps aliquid ibidem adificii facturum juramento confirmat. Dat insuper & montem ipsum Ecclesia, &c. Nos autem his de causis dedimus ei ducentas & viginti libras.

Ad num. IV. & seqq. Anonymus Casinensis ad annum MCL. qui nobis est MCLI. ait: obiit Sibylla Regina. Romualdus Salernitanus in Chron. de Rogerio Rege ait: Qui solum Voillemum Capuanorum Principem habebat superstitem, veritus ne eundem conditione humana

IV. Uxor Rogerii Regis.

Petri
Cluniac.
Ab. ad
Roger.
Sic. Reg.
epist.

eo male merentem. Sic enim se habet: Magnifico Principi domino Rogerio Regi Siciliae Frater Petrus humilis Cluniacensis Abbas salutem presentem, & regnum sempiternum. Quantum sublimitatem vestram diligamus, quantum actus vestros prosperari & in Domino & in seculo velimus, novit ille qui novit omnia. Audientes obitum filiorum vestrorum valde doluimus: & tam pro sospitate vestra, quam pro animabus illorum Missas celebrari, orationes ad Deum fundi, eleemosynas fieri in Conventu nostro precepimus. Non solum autem tunc, sed & saepe diebus solemnibus, & majoribus Capitalis nostris inter alios Reges, amicos & benefactores nostros, vestri memoriam frequentamus. De cetero notum facimus regiae magnitudini vestrae, nos multum dolere de inimicitiis, quae inter vos & dominum Regem Teutonorum, seu Imperatorem Romanorum versantur. Multum enim tam ego, quam multi alii discordiam illam sentimus obesse

PAGIUS

na fragilitatis amitteret, Sibilliam sororem Ducis Burgundiae duxit uxorem, qua non multo post Salerni mortua, & apud Cavense monasterium sepulta est. Dux iste Burgundiae Sibyllae Reginae frater erat Odo II. quorum Pater Hugo II. Burgundiae Dux. Anonymus Catinensis ad annum MCL. qui nobis est MCLI. inquit: Rex Rogerius constituit Guillelmum Ducem filium suum Apulia Regem. Baronius num. IV. haec cum praesenti anno alligat, eamque in rem Romualdum Salernitanum laudat. Verum hac in re fallitur Cardinalis doctissimus; Romualdus enim tantum ait, Rogerium Ducem anno MCXLIX. e vivis abiisse, sed inde non sequitur Elviram Reginam, quam Alviriam appellat, & ejus filios iis annis demortuos. Haec Baronii ad hunc annum verba: Hoc eodem anno, ut auctor est, Romualdus Salernitanus, Rogerius VVillelmum, &c. coronari voluit Regem Sicilia (sed hoc neque verum, neque a Romualdo dictum). Quod cum biennio ante ipsius Rogerii obitum contigisse tradat, utique hoc anno id factum oportuit. At male Baronius supponit Rogerium Regem anno MCLII. vita functum esse, cum eo Christi anno visuri simus eum usque ad annum MCLIV. vitam prorogasse. Baronius tradit etiam Romualdum mentionem facere obitus Alviriae seu Elvirae anno superiori, seu anno MCXLIX. At Historicus iste, qui hoc tempore florebat, Reginam illam, ejusque filios anno MCXLIX. e vivis excessisse scribere non potuit, cum Elvira Regina initio anni MCXXXV. vivere desierit. Quare haec Regina, inquit, Romualdus primo mortua est & filia ejus (cujus nomen ignoratur) post haec alii filii, nempe Tarentinus Princeps (Tancredus mortuus anno MCXXXVIII. aut MCXXXIX. hicque Bari & Tarenti Princeps fuerat) & Anselmus Capuanorum Princeps (anno MCXLIV. demortuus), & Henricus mortui sunt. Henricus nullo titulo cohonestatus, & ultimus natu paulo post Alphonsum fratrem mori debuit. Ait Romualdus: Novissime Rogerius Dux Apulia primogenitus ejus mortuus est anno millesimo centesimo quadragesimo nono. Sed de his plus satis.

V.

Ejus filii

regnis Latinis, & Christianae Fidei propagationi. Nam cum multa, sicut frequenter audivimus, augmenta Ecclesiae Dei bellica virtute vestra de terris inimicorum Dei, hoc est Sarracenorum, proveniant; longe ut credimus majora provenirent, si firma pax & concordia vos & Regem supradictum unirent.

Est & aliud quod longe magis accendit animos nostros, & animos pene omnium Gallorum nostrorum, ad amandam & quaerendam pacem vestram. Illa scilicet pessima, inaudita, & lamentabilis Graecorum & nequam Regis eorum de peregrinis nostris, hoc est exercitu Dei viventis, facta proditio. Ut enim juxta quod in mente mea video loquar: si necesse esset, quantum ad monachum pertinere potest, non recusarem mori, si mortem tantorum, tam nobilium, immo pene totius Galliae & Germaniae miserabili fraude extinctum florem justitiae Dei per aliquem suorum dignaretur ulcisci. Neminem vero sub caelo Principum Christianorum video, per

VI.

Anno Domini MCL. inquit Matthaeus Parisius, Rex Francorum Ludovicus & Eustachius filius Regis (Angliae) Stephani cum militia copiosa venerunt ante turrem de Archis, ob discordiam memoratam (anno superiori) ubi etiam adfuit Dux Normanniae Henricus, & pater ejus Comes Andegavensis Gaufridus, cum ingenti exercitu Andegavensium, Britonum & Normannorum; sed videntes utriusque partis Principes, quod legiones illuc nequibant sine magna effusione sanguinis hostiliter convenire, coeperunt de pace tractare, & interventibus utrorumque amicis, Rex Francorum cepit homagium Ducis Henrici de Normannia, & sic pacifici recesserunt. Dux igitur Henricus dum tractaret cum Optimatibus suis de itinere suo in Angliam, pater ejus apud castrum Leri graviter infirmatus, septimo Idus Septembris ab hac vita migravit, & sic Henricus filius ejus factus est Comes Andegavensium, & Dux Normannorum. Verum Matthaeum in anno mortuali Gaufridi Comitum hallucinatum eruitur ex utroque Chronico Andegavensi, Radulpho de Diceto pag. 510. Gervasio Huntindoniensi, Roberto de Monte vulgato in Chron. ac Vincentio Bellocavensi, qui eum in annum sequentem differunt.

VI.

Henricus
Norman.
Dux
Hominum
facit
Ludovico
VII. Fran-
cia Regi.

Hoc anno Musmudum natio & Almohades seu Almehawedini Hispaniam ingressi sunt. Scribit Novairius Musulmannos Hispaniae valde viribus fractos, ad Africanos confugisse, & Abdelmumenen, Almorabitarum Imperatorem validum exercitum ad eos destinasse, non vero ipsummet in Hispaniam transfretasse, ut falso Scriptores Hispanici in literas misere. In hoc omnes conveniunt, Cordubenses, aliosque Vandalitios Musmudum nationi sese subiecisse Alphonsum Hispaniarum Imperator cum ingentibus copiis contra hos infideles movit, Cordubam obsidione cinxit, & Musmudum seu Almohadam exercitum fudit, quod elicitur ex donatione ab hoc Imperatore cuidam e suis Nobilibus Cautivo seu Captivo appellato facta ob egregiam sibi hoc in bello adversus Mauros praestitam operam. Cautivus enim eadem postea bona Ecclesiae Cathedrali Astorgae dedit, ut refert Sandovalius in Alphonso VII. fol.

VII.

Mauri A-
frica in
auxilium
Mauror.
Hispaniae
veniunt.

Hortatur
ad ultio-
nem.

per quem tam bene, tam congrue, tam efficaciter, sicut per vos, opus hoc tam sacrum, tam caelo & terrae optabile posset impleri. Nam per gratiam Dei (quod non adulans dico) juxta quod ex praeteritis operibus vestris, & ex verbis multorum concilio: ad tantum bonum istud perficiendum, aliis Principibus & animo sagacior, & opibus ditior, & virtute exercitior. & ipso insuper loco propinquior estis. Exurge igitur bone Princeps, quod voce quidem mea, sed tam meis, quam omnium votis dico: exurge in adjutorium populo Dei zelare, sicut Machabaei, legem Dei: ulciscere tot opprobria, tot injurias, tot mortes, tantum tam impie effusum sanguinem. Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

108. ubi Chartam refert, in qua legitur: Quando Imperator tenebat Cordubam circumdatam, & pugnabat super eam cum triginta milia Musmudis, & cum aliis Vandalicis (id est, Mauris Hispanicis) & devicit eos. Ex ea apparet Cautivum in castris fuisse cum Imperatore, quem etiam sequebantur Raimundus Comes Barcinonensis & Aragoniae Princeps, & Garfias Ramires Navarrae Rex. Die decima nona mensis Augusti Alphonfus Imp. e sua expeditione militari redux gratiam quandam Martino Diaz, ob ejus erga se in hoc bello merita, largitus est era MCLXXXVIII. qua praenominatus Imperator Principem Maurorum. Abengamiam sibi vassallum fecit, & quandam partem Corduba depradavit cum Mezquita majori. Haec tamen expeditio magis honorifica, quam utilis fuit; Abengamia enim & Mauri Cordubenses post Alphonsum discessum ab eo defecere. Imo Novairius citatus affirmat, Abdelmumenen, cum eum Cordubam obsedisset, magnum exercitum adversus eum misisse, & non multo post Alphonsum in suum Regnum rediisse.

nem exercitus Dei. Paratus sum ego pro jam dicta pacis causa, mox ut se opportunitas praebuerit, Imperatorem supradictum adire, & adhibitis mecum quos poterit, totis viribus, omni studio de pace tam Deo amabili, inter vos & ipsum reformanda & confirmanda tractare. Rescribam Deo volente vobis statim post colloquium quod invenero, & cuncta vobis litteris patefaciam. Haec Petri litterae ad Rogerium Siciliae Regem. Porro currenti calcaria addidit ipse, Spoliata Corinthum, Corcyramque insulam ab eo captam, praeter alia quae sunt recentia, habet Robertus de Monte in Appendice ad Sigebertum.

G 2 Mil.

Garfias Ramires Navarrae Rex bellator strenuissimus redux ex expeditione militari, quam Moritur suscepit cum Alphonso Imperatore, cujus filiam naturalem Urracam dictam secundis nuptiis duxerat, ut ostendit Oienhartus in Notitia Vasconiae pag. 327. vitam cum morte commutavit. Moretus in Investigat. Rerum Navarrae pag. 660. citat librum Fororum Navarrae, in quo traditur Garfiam supremum diem obiisse era MCLXXXVIII. in vigilia S. Caeciliae, & regnasse annos quindecim. Certum tamen, eum annos sexdecim integros Navarrae dominatum esse, sed annus & dies eternalis ibi expressi in dubium revocari non possunt. Habuit praeter filium Sanctium, qui ei in Regnum successit, ac praeter filiam Sanctiam, Sanctio Castellae, & Margaritam Siciliae Regibus nuptas, filium ex concubina nomine Rodericum, cujus meminit Falcandus in lib. de Siciliae calamitate. Sanctii Regis cognomento Sapientis uxorem Beatiam nuncupat Rodericus lib. 5. cap. 24. horum temporum proximis, quam tamen vetera monumenta ab Oienharto laudato in medium adducta Sanctiam vocant.



JESU CHRISTI ANNUS 1151.

EUGENII PAP. III. ANNUS 7.

CONRADI REG. ROM. 13. MANUELIS IMP. 9.

I. Mogunt. & Colon. Archiep. Romam se conferunt ad dicendam causam.

Millesimus centesimus quinquagesimus primus annus sequitur Redemptoris, Indictione decimaquarta, quo duo primarii Germaniae Archiepiscopi, Coloniensis & Moguntinus ad dicendam causam, Romam ab Eugenio Papa vocati, comparant; amboque muneribus onusti, argenti copia onerati, ut donarent ea Eugenio Papae, tunc quidem ob multiplices expensas causa belli civilis cum Romanis effusas egentissimo. At ipse nihil penitus ex eis attingens, eadem in Germaniam eos reportare coegit, causaeque utriusque examinata, Coloniensem innocentem inventum absolvit; Moguntinum autem dimisit obnoxium pleniori iudicio, cujus causa legatio ab eodem Eugenio Papa in Germaniam mittenda esset: quod & factum est, ut suo loco dicturi sumus. Porro ejusdem Moguntini causa jam a tempore expeditionis promovenda ad Terram sanctam, anno videlicet millesimo centesimo quadragesimo septimo, coepit cognoscitur, cum litteris suis apud sanctum Bernardum quereretur, se calumniis deprimi adversariorum. Ad quem rescribens ipse sanctus Bernardus, haec de his habet: (a)

(a) Bern. ep. 323.

Depositum querela vestra apud nos signum est pignus dilectionis, & praecipue humilitatis indicium. Quis enim ego sum, aut quae domus patris mei, ut ad me referatur Archiepiscopi contemptus, & metropolitana sedis injuria? Nonne ego sum puer parvulus, ignorans introitum & egressum meum? Verumtamen non ignorem verbum veritatis usquequaque, quod ex ore Altissimi procedit: (b) Neesse est ut veniat scandalum. Vae autem illi per quem venit. Haec de his tunc Bernardus. De adventu autem utriusque Romam ad Sedis Apostolicae iudicium, & abstinencia Eugenii Papae ab eorum muneribus, haec idem Bernardus habet in libris de Consideratione, anno sequenti (ut dicitur) ad eundem Eugenium scriptis: in quorum tertio libro, ubi in detestationem avaritiae Episcoporum plura dixisset, haec in ejusdem Eugenii commendationem habet:

(b) Mar. 18.

Hic locus avaritiam carpit, a quo vitio immunis satis tua opinio est: an & opus, tu videris. Vidimus tamen (ut oblata pauperibus taceam, quae tangere non acquiescis) Germanicos destituisse saccos, sed pretio, non massa. Argentum re-

pore suoque loco ferenda, nos tam tibi, quam tuis successoribus confirmamus, inquit Eugenius. Ubi loco naccum, legendum, nactum; nactus autem ab aliis coopertorium, ab aliis udo appellatur, ita ut nactus fuerit stragulum, quo totus equus infertur. Hinc Jacobus Stephanescus Cardinalis lib. I. de Coronatione Bonifacii VIII. cap. 9.

Post ipsum quadratus equus, detextus ad ante, Velatusque rubro scarletii tergora nactus Cygneus ad dextram vehitur.

Et infra:

Cornipedemque sedens niveum sub tegmine nacti.

Vide alia exempla apud Ducangium in Glossario voce Nactum, vel Nactus.

In fine Epistolae ab Eugenio III. & pluribus Cardinalibus subscriptae legitur: Datum Signia per manus Bosonis S. R. E. Scriptoris VI. Idus Januarii, indict. XV. Incarnat. Dom. MCLI. Pontificatus vero Dom. Eugenii III. Papa an. VII. Manricus in Annal. Cisterc. hoc anno cap. IV. annum illum Incarnationis praesentem interpretatur. Verum ex indictione XV. annoque Pontificatus VII. apparet, hanc Epistolam anno sequenti datam, & Eugenium in ea annum usque ad diem XXV. mensis Martii prorogare. Certum tamen eum etiam usum esse anno Incarnationis Pisano, Tom. enim X. Concil. extat Epistola Eugenii III. ordine LXVI. ad Moysen Ravennatem Archiep. scripta, qua statuit, ut Electi Placentini Episcopi, ab ipso & successoribus consecrationem accipiant: Dat. Pisis

II. Duplex est jus modus annos Christi numerandi.

PAGIUS SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CLXX. XIX. An. Hegiræ DXLVI. inchoato die 20. April. fer. 6. An. C. 1151. I. Eugenius III. confirmat Privilegia Eccl. Coloniensis.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6644.

12. G. 12. P. 8. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 1151.

EUGENII III. PAPÆ 7.

CONRADI III. REG. 14.

MANUELIS COMNENI IMP. 9.

AD Num. I. & seq. Coloniensis & Moguntinus Archiepiscopi Eugenium III. adire, alter ut Privilegiorum suae Ecclesiae confirmationem obtineret, alter ut modestissimo negotio, de quo infra, sese expediret, & plurimum ei argenti detulerunt. Sed Sanctus Pontifex illorum munera sprexit, ut narrat Baronius ex Divo Bernardo in lib. 3. de Consideratione. Tum anno sequenti Eugenius scripsit Arnaldo Coloniensi Archiepiscopo Epistolam ordine X. Tom. X. Concil. qua ei & successoribus concedit, quod nulli deinde Primati, nisi soli Romano Pontifici subdit: quod solus Reges infra terminos suae Provinciae coronet: quod primus in quocunque ejus Concilio post Papam, seu Legatum residet: demum quod S. Petri-Coloniensis Ecclesia summa septem gaudeat Presbyteris Cardinalibus, cum totidem Diaconis & Suddiaconis, quibus mitra, dalmaticis & sandaliis in Missarum solemnibus uti liceat. Præterea Pallii quoque usum, & vivisca Crucis vexillum atque naccum, insigne videlicet festivi equi, quae prædecessoribus suis a nostris prædecessoribus concessa sunt, suo tem-

CHRISTI 1151.

EUGENII III. PAP. 7.

CONRADI REG. ROM. 13. MANUELIS IMP. 9.

reputatam est fœnum; summarii non levati sarcinis, onusti nihilominus repatriant vel inviti; nova res. Quando hactenus aurum Roma refudit? & nunc Romanorum consilio id usurpatum non credimus. Duo venerunt, ambo locupletes, & ambo rei: siquidem unus Moguntinus, Coloniensis alter. Alteri gratia gratis reddita est: alter indignus credo, cui gratia redderetur, audiret: Cum quali veste intrasti, cum tali egredieris. O vocem magnificam! vocem prorsus Apostolicae libertatis! Quid minus ab illa hæc habuit: (a) Pecunia tua tecum sit in perditionem: nisi quod illa plus zeli, ista plus modestiæ sonuit? Hæc de his Bernardus, reliqua inferius suo loco. Adhuc de rebus Eugenii Papæ, hoc anno, in scripto Chronico Fossæ novæ hæc notata habentur: Hoc anno millesimo centesimo quinquagesimo primo ivit Castrum, & dedicavit ibi Ecclesiam sanctæ Crucis decimo Kal. Maii, & sexto Kal. Novembris dedicavit Ecclesiam monasterii Casemarii, Ordinis Cisterciensis in agro Verulano, & reversus est Signiam.

(a) Act. 8.

Dedicatio Eccl. Monast. Casemarii.

II.

Hoc item anno habetur in Gallia Synodus Episcoporum, in qua discuteretur causa divortii inter Ludovicum Fran-

PAGIUS

Pisis per manum Guidonis Diac. Card. & Cancell. IV. Idus Novemb. indict. XII. incarnat. Dom. anno MCLIX. (legendum an. MCXLIX.) Pontificatus vero D. Eugenii Pape III. anno IV. qui characteres annum MCXLVIII. exhibent.

III. Concil. Balgentiense.

Ad num. III. Non tantum Baronius & Labbeus Tom. X. Concil. sed etiam non pauci alii divortium Ludovici VII. Galliae Regis cum Eleonora uxore huic anno affigunt; verum illud sequenti tantum anno factum, ideoque & Concilium Balgentiense, in quo illud decretum, eo anno collocandum certum esse debet. Duchesnius enim Tom. IV. pag. 443. refert ex Scriptore Anonymo in Bibliotheca Monasterii Sancti Victoris Parisiensis MS. asservato fragmentum, in quo de Ludovico VII. & Eleonora legitur: Post multos labores & tribulationum sudores reversus (scilicet ex Oriente) licet ex illa duas filias se suscepisse gauderet; tamen regni sui anno XXI. assensu, & autoritate Eugenii Papæ repudiatam dimisit. Ubi Ludovici VII. Regis anni deducuntur ab an. MCXXXI. quo ab Innocentio, dum pater adhuc viveret, coronatus fuit. Verus Robertus de Monte, qui hoc divortium cum hoc anno alligare videtur, corrigendus est juxta dicta, unitate sc. singulis annis per hæc tempora addita, quia librarios unius anni prochronismo peccat; & cum unum tantum hujus Auctoris exemplar MS. extet, illa methodus observanda. His adde Robertum de Monte vulgatum, Gervasium Dorobernensem in Chron. & Nangium in Chron. cujus hæc sunt verba ad annum MCLXI.

IV.

Ludovicus Rex Francorum Zelotypia spiritu inflammatus cum Alienorde uxore sua in Aquitaniam vadit, munitiones removet, & gentes suas inde reduxit. Qui dum regrederetur apud Baugentiacum castrum (ubi Concilium celebratum) jurata consanguinitate, uxorem suam repudiat; &c. dum in terram nativitatis sua regrederetur, Henricus Dux Normannia & Comes

corum Regem & Elionoram filiam Ducis Aquitanæ, de quo superius. De hoc autem Episcoporum conventu hæc Sugerius Abbas sancti Dionysii qui interfuit, habet: Interea aliqui venerunt ad Regem, de cognatione sua progeniti, qui ortum & derivationem parentela suæ noverant, & dixerunt (sicut & verum erat) quod inter se & * Alienordem uxorem suam erat consanguinitas affinitas talis, quod inter eos de jure lex matrimonialis non poterat convenire: & inde per juramentum probationem legitimam offerebant. Quibus Rex sic respondit: Quod contra Deum & contra legem Ecclesie eam nolebat habere, volens per omnia statuta Ecclesie, & legem matrimonii inviolabiliter observare. Et ut istius rei veritas posset veracius indagari, die Martis ante festum Paschatis Floridi in castro Baugenciaci Hugonem Archiepiscopum Roibomagensem. . . . & quartum Lanfredum Burdigalensem cum pluribus suis Coepiscopis & Baronibus Franciæ fecit solemniter convenire. Ante quorum presentiam steterunt illi, qui genus inter Regem & Reginam se probaturos obtulerant, qui etiam ejusdem generis erant parentes, & cognati, & per ju-

* Elionora.

Synodus Gallicana pro divortio Reg.

Andegavis ei occurrens eam desponsavit, &c. genuitque, &c. Henricum, Richardum, & Joannem postea Reges Angliæ, atque Gaufridum Comitem Britannia. Item quatuor filias quarum una data est uxor Regi Castella, unde orta est Blanca Regina Franciæ, mater Sancti Ludovici Regis: altera vero Constantinopolitano Imperatori nomine Alexi, tertia, quam Saxonia Duci, unde natus est Ottho postmodum Imperator Romanus; quarta vero Tolosano Comiti; unde natus est Raimundus, cujus filium postmodum Alphonsus Comes Pictavenis frater Sancti Ludovici Regis Francorum accepit uxorem. Continuator Aimoini lib. 5. Rex Ludovicus, inquit, duas filias, quas de Alienora suscepit, maritis desponsavit: primam, scilicet Mariam, Henrico Comiti Palatino Trecenti; juniorem videlicet Aaliz, fratri ejus Theobaldo Comiti Blesensi.

Baronius legens Gesta Ludovici VII. Regis filii Ludovici Grossi, quæ modo referuntur Tom. IV. Duchesnii pag. 391. in quibus dicitur: quoniam terra (nempe Aquitania) sine virili herede remanserat, Rex Ducatum in manu sua tenuit, & primogenitam sororum Alienordam sibi matrimoniali lege desponsavit, sicut superius est expressum in Historia patris sui, existimavit Sugerium Abbatem scripsisse vitam Ludovici VII. & eo in loco ad vitam Ludovici VI. a se editam respicere. In eadem etiam sententia plures Viri docti fuere. Verum cum Sugerius Abbas hoc anno e vivis excesserit, ut statim demonstrabo, illa sententia non potest non esse a veritate aliena. Historia itaque illa Ludovici VI. alia non est, quam quæ a Sugerio Abbate scripta fuit, in qua paulo ante finem sermo est de matrimonio Eleonoræ cum Ludovico VII. cui subjungenda erant ista Gesta Ludovici VII. Quod si quis contendat, sermonem ibi esse de alia Vita Ludovici VI. ab eodem Anonymo scripta, dicendum est ipsam perisse, & pro

V. Sugerius nullam vitam Ludovici VII. composuit.

CHRISTI
1151.EUGENII III. PAP.
7.CONRADI REG. ROM. 13.
MANUELIS IMP. 9.

iuramentum suum dixerunt, quod Rex & Regina se cognatione contingebant, & quod secundum Deum, & legem conjugalem debebat inter eos divorcium celebrari. Quo sufficienter probato, in presentia Pralatorum fuit inter eos per consensum partium matrimonium dissolutum &c. Subiicit de alio viro, cui nupsit Elinora, & alia uxore, quam duxit Ludovicus, nempe Constantiam filiam Regis Hispaniæ, hisque narratis finem imponit scribendi res Ludovici, ut qui ipse finem vivendi fecit. Nam de ipso Robertus in Appendice ad Sigebertum, ipsum hoc anno esse defunctum, affirmat, qua ratione non sequenti anno, quo ponitur ab eodem Roberto, ejusmodi divorcium fieri contigit. Nam Sugerius, qui de eo scribit, jam mortuus erat, nempe (ut dictum est) anno præsentis. Vir hic erat

Sugerii
Abbat. S.
Dionysii
obitus.

PAGIUS pro certo tenendum Sugerium Abbatem non posse esse auctorem Vitæ Ludovici VII. de qua agitur; cum in ea mentio sit de rebus post Sugerii mortem gestis.

Sugerium vero Abbatem currenti anno die decima tertia mensis Januarii, postquam annos viginti novem Abbatiam gloriosissime rexit, ad feliciorum vitam transiisse, indubitatum tandem esse debet. In brevi enim Chronico S. Dionysii Tom. II. Spicilegii Dacheriani publicato, in quo ejus initium recte consignatur, ad annum MCLI. habetur: *Sugerius Abbas obiit. Ordinatio Domini Odonis Abbatis. Est is Odo de Diogelo Auctor Narrationis de Professione Ludovici Regis VII. in Orientem Tom. IV. Duchesnij pag. 280. dicitur ex codice MS. Ecclesiæ S. Dionysii: Transit idem venerabilis pater inter verba orationis & Symboli, die Idus mensis Januarii (die nempe XIII. ejusdem mensis): anno vero Domini MCLII. LXX. atatis sua: a susceptione autem monastici habitus fere LX. Pralationis vero sua XXIX. cujus sepultura & exequiis interfuerunt sex Episcopi cum multis Abbatibus, Christianissimoque Rege Francia Ludovico; ubi & pietatis memor, & immemor Regia Celsitudinis, dum sepeliretur amarissime flevit: flevitque omnis Regia Domus, sed & populus, qui cum tanquam prudentissimum Consiliarium, totiusque regni Governatorem & administratorem planxerunt sapientissimum. Sed Monachus Dionysianus, qui hanc annotationem posuit, in anno erravit; Sugerius enim præfuit quidem Abbatæ San Dionysianæ annos XXIX. sed illi absolvuntur die XIII. mensis Januarii currentis Christi, anni, quo die is Auctor Sugerii mortem consignat, & quidem recte cum Chiffletius in Asserto S. Bernardi genere illustri pag. 92. exhibeat illustrium aliquot virorum epitaphia, inter quæ extat epitaphium Sugerii a Magistro Synone cognomento Capra. Aurea Canonico S. Victoris Parisiensis hoc tempore vivente compositum, quod duobus his versibus clauditur:*

*Cui rapuit lucem lux septima Theophania,
Veram vera viro Theophania dedit.*

Octava autem festi Epiphaniæ in diem XIII. mensis Januarii incidit. Cum ergo Sugerius

nomine celebris, de quo sæpe dictum est superius. Ad quem in extremis ferme laborantem extat sancti Bernardi Abbat. Claravallensis (a) epistola, brevis quidem, sed tanto viro digna, quam ipse consulas.

Contigit pariter eodem ferme tempore per Legatos ab Eugenio Papa seu potius ab Hadriano, ut dicitur, in Germaniam missos solvi conjugium Friderici Sueviæ Ducis, qui post Conradum successit in regnum Imperiumque Romanum, cum uxore sua ob consanguinitatem inter eos intercedentem. Testatur id (b) Otto Frisingensis qui aderat rebus cunctis. Ad Conradum Regem duos Cardinales Legatos hoc anno missos Jordanem & Octavianum (c) Otto testatur, de quorum altero ex sancto Bernardo dicturi sumus paulo inferius.

Hoc

annos XXIX. Abbatæ S. Dionysii præfuerit, & ad eam die XII. mensis Martii anni MCXXII. sublimatus fuerit, frustra quis amplius initium ejus & finem in controversiam vocabit. Certus etiam numerus Operum ab eo publicatorum, & a Duchesnio citato recentiorum.

Ad num. IV. & seq. Joannes Prior Hagustaldensis in Continuatione Historiæ Simeonis Danelmensis ad annum MCLII. qui juxta dicta est MCLI. de quatuor Palliis primum in Hiberniam missis hæc habet: *His diebus appulit ad Tynamutha in Northymbria Joannes Presbyter Cardinalis directus Apostolica Sedis Legatus cum Palliis Hiberniensibus directis. Paulo post: Scripsit autem Droid Regi Scotia significans de se & de causa adventus sui, expetens adventum ejus in Hiberniam, &c. Auditis literis Domini Cardinalis, Rex festinanter occurrit apud Karlel, pramittens ad eum Cancellarium suum apud Hagustaldensem Ecclesiam; in eam enim idem Cardinalis excellenter susceptus est, & cum eo quidam Episcopus Hibernia: Venientem itaque ad se Cardinalem circa festum Sancti Michaelis, Rex & filius ejus Henricus Comes officiose susceperunt, ejusque favorem expensis & obsequiis devotis amenerunt. Profectus inde in Hiberniam quatuor Pallia certis sedibus distribuit, gentemque in ea legi nuptiarum non assuetam plurimum correxit. Venerat autem idem Cardinalis Presbyter in præcedenti anno ad Regem Angliæ, cui non acquievit Rex conductum præstare, nisi fidem daret se in hac professione regno Anglorum nullum damnium querere. Reversus est ob hunc sermonem Cardinalis ad Apostolicum indignans; fuitque super hoc Romana Curia ingrati Regi. Loquuntur etiam de hac quatuor Archiepiscoporum in Hibernia institutione Chronographus Mailrosensis ad hunc annum, Hovedenus citatus a Baronio, aliique. Antea Episcopi in Hibernia se fe mutuo consecrabant, ut refert Giraldus Cambrensis in Topographia Hiberniæ cap. 17. Legatus ille Joannes Paporonus seu Papyrio dictus, quem valde laudat divus Bernardus in Epist. CCXC. ad Cardinalem Ostiensem data, in qua e contra narrat quam foeda ubique reliquerit vestigia Jordanus de Ursinis in Germaniam hoc anno ad Conradum Imperatorem ab Eugenio missus, de qua Legatione Baronius num. IV. qui & recitat integram Sancti Bernardi Epistolam.*

(a) Bern.
ep. 266.
IV.(b) Ot. Fr.
in Erid. l.
2. c. 11.(c) Id. l. r.
c. 63. &
l. 2. c. 1.

VII.

Quatuor
Archiep.
in Hiber-
nia insti-
tuit.(a) Bern.
ep. 290.V.
Legatio
Jo. dan.
infamis.PAGIUS
VII.
Marty-
rium S.
Henrici
Archiep.
UpsalensisIX.
Martyr.
S. Herici
Sueciæ
Regis.CHRISTI
1151.EUGENII III. PAP.
7.CONRADI REG. ROM. 13.
MANUELIS IMP. 9.Archiepiscopus
quatuor
in Hiber-
constitutus

Hoc eodem anno idem Eugenius Papa Joannem Paporonem Cardinalem Legatum a latere in Hiberniam misit, ut in eam insulam quatuor deferret pallia, quæ numquam illuc delata fuerant, constituitque quatuor Archiepiscopatus, primum apud Armarec, secundum apud Casfel, tertium apud Diveline, quartum apud Connath. Hæc Rogerius in Annalibus, sui temporis res gestas profecutus. Extat & in Vaticana bibliotheca plenior descriptio de Ecclesiis singulis eisdem metropolibus ab eodem Pontifice tunc subjectis, & per eundem Legatum profecutione completis, cui descriptioni ejusmodi præfixus est titulus: *Tempore domini Eugenii Papæ Tertii facta est divisio totius Hiberniæ in quatuor metropoles per Joannem Paporonem presbyterum Cardinalem tituli sancti Laurentii in Damaso, Apostolicæ Sedis Legatum. Meminit hujus Joannis Paporonis Legati sanctus Bernardus summa cum laude, sicut & contra ingenti detestatione exagitat Legatum item a latere Jordane. Cardinalem missum in Germaniam ad Conradum Regem Romanorum hoc eodem anno, ut testatur Otto Frisingensis, qui adeat. De cuius infamissima functione idem sanctus Bernardus hæc deferenda. Eugenio Papæ (a) scribit ad Cardinalem Ostiensem:*

Pertransit Legatus vester de gente in gentem, de regno ad populum alterum, sæda & horrenda vestigia apud nos ubique relinquens. A radice Alpium, & regno Teutonicorum per omnes penes Eccle-

*siæ Franciæ & Northmanniæ & circum-
quaque circumiens, usque Rothomagum,
vir Apostolicus replevit non Evangelio,
sed sacrilegio. Turpia fertur ubique commi-
sisse, spolia Ecclesiarum asportasse, for-
mosulos pueros in Ecclesiasticis honoribus,
ubi potuit, promovisse, ubi non potuit,
voluisse. Multi se redemerunt, ne veni-
ret ad eos. Ad quos pervenire non potuit,
exegit & extorsit per nuntios. In scholis,
in Curis, in triviais fabulam se ipsum
fecit: seculares, religiosi, omnes male
loquantur de eo. Pauperes, & monachi,
& clerici conqueruntur de eo. Homines
quoque suæ professionis ipsi sunt, qui magis
exhorrent & famam ejus & vitam. Hoc
testimonium habet, & ab his qui intus,
& ab his qui foris sunt. Non sic domi-
nus Joannes Paporons, non sic, cujus
laus est in Ecclesia, quippe honorifican-
tis ubique ministerium suum. Legite lit-
teras his domino meo. Ipse viderit, quid
de tali homine faciendum sit. Ego libe-
ravi animam meam. Dico tamen præcipi-
tatione, qua soleo: Bonum est ei, si pur-
get ipse Curiam suam, & si liberet con-
scientiam suam. Deceveram ista tace-
re, sed venerabilis Prior Montis Dei ad
hoc me impulit, & animavit, ut scri-
berem. Et scitote minus me dixisse, quam
publice predicatur. Nobilis erat Romæ
Familia Paporona, quod & monumenta
basilicæ sanctæ Mariæ Majoris opere te-
xellato testantur: sed diebus nostris de-
fecit in Francisco Paporone ornatissimo
viro, non sine dolore bonorum omnium.*

Hoc eodem anno sanctus Henricus Fin-
lan-

Joannis
Paporonis
honestas
legatio.

VI.

terminans, coadunato exercitu versus Finlan-
dos expeditionem dirigit, anno decimo Regni
sui a quibusdam Magnatibus ad regnum aspi-
rantibus occisus est, anno Incarnationis MCLX.
ut in Actis citatis dicitur, non currenti, ut
Baronius in Notis ad Martyrologium Rom.
die XVIII. Maii & Henschenius arbitrati sunt;
in Historia enim Gothorum, Sueonumque a
Joanne Magno Archiep. Upsalensi edita, lib.
XIX. diferte legitur, Sanctum Ericum anno
MCL. a Proceribus populisque Regni Sueciæ
ad Regale solium evectum fuisse: tum cap. 5.
dicitur Ericum ipso die, quo dominica Ascensio
celebratur, ex improvise, nulloque hostilitatis
indicio præmissis insidiosè peremptum esse, an-
no a Christo nato MCLX. postquam fere decem
annis Sueonum regnum innocenter, & summa
omni laude administrasset. Quod cum legisset
Israel citatus, vidissetque Sanctum Ericum die
XVIII. Maii coli, eum diem in Sancti hujus
legendam inseruit, non animadvertens anno
MCLX. Ascensionis festum in diem illum non
incidisse; sed in diem quintum ejusdem mensis.
Ipsemet Israel errore suum manifestat, quan-
do ait, S. Ericum Alexandro P. III. Romana Ec-
clesia presidente passum esse, ideoque non ante
annum MCLX. Henschenius in brevi nota
ad locum illum pro Alexandro Papa reponit
Anastasium IV. qui tamen anno tantum MCLIII.
sedere cœpit. Porro Sanctos aliis diebus, quam
quibus martyrium pertulerint, aut animam
Deo

CHRISTI
1151.EUGENII III. PAP.
7.CONRADI REG. ROM. 13.
MANUELIS IMP. 9.Marty-
rium
Henrici
Episcopi
Finlan-
diæ.(a) Joann.
Ola. de
rebus
Goth. l.
19. c. 3.
in fin.

landiæ Episcopus, & totius illius gentis Apostolus, ubi eos magna ex parte ad Christianam Fidem convertisset, graffatione impiorum necatus, martyrii coronam est consecutus. Cujus præclarum agnomem & Apostolicum munus pro Christo susceptum & consummatum, (a) Joannes Olaus descripsit in sua metropoli Upsalensi, & in commentariis de rebus Gothicis.

Hoc item anno Gratianus monachus Benedictinus collegit ampliori studio librum Decretorum, & per distinctiones ac quæstiones rite disposuit. Ita quidem codex Vaticanus habet: *Decretum Gra-*

PAGIUS Deo reddiderint, tam in Ecclesia Romana, quam in aliis particularibus sæpe coli innumera exempla ostendunt. Ante hæc tempora in historia Suecorum seu Sueonum omnia incerta & fabulis plena, indeque nihil ex ea in medium attulimus.

X. Eugenius III. primus omnium Pontificum Romanorum jussit in tribunalibus Ecclesiasticis judicari secundum compilationem Gratiani, de quo Sigonius lib. 2. de Episcopis Bononiensibus scribit: Anno MCLI. Gratianus Monachus in monasterio Sancti Felicis (in urbe Bononiensi, non vero Monachus Classensis in Tuscia, ut perperam ab aliquibus dictum) *Decretum, id est, Juris Pontificii volumen insigne, quod extat, composuit: id quod lapis olim in claustris positus indicavit his verbis, &c.* Eugenius veritus ne Jus Canonicum vilesceret, quia omnes studiosi ad Civile recens digestum se conferebant, suggerente Gratiano Gradus quosdam Academicos excogitavit, non tam annorum, quam profectus, scilicet Baccalaureatus, Licentiatu & Doctoratus, ut hocce specioso titulo studiosos ad Jus Canonicum applicendum excitaret, & Privilegiis accenderet. Hanc enim graduum scholasticorum institutionem omnes fere qui de illis scripserunt, ad Gratianum & Lombardum retulerunt. Neque ante Petrum Lombardum eorundem graduum in Scriptoribus mentio, indeque communiter dicitur eum illos, Gratiani imitatione, Parisiis in Theologica Disciplina instituisse. Sed hæc de re legendus Bulæus Sæculo IV. Hist. Universit. Parisiensis. Porro Gratianum & Petrum Lombardum postea Episcopum Parisiensem fratres extitisse, merum commentum. In Panormia nulla Gratiani mentio; hæc tamen antiqua, & eodem circiter tempore ac Gratiani Decretum lucem vidit.

XI. Anno XVI. Stephani Angliæ Regis Tedbaldus Cantuariensis Archiepiscopus, & Apostolicæ Sedis Legatus tenuit Concilium generale apud Londoniam in mediâ Quadragesima, ubi Rex Stephanus, & filius suus Eustachius, & Angliæ Proceres interfuerunt, totumque illud Concilium novis appellationibus infrendit. In Angliâ namque appellationes in usu non erant, donec eas Henricus Vintoniensis, dum Legatus esset, malo suo crudeliter intrusit. In eodem namque Concilio ad Romani Pontificis audientiam ter appellatus est, inquit Huntindoniensis lib. 8.

XII. Nicolao Abbate Sancti Rufi Avenionensis, de quo anno MCXLVI. verba fecimus, vel demortuo, vel ad aliam dignitatem translato ei anno circiter superiori successit Gaufridus. Baluzius enim lib. 4. Marcæ Hisp. ad annum.

tiani monachi sancti Felicis Bononiensis Ordinis sancti Benedicti, compilatum in dicto monasterio anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo primo, tempore Eugenii Papæ Tertii. Hæc eadem in Pomærio Ecclesiæ Ravennatis. Porro in eodem codice quæ dicuntur Paleæ recentiori scriptura esse exarata noscuntur, ut appareat omnino alterius quam Gratiani opus illud esse. De patria autem Gratiani in eodem Pomærio ponitur, sed depravate legitur de Classa civitate Tusciæ, ut corrigendum sit, de Clusio. Sed mendum idem legitur apud Matthæum Westmonasteriensem hoc eodem anno, dum ait: Eo-

MCXLVIII. testatur penes se habere Catalogum autographum Episcoporum Dertusensium ab Hieronymo Puyadesio ex veteribus illius Ecclesiæ scripturis collectum, in quo dicitur Jaufridum seu Gaufridum tum Abbatem Sancti Rufi fuisse primum Episcopum Dertusensem post urbem receptam, & hoc anno consecratum apud Tarraconam quinto Idus Augusti, & consecrationem ejus peregrisse Bernardum Archiepiscopum Tarraconensem, Guillelmum Episcopum Barcinonensem, aliosque Episcopos in eo Catalogo memoratos; quod iterat Baluzius ad annum MCLI. Gaufridum excepit Raimundus, ad quem extat Epistola Hadriani IV. Tusculi data qua confirmat venditionem Insulæ Esparueriæ prope Valentiam eidem factæ ab Odone Episcopo Valentino, anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo. Hujus insulæ venditionis mentionem faciunt San-Marthani in Abbatibus Sancti Rufi, Columbius in Episcopis Valentinis, & Chorierus in Historia Delphinatus lib. 2. §. XI. Esparueria insula dicitur, quia per fontanos rivos a reliquo agro distinguitur, qua Rhodanus non alluit. Raimundus Abbas magnificum monasterium in ea construxit, & postea Canonicis Regularibus prope Avenionem habitantibus perussit, ut in eam insulam Sedem Abbatialem transferrent. Ibi permanit usque ad annum MDLXII. quo ardentibus bellis civilibus omnia ædificia everfa, & Sedes Ordinis translata in Prioratum ejusdem Ordinis intra urbem Valentiam longe antea ædificatum. Quare ante Raimundum nullus Abbas San-Rufensis Valentiam refedit. San-Marthani quidem translationem monasterii San-Rufensis in insulam Esparueriam anno MCCX. factam scribunt; sed præterquam quod id gratis afferunt, longe verosimilius quod habet Chorierus citatus, Raimundum qui Esparueriam insulam emit, primum Ordinis Abbatem fuisse, ex quo Sedes Abbatialis in diocesi Valentiam translata fuit. Ad quam translationem cum posteriores Scriptores animum non advertissent non raro scribere, priores Sancti Rufi Abbates Valentiam domicilium suum habuisse; cum tamen id tam varia Instrumenta publica, quam varii Auctores horum vel proximorum temporum falsum esse demonstrent.

XIII. In Hispania Alphonso Imperator die XIII. mensis Martii donationem fecit Monasterio Sancti Isidori Duegnacensi, in qua ait se hoc anno Muzmidem ante Cordubam vicisse. Jam exunte mense Januario fundaverat idem Imperator in finibus Castellæ monasterium Horta, seu Sanctæ Mariæ de Cantavos dictum, in gratiam Ordinis Cisterciensis Charta a Manrico hoc anno cap. X. recitata, in qua dicitur: *Facta ibar-*

Abbatia
S. Rufi
Avenionensis
transfertur.Gesta ab
Alphonso
VII. contra
Sarac.CHRISTI
1151.EUGENII III. PAP.
7.CONRADI REG. ROM. 13.
MANUELIS IMP. 9.

Eodem anno millesimo centesimo quinquagesimo primo Gratianus monachus de Guisfa civitate Tusciæ natus, Decretum composuit secundum Hugonem 2. quæst. 6. c. Forma. Hæc ibi. Quod autem alii affirmaverint ipsum fuisse monachum Classensem prope Ravennam, ubi monasterium de Classa forte dictum; sed quod Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS charta in Calafurra III. Kalend. Februarii, quando Sanctius filius Imperatoris accepit uxorem filiam Regis (nempe Navarrae) Garcia; eodem anno, quo Imperator pugnavit cum illis Muzamidibus super Cordubam, & devicit eos era. MLXXXIX. (legendum era MCLXXXIX.) imperante ipso Alphonso Imperatore Toleti, Legionis, & in Gallacia, Castellaque, in Navarra, Saragocia, Bæzia, & Almaria, Comes Barcelona, & Sanctius filius Regis Garcia tunc temporis vassalli Imperatoris. Hoc etiam anno, ut referunt antiqua Documenta Toletana, Imperator era MCLXXXIX. adversus Giennam movit, sed ante discessum conjunctum cum duobus suis filiis donationem quandam fecit monasterio Sobradi in Gallacia, in qua dicitur, quando Imperator ibat ad Jaen a VIII. de Abril. MCLXXXIX. quam urbem tunc occupasse disco ex Continuatore Anonymo Pelagii Ovetensis manuscripto in Bibliotheca Mazarina, in quo de Alphonso legitur: *Multas civitates in forti manu & divino favore acquisivit, quarum nomina hæc sunt Bæzia, Calatrava, Jaen, Cauria, Corduba, Almaria, & alias multas. quas longum est dinumerare.* Cæterum victoria illa de Muzmidibus reportata alia non est quam ea de qua anno elapso a nobis actum; nam, ut observat Sandovalius in Alphonso VII. fol. 202. Notarius in illa donatione, non ad eram MCLXXXIX. respexit, sed ad diem relatæ de Muzmidibus victoriæ; quam numerandi rationem quandoque in Actis publicis Hispani hoc tempore usurpabant.

XIV.
Almohades Mauritaniam Sitifensem aggrediuntur.

Inter hæc Abdelmumen Almohadum Imperator ingentem classem adornavit, & cum formidandis copiis Septam, oppidum alias Mauritaniam Tingintanæ, nunc regni Fezzæ, anno Hegiræ DXLVI. quasi in Hispaniam traiciendi ei animus esset, accessit; sed antequam in illa parte aliquid tentaret, Africam sibi subicere decrevit, & in Orientem pro-

nec est illud in Tuscia, nec civitas est, dum de patria ejus agitur a civitatis auctoribus, diversa ratio est, ut per Classa, seu Guisfa in Tuscia civitatem, Classense intelligere voluerint monasterium. Sed hæc aliis accuratius consideranda relinquimus.

H An-

gredeus ingressus est Mauritaniam Sitifensem. Ibi regnabant posteri Hammadi e Ziridum familia orti, quorum ultimus fuit Alahzibilla pronepos Aunafari, qui Gregorio VII. & Urbano II. sedentibus, Christianis favit. Muzmidum & Almohadum exercitus viribus & numerito longe præstabat, indeque Mauros valde afflixit.

XV. Nicolai IV. Musalo cognominatus, quem Manuel Imperator ad thronum Ecclesiæ Cyprianae evexerat, ut res administrare cœpit, sit Patri omnium statim ora in eum commota sunt, in archa juste occupatum ab illo thronum clamitantium, Constantini ut qui cum Ecclesia, quam nactus fuerat, sacerdotium quoque deposuisset. Sed his obstinatus primo, throno se deturberi hæud quaquam parvus: ubi autem re ad Imperatoris examen delata, male sibi cessurum agnovit, judicium nolens denovo experiri, abdicata ultro dignitate, ad vitam rursus privatam rediit. Theodotus ei sufficitur, vir Monachicis institutis apprime instructus, inquit Cinnamus lib. 2. num. 18. Nicolai Musalonis a Baronio prætermitti meminit etiam Theodorus Balsamon in Epistol. Basil. ad Amphilochem cap. 69. & in Catalogo Episcoporum Byzantii dicitur exegisse in Patriarchatu annos tres & menses quatuor. Quare cum an. MCXLVII. die XXVI. mensis Decembris Episcopus Constantinop. renunciatus fuerit, Theodotus Monachus ei circa mensis Aprilis successit. Onuphrius in Chron. Nicolai depositionem & Theodoti initium anno suo reddidit, sed quia antequam Joannes Leunclavius Jus Græco-Romanum in lucem emitteret, e vita migravit, & nactus erat codicem Catalogi Episcoporum Byzantii parum in aliquibus correctum, loco Theodoti posuit Theodotum manifesto errore, ut liquet ex Cinnamo citato, sed qui Librario attribuendus videtur.

I. Ad Eug. Pap. scripti libri de consideratione

(a) Bern. de consid. 4.

(b) Id. l. 3.

Annus sequitur Redemptoris millesimus centesimus quinquagesimus secundus, Indictione decimaquinta, idemque numeratur quartus a Concilio Rhemenfi, quo S. Bernardus (ut ipse testatur) scripsit ad Eugenium Papam aureos illos quinque libros de Consideratione. Ex quibus arguas manifesti erroris eos omnes, qui putarunt eisdem ipso exordio eius Pontificatus ad Eugenium esse scriptos. Ipse enim S. Bernardus dum agit in eis de sacris canonibus in Rhemenfi Concilio statutis per ipsum Eugenium, atque dolet, eos nequaquam custoditos & observatos a clericis, hæc ait: (a) Jam quartus est annus, ex quo datum mandatum audivimus: & neminem adhuc clericorum privatum beneficio, neminem Episcoporum suspensum ab officio, luximas. Scripsit autem eos libros Bernardus, ipso Eugenio expetente, ut ipse in eorum præfatione testatur illis verbis: Sed intervenit tua dignatio, quia hoc ipsum non præcipis, sed petis, cum præcipere magis te deceat. Quibus libris non Eugenium tantum, sed Pontifices omnes ad bene ministrandum Pontificatum informat. Nam inferius: Quod tibi, inquit, scribitur, soli prodesse non decet. Multa deplorat, quæ corrigenda ab ipso essent, & inter alia frequentes legationes, sed sine fructu, lucri tantummodo causa, ut de his qui mitterentur sæpe Legati in Hispaniam, de quibus ait: (b) Vestri, qui terram Austri tam sæpe visitant, ecce hi sciunt, & possunt dicere tibi. Eunt & redeunt per medium illorum, aut transeunt secus: sed quid boni adhuc cum illis egerint, necdum audivimus. Et forsitan audissemus, nisi præ anno Hispaniæ salus

populi viluisset. Deplorat etiam frequentiores, captivos, & inutiles appellationes: dolet insuper Concilia celebrari, sed inde nihil utilitatis hauriri: ministrorum quæ sua sunt quærentium, non quæ Jesu Christi, luget multitudinem.

II. Quales Roman. Arnald.

Quarto autem libro in Romanos, quibus præerat, orationem convertit, quos jugiter pateretur infelto. Quæ antequam tu Lector legas, provoco te ad ea quæ sunt superius dicta in exordio ejusdem Eugenii Pontificatus, nempe non omnes Romanos fuisse hujusmodi, qui sic describerentur a Sancto Bernardo, sed eos tantum, qui Arnaldi de Brixia amplexati hæresim, dicti sunt Arnalditæ, cum alioquin (ut vidimus) nobilior pars longe ab his discreparet, & inhæreret summo Pontifici, quo fit, ut populares illos ista Bernardi descriptio tangat: (c) Quid de populo loquar? populus Romanus est. Nec brevius potui, nec expressus tamen aperire de tuis parocianis quid sentio. Quid tam notum seculis, quam protervia & fastus Romanorum? Gens insueta, paci, tumultui assueta, gens immittis, & intractabilis, & usque adhuc subdi nescia, nisi cum non valet resistere. En plaga! tibi incumbit cura, hæc dissimulare non licet. Rides me, forsitan fore incurabilem persuasus. Noli diffidere, curam exigeris, non curationem. Et inferius: Scio induratum cor populi hujus; sed potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham, (d) Quis scit, si revertatur, & ignoscat, convertat & sanet eos? Ita plane, atque propheticæ. Nam Robertus in Appendice ad Sigebertum hoc ipso anno ita habet in fine: Eugenius Papa cum Romanis

Octob. Joannes vero de Ceccano in Chronic. Eugenius Pap. reversus est Romam VIII. Idus Septemb. Sic completa Hildegardis propheta, quæ pacem Eugenio, sed sub finem Pontificatus antea prædixerat.

II. S. Bern. diversis temporibus scripsit libros de consideratione.

Loquitur hoc anno Baronius de quinque libris de Consideratione ad Eugenium Papam a divo Bernardo elucubratis, quæ inter eius Opera præstant, sed sanctus Doctor non eos uno tenore absolvit, ut putavit Baronius, verum diversis intervallis scriptos ad Eugenium transmisit, uti observat Mabillonius in Præfatione ad Tomum II. Operum sancti Bernardi. Et primum quidem anno MCXLIX. edidit, cum Nicolaus Claravallensis Monachus ejusdem S. Bernardi Notarius, ante suam discessionem scribens Petro Venerabili dicit: mitto vobis librum domni Abbatis Claravallis ad Dominum Papam, quæ Epistola septima est lib. VI. Nicolaus autem paulo post recessit a sancto Doctore, uti suo loco diximus. Præterea Bernardus secundum librum direxit Eugenio anno MCL. post infelicem expeditionis Hierosolymitanæ exitum, de quo ab ipso libri exordio apo-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6645.

SÆC. XII. © 13. FE. D. 13. P. 30. Mart. Indict. 15.

An. Eræ Hisp. M. CXC.

An. Hegiræ D. XLVII.

Inchoatio die 8.

Ap. fer. 3.

A. C. 1152.

I. Pax Eugenium inter & Romanos facta.

AD num. I. & seq. Eugenius Papa, ut scribit Robertus de monte vulgatus ad an. MCLII. cum Romanis pace facta Urbem ingreditur, ibique cum eis hoc anno primitus commoratur; antea enim subinde illuc profectus fuerat, sed postea discesserat. De die tamen ejus Romam adventus non consentiunt Chronologi; Anonymus Casinensis ad annum MCLI. qui nobis est MCLII. Eugenius Papa cum Romanis paciscens Romam reversus est V. Idus

Rom. conciliati cum Eug. Papa. III. Conradi Regis obitus, & subrogatio Frid.

nis pace facta, Urbem ingreditur, ibique cum eis hoc anno primitus commoratur. Post reditum e Galliis, scilicet.

Hoc ipso anno xv. Kalend. Martii moritur Conradus Rex Romanorum, non absque suspitione veneni propinati fatione Rogerii Siciliæ Regis a medicis, quos ex Italia acceperat: qui & reliquit regalia non filio ætate satis minori Friderico nominato Suevorum duci: quod & generalibus Comitibus fuit a Principibus approbatum. Hæc pluribus Otto. Extat ejusdem Imp. ejusmodi epitaphium impressum cum aliis antiquis monumentis Ecclesiæ Viennensis:

Qui vestes geritis pretiosas, qui sine sine Non profecturas accumulatis opes. Discite quam paucis opibus post funera sitis Contenti, saccus sufficit, atque lapis. Conradus jacet hic qui tot castella, tot urbes Possedit, tumulo clauditur iste brevi. Mente Dei famulus, Princeps habitu, trabeatus Exterius, vestis aspera sub us erat. Qua jacet, ecclesiam gemmis reparavit & auro, Andrea sancti promeriturus opes, Is Rex Conradus monachos stabilivit ibidem, Corpore qui fertur dudum tumulatus ibidem.

Sed Otto qui aderat, Magdeburgi. Porro idem qui supra Otto de sepultura Conradi dum agit, hæc de Henrico Imperatore inter Sanctos haud pridem relato obiter attigit: In Ecclesia Babenbergensi juxta tumbam Imperatoris Henrici ejus loci fundatoris, qui nuper auctoritate Romana Ecclesiæ in loca sancta levatus, pro Sancto habetur, regio cultu eum se- Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

apologiam præmittit. Tertium hoc anno post obitum Hugonis Antistiodorensis scripsit; cap. enim 2. num. XI. de eo loquens inquit, defuncto sancto Episcopo; quem quidem librum num. XX. declarat a se editum anno quarto a Concilio Remensi. Ejus verba Baronius citat. Denique quartum & quintum librum paulo post, si non cum tertio, absolvit.

III. Moritur Conradus Rex Germ.

A num. III. ad X. Conradus Germaniæ Rex, qui vulgo Imperator dictus fuit, licet coronam imperialem non acceperit, ejus tempore Italia, ipsaque Roma bellis civilibus turbata, hoc anno Bambergæ anno regni sui XIV. mortalitatem explevit, idque XV. Kalendas Martii, cum Dodechinus Abbas, alique notarunt. Cum decumberet de futuro successore cum imperii Principibus deliberans, præterito filio suo Friderico, suavit, ut Fridericum fratris filium virum industrium, & ad regendum Imperium Romanum aptissimum eligerent, quod & factum est; nam die quarta Martii Francofurti electus, die nona ejusdem mensis, quæ in

pelioit. Erant tum in Germania apud Conrad. duo Legati Cardin. Jordanes & Otavianus, quos nuper idem Conradus exceperat. Hæc Otto qui aderat. De tempore obitus Conradi & electionis Friderici corrige ex (a) Ottone Gunterum, qui factum ponit anno salutis MCLIV.

Legatio Jordan. & Otavian Card. (a) Ot. Fr. in Frid. l. 1. c. 63. & l. 2. c.

Quod autem idem Otto meminit hic de Henrico Imp. inter Sanctos relato, extant de ea re in Chronico Babenbergensi Eugenii Papæ litteræ, quæ sic se habent:

Eugenius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Egelberto Episcopo, & dilectis filiis, Canonicis Bambergensis Ecclesiæ salutem & Apostolicam benedictionem.

Sicut per litteras & nuntios vestros vobis mandasse meminimus, venerabiles fratres nostros, N. sanctæ Rufinæ Episcopum, & N. presbyterum Cardinalem pro diversis negotiis ad partes illas de nostro latere delegavimus, eisque viva voce injunximus, ut ad Ecclesiam vestram accederent, atque de vita & miraculis Henrici Regis rei veritatem diligenter inquirerent & litteris suis nobis significarent. Nunc autem eorumdem fratrum nostrorum, & multorum religiosorum, & discretorum virorum attestazione, de castitate ipsius, de fundatione Bambergensis Ecclesiæ, & multarum aliarum, quarundam quoque Episcopatum sedium reparatione, & multiplici elemosynarum largitione, de conversione Regis Stephani & totius Hungariæ, Domino cooperante, per eum facta: de glorioso etiam ipsius obitu, pluribusque miraculis post ejus obitum, ad ipsius corporis presentiam divinitus ostensis, multa cognovimus. Inter quæ illud præcipuum & memorabile plurimum attendentes, quod cum diadema, sceptrumque Imperii suscepisset, non Imperialiter, sed spiritualiter vixit. In ibo-

IV.

H 2 70

Dominicam cadebat, coronatus est, dictus E-nobarbus, sive Barbarossa a barba rufa. Ex ejus electione numerus septenarius Electorum sacri Imperii a Gregorio V. institutus commentitius ostenditur; cum Guntherus clarissimus Poeta hujus temporis, Ligurinus dictus, in suo Opere de Rebus gestis Friderici primi Aug. lib. 1. de ejus electione scribat:

Acturi sacra de successore corona Conveniunt Proceres, totius viscera regni, Sede satis nota, rapido qua proxima Mago, &c.

Ubi describit Francofurtum, seu Franconefurtum, qua in urbe Imperii Proceres Conradum demortuo convenere.

Fridericus peractis omnibus, vocatisque prudentioribus, seu majoribus ex numero Principum de statu Republica consultans Legatos ad Romanum Pontificem Eugenium, Urbem ac totam Italiam destinandos disponit, de promotione sua in

IV.

vo etiam legitimo positus (quod paucorum fuisse legitur) integritatem castimoniam usque in finem vite conservavit. Quae quidem nos omnia simul perpendentes, atque devotionem vestram & Eccl. Bambergensis, quae sanctae Romanae Ecclesiae soli subesse dignoscitur, diligenter considerantes: tametsi huiusmodi petitio nisi in generalibus Conciliis admitti non soleat, auctoritate tamen S. R. E. quae omnium Conciliorum firmitatem est, petitionibus vestris acquiescimus, atque ejusdem memorabilis viri, cujus exaltationem requiritis, fratrum nostrorum Archiepiscoporum & Episcoporum, qui praesentes aderant, communicato consilio, memoriam inter Sanctos de cetero fieri censemus, & anniversarium ipsius diem solemniter celebrari constituimus. Vestra itaque interest, sic in S. R. E. obedientia & fidelitate persistere, & ei dignae devotionis obsequiis respondere, ut ampliori B. Petri & nostra gratia digni inveniamini. Datum trans Tiberim secundo Idus Martii.

Electo Friderico, ab eo legatio decernitur ad Eugenium Papam, missique sunt Hillinus Treverensis Electus, & Eberardus Babenbergensis Episc. viri (inquit) prudentes & litterati. Post haec autem inita est concordia inter ipsum Romanum Pontificem Eugenium atque Fridericum Regem quibusdam adhibitis conditionibus. Extant ejusdem contractus in bibliotheca Vaticana in volumine, quod Cencius Cameralis inscribitur, antiqua documenta, quae hic tibi describenda curavimus, quae sic se habent:

Venerabili in Christo domino Eugenio Dei gratia Apostolicae Sedis Pontifici Fridericus eadem gratia Romanorum Imperator Augustus filialem dilectionem & debitam in Christo reverentiam.

Regiae majestatis dignitas postulat, quae ad pacis & concordiae bonum spectare noscuntur, attenta sollicitudine stabili-

re, & ut inter sacerdotium & regnum indissolubili charitate bonum ipsum perpetuo perseveret, diligenti studio, & exacta diligentia laborare. Hujus itaque rationis prospectu concordiam inferius annotatam, quae inter vos, & nos (auctore Deo) statuta est, sicut ab utraque parte stabilita est & ordinata, ne aliquid arbitrio nostro immutasse videamur, per eadem verba praesentis serie scripti praecipimus annotari.

In nomine Domini Amen. Haec est concordiae formae & conventionis inter dominum Papam Eugenium, & dominum Fridericum Romanorum Imperatorem constituta, mediantibus Gregorio S. Mariae trans Tiberim, Hubaldo S. Praxedis, Bernardo S. Clementis, Octaviano S. Caeciliae, Rolando S. Marci, Gregorio S. Angeli, Guidone S. Mariae in Porticu, & Brunone Abbate de Claravalle ex parte Domini Papae: Anselmo vero Avelbergensi, Hermanno Constantiensi Episcopis, Odelrico de Zembruch, Guidone Guerra, & Guidone Baldratenfi Comitibus ex parte domini Regis. Dominus siquidem Rex unum de majoribus ministris regni fecit in anima Regis jurare, & ipse propria manu data fide in manu Legati domini Papae promisit, quod ipse nec treugam, nec pacem faciet cum Romanis, nec cum Rogerio Rege Siciliae sine libero consensu & voluntate Romanorum, & domini Papae Eugenii, vel successorum suorum, qui subscripta concordia cum eodem Rege Friderico tenere voluerunt, & pro viribus laborabit Romanos subiugare domino Papae, sicut melius unquam fuerunt a centum retro annis. Honorem Papatus, & regalia B. Petri, sicut devotus & spiritualis Advocatus S. R. E. contra omnes homines pro posse suo servabit & defendet, quae non habet, recuperare pro posse juvabit, recuperata defendet. Graecorum quoque Regi nullam terram ex ista parte maris con-

* Bernardo
* Hamburgenfi.
* f. Inspruch.

Quae Fri. Rex Pap. promittat.

V. Turbatur.

Brunone reponit Bernardum, quasi S. Bernardus additus fuerit quinque Cardinalibus pro Eugenio tractaturus.

Verum, ut recte vidit Manricus hoc anno cap. 1. num. VII. hic congressus aut in Italia, aut in Germania habitus, quo tamen S. Bernardus hoc anno non adiit, fractus jam viribus, & vix intra Alpes valens peregrinari, nedum transire. Et aliunde constat, Brunonem fuisse Abbatem Claravallensem, seu melius Caravallensem ad Mediolanum, qui citra Alpes in Italia degens, facile aut interesse aut mitti potuit, capitulis pacificendis interfuturus. Extat Bernardi Epistola ordine CCLXXXI. ad Brunonem Abbatem Caravallensem incerto anno data. Sed concordia tunc inita paulo post turbata fuit, ut enim refert Baronius num. VII. ex Ottone Frisingensi lib. 2. Frideric. cap. 6. cum Ecclesia Magdeburgensis Pastore suo viduata fuisset, & Electores inter se non con-

ve-

cedet. Quod si forte ille invaserit, pro viribus regni, quanto citius poterit, ipsum ejicere curabit. Haec omnia faciet, & observabit sine fraude, & malo ingenio.

Dominus vero Papa Apostolicae auctoritatis verbo una cum praedictis Cardinalibus in praesentia praescriptorum Legatorum domini Regis promisit, & observabit, quod cum sicut B. Petri charissimum filium honorabit, & venientem pro coronae suae plenitudine, sine difficultate & contradictione, quantum in ipso est, Imperatorem coronabit, & ad manutenendum, augendum, & dilatandum honorem Imperii, pro debito officii sui juvabit, & quicumque justitiam aut honorem regni conculcare, aut subvertere ausu temerario praesumpserit, dominus Papa a regia dignitatis dilectione praemonitus, eos ad satisfactionem canonice commonebit. Quod si Regi ad Apostolicam monitionem de jure & honore regio justitiam exhibere contempserint, excommunicationis sententia innodentur. Regi etiam Graecorum ex ista parte maris terram non concedet: quod si ille invadere praesumpserit, dominus Papa viribus beati Petri eum rescire curabit. Haec omnia ex utraque parte sine fraude & malitia servabuntur, nisi forte libero & communi consensu utriusque immutentur. Testes autem, quorum nomina subscripta videntur, Arnoldus Colonienfis Archiepiscopus, Hermannus Constantiensis Episcopus, Anselmus Avelbergensis Episcopus, Arditio Cumanus Episcopus, Na. Curienfis Episcopus, Voibaldus Stabulensis Abbas, Albertus Colonienfis Decanus, magister Henricus Notarius Gotifredus Viterbiensis Capellanus Regis. Ex laicis, quorum Vulpho Dux, N. Marchio Hermannus de Baden Comes, Ulrichus, de Luzemburch Comes, Anselmus ministerialis & Camerarius Regis. Signum domini Friderici Romanorum Imperatoris intercessit. Ego Arnoldus Cancellarius recognovi. Datum Constantiae, decimo Kalendas Aprilis, Indictione decimaquinta, anno Dominicae Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo secundo, regnante domino Friderico Romanorum Rege glorioso, anno vero regni ejus primo.

VI. Quae Papa promittat Imp.

* Hamburgenfis.

VII. (a) Ot. Fr. in Frid. l. 1. c. 6.

PAGIUS

venirent, Regem adire, qui ut partes in concordiam adduceret, eis proposuit Guicmannum Cicensem Episcopum, eique Regalia ejusdem Ecclesiae concessit. Verum Eugenius quidquid de hoc jure esset, certum habebat non esse in facultate alicujus Regis aut Imperatoris, a se-

canum elegerunt, divisio hinc inde personis Regem Fridericum adhuc in Saxonia morantem adire disponunt. Quos dum multis modis ad unitatem & vinculum pacis Princeps reducere satageret, ac proficere non valeret, alteri parti, idest Decano cum suis persuasit, ut Guicmannum Cicensem Episcopum virum adhuc juvenem sed nobilem eligerent: eique accersito regalia ejusdem Ecclesiae concessit. Quoniam jure id fecerit, ita idem, subiicit auctor: Tradit enim Curia, & ab Ecclesia eo tempore, quo sub Henrico V. de investitura Episcoporum decisa fuit inter regnum & sacerdotium controversa, sibi concessum autumat, quod obeuntibus Episcopis si forte in eligendo partes fiant, Principis arbitrii esse Episcopum quem voluerit ex primatum suorum consilio ponere, nec Electum aliquem ante consecrandum quam ab ipsis manu regalia per scriptum suscipiat. At ista ad excusandas excusationes in peccatis sunt opposita, cum non fuerit, nec esset facultatis cujusquam Regis vel Imperatoris, a sede in sedem absque causa, Sede Apostolica inconluta, Episcopum posse transferre. Fuerunt istae primae novae Regis, indices futurorum. Quomodo autem his auditis, Eugenius Papa commotus fuerit & restiterit regiae tantae praesumptioni, ita idem Otto narrat: (b)

Hanc rem quam gravissime Romanus Pontifex acceperit: tam ex litteris, in quibus nonnullis Episcopis, qui pro eo ob amorem Regis Romanae Ecclesiae scripserant, respondit; quam ex Cardinalium, qui postmodum ad Transalpina directi sunt, viva voce percepimus. Litterarum autem talis tenor fuit.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Eberardo Salzbουργensi, Artuvico Bremensi, & Hillino Treverensi Archiepiscopis, Eberardo Babenbergensi, Hermanno Constantiensi, Henrico Ratisponensi, Ottone Frisingensi, Conrado Patavienfi, Danieli Pragenfi, Anselmo Humelburgensi, & Burchardo Eichstadenfi Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem.

Litteras, quas pro causa Magdeburgensis Ecclesiae vestra nobis prudentia delegavit, debita benignitate suscepimus. In lectione autem & cognitione earum stupore nimio & admiratione repleti sumus, eo quod longe aliud in eis, quam vobis ex officio pontificatus immincat, perspeximus contineri. Cum enim in Ecclesiae vertice sitis ex divina providentia constituti, ut

Frid. intrudit in Eccl. Magdeburg. alium Episcop.

(b) Idem ib. c. 8.

VIII. Eug. Pap. Epistola contra intrusum Magdeburg.

VI.

de ad sedem absque causa, Sede Apostolica inconluta, Episcopum transferre, ut ibidem Baronius inquit.

Baronius num. III. refert haec verba Ottonis Frisingensis de sepultura Conradi Regis loquentis: In Ecclesia Babergensi juxta tumulum

CHRISTI
1152.

EUGENII III. PAP.
8.

FRIDERICI REG. ROM. I.
MANUELIS IMP. IO.

de medio eius quæ fuerint nociva, propellere, quæ utilia debeatis attento studio conservare: in causa ista, sicut ex suggestione litterarum vestrarum nobis innotuit, non quod expediat Ecclesie Dei, quod sacrorum canonum sanctioni concordet, quod exinde cœlesti arbitrio approbetur, sed quod terrenis Principibus placeat, attendistis. Et qui eorum animos a minus recta deflectere debuistis intentione, atque ubi esset via Domini, demonstrare: non persuasistis quod rectum est, nec stetitis murus pro domo Israel, quinimo ipsis (ut ait (a) Propheta) parietem ædificantibus, vos (quod sine grandi admiratione vix dicimus) luminis illum luto absque palea. Non ita sentiebat Princeps Apostolorum, qui ex fidei sue confessione, ut totius Ecclesie sue fundamentum esset, accepit; sed comminantis seculi filiis, & Apostolis, si prædicarent in nomine JESU, mortis exterminium intentantibus, consilium de Domini virtute, respondit: (b) Oportet obedire magis Deo, quam hominibus. Vos autem ne a terrenis videamini Principibus dissentire, illi causæ favorem vestrum impendistis, cui & Ecclesiasticæ auctoritatis constitutionis, & supernæ voluntatis examen pro certo creditur obviare.

(a) Ezec. 13.

(b) Act. 5.

IX.

Cum enim translationes Episcoporum sine manifeste utilitatis & necessitatis iudicio divinæ legis oraculum non permittat, cum etiam multo amplior quam in aliis electionibus, Cleri & populi eas debeat prævenire concordia; in facienda translatione de venerabili fratre nostro Guicmanno Cicensi Episcopo, nihil horum est, sed solus favor Principis expectatur; & non inspecta necessitate illius Ecclesie, nec considerata utilitate personæ, Clero nolente, immo (ut dicitur) ex parte maxima reclamante, in Magdeburgensi eum dicitis Ecclesia supplantandum. Super quod tanto amplius admiramur, quanto persona illa, cujus gravitatis sit atque scientiæ, ab antecessis agnovimus, ac proinde quantum Ecclesie illi sit utilis non penitus ignoramus. Quoniam igitur, quicumque temporalis auræ flatibus agitentur, nos in illius petra soliditate funda-

PAGIUS
S. Henricus Imp. canonizatur.

Imperatoris Henrici eius loci fundatoris, qui nuper auctoritate Romana Ecclesia in loci sancta levatus pro Sancto habetur, Regio cultum sepelivit. Evant tum in Germania apud Conradum duo Legati Cardinales Jordanus & Othavianus, quos nuper idem Conradus exceperat. Sed ex his verbis tantum colligitur, S. Henricum a paucis annis in Sanctorum numerum relatum fuisse; nec certus canonizationis annus ex literis canonizationis a Baronio n. IV. recitatis erui potest, cum in iis tantum legatur: Datum trans Tiberim secundo Idus Martii.

VII.

Ad num. X. Rogerium Siciliæ & Neapolis

ti, quæ in fundamento meruit Ecclesia collocari; sicut non debemus, ita nec volunus omni vento circumferri doctrina, aut a sacrorum canonum rectitudine impulsu aliquo deviare: per presentia vobis scripta mandamus quatenus causæ istæ forem ulterius non præstetis, & apud charissimum filium nostrum Fridericum, quem Deus hoc tempore, pro servanda libertate Ecclesie in eminentiam regni evexit, efficere vestris exhortationibus studeatis, ut & ipse a suis super hoc intentione desistant, & contra Deum, contra sacros canones, contra regie dignitatis officium, eadem causæ favorem suum ulterius non impendant, sed Ecclesie Magdeburgensi, sicut & aliis Ecclesie regni a Deo sibi commissi, liberam facultatem, quem voluerint secundum Deum eligendi relinquat, & electionem ipsam postmodum favore suo (sicut decet maiestatem regiam) prosequatur. Nos enim si, quod de supra dicto fratre nostro facere nititur, videremus ratione fulciri, nec voluntati ejus, nec postulationi vestra duceremus aliquatenus obviandum; contra Deum & sacrorum canonum functiones nulli omnino petitioni possumus præbere consensum. Datum Signæ decimo sexto Kalendas Septembris. Ita Eugenius, qui & anno sequenti duos a latere Legatos in Germaniam misit ad depositionem quorundam Episcoporum, ut idem auctor affirmat: (c) dicemus de ea legatione suo loco anno sequenti.

(c) Ot. in Frid. l. 2. c. 9.

X.
Rogerii obitus.

Hoc eodem anno Indictione prima jam inchoata defunctum esse Rogerium Siciliæ Regem, habet Romualdus Archiepiscopus Salernitanus in Chronico, licet alii post biennium id accidisse tradant, ut Robertus de Monte. Successit Wilhelmus filius, de quo inferius.

Hoc anno, qui inter Scriptores Ecclesiasticos hoc seculo floruit, Potho presbyter, inchoasse reperitur opus de Domu Dei quod & quinque libris absolvit, de quo ista Alexander Braccianus ad Bernardum Cardinalem Episcopum Tridentinum ex verbis ipsius: Hoc anno quo mortuo est Rex Conradus, hoc est millesimo centesimo quinquagesimo secundo anno Fra-

Regem, cujus mortem Baronius huic anno affixit, vitum usque ad annum M. LII. pro pagasse, extra controversiam impostum esse Regis. debere ex ibi dicendis constabit.

Et regnante floruit in Sicilia Theophanes Cera- meus Tauromenii in ea insula Episcopus, cujus homilias plures Franciscus Scorsus Societatis Jesu Theologus e lingua Græca in Latinam vertit, & cum annotationibus suis Parisiis anno MDCXLIV. publicavit. Is quidem putavit eum vixisse sub Leone Imperatore Basilii filio, nono scilicet seculo, dum adhuc Græcis Tauromenium cum Sicilia pareret. Verum Leo Allatius in Diatriba de Simeonum Scri-

Obitus Rogerii Regis.

VIII.
Floret Theophanes Cera- meus Episcopus Tauro- menianus.

CHRISTI
1152.

EUGENII III. PAP.
8.

FRIDERICI REG. ROM. I.
MANUELIS IMP. IO.

Frater Potho indignus presbyter Prumiensium ad contemplandum decorem Domus Dei mentis oculos attentius sublevans, quantum in ipsum intellectam perspicere mihi datum fuit, secundum exemplar cœlestium, præsens opusculum scribere aggressus sum. Quid autem per Domum Dei intellexerit, ipse ejusdem operis exordio ita declarat: Domus Dei quæ in

terris construitur, ad similitudinem cœlestis habitationis quæ est æterna, construitur. Hæc nimirum Domus Ecclesia est, columna & firmamentum veritatis, quæ in unitate indivisa firmatur, quæ una columba, una, perfecta, Deo unice dilecta, Scriptura teste declaratur. In tota hac Domo solus beatus Petrus cum suis successoribus plenitudinem potestatis ac-

Rom. Eccl. domus Dei.

PAGIUS

Scriptis pag. 61. & seqq. solide eam opinionem confutavit. In Homilia dicta de Dominico Palmarum hæc incipitio ἐκείνου δὲ ἐναντίον τῆς Πύλης Ποσειδῶν id est, dicta est presente Rege Rogerio, quamvis a duobus codicibus Gallicanis absit, recipitur tamen ab innumeris MSS. tanquam antiqua & genuina, licet in aliquibus ita descripta sit, ut nomen Rogerii per compendium signet: namque exprimitur in linea ρόγ, supra Lineolam expansam aperitissime & agnoscitur, quod indicat inter primas litteras in linea & alias supra in spatio medio aliquid deesse, ideoque facili negotio suppleri, si extente Ποσειδῶν nomen proferas: nam si ρόγ enuncias, miram scriptoris ineptiamprehendes, qui nullo fructu, & nullo litterarum sænore nomen illud ea ratione decurtavit, quod poterat facilius eadem linea integrum exprimere. Tum enim nomina ita decurtantur, ut litteræ alias in linea pari exprimentæ, quodammodo interceptæ in indice superioris lineolæ, & litterarum integræ habeantur: quod fit a Scriptoribus vel cum inopia papyri urget, vel tempus breve moras sollicitat: sapius etiam ad scripturæ concinnitatem & elegantiam, & potissimum Græcæ, quæ similibus litterarum tractibus, & decurtatis syllabis venustatur.

IX.
Refelluntur qui eum seculo IX. vixisse volunt.

Scorsus laudatus titulum Homiliæ memoratæ corruptum esse suspicatur, & non convenire cum iis, quæ in ea dicuntur; ibi enim Rogerius Βασίλειος appellatur, seu Imperator, quod nomen Rogerio convenire non potuit, cum solum Imperatores a Michaelis III. temporibus usque ad Concilium Florentinum trecentis post Rogerium annis celebratum eo appellentur, censetque eam Homiliam non in Sicilia, sed in aula Constantinopolitana habitam; & cum eo die Imperatores olim ac Patriarchæ ρόγας, hoc est munera & dona distribuerent, reponit ἐκείνου δὲ ἐν τῇ ρόγα, re ipsa & distributione munero pro conventu confessuque sumpta, quod ab ignorantibus quid sibi velint illa verba, & hariolantibus nomen illud esse concise scriptum pro Ποσειδῶν, & titulum ipsum τῆς Πύλης additum. At subtilis ista Rogerii in ρόγ vel ρόγας immutatio minime admittenda; cum hoc ipso Rogerii tempore fere per universam Siciliam & urbes illius præcipuas Græcos Episcopos a Patriarchis Constantinopolitanis ordinatos jurisdictionem, & potestatem in eos populos exercuisse ostendat Allatius ex Auctore illius avi Nilo Doxopatrio; qui de quinque thronis Patriarchalibus rogatus a Rogerio ad eum scripsit, dixitque in Præfatione: Commentarius concinnatus a Nilo Doxopatrio Archimandrita, jussu nobilissimi magni Regis Rogerii de quinque Patriarchatibus Thronis, & illi subiectis Archiepiscopatibus, & Metropolitatibus, & qui Metropolitatibus subdantur, Episcopis & diocæsisbus uniuscujusque sedis Patriarchalis. Quare frustra Scorsus scribit, Rogerii ævo nullum fuisse Tauromenitanum Episcopum, cum perspicuum sit tunc

in Sicilia in aliis Sedibus Episcopos fuisse. Si enim tunc nulli Episcopi Græci in Sicilia extitissent, frustra de quinque Patriarchalibus Thronis, & eorum subiectis Episcopis Rex ille quærivisset. Et revera Nilus inter viginti & unum Episcopos subiectos Syracusano Metropolitæ secundo loco ponit Tauromenitanum.

Theophanes autem Rogerium Regem præter Græcorum morem appellavit, quia is honorum similium ac dignitatum per quam cupidus fuit, nomenque Imperatoris summo opere captavit. Cinnamus enim lib. 3. Hist. pag. 53. refert, Legatis Constantinopolim missis, petiisse Joanne primum, & postea a Manuele Imperatoribus ex Imperatorio genere mulierem, quam filio suo locaret: Hinc Basilius quidam cognomento Xerus Siciliam venit de his cum Rogerio tractaturus: sed auro a Rogerio seductus, absurda quadam ex se, atque immania concedebat, quorum caput erat in pari dignitatis gradu impofterum cum Imperatore Rogerium futurum. Hinc ingentia bella exorta sunt. Hinc quantum fieri debeat correctio illa de ρόγ & ρόγας prudens lector judicet, inquit Allatius. Porro Rocchus Pyrrhus Episcoporum Siculorum Catalogum texens Græcos non memoravit, vel quia ordinarios non existimavit, vel quia pauci ei occurrerunt, cum tamen dubitandum non fit, quin fuerint in magno numero. Combessius in recensione Auctorum a se in Bibliotheca Patrum Concionatoria memoratorum dixerit de Homiliis Gregorii Ceraamei, & Theophanis Ceraamei Tauromenitanorum Episcoporum in Bibliotheca Regia asservatis, neque a Scorsio neque ab Allatio visis.

X.
Rogerius Rex honorum cupidus fuit.

Potho Presbyter Prumiensis hoc anno inchoavit Opus de Domo Dei in quinque libros divisum, ut videre est apud Baronium.

Jam Joannes Paparo Cardinalis Legatus prospere in Hiberniam trajecerat, & Lismoricensi Episcopo Christiano, qui, & Legatus agebat illius insulæ, mandante Eugenio se se junxerat; hoc vero anno, ut maturius religionis negotiis consulere, Concilium Provinciale indixere, cui Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, imo Reges insulæ, Duces, Baronesque interessent; illi nimirum, ut jura & leges darent, hi, ut susciperent: utrique, ut convenientias rerum discuterent, & altius providerent, ac mutuis auxiliis expeditius exequerentur. Locus Concilii designatus Mellifons fuit, Cisterciense cœnobium perillustre. De hoc Concilio in Collectione Labbeana omisso, in Anonymo Antifiodorensi antiquo ad hunc annum legitur: Joannes Paparo Cardinalis ab Eugenio III. Pontifice Romano missus, cum Christiano Episcopo Lismoricensi (hic Cisterciensis fuit) totius Hibernia Legato, in Hiberniam venit. Idem Christianus in Melli sive Mellifontis monasterio Cisterciensi, Concilium celebravit, cui interfuerunt Episcopi, Abbates, Reges, Duces, & majores natu Hibernia; quorum consensu Archiepiscopatus constituti sunt quatuor, Armachanus, Dublinensis, Caselienfis, Tuamenfis: quibus præ-

XI.
Floret Potho Presbyter.

XII.
Concilium Hibernicæ.

CHRISTI
1152.EUGENII III. PAP.
8.FRIDERICI REG. ROM. I.
MANUELIS IMP. IO.

acceptit. Unde quicumque in partem sollicitudinis vocati sunt, ut ea qua in partem gerenda susceperunt, provida dispen-

satione gubernent: ejus auctoritate roborandi, ejus exemplo informandi sunt, qui in plenitudine potestatis toti Ecclesiae pra-

PAGIUS fuerunt eo tempore Gelasius, Gregorius, Donatus, Edanus. Plura de eorum Metropolitanorum institutione Manricus hoc anno cap. V. Sic Malachias quod vivens non potuit, mortuus per suos perfecit, idque cum scenore, quia duo tantum Pallia Hiberniae dum viveret concupierat, & post obitum quatuor impetravit. Pallia illa anno praecedenti missa fuerant, ut ibidem diximus.

XIII.
Floret Eskyllus
Daniae
Primus &
Legatus.

Hoc tempore Eskyllus Lundensis Archiepiscopus, Danorum Primas & Apostolicae Sedis per totam Daniae Legatus, seu tœdio gentis duræ & pervicacis, se deponendi honoris, simul & oneris, quod secretum divo Bernardo revelarat, seu tandem charitate in virum Dei, quem supra cunctos mortales venerabatur, Claramvallem venit. Eskylli adventum ad Claramvallem Godefridus Bernardi Notarius, qui praefens fuit, his verbis describit lib. 4. ejus Vitæ cap. 4. Sanctum Bernardum Claramvallensium Abbatem Reverendissimum, licet longius a se remotum, unico venerabatur affectu, unicaque devotione colebat. Nec contentus est in filiis eum videre, cum novum cœnobium extruxisset, & impetrasset ab eo desideratum sacra Congregationis examen, prevaluit apud eum desiderium vebemens, ut homo tanta auctoritatis & in insulis illis, tam Ecclesiastica, quam seculari auctoritate singulariter potens, expositis suis omnibus, etiam semetipsum periculis multis traderet & labori. Hæc verba exscripsit ex Godefrido Auctor Magni Exordii lib. 3. cap. 25. Voluisset Eskyllus relicto Episcopatu in Claramvalle privatam vitam agere; sed Bernardus, qui Paganus adhuc in Dania superesse sciebat, eumque eis convertendis sedulum insistere, censuit ad propria redire debere. Quam professionem hoc cititer tempore contigisse indicat idem Auctor Anonymus, qui de ea verba facit paulo antequam Sancti Bernardi mortem memoret. Eskyllus, uti narrat Godefridus citatus, duo monasteria Ordinis Cisterciensis fundavit in Dania, alterum in Diocesi Lundensi, alterum in Roskildensi, eoque rogatu Petrus Cellensis Cartusienfes in Dania direxit, ut liquet ex lib. I. Epist. XXIII. ubi Eskyllum laudat, quod non solum in herbam, sed in spicas Cisterciensis sive Claramvallensium Ordo ibi multiplicatione Fratrum excrevit, nihilominus & Religio Præmonstratensis. Epistola Divi Bernardi CCCXC. scripta est ad Eskyllum Lundensem Archiepiscopum Sedis Apostolica in Dacia & Suecia Legatum, in eaque Bernardus summum suum ei amorem testatur. Eskyllus post aliquot annos Claramvallem ingressus est, ut suo loco dicemus.

XIV.
Moritur
Theobaldus
Campaniae
Comes.

Licet obitum Theobaldi hujus nominis IV. Campaniae, Carnoti & Blesarum Comitum Vincentius Bellovacensis lib. 28. cap. 127. & Robertus de Monte vulgatus in Chron. quos plures recentiores secuti sunt, anno praecedenti affigant, eum tamen ad praesentem retrahendum esse Auctores coevi, alique testantur. Continuator enim Chronici S. Petri Vivi, Joannes Hagustaldensis in Continuatione Simeonis Dunelmensis, correcto tamen ejus prochronismo, Chronographi tres Tom. I. Biblioth. Lab-

bei recitati, nempe Catalaunensis, Vezeliacensis, & Auctor brevis Appendicis ad Sigeberti Chronicon ab anno MCXIII. ad MCLXII. Albericus in Chron. alique Theobaldi mortem hoc anno consignat. Elinandus in Chron. eum VI. Idus Januarii vitam functum dicit, & Chiffletius in Asserto genere illustri S. Bernardi pag. 539. exhibet Necrologium S. Eugendii Jurenfis, in quo V. Idus Januarii Theobaldus Comes Blesensis obiisse dicitur. Denique Magister Simeon cognomento Capra aurea Canonicus S. Victoris Parisiensis ejus Epitaphium, precibus Comitis Henrici Theobaldi filii verbis composuit, ibidem a Chiffletio pag. 93. recitatum, in quo dicitur:

Ergo dies decimus Jani, fuit ultimus illi.

Ex quibus inter se collatis habemus, Theobaldum nocte inter diem octavum & nonum Januarii e vivis abiisse, & die decima ejusdem mensis sepulturae mandatum, & quidem in monasterio Latiniacensi Ordinis S. Benedicti ad Matronam fluvium, cujus fuit Advocatus. ut tradit Elinandus laudatus, & ubi tumulus ipsius porphyrogeticus etiamnum visitur, vel forsan in monasterio Pontiniacensi, ut aliqui Antiqui scripserunt. Nangius in Chron. ad annum MCLII. dicit eum sepultum Liuriaco, sed errore Librarii, qui Latiniacum in Liuriacum insulse mutavit.

Præter filias sex, ex quibus Adela Francorum Regina fuit, Theobaldus quatuor filios habuit, Henricum Comitem Trecentem Palatinum, largitate & liberalitate famosum, Theobaldum Comitem Blesensem & Carnoti, Stephanum Comitem de Sancerra, & Guillelmum Archiepiscopum Senonensem, & postea Remensem, inquit Albericus citatus. Sed præstat audire Genuinum Robertum de Monte, cuius tamen unius anni Prochronismus per hæc tempora unitatis additione corrigendus; is enim non solum annum ejus emortualem, sed etiam familiam & virtutes paucis perstringit: MCLII. obiit venerabilis Comes Theobaldus Blesensis, nepos Henrici Regis (nempe Angliæ) & frater Stephani Anglorum Regis, Princeps magna sanctitatis & integritatis in pauperes. Huic successerunt tres filii sui, Henricus primogenitus habuit Comitatum Tricastinum & Campanensem, & quidquid pater ejus habebat trans Sequanam; Theobaldus filius secundus Comitatum Carnotensem, Blesensem, Pagum Dunensem (ita vocatur ager castelli Duni seu castri Dunensis, vulgo le Dunois; est autem castellum Dunum locus in Carnutino agro ad flumen Lidericum, ut videre est apud Hadrianum Valefium in Not. Gall.) Stephanus tertius filius honorem Sancerii in pago Bituricensi (Sincerium seu Sancerrium, vulgo Sancerre, nobile est oppidum in Biturigibus Comitatus titulo vetere illustre, quod & Sacrum Casaris appellatur, ut apud eundem in voce Sacrum Casaris dicitur). Eodem anno obiit Conradus Imperator Romanus. Ex quibus & intelligis, Conradum Germaniæ Regem, licet numquam Romæ coronatus fuerit, vulgo Imperatorem appellatum, & ejus

XV.
Ejus filii
& virtutes.

CHRISTI
1152.EUGENII III. PAP.
8.FRIDERICI REG. ROM. I.
MANUELIS IMP. IO.

præfesse dignoscitur, &c. Contra schismaticos, quibus præfens sæculum abundavit, ab auctore opus esse elucubraturum apparet: & qui tunc aggressus est opus, Ann. Eccl. Tom. XIX.

cum Fridericus regnare cœpit, plane Dei consilio factum videtur, ut una cum veneno & antidotum pararetur.

I Sec.

PAGIUS ac Theobaldi mortem in unum & eundem annum incidisse. [1]

XVI.
Victoria
Almoba-
dum in
Africa.

Hoc anno Abdelmumen Imperator Maurorum Africae & Hispaniae Bugiam expugnavit, quæ caput erat Hammamidum, alias ab Anasero Rege conditam. Anonymus Casinensis, qui unius anni Prochronismo peccat, juxta pravam suam methodum Eugenii Papæ mortem cum anno MCLII. conjungit; Bugia autem expugnatio juxta eundem anno uno eam præcessit. Naassamonites, inquit Anonymus Casinensis ad annum MCLI. qui alibi eos Maxemutes appellat, gens Mauritania Regem suum ejusdem Provincia (nempe Isaac) laqueo suspendunt (nempe ante triennium). Deinde iter agentes nobilissimam urbem Buccam (seu Bugiam), & multas alias civitates ceperunt. Sanhagiani bellicosi Africae populi cum aliis Mauris confederati formidandum exercitum conflarunt, ut victoris Principis impetus retardarent, sed ii decretorio praelio fusi fugatique, & Calaat Hammam Sedes Regia Hammamidum everfa, de-

fructaque, uti Noweirius fufe narrat.

In Hispania vero Alphonfus Imperator duobus suis filiis, Sanctio nempe & Fernando jam Alphonfus Regibus designatis, illo Castellæ, & isto Legionis, Sanctium Vallisoleti, militem declaravit, uti refert Sandovalius in Alphonso VI. fol. 203. Quod eruit e variis privilegiis tunc ab eo concessis. Quinto die Martii unum largitus est monasterio S. Facundi, in quo nulla Imperatricis nempe Ricæ, mentio facta, quia nondum in Hispaniam advenerat, data Charta Era MCXC. in Valledoolit, quando ibi Rex Sanctius filius Imperatoris fuit armatus, eodem anno quo Imperator tenuit circumdatam Jaen, anno nempe numerato a die, quo urbs obsideri cœpta. Refert Sandovalius actum esse hoc anno de matrimonio, Alphonfi Imp. uxore orbatum cum Ricæ seu Riquilda filia Uladiffai Poloniae Ducis. Hæc tamen in Hispaniam die tantum XXI. mensis Decembris Era MCXC. Christi scilicet præfenti venit, ut Chartæ a Sandovalio relatæ demonstrant.

XVII.
Alphonfus
Imperator
Rica
nubit.

NOTÆ [1] Hoc anno celebratum fuit concilium quoddam Trevirense in cujus fronte provincialis titulus legitur, coactumque scribitur jussu Eugenii III. papæ in causa concordiae inter Mathæum Lotharingæ ducem, & Sanctimoniales Romaricenses. Concordiæ illius tabulis vulgatis Vet. Monum. t. VII. col. 71. subscribit Hellinus Trevirensis archiepiscopus die XVIII. K. Septembris. Eodemque pariter vel superiori anno concilium aliud Coloniae habitum fuit; ubi H. (Henricus credo) Mindensis episcopus accusatus causam suam cum gravi repulsa sustinuit. Hæc tantummodo de hoc concilio discimus ex Wibaldo abbate Stabulensi & Corbejensi, qui pro eadem causa Mindensis episcopi ad Arnoldum Coloniensem epistolam dedit vulgatam inter reliquas ejusdem in Collectione Monum. to. II. col. 536. Utriusque synodi mentio ne in collectionibus quidem conciliorum occurrit, sicut nec de anno celebrationis quidquam certi statui potest, quamquam ab hoc præfenti anno parum removendas, suadet epistola Wibaldi, quam inter reliquas hoc anno datas sapientissimi Monumentorum collectores recentent.

Denique & in alia epistola, quæ huic pariter anno ascribitur, ibidemque col. 544. legenda est, memoratur Synodus generalis Leodii habita, in qua Wibaldus causam quamdam pro monasterio S. Laurentii Leodiensis defendit, cujus rei nomine eidem Wibaldo gratias refert Waltarius ejusdem cœnobii abbas per epistolam ibidem recitatam. Forte tamen hæc sicut & aliæ nonnullæ Leodienses, quarum in epistolis illis & alibi mentio occurrit, nonnisi Diocæsanae Synodus habendæ sunt. MANſI

JESU CHRISTI ANNUS 1153.

EUGENII PAP. III. ANNUS 9.

FRID. REG. ROM. 2. MANUELIS IMP. 12.

I. Sequitur ordine temporum millesimus centesimus quinquagesimus tertius, Indictione prima, quo Eugenius Papa...

Diploma Eug. Pap. datum Canonicis S. Petri.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Bernardo presbytero Cardinali sancti Clementis, & Ecclesie B. Petri Archiepiscopo, atque ceteris ejusdem Ecclesie Canonicis tam presentibus quam futuris canonicis substituendis in perpetuum.

tuba sonoritate vocavit, & pro nobis sine intermissione orans, ne a Fide & veritate deviemus, apud Deum interveniendo nos protegit.

Cum igitur ii duo maxima luminaria Dei Ecclesiam illustrantia pari & amabili splendore & fraterno amore praeferant, aequitatis & justitiae persuadet ratio, ut nos, qui licet indigni Christi vices in terris agimus, & in ejusdem Apostolorum Principis cathedra residere...

Hoc autem ideo facere dignum duximus, ut vos die ac nocte studiose in Deo laudibus desudantes, tam in Missarum celebratione, quam in matutinis & aliis Horis pro virorum ac defunctorum salute attentam diligentiam & honeste decantandis, praedictam beati Petri Ecclesiam obsequio debito veneremini, & Dei Fideles Apostolorum Limina devotione debita visitantes locum ipsum in majori devotione ac...

II.

III.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6646. SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CXCI. Anno Hegiræ DXL. VIII. inchoato die 28. Martii fer. 7. An. C. 1153. I.

Num. I. ad X. Decreta est Legatio ab Eugenio Papa in Germaniam ad judicandum Henricum Archiepiscopum Moguntinum, virum pro distractione Ecclesie frequenter correctum, nec correctum, inquit Otto Frisinger, in Friderico lib. 2. cap. 9. Qui subdit, Bernard. Presb.

CHRISTI 1153.

EUGENII III. PAP. 9.

FRIDERICI REG. ROM. 2. MANUELIS IMP. 11.

veneratione semper habeant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit hujus nostrae concessionis paginam temerario ausu infringere seu quibuscumque modis perturbare. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona id attentare presumpserit; secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri JESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subjaceat. Cunctis autem banc nostram constitutionem eidem loco servantibus, sit pax Domini nostri JESU Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & in futurum praemia aeterna pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

* Ego Eugenius Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.

† Ego Conradus Sabinensis Episcopus subscripsi.

* al. Igarus.

† Ego * Imarus Tusculanus Episcopus subscripsi.

† Ego Hugo Ostiensis Episcopus subscripsi.

† Ego Gregorius presbyter Cardinalis tit. S. Callisti subscripsi.

† Ego Guido presbyter Cardinalis tit. S. Chrysogoni subscripsi.

† Ego Hubaldus presbyter Cardinalis tit. sanctae Praxedis subscripsi.

† Ego Manfredus presbyter Cardinalis tit. sanctae Savinae subscripsi.

† Ego Aribertus presbyter Cardinalis tit. sanctae Anastasiae subscripsi.

† Ego Hubaldus presbyter Cardinalis tituli sanctae Crucis in Hierusalcm subscripsi.

† Ego Guido presbyter Cardinalis tit. Pastoris subscripsi.

† Ego Jordanus presbyter Cardinalis tit. sanctae Susanna subscripsi.

† Ego Octavianus presbyter Cardinalis tit. sanctae Caeciliae subscripsi.

† Ego Astaldus presbyter Cardinalis tit. sanctae Prisca subscripsi.

† Ego Rolandus presbyter Cardinalis tit. S. Marci subscripsi.

† Ego Gerardus presbyter Cardinalis tituli sancti Stephani in Caelio monte subscripsi.

† Ego Joannes Paparo presbyter Cardinalis tituli sancti Laurentii in Damaso subscripsi.

† Ego Joannes presbyter Cardinalis tituli SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii subscripsi.

† Ego Centius presbyter Cardinalis tituli sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

† Ego Henricus presbyter Cardinalis tituli SS. Nerei & Achillei subscripsi.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

† Ego Oddo diaconus Cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum subscripsi.

† Ego Guido diaconus Cardinalis sanctae Mariae in Porticu subscripsi.

† Ego Hyacinthus diaconus Cardinalis sanctae Mariae in Cosmedin subscripsi.

† Ego Joannes diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi subscripsi.

† Ego Gerardus Diaconus Cardinalis sanctae Mariae in via lata subscripsi.

† Ego Oddo diaconus Cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano subscripsi.

† Ego Bernardus diaconus Cardinalis sanctorum Cosmae & Damiani juxta templum Romuli subscripsi.

Datum Romae apud sanctum Petrum per manum Bosonis sanctae Romanae Ecclesiae scriptoris, quarto Idus Aprilis, Indictione prima, Incarnationis Dominica anno millesimo centesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus vero domini Eugenii Tertii Papae anno nono. Locus * plumbi.

Post haec autem eodem anno decernitur ab Eugenio Papa legatio in Germaniam, ad judicandum Archiepiscopum Moguntinum. Fuerunt delecti ad hoc munus obeundum duo Cardinales Bernardus presbyter & Gregorius diaconus, ut (a) Otto Frisingensis qui aderat, tradit. Id autem cum sanctus (b) Bernardus accepisset, ad eos de eodem Moguntino ista breviter scripsit:

Dominis & patribus reverendis Apostolicae Sedis Legatis puer sanctitatis eorum Bernardus Claravallis vocatus Abbas, per omnia Deo placere, & gratos fructuosae suae legationis manipulos reportare.

Etsi corpore remoti, sed affectu & bona voluntate vobis appropriavimus, optantes & orantes duci actus & studia vestra ad omne quod decet & expedit. Inde est quod audientes, miserandum illum Archiepiscopum Moguntinensem vocatum ad vestram praesentiam, ibique responsurum adversariis suis, ausi sumus vestram pro eo interpellare bonitatem. In hoc enim credimus honorificari ministerium vestrum, si (quatenus salva justitia licet) parieti inclinato & maceria depulsa humeros vestrae auctoritatis supponitis, nec calamum quassatum conteri, nec lignum fumigans (quod in vobis est) extingui permittitis. Sentiat, obsecramus, sibi profuisse & precem nostram, & suam simplicitatem, ob quam fertur a falsis fratribus circumventus potius, quam inventus in aliquo dignus depositionis. Haec sanctus Bernardus in ipso excusationem & commendationem.

Ceterum liquet, ipsum una cum aliis fuisse per eosdem Legatos ab Episcopali dignitate depositum. Ita namque hoc anno in Chronico Dodechinus in Appendice ad Marianum his verbis: Depo-

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus depositus.

(a) Otto in Frid. lib. 2. cap. 9. (b) Bern. epist. 302. S. Bern. intercedit pro Henrico.

V. Depo- tur Henricus Archiepiscopus Moguntinus.

Henricus Archiepiscopus Moguntinensis in Pentecoste ex precepto Eugenii Papae depositus est, & Arnoldus Cancellarius electus est. Ita ipse per Eugenium actum afferens, quod per ejus Legatos factum sciret. Ceterum juste an injuste, diversa est assertio diversorum. Excusandam esse simplicitatem, ingessit S. Bernardus: Conradus Episcopus in Chronico Moguntinensi itidem ipsum innocuum predicat. Otto tamen Episcopus Frisingensis & ipse sicut scientia ita vita integerrimus, moribusque purissimus, noxium eum asserit, qui de hac legatione verba faciens, de Legatis sic meminit: (a) At Rex Fridericus videlicet, in proximo Pascha Babenberg coronam gestans duos Cardinales, videlicet Bernardum presbyterum, & Gregorium diaconum ad depositionem quorundam Episcoporum ab Apostolica Sede destinatos secum habuit. Proximam debinc Pentecosten Voormatiae ferians, Henricum Moguntinae Sedis Archiepiscopum, virum pro distractione Ecclesiae frequenter correctum, nec correctum per eisdem Cardinales deposuit, ac Arnoldum Cancellarium suum per quorundam ex Clero & populo, qui illuc venerant electionem ei subrogavit. Haec de his Otto.

(a) Ot. in Frid. l. 2. c. 9.

Arnoldus persecutor Henrici Archiep. Mogunt.

Conradus autem Episcopus, qui post centum annos Chronicon scripsit Moguntiacum (ut ipse testatur) ab exordio rem gestam cum narrat, omnem culpam reiicit in Arnoldum ejusdem Archiepiscopi proditorem, atque in Legatos Apostolicae Sedis pecunia corruptos; sic enim ait: Presidente tunc Ecclesiae Moguntinae quodam Henrico Archiepiscopo, viro utique pacifico ac benigno, quid veritatis & pacis amator erat, lites & incommoda excitavit. Nam quia semper ei erat cordi, ut Clerus honore debito gauderet, populus justitia regeretur, terra pace publica exultaret: ecce accusatur apud Papam, quod somnolentus & inutilis haberetur. Quod vir venerabilis ut cognovit, solemnes Nuntios pro sua excusatione ad summum Pontificem crevit protinus destinare. Misit ergo omnium suorum secretissimum cognitorem, quemdam Arnoldum clericum, quem ipse Archiepiscopus ad Praeposituram majorem promoverat jam recenter, tamquam eum, qui non posset esse immemor beneficii tam noviter consecuti, & propterea eidem jam Praeposituram sancti Petri etiam contulerat, insuper & Cancellarium constituit civitatis Moguntinensis. Erat autem idem Arnoldus viri ingenii & facundiae, atque congestor pecuniae infinite. Is itaque veniens ad Curiam Romanam, pontificatumque ambiens Moguntinensem, primum sibi Cardinales pecunia favorabiliter acquisivit,

deinde duos specialiter pecunia corruptens, qualiter de sua propria promotione ageret, & postmodum consummaret, cum illis familiariter pertractabat. Tandem ab illis instructus, & de se certificatus, cepit in suum dominum accusationis jacula dirigere, quem venerat excusare. Breviter tantum in sua processit audacia & effecit, ut duos Legatos destitueret hujus rei cognitores & iudices, obtinuitque eosdem duos quos corrumperat.

Tandem tractu temporis multa intervenerunt facta, quae referre sicut scribentibus esset onerosum, ita legentibus taediosum. Veniunt ergo Legati Voormatiam, Henricus Episcopus citatus comparat: nihil praetendere poterat pro se, quod admittere vellet iudices, sive Legati supradicti. Praesidentes autem iudicio in loco, qui Neubusen vocatur, Henricum laudabilem virum ab Episcopatu amovent Moguntinensi, Arnoldum substituant. Dicebatur autem, quod Fridericus Imperator huic negotio assensum praebuerit, sed occultum. Venerabilis vir Henricus tam manifesta perversitate turbatus, ipsos perversos alloquitur in hunc modum: Si ad Sedem Apostolicam appellarem contra vestram iniquum processum: Papa forsitan ipse nihil amplius attentaret, & nihil mihi accresceret, nisi labor corporis, amissio rerum, & afflictio spiritus, & evisceratio mentis, & evacuatio gratiae. Appello ergo ad Dominum JESUM Christum tamquam Judicem justissimum, vos cito ad eius tribunal, ibi vobis coram summo Judiceme responsurum exhibeo. Non enim juste, nec secundum Deum, sed mercede corrupti, sicut placuit, iudicastis. At illi: Cum tu praecesseris, nos sequemur. Haec autem ridentes & deridentes dixerunt. Acta sunt haec anno gratiae * M. C. V.

VII. Wormatiense iudicium adversus Henric. Archiep. Mogunt.

Dominus Henricus abiit ad quoddam Claustrum Cisterciensis Ordinis, non monachus effectus, sed in consueto habitu vitam ducens. Arnoldus non moram faciens, cum fuisset, ut moris est, ab Imperatore regalibus investitus, Moguntiam venit ibique solemniter est susceptus. Post annum fere & dimidium venerabilis Henricus Praesul defunctus, Deo ad quem appellaverat, totum processum lacrymabiliter assignavit. Haec de obitu. Verum in tempus obitus mendium irrepsisse puto. Si quidem Dodechinus affirmat, hoc eodem anno Kal. Septembris eundem Henricum esse defunctum. De iudicio Dei adversus Cardinales exhibitum haec inferius, ut libuit, idem Conradus scribit:

Rem refero, fratres, omnibus illius saeculi notissimam. Mors venerabilis Henrici multis innotuit, pervenit etiam ad aures illorum Cardinalium, qui ab Episcopo-

* corrige M. CLIII. VIII.

Obitus Henrici quondam Archiep. Mogunt.

scopatu eum amoventes, se promiserant secuturos, & ludentes ad alterutrum dixerunt: Ecce praecessit, suo tempore nos sequemur. Et ecce transit tempus breve, & ambo una die moriuntur. Nam unus sedens in sede naturae, ut purgaret ventrem, omnia intestina sua in cloacam ejecit, & animam miserabiliter exhalavit: alius manuum suarum digitos articulim abrodens, & de ore expuens, deformatis manibus, quasi se ipsum devorans, expiravit. O Deus ultionum Domine, Deus ultionum Dominus, hoc est justum exercens iudicium. Et in his omnibus non est aversus furor ejus, sed a duc manus ejus extensa. Audita sunt haec in terra nostra & fama celebri divulgata, nec a quoquam aliud dicebatur quam, Benedictus Dominus qui venerabilis Henrici iuste injuriam vindicavit. Sed quae ultio est secuta ipsum Arnoldum auctorem malorum omnium, suo loco ex eodem auctore Conrado dicitur. Ob privationem Henrici & ingressum Arnoldi Moguntinam Ecclesiam schismate scissam esse, atque magnopere pessumdatum per annos decem & octo, idem auctor affirmat. Audisti finem hominum (si non arguantur haec falsa) justitiam pervertentium, de quibus si quis scandalum patiatur, quod tales habuerit Romana Ecclesia Cardinales: provoco eum ad Christi collegium duodecim tantummodo Apostolorum, inter quos unus ex eis mercimonio triginta denariorum Christum prodidit, & non ab aliquo extrinsecus accidente passus est quid hujusmodi, sed sibi ipsi manus intulit in suspendium, ex quo medius crepuit, & disrupta sunt omnia viscera ejus. Bonis permixtos semper fuisse & fore post inde malos, necessitate naturae contigit, sicut & illud ex eodem fonte dimanans, quia: Necessse est ut veniant scandalum.

Confictum terribile iudicium de duobus Legatis Apoft. Scdis.

IX.

Ita quidem dicta sunt, si (ut asseritur a Conrado) res ita se habuit. At quid si eum apertissimi mendacii arguerimus? Equidem ut restanta praetermissa noscat ab hujus temporis Scriptoribus omnibus, scribatur vero post saeculum ab auctore recentiori: suspicionem falsitatis haud mediocrem affert. Sed quomodo ipsum mendacium convincatur, accipe. Licet

PAGIUS II. Moritur Eugenius III. PP.

Ad num. X. & seq. Baronius refert mortem Eugenii III. ex veteri Codice Biblioth. Vatic. in quo legitur: Defunctus est apud Tibur. die octavae Julii, & inde per stratum publicam, & mediam Urbem atque in Vaticanum cum totius Cleri & populi Romani frequentissima turba, maximo luctu, communique omnium immensa tristitia deportatus est, & in ipsa B. Petri Ecclesia coram majori Altari tumulatus. Oldoinus in Additionibus ad Ciaconium exhibet Epistolam Hugonis Episcopi Ostiensis ex MS. Morimundenfi descriptam, qua mortem Eu-

quomodo nominati fuerint isti duo Cardinales Legati, Conradus taceat: Otto (a) tamen Frisingensis, qui his omnibus aderat, agens decorum legatione eosdem proprio nomine exacte consignat, alterumque eorum Bernardum presbyterum, Cardinalem, alterum vero Gregorium diaconum nominat. Cardinales vero istos ambos, quos post annum fere & dimidium post Henricum male periisse, Conradus affirmat (licet hoc eodem anno ipsum Henricum diem obiisse, sit certius demonstratum) constat diutius supervixisse: nam ipse Bernardus presbyter Cardinalis tituli sancti Clementis post tempus a Conrado praescriptum vixisse reperitur, eundemque alias legationes in Germaniam itidem agitasse, publica monumenta testantur, nempe litterae Hadriani Papae ad Imperatorem, & Imperatoris ad eum. Sed & qui Appendicem apposuit ad Ortonem, Radevicus ejusdem temporis scriptor, id ipsum affirmat. Nec est quod alius ab isto Bernardus presbyter Cardinalis inveniat in Actis horum Pontificum vel aliis monumentis, in quibus omnium nomina recensentur: sed unus hic tantum Bernardus presbyter Cardinalis tituli sancti Clementis, de quo suo loco inferius dicendum erit. Vixit autem his diebus alius Bernardus, at non presbyter, sed magnae sanctitatis diaconus Cardinalis sanctorum Cosmae & Damiani, de quo Joannes (b) Saresberiensis in Polycratyco istis verbis: Bernardus Claravallensis monachus, & sanctorum Cosmae & Damiani diaconus Cardinalis Romae degens, in excelsis singulariter habitavit, excutiens manus suas ab omni munere, ut nondum natus sit, cujus aurum, vel argentum in munus acceperit. Sed de his rursum inferius in Hadriano. Sed & Gregorius diaconus alter Legatorum post praescriptum a Conrado tempus supervixisse, pariter inferius invenitur, unde ipse mendacii argui possit.

(b) Joann. Saresb. l. 5. c. 15.

Hoc eodem anno octavo Idus Julii Eugenius Papa diem obiit Tibure, cum fessisset annos octo, menses quatuor, & dies tresdecim. De quo ista in vetere codice Romanorum Pontificum Vaticanae bibliothecae: Hic recuperavit Tarracinam, Se-

X. Obitus Eugenii.

genii III. Abbatibus & Capitulo Cisterciensi significavit, in qua ait: Pater noster ac defensor felicis memoriae Papa Eugenius, trabea carnis exutus, octavo Idus Julii, carne immaculatus migravit ad Christum. Cujus exequia praeter spem omnium (jam enim fere Senatum annihilaverat) praeter morem consuetum, ita per biduum sunt a Clero & populo celebrata, ut jam crederetis regnantem in caelis, qui mortuus in terris colebatur. Sed cum Joannes Ceccanus in Chron. dicat, eum mortuum Tiburi. Nonis Julii, seu die Septima mensis Julii, appa-

(a) hoc it. apud Si-geb. Chr. an. 1181.
Setiam, Narniam, & Arcem Fummonis, quæ a dominio beati Petri jam diu alienata fuerant. Hic univit (a) Episcopata Velitrensem cum Ostiensi & S. Rufina. Fecit hic ordinationes per mensem Decembrem, in quibus diacones decem, presbyteros undecim, & Episcopos sexaginta unum creavit. Defunctus est apud Tibur dicta die octava Idus Julii; & inde per stratum publicam & mediam Urbem, atque in Vaticanam cum totius Cleri & populi Romani frequentissima turba maximoluctu, communicque onustum immensa tristitia deportatus est, & in ipsa beati Petri Ecclesia coram majori altari tumulatus. Hæc ibi de Eugenio Papa, quem pluribus illustratum miraculis testatur Godfridus hujus temporis scriptor in fine vitæ sancti Bernardi.

XI. Porro idem Eugenius inter alia ma-

PAGIUS paret Eugenii obitum contigisse nocte interjecta inter Nonas Julii & VIII. Idus ejusdem mensis, seu inter diem VII. & VIII. Julii, indeque Ceccanum eum priori diei, Hugonem vero Episcopum Ostiensem posteriori affixisse, & exequias actas diebus VIII. & IX. Julii. Romanus Canonicus S. Petri, qui ait: *Recondidimus venerabile corpus B. Eugenii Papa III. octavo Idus Julii, & fecimus ei sepulcrum ex diversis lapidibus*, indicat corpus Eugenii post aliquot sæcula die ejus emortuali fuisse translatum.

III. Pontificatum inierat Eugenius die vicecima septima mensis Februarii anni MCXLV quare sedit annos octo, menses quatuor, & dies aliquot, de quibus solis controversia esse potest. Urspergenus & Parisius habent dies viginti unum; Ceccanus laudatus, Vernerus, Trithemius, Martinus Polonus & Auctor Magni Chronici Belgici dies viginti; Viterbiensis vero dies decem; & quidem recte; cum dies ejus mortis certus sit; ideoque sedit annos VIII. menses IV. dies X. excluso die septimo Julii, in cujus nocte obiit, vel dies undecim eo incluso. Ceccanus, Vernerus, Trithemius, Martinus Polonus & Auctor Magni Chronici Belgici scripserant dies X. Urspergenus vero & Parisius dies XI. sed Librarii utrobique numerum denarium geminarunt. Baronius, qui biduo Eugenii electionem anticipavit, non potuit ei non assignare dies XIII. supra annos & menses, nec Papebrocius in Conatu Chron. Hist minus quam dies XXV. quia Lucii II. Eugenii decessoris mortem citius, quam par erat, collocavit.

IV. Eugenius III. statim a morte miraculis refulsit. Chrysothomus Henriquez in suo Fasciculo parvum Tractatum de miraculis Eugenii ex Codice MS. vulgavit Auctore Anonymo, sed oculari & synchro, qui miracula septem ad sepulturam ejus patrata notavit, præfixa semper ad Eugenii nomen appellatione Beati. Edidit etiam illum Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. ex antiquo Codice Monasterii Ursicampi in Picardia, & in Abbatia Ordinis Cisterciensis, cui titulus *Miseriordia Dei*, in Diocesi Pictaviensi sita, ubi illud exemplar MS. asseratur. In Præfatione Auctor indicat se eo tempore vixisse, & in miraculo VII. se Officialem fuisse in Ecclesia S. Petri; loquens enim de quodam Romano Sta-

gnam inde laudem commeruit, quod munerum abinentissimus erat, de quo ista præter asserta a S. Bernardo, habet Joannes (b) Saresberienensis in Polycratico. *(b) Joannes Saresb. l. 5. c. 25.* Ampli-tenda memoria, & imitanda sanctitatis summus Pontifex Eugenius, quem vidisti, nullum omnino munus hominis litigantis recipiebat, aut cui litem crederet imminer. Unde cum in adventu suo Prior quidam modica facultatis, cujus causam nondum audierat, ei marcham auri devotione multa instanter offerret: Nondum, inquit, domum ingressus es, & jam vis corrumpere dominum? Corruptionem namque vir sanctus esse dicebat, quod offerebatur judici lite pendente. Hæc de Eugenio Joannes Saresberienensis. Egregia de his memoria adhuc extat Tarracinae in arce in media turri, in pariete meridiem versus his verbis:

EU-

bili appellato, qui Eugenii III. intercessionem sanctitatem acceperat, ait: *Cum jaceret in Choro nostro apparuit ei Dominus Eugenius. Denique Continuator Chronici S. Petri Vivi, qui hoc tempore vivebat, hoc anno ejus mortem narrata, ait: Miraculis gloriosis illius sepulcrum illustratum est.*

Post ejus mortem Sedes vacavit dies duos, ut habent Martinus Polonus, Auctor magni Chronici Belgici, Sigonius & Catalogus notiter VIII. cumque per biduum corpus ejus expositum fuerit, sepultura traditum est die nona mensis Julii, seu VII. Idus ejusdem mensis; & Hugo Cardinalis laudatus per diem octavum Iduum Juliarum diem ejus mortis, non vero diem ejus sepulturae intellexit; Auctor vero antiqui Chronici Normannia pag. 988. qui ait, *in fine Julii VII. Idus ejusdem mensis cum viam universæ carnis ingressum esse, diem sepulturae intelligit, ideoque eodem quo Eugenius sepultus est die, successit ei Conradus Sabinensis Episcopus, Apostolica Sedis in urbe duntaxat in agendis Episcopilibus, dum Papa deest, ex antiqua consuetudine, pro dignitate loci sui Vicarius, qui erat natione Romanus vir grandævus, & apud Romanos auctoritate præclarus; exinde vocatus Anastasius IV.* inquit iste Chronographus, quod exscripsit ex Germano Roberto de Monte in Chronico a Dacherio edito qui cum ipso tempore vixerit; manifestum est errasse Ciaconium, qui Anastasio IV. ait eum Abbatem fuisse Sancti Rufi, & Aurelianensis diocesis in Galliis. De eius Abbatia mox differemus.

VI. Platina de Vitæ Pontif. scribit, *Anastasium IV. ante Pontificatum Abbatem fuisse S. Rufi Veliternæ diocesis, quod & legitur in Supplem. Chronicorum, Trithemio lib. 4. capitulo 16. Hieronimo Plara de Bono statu religionis lib. 2. capit. 28. & Onuphrio in editione prima Chron. Ecclesiast. ubi de eo dicit, Natione Italus, patria Romanus de regione Suburra, ex patre Benedicto, Monachus Ordinis Sancti Benedicti, Abbas Sancti Rufi Veliterna diocesis.* Onuphrius tamen nulla mutata sententiæ ratione prolata, in secunda editione in quarto Venetiis anno MDLVII. curata, eum quidem Romanum facit, sed subjungit, *Canonicus Regularis, & Abbas Sancti Rufi prope Valentiam in Galliis.* Verum illud manifeste falsum, Abbatia enim Sancti Rufi caput Canonicorum Reg.

EUGENIUS PAPA III. HOC OPVS GLORIÆ IPSIVS MEMORIAM REPRÆSENTANS FIERI JVSSIT. QVI MIRA ANIMI ET HONESTI STUDIO PRÆDITVS. REGALIA MVLTATA LONGO TEMPORE AMISSA BEATO PETRO RESTITVIT. QVORVMDAM VITIVM IN MODVM HONESTATIS REDEGIT. NE QVID * A QVOQVAM PETERENT. NEVE QVID A QVOQVAM ANTE DECISAM CAVSAM ACCIPERENT. POST DECISAM OBLATVM QVID VERECVNDÆ. ET CVM GRATIARVM ACTIONE SVSCIPERENT. Sed de successore.

* judices

XII. * al. fe-cto.

Anastasi-
us Pap.
IV.
(a) Ot. in
Frid. l. 2.
c. 10.

Die vero sequenti, *septimo Idus Julii, convenientibus Patribus, summa concordia elegerunt in Romanum Pontificem Conradum civem Romanum ex regione Suburræ, filium Benedicti, Canonicum regularem, Episcopum Cardinalem Sabinensem, qui & nomine mutato, dictus est Anastasius ejus nominis Quartus, de quo Otto Frisingensis: (a) *Eugenius Papa vir justus & religione insignis ab hac*

luce transiens, Anastasio homini veterano, & in consuetudine illius Curia exercitata Sedem reliquit. Hæc ipse. Qui & hoc anno ab eodem Anastasio missum esse Gerardum Cardinalem Legatum ad Fridericum Regem pro causa Magdeburgensis Ecclesiæ narrat. Quid autem factum sit, dicitur suo loco, anno sequenti.

Hoc eodem anno, decimotertio Kalendas Septembris S. Bernardus Abbas Clara-

XIII.

val-

PAGIUS Regularium sita erat, in Provincia prope Avenionem, indeque nonnisi post hujus Pontificis mortem Valentiam translata. Quare quicumque literis mandarunt Anastasium IV. ante Pontificatum extitisse Canonicum Regularem Monasterii Sancti Rufi in Gallia, vel ejusdem Abbatem in errorem lapsi sunt.

VII. Neque c-
tiam Mo-
nachus
Ordinis
S. Bened.

Difficultas itaque tantum esse potest, an Anastasius IV. Monachus fuerit Ordinis Sancti Benedicti, vel Abbas Sancti Rufi in Veliternensi diocesi; sed utrumque falsum esse existimo; nullus enim ante Trithemium in Chron. Hirfaug. qui an. MDXVI. e vivis excessit, eum Benedictinum fecit, quod & de Hadriano IV. ejus successore etiam scripsit, cum tamen hunc Abbatia Sancti Rufi in Gallia præfedissee extra omne dubium sit. Nec etiam dici potest, Anastasium IV. fuisse Abbatem Sancti Rufi in Veliternensi diocesi; cum nullo certo monumento probari possit, extra Galliam fuisse aliquam Abbatiam Sancti Rufi titulo insignitam. Ordo enim Canonicorum Regularium medio circiter sæculo undecimo juxta Avenionem fundatus, a quo varia Monasteria in Gallia, Hispania & Italia posita pendebant, quæ a Prioribus, non vero ab Abbatibus, regebantur. Post aliquot annos fundata eodem sæculo aliqua Abbatia Canonicorum Regularium, quarum aliqua monasteria subiecta habebant, alia vero nulla. Si ergo in Veliterna diocesi Monasterium Canonicorum Regularium extitit: quod negari non posse videtur, illud erat tantum Prioratus ab Abbatia Avenionensi pendens, qui postea ad Abbatia dignitatem evectus, vulgo a populo dici potuit Abbatia Sancti Rufi.

VIII. Sed Cano-
nicus Re-
gulavis,
& Prior.

At, inquit Ughellus in Notis ad Ciaconium, dum de *Conrado de Suburra* Cardinali verba facit; quod ex Veliternensi Sancti Rufi exierit monasterio, tum antiqua monumenta Veliternensia, vetustaque incolarum memoria, usque hodie & lapides etiam fati superque declarant. Extat adhuc Velitris Sancti Rufi Abbatia, quam postea Conventuales Sancti Francisci obtinuerunt, & Sancti Francisci titulo insigniverunt. Ita Ughellus cujus verba, mutilata tamen, exscripsit Oldoinus in Vita Anastasii IV. Verum non negamus, Conradum de Suburra, in Pontificatu dictum Anastasium IV. exiisse e Veliternensi Sancti Rufi monasterio, sed nega-

mus illud proprie dictum fuisse Abbatiam Sancti Rufi, licet ad statum sæcularem redactum aliud nomen non tulerit. Inscriptiones, in quibus mentio Abbatia Sancti Rufi a posteris posita, & verosimiliter eo tempore quo jam Monachismus extinctus fuerat. Et norunt Viri docti hujusmodi inscriptiones sæpe a viris rei historicae & Chronologicae imperitis compositas fuisse.

Ad num. XIII. & seq. *Sanctus Bernardus* IX. *Obitus S. Bern.* Clara-vallensis Abbas felicem animam Deo reddidit intra octavam Assumptionis Beate Virginis, ætatis suæ anno sexagesimo tertio, vigesima die mensis Augusti, cum annos XL. in Ordine, & in Præfectura Cœnobii Clara-vallis XXXVIII. expletos peregerisset. Ejus miracula, sepulturam, diversas ad diversos apparitiones, monasteria fundata, scripta, filios, & alia hujusmodi apud Manricum in Annal. Cisterc. legenda. Epitaphium ejus composuit Adamus Canonicus Sancti Victoris Parisiensis, cujus aliqua opuscula adhuc inedita aservantur in Bibliotheca Victorina Parisiensis. Refert inter alia Manricus hoc anno cap. 3. *Laurentium* Converterum Clara-vallis, virum sanctissimum, in Siciliam a Philippo Priore missum Sede vacante, priusquam Robertus in locum Sancti Bernardi substitueretur, & cum summa tristitia ob accipiam Rogerii Siciliae Regis mortem afficeretur, sanctum Abbatem ei apparuisse, eique promississe prospera cuncta eventura, post transitum B. Bernardi, inquit Auctor Magni Exordii lib. 4. cap. 33. *contigit, ut isdem frater a Domino Philippo, venerabilis Clara-vallis Priore, ad Regem Sicilia Rogerium mitteretur pro negotio ejusdem Ecclesiæ. Qui cum Romam fuisset ingres-* sus, comperto, quod isdem Rex nuper mortuus fuisset, consternatus est animo, & recordatus Sancti Patris sui Bernardi, sub quo pro diversis negotiis frequenter missus, prospere ibat & redibat: cum gemitu & lacrymis multis conversus ad orationem, eundem Sanctum Dei invocabat, &c. Tandem ingressus ad Regem Siciliae, Rex apertis thesauris suis ad adificationem nova Ecclesiæ Clara-vallis non modicam summam auri per eundem fratrem magna devotione transmisit. Quibus ex verbis intelligimus, Rogerium anno præcedenti, quod tamen multi cum Baronio sentiunt, mortuum non esse, sed hoc saltem anno superstitem fuisse. Neque enim potuit Rogerii mors vel Romæ vel Clara-

S. Bern.
obitus.

(a) Gofr.
in vit. S.
Bern. l. 5.
c. 2.

PAGIUS.
X.
Obitus
Davidis
Scotia Re-
gis.

XI.
Bellum ci-
vile in
Anglia ex-
tingitum.

vallensis, anno suæ ætatis circiter sexa-
gesimotertio, ex hoc mundo migrat in
coelum. Ita namque ejus felicem obitum
Gofridus monachus Claravallensis quadru-
plici chronographia consignat, dicens :
(a) *Facta sunt hæc eodem anno, quo
beatus Papa noster Eugenius Tertius, e-
jusdem Patris sancti in conversatione san-
cti filius ab hac luce, vel ab hac magis
caligine migravit ad lucem, cujus meri-*

vallis unum vel alterum annum ignorari.
Joannes Prior Hagustaldensis, qui hoc ano-
no Continuationem Historiæ Simeonis Danel-
mensis absolvit, res in Anglia & Scotia gestas
hoc modo narrat: *David Rex Scotia apud Kar-
lel pressus infirmitate IX. Kal. Junii obiit, cujus
memoria per omnes generationes in benedictione
est. Similis illius Principis in diebus nostris non
fuit; divinis devotus officiis, singulis diebus
omnes Canonice horas etiam vigiliis defunctorum
audire non pretermittens. Prædicabile quidem in
eo, quod in spiritu consilii & fortitudinis barbara
gentis suæ feritatem sapienter moderatus est; quod
in abluendis pauperum pedibus frequens, alen-
disque eis & vestiendis misericors fuit. Quod
Cænobium Saltehou, Matros, Neuboble, Holm-
coltram Jenddwert, Crug, & hæc quidem cis ma-
re Scotia sita, terris & redditibus ad sufficien-
tiam locupletata ipse construxit; præterea qua
in Scotia, & in aliis locis bona operatus est.
Qui etiam apud exteras nationes; peregrinos,
religiosos & saculares suis munificentis dona-
vit. Gloriosus dixerim, quod frugalitate quo-
tidiana victus & vestitus, sanctitate honesta con-
versationis, disciplina morum etiam viris cœ-
nobialibus se imitabilem præbuit. Regnavit au-
tem XXI. annis, corpusque ejus ad Dunfer-
melin delatum in sepulcro Regum Scotia se-
pultum est, ubi & sancta Margueta Regina
mater ejus requiescit, &c. Tollens igitur om-
nis populus terra Melcholmum filium Henrici
Comitis filii ipsius David Regis (demortui)
apud Scotiam sicut consuetudo illius nationis
est puerum admodum duodennem constituerunt
Regem pro David avo suo. De quo veraciter
dici potest: Cum femine eorum permanent
bona, hæreditas Sancta nepotes eorum. Nor-
thymbria vero subiecta fuit Vuillelmo fratri ejus.
Plura habet de Davide Aelredus Abbas Rie-
vallenensis in Epistola ad Henricum Ducem &
postmodum Anglorum Regem, edita a Selde-
no in decem Scripturis Hist. Angl. Malcol-
mus vero quartus est hujus nominis inter Sco-
tia Reges.*

Pergit Joannes prior Hagustaldensis; Obiit
Eustachius filius Regis (Anglorum) Stephani,
& Henricus Episcopus Vintonia instantius pro-
mationes Henrici Ducis excoluit. Quo mediante
frater ejus Stephanus Rex & Henricus Dux
(nempe Normanniæ) datis acceptisque sacra-
mentis ab invicem convenerunt in fœdus sub vin-
culo pacis. Confirmatumque est inter eos, quod
Henricus Dux (Normanniæ) negotia Regni (nem-
pe Angliæ) disponderet, hæresque regni post Re-
gem Stephanum haberetur, idemque Henrico Epi-
scopo Vintonia, ut patri acquiesceret de causis a-
gendis in regno. Qui & Vuillelmo filio Regis Ste-
phani cum Comitatu de VVaren conservatis ei, qua
ex hæreditario jure ei competebant, scilicet Comi-
tatus duo in Anglia Principatum super ne-
gotia regni ei contraderet. Consenserunt in hoc
emanet Principes regni, humiliatque sunt sub

ta in ipsa, cui insigniter præfuit Urbe
miraculis pluribus illustrata coruscant,
successore ejus Anastasio Romanæ Eccle-
siæ præfidente; regnantibus autem in Ro-
manorum Imperio Friderico illustri, in
Francorum regno piissimo Rege Ludovico
filio Ludovici, principatum Ecclesiæ uni-
versa ac totius creaturæ visibilis & invi-
sibilis monarchiam tenente Dei filio JESU
Christo, anno ab Incarnatione sua mille-
simo

manu Regis Stephani, qui adversati sunt ei.
Continuo exiit Edictum ab eis per omnes pro-
vincias violentias comprimi, direptiones inter-
dici, milites conductitios & sagittarios extera-
rum nationum a regno eiici, munitionesque quas
quisque in sua possessione post mortem Henrici Re-
gis (Angliæ hujus nominis primi) construxe-
rat, dirui. Justitia ergo & pax ubique in re-
gno revocata est. Pax Theobaldi Cantuariensis
Archiepiscopi, & Henrici Wintoniæ Episcopi
opera sancita, & toti Insulæ tot annos civi-
li bello ardenti reddita. Exinde Rex Henricum
Ducem Londinium secum duxit, & concordia
ante Natale Domini confirmata. VVerra, qua
XVII. annis sævierat hoc sine quievit, inquit
Matth. Parisius.

Ad hunc Christi annum Joannes prior Ha-
gustaldensis absolvit Historiam suam viginti
quinque annorum, ab anno MCXXX. inchoa-
tam, sed uti anno MCXLI. observavimus,
ab eo Christi anno ad præsentem hic Histo-
ricus unius anni metachronismo semper pec-
cat, indeque annus MCLIII. illi est MCLIV.
& ipse vel potius Librarius dicit eum com-
posuisse Historiam XXV. annorum; cum ta-
men ab anno MCXXX. ad currentem, utro-
que extremo numerata, sint tantum anni XXIV.
Cæterum Auctor iste res suo tempore gestas
narrat; neque mirum si aliquando in erro-
rem labatur; cum id non raro alijs Scripto-
ribus æqualibus accidat, uti passim monui-
mus.

Henricus de Murdac Eboracensis Archiepi-
scopus post Sedem annorum septem, Eugenio
& Bernardo vita fundis, vitam pariter cum
morte commutavit, uti refert Guillelmus Neu-
brigensis Auctor aequalis lib. 1. cap. 26. Tres
viri memorabiles, inquit, & in vita sua ami-
cissimi tempore illo decedentes, in morte quoque
brevis intervallis separati sunt, scilicet Eu-
genius Papa Romanus, Bernardus Claravallis Ab-
bas, & Henricus Eboracensis Archiepiscopus; e
quibus Eugenio & Bernardo prius assumptis
Henricus e vestigio secutus est. Vulgato autem
duorum transitu (sc. Eugenio & Bernardi) ter-
tio adhuc supersite (sc. Henrico) Guillelmus
olim Eboracensis, qui Vintonia morabatur, spe
recuperationis concepta (nam prior eum depo-
suerat, secundus, ut deponeretur egerat, tertius
deposita successerat) Sedem Apostolicam celeriter
adiit, iudicium non accusans, misericordiam
humiliter postulavit. Et ecce certus de transitu,
ex Anglia Eboracensis Episcopi (sc. Henrici) nun-
tius superveniens, verecundissimas ejus (nempe
Guillelmi) preces multum adjuvit.

Et quidem Dunelmensis Electus qui prior il-
luc venerat, a Domino Papa (nempe Anastasio
IV.) solemniter consecratus: illius (nempe Guil-
lelmi), qui posterior advenerat, pendente adhuc
fortuna, discessit. Sed tandem prioris iudicii ri-
gore sublato Apostolica mansuetudinis clementiam
expertus; miserante ejus canos Papa, cum Car-
dina-

XII.
Finis Hi-
storia
Joannis
Prioris
Hagustal-
denis.

XIII.
Obitus
Henrici
de Murdac
Archiep.
Eborac.

XIV.
Sanctus
Guillelm.
in Archie-
pisc. re-
stitutus.

(a) Cant.
3.

(b) 1. Thef.
5.

(c) Vit. S.
Bern. l. 5.
c. 1.

PAGIUS

XV.
Siurana
Mauris a-
ripitur a
Raimun-
do Comite
Barcinon.

XVI.
Victoria
Rogerii
Regis de
Saracenis
Africa.

fimo centesimo quinquagesimotertio. Hæc
de tempore. In suis autem lucubrationi-
bus pervenerat in Canticorum tractatio-
ne ipse Sanctus ad illum versum: (a) *In
lectulo meo quæsvi quem diligit anima
mea.* Perducens ultimum sermonem ad ea
Apostoli verba: (b) *Non sumus filii no-
ctis, neque tenebrarum, &c.* Cum haud
pridem scripsisset ad Andream avunculum
suum militem Templi, ultimam vero ad
Arnoldum Abbatem Bonavallis dedisset
epistolam de his quæ pateretur ægrotans.
Postremum autem opus ejus fuit, cum
tempore iracundiæ factus est reconcilia-
tio, & (c) Metense bellum deplora-
tissimum ex insperato composuit, pacem-
que proscripam revocavit. Nam e lectu-
lo ubi tenebatur ægrotans, aliquantulum
relevatus, ad opus charitatis progre-
di coactus, eo fortior, quo infirmior ap-
paruit.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

dinalibus; & satagente circa ejus negotium ma-
xime quodam Gregorio, magni nominis Cardi-
nali, homine facundissimo, & profundissima
astutia atque animi vere Romani. Itaque in in-
tegrum restitutus, & Pallio quod nunquam ca-
tenus impetrare potuerat, insignitus, sabbato
sancto Vintoniam rediit, anno nempe sequenti,
ut ibi videbimus. Hæc Neubrigensis.

Raimundus Berengarius hujus nominis IV.
Comes Barcinonensis & Aragonum Princeps
totus erat in Mauris profligandis; Auctor enim
de Gestis Comit. Barcinon. cap. XVII. Iberdæ
& Fragæ expugnatione narrata; ait: *Post hæc
Miravetum opinatissimum castrum anno Christi
MCLIII. non dicam munitissimum castrum Siu-
ranam, sed montana fortissima, & alia pluri-
mum castra circa littus Iberi annis a Tortosa
usque Casaraugustam cepit, & Christi nomen
usque ad trecentas, & eo amplius Ecclesias di-
latavit.* Diagus lib. 2. Hist. Comit. Barcinon.
cap. 162. de munitissimi castri Siuranæ di-
cipugnatione agit, notatque eam contigisse die
vicesima nona mensis Aprilis hujus Christi an-
ni. Idem Auctor scribit Raimundum Comitum
condidisse tunc celebre monasterium apud Po-
puletum locum in Diocesi Tarraconensi situm,
in quod introducti sunt Monachi Cistercienses,
& ubi postea sepultus est Idelphonsus Rex Ara-
gonum, & cæteri ferme Reges, qui post eum
fuerunt, donec Aragoniæ Regnum Castellæ Regno
accessit; Manricus hoc anno cap. XVIII. no-
tat, si attendatur dominium temporale, post
Duces Cardonæ, immediatos Abbates Popule-
ti, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, at-
que Episcopis etiam præferendos.

Rogerus vero Siciliæ Rex Saracenos in A-
frica persequens per Amiralios suos cepit Toni-
tam (seu Tunetum) urbem maximam in Afri-
ca, inquit verus Robertus de Monte ad annum
MCLII. qui ideo tam hic, quam passim, sed
non semper sequentibus annis unitate addita
corrigenodus. Anonymus vero Casinensis ad
annum MCLII. cui etiam unitas addenda,
scribit. *Rex Rogerius cepit civitatem, qua quon-
dam Hippone Regium vocabatur.* Hujus urbis,
quæ Bona etiam appellata, expugnationis an-
nus confirmatur ex Geographo Nubiensi pag.
88. ubi ait: *Fuit expugnata Bona an. DXLVIII.*
nempe Hegira, die vicesima octava Martii in-
choato. Pertinuerat hæc civitas ad Hamma-

Vere Apostolicus vir, immo verus XIV.
Apostolus missus a Deo potens opere &
sermone, illustrans ubique & in omni-
bus suum Apostolatam sequentibus signis,
ut plane (d) nihil minus habuerit a ma- (d) 2. Cor.
gnis Apostolis. Hic vivens jam centum 11.
sexaginta monasteria ubique terrarum
erexit. Sed ista minoræ censenda respec-
tu illorum, quæ extra claustra in diver-
sis Orbis Ecclesiis, potissimum vero pro
Romana est operatus Ecclesia. Qui &
apud Imperatores, Reges, aliosque Prin-
cipes pro omnium sublevatione, atque
iporummet Principum salute tot tanta-
que peregerit. Et qui dicendus sit to-
tius Ecclesiæ Catholicæ ornamentum si-
mul ac fulcimentum; Gallicanæ vero in
primis Ecclesiæ prædicandus sit summum
decus, summa gloria, summa felicitas.
Cujus memoria felicissima in benedictio-
ne & sanctificatione ad morum infor-
ma-

Dignæ
laudes S.
Bern.

K ma-

dides, iisque in ea regnantibus a pluribus Chri-
stianis Mozarabibus & Africanis naturalibus
inhabitabatur. Idem Geographus pag. 90. ad-
dit, Rogerium cepisse insulam Carconam in mari
ad Orientem ac prope Almahdiam sitam.
*Capta autem fuit hæc insula a Rogerio anno
DLVIII.* inquit idem Geographus, qui in He-
gira annos usurpat. Cum ad hunc numerum
hærerem, monuit Vir doctissimus, corrigend-
um esse errorem typographi, & loco DLVIII.
legendum, ut textus Arabicus habet, DXLVIII.
Quæ diligenter examinare visum, ut tandem
constet, Rogerium Regem usque ad sequentem
Christi annum vitam produxisse.

Alphonso Hispaniæ Imperator, qui exeun-
te anno superiori Ricam Ducis Poloniæ filiam XVII.
uxorem sibi copulavit, nullum bellum susce-
pit. Sandovalius in Alphonso VII. hujus Re-
ginæ in Hispaniam adventum deducit ex do-
natione facta era MCXCI. Monasterio Naja-
rensi a quadam nobili femina Toda dicta, an-
no quo Imperator accepit uxorem suam Ricam, XV.
regnante ipso Imperatore cum filio suo Rege San-
sio, in tota Hispania. Refert & aliam Char-
tam fol. 101. exeunte Aprili era MCXCI. da-
tam, in qua legitur, eam scriptam Alphonso
Imperatore, & Regina Imperatrice Germana
regnantibus, quia Poloni Germani habebantur
quod eorum Principes Regni Germanici Ele-
ctores essent, uti Reges Bohemiæ & Mora-
viæ juxta Matthæum Parisium in Chron.

Hoc anno Laudensis urbis a Mediolanensibus XVIII.
sub jugum missæ cives duo convenerunt Frideric-
ricum Regem, Conventum Constantiæ celebra-
tionem, ut ei exponerent, quas a Mediolanensibus
calamitates perferrent, sicut narrat Ot-
Lauden-
tium, & Acerbus Morena ejus filius, sum ad-
hujus temporis Scriptores. Trifstanus Chalchus versus
lib. 7. scripturas ad rem istam facientes accu-
Mediolan-
rate compilavit, atque: *Fortè apud Hernan-*
sum suscepit
num Constantiensem Episcopum duo Laudenses
cives privatam ob rem in Germaniam negotian-
tes Abernandus cognomento Alamanus & Homo-
bonus de Magistris: qui dum in aula spectant
novam heroum speciem, hominum frequentiam
& verum majestatem; animadvertenter crebris
tenuiorum querelis deferrit ad Casarem injurias,
oppressionesque Potentiorum, & Casarem aqua-
omnibus & jura præstari jubere patria
publicam causam agere instituerunt
Eri-

CHRISTI
1153.EUGENII III. PAP.
9.FRIDERICI REG. ROM. 2.
MANUELIS IMP. 11.

mationem & disciplinam, & in condemnationem hæreticorum in sancta Ecclesia jugiter perseveret. Porro plura at-

que diversa a diversis affixa sunt ejus sepulcro epitaphia, quæ ad finem vitæ ipsius cura leguntur, quæ tu consulas pro

PAGIUS

Fridericus dari locum jubet, ut accedant. Interrogati, qui essent, vel quid peterent. . . . Abernandus lingua Germanica peritus; Laudenses, inquit, sumus, omnium qui vivunt miserimi, & qui a Mediolanensibus ea patimur, quæ ne barbari quidem pati hostem cogent. Eorum Conventus miseratus est; ex aula Cesaris deligitur Sicherius, diligens & impiger juvenis, cui etiam injungitur, ut quantum posset, viva oratione causam Laudensium commendaret. Ubi Sicherius in Italiam adventavit, nonnisi lacrymis Laudæ excipitur, & conantur cives eum impedire, ne Mediolanum petat. Sed frustra, is in eam urbem proficiscitur, ubi Senatui literas Regias exhibet; & mandata in commendationem rei Laudensis exponit, quæ haud secus accepta sunt, ac Laudenses prædixerant. Nam absque ulla Cesaris reverentia perciti ira & quodam furore Consules tabulas ipsas in terram elidere, & pedibus conculcantes, ceras quibus obsignata erant, fregerunt; imaginique Cesaris insignem contumeliam fecerunt. Quod videns Sicherius, & sibi deteriora metuens, inter obstreptentem multitudinem effugium invenit, & noctu Laudem repetit; quid egerit, viderit, quove in periculo fuerit, enarrat. Inde in Germaniam contendit. Laudenses vero trepidaverunt, & sane salva consilia adversus eos Mediolani tractabantur; sed sive penitentia facinoris, ne bis in Casarem peccarent, sive bellum quo cum Papiensibus detinebantur, ab ea cogitatione averterit, in invero est. Natum inde bellum Italicum; sed prima Friderici Regis in Italiam expeditione ad annum sequentem pertinet. Porro Fridericus Constantiæ X. Kal. Aprilis Constitutionem dedit Tom. II. Bullarii Casinensis pag. 171. recitatam.

XIX.
Ascolans
a Crucesignatis capta.

Joannes de Ceccano in Chron. ad currentem annum, narrata Anastasii Papæ electione, ait: Ascalona capta est a Christianis XIV. Kalend. Septembris. Idem habet Anonymus Casinensis ad hunc Christi annum: Rex Hierosolymitanus cepit civitatem Ascalonam; quod & legitur in Auctario Affligemensi ad Sigeberti Chronicon & in Urspergeni ac Nangio. Quare Tyrius, qui cum res ab aliis acceptas, non vero a se visas narrat, sæpe fallitur,

hanc Balduini III. Hierosolymorum Regis victoriam lib. XVII. cap. XXI. & seqq. perperam in annum sequentem differt. Eam tamen ejus verbis referemus. Cum visum esset Hierosolymitanæ urbis Pomeria civitati adjacentia, unde civibus multa erat commoditas, dilatare, anno MCLII. Ascalona in littore maris sita obsidione cincta. Interfuere Fulbertus Patriarcha Hierosolymorum, & alii nonnulli Episcopi ac Abbates & Principes laici. Frequentibus etiam nunciis Caliphum Ægyptium sollicitant (nempe Ascalonenses) quatenus mature procederet subsidium, aliquin in proximo se defecturos significant. Capta tandem civitas, sed non anno MCLIV. die duodecima mensis Augusti, ut scribit Tyrius; verum hoc anno die decima nona mensis Augusti, uti jam diximus. Balduinus Rex matris confilio Urbem fratri suo adolescenti, domino Amalrico Joppeni Comiti liberaliter concessit, inquit Tyrius. Tempus vero captæ Ascalonæ recte a Joanne Ceccano notatum fuisse ostendit Prior Vosiensis in Chron. cap. 55. ubi ait: Ea tempestate capta est a Rege Balduino Ascalona infra octavas Assumptionis Dei genitricis ab incarnatione Domini MCLVIII. sed legendum, MCLIII. ut ipsemet Vosiensis ostendit, cum subdit: Anastasius successor Eugenii anno illo consecratur. Scriptor Auctarii Affligemensis ad annum MCLIII. ait, Regem Hierosolymorum diebus S. Dei Genitricis Purificationi proximis prociendum movisse, & diurno bello incessanter perdurasse usque in festum Assumptionis ejusdem sacratissima Virginitis, ac proxima die illius festi turrim cum suis machinamentis muro admovisse, & tertia die ad murum accessisse. Quæ postquam fufe retulit, subdit: Vir ille, qui presens fuit, & omni tempore obsidionis in exercitu duravit, quod vidit, nobis narravit.

Mortuus est hoc anno Theodotus Patriarcha Constantinopolitanus, qui juxta Seriem Episcoporum Byzantii lib. 4. Juris Græco-Romani Nicolao IV. Musaloni dicto successit, & quem excedit Neophytus inclusus ex Mansione Evergetidis. Utrumque prætermisit Baronius, [1] & Onuphrius in Chron. qui legerat Seriem illam tunc ineditam, pro Theodoto perperam Theo-

XX.
Mortitur
Theodotus
Patriarch.
Constantinop.CHRISTI
1153.EUGENII III. PAP.
9.FRIDERICI REG. ROM. 2.
MANUELIS IMP. 11.

pro arbitrio. Inter auctores autem ipsorum primum locum tenet egregius temporis hujus Poeta Adam Canonicus regularis monasterii S. Victoris Parisiensis, quem ut tamquam ex unguibus tu leonem agnoscas, accipe quod in ejus Claustris extat epitaphium a se sibi scriptum memoria dignum:

Heres peccati, natura filius iræ,
Exiliusque reus nascitur omnis homo.
Unde superbit homo, cujus conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vita, necesse mori?
Vana salus hominis, vanus decor, omnia vana:
Ann. Eccl. Tom. XIX.

Adami de
S. Victore
epitaph.

PAGIUS Theodosium habet, & Neophytum inclusum.

NOTÆ

vit. Cessit deinde Sacerdotium Nicetæ cur annos, non sex ut habent catalogi alii, sed tres & dies decem assignat catalogus Nicephori Callisti. Desiit hic non anno 1192. ut habet Pagius ad A. 1191. 16. sed anno secundum eundem calculum 1190. Hunc proxime secutus fuit Leontius, eodemque anno post septem menses depositus. Vacuam cathedram tunc anno integro & semis occupavit Dositheus, cui non ante nec post annum 1192. successor Georgius Xiphilinus datur. Porro toto cœlo erravit Pagius qui ad A. 1191. 16. Xiphilinum anno 1194. capisse asseruit; nam anno 1192. pontificem egisse illum præter chronologiam ex optimis catalogis Banduriani superius a nobis deductam, probant etiam duo ejus Synodalia statuta de Stauropogis anno 1192. data, quæ legisse se in Nomocanone Manualis Malaxii affirmat Allatius in Diatriba de Georgiis, recusa a Fabricio Bibliot. Græc. tom. 10. pag. 665. MANSI

Inter vana nihil vanius est homine.
Dum magis alludit præsentis gloria
vitæ, Præterit, immo fugit; non fugit,
immo perit.
Post hominem vermis, post vermem fit
cinis, heu, heu!
Sic redit ad cinerem gloria nostra
simul.
Hic ego qui jaceo, miser & miserabilis
Adam,
Unam pro summo munere posco precem.
Peccavi fateor, veniam peto; parce
fidenti,
Parce Pater, Fratres parcite, parce
Deus.
Ista in laudem laudatoris sancti Bernardi
redundent. K 2 An-

prætermittit, quia exemplar mancum nactus fuerat.

NOTÆ [1] Utrumque patriarcham Nicolaum nempe, non III. ut mendose est in Pagio, sed IV. & Neophytum non ignorasse Baronium notat P. Cuperus in Hist. patriarcharum C. P. ad tomum I. augusti Actuum SS. præfixa pag. 137. & patet legenti eundem Baronium ad annum 1112. num. 15. quamquam ex defectu monumentorum certos horum Patriarcharum annos & tempus sedis definire non potuit.

Porro Neophytum hunc patriarcham commentitium esse merito suspicatur P. Bandurius in Comment. ad Antiquit. C. P. lib. VIII. pag. 638. edit. Venet. tum quod Scriptoribus omnibus Græcis ejus ætatis ignotus sit; cum etiam quod in optimo catalogo patriarcharum C. P. a Nicephoro Callisto digesto, & ab eodem Bandurio Antiq. C. P. lib. 8. pag. 164. vulgato, deest. Equidem eo expunto reliquorum patriarcharum chronologia optime cum catalogis cohæret. Nam si Theodoto anno 1153. successor Constantinus statuatur, cum ille ex eodem Nicepori Catalogo biennio sacris præfuerit, ad annum 1157. ducebimur. Hunc excepit Lucas annis, ut ex eodem Catalogo, 15. mens. 3. adeoque usque ad 1169. Tunc assumptus Michael qui cum ex eodem catalogo annis 8. & mens. 2. sacris præfuerit, anno 1177. vel sequentis initio (nam forte mensibus II. sacris præfuit) successus fuit Theodosius usque ad annum 1183. uti diserte asserit Nicetas qui ait illum Indiæ. XV. anni Christi 1182. depositum fuisse, ac mox restitutum, anno sequenti sponte cessisse. In ejus locum ab Andronico imperatore accitus fuit Basilus, qui sacram dignitatem usque ad annum 1186. ut optime Pagius ad eundem annum num. 19. occupavit.

JESU CHRISTI ANNUS 1154.

ANASTASII PAP. IV. ANNUS I.

FRIDER. REG. ROM. 3. MANUELIS IMP. 12.

I. Legatio Anaf. Pap. spre. ta.

Annus incipit Redemptoris millesimus centesimus quinquagesimus quartus, Indictione secunda, quo Gerardus Cardinalis Legatus missus antea ad Fridericum, re infecta dimissus cum dedecore, moritur in via. Jam anno superiori dictum est, hanc fuisse legationem missam in Germaniam ad absolvendam causam Magdeburgensis Ecclesie, quam (ut vidimus) Eugenius Papa moriens bene inchoatam reliquerat. Sed hac de Gerardo, & quid post hac per Anastasium gestum fuerit, (a) Otto ita narrat: A quo Anastasio dum Cardinalis quidam Gerardus nomine ad terminandam Magdeburgensis Electi causam missus fuisset, ac Principem in eadem civitate Natale Domini celebrantem adisset, cum quadam ibi secus illius nutum tractare vellet, indignationem ejus incurrens, infectis negotiis pro quibus venerat, mandatis severioribus inglorius redire coactus, in via etiam vita decessit. Verum Princeps missis ad Anastasium cum Guicmanno novo Archiepiscopo ab ipso intruso Nuntius, non solum facti sui ratificationem, sed etiam pallium obtinere eum fecit, non sine quorundam scandalo: qui ne unquam id fieret, immobiliter fixum Romanos tenere, a proprio ipsorum ore audierant. Ex hinc non solum in secularibus, sed & in Ecclesiasticis negotiis disponendis au-

(a) Ot. Fr. in Frid. l. 2. c. 10.

toritas Principis plurimum crevit. Cum decrevit religio in animo ejus, & temeritas in violandis juribus Ecclesiasticis in dies magis magisque aucta, annis ferme singulis, suæ ipsius in Ecclesiam contumacie specimen Christiano indignum Principe daret.

Moritur hoc anno in fine ipse, Anastasius Papa, nimie facilitatis reprehensus: de quo ea, quæ in codice Vaticano Romanorum Pontificum reperimus scripta, prodamus in lucem, videlicet: Iste Anastasius Papa Quartus inventa corpora SS. Rufinae & Secundae collocavit juxta Baptisterium Lateranensis Ecclesie a latere ejusdem prope apsidem, & contra eandem apsidem recondidit corpora sanctorum Cipriani & Justinae, necnon reliquias sanctæ Luciae Virginis. Fecit etiam palatium apud sanctam Mariam Rotundam. Dedit Lateranensi basilicæ Ecclesiam sancti Laurentii in Campo Martio cum omnibus domibus tam sub palatio quam juxta palatium cum omnibus tenementis ejus & pertinentiis. Dedit eidem Ecclesie Lateranensi calicem argenteum cum patena operose factum, pensantem marchas quadraginta, iburibulum argenteum pensans marchas septem, candelabra argentea pensantia undecim, optimam planetam albam cum auriprygio admirabili, & pallia diversa, & plura alia

II. Anaf. Pap. obitus.

PAGIUS SÆC. XII. Anno Eræ Hispan. MCXCII. Anno Hegiræ DXLIX. inchoato die 18. Martii fer. 5. A.C. 1154 I. Moritur Anastasius IV. PP.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6647. © 15. C. D 15. P. 4. April. Indict. 2. JESU CHRISTI 1154. HADRIANI IV. PAPÆ 1. FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 3. MANUELIS COMNENI IMP. 12.

Num. I. ad V. Anastasi IV. Pontificatus brevis fuit, cum anno superiori die nona mensis Julii ad culmen Apostolicum evehctus fuerit, & ut habent Codex Vaticanus, cuius verba recitat Baronius, Onuphrius in Chron. & Sigonius in Hist. de Regn. Italiae curren- ti IV. Nonas Decembris seu die secunda illius

mensis vivere desierit. Quare sedit tantum- annum unum, menses quatuor, dies viginti quatuor, ut tradunt Bromptonus in Chron. pag. 1042. Auctor Fasciculi Temporum, Matthæus Parisius, Martinus Polonus & Scriptor Magni Chronici Belgici pag. 174. In Necrologio Casinensi a Caraciolo edito, & in Chron. Joannis Ceccani, ubi ejus obitus cum die III. Nonas Decembris connectitur, dies ejus sepulture notatur. [1]

Joannes Diaconus junior in lib. de Ecclesia Lateranensi, cujus erat Canonicus, de Anastasio IV. scribit: A sinistro latere Basilica est fuit erga altare B. Mariae de Reposo. Ibi juxta jacet Anastasius Papa IV. qui fuit Sabinus Episcopus, in mausoleo porphyritico praclaro opere sculpto, in quo olim jacuit Helena mater Constantini Imperatoris: quod videlicet mausoleum de Ecclesia, quam idem Imperator ad honorem ipsius matris extra urbem fabricaverat, idem Papa reportari fecerat. Hic unice ac devotissime dilexit pra

II. Beneficus fuit erga Ecclesiam Lateran.

CHRIST 1154.

ANASTASII IV. PAP. I.

FRIDERICI REG. ROM. 3. MANUELIS IMP. 12.

III. Hadr. IV. creatio.

alia ad ornatum altaris & Ecclesie. Obiit Romæ quarto Nonas Decembris, & tamulatus est in ipsa Lateranensi Ecclesia in porphyretico sepulcro. Hæc ibi. At sedes diem tantum vacavit.

In locum autem Anastasii subrogatus est Hadrianus natione Anglicus ex Episcopo Albanensi, Nicolaus dictus, de quo ista in eodem Vaticano codice habentur: Fuit natione Anglicus de Castro sancti Albani, Nicolaus nomine, qui pubertatis suæ tempore, ut in studiis litterarum proficeret, egrediens de terra sua & cognatione sua, pervenit ad Arunlatam, ubi cum in scholis litteris vacaret, a Domino factum est, ut ad Ecclesiam beati Rufi accederet, & in ea Religionis habitum, facta canonica professione, susciperet. Proficiens autem, Deo auctore, de bono in melius, Prioratum in ipsa domo prius obtinuit, & postmodum Abbatie apicem de communi Fratrum voluntate conscendit. Accidit autem, ut pro incumbentibus Ecclesie sibi commissæ negotiis ad Apostolicam Sedem veniret, & peractis omnibus causis, pro quibus venerat, cum redire ad propria vellet: beata memoria Eugenius cum retinuit, & de communi fratrum suorum consilio in Albanensem Episcopum consecravit. Processu vero modici temporis, cognita ipsius honestate, & prudentia, de latere suo eum ad partes Norvegiæ Legatum Sedis Apostolicæ destinavit, quatenus verbum vitæ in ipsa provincia predicaret, & ad fa-

ciendum omnipotenti Deo animarum lucrum studeret. Ipse vero tamquam minister Christi, & fidelis ac prudens dispensator mysteriorum Dei, gentem illam barbaram & rudem in lege Christiana diligenter instruxit, & Ecclesiasticis eruditionibus informavit. Divina itaque dispensatione Apostolatus sui diem præveniens, defuncto Papa Eugenio, & Anastasio in ejus locum ordinato, ad Matrem suam sanctam Romanam Ecclesiam, auctore Domino, remeavit, relinquendo pacem regnis, legem barbaris, quietem Ecclesie, ordinem clericis & disciplinam, & Deo populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

Transiente autem modico temporis intervallo obiit Anastasius Papa. In secundo die convenientibus in unum pro eligendo sibi Pastore cunctis Episcopis & Cardinalibus apud Ecclesiam beati Petri, non sine divini dispensatione consilii factum est, ut in ejus personam unanimiter concordarent; & Papam Hadrianum a Deo electum tam clerici quam laici pariter conclamantes, eum invitum & renitentem in Sedem B. Petri inthronizarent, Deo auctore, * quarto Nonas Decembris, * tertio Dominicæ Incarnationis anno MCLIV. Indictione tertia cæpta mense Septembris. Erat autem vir valde benignus, mitis & patiens, in * Anglica & Latina lingua peritus, sermone facundus, eloquentia politus, in cantu Ecclesiast. precipuus, predicator egregius, transcendens tardus, ad ignoscendum velox, bilaris dator, clemens-

IV.

* Græca

PAGIUS

pra omnibus istam Ecclesiam antea dum esset Episcopus, atque in Apostolatu sublimatus, postea plurimis beneficiis honoravit. Nam duo privilegia Canonicis præfata Basilica solemniter condidit, plurimamque in ejus gratiam fecit ibidem sigillatim memorata.

III. Hadrian. IV. ei succedit.

Nicolaus Cardinalis Albanensis postridie, ut habet idem Codex Vaticanus, inthronizatus est, recteque scribit Vossianus Tom. II. Biblioth. Labbei pag. 308. Huic (nempe Anastasio IV.) successit Hadrianus Papa, qui extitit Canonicus de Sancto Ruso, & coronatus feria sexta; dies enim tertius mensis Decembris hoc anno in feriam sextam incidit. In Codice Vaticano citato hæc verba leguntur: Transiente modico temporis intervallo obiit Anastasius Papa. In secundo die (tertia scilicet Decembris) convenientibus in unum pro eligendo sibi Pastore cunctis Episcopis & Cardinalibus apud Ecclesiam B. Petri, non sine divini dispensatione consilii factum est, ut in ejus personam unanimiter concordarent; & Papam Hadrianum a Deo electum tam Clerici quam Laici pariter conclamantes, eum invitum & renitentem in Sedem B. Petri inthronizarent, Deo auctore, quarto Nonas (legendum cum Baronio in margine, tertio Nonas) Decembris Dominica Incarn. an. MCLIV. Ind. III. Baronius num. III. jam ex eodem codice scripserat, Fuit natione Anglicus de Castro Sancti Albani, Nicolaus nomine, qui pubertatis suæ tempore, ut in studiis litterarum proficeret, egrediens de terra sua & cognatione sua, pervenit ad Arunlatam (legendum, Arelatum, seu Arelatem septem tantum leucis

ad Urbe Avenionensi, juxta cujus muros erat monasterium Sancti Rufi, in quo Hadrianus primus Canonicus Regularis & postea Abbas factus est distitum) ubi cum in scholis literis vacaret, a domino factum est, ut ad Ecclesiam beati Rufi accederet, & in ea religionis habitum, facta Canonica professione susciperet, uti anno MCXLVI. fufe narravimus; nam Trithe- mium in Chron. qui eum facit Abbatem Ordinis Sancti Benedicti, & quicumque eum hac in re secuti sunt, plane errasse certum esse debet. Baronius num. IV. refert ex Romualdo in Chron. Willelmum Siciliae Regem, qui Roge- rio patri successerat, noluisse recipere literas Hadriani Papæ, quia eum non regem sed Willelmum dominum Sicilia nominabat. Jam vero Baronius anno MCLIII. num. X. dixerat, Rogerium, teste Romualdo, eo anno vita functum, ibique polliciti sumus, nos hic eum ad præsen- tem annum pervenisse demonstraturos, & anno superiori testimonia atulimus, quibus eum eo anno adhuc in vivis fuisse constat; sed hoc caput magis discutendum, ut hujus controversiæ ei tandem longus dies ponatur. Anonymus Casinensis, qui in editione Caracioli hoc anno rectæ Chronologiæ insitit, in Chron. scribit: Obiit Rex Rogerius mense Februarii die ultimo. Obiit Anastasius Papa, & Hadrianus Papa eligitur, quæ ideo tria ad unum eundemque annum per- tinent. In veteri Necrologio Casinensi, a Caraciolo edito, ad III. Kal. Martii legitur, Rogerius Rex Sicilia. Tum X. Kal. Rogerius Comes Sicilia. Antea ad VI. Idus Februarii; Hal- biria Regina uxor magni Regis Rogerii. Ex quibus

IV. Moritur Rogerius Sicilia Rex.

NOTÆ [1]

Anni huius augusto mense concilium Bugulii celebratum fuit sub Engelbaudo Turonensi archiepiscopo, omnibus ejus suffraganeis, ne Dolensi quidem excepto assistentibus. Meminit Synodi hujus Innocentius III. in sua sententia qua Turonensibus jus metropoliticum in Dolensem asseruit, quam inter Acta in causa Dolensi vulgavit P. Martene Anec. to. III. Nec plura scimus de concilio hoc, quod omnes Collectores latuit. Ad hunc vero annum pertinere ex eo colligo, quod in eadem sententia adnotetur habitum fuisse augusto mense post consecrationem Hugonis Dolensis. Hugo enim anni hujus februario mense jam electus fuerat, ut constat ex epist. Anastasii papæ ad Dolenses eo anno & mense data & in Actis illis relata. MANSI

CHRISTI
1154.HADRIANI IV. PAP.
I.FRIDERICI REG. ROM. 3.
MANUELIS IMP. 12.

nis largus, & omni morum compositione praclarus. Hæc ibi, reliqua inferius suis locis.

Post hæc autem Hadrianus Papa ad adventu Salernum Vvillelmi Regis Sicilia (inquit sæpe citatum superius Romualdi Chronicon) Henricum Cardinalem SS. Neres & Achilles ad eum misit, quem Rex recipere noluit, sed Ro-

nam redire præcepit, eo quod in litteris Apostolicis, quas Rege portabat, Papa eum non Regem, sed Vvillelmu dominum Sicilia nominabat. De quo factò Hadrianus Papa & tota Romana Curia contra Regem turbata est & commota.

Moritur hoc anno Anglorum Rex Stephanus, de quo S. Bernardus in Malachia ait, ob diffensiones inter ipsum & Eu-

V.

Peregrinus in prima parte pag. 260. refert antiquum indiculum Principum Beneventanum in quo legitur: Rogerius Rex Magnus Africa & Sicilia in Ducatu regnavit annos III. & mense VI. Rex annis XXII. (sed Librarius annum unum plus dicit) & cum filio annis III. (qui anni incompleti numerandi). Guillelmus filius ejus Rex annis XII. Quare cum certum sit Guillelmum anno MCLXVI. e vivis excessisse, ante præsentem annum Rogerio Patri non successit. Is ultimis vitæ annis multarum gentium manibus locupletatus in extrema Panormi parte mirifico opere arcem jam vetustate collabentem instauravit, quam suam & futurorum omnium Sicilia Regum Sedem constituit. Licet enim ipse & Successores Neapolitano Regno potirentur, ut tamen tenaciores rebellibus in Sicilia Saracenis irænos imponerent, & ne nova, qui reliqui supererant, vel qui vicinam Africam incolebant, Saraceni molirentur, in Urbe Panormo Regia longo tempore resedere. Pacis ac belli vicissitudinem ita alternavit, ut nullum Regum aut Principum sua ætate parem habuerit. Ingentes thesauros ad Regni munitionem, posteritati consulens coacervavit, & ædes plures sacras insigni opere erexit. Denique cum Rogerius & Ansfusus, duo majores ejus natu filii, in quibus verissima Paternæ virtutis effulgebat effigies, mortui fuissent, Guillelmo quia alius legitimus & hæres nullus supererat, Regni diadema imposuit, eumque sibi Regni consortem ascivit.

Guillelmus Rex, inquit, Falcandus in Hist. de Sicilia Calamitatibus pag. 642. cum patria solum potestatis, non etiam virtutis hæres existeret, in tantam est primum efferatus ambitionem, ut optimi Patris acta contempneret, suaque industria Curia statum in melius reformatum pessum ire permitteret. Unde & quos familiares Pater habuerat, eos partim condemnavit exilio, partim carcerum conclusit angustiis.

Ad num. V. Hoc anno Rex Anglorum Stephanus, miles egregius & mente piissimus octavo Kalendas Novembris diem clausit extremum, inquit Matthæus Parisius in Chronico. Henricus vero hujus nominis II. qui ei successit, hoc vel sequenti anno Hadrianum Papam de more Christianorum Principum, literis & legatione venerat. Extat inter Petri Blefensis Epistolam una, quam ejus nomine ad Hadrianum Papam scriptam, Baronius qui eam refert affirmat, & ejus lectio indicat; licet ea alia Epigraphæ non insigniatur quam ista: Ad N. Pontificem Romanum, & infra, Tali Papa, talis Rex.

Baronius ait, Henricum II. anno sequenti e Normannia in Angliam venisse, & in Regem ab omnibus receptum fuisse, quam in rem laudat Robertum de Monte vulgatum, quod & in genuino etiam habetur; hic enim, ut notat Dacherius, qui illum publicavit, post recitatam mortem Gisleberti Episcopi Pictaviensis alia non refert, quam quæ jam in vulga-

VI.
Rogerius inter illustriores Principes numerandus.VII.
Guillelmus filius & successor ejus, in tantam est ambitionem, ut optimi Patris acta contempneret, suaque industria Curia statum in melius reformatum pessum ire permitteret. Unde & quos familiares Pater habuerat, eos partim condemnavit exilio, partim carcerum conclusit angustiis.VIII.
Moritur Stephanus Rex Anglia.IX.
Ei succedit Henricus II.CHRISTI
1154.HADRIANI IV. PAP.
I.FRIDERICI REG. ROM. 3.
MANUELIS IMP. 12.

Obitus Stephani Reg. Angl. & Henrici II. creatio.

Eugenium Papam vetuisse Episcopis, ne se conferrent ad Romanum Pontificem. Successit autem in regnum Henricus Dux Normanniæ filius Mathildis Imperatricis, qui repudiatam a Ludovico Rege Francorum Elionaram in uxorem duxerat. Hic rebus compositis, anno sequenti in Angliam transfretavit, ubi fuit miramini concordia receptus in Regem. Hæc Robertus in Appendice ad Sigbertum.

Hic ipse Henricus Rex Angliæ, ubi accepisset Hadrianum gentilem suum creatum esse Romanum Pontificem, ad eum has litteras dedit, quæ inter epistolam Petri Blefensis cussæ habentur: (a)

(a) Pet. Blef. ep. 163. Epist. Reg. Angliæ ad Hadr. Pap.

Aures nostras aura dulcis afflavit; quia sicut accepimus, creationis vestrae novitas tamquam aurora rutilans desolationis Romanæ Ecclesiæ tenebras solavit. Gaudet Sedes Apostolica viduitatis suæ solatium consecuta: gaudent omnes Ecclesiæ lucem novam oriri videntes, & ipsam usque ad perfectam diem crescere præstolantes. Sed gaudet præcipue nos Occidentis, quod velut oriens novum lumen influere promeruit Orbiteræ, & Solem Christianitatis, qui versus Orientem nuper occubuit, divino munere Occidentem restauravit. Nos itaque, Pater sancte, honori vestro magnifice collatantes, & divinae majestatis magnificentiam devotis inde laudibus prosequentes, Paternitati vestræ, de cujus fervore filiali devotione confidimus, vota nostra fami-

PAGIUS to sub ejus nomine Chronico legebantur. Verum sine verus Robertus de Monte id scripserit, five Librarii Chronicon ejus corruperint, certum est, Henricum currenti anno in Angliam venisse, ibique XIV. Kal. Januarii, five Dominica ante Nativitatem Christi coronatum esse Londoniæ; id enim Novus Chronographus Saxo Guillelmus Neubrigensis lib. 2. cap. 1. Gervasius in Chron. Hovedenus, Matthæus Parisius, Chronographus Andegavenis, alique prodidere. Addit Neubrigensis: a Normannia in Angliam veniens, hereditarium regnum suscepit, conclamatus ab omnibus & consecratus mystica unctione in Regem, concrepantibus in Anglia tubis: Vivat Rex. Prioris quippe regni sub quo tot mala pullulaverant, infelicitatem experti, de novo Principe meliora sperabant. Præsertim cum præclara illi prudentia, atque constantia cum zelo inesse viderentur: & magni jam Principis, in ipsis suis primordiis præferret imaginem. Denique Edicto præcepit, ut illi qui e gentibus exteris in Angliam sub Rege Stephano, prædarum gratia, tanquam ad militandum confluerant: & maxime Flandreses: quorum magna tunc Angliam incubabat multitudo, propriis regionibus redderentur fatalem eis diem constituens: quem in Angliam sustinere certi foret discriminis. Paulo post: Publica quoque disciplina imprimis sollicitudinem habuit; & ut legum vigor in Angliam revivisceret, qui sub Rege Stephano extinctus, sepultusque videbatur, cura propensiore satagit. Usque ad hunc annum novus Chronographus

larius aperimus. Si enim carnalis filius carnalis affectus patri fidenter aperit, quanto fidentius spiritalis spiritalia potest desideria referare? Sane inter cæteras affectiones nostras non mediocriter affectamus, quod cum divina dextera reverentissimam personam vestram, tamquam lignum vivificum in medio paradisi spiritaliter plantandum duxerit, & de terra nostra in suum Pomœrium transplantandum: summopere studeatis fructuosis operibus & doctrinis Ecclesiæ omnes ita reficere, quod beatam dicant omnes generationes vestra Beatitudinis nationem. Illud quoque sincero corde sitimus, quod spiritus procellarum, qui dignitatum culmina vehementius consuevit perficere, numquam a sanctitatis studio vos avellat: ne quod absit, altius dignitatis fastigium gravius præcipitium subsequatur. Sed & illud intime affectamus, ut cum universarum Ecclesiarum ordinatio ad vos pertineat, tales ordinare curetis sine dilationis dispendio Cardinales, qui onus vestrum sciunt, & velint, & valeant supportare: non respicientes ad patriæ propinquitatem, generis qualitatem, aut potentie quantitatem, sed quod Deum timeant, avaritiam odant, justitiam stiant, & zelo ferveant animarum. Nec modicum nostrum movet affectum, ut cum Ecclesiis supra modum officiat indignitas ministrorum, summa sollicitudine vigilare curetis, cum super dignitatum, vel Præbendarum collatione vestram contin-

Saxo Opus suum perduxit, qui cum narrat mortem Guillelmi Primi Angliæ Regis, ait, se nonnunquam in ejus Curia fuisse.

5. Vvillelmus Eboracensis Archiepiscopus hoc anno sabbato sancto Wintoniam rediit, ex urbe scilicet Romana, ubi Pallio ab Anastasio IV. insignitus fuerat, ut anno superiori ex Guillelmo Neubrigensi lib. 1. cap. 26. diximus. Pergit Neubrigensis: Porro Guillelmum receptam non multo post Albas Paschales Ecclesiam, decenti moderamine regens, & ingenita lenitate nulli onerosus existens: paucis post Pentecosten evolutis diebus, febre corripitur, & rapitur ex hac vita, ingenti tam Clericis, quam laicis, ex mitissimi Pastoris casu luctu relicto. Post mortem inter sanctos ob miraculorum celebritatem relatus est, eumque Eboracensis Ecclesiæ VIII. die Junii, quo obiit, venerata est, & hodie Anglicano Martyrologio inscribitur. Nam post mortem ejus crebrescentibus signis Honorius III. ut videre est apud Raynaldum anno MCCXXIII. num. XLVIII. commisit Episcopum Eliensem, duosque Cisterciensis familiæ Abbates, qui de eis inquirerent, ut sanctis annumerari posset. Cum vero nulla in informatione desiderarentur, anno insequenti literis Laterani III. Idus April. datis rursus ad eosdem scripsit Honorius III. iustitiam, ut inquisitionem solemnem iterum facientes, iterum quæ singuli testium deposuissent rescriberent, eademque sententia ad Archiepiscopum Eboracensem, & Capitulum Apostolicas litteras misit, quarum priores recit-

X.
Obitus S. Guillelmi Archiep. Eborac.

Legatio ad Reg. Sicilia.

PAGIUS

bus eruitur, Rogerium die XXVII. mensis Februarii vitam functum, & postmodum terræ mandatum. Ad hæc mortis Rogerii Regis epocha unanimes consensu Auctorum & antiquorum Scriptorum nativorum confirmatur, & nonnisi a quibusdam Scriptoribus modernis rejicitur. Peregrinus in Notis ad Anonymum Casinensem, pag. 131. ad hunc locum ait: Regis Rogerii annum & diem obitus rite hic consignari antiqua echartula & Auctores consentiunt omnes, quin nec secus ejus tumulus capiendus est, ut dicam ad annum MCLXXII. (vult Peregrinus aliquos Siculos Eram Incarnat. biennio anticipasse; verum hæc inscriptiones plures post Rogerii Regis mortem annos positæ, sicut plura Epitaphia sepulchris a posteris inscripta fuere) nec ipse negat Romualdus Salernitanus, qui in aliam ab hæc sententia a summo laudatur viro (nempe a Baronio loco jam citato) Guillelmum enim verbis paulo ante relatis coronatum prodidit (nempe Romualdus) in Regem biennio ante Rogerii patris mortem: nempe rotundo usus ibi annorum numero; sed dein Rogerii designans obitum, non sic inquit: Defuncto Rogerio, Willelmus filius, qui cum patre duobus annis, & mensibus decem regnaverat, illi in Regni administrationem successit. Pergit Peregrinus: Vvillelmus itaque Rex coronatus in anno MCLII. mense Maii utique in exitu mensis Februarii anno MCLIV. annos duos & menses sui regni decem numerabat. Porro eodem anno MCLIV. mense Decembris defunctum quoque Papam Anastasium, electumque in Papam Hadrianum est Scriptorum omnium constans assertio.

V.
Annus ejus mortis magis probatur.

Radulphus de Diceto Scriptor æqualis in Imagine Historiarum pag 677. de Rogerio loquens ait: cum ageret in extremis, reliquit filium & filiam Vvillelmum & Constantiam; annus millenus centesimus quinquagesimus quartus tunc temporis effluebat. In Chronico Clarevallensi exarato ab Anonymo Clarevallensi, & ab anno MCXLVII. usque ad annum MCXCII. perducto, ac a Chiffletio publicato Rogerii Regis mors cum hoc anno etiam alligatur, falliturque verus Robertus de Monte in Chronico Rogerii obitum cum an. MCLIII. IV. Kalend. Martii, & Anastasii mortem cum currenti alligat; secundus quidem error levis, & loco IV. Kal. legendum, II. Kal. vel III. Kal. sed primus eo minus excusandus, quod Robertus iste de Torinneio Auctor Chronici a Dacherio in lucem emissi Robertus de Monte vulgo appellatus, hoc anno Abbas S. Michaelis in periculo maris creatus fuerit, ut testatur Chronicon S. Michaelis a Labbeo Tom. I. Biblioth. vulgarum. Licet autem Robertus annum a Kalendis Januarii incipiat, pluribus tamen in locis res inter primam Januarii & diem Paschatis transfactas ad præcedentem refert. Quare vereor, ne utrumque annos numerandi modum usurpet in variis Chronicis exscribendis; præsertim cum de rebus extra Galliam gestis sermonem habet

CHRISTI
1154.HADRIANI IV. PAP.
I.FRIDERICI REG. ROM. 3.
MANUELIS IMP. 12.

pet requiri providentiam, ne quis indignus irruat in patrimonium Crucifixi. Cum autem felix Terra, felicitis redemptionis origine, conversatione, ac Sanguine Christi consecrata, quam Christiana devotio precipue venerari tenetur, tantis, sicut oculata fide novistis, perturbatur nationum incurfibus, abominacionibus polluitur; desiderio desideramus, quod ad ipsius liberationem vestre sollicitudinis vires accingatis. Illud autem olim illustre Imperium Constantinopolitanum, nunc graviter desolatum, quis affectare non debeat, ut vestra providente prudentia consolationem recipiat opportunam? Siquidem & honoris vestre consideracionis, & commoditatis communis emulacione affectare debemus, ut qui promotione divina universali presidetis Ecclesie, circa omnium Ecclesiarum informationem ac reformationem assidue vigiletis. Confidimus autem in Domino, & speramus, quod sicut de virtute in virtutem, & de honore in honorem divinitus

sublimati, secundum ipsorum exigentiam lucere curastis, sic ad Apostol. sublimitatis apicem evocati subjectus Ecclesias illustrare ac inflammare curabitis, ut non sit, qui se abscondat a vestro lumine & calore; relicturitalia post decessum vestrum vestigia sanctitatis, quod terra natiuitatis vestre, qua de felici jucundatur origine, de felicitate poterit feliciter in Domino gloriari. Demum Paternitatem vestram & speciali confidentia requirimus & rogamus, quatenus nos & familiares nostros, & statum regni nostri in sermonibus & orationibus vestris specialiter habere dignemini commendatos. Hactenus Rex Angliæ ad Hadrianum Papam.

VI. Frideric. cum exercitu descendit in Italiam. Post hæc autem hoc anno Fridericus Rex mense Octobris cum exercitu in Italiam descendit, atque ad evitandum tyranni nomen, quod in transitu milites ob penuriam locis sacris damnatum haud mediocriter intulissent, collecticia pecunia satisfaciendum curavit. Rem gestam eodem tempore consignatam Otto Frisingensis

VI. Frideric. cum exercitu descendit in Italiam.

PAGIUS tat Raynaldus eo anno num. XLVII. & seq. & posteriores tantum memorat. Tandem anno MCCXXVI. literis Laterani XV. Kal. April. datis & a Raynaldo ibidem num. XLIX. relatis Willelmum Sanctorum catalogo Confessorum adscriptis. statuens ut in anniversario ejus annuatim festum solemniter celebretur.

XI. Post canonizationem ejus Reliquia translata.

Dein Sanctus Willelmus pariter Archiepiscopus Eboracensis hujus nominis II. anno millesimo ducentesimo octogesimo quarto ossa ejus sublimi loco, & in pretiosa theca reponi iussit: Cujus venerabili ministerio, inquit Thomas Stubbs in Actis Pontificum Eboracensium, cooperantibus undecim Episcopis, qui convenerant, Translatio sanctissimi Confessoris Willelmi quondam Eboracensis Archiepiscopi solemniter in Ecclesia Eboracensi facta est die Dominico V. Idus Januarii, anno Domini MCCLXXXIII. Pontificatus vero ipsius Patris Willelmi IV. regni autem Edwardi filii Regis Henrici tertii XI. Et notandum quod annus iste, in quo Translatio Sancti Willelmi facta fuisse memoratur, extitit bisextilis, ideoque annus a Paschate inchoatus, qui illi MCCLXXXIII. nobis est MCCLXXXIV. quo quintus Idus Januarii in Dominicam incidit. In Breviario Eboracensi ad diem VIII. Januarii dicitur Eduardum Regem & Guillelmum II. Archiepiscopum Eboracensem capsam Sanctorum Reliquiarum humeris ad locum Sancto assignatum bajulasse. Thomas vero Stubbs citatus refert, Antonium de Bek electum ad regimen Episcopatus Dunelmensis omnes expensas solvisse, & eodem die Translationis Sancti Confessoris Willelmi Eboracensis Archiepiscopi, presente Domino Rege Edwardo & Regina Elianora, & majori parte Magnatum totius Angliæ, qui Translationi interfuerant, per manus Sancti Patris Willelmi Eboracensis Archiepiscopi in Ecclesia B. Petri Eboraci Episcopum Dunelmensem consecratum esse. Alfordus in Annal. Eccles. Angl. refert hanc Translationem ad annum MCLXXXIII. laudato Capgravio in Vita Sancti Willelmi, qui tamen eam non aliter narrat ac Thomas Stubbs, indeque existimat Alfordus expungendum esse Eboracensis Episcopi nomen, & Regis nomen mutandum. Ve-

rum vel Vir doctissimus non bene Capgravium legit, vel forte in hoc Auctore errore Typographi loco, anno MCCLXXXIII. habetur, MCLXXXIII. neque enim Capgravius hæc ignorare potuit, & Opus ejus nunc mihi ad manus non est. Vide dicta anno MCXL. num. XV. & seqq. & Baronium in Appendice ad eum annum. Cæterum si Manricus in Annal. Cisterc. & Mabillonius in brevibus Notis ad Epistolam S. Bernardi in causa Willelmi Eboracensis scriptas, & in Fufiori ad Epistolam ejusdem Sancti CCXXXV. ad Willelmi Sanctitatem, & ad pietatem Henrici Wintoniensis Episcopi Apostolicæ Sedis Legati, qui electionem ejus probavit, Electo manus imposuit, & semper contra adversariorum ictus consecratum defendit, animum diligentius advertissent, non ita pro Sancto Bernardo pugnant, sed eum in Willelmi causa deceptum fuisse, cum Baronio, qui quæcumque contra Sanctum præfulem dixerat, retractavit, ni mea me valde fallit opinio, facti essent.

Ad num. VI. Hoc anno Fridericus Germania Rex in Italiam descendit. Sigonius lib. XII. de Regn. Ital. ait, eum cum Mediolanum accessisset, extra urbem ab Uberto Archiepiscopo Mediolanensi coronatum esse, quod accepit a Galvano Flamma in Chronico Major cap. 258. hæc enim ejus apud Puricellum in Monumentis Ambrosianis num. 400. verba: Interim Marchio Montisferrati, & Papienses, & Cremonenses iverunt in Alamaniam, & Imperatori omnia mala de superbia Mediolanensium dixerunt. At non Marchio Montisferrati, neque ullus Papiensis aut Cremonensis in Almanniam deputatos misere; sed Laudenfes, uti Otto Morena, qui præfens erat, asserit, qui tamen quod Friderico schismatico addictus esset, non raro errat. Ad Fridericum etiam Legatos misere Apulienfes de Rogerii Sicilia Regis crudelitibus quæsturos ut scribit Otto Frisingensis lib. 2. cap. 5. Neque ullum inter Marchionem Montisferrati & Mediolanenses diffidiam erat, sed inter Marchionem & Cairenses, ut affirmat Otto Frisingensis lib. 2. cap. 12. Pergit Galvanus Flamma. Imperator

XII. Frideric. Rex in Italiam venit.

CHRISTI
1154.HADRIANI IV. PAP.
I.FRIDERICI REG. ROM. 3.
MANUELIS IMP. 12.

(a) Ot. in Frid. l. 2. c. 11.

Laudense Chronic.

sis qui aderat, sic narrat: (a) Denique miles per claustra montium transiens, ob difficultatem locorum victui necessaria invenire nequens, dum penuriam magnam (quod in exercitibus molestum esse solet) pateretur, nonnulla sacra loca violarat. Ad hæc, & Brixinorensi necessitudinis excusationem habere viderentur, expianda, Rex in toto exercitu collectam fieri jubet, & sic non modicam coadunatam pecuniam per quosdam religiosos viros duobus Episcopis, Tridentino scilicet, & Brixinorensi remittendam, ac per singula Sanctorum loca, quæ damnatum passa fuerant, dividendam statuit, pulchre communi utilitati consulens, pulchre rectoris officium implens: ut maxima adoratur negotia, ante omnia Rectorem & Plasmatorem omnium, sine quo nihil bene inchoatur, nihil prospere consummatur, placandum, ejusque offensam a populo suo avertendam intenderet. Hæc ipse Otto, qui res bellicas ab Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

XIII. Gesta a Friderico a Scripturibus Mediolan. f. 2. bulis admixta.

diffimulabat omnia hæc talia verba, propter coronam, quam in civitate Mediolani recipere eum oportebat. Sed hoc a veritate alienum; Morena enim tradit, Fridericum palam, aperteque Mediolanensibus adversatum, quod suum Legatum pro negotio Laudensium missum male habuissent.

XIII. Subiungit Galvanus: Imperator per Taurinum transiens, Mediolanum pervenit in millesimo centesimo quinquagesimo quarto, sed hoc etiam falsum, & ab Ottone Frisingensi lib. 2. cap. 11. confutatum, qui de Friderico ait: per Brixinoram, & vallem Tridentinam transiens emensis Alpium angustiis in campestribus Veronensium juxta stagnum Garda castra metatur. Dein capit. 12. Inde castra movens in castro Roncalia super Padum non longe a Placentia mense Novembri resedit. Subdit Galvanus: Attamen civitatem intrare non potuit. Archiepiscopus Ubertus de Pirowano dominandi ambitione succensus, cogitavit privatim cum Imperatore tractare, quomodo posset dominium Comitum Engleria de civitate Mediolani extirpare. Verum falsum hoc tempore Engleria Comitum civitatis Mediolani Dominium habuisse; hæc enim civitas, uti alie Italice, populari Dominio regebatur. Otto Frisingensis lib. 2. cap. 13. de illis verba faciens, inquit: Libertatem tantopere affectant, ut potestatis insolentiam fugiendo Consulatum potius quam imperantium regerentur arbitrio, &c. vixque aliquis nobilis, vel vir magnus tam magno ambitu inveniri queat, qui civitatis sua non sequatur imperium, &c. Inter ceteras civitates Mediolanum Primatum obtinet; & infra de Marchione Montisferrati scribit: Pene solus ex Italia Baronibus civitatum effugere potuit imperium. Ad hæc variae scripturæ apud Puricellum citatum, alios democratiam tunc Mediolani obtinuisse docent: Unde convocans Fulebum de Landriano, Andream de Scabarottiis, Simonem de Curte, Albertum de Gambaris dixit Imperatori, quod Comes Galvanus de Engleria prohibuerat, ne intraret civitatem: Et si volebat facere Archiepiscopum Dominum civitatis, quod illum Comitum traderet in manus ejus. Placuit Imperatori, & Roanpinus Sironus Notarius, &

co in Italia gestas exacte pergit describere, quem consulat qui ista cupit. Extat & Laudense scriptum antiquum Chronicon, hoc anno inchoatum ab auctore temporis hujus Ottone Morena qui præfens aderat, & absolutum ab ejus filio Acerbo Morena de rebus gestis a Friderico Imperatore in Italia usque ad annum Redemptoris millesimum centesimum sexagesimum octavum. Sed quod schismaticæ esset factionis homo, & addictissimus schismatico Imperatori, sæpe altero pede claudicare cognoscitur.

Hoc ipso anno (b) vir Apostolicus sanctitate clarus Wicelinus Episcopus Aldemburgensis, qui in Olfatia atque Wandalia annis triginta Evangelium prædicaverat antequam crearetur Episcopus, uberesque ex suo Apostolatu fructus collegerat, miraculis quoque celebris ex hac vita decessit.

Hoc itidem anno, sexto Kalendas Julii ex hac vita in cælum migrat sanctus L. Lam.

(b) Crant. hist. eccl. Sax. l. 6. c. 36. & sup. c. 12. 13. S. Lamb. obitus.

propter istam prodicionem finaliter civitas Mediolani destructa fuit. Ita Galvanus.

XIV. Refutatur Scriptores Mediolanens. At hæc Mediolani exitii causa commentitia est, juxta enim Galvanum Fridericus urbem non introivit, & præfens illa Archiepiscopi conspiratio in fumum abiit: Engleria Comes traditus non fuit, & nullam post eam Archiepiscopus temporalem potestatem habuit in urbem Mediolanensem, neque aliam ob causam urbi Mediolanensi & Friderico adversatus est, quam ob Victorem Antipapam a Friderico constitutum. Quare cum neuter Morena, nec Calchus, nec Corius nec Sigonius hujus calumnie mentionem faciant, Puricellus num. 432. concludit hæc per calumniam dicta esse, additque; quod item inter alia tam præcisè & luculenter assereretur (a Galvano Flamma) Mediolani Dominium per hæc tempora fuisse penes Galvanum Engleria Comitum istius profecto, quod tanquam unicum fruenda prodicionis (per Archiepiscopum Ubertum) fundamentum supposebatur, Otto & Acerbus Morena (Auctores Historiæ Laudensis) non potuissent non expressam facere mentionem, apud quos tamen ne gry quidem unquam indicatum extat.

XV. Fridericus hoc anno Mediolani coronatus non fuit. Trifanus Calchus plane negat hunc Engleria Comitum unquam dominium Mediolani obtinuisse. Quæ tamen fabula fundamentum est coronationis Friderici in Ecclesia Mediolanensi Sancti Ambrosii; his enim verbis Flamma cap. 251. apud Puricellum num. 410. narrationem suam concludit: Tunc extra civitatem in Ecclesia Sancti Ambrosii fuit Imperator per Ubertum de Pirowano coronatus per manus Comitum Galvanci, idest, Comitum Engleria. Hæc contradictio rifu digna; duabus antea lineis fingitur Archiepiscopum promississe tradere Comitum Friderico inimico capitali, & statim hic Comes ad Fridericum coronandum eligitur cum tamen absurdum sit asserere, Fridericum Comitum manibus per Ubertum coronatum esse. Quare Sigonius & Puricellus, quibus fabulæ a Flamma confictæ de Archiepiscopo Oberto & Comite Engleria notæ fuere, huic coronationi Mediolani peractæ fidem adhibere non debuerunt. Ea quidem in cap. 141. Chronici, cui titulus; Flos florum, legitur, sed cum-

iii.

CHRISTI
1154.

HADRIANI IV. PAP.
I.

FRIDERICI REG. ROM. 3.
MANUELIS IMP. 12.

Lambertus Episcopus Venciensis in Gal-
lia, qui ex monacho Lerinensi ad re-
gimen ejus Ecclesie a Deo vocatus, mi-
ra claruit sanctitate, eademque plurimis
miraculis illustrata. Res ab eo præcla-
re gestæ scriptis mandata sunt ab ejus
æquali, qui complures ex illis ipse
vidit.

VII.
(a) Voil.
Tyr. l. 18.
c. 1. &
18.

Quod ad res pertinet Orientales, hoc
tempore (a) Almaricus Patriarcha An-

PAGIUS

iisdem, quibus apud Galvancum absurditati-
bus, descripta. Falsum itaque Fridericum in
Ecclesia Mediolanensi S. Ambrosii currenti ani-
ni coronatum esse; sed ea coronatio sequenti
tantum anno facta, idque Papæ, ut ibidem
videbimus. Porro nondum hoc anno Medio-
lanenses omnem reverentiam erga Fridericum
exuerant; cum Puricellus laudatus num. 411.
referat permutationem quandam bonorum mo-
nasterii S. Ambrosii factam a Joanne Abbate,
in qua legitur: *Anno Dom. Incarn. MCLIV. quin-
ta die mensis Januarii, indictione secunda, &c.*
Ego Musso Judex ac missus domni Regis interfui
ac rogatus scripsi.

XVI.
Moritur
S. Viceli-
nus Al-
denbur-
gensis E-
pisc.

Ad num. VII. Cum Hartovicus Hamburgensis
Archiepiscopus Sedes Episcopales reedificaf-
set, quas barbaricus furor olim destruxerat,
in Slavia scilicet, Aldenburgensem, Racer-
burgensem, Mikilenburgensem, religio Chri-
stiana in partibus illis valde propagata fuit,
præsertimque per S. Vicelinum Aldenburgensem
Episcopum, qui ut refert Helmoldus in Chron.
Slavorum cap. 79. cum Fridericus in Italiam
pro corona Imperiali accipienda profectus es-
set, diem clausit extremum hoc anno secundo
Idus Decembris, postquam fessisset in Episco-
pato annos quinque. Manserat Vicelinus in
Holsatia annos triginta, & plurimos ad Chri-
stianam fidem adduxerat, ut tam apud Hel-
moldum citatum, quam apud Krantzium lib.
4. Vandaliæ, & alibi legi poterit. Inter mo-
nasteria a Vicelino erecta, fuit Fallera in a-
gro Holsatico posterus Neomonastrerium, & in-
colis, vicinique Neomunster dictum. Sanctus
Thetmarus Presbyter ejus discipulus jam a bien-
nio, anno scilicet MCLII. die XVII. mensis
Maii obierat; sed alter discipulus Helmoldus
Presbyter Bosoviensis Auctor Chronici Slavo-
rum vixit usque ad annum MCLXX. Denique
Henschenius ad diem XVII. mensis Maii va-
ria collegit de S. Thetmaro, & inter alia
hæc ex codice MS. a Continuatore Helmoldi
seculo XV. confecto; Sanctus Vicelinus fuit
in Ecclesia Bremensi Scholasticus, & in The-
ologia disertus, qui multas habuit divinas
revelationes tempore juventutis sue. Hic sem-
per astuabat barbaris Slavis prope Holsatiam
demorantibus fidem Christi predicare. Nam il-
lis diebus in tota terra VVagriorum... fides
Christi nullibi habebatur, & si aliquando habi-
tas fuerit, tamen quasi per octoginta annos, o-
mnes a fide Christi declinarant. Hic Sanctus
Vicelinus vestem religiosam, quam Canonici Bre-
menses cum Regula S. Augustini abiecerant, de-
relinqueret nolens, cum Sancto viro Thetmaro

tiochenus infensus redditur Rainaldo Prin-
cipi Antiocheno, a quo tractatur igno-
miniose nimis: nam in carcerem detrudit-
tur, & capite melle delibato, muscis ex-
ponitur sub ardentissimo sole. Libera-
tur tamen opera Balduini Regis Hiero-
solyorum. Sed ultus est Deus sacrile-
gium, ingenti immissa penuria, tradito-
que eodem Principe in manus hostium.
Sed hæc pluribus Tyrius.

Patriarch.
Antioch.
quanta
passus a
Principe.

Mil.

Cantore Bremensis Ecclesia partes Holsacia adiit.
Subdit, Vicelino villam alias Falderam, &
postea Niemunster dictam datam, quæ capella
quasi prima fuit in tota Holsatia, & mul-
tos Ecclesiasticos, & Clericos se ei in Regula
habitu, & sancta vita copulasse.

Mortuus est etiam in Provincia Sanctus Lam-
bertus Episcopus Venciensis, cujus Vita ab Au-
ctore coævo scripta refertur ab Henschenio ad
diem XXVI. mensis Maii, quod in ea legatur
Sanctum Præfulem VII. Kalendas Junii, seu die
XXVI. mensis Maii, & in eadem Ecclesia se-
pultum esse. Apud Baronium legitur Sanctum
Lambertum VI. Kalendas Julii, seu die XXVI.
mensis Junii ex hac vita in cælum migrasse;
Sed incertum, an dies ille ad mortem refe-
rendus sit vel ad sepulcrum.

XVII.
Obitus S.
Lamberti
Episc.
Venciensis.

San- Marthani in Genealogia Francica con-
jugium Ludovici VII. Franciæ Regis cum Con-
stantia Alphonfi Imperatoris Hispaniarum filia
ad annum MCLII. referunt, nec Scriptores
Hispan. de eo accuratius loquuntur. Verum illud
currenti anno peractum Aurelianus, & ibidem
Constantiam ab Hugone Senonensi Archiep. Re-
ginam inunctam notavit Nangius in Chron. &
cæteri Scriptores Gallici confirmant. Hugo Au-
tistodorensis in Chron. idem prorsus habet ac
Nangius, & Anonymus in Bibliotheca Sancti
Victoris Parisina asseruatus, Tom. IV. Duches-
nii relatus ait, Ludovico Regi Regni sui anno
XXIV. filiam Regis Hispaniæ matrimonio co-
pulatam esse, ubi Regni ejus annos a die quo
primum vivente adhuc patre coronatus fuit,
desumit. Eundem annum signat Vincentius Bel-
lovacensis, sicuti & Auctor Vita Ludovici VII.
cap. 29. Alius Chronologus apud Duchesnium
ibidem pag. 415. & Guillelmus Neubrigenfis
Scriptor Anglicus hoc tempore vivens, hanc
Reginam Constantiam appellant, uti & Anony-
mus coævus, qui exemplar Historiæ Pelagii
Ovetensis in Bibliotheca Mazarina asseruatum
aliquibus illustrationibus auxit: Imperator, in-
quit, duas habuit uxores, primum Berengariam,
&c. duas habuit filias, unam Constantiam no-
mine, qua fuit Regina Francorum, uxor Lu-
dovici Regis.

XVIII.
Ludovicus
VII. Fran-
cia Rex
Constantiam ac-
cipit uxore-
rem.

Hoc circiter tempore Omarus successor Ab-
delmumeni in Imperium Almohadum designatus,
juri suo sponte cessit, quod translatum fuit in
Mahometem filium majorem natu Abdelmume-
ni. Mahometes per aliquot annos de filiis in A-
frica stabiendis cogitavit, & Magnatibus e secta
Almohadum solerter a supremo Dominio re-
motis, illud filiis tradidit.

XIX.
Gesta in-
ter Sara-
cenos.

JESU CHRISTI
ANNUS
1155.

HADRIANI PAP. IV. FRIDERICI IMP. I.
ANNUS MANUELIS IMP. 13.

I.
Hadrian.
Pap. co-
ronat
Frider.
Imp.

Millesimus centesimus quinquagesi-
mus quintus annus salutis agitur,
Indictione tertia, quo Fridericus Impe-
rator coronatur ab Hadriano Papa Ro-
mæ in basilica sancti Petri, decimoquar-
to Kalendas Julii. Sed quæ ista præces-
serunt, & tractata sunt inter ipsum &
Hadrianum Papam, sunt exacte descri-
benda: atque primum quæ Romæ sunt
gesta, ex dicto sæpe Vaticano codice,
in quo ejusdem Hadriani Papæ res sunt
consignatæ, prodamus in lucem. Quæ
autem a Romanis Arnaldistis iterum in
Urbe bellum civile milcentibus, atque
ipso Arnaldo, qui tempore Eugenii (ut
vidimus) sese turbulentus infudit in Ur-
bem, & sub Hadriano quoque idem re-
petiit, sunt perpetrata, ibi ita narrantur:

Arnaldus
hæresiar-
cha denuo
turbat
urbem.

In diebus (inquit auctor) illis, Ha-
driani Papæ scilicet, Arnaldus Brixien-
sis hæreticus Urbem intrare præsumpse-
rat, & erroris sui venena disseminans,
mentes a simplicissima veritatis via sub-
vertente conabatur: pro cujus expulsionem
supradicti Eugenius & Anastasius Roma-
ni Pontifices plurimum laboraverunt, sed
favore & potentia quorundam perverso-
rum civium, & maxime Senatorum, qui
tunc ad regimen a populo fuerant insti-
tuti, antedictus hæreticus munitus & tu-
tus contra inhibitionem Hadriani Papæ
in eadem Civitate procaciter morabatur,
atque ipsi Hadriano, cæterisque Patribus
insidiari cœpit, & publice atque atrociter
adversari.

II.
Ob Card.
vulnera-
tum urbs
subiicitur
interdicto

Venerabilem namque virum donnum Ge-
rardum presbyterum Cardinalem tituli
sanctæ Pudentiæ ad præsentiam ipsius
Pontificis euntem, quidam ex ipsis hære-
ticis ausu temerario in Via sacra invadere
præsumperunt, & ad interitum vulne-
raverunt. Quapropter Pontifex ipse ci-
vitatem Romanam interdicto supposuit, &
usque ad quartam feriam majoris hebdo-
madæ universa Civitas a divinis cessavit
officiis. Tunc vero præfati Senato-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

res compulsi a Clero & populo Romano
acceserunt ad præsentiam ejusdem Ponti-
ficis, & ad ipsius mandatum, supra san-
cta quatuor Evangelia juraverunt, quod
prædictum Arnaldum hæreticum, & alios
ipsius sectatores de tota Urbe Romana &
ejus finibus expellerent, nisi ad manda-
tum & obedientiam ipsius Papæ redirent.
Sic itaque ipsis ejectis, & civitate ab
interdicto absoluta, repleti sunt omnes
gaudio magno, laudantes Dominum pa-
riter & benedicentes.

In crastinum autem, videlicet in die
Cœnæ Domini, concurrentes undique de
more ad animæ peccatorum remissionis gra-
tiam percipiendam, & ex peregrinis ve-
nit ad gloriosam Civitatem maxima popu-
lorum multitudo: cum idem gloriosus Pon-
tifex cum fratribus suis Episcopis &
Cardinalibus, ac procerum immensa tur-
ba de civitate Leonina, ubi a tempore
ordinationis suæ fuerat commoratus, cum
honorificentia magna exiit, & transiens
per mediam Civitatem universo sibi popu-
lo congaudente, ad Lateranense palatium
cum jucunditate pervenit, ibique die ipso
& sequenti, sexta feria, & Sabbato san-
cto, Pascha quoque, ac secunda, tertia,
& quarta feria divina mysteria solemniter
celebravit, atque in Lateranensi pa-
latio secundum antiquam consuetudinem Pa-
scha cum discipulis suis festivè comedit.
Celebrato itaque cum lætitia festo, sin-
guli ad propria cum gaudio redierunt.
Hæc ibi auctor præfens asserens (quis-
quis fuerit) illorum temporum scriptor
Anonymus.

Romani
reconci-
liati Ha-
driano
Pap.

Inter hæc autem Hadrianus Papa no-
vum Regem Siciliæ Willelmum solemniter
excommunicatione percellit. Quæ
nam ejus culpa præcesserit, ita in eisdem
Hadriani Papæ rebus gestis narratum in-
venimus: *Eo tempore Willelmus Rex,
Siciliæ contra matrem & dominam suam
sacro sanctam Romanam Ecclesiam procaci-
ter cornua erexit, & congregato exerci-
tu,*

III.
Willelm.
Rex Sici-
liæ ex-
communi-
catur.

PAGIUS
SÆC.
XII.
Anno Eræ
Hispan.
MCCXIII.
Anno He-
brææ
DL-
inchoato
die 4.
Martii
fer. 4.
A.C. 1155
I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6648.
Ⓞ 16. B. Ⓜ 16. P. 27. Mart. Indiſt. 3.
JESU CHRISTI 1155.
HADRIANI IV. PAPÆ 2.
FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 4. IMP. 1.
MANUELIS COMNENI IMP. 13.

Num. I. ad XXI. Fridericus Germaniæ
Rex decimo quarto Kal. Julii Romæ coro-
natus est Imperator, ut fusc narrat Baronius

ex Ottone Frisingensi in Frideric. lib. 2. cap. Fridericus
22. & ex Codice MS. Biblioth. Vaticanæ. Sed Longobar-
dia Rex
cum nihil habeat de priori ejus coronatione in Re-
gem Longobardiæ hoc anno Papæ facta, hic
Annales ejus supplebimus. Otto Frisingensis
citatus cap. 12. affirmat, Fridericum, cum Ron-
caliæ esset, duos secum Consules Mediolanen-
ses habuisse Obertum de Orto & Gerardum Ni-
grum, & cap. 13. de Friderico ait: *Indigna-
tione motus, jussu primo ut ad propria redirent
Consulibus, in Mediolanenses arma convertit.*
Tum cap. 14. refert equitatum Friderici quin-
gentos equites Mediolanenses vicisse, & Ro-
fatum occupasse; Mediolanenses vero timore per-
culsos Gerardum Consulem ad Fridericum mi-
sisse, sed Princeps hujus rei nihil pensi habens
ad Ticinum usque annum procedit. Quare ve-
rum

tu, terram beati Petri fecit hostiliter in-
vadi. Beneventanam itaque civitatem ali-
quando ejus exercitus obsedit, & bur-
gos ejus incendit. Deinde fines Campa-
niæ violenter ingrediens, Villam cepit,
& castrum Babucum, aliaque immunita
loca nihilominus expugnavit. Post has er-
go & alias offensas prædictus Hadria-
nus Papa Petri gladium exerens, ipsum
Regem excommunicationis gladio percussit.
Habet vetus Chronicon monasterii Fossæ
novæ in Latio, hoc anno per exercitum
ejusdem Regis crematum Ceperanum.
Kal. Junii, tertio Nonas ejusdem incen-
sum Babucum, indeque Frusinonem, &
xii. Kal. Septembris combustum oppidum
Arcis.

Interea Fridericus Teutonicorum Rex
magno cum exercitu Longobardiam intra-
vit, & civitatem Terdonensem diu obsi-
dit: qua subjugata, celeriter properabat
ad Urbem, & tanta festinantia, ut me-
rito credi posset magis hostis accedere,
quam patronus. Ita codex Vaticanus,
in quo descripta sunt Acta Hadriani Pa-
pæ, ubi & quæ sequuntur:

IV.
Frideric.
in Urbem
adventat.

Hoc igitur cognito, Hadrianus Papa,
qui apud Viterbium residebat, delibera-
to cum fratribus suis & Petro Urbis Præ-
fecto, atque Ottone Frangipane consilio
misit et obviam Jacobum tituli sanctorum
Joannis & Pauli, & Gerardum tituli S.
Pudentianæ presbyteros, & Gregorium
diaconum S. Mariæ in porticu Cardina-
les, quibus & certa capitula dedit, &
formam præfixit, qualiter cum ipso pro
Ecclesiâ deberent componere. Qui acce-
pto mandato, cum festinatione profici-
entes, eum apud S. Quiricum invenerunt,
& accedentes ad ipsum, ab eo honorifi-
ce sunt recepti, & in tentorium deducti.
Post salutationem vero litteras ei Apo-
stolicas porrexerunt, atque domini Papæ
exposuerunt mandata.

Arnaldus
heresiar-
cha in
manus
Pontifi-
cis venit.

In quibus continebatur inter cætera,
ut redderet eisdem Cardinalibus Arnal-
dum hæreticum (in manus enim ipsius
devenerat) quem Vicecomites Campaniæ
abstulerant a magistro Gerardo Cardina-
li diacono S. Nicolai apud Otriculos, u-
bi eum ceperat, quem tamquam prophetam
in terra sua cum omni honore habebant.
Rex vero auditis domini Papæ manda-
tis, continuo missis apparitoribus, cepit

PAGIUS

rum non est, uti jam anno elapso diximus.
Fridericum Mediolani moratum, ut ibi corona-
retur. Addit Otto Frisingensis: facta est hæc
victoria mense Decembri, Nataleque Domini ce-
lebratur, anno scilicet superiori. Postea cap.
15. ait Fridericum post Ticinum amnem tra-
jectum, Vercellas, & inde Taurinum proce-
sisse, ac Haslam & Cairam evertisse. Dein cap.
16. 17. 18. & 19. narrat obsidionem & depra-
dationem Dertonæ, quæ hoc anno destructa
fuit, ut legitur cap. 20. tertia post Pascha heb-

unum de Vicecomitibus, aliisque valde
perterritis, eumdem hæreticum in manus
Cardinalium statim restituit. Quid au-
tem post factum de Arnaldo, ex Otto-
ne Frisingensi illud constat, eumdem de-
venisse in manus Petri Urbis præfecti,
ipsumque ab eo dignum in Urbe acce-
pisse supplicium; ait enim: (a) Hæc
& his similia cum multis diebus, idest
a morte Cælestini usque ad hæc Hadria-
ni scilicet Papæ incessanter & irreveren-
ter ab Arnaldo agerentur tempora, cum-
que sententia pastorum juste in eum & ca-
nonice prolata, ejus judicio tamquam o-
mnino auctoritatis vacua contemneretur:
tandem in manus quorundam incidens in
Tusciam finibus captus, Principis exami-
ni, Friderici scilicet, reservatus est.
Et ad ultimum a Præfecto Urbis ligno ad-
actus, ac rogo in pulverem redacto
funere, ne a stolta plebe corpus ejus ve-
nerationi haberetur, cinis in Tiberim spar-
sus est. Hic finis nefandissimi hæresiarchæ
Urbis & Orbis perturbatoris, quem &
hisce (b) carminibus Ligurinus cecinit
vates:

(a) Otto.
Fri. in
Frid. li. 2.
c. 20.

* cadave-
re

(b) Lig. in
Fride.
lib. 3.
Arnaldi
finis de-
cantatus.

Unde etiam tandem (neque enim reor
esse silendum)

Ne de funesto repetatur postea sermo,
Judicio Cleri, nostro sub Principe vi-
ctus,

Appensusque Cruci, flammaque creman-
te solutus

In cineres, Tiberine, tuas est sparsus
in undas,

Ne stolidæ plebis quem fecerat impro-
bus error,

Martyris ossa nova cineresve foveret
honore.

Hæc ipse. Pergunt autem Hadriani Acta:

Cæterum ante adventum ipsorum Car-
dinalium idem Rex miserat Arnoldum Co-
loniensem, & Anselmum Ravennensem
Archiepiscopos ad præsentiam prædicti
Pontificis, ut de ipsius coronatione cum
eo tractarent, & de aliis insinuat conve-
nirent. Ideo responsum Cardinalibus da-
re non potuit, nisi prius Archiepiscopos
quos miserat, recepisset. Pontifex autem,
qui propter nimium suspectum Imperato-
ris adductus, ad Urbevitanam civitatem
natura loci munitissimam transire, & il-
lic

V.

domada, mense Aprilis. Tum eodem capite:
Peracta victoria Rex a Papiensibus ea domini-
ca, qua Jubilare canitur, in Ecclesia S. Mi-
chaelis, ubi antiquum Regum Longobardorum
Palatium fuit, coronatur, ideoque die decima
mensis Aprilis præsentis anni, & quidem a Pe-
tro Toscano Episcopo Sanctæ Sedi immediate
subdito, qui Pallio a Pontificibus Romanis or-
natus fuerat.

Spelta in Historia Episcoporum Papiensium
refert Rescripta Pontificum Romanorum, qui a
NON

lic Imperatorem disposuerat expectare:
pro repentino & inopinato ejus adventu,
in majorem suspicionem cecidit. Sed cum
ad locum illum tutissimum jam secure non
posset transire, ad civitatem Castella-
nam festinanter ascendit, æque præsidium
inexpugnabile. Ubi, si de persona ejus
Rex male cogitasset, iram illius secure
declinaret, & iniquos illius cogitatus
facile posset eludere. Archiepiscopi secu-
ti sunt eum, exponentes bonam regis vo-
luntatem, quam erga eum & totam Ro-
manam Ecclesiam habebat, & alia quæ
erant ipsis imposta, nihilominus osten-
dentes. Quibus Pontifex de consilio fra-
trum suorum dixit: Nisi prius recepero
fratres meos Cardinales, quos ad Re-
gem delegavi, nullum responsum vobis
dabo.

VI.
Ostavianus
Card.
perturba-
tor argui-
tur.

Cardinales Legati eodem modo a Fri-
derico dimissi, & Archiepiscopi a Pon-
tifice infecto negotio redeuntibus obvia-
verunt sibi, dicentes ad invicem quod pro-
pter eorum absentiam responsum ab utra-
que parte dilatum fuerat. Ideoque habito
inter se deliberationis consilio, simul ve-
nerunt ad præsentiam Regis in campo
Viterbiensi, ubi Rex castra posuerat.
Venerat autem ad eum Ostavianus tituli
S. Cecilie presbyter Cardinalis, non
missus a Pontifice, sed dimissus, jam-
purans seditionem ex schismaticis. Post-
quam vero dicti Cardinales intraverunt
ad Regem, ut haberetur consilium super
eorum legatione de satisfaciendo mandato
Romani Pontificis: idem Ostavianus quod
hauerat virus vomere cepit, & pacem
turbare: sed brevi oratione valide re-
pressus est a fratribus Cardinalibus, &
sicut dignus erat, multa est confusione re-
spersus. Erat hic Romanus, genere no-
bili, nempe ex Tufculanorum Comitum
progenie oriundus, alter Judas, utpo-
te qui in Pontificem, ipsamque Roma-
nam Ecclesiam, & collegium Cardina-
lium semper, cum potuit, aliquid mo-
liri conatus est, ut quæ dicentur infe-
rius, manifestius declarabunt. Quæ au-
tem hæc sint secuta, ita eadem Acta si-
gnificant:

VII.
A Fride-
rico præ-
stitum
juramen-
tum fide-
litas Pa-
pæ.

Tandem adversario confutato, & salu-
bri consilio comprobato, Rex omnium pro-
cerum, & militum suorum Curiam maxi-
mam congregavit, & in præsentia eo-
rumdem Cardinalium allata sunt sacra
pignora, Crux & Evangelia, super quæ

PAGIUS
Non vero
superiori.

non multis annis horum Episcoporum Privile-
gia confirmarant, ut etiam videre est apud
Ughellum Tom. I. Italiæ Sacræ. Quare plane
falsum est, Fridericum anno superiori in Ec-
clesia Mediolanensi Sancti Ambrosii ab Oberto
coronatum esse, & tam Sigonius lib. XII. Hist.
de Reg. Ital. quam Puricellus in Monument.
Eccles. Ambrosii aliquam veritatis speciem in fa-
bulis a Galvanco Flamma, & Auctore Chroni-

nobilis quidam miles de cæteris electus,
cum juratus & tertio jurare jussus esset
in animam suam, & ejusdem Regis; jura-
vit vitam & membra non auferre, sed con-
servare Papæ Hadriano, & Cardinalibus
ejus omnia sibi debita jura, nec malam
captionem facere, nec honorem, nec bo-
na sua auferre ab eis, nec auferre permit-
tere. Sed si & quis inferre vellet, omni-
mode prohibere, & contradicere. Post il-
latam vero injuriam pro posse suo & abdi-
care facere & emendare, atque conserva-
re. Hoc itaque juramento (sicut dictum
est) & a Rege præstito, & a Cardinalibus
ipsis cum alacritate recepto, accepta li-
centia, concito gradu Cardinales sunt
reversi ad summum Pontificem, universa
quæ fecerat sibi & fratribus suis, cum
diligentia referentes. Placuit ergo sum-
mo Pontifici & ejus collateralibus, quod
talis securitas ei a Rege data, & per
consilium Principum suorum firmiter est
roborata. Ideoque omni mala suspitione
sublata de medio, regie petitioni de im-
ponenda ipsi Imperii corona benigne an-
nuit, & ut se invicem viderent, lo-
cus congruus, & dies certus ab utraque
parte statutus est.

VIII.
Occursus
Pontificis
cum Rege.

Perrexit igitur Rex cum exercitu suo
in territorium Sutrinum, & castrametatus
est in Campo Crasto: Pontifex au-
tem civitatem Nepefinam descendit. Et
secundo die, occurrentibus multis Teu-
tonicorum Principibus complurima laico-
rum & clericorum multitudine ad sepe-
dictum Regem cum Episcopis & Cardi-
nalibus usque ad ipsum tentorium cum
jucunditate est deductus. Cum autem
Rex de more eidem Papæ officium stra-
toris non exhiberet, Cardinales turbati
& valde perterriti, abierunt retrorsum
& in prædictam civitatem Castellanam
se receperunt, relicto Pontifice in terri-
torio Regis. Quocirca dominus Papa tur-
batus, & quid sibi foret agendum, in-
certus, licet tristis, descendit, & in-
preparato sibi faldistorio sedit. Tunc Rex
ad ejus vestigia prociudit, & deosculatis
pedibus, ad pacis osculum accedere vo-
luit: cui idem Pontifex protinus locutus
est in ista verba:

Quandoquidem tu mihi illum consuetum
& debitum honorem subtraxisti, quem
prædecessores tui Orthodoxi Imperatores
pro Apostolorum Petri & Pauli reveren-
tia prædecessoribus nostris Romanis Pon-
ti-

Ut Reges
& Impera-
tores
Romani
inserviant
Papæ.

ci, cui titulus, Flos florum, aliisque Chrono-
graphis publicatis, male quaesire.

Guntherus Poeta Ligurinus lib. 3. & 4. utram-
que Friderici coronationem describit, & de ea,
quæ die X. mensis Aprilis Papiæ peracta, canit:

III.
Fridericus
Roma Im-
perator co-
ronatur.

Comiter exceptum Sancti Michaelis ad adam,
Qua veterum fulgent antiqua Palatia Regum,
Producunt, nitidumque caput gemmante corona
Cin-

CHRISTI
1155.HADRIANI IV. PAP.
I.FRIDERICI IMP. I.
MANUELIS IMP. 13.

ificibus exhibere usque ad hanc tempora consueverunt: donec mihi satisfacias, ego te ad pacis osculum non recipiam. Rex autem respondit, & dixit; se hoc facere non debere. Ea propter, remanente ibidem exercitu, totus sequens dies sub istius rei varia colloctione decurrit. Tandem requisitis antiquioribus Principibus, qui cum Rege Lothario ad Papam Innocentium venerant, & prisca consuetudine diligenter investigata: ex relatione illorum, & veteribus monumentis iudicio Principum decretum est, & communi favore totius regalis Curiae roboratum, quod idem Rex pro Apostolorum praedictorum reverentia praedicto Papa Hadriano exhiberet stratoris officium, & ejus streguam, suppedaneum scilicet, teneret ad conscendendum in equum.

Rex implet munus stratoris.

Alia igitur die Regis mota sunt castra, & in territorium Nepeatinum juxta locum, qui dicitur Tabula, fuerunt translata, sicut a Principibus fuerat ordinatum. Rex Fridericus praecessit aliquantulum, & appropinquante domino Papa tentorio Regis, per aliam viam transiens descendit, & occurrens Rex ei, quantum est iactus lapidis, in conspectu exercitus officium stratoris cum iucunditate implevit & streguam fortiter tenuit. Tum vero Pontifex eundem Regem ad pacis osculum primo recepit. Hactenus Acta de rebus extra Urbem effectis. Ita quidem obsequentem se in omnibus pie sancteque praebuit Pontifici Fridericus, ne praetermittamus in eo quae sunt laudanda laudare, sicut & consuevimus detestari in eodem, quae abhorrent a pietate.

IX. De legatione a Rom. missa. (a) Ott. Fri. lib. 2. c. 21.

Jam vero Romanorum Arnaldistarum legationem ad eundem Fridericum Regem tunc allatam audiamus, referente eam Ottone Episcopo Frisingensi, qui ait: (a) At Romanorum cives de principis adventu cognoscentes, praetentandum spiritus animum legatione adjudicant. Ordinatis ergo Legatis industriis & litteratis, qui eum inter Satrium & Romam adirent, accepto prius de securitate viatico, sicque praesentatis regalis excellentiae Consistorio viris, taliter adorsunt:

PAGIUS Cingitur, & scepro decoratur dextera sacro.

Tum lib. 4. de ea, quae hoc anno Romae facta, & a Baronio accurate narrata, ait:

Hos Regi titulos hoc clari nomen honoris, Quartus ab ingressu regnorum contulit annus, Plusque fere medio juvenum se mensis agebat, Ut quarto decimo prodiret Julius ortu, Postea gemmiferam lata cervice coronam. Ipse ferens, insedit equo, &c.

Anonymus Casinensis hoc anno de ea habet: Exercitus Regis Sicilia cum Ascentino Cansel-

Oratio legatorum Romano-Rom.

Urbis Legati nos, Urbis non parvum momentum, Rex optime, ad tuam a Senatu populoque Romano destinati sumus excellentiam. Audi serena mente, benignis auribus, quae tibi ab alma Orbis domina deferuntur Urbe, cujus in proximo, adjuvante Deo, futurus es Princeps Imperator & dominus. Pacificus si venisti, immo quia (ut arbitror) venisti, gaudeo. Orbis Imperium affectas, coronam praebitura gratanter assurgo, jocanter occurro. Cur enim suum visitaturus populum non pacifice adveniret, non gloriosa munificentia respiceret, qui indebitum clericorum excussurus jugum, ipsius magna ac diutina expectatione praestolatus est adventum? Revertantur opto, pristina tempora; redeant rogo, inclytæ Urbis privilegia: Orbis Urbs sub hoc Principe recipiat gubernacula; refranetur hoc Imperatore, ac ad Urbis reducatur monarchiam Orbis insolentia. Tali rector Augusti sicut nomine, sic induatur & gloria.

X.

Scis quod Urbs Roma ex Senatoria dignitatis sapientia, ac Equestris ordinis virtute ac disciplina a mari usque ad mare palmites extendens, non solum ad terminos Orbis dilatavit, quin etiam insulas extra Orbem positas O bi adiciens, principatus illic propagines propagavit. Non illos procellosi fluctus aquorum, non hos scopulosa & inaccessibiles rupes Alpium tueri poterant: Romana virius indomita cuncta perdomuit. Sed exigentibus peccatis, longe positus a nobis Principibus nostris, nobili illo antiquitatis insigni (Senatum loquor) ex inerti quorundam desidia neglectui dato, dormitante prudentia, vires quoque minui necesse fuit. Assurrexit tua ac diva Reipublica profuturum gloriae ad sacrosanctum Urbis Senatuum, Equestreque ordinem instaurandum, quatenus hujus consiliis, illius armis, Rom. Imp. tuaque persone antiqua redeat magnificentia. Numquid hoc placere non debet tuae nobilitati? Nonne etiam remunerabile iudicabitur tam insigni facinus, tamque tuae competens auctoritati? Audi ergo Princeps patienter & clementer pauca de tua ac de mea iustitia, prius

lario Campaniam ingreditur, & combussit Ceperanum, & Babucum & loca vicina (bellam enim inter Hadrianum IV. Papam & Guillelmum Siciliae Regem ardebat, ut statim visurum deinde rediens mania Aquini & Pontecurvi, & aliorum oppidorum dirui fecit, & omnes Monachos de Ecclesia (Casinensi scilicet, quae vox in editione Caracioli omissa, legitur in MS. ut asserit Peregrinus in Notis ad Chronicon Anonymi Casinensis pag. 132.) Foras expelli, exceptis duodecim. Imperator Teutonicus (sc. Fridericus) Romam venit, & clam coronatus (quia non minus ei quam Pontifici Romani adversabantur) recessit.

CHRISTI
1155.HADRIANI IV. PAP.
I.FRIDERICI IMP. I.
MANUELIS IMP. 13.

prius autem de tua quam de mea; etenim ab Jove principium. Hospes eras, civem feci: advena fuisti, ex trasalpinis partibus Principem constitui. Quod meum iure fuit, tibi dedi. Debes itaque primo ad observandas meas bonas consuetudines, legesque antiquas mihi ab intercessoribus tuis Imperatoribus idoneis instrumentis firmatas, ne barbarorum violentur rabie securitatem praebere, officialibus meis, a quibus tibi in Capitalio acclamandum erit, usque ad quinque millia librarum expensam dare, injuriam a Republica etiam usque ad effusionem sanguinis propellere, & haec omnia privilegiis munire sacramentum interpositione propria manu confirmare.

XI. Quid Fridericus ad Legatos Romanos missos.

Ad haec Rex tam superbo quam inusitato orationis tenore iusta indignatione inflammatus, cursum verborum illorum de sua Reipublica ac Imperii iustitia, more Italico longa continuatione, periodorumque circuitibus sermonem producturum, interrupit, & cum corporis modestia, orisque venustate regalem servans animum, ex improviso non improvise respondit:

Multa de Romanorum sapientia seu fortitudine hactenus audivimus, magis tamen de sapientia. Quare satis mirari non possumus, quod verba vestra plus arrogantiae tumore insipida, quam sane sapientiae condita sentimus. Antiquam tuae propositi Urbis nobilitatem, diva tuae Reipublicae veterem statum ad sidera sustollis. Agnosco, agnosco, ut & tui Scriptoris verbis utar, fuit, fuit quondam in hac Republica virtus; quondam dico, atque o utinam tam veraciter, quam libenter, nunc dicere possemus. Sensit Roma tua, immo & nostra vicissitudines rerum: sola evadere non potuit aeterna lege ab Auctore omnium sancitam cunctis sub lunari globo degentibus sortem. Quid dicam? Clarum est, qualiter primo nobilitatis tuae robur ab hac nostra Urbe translatum sit ad Orientis urbem regiam, & per annorum curricula ubera deliciarum tuarum Graeculus esuriens suxerit. Supervenit Francus, vere nomine & renobilis, eamque quae adhuc in te residua fuit, ingenustatem fortiter eripuit. Vis cognoscere antiquam tuae Romae gloriam, Senatoriae dignitatis gravitatem, tabernaculorum dispositionem, Equestris ordinis virtutem & disciplinam, ad confictum procedentis intemeratam ac indomitam audaciam? Nostram intueri Reipublicam, penes nos cuncta haec sunt. Ad nos simul omnia haec cum Imperio dimanarunt. Non cessit nobis nudum Imperium: virtute sua amictum venit, ornamenta sua secum traxit. Penes nos sunt Consoles tui, penes nos est Senatus tuus, penes nos est miles tuus. Proceres Francorum ipsi te consilio regere, Equites Fran-

corum ipsi tuam ferro injuriam propellere debebunt.

XII.

Gloriaris me per te vocatum esse: me per te primo civem, post Principem factum: quod tuum erat a te suscepisse. Quae dictis novitas, quam ratione absona, quam veritate vacua sit, aestimationi tuae prudentumque relinquatur arbitrio. Revolvamus modernorum Imperatorum gesta, si non divi nostri Principes Carolus & Otto nullius beneficio traditam, sed virtute expugnatam, Graecis seu Longobardis Urbem cum Italia eriperint, Francorumque apposuerint terminis. Docent haec Desiderius & Berengarius tyranni tui, in quibus gloriabaris, quibus tamquam Principibus innitebaris. Eos a Francis nostris non solum subactos & captos fuisse, sed & in servitute ipsorum consensuisse, vitam fuisse, vera relatione didicimus. Cineres ipsorum apud nos recoditi evidentissimum hujus rei repraesentant indicium. Sed dicis: Vocatione mea venisti. Fateor, vocatus fui. Redde causam, quare vocatus fuerim. Ab hostibus pulsabaris; nec propria manu, Graecorumve mollitie liberari poteras: Francorum virtus invitatione adscita est. Implorationem potius quam vocationem hanc dixerim. Implorasti misera felicem, debilis fortem, invalida validum, anxia securum. Eo tenore vocatus (si vocatio dicenda est) veni. Principem tuum militem meum feci, teque deinceps usque in praesentiarum in meam ditionem transfudi. Legitimus possessor sum: eripiat quis si potest, clavam de manu Herculis. Siculus, in quo confidis, forte haec faciet? Ad priora respiciat exempla. Nondum facta est Francorum sive Teutonicorum manus invalida: Deo largiente, vitaeque comite, & ipse temeritatis suae quandoque capere poterit experimenta.

XIII.

Iustitiam tuam quam tibi debeam, exquiris. Taceo quod Principem populo, non populum Principi leges praescribere oporteat. Praetermitto, quod quilibet possessor possessionem suam ingressurus, nullum conditionis praesudicium pati debeat. Ratione contendamus. Proponis (ut mihi videtur) trium sacramentorum exactiorem. De singulis respondeo. Dicis me debere jurare, ut leges antecessorum meorum Imperatorum eorum privilegis tibi firmatas, & bonas consuetudines tuas observem. Apponis etiam, quod patria usque ad periculum capitis tuitionem iurem. Ad ista duo simul respondeo: Ea quae postulas, aut iusta sunt, aut iniusta. Si iniusta sunt, nec tuum erit postulare, nec meam concedere: si iusta, recognosco me haec & debendo velle, & volendo debere. Quare superfluum erit voluntario debito, & debita voluntati sacramentum apponere. Quomodo enim tibi tuam

am iustitiam infringere, qui quibuslibet infamis, etiam quod suum est, servare cupio? Quomodo patriam & precipue Imperii mei sedem usque ad periculum capitis non defenderem, qui & ipsius terminos non sine ejusdem periculi aestimatione (quantum est in me) restaurare cogitaverim? Experta est hoc Dania, nuper subacta, Romanoque reddita Orbi, & fortasse plures provinciae, pluraque sensissent regna, si praesens negotium non impedisset.

XIV. Ad tertium venio capitulum. Affirmas pro pecunia quadam juramentum praebere a mea debere persona. Proh nefas! A tuo, Roma, exigit Principe, quod quilibet lixa potius petere deberet ab institor. A captivis haec penes non exiguntur. Num in captivitate detineor? Num vinculis hostium urgeor? Nonne multo & forti stipatus milite inclutus sedeo? Cogit Princeps Romanus contra suam voluntatem cujuslibet praebitor esse, non largitor? Regaliter & magnifice haec mea cui libuit, & quantum decuit, & praecipue bene de me meritis dare consuevi. Sicut enim a minoribus debitum rite expetitur obsequium, sic a majoribus meritum jusse rependitur beneficium. Hunc quem alibi a divitis parentibus meis acceptum servavi morem, civibus cur negarem, Urbemque meo introitu letam non facerem? sed merito non justa iniuste petenti cuncta iuste negantur. Haec dicens, & non sine condigna mentis indignatione orationem terminans conticuit.

XV. Redeunt Legati Romanor. in Urbem

Porro quibusdam ex circumstantibus inquirentibus ab his qui missi fuerant, an plura dicere vellent: paulisper deliberantes, in dolo responderunt, se prius ea quae audierant, conviciis suis referre, & tunc demum ex consilio ad Principem redire velle. Sic accepto comitatu, a Curia egredientes ad Urbem cum festinatione reveruntur. Rex dolum praesentis consulendum super hoc negotio patrem suum Rom. Pont. decernit. Cui ille: Rom. plebis, fili, adhuc melius experieris versutiam. Cognosces enim in dolo eos venisse, & in dolo redisse, sed Dei nos adjuvante clementia dicentis: (a) Comprebendam sapientia in astutia sua, praevenerim eorum poterimus versutas insidias. Maturato igitur praemittantur fortes & gnari de exercitu juvenes, qui Ecclesiam beati Petri Leoninamque occupent castrum. In praesidiis equites nostri ibi sunt, qui eos cognita voluntate nostra, statim admittent. Praeterea Octavianum Cardinalem presbyterum, qui de nobilissimo Romanorum descendit sanguine, fidelissimum tuum eis adjungemus. Sicque factum est. Eliguntur proxima nocte pene usque ad mille armatorum equitum lectissimi juvenes, summoque diluculo Leoninam in-

trantes Urbem, Ecclesiam beati Petri, vestibulum, & gradus occupaturi observant. Redeunt ad castra nuntii, haec laeta reportantes. Hucusque Otto. In (b) literis ipsius Friderici ad eundem Octonem de rebus a se gestis haec adiciuntur: Octaviano Cardinale conducente, maxima pars militiae nostrae nocte per portam parvulam juxta S. Petrum intravit, & sic monasterium S. Petri praecipue occupavit. Inde Otto caetera de Imperatoris coronatione summam perstrinxit, quae paulo latius in Actis ipsius Hadriani Papae ita narrantur:

(b) Apud Ot. ante l. 1. de reb. gestis Frid. Imp.

Post haec autem versus Urbem simul procedentes, pro eo quod ab eis populus Romanus discordabat (licet munitionem beati Petri in potestate sua Pontifex detineret) placuit tamen, ut in manu valida civitatem Leoninam Rex intraret. Postis igitur extemplo castris, & deliberato festinanter consilio, atque dispositis quae ad coronationem opus erant: eadem die ante horam tertiam Rex ad gradus sancti Petri armatorum maxima multitudo stipatus accessit: ibique depositis vestibus, quas gerebat, solemniori se habitu induit, & ad Ecclesiam beatae Mariae in Turri, in qua eum ante altare Pontifex expectabat, profectus est. Et manus imponens, consuetam professionem & plenariam securitatem (secundum quod in Ordine continetur) publice exhibuit ipsi Pontifici. Relicto ibidem Rege Pontifex ad altare beati Petri conscendit. Cujus vestigia Rex cum processione subsequens ad altare per portas argenteas orationem intra Ecclesiam in Rota porphyretica super eundem Regem dixit primus Episcopus Cardinalis, alius ex Episcopis dixit aliam, tertiam vero tertius Episcopus dixit, & unctioem ante confessionem beati Petri nihilominus contulit.

XVI. Hadrian. cum Friderico Romam venit.

Missaque incepta, & Graduali post Epistolam decantato, Rex ad Pontificem coronandus accessit, & praesentatis Imperialibus signis, gladium, sceptrum, atque Imperii coronam de manibus ejusdem Papae suscepit. Quo facto, statim tam vehemens, & fortis Theutonicorum clamantium in vocem laudis, & laetitia vox emissa concrepuit, ut terribile tonitruum de caelo crederetur cecidisse. Tempus autem coronationis Friderici Otto Frisingensis ita consignat: (c) Cum benedictione debita imperii coronam accepit anno regni sui quarto, mense Junio, xiv. Kalendas Julii, cunctis qui aderant, acclamantibus, Deumque super tam glorioso facto glorificantibus. Amplius his vero ipse Fridericus in epistola ad Ottonem de rebus a se gestis haec habet de die: Missa celebrata ad altare sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in honore S. Mariae Virginis, quia Sabbatum erat

XVII. Frideric. coronam accipit.

(c) Ot. in Frid. l. 2. c. 22.

erat, benedictionem coronae Romani Imperii largiter super caput nostrum effudit. Haec ipse. Pergunt Acta: His igitur ante horam nonam in pace & tranquillitate peractis: populus Romanus, qui clausis portis apud castrum Crescentii residebat armatus, ignorans quae facta fuerunt, sine consilio & deliberatione majorum, ad civitatem Leoninam paulatim ascendit, & eorum qui remanserant in porticu, spoliis violenter detractis, omnes quos reperit usque ad Imperatoris castra persequendo fugavit.

XVIII. Praelium inter Romanos & German.

Invalentibus autem clamoribus, eorumdemque resonante inopinato tumultu, Teutonicorum exercitus ad arma velociter convolvit: strictis mucronibus ab utraque parte acriter dimicatur. Quid plura? caesi sunt multi & plurimi capti. Tandem populus ipse non sine multorum suorum jactura intra portas ipsius castris seipsum recepit. Pontifex autem sicut benignissimus Pastor ac pius Pater super tanto excessu valde tristis eidem populo, tamquam suo gregi debita charitate compassus est. Cujus casum relevare desiderans, pro liberatione suorum omnium apud ejusdem Imperatoris clementiam diutius laboravit, & affectuosas preces instanter facere non cessavit, donec universos Urbis captivos de manibus Teutonicorum ereptos in potestatem Urbis Praefecti Petri restitui fecit.

Egreditur Papa cum Imp. in Sabinos.

De caetero autem Imperator simul ac Pontifex exeuntes, de finibus Urbis, per caestria juxta Tiberim processerunt ad vadum de Mantiano, ibique fluvium ipsum cum exercitu transeuntes, intraverunt Sabinensem Comitatum, & per Farfam & Castrum Depoli transitum facientes, in vigilia B. Petri pervenerunt ad pontem Lucanum, in quo nimirum loco pro tam gloriosa solemnitate celebrata moram facere decreverunt. Et ut Ecclesia Dei & Imperium decore ampliori clarescerent, cum deliberatione statutum, ut ad laudem Dei, & exultationem Christiani populi praedictus Romanus Pontifex & Imperator ad Missarum solemniam in illa die pariter coronati procederent. Dignum namque satis erat, ut illorum duorum Principum Apostolorum solemniam, duo summi Urbis Principes, cum laetitia & magno gaudio celebrarent eorum, qui suscepta a Domino potestate ligandi atque solvendi, portas caeli claudunt & aperiunt quibus volunt.

XIX. Tiburtini dedunt se Imperatori.

Tunc vero Tiburtini tamquam perfidi & contumaces a dominio & jurisdictione B. Petri se subtrahere cupientes, postposita fidelitate, quam domino Papae Hadriano, atque ejus successoribus juraverant, ad praesentiam ipsius Imperatoris accedere praesumpserunt, & clavibus civitatis ei assignatis, seipsum cum civitate Ann. Eccl. Tom. XIX.

Tiburtina juri & dominio ejus tradiderunt. Quod factum Pontifex cum tota Romana Ecclesia nimium graviter & omnino intolerabiliter ferens, super tanta injuria B. Petro absque aliqua rationabili causa illata cum eodem Imper. conquestus est, & ut civitatem ipsam, quae ab antiquo jure beati Petri esse dignoscitur, sibi restitueret, ipsum tamquam proprium Romanae Ecclesiae Advocatum attentius exoravit. Augustus autem habito cum Principibus suis consilio, & cognita rei veritate, illis civitatem ipsam ipsi restituit, & per litteras quae inferius annotantur, eidem Tiburtinis injunxit, quatenus eidem Papae, tamquam domino & patri suo fideliter obediant, & servare omnino studeant. Ita quidem, ne sicut Romanos, ita & Romanum adversus se Pontificem concitaret, in cujus manu esset Principem Capuae, Ducem Apuliae, & ipsum denique juncto foedere Regem Siciliae commovere. Praeceptio autem facta tunc Tiburtinis ita se habet:

Frid. Imp. constitutio ut Tiburtini obediant Papae.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus universis civibus Tiburtinis gratiam suam & bonam voluntatem &c.

Universitatem vestram nosse volumus, quod ob B. Petri Principis Apostol. reverentiam, dilectissimo atque in Christo reverendissimo Patri nostro Hadriano Papae civitatem dimissimus Tiburtinam, salvo tamen super omnia jure Imperiali. Hujus rei gratia omnes & singulos Tiburtinos a fidelitate, quam nuper nobis jurastis, absolvimus, attentius vobis praecipiendo mandantes, quatenus eidem venerabili Papae fideliter assistatis, devote servatis, atque sicut domino vestro devote obedire studeatis, scientes, sicut iam dictum est, a juramento fidelitatis, quod nuper fecistis, vos absolutos, salvo in omnibus jure imperiali &c. Et quidem laude dignissima. Pergunt Acta:

XX. Felices progressus Friderici Imp.

At quoniam aestivus calor jam nimis excreverat, & maxima multitudo ipsius exercitus propter intemperiem insueti aeris, vel mortis periculum, vel exitialem infirmitatem incurrebat: communis voluntas, & instans petitio Principum fuit, ut Imperator ad propria (quod & factum est) sine dilatione rediret. Haec Acta. Otto autem confictum inter Rom. & Germanos pluribus profecutus est, & reliqua, quae redeunti Imperatori contigerunt in via, cum ei dimicandum fuit adversus Spoletinos, ab eodem Imperatore superatos, & adversus latrones fauces Alpium obsidentes, aliaque nonnulla, quae tu si cupis, pro arbitrio eundem Ottonem consulas, & de his etiam epistolam ejusdem Imperatoris. Incredibile dictu, quam prospera cuncta cesserint Imperatori, quousque de Romana

CHRISTI
1155.HADRIANI IV. PAP.
I.FRIDERICI IMP. I.
MANUELIS IMP. 13.

Ecclesia bene meritis est. Nam audi ipsam in epistola ad Ottonem ista predicantem cum agit de reditu suo: *Inde venimus Spoletum, & quia rebellis erat, & Comitem Guidonem Guerram, & ceteros Nuntios nostros in captivitate tenebant, assultum ad civitatem fecimus. Mirabile & inscrutabile iudicium Dei. A tertia usque ad nonam minutissimam civitatem, quae pene centum turres habebat, vi cepimus, igne videlicet & gladio, & infinitis spoliis acceptis, pluribus igne consumptis, funditus eam destruximus. Inde euntes versus Anconam, Palaeologum nobilissimum Principem Graecorum, & Maroducum socium ejus, cum ceteris Nuntiis Constantinopolitanis obvios habuimus. Qui ut in Apuliam iremus, & hostem utriusque Imperii Willelmum potentia virtutis nostrae conterere vellemus, infinitam pecuniam nobis dare sponderunt. Quia vero militia nostra propter multos labores, & bella nimis attrita fuit: placuit magis Principibus redire, quam in Apuliam descendere. Sed ad res gestas Hadriani Papae revocetur oratio.*

XXI.
Vocatur
Hadrian.
Pap. in
Campan.

Quenam autem fuerint anni hujus Hadriani Papae rerum gestarum reliqua, ex iisdem Actis sic accipie: *Eodem tempore praedictus Rex Siciliae, postquam excommunicationis sententia percussus est, in contemptu cepit haberi a suis, & cum salubria fidelium suorum consilia de satisfactione praestanda contemneret, in sua elatione & fatuitate fere solus remansit. Quippe majores ejus, Comites, ac Barones in majoribus Apuliae civitatibus ubi a tanta eum perveritate revocare,*

PAGIUS
IV.
Bellum
Neapolitanum
inter Papam
& Guillelmum
Sicilia
Reg.

A num. XXI. ad XXV. Agit Baronius de bello inter Hadrianum IV. & Guillelmum Siciliae Regem gesto, de quo Anonymus Casinensis haec prodit: *Robertus Comes Lorotelli regnum cepit invadere. Comes Richardus de Aquila cepit Suessum & Theanum. Audita morte Regis Rogerii (legendum, Guillelmi, ut omnia MSS. testante Peregrinio habent. Duo haec nomina a Caraciolo in sua hujus Anonymi editione male mutata. Robertus enim de Monte, Hugo Falcandus, & Guntherus lib. 5. fidem faciunt, Guillelmum Regem valde agrotasse, & eum diem obiisse famam tulisse) Comes Andreas cepit Comitatum Alifia, Robertus de Surrento cepit omnem Principatum Capua usque Neapolim & Salernum. Adrianus Papa adiit Beneventum. Robertus Comes Lorotelli cepit totam marinam, & castrum Bari diruit. Omnes hi Proceres sub Hadriano Papa militabant, qui tamen cito animum despondit. Guillelmus Tyrius lib. 18. cap. 2. Eum hujus belli auctorem facit: *Exules autem, quos tam ipse (nempe Guillelmus Siciliae Rex) quam pater ejus de regno efficiens bonis fecerat extorres paternis, viros inelytos & armis potentes, Dominum videlicet Robertum de Surrento Principem Campanum, (vel Capuae) Comitum quoque Andream de Rupecanina, & alios multos exhortationibus suis provocaverat (nempe Hadrianus IV.) ut in regnum venirent.**

nullatenus potuerunt: eo relicto, Nuntios suos ad dominum Papam Hadrianum tamquam ad principalem dominum destinaverunt, rogantes, ut ad illas partes dignaretur accedere, & terram eam, quae beati Petri juris esse dignoscitur, & personas, ac eorum bona in manu & potestate sua reciperet. Tunc Pontifex super his habito cum fratribus consilio, congregata Comitum & aliorum Baronum nobilium tam de Urbe quam de Campania, & aliis circumjacentibus locis decora militaria: circa festum S. Michaelis mensis Septembris, descendit ad S. Germanum, ubi recepta fidelitate & homagio a Roberto Principe Campano, & Andrea Comite, aliisque illarum partium nobilibus, praemisit eos ante faciem suam, ut prepararent viam ei, & prava in directa facerent, & aspera in vias planas. Ipse vero post aliquot dies per castrum Mignani, & per Capuanam civitatem transitum faciens, usque ad Beneventum, Domino comite processit, & omnes fere illarum partium Barones, eorumque terras, & circumpositas civitates ad fidelitatem B. Petri & suam tamquam principalis dominus in eadem civitate recepit.

Interea Imperator Graecorum de thesauro pecuniam per quemdam Principem suum nomine Palaeologum misit Anconam. Scripsit etiam eidem Pont. rogans & petens ab eo, ut de civitatibus Apuliae, quae sitae sunt in maritimis, tres eidem Imperatori eo tenore concederet, ut ipse ad expugnandum dictum Regem, & de tota Sicilia expellendum sufficientes eidem Pontifici vires tam in pecunia, quam in militibus & aliis armorum praesidiis indifferen-

XXII.
Willelm.
Rex Siciliae
resipiscit.

Guntherus lib. 5. perperam confundit Comitem Andream de Rupecanina cum Domino Capuae: *Hic Comes, inquit Andreas Capua; hic enim nihil in urbe Capuana possidebat, ejusque dominium pertinebat ad Robertum, ut tradunt Anonymus Casinensis, Guillelmus Tyrius, Hugo Falcandus, & Romualdus Salernitanus citatus a Peregrinio fol. 134. & Robertus iste cognominatus de Surrento, est Princeps Capuae, qui per tot annos Rogerio Regi adversatus fuerat, & cujus Falco Beneventanus fuisse mentionem facit, ut recte probat Peregrinius laudatus.*

Hae Peregrinii verba: Hic itaque Robertus in anno XXVIII. ex quo primum Capuae Princeps fuerat salutatus, nempe in anno Christi MCLV. mense Decembri, indictione IV. ex antiquis Chartulis haec est temporis designatio, quas omnium primus palam dedit amicus vir Michael Monachus in suo Sanctuario; avitum Principatum tertio vice detinebat, quem in antecedente Septembri recuperarat: quamvis plerique Recentiores, quorum antesignanus ac Princeps extitit Thomas Fasellus in Decade posteriore rerum Sicularum lib. 7. cap. 4. hunc Robertum nuncupatum de Surrento alterum ac diversum a Roberto illo secundo statuerunt, patriaque putarunt Surrentinum; sed hunc

V.
Robertus
de Surrento
in duos
non distinguendus.CHRISTI
1155.HADRIANI IV. PAP.
I.FRIDERICI IMP. I.
MANUELIS IMP. 13.

ficienter conferret. Pro iis ergo, quae contra dictum Regem quotidie tractabantur, Willelmus erroris sui poenitentia ductus, ad matris suae sacrosanctae Romanae Ecclesiae, & domini & Patris sui, ejusdem Romani Pontificis obedientiam redire cum omni humilitate disposuit. Quocirca Electum Catanensis Ecclesiae cum quibusdam de majoribus aulae suae ad praesentiam ipsius Pontificis accessurum usque Salernum transmisit. Quibus plenariam potestatem dedit, ut gratiam & pacem domini Papae ab eo humiliter quaererent, & satisfactionem plenariam, quae continetur insertus, cum firma securitate ipsi praestarent.

XXIII.
Conditiones
propositae
a Willelmo
Papae.

In primis petebat absolvi secundum Ecclesiae morem; deinde homagium & fidelitatem eidem Pontifici facere promittebat, & quod omnes quoque terrae suae Ecclesias cum plenaria libertate restitueret; tria castra pro illis dandis, Paludum videlicet, Montem Fuscum, & Muronem cum pertinentiis suis in propriam hereditatem Ecclesiae Romanae daret. Romam praeterea, quae tunc adversabatur Pontifici, suis armis & pecunia eidem domino Papae subjugarer: post recuperatam domini Papae & sacrosanctae Romanae Ecclesiae gratiam, tantum pecuniae, quantum Graeci obtulerant, largiretur. Auditis itaque Pontifex hujusmodi oblationibus, venerabilem virum Hubaldum presbyterum Cardinalem tituli sanctae Praxedis tunc Ostiensem Episcopum dominus Papa transmisit Salernum, quatenus a praefatis Nuntiis inquireret, si ea quae fuerant promissa, veritate certa inviderentur; & quod inveniret, sibi referret. Factum ita est, & redeunte Episcopo Cardinali, omnia quae promissa ex parte Regis fuerant, inven-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

ta vera sunt, & ad complendum parata. Bonum igitur visum est eidem Pontifici, ut tam utilis concordia, & cum tam magno honore Ecclesiae compositio deberet admitti. Sed quia major pars fratrum altanimis & omnino incerta sentiens, consentire nullatenus voluit disturbatum est totum quod oblatum fuerat, & penitus refutatum. Repugnabant enim Cardinales illi qui addiderant Imperatori, & non nisi quod ipsi placere scirent, probandum putabant: in reliquis autem se adversarios obiciebant. Quod saepe factum ab eis in maximum Romanae Ecclesiae detrimentum.

At quamvis quae ex Actis Hadriani Papae sunt recitata, vera omnino esse reperiantur; multa tamen in eis praetermissa esse noscuntur memoria digna. Visum est totius rei gestae seriem petere a certo auctore hujus temporis accurate scriptam a Willelmo nimirum Tyrio (a) Archiepiscopo, in quo tamen aliqua sunt elucidatione digna; qui res gestas sic auspicatur ab ovo: *His diebus inter Dominum Papam Hadrianum (de quo praediximus,) & Regem Siciliae dominum Willelmum domini Rogerii bonae memoriae filium graves ex causis quibusdam ortae erant inimicitiae, & in guerram noxiam res prodierat, ita ut sententiam excommunicationis dominus Papa in eum jacularetur. Et paulo post: Interea Rex Siciliae Beneventanam urbem, Ecclesiae Romanae familiare domicilium principibus suis mandat obsidere, & urgentissimis angustis eas praecipit arctari habitatores. Quod verbum dominus Papa moleste ferens supra modum vicem ei aqua lance volens refundere, Principes proprios contra*

XXIV.

(a) Tyr. l. 18. c. 2.
Discordiae
inter Reg.
Sicil. &
Pap.

PAGIUS

hunc commentum virum, coacti simul sunt asserere, Regi Willelmo uno eodemque profusus tempore cum duplici Roberto pro Campano retinendo Principatu rem fuisse, quod dicto nil absurdius, nec ab antiquiorum narratione dissonantius. Verumtamen qua occasione Campanus Princeps Robertus hanc novam acceperit denominationem, comperiti nil ego vix habeam, &c. Infra subdit: In antiqua Chartula a superius dicto Michael Monacho relata Philippus quidam praesentis Principis Roberti II. avunculus, idemque cognomine appellatus legitur de Surrento; quippe qui filius fuerat Sergii Principis Surrentini, ejusdemque Sergii filia Philippi foror conjugio copulata Principi Capuae Jordano II. secundum hunc genuit Robertum, quod ex vetusto Diplomate descripto in Latina Historia Neapolitana pag. 515. attente idem amicus & doctus vir observavit. Noster igitur Robertus vitam ducens exulem ex ignota nunc occasione maternae Patriae cognomen videtur usurpasse, qui cum filius fuisset Jordani II. nepos Jordani I. ac pronepos Richardi I. Campanorum Principum Normannorum jure sibi haereditario debitum, ut Tyrius loquitur, Campani Principatus,

possessionem reposcebat, quod etiam affirmat Falcandus: *Robertus, inquit, Surrentinus a Capuanis suscipitur, & haereditario ad se jure pertinentem occupat Capuae Principatum. Quae jura minime ex materno, sed ex paterno ei genere competere potuisse, est satis superque manifestum. Hae Peregrinii. Michael iste Monachus tantopere a Peregrinio laudatus Canonicus erat Ecclesiae Metropolitanae Capuanae, & Auctor libri, cui titulus: Sanctuarium Capuanum, Neapoli apud Octavianum Belcanum anno MDCXXX. in quarto impressum.*

Aliquis hujus belli circumstantias notavit Ceccanus in Chron. MCLV. indict. III. hoc anno Cancellarius Guillelmi Regis Sicilia cum nepotiani gente infra mensem Maii venit Cepera aliqua num, & in tertio Kalendas Junii crematum circumest. In Kal. Junii in terra Sancti Petri exivit flantia. ad montem Sancti Joannis, & ibi III. Nonas Junii cremavit castrum Babuci. Postea venit Frusinnonem, & cremavit Tuderiam, & sic reversi sunt. Deinde venit Rex (nempe Fridericus) Romam, & coronatus est a Papa Hadriano in festivitate Sancti Petri, & reversus est Spoletum, & cremavit illum, & reversus est in terram suam. Et duodecimo Kalendas Septembris Mariaburellus cremavit arcem (Spoletanam). Postea venit

tra cum nititur armare; nec in ea parte fraudatus est desiderio suo. Nam potentissimum regni sui comitem ejusdem regis amita filium, Robertum videlicet de Bassavilla, cum multis aliis viris nobilibus, quibus auxilium, consiliumque Rom. Eccl. perpetuo non defuturum pollicebatur, contra eum insurgere persuasit. Exules quoque quos tam ipse quam pater ejus de regno eiiciens, bonis fecerat extorres paternis, viros inclytos & armis potentes, dominum videlicet Robertum de Surrento Principem Campanum, Comitem quoque Andream de Rupe canina, & alios multos exhortationibus suis provocaverat, ut in regnum redirent, & ad jure hereditario sibi debitas accederent possessiones, Romanam Ecclesiam eis in perpetuum non defuturam, in verbo Pontificali spondens eis firmissime. Utrumque nihilominus Imperatorem videlicet Romanorum & Constantinop. alterum ore ad os manifeste, quia adhuc erat in Italia, alterum vero per litteras, sed occulte ad occupandum Siculum regnum sollicitat.

XXV. Post hæc autem, antequam cætera pro-

PAGIUS venit Apostolicus cum Cardinalibus in VII. Idus Octob. ad civitatem Soranæ, & dedicavit ibi Ecclesiam Sanctæ Mariæ, & Dominus Apostolicus una cum Principe recepit Capuam, & aliam terram.

VII. A num. XXV. ad XXX. Anastasius Papa anno superiori Raimundo de Podio Magistro Hospitalis Hierosolymitani, & Fratribus seu Equitibus ejus anno superiori Rescriptum Apostolicum direxit, quo statuit, ut quascumque possessiones, quacumque bona ad sustentandam peregrinorum & pauperum necessitatem Xenodochio offerri contingeret, vel jam concessa essent, quæta semper & integra possiderent. Quia vero, subdit, omnia vestra sustentationibus peregrinorum & pauperum debent cedere ac per hoc nullatenus aliis usibus ea convenit applicari, constituimus, ut de laboribus, quos vestris sumptibus colitis, nullus omnino Clericus vel laicus decimas a vobis exigere presumat, statuimus, ut nulli Episcopo in Ecclesiis vobis subditis interditi vel suspensionis excommunicationis sententiam liceat promulgare. Concedit & aliqua alia Privilegia ibidem expressa, & jam a præcedentibus Pontificibus Romanis data confirmat. In fine legitur: Datum Lateran. XII. Kal. Novemb. indit. IV. Incarnat. Dom. anno MCLIV. Pontificatus Domini Anastasii IV. Papa anno secundo, sed loco, indictione IV. legendum, indictione III. mense Septembris superioris Christi anni cæpta. Referuntur ex literæ inter Privilegia Equitum Hierosolymitanorum.

VIII. Guillelmus Tyrius, qui postea Tyrensis Archiepiscopus fuit, & Historiam Hierosolymitanam scripsit, lib. 18. cap. 3. queritur, Equites Hierosolymitanos tam Fulcherio Patriarchæ, quam cæteris Ecclesiarum Orientalium prælatibus, multas tam super parochiali jure, quam super jure decimationum cœpisse inferre molestias: ante Sanctæ Resurrectionis Ecclesie januas in ipsius (Patriarchæ) contemptum, & contumeliam Ecclesie, adificia cœperunt erigere multo sumptuosiora & sublimiora plurimum, quam

sequatur auctor digreditur ad professionem Patriarchæ Hierosolymitani in Italiam, ad conveniendum Hadrianum Pontificem, dum in his bellicis occupationibus occupatus detineretur. Causam autem ejus professionis fuisse narrat controversiam inter ipsum & milites Hospitalarios ratione decimarum obortam, cujus causa fuit ipsi cum suis summus Pontifex conveniendus, eo quod (ut præmisit) iidem Hospitalarii privilegio Pontificio exempti essent a juribus Patriarchæ & subiecti tantummodo Romano Pontifici, qui de ipsis & in ipsos jus diceret: Postquam ergo (pergit (a) (a) Id. e. Tyrius) sæpe ac sæpius tam dominus 6. 7. Patriarcha, quam reliqui Ecclesiarum Prælati apud eosdem Fratres sua jura reposcendo non proficiebant (ut præmisimus) ad Romani Pontificis hinc inde processum est auditorium. Assumens ergo dominus Patriarcha sibi, licet longævus esset & fere centenarius, de Ecclesiarum Prælatibus dominum Tyrensem Archiepiscopum, & de Suffraganeis ejus dominum Fridericum Acconensem Episcopum, Al-

illa habet Ecclesia, qua Domini Salvatoris in Cruce dependentis pretioso dedicata est sanguine subdit Tyrius. Quotiescunque de more Patriarcha in Ecclesia ad populum loquebatur, aliquid præstabant Equites impedimentum pulfantes campanas, ita ut Patriarchæ vox audiri non posset: usque ad eam remeritatem, ausu Diabolico & spiritu furoris concepto pervenerunt, ut armis correptis, tanquam in domum alicujus gregarii irrumperent in prædictam Deo amabilem Ecclesiam, & sagittas tamquam in speluncam latronum jacularentur multas: quas postmodum collectas & redactas in manipulum, ante locum Calvaria, ubi crucifixus est Dominus, fene dependentes, & nos ipsi vidimus, ut alii viderunt infiniti. Deinde capitibus sequentibus narrat Tyrius institutionem eorum Ordinis dicens eos sibi elegisse Patronum Sanctum Joannem Eleemosynarium Alexandrinum Patriarcham, cujus eleemosynas in perpetuum narrabit omnis Ecclesia Sanctorum: sed eos deinde, multiplicatis in immensum divitiis, per Ecclesiam Romanam a manu & potestate Patriarchæ fuisse emancipatos. Hinc, inquit, Fulcherius Patriarcha varique Prælati, quos memorat, venerunt cum eo in Italiam ad Pontificem Romanum, ut ab eo peterent rescissionem litterarum ab Anastasio IV. eidem concessarum; sed Hadrianus IV. qui ei successerat, nihil in eis innovare voluit.

Tyrius cap. 8. Subdit, quosdam dixisse Hadrianum Papam muneribus infinitis corruptum in partem Hospitaliariorum se dedisse proclivem, qui jam ad eum multo ante prævenerant. Post aliqua interposita subjungit: De tanta autem Cardinalium turba, vix reperti sunt duo vel tres, Dominus scilicet Othavianus, Dominus Joannes de Sancto Martino, qui ejusdem Domini Patriarcha, dum esset Tyrensis Archiepiscopus, Archidiaconus fuerat, qui Christum sequentes, ejus ministrum in causa sua pie velent fovere. Alii omnes abeuntes post munera secuti sunt vias Balaham, filii Bofor. Ex his perspicuum est Guillelmum Tyrium adeo fuisse ad-

Controversias inter Hospitalarios de Patriarch.

(a) Id. e. 6. 7.

ma-

IX. Guillelm. Tyrius Equitibus Hierosolymitanis parum a quos.

maricum Sidonensem, Episcopum, Dominumque Balduinum Casariensem Episcopum, dominum Renerum Sebastenum Episcopum, dominum Herbertum Tiberiensem Episcopum, vernalis temporis gratia respirante, cum primum mare flatibus exagitatatum hybernis, spirante Favonio, cepit se reddere placabilis, iter aggressi, auctore Domino, Hydruntum Apuliæ urbem maritimam prospero cursu attigerunt.

XXVI. Interea dum Pontifices Orientis una cum domino Patriarcha fines attigissent Apulia (ut præmisimus) Constantinopolitanus Imperator verbum domini Papæ persecutus, immissis de Principibus suis cum infinita pecunia, consentientibus eis illarum partium proceribus, regionem violenter invaserant, ita ut postquam dominus Patriarcha cum suis ab Hydrunte usque Brundisium pervenisset, domini Imperatoris familia urbem prædictam, tradentibus eam civibus, jam recepisset in suam, solo præsidio civitatis, in quo paucierant, in fidelitate domini Regis perseverante. Comes quoque Robertus, de quo superius fecimus mentionem, cum iis qui partes suas tam Regis odio, quam ejus gratia sequebantur, Tarentum, Barum, egregias metropoles, & omnem maritimam regionem usque ad regni terminos violenter occupaverat. Prædicti vero magni & inclyti viri, Robertus Princeps Capuanus, & Comes Andreas universam Campaniam, qua vulgari appellatione dicitur, Terra laboris, usque Salernum, & usque Neapolim, & usque S. Germanum sibi vendicaverant: eratque tota regio in tanto motu, ut nusquam quies, nusquam securitas esset transire volentibus. Romanorum etiam Imperator

PAGIUS adversus Equites Hierosolymitanos commotum, ut ipsum Hadrianum IV. Pontificem, quem constat a muneribus alienissimam, summaque integritate præditum extitisse, in crimen vocet, meliores Cardinales vituperet, & non nisi Othavianum, qui postea sub nomine Victoris IV. Antipapa fuit, & Joannem Cardinalem de Sancto Martino qui cum solo Guidone Cremonensi, postea Antipapa sub nomine Paschalis III. Othavianum elegit, laudibus ad coelum efferat: qua in re eo magis reprehensione dignus, quo hæc scripserit Victor IV. Antipapa demortuo, & Alexandro III. tam ab Ecclesia Occidentali quam Orientali Pastore universali agnito. Fides itaque Tyrio adversus Cardinales illos, & Hierosolymitanos Equites loquenti non adhibenda, explodendumque commentum, quod ipse tot viris doctis perstasit, sc. Hierosolymitanos Equites, postquam divitiis abundarunt, eju-rasile Patronum suum Sanctum Joannem Eleemosynarium, & Sanctum Joannem Baptistam in ejus locum adoptasse.

X. Hujus anni initio paulo postquam Anduxarem Mauri recuperassent, Alphonso Imperator, ut referunt antiqua monumenta apud Sandovalium fol. 208. Era MXXCIII. Meterco-

dominus Fridericus circa partes Anconitanas cum exercitibus suis moram faciens, tantam in legionibus, quas in Italiam introduxerat, cladem patiebatur, ut deficientibus majoribus & nobilioribus Imperii Principibus, vix decimus quisque superesset. Unde eos qui supererant, ad propria redire volentes, cōhibere non valens, ipse quoque ad reditum, licet invitatus accingebatur. Multa enim supererant negotia, & maxime contra eundem Siculum Regem, quæ ejus exigebant præsentiam. Hoc ipsum erat tempus, quo Willelmus deprecabatur quam instantissime pacem, nec audiebatur, ut dictum est superius. Pressus enim tot tantisque undique hostibus iidemque potentibus, respirandi sibi neque dabatur locus. Quæ autem post hæc sequuta sint, suo loco sequenti anno dicentur.

Modo autem una cum Willelmo Tyrii prosequamur res gestas a Patriarcha Hierosolymitano, cum pluribus Episcopis ab Hierosolymis ad Hadrianum Pontificem propeante: (a) Dominus porro Patriarcha (inquit Tyrius) cum suis confortibus itineris anxie deliberabat, quæ via ad dominum Papam in tanto tumultu posset accedere: undique enim prælia, undique seditiones omnem videbantur adiutum præclusisse. Ansuetinus quoque quidam Regis Sicilia Cancellarius urbem obsedit Beneventanam, Nuntiusque domini Patriarchæ qui ad hoc missi fuerant, ut ei a prædicto Cancellario ducatum implorarent, omnino negavit per partes illas transitum, quæ tamen via multo cæteris erat compendiosior. Tandemque habito quorundam prudentum consilio, viam maritimam secutus, cum omni comitatu suo Anconam pervenit: missis inde exlatere

sam, vulgo Pedrazza, Hispaniæ Tarraconensis oppidum occupavit. Interim Hyacinthus Cardinalis Sanctæ Sedis Legatus Vallisoletii Concilium, quod dicitur generale, idest nationale, celebravit, ut dicimus ex Charta ab Infanta Sancia, die XXV. Januarii Era MXXCIII. data. Adhæc exeunte hoc anno, & ultimis ejus diebus Ludovicus VII. Galliarum Rex cum Constantia uxore ad aulam Imperatoris venit, ut testantur Rodericus lib. VII. cap. IX. & Lucas Tudenis, Scriptores horum temporum proximi. Plerique quidem Francorum Scriptores hanc professionem Hispanicam tacent, & Sandovalius de ea valde dubitat, quod Hispaniæ Notarii eventus singulares in Chartis plerumque notarent, qui tamen istius non meminerunt. Verum non mirum si in Chronicis in Francia scriptis hujus peregrinationis nulla mentio sit, cum quæ res ultimis annis Ludovici VII. Regis gestas referunt, valde contracta sint, præsertimque triginta ultimis Regni ejus annis. Præterea ipsemet Sandovalius hujus rei nobis probationem suppeditat; exhibet enim donationem factam ab Alphonso Imp. Morerola, quæ prima in Hispania Ordinem Cisterciensem suscepit, quæque ita est in Zamorensi diocesi ac

XXVII. (a) Tyr. l. 18. c. 7.

Professio Hispanica Ludovici VII. Francia Reg.

tere suo quibusdam Episcopis, qui dominum Imperatorem Romanorum, jam, ut diximus, ad propria redeuntem, verbis ejus salutarent, & pro negotiis ejus ad dominum Papam litteris obtinuerunt Imperiales. Quod & factum est, licet ipse Imperator urbem Senogallias, & Pisaurum jam pertransisset pro redeundo sollicitus.

XXVIII. At vero dominus Patriarcha cum suo comitatu Romam versus iter dirigens, dominum Papam a civitate Narniensi egressum, quasi fugientem prosequabatur. Tandem Romam veniens, ibique per dies aliquot facta mora, cum ei nuntiatum esset, apud urbem Ferentinum dominum Papam gressum fixisse, illuc incunctanter properat, ut de negotio pro quo venerat, experiri tentaret. Dicebant quidam (nempe Papae adversarii, a quorum ipse ore pendebat) dominum Papam, ut eum tedio afficeret, & gravaret sumptibus, eum studio se declinare: nam muneribus infinitis corruptus, in partem Hospitalarium dicebatur se dedisse proclivem, qui jam ad eum multo ante praeveniant. Alii dicebant urbis Beneventanae gratia, quae obfatione clauderetur, ut diximus, eum tam maturato advenisse itinere. Illud tamen erat evidens, favorem suum & familiarium suorum Hospitalarium nimis indulgisse; dominum vero Patriarcham cum suis quasi adulterinos filios fastu quodam & indignatione a se repellere quasi indignos. Postquam igitur Patriarcha ad praedictam urbem pervenit, obtulit se de more Apostolicis aspectibus: ubi & male receptus & pejus habitus: invitatus ex plurima parte Cardinalibus, certum de domini Papae mentis conceptu, & *habitatione reportant argumentum. Ille tamen quorundam prudentum amicorum suorum fretus consilio, totum hoc dissimulans, sicut homo severus erat, dominum Papam frequentabat, diebus festis assiduus erat in Consistorio, Episcoporum suorum cœtu venerabiliter circumseptus: cui etiam Advo-

dubitatione.

PAGIUS

ac in regione Legionis, ex qua liquet Constantiam Reginam, quae anno MCLIV. Ludovico VII. Francorum Regi nupserat, hoc anno exeunte in Hispania fuisse. Data ea die prima mensis Januarii Era MCXCIV. in eaque haec verba leguntur: Ego Aldefonsus Imperator Felix, inclytus, triumphator ac semper invictus, totius Hispania divina providentia famosissimus Imperator, una cum uxore mea Imperatrice domna Rica, cum filiis meis Sanctio & Ferdinando Regibus, simul etiam cum filiabus meis Constantia inclyta Francorum Regina, & Sanctia nobili Regina Navarra, facio Chartam donationis, &c. Incredibile autem Constantiam ipso nuptiarum suarum initio sine marito in Hispaniam venisse, ibique usque ad initium mensis Octobris, sequentis Christi anni, ideoque plus novem mensibus, ibi mansisse. Id enim probat insignis Charta Asturicensis Ecclesiae,

catorum turba, quoties opus erat, jugis assistebat, officium adimplere parata.

Data igitur utrisque partibus audientia, cum jam per multos dies utrimque inutiliter esset decertatum: videns dominus Patriarcha, & per quosdam familiares amicos suos intelligens, quod non proficeret; sumpta licentia, conditionem referens deteriorum, confusione indutus & reverentia, aggressus est ad propria redire. De tanta autem Cardinalium turba vix reperti sunt duo vel tres, dominus videlicet Octavianus, dominus Joannes de S. Martino, qui ejusdem domini Patriarchae, dum esset Tyrensis Archiepiscopus, Archidiaconus fuerat, qui Christum sequentes, ejus ministrum in causa sua pie vellent fovere. Alii omnes abeuntis post munera, secuti sunt vias Balaam filii Bofor. En vides Lector, quam fuerit Patriarcha deceptus, qui nefarios homines, factiosos, Pontifici adversarios praedicat sanctos, reliquos vero magni nominis Cardinales ex vitae sinceritate & litteris undique conspicuos ita infamiae nota reliquerit scriptis inustus. Sed qui boni, qui vero mali fuerint, adeo suis ipsorum factis universo Christiano Orbi declamatum est, ut illi non indigeant commendatione, istis inutilis sit prorsus omnis defensio. Pergit vero Tyrius: (a) Dominus vero Papa, urgentibus eum curis domesticis, transursa Campania, Beneventum pervenit. Quae autem post haec acciderint, suo loco dicturi sumus anno sequenti.

Hoc eodem primo sui Pontificatus anno, ipso ingressu in Pontificium thronum Hadrianus Papa, quod suarum partium esse sciret, universalis Ecclesiae populum in Catholicam coagmentare concordiam, pacem & unitatem in primis omnibus insinuare: ad Graecos saepe scifura divites; solidae unitati compaginandos, Legatos misit ad Constantinopolitanum Imperatorem Emmanuelem, quibus inter alia pro eadem facienda fir-

ibidem a Sandovalio relata, in qua Alphonfus Imperator & Rica Imperatrix cum Sanctio & Ferdinand. filiis nominantur, simul cum filiabus meis, inquit Alphonfus, scilicet Constantia inclyta Franc. Regina, etiam Sanctia nobilis Navarra Regina Era MCXCIV. VI. Obob. Interim habes in his Chartis totam Alphonfi Imperatoris familiam.

Ad haec Robertus de Monte hujus temporis Auditor hanc professionem memorat in suo Chronico: Ludovicus Rex Francorum gratia Orationis perrexit ad Sanctum Jacobum de Gallicia, & ab Imperatore Hispaniarum socero suo favorabiliter susceptus est in Hispania. Fallitur tamen dum haec refert ad annum MCLIV. sicut hallucinatus est in anno ejus matrimonii, ad annum MCLIII. scribens; Ludovicus Rex Francorum duxit uxorem filiam Alphonfi Regis Hispaniarum, quem quia principatnr Regulis Ara-

XXIX.

(a) Vill. Tyr. l. 18. c. 8.

XXX.

XI.

Suscepta Orationis gratia ad S. Jacob.

ma concordia litteras dedit ad Basilium Achridenum Theffalonicensem Archiepiscopum, hujus temporis in Orientali Ecclesia magni nominis virum. Has Dei beneficio hactenus conservatas, & in Orientalis juris codice cufas, hic describendas putavimus; sic enim se habent, hoc in codice inscriptae titulo: (a)

(a) Extat in cod. Juris Orient.

Hadrianus Episcopus servus servorum Dei venerando fratri Theffalonicensium Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem.

XXXI. Had. Pap. epist. ad Archiep. Theffal.

Ex quo per invidiam, hostem antiquum, Constantinopolitana sedes a sacrosancta Romana & Apostolica (quod sine lacrymarum inundatione vix famur) Ecclesia seipsam separavit, & hominis inimicum propriam malitiam venenum effudit, & a matris obedientia liberi secesserunt, unitatisque locum binarius subit: laborem multum & studium, qui nos praecesserunt beati Petri successores adhibuerunt, ut schisma de medio tolleretur, & unitati Ecclesiae, qui se ab ea separarunt redderentur. Quamobrem & nos, qui hoc tempore Apostolicae Sedis curam suscepimus, ut Deo placet, pro omnibus Ecclesiis, quae sunt intra terrarum Orbem constituta, quamvis beati Petri virtutibus par nihil habeamus, ministerio tamen fungi cogimur. Ad id credidimus attendendum, ne connumeremur (quod absit) iis, quos per Prophetam Dominus reprehendit, dicens: (b) Quod ejectum est, non introduxistis, quod infirmum, non sanavistis, & quod perit, non quaesivistis, & quod confractum, non obligastis. Ideoque ad introductionem liberorum in locum Ecclesiae & unitatis, inventionemque (c) amisse drachmae properemus, & Apostolico praecipio incitati in eos, qui doctrinae sermones aspernantur, ut persuasum habeamus, moderari & Fidelium admonitionem tempestive intempestive factam. Et illius exemplo edocti, qui erat gloriae Dominus, & omnia in sua potestate habens (d) inclinare fecit caelos, & descendit, acceptaque servi forma, (e) seipsum exinanivit, ut ovis amissa suo gregi restitueretur. Unde frater in Christo, dilectionem tuam his litteris admonemus, ut hanc rem diligenter cures. Nam (f) una sola est Ecclesia, & una sola sanctificationis Arca, in quam unumquemque Fidelium e diluvio servari oportet: & circa unionem ejus modis omnibus labores: tuaque cogitet pru-

(b) Ezec. 34.

(c) Luc. 15.

(d) 2 Tim. 4.

(e) Psal. 17.

(f) Phil. 2.

PAGIUS

gonum (nempe Raimundo Berengario Aragoniae, & Sanctio Navarrae) Imperatorem Hispaniarum appellant. Narrant Rodericus & Lucas Tudensis Alphonsum Imperatorem magnifice Regem excepisse, eum usque ad sanctum Jacobum perduxisse, indeque redeuntem Toleti Curiam celebrasse tam Christianorum quam Arabum imperio subjectorum. Fallitur tamen Rodericus cum Reginam Franciae Isabellam appellat, &

dentia, ut Ecclesia Dei non possit divisa consistere, ut omnem animam viventem e praesentis diluvii procellis, (g) intra unam Arcam Ecclesiae congregari oporteat ad beatum Petrum omnium Fidelium gubernatorem.

Traditum est, quonam modo sancti Patres divino Spiritu illuminati, omnium Ecclesiarum primatam sacrosanctam Romanam Ecclesiam absolute obtinere jussent, & ad ejus sententiam omnium iudicium referri praescripserint, & ad tollendam de medio divisionem, ad unionem Ecclesiae, ad conjunctionem divisi parietis, propter Dei dilectionem, propter animae salutem, & propter fruitionem gloriae, quae non marcescit, vigilanter adverte. Primum apud te ipsum, deinde in aliis quatenus divina gratia largitur, da operam, ut grex cum Ecclesia uniatur, & qui se ipsos Dominicas oves consistunt, ad gregem B. Petri revertantur, qui (b) Domini jussu eorum curam suscepit. Nos quidem in hoc non temporariam laudem spectamus, non praetercuntem gloriam, quatenus, qui pascendi suscepimus officium (servos nos omnium Dei servorum consistemur) sed cum Dominum & magistrum nostrum, ut unum mortuum resuscitaret in corpore, profectum fuisse, & lacrymatum legitimus ad sepulcrum, & dixisse, (i) Lazare, exi foras: judicamus indignum, si Domini retineamus talentum, & quos possumus, in anima resuscitare negligamus. Quod superest, dilectos filios nostros Balduinum & Baldizoninum praesentes tabellarios ad dilectissimum filium nostrum Emmanuelem Imperatorem Constantinopolitanum a religioso cœtu missos, dilectioni tuae studiose commendamus, rogantes, ut per dilectionem Dei, beatique Petri & Sedis Apostolicae, & pietatis cultum, aspectu gratioso in eorum necessitatibus consolationem adhibeas. De tua valetudine cupimus per litteras fieri certiores. Hactenus Hadrianus Papa ad Archiepiscopum Theffalonicam.

Ad haec autem ipse Basilus ista respondet:

Legimus tuam epistolam, sanctissime Papa, ex qua perspeximus ingenii tui sublimitatem, humilitatis profunditatem, latitudinem tuae erga Deum dilectionis & affectionis, per quam non coangustatur Apostolicum cor tuum, quin potius visce-

Lucas Tudensis, cum ait, Ludovicum Regem in Hispaniam perrexisse, ut certo sciret, an verum esset, quod aliqui dixerant, Constantiam nempe ex vilissima concubina ortam. Hoc enim absurdum.

Neophyto incluso Patriarchae CP. incerto anno demortuo successit Constantinus Chliarenus, Diaconus & facelli Praefectus, & huic Lucas Chrysoberges, ut patet ex Serie Episcoporum Byzant.

XXXII.

(b) Joan. 21.

(i) Id. 11.

XXXIII.

XII.

Serie Patriarchar. Constantianop.

ita dilatantur ad suscipiendum acquirendumque omnium Ecclesiarum Christianos. Vocem tuam agnovimus per litteras, alloquentem nos ad aures mentisque intima: audivimus loquentem ut patrem, ut pastorem, vel potius Archipastorem. Nam quasi pater filios, qui a te abalienati videntur, sub paternos sinus tuos cogis, eorumque sollicitudinem habes: quasi pastor autem ut oves errantes revocas; quasi pastorum pastor, pastorem tuam & divinitus infusam scientiam nos doces, ne greges negligamus, sed totis viribus prospiciamus, ut ei, quod male habet, sedulo medeamur. Audivimus revocantem ad seipsum, & ad vocem tuam conversi sumus. Plane si alienos a tua sanctitate filios nos ipsos existimassetis, aut longe a pastoralis cura tua separari voluissetis, nequaquam agnovissetis ut paternam vocem, neque ad pastorem receptui canentem conversi fuissetis. Nam juxta verbum Domini, nemo unquam (a) noscet extraneorum vocem, sed potius ab ea fugiet.

(a) Id. 10.

XXXIV.

Quid igitur ad nos errantis ovis similitudo, sanctissime Papa? Quid imago amissæ drachmæ? Nos enim e sinu tuo excidisse negamus, & filiorum appellationem, aut pastorem curam non refugimus, ut tale convictum nobis exprobratur. Tuto autem ac firmiter Dei gratia steterimus in B. Petri confessione, & quem ille confessus est & predicavit, confitemur & predicamus; nihil ex synodaliibus sanctorum Patrum decretis innovantes, nec adicientes Evangelicis & Apostolicis verbis ad unum apicem usque vel jota unum. Didicimus enim a Gentium præcone, quam gravis impendat eis poena, qui talia audent. Etsi enim ego, inquit, (b) vel Angelus de cælo annuntiaverit vobis præter id, quod accepistis: anathema esto. Hoc metuentes, vrisificam & incruentam hostiam, ut qui accepit a Domino nobis tradidit, sic exhibemus, Judaicam quidem humilitatem, & Legis umbram superascendentes: cum Jesu autem, & ejus Discipulis in sublimis gratiæ palatium ascendentes, & panem comedentes, non afflictionis (ut Lex (c) ait) sed lætitiæ, & cor (d) revera confirmantem.

(b) Gal. 1.

(c) Deut. 16.

(d) Psal. 103.

(e) Jer. 2.

Quod si, ut pastores illi despuimus (quod absit, nec tantum in nos possit malignus) de quibus Jeremias Propheta lamentans ait (e): Sacerdotes non dixerunt, Ubi est Dominus? & qui legi adhibebant nesciverunt me: & pastores in me impii fuerunt. Si tales tibi videbamur, sanctissime Pater: quoniam pacto posses nos

aliter nominare quam oves errantes, & drachmam perditam, & multorum dierum mortuum in sepulcro jacentem? verumne eam de nobis opinionem concipias. Neque enim aliud novimus fundamentum, (f) (f) 1. Cor. 3. quam quod substructum est: eademque tecum prædicamus & docemus ego, itaque omnes qui ad magnam Apostolicamque sedem Constantinopolitanam pertinemus. Et unus, qui in utrisque Ecclesiis personat sermo Fidei, idemque sacrificatur Agnus, qui tollit peccata mundi Christus, inter Occidentales Antistites, qui sub tuum principale culmen agunt, & nos qui ab oriente Soli sublimi Constantinopolitana sede sacerdotii accepimus splendorem, quamvis parva quedam offendicula in medio interjecta nos separarint, & ex uno eodemque spiritu multos fecerint. Quæ omnino tollere de medio, & velut lapides, juxta (g) propheti- (g) Thren. 4. cum sermonem, e via proicere, unitatemque Ecclesie sine offendiculo constituere, tuæ sanctitatis erit: quæ Christi exemplo, velut e cælo, prospiciens, distantia in unum congregare vult & potest. Nos enim pauci sumus, & parvo gregi præsumus, mediocrem quidem, & ut guttam, dicendi facultatem habentes, virtutis autem ne quidquam participes, etiam si tua sanctitas contrarii persuasionem decepta, maxima quadam de nobis suspicata sit ex dilectione quorundam, qui hic peregrinati nos allocuti sunt.

XXXV.

Tua autem integritas, undique perfecti Christi, tam sede, quam peritia, & vitæ splendore imaginem & similitudinem referens, poterit omnino dissidio causam præbentia scandala removere, & Ecclesie unionem soliditatemque restituere. Habet autem ad hoc sanctitas tua unanmem & adiutorem potentissimum, & inter Imperatores maximum ac summum pietate, qui & viribus inexpugnabilis, & prudentia excellens, & inter omnes bonos, qui umquam admirationi fuerunt, celeberrimus: cujus nutui & nos parebimus, & servi Dominicæ voluntati obsequemur. Hucusque Basilii Archiepiscopi Theffalonice ad Hadrianum Papam responsio per epistolam, qua se non abscissum ab Ecclesiæ Catholicæ unitate, profitetur, licet quibusdam ritibus discreparet Orientalis Ecclesia ab Occidentali; secundum & illud, quod habet hujus pariter sæculi scriptor clarissimus Petrus Abbas Cluniacensis in epistola ad sanctum Bernardum, docetque his verbis: (h) Testes sumus & nos temporis nostri, qui Romanam Ecclesiam & totam Latinam linguam offerre Deo salutare sa-

(h) Pet. Cl. l. 5. ep. 15.

PAGIUS

zantii, a Leunclavio edita, in qua eum anni Sedis horum Patriarcharum injuria temporis deleti fuerint, scire tantum possumus Lucam currenti anno Pontificatum iniisse, quod col-

ligimus ex duratione Sedis Patriarcharum, qui usque ad hujus sæculi finem sedere. Baronius prætermisit Neophytum, & Constantinum Chliarenum, & præterea Lucæ Chrisoberges initium

Diversitas rituum non sciendit Ecclesie.

crificium azynei panis videmus, cum Græca Ecclesia & maxima Orientis pars ac barbaræ, sed Christianæ gentes sacrificare de fermentato dicantur. Cum hoc ita sit; nec antiqui, nec moderni propter tam celebres & famosas usum dissonantias a charitate mutua desciverunt; quia nihil quod fidem, vel charitatem laderet, in his omnibus invenerunt. Hæc Petrus. Sed & audi S. Bernardum de his ita scribentem ad Eugenium: Ego addo & de pertinacia Græcorum, qui nobiscum sunt, & non sunt, juncti Fidei, pace divisi. Quamquam & in Fide claudicaverunt a sententia rectis. Ita quidem etiam penes doctos & Catholicæ Fidei studiosos Græcorum Antistites ista persuasissima fuere semper. At cum regimen Ecclesiæ Constantinopolitanæ imperiti, refractarii, nugaces, gloriæ Latinorum æmuli susceperunt; ex diversitate sacrorum rituum, dogmatum quoque sacrorum diversitatem existimantes hostes implacabiles effecti, persecutionem adversus Latinos Orientem petentes odio immenso hætenus excitare non desistunt. Sed de his fati. Redeamus ad Hadrianum.

XXXVI.

Contigit autem his primordiis Pontificatus ejus ad ipsum venisse gentilem suum Joan. Anglum, patria Saresberiensem, cum idem Pontifex ærumnis pressus, cum eo sermonem habuit de gravi molestia quam subiret in administratione Pontificatus: quæ ipse Joannes digna putavit, ut perpetuitati scriptorum monumentis consecrarentur. Ait enim (a): Dominum Hadrianum, cujus tempora felicia faciat Deus, hujus rei testem invoco quia Romano Pontifice nemo miserabilior est, conditione ejus nulla inferior. Et licet nihil aliud lædat necesse est ut citissime vel solo labore deficiat. Fatetur enim in ea Sede se tantas miserias invenisse, ut facta collatione, Ann. Eccl. Tom. XIX.

(a) Joan. Saresb. in Polier. l. 3. c. 23.

PAGIUS

um non bene cum anno MCXLVIII. alligat; sed Onuphrius in Chron. hoc anno & sequen-

presentium, tota præcedens amaritudo, jucunditas & vita felicissima fuerit. Spinofam dicit Cathedralam Romani Pontificis, in tantum acutissimis usqueaque consertam aculeis, tantæque molis, ut robustissimos premat, terat, & comminuat humeros; Coronam, & phrygium clara merito videri, quoniam ignea sunt. Se nunquam a natali solo Angliæ malle exisse, aut in claustris beati Rufi perpetuo latuisse dicit, quam tantas (nisi quia divina dispensatione reluctari non audeat) intrasse angustias. Dum superest, ipsam interroga, & crede experto. Hoc etiam mihi sæpissime adjecit, quod cum de gradu in gradum a claustrali clerico per omnia officia in Pontificem summum ascenderit, nihil unquam felicitatis, aut tranquillæ quietis vitæ priori adiectum est ab ascensu. Et ut verbis ejus utar (nihil enim cum præsentem sum, sui gratia vult apud se absconditum esse ab oculis meis) in incude, inquit, & malleo semper dilatavit me Dominus, sed nunc oneri, quod infirmitati vitæ imposuit, si placet, supponat dexteram, quoniam mihi importabile est. Nonne ergo miseria dignissimus est, qui pro tanta pugnat miseria? Sit sane divitissimus qui eligitur, sequenti die pauper erit, & infirmitas fere creditoribus tenetur obligatus. Quid ergo erit ei, quem nulla vocat electio, sed repugnante in membris Christo, ambitio cæca, & cruenta non sine sanguine fraterno intrudit? Hoc quidem est Romulo succedere in parricidio, non Petro in commissa dispensatione ovilis. Ita Joannes.

Congressus Joan. Saresb. cum Hadr. Pap.

Habet hæc demum de Hadriano in fine anni hujus Chronicon Fossæ novæ: Postea venit Apostolicus cum Cardinalibus VII. Idus Octobr. Soram, & dedicavit ibi Ecclesiam S. Mariæ. Quæ adhuc perstat Ecclesia Cathedralis.

N Sc.

tibus hujus sæculi horum Pontificum Chronologiam exacte digessit. [1]

NOTÆ [1] DE successione horum patriarcharum C. P. legenda quæ deduximus in Nota Anno 1153. 20. MANSE

JESU CHRISTI ANNUS 1156.

HADRIANI PAP. IV. ANNUS 2.

FRIDERICI IMP. MANUELIS IMP. 14.

I. Sequitur annus Redemptoris millesimus centesimus quinquagesimus sextus Indictione quarta, quo Hadrianus Papa Beneventi obsecratus una cum suis a Wilhelmo Siciliae Rege, ut liberare se cum suis ac civitatem posset, subire cogitur pacis conditiones indignas. Sed quae ista praecesserint, ab hujus temporis auctore Wilhelmo Tyrio sic accipe: (a) Interea Rex Siciliae Dominus Wilhelmus audiens & crebris edoctus legationibus, quod in partibus Apuliae comes Robertus de Bassavilla una cum Graecis regionem occupasset violenter, in Campania vero Princeps Capuanus, & Comes Andreas late sua diffuderint imperia; dominus quoque Papa in Beneventum se receperat, unde omnibus praedictis vires, & animos ministrabat: congregatis ex universa Sicilia & Calabria militaribus copiis, cum ingentibus expeditionibus in Apuliam pervenit. Ubi statim circa Brundisium, fugiente Comite Roberto, primo Marte fudit Graecorum copias, & attrito penitus eorum exercitu, duces eorum captos vinculis mancipavit, gazas quoque quas intulerant valde multiplices, suis intulit tam potenter quam feliciter arariis. Inde recepta universa regione, quae ab eo defecerat, & populis gratia restituta, Beneventum obsidet, ubi tam dominum Palam cum suis Cardinalibus, quam cives universos affecit molestiis, ut & victus deficeret, & de salute redderet valde sollicitos. Ubi nuntiis intervenientibus, conditionibus occultis, reformata est pax inter eos, exclusis omnibus aliis a sedere, qui domini Papae iussionibus tantis se laboribus immerferunt & periculis. Videntes ergo praedicti nobiles viri, quod contra spem accidisset eis, & quod dominus Papa non obtenta eis domini Regis gratia, pacem sibi & Romanae Ecclesiae, ipsi exclusis, fecerat, solliciti; an-

xii pro se coeperunt disquirere, quonam modo possent sanos & incolames extra regnum se facere. Comes itaque Robertus & Andreas, cum quibusdam aliis nobilibus viris in Lombardiam properantes ad dominum Imperatorem se contulerunt. (b) Princeps vero Capuanus ceteris infelicior, dum Garilianum navigio transfugare parat, a suis vectoribus, cum suis jamjam transiuros expectaret, captus est, & Regis fidelibus traditus, in Siciliam deductus est, ubi continuo carcere, & caecitate violenter inducta, miserabiliter vitam finivit. Hucusque Tyrius. At quomodo potuit Hadrianus liberasse alios, qui nec seipsum, nec suos liberare potuit, nisi conditionibus indignis valde susceptis, quas nullus hactenus Pontifex a quibusvis implacabilibus Rom. Eccles. hostibus suscepisset tanta iactura Ecclesiasticae libertatis?

Quomodo autem & per quos S. R. E. Cardinales ista tractata sint, petendum est ex ejusdem Hadriani Pontificis vitae Actis, in quibus ista scripta leguntur: Praedictus dominus Hadrianus venerabiles viros, Hubaldum tituli sanctae Praxedis, item Julium tituli sancti Marcelli, & Rolandum tituli sancti Marci Sedis Apostolicae Cancellarium, presbyteros Cardinales ad Regem direxit, quatenus ex parte beati Petri eundem commonerent, ut ab eius offensis omnino cessaret, de illatis damnis satisfaceret, & jura matris suae sacrosanctae Ecclesiae Romanae ipsi pacifice conservaret. Quibus benigne susceptis, atque tractatis, post mutuam colloquutionem, & diversorum altercationem capitulorum, Rex ipse cum eodem Papa, eis mediantibus, concordavit. Et veniens Rex ipse ad Ecclesiam sancti Marci juxta Beneventum positam, ad pedes ejusdem Pontificis humiliter se prostravit, & ligium homagium, & fidelitatem eorum.

eum. Dein venit Barim, & destruxit eum, & Gesta inter fecit ex eo villas. Inter hac Robertus Princeps Pap. & (nempe Capuae) fugit, & captus est a Comite Guillelmo. Richardo cum suo filio & filia in Trajactu, & Sicilia Redatus est in manus praedicti Regis. Deinde venit Beneventum, ubi erat Hadrianus Papa cum Comite Roberto de Rotello (vel de Loritello), & cum Comite Andrea (de Rupecanina) & cum multis aliis, & ejecit eos inde, & fecit sinem cum domino Papa, & fecit ei jurandum, & dominus Papa concessit ei totam terram quam in se tenebat. Mense Majo Simon Soranus interfecit est a suis hominibus; filius ejus Simon fecit vindictam pro eo; fecit cremare, & praedare totam civitatem. Post hac ascendit in arcem Surelle & rebellavit se Regi. Tunc Rex fecit obsidere eam per totum annum & eo amplius, & non potuit eam acquirere, & Papa reversus est Romam.

III.

Rex Sicil. Willem. malus condit. cogit subire Pont.

II.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6649. SÆC. XII. An. Erz Hisp. M. CXCIV. Anno Hegira DLI. inchoato die 23. Febr. 6. An. C. 1156. 1. © 17. AG. 17. P. 15. April. Indict. 4. JESU CHRISTI 1156. HADRIANI IV. PAPÆ 3. FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 5. IMP. 2. MANUELIS COMNENI IMP. 14. Num. I. ad. X. Joannes de Ceccano in Chron. Gesta hoc anno in Italia seu in Regno Neapolitano hoc modo refert: Indictio IV. hoc siquidem anno Guillelmus Rex Sicilia pugnavit cum Graeco apud Brundisium, & devicit

CHRISTI 1156.

HADRIANI IV. PAP. 2.

FRIDERICI IMP. 2. MANUELIS IMP. 14.

ram circumstantium maxima Episcoporum Cardinalium, Comitum, Baronum, & aliorum multitudinis, Ottone Frangipane, juramentum pro eo interponente, ipsi fecit. Recepto itaque dicto Rege ad pacis osculum, collatis magnis muneribus ex auro & argento & sericis pannis Pontifici, ejusque fratribus, & toti ejus Curiae, ab invicem lati & cum gaudio discesserunt. Hucusque de his Acta. At de his omnibus, quae cum Hadriano Papa a Rege Siciliae Wilhelmo per vim & metum transacta sunt, extant diplomata tum Regis, tum etiam ipsius Hadriani Pontificis, ex duobus exemplaribus petita, altero Vaticanae (a) bibliothecae, altero basilicae sancti Petri scripto codice, quorum habita collatione, hic tibi ipsum regium diploma, quod integrum perseverat, primo loco posuimus; sic enim se habet:

(a) Collat. Pla. l. 1. fol. 2.

IV. Willem. Regis Sic. diploma ad Hadr. Pap.

IN NOMINE DEI ÆTERNI & Salvatoris nostri JESU Christi. Amen. Domino Hadriano Dei gratia Sanctae Romanae Ecclesiae summo Pontifici, charissimo domino, & Patri nostro Reverendo, ejusque successoribus Willemus eadem gratia Rex Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae.

Nostra semper consuetudinis extitit, animum nostrum in triumphis & maximis humiliare successibus, & tunc nos attentius ad omnipotentis Dei obsequium, & cultum mansuetudinis exponere, cum ad majorem prosperitatem, & gloriam nos vidimus pervenire: tales in tranquillis & prosperis rebus erga nostri Redemptoris obsequium inveniri volentes, ut percceptorum a Rege omnium Regum beneficiorum non appareamus ingrati, & majores successus atque victorias de brachio virtutis Dei jugiter sperare possimus. Hujus quidem nostrae consuetudinis consideratione inducti, casis & comprehensis in manu bellica ad laudem & gloriam nominis Dei Graecis & barbaris nationibus, quae regnum nostrum nulla eorum vi, sed proditorum nostrorum dolo sitate intraverant, devictis & fugatis de finibus regni nostri turbatoribus pacis, & proditoribus nostris humiliandos Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS II. Narrat Sigonius lib. XII. Hist. de Regn. Ital. Guillelmum Siciliae Regem pacem ab Hadriano IV. postulasse, & spondidisse si se beneficiarium Ecclesiae confirmaret, Romanorum adversus eum contumaciam compressurum: quam conditionem cum Hadrianus Papa repudiasset cum ingentibus copiis e Sicilia in Apuliam transit Guillelmus, Graecos praelio vicit, Barium in potestatem adductum plane evertit, & Hadrianum Papam in tantas difficultates adduxit ut de pace componenda cogitaret. Hanc in rem Guillelmum ad pedes praesidentem in gratiam recepit, & ligium de more homagium facientem, Regem Siciliae declaravit. Quae sum-

nos sub omnipotenti manu Dei decrevimus & ad cultum humilitatis propensius intendendum.

V. Discordiis igitur illis quae inter Romanam Ecclesiam fuerant agitatae, finem congruum imponere cupientes: cum appropinquavisset civitati Beneventi, & inimici nostri ante faciem indignationis nostrae fugissent, venerabiles Cardinales vestros Hubaldum tituli S. Praxedis, & Julium tituli S. Marcelli presbyteros Cardinales, & cum eis Rolandum tituli S. Marci presbyterum Cardinalem, & Cancellarium vestrum, quos ad nostram praesentiam direxistis, eo quo decuit honore suscepimus, & desiderium ac monita vestra de bono pacis ex ore ipsorum libenti animo audientes, ipsi & Majore magno Ammirato Ammiratorum dilecto fidei & familiari nostro, & Hugone Panormitano, & Romualdo Salernitano venerabilibus Archiepiscopis, & Wilhelmo Calano Episcopo, & Marino Cavensi Abbate fidelibus nostris mediantibus, in hunc vobiscum per eos pacis devenimus concordiae tenorem; videlicet ut de capitulis illis, de quibus inter majestatem vestram & nos controversia vertebatur, quod subscriptum est, observetur.

De appellationibus quidem ita. Si aliquis clericus in Apulia, & Calabria, & aliis terris quae Apuliae sunt affines, adversus alium clericum de causis Ecclesiasticis querelam habuerit, & a Capitulo, aut Episcopo, vel Archiepiscopo suo, seu alia Ecclesiastica persona suae provinciae non poterit emendari: libere tunc si voluerit, ad Ecclesiam Romanam appellet. Translationes in Ecclesiis sicut, si necessitas, aut utilitas Ecclesiae aliquem de una Ecclesia ad aliam vocaverit, & vos aut vestri successores concedere volueritis. Consecrationes & visitationes libere Romana Ecclesia faciet Apuliae, vel Calabriae civitatum, ut voluerit, aut illarum partium quae Apuliae sunt affines, civitatibus illis exceptis, in quibus persona nostra, vel nostrorum haereditum in illo tempore fuerit, remoto malo ingenio nisi cum voluntate nostra, nostrorumque haereditum. In Apulia, & Calabria, & N 2 par-

marie narramus, ut quae Baronius habet ex Auctoribus illius temporis melius intelligantur. Nunc audiendus Anonymus Caphinensis in Chron. ad hunc Christi annum: Willemus Rex Siciliae venit Brundisium, & cepit illud mense Maii, die vigesimo octavo, & destruxit Barim; deinde venit Beneventum ad Papam Hadrianum, cum quo pacifacens secure permisit exire regnum, Comitum Lorotelli, & Comitem Andriae (sed loco Andriae legendum, Andream, juxta MSS. a Peregrinio visa. Est is porro Comes Andreas de Rupecanina), & alios socios eorum prece ipsius Papae. Quo audito Robertus de Surrento fugit, sed captus apud Cajetam (in MSS. a Pe-

Nar-

partibus illis quæ Apuliæ sunt affines, Romana Ecclesia libere legationes habebit. Illi tamen, qui ad hoc a Romana Ecclesia fuerint delegati, possessiones Ecclesiæ non devastent. In Sicilia quoque Romana Ecclesia consecrationes & visitationes habeat, & si de Sicilia personas aliquas Ecclesiastici ordinis vocaverit, magnificentia nostra, nostrorumque hæredum pro Christianitate facienda, vel pro suscipienda corona, remoto malo ingenio, retinebit quas providerit retinendas. Cætera quoque ibidem habebit Romana Ecclesia, quæ habet in aliis partibus regni nostri, excepta appellatione & legatione, quæ nisi ad petitionem nostram & hæredum nostrorum, ibi non fient. De Ecclesiis & monasteriis terræ nostræ, de quibus Romanæ Ecclesiæ quæstio mota fuit, sic fiat: Vos quidem & vestri successores in eis habebitis eas, quæ in cæteris Ecclesiis, quæ sub nostra potestate consistunt, solita sunt accipi consecrationes & benedictiones a Romana Ecclesia; & debitos insuper, & statutos ei census exolvent. De electionibus quidem ita fiat. Clerici conveniant in personam idoneam, & illud inter se secretum habebunt, donec personam illam excellentiæ nostræ pronuntient, & postquam persona celsitudini nostræ fuerit designata, si persona illa de proditoribus, aut inimicis nostris, vel hæredum nostrorum non fuerit, aut magnificentiæ nostræ non extiterit odiosa, vel alia in ea causa non fuerit, pro qua non debemus assentire, assensum præstabimus.

VI. Profecto vos nobis, & Rogerio Duci filio nostro, & hæredibus nostris, qui in regnum pro voluntaria ordinatione nostra successerint, concedetis Regnum Sicilia, Ducatum Apuliæ, Principatum Capuæ, cum omnibus pertinentiis suis, Neapolim, Salernum, & Malpbian cum pertinentiis suis, Marchiam, & alia quæ ultra Marsicam debemus habere, & reliqua tenementa, quæ tenemus, a prædecessoribus nostris hominibus sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ

PAGIUS Peregrinio visis loco Cajetæ habetur Garilianum) in carcerem est ad Siciliam deportatus, & non post multum temporis obiit.

III. Aliqui a pace exclusi. Peregrinius in Noris ad Anonymum Casinensem pag. 135. & seqq. contendit eum male scripsisse Hadrianum IV. obtinuisse liberi commentus tess ram pro Comitibus Lorotelli, & Andrea de Rupecanina, aliisque qui Beneventi erant; quod probare conatur ex Falcando in Hist. de Calamitatibus Sicilia, & Tyrio lib. 18. cap. 8. cujus verba Baronius num. I. & seq. recitat. Sed neuter Anonymo Casinensi contradicit; hic enim tantum asserit, Hadrianum IV. in eorum gratiam obtinuisse a Guillelmo Rege, ut de regno exire possent, deferendo scilicet bona sua. Falcandus vero & Tyrius tantum tradunt, hos Proceres exclusos omnes a federe, scilicet pacis. Profecto qui

jure detenta, & contra omnes homines adjuvabit honorifice manuteneri. Pro quibus omnibus vobis vestrisque successoribus, & S. R. E. fidelitatem juravimus, & vobis legium homagium fecimus, sicut continetur in duobus similibus Capitularibus, quorum alterum penes vestram majestatem sigillo nostro aureo, alterum vero sigillo vestro signatum penes nos habetur. Et censum sexcentorum schisatorum de Apulia & Calabria, quingentorum vero de Marchia, vel æquivalens in auro vel argento nos ac nostros hæredes Romanæ Ecclesiæ statuimus annis singulis soluturos, nisi forte impedimentum aliquod intercesserit, quo cessante, census ex integro persolvetur. Omnia vero prædicta, quæ nobis concessistis, sicut nobis, ita etiam & hæredibus nostris concedetis, quos pro voluntaria ordinatione nostra statuerimus, qui sicut nos, vobis vestrisque successoribus & Ecclesiæ Romanæ fidelitatem facere, & quæ præscripta sunt, voluerint observare. Ut autem quæ supradicta sunt, tam vestro quam vestrorum successorum tempore obtineant perpetuam firmitatem, nec nostris, aut nostrorum hæredum temporibus alicujus valeant præsumptione turbari; præsens scriptum per manum Matthæi nostri Notarii scribi, ac bulla Aurea nostro Typario impressu insigniri, ac nostro signaculo decorari iussimus. Datum ante Beneventum per manus Majoris magni Annirati Admiratorum, Anno Domini Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto, mense Junii, quarto Indictionis anno vero regni domini Willelmi Dei gratia magnifici & gloriosissimi Regis Sicilia, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ * sexto feliciter. Amen.

Confirmavit ista suo diplomate Hadrianus Papa obsessus, ut vidimus, necessitate compulsus: quod sicut invenimus abbreviatum in multis, ita describemus ex codice basilicæ S. Petri in Vaticano verbis istis:

Hadrianus Episcopus servus servorum Dei

patriam deserere cogitur, ac bona sine ulla recuperationis spe non potest dici in federe pacis comprehensus. Hi itaque Auctores Anonymo Casinensi non adversantur, sicuti nec Romualdo Salernitano Archiep. qui idem asserit ac Anonymus, ut ipsemet Peregrinius fateatur. Romualdus autem non solum hoc tempore in Apulia vivebat, sed & rerum quæ gerebantur, pars erat.

IV. Quod spectat ad Robertum Capuanum Principem, qui Benevento aberat, nullus scripsit Hadrianum IV. ei salvum conductum obtinuisse, isque captus fuit a Comite Fundano, ut prodit Romualdus Salernitanus: Jam Garilianum fluvium pertransiens, Richardus de Aquila Comes Fundanus, qui homo ejusdem Principis erat (nempe vasallus) positus insidiis ipsum cepit. Peregrinius citatus recte suam de Roberto isto

* Ex que a patre Rogerio coronatus cepit regnare cum eo. Romuald. Chron. & Hugo Falcand. in princ. Hist.

Dei charissimo in Christo filio Willelmo illustri & glorioso Sicilia Regi, ejusque hæredibus, quos pro voluntaria ordinatione sua statuerit in regnum, in perpetuum.

VII. Hadr. Pap. ad Reg. Sicil. diploma.

Licet ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio universos Christi Fideles paternæ charitatis brachiis debeamus amplecti, atque ad pacem eos & concordiam invisare: Reges tamen & sublimiores quasque personas tanto amplius diligere & honorare debemus, atque de bono pacis eos, tanto studiosius commonere, quanto Ecclesiæ Dei, & fidelibus Christianis major inde fructus spiritualiter ac temporaliter dignoscitur provenire. Constat, charissime in Christo fili Willelme, glorioso Sicilia Rex te inter Reges & celsiores personas sæculi eximis operibus, potentia, opibusque clarere, ita ut ex vigore justitiæ, quam in terra sub tua ditione constituta conservas, ex securitate pacis, qua omnes per eandem constituti letantur, & ex terrore, quem inimicis Christiani nominis per opera magnifica incussisti, usque ad extremos angulos fama tui nominis & gloria protendatur. Quod siquidem nos, dilectissime in Christo fili Willelme eximie, diligentius attendentes, & inspicientes pariter, quantæ utilitates Romanæ Ecclesiæ valeant provenire, si celsitudo tua per firmam pacem ei & concordiam conjungatur: dum in civitate Beneventana securi & liberi cum fratribus nostris essemus, ad pacem tecum habendam diligenti studio decrevimus intendere. Misimus ergo ad excellentiam tuam quosdam fratrum nostrorum, scilicet, ut supra, & proposuimus per eos nostrum de bono pacis & concordia desiderium, & invitavimus attentius, & monuimus excellentiam tuam ad pacem. Et illius inspirante virtute, qui ad cælum iturus Discipulis suis ait: (a) Pacem meam do vobis, pacem meam re-

(a) Joan. 14.

PAGIUS.

narrationem concludit. Et Roberti quidem secundi hic fuit vitæ finis, postquam tertia tandem vice Principatum Capuæ detinisset, a mense Septembri anni MCLV. ad Junium anni sequentis, mensibus fere novem, annumque numerare cum cœpisset, ut Chartulæ antiquæ non unæ sunt documento, vigesimum nonum ab suscepto post patrem Jordanum II. Principatu hoc est ab Januario anni MCXXVII. Quocirca ex Campanorum Principum albo expungendus, qui nunquam in vivis fuit, nullisque præfatis Auctoribus est cognitus, tertius exteriusque Princeps Robertus, ex patria, five urbe, five gente falso recentioribus reputatus de Surrento.

V. Wallenses reliquie sunt antiquorum Britonum.

Antiqui Britanni Wallenses dicti, sub Henrico II. novo Principe Anglorum jugum excutere tentarunt, uti narrat Willelmus Neuburgensis lib. II. cap. V. qui licet annum rei gestæ non memoret, quia tamen id subsequenti anno contigisse alii Historici Angliæ indicant, & Neuburgensis narratio Historiam An-

liquo vobis: talem animum tuum invenimus, qualem filii pacis & Catholici Principis decuit inveniri. Et mediantibus præfatis filiis nostris, &c. ut supra. In hanc formam pacis libera & spontanea voluntate nostra devenimus, Ut videlicet de capitulis illis, de quibus inter nos & excellentiam tuam controversa est, per omnia, &c. ut supra in proxime scripta Regis est conclusione. Pergit: Ut autem quæ supra diximus, tam nostro, quam successorum nostrorum tempore perpetuam obtineant firmitatem, & nec tuis, nec tuorum hæredum temporibus alicujus valeant præsumptione turbari: nos ea de communi consilio & voluntate fratrum nostrorum auctoritate Apostolica confirmamus, & valitura in perpetuum præsentis scripti pagina communi-mus, & tam a nobis, quam a nostris successoribus perpetuis temporibus statuimus observanda. Nulli ergo omnino liceat banc paginam nostræ concessionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare voluerit: omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus indignationem incurrat. Amen, Amen, Amen. Datum eadem die qua & superior. Ita in scripto codice. Verum illud scito, coactum fuisse iis scriptis proferi Hadrianum, se esse securum & liberum; cum ista promitteret, ne actus ex eo infirmari posset: tamen obsessum Beneventi (ut patet ex Tyrio, & aliis ejus temporis Scriptoribus) liquet fecisse necessitate coactum, ob idque nullius ponderis esse potuisse; cum alioqui renuntiare juribus Pontificiis, nempe appellationibus deferendis, nec posse ipsos Pontifices, Nicolaus Papa Primus affirmet.

VIII.

At ista omnia, quæ contra Ecclesiasticam libertatem, urgente necessitate, per vim & metum extorta sunt ab Hadriano Romano Pontifice per Willelmum cognomento:

glia mire illustrat, eam hic referre juvat: Inter Regem & Wallenses gentem inquietam & barbaram discordia oritur: dum vel ille aliquid insolitum per potentiam ab eis exigeret: vel illi filvis, montibus, vallibusque suis plus justo confisi, tanto Principi per insolentiam, solita denegarent. Sive etiam propter inquietudinem & clandestinos in vicinos Anglorum fines excursus. Rex vero immensis ex tota Anglia copiis congregatis, regionem Walliarum, qua facillior aditus videbatur, ingredi statuit. Porro illi convenientes, excubabant in terminis & in planum progredi, vel aperto bello, cum loricatoris congruendi levis armatura homines declinantes delitescabant in silvis, & viarum angustias observabant. Sane Wallenses, reliquia Britonum esse noscuntur: qui hujus Insula (qua nunc Anglia dicitur, olim Britannia dicebatur) incolæ primi fuerunt, ejusdemque nationis ac Lingua esse probantur, cujus & Britones transmarini. Cum autem gens Britonum a superventuribus Anglorum populis exterminium pateretur: qui

CHRISTI
1156.HADRIANI IV. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 2.
MANUELIS IMP. 14.

mento Malum Siciliae Regem: sub Innocentio Papa Tertio novis pactis, honestioribus conditionibus interpositis, sunt penitus cassata, atque prorsus abolita, ipsa vero libertas Ecclesiastica suo robore integrata, atque in pristinum restituta, ut suo loco pluribus dicturi sumus.

Cæterum satis manifesto fuit postea declaratum experimento, male a Regibus consuli rebus regni cum Ecclesiæ detrimento. Siquidem florentissimum regnum Siciliae in illud fuit extremum discrimen inductum, ut defecerint hoc eodem sæculo regni successores virilis sexus ex Northmannis, & transferit ad Svevos. Sic, sic Deus vindex peccatorum patris in filios usque in tertiam & quartam (a) generationem: in ipsa prima generatione, nempe in filio successore execrandum ultus est scelus, ut in ipso defecerit regnum gentis Northmannorum, & transferit ad eos, qui Northmannorum excidia ante omnia procurarint. Sed nec ipsum sceleris auctorem Willelmum dira dirum vindicta præterit, cum tot in eum excitarit immanes tyrannos, ut uno sublato, alter non deficeret priore scelestior, immo plures & nequiores oborirentur, quorum insidiis caperetur, atque in carcerem truderetur, filio primogenito ipsius Rogerio conclamato ab ipsis Rege, quem ipse pater jam liberatus a plebe necarique, ut sic ipse regnare posset; induerique rursus purpuram non murice, sed filii sanguine tinctam. Sed & sceleris architectus Majo Ammiratus superius nominatus, cæde crudelissima periit. Hæc omnia a fidelissimo teste, qui aderat, quam exactissime scripta habes, Hugone Falcando, qui cuncta hæc scripto volumine est profecutus. Sic, sic, inquam, suo ipsius exemplo Willelmus sancitam reliquit posteris disciplinam, maximum parere sibi damnum, qui servitutis Ecclesiæ mercimonio libertatem regni deteriore omni servitute requirat.

(a) Exod. 20. Maximum sibi damnum Willelm. Rex parxit.

PAGIUS

qui evadere potuerunt refugerunt in Vallias contra irruptionem hostium, natura beneficio tutas, ibique hac natio perseverat usque in presentem diem.

VI. Hominium præstant Henrico II. Angliæ Regi.

Pergit Neoburgensis: Regio quippe illa tractu propensiori ad prospectum Hiberniæ super mare Occidentale jacens, alio latere regionibus Anglicis jungitur: & fere tota, vel Oceano, vel vivis saltibus, aliisque difficultatibus cingitur: ideoque difficillimos habet accessus, sive ingressus. Introrsus autem inextricabiles quosdam noisitur habere recessus: ita ut quam periculosum est potenti cuilibet eam cum exercitu ingredi; tam impossibile sit, eam cum exercitu pervagari. Gignit autem pro sui natura homines moribus barbaros, audaces & insidos, alieni sanguinis avidos, & proprii prodigos, rapinis semper inbiantes, & tanquam transfuso a natura odio, genti Anglorum infestos. Habet quidem pro

Displicuit mirum in modum ista Romani Pontificis cum Siciliae Rege concordia Imperatori, quod scilicet ea pace nactus videretur esse præsidium, ad quod confugeret, cum quid molestum in eum, universamque Romanam Ecclesiam idem statueret Imperator, qui eum ipsius Regis carentem protectione posset habere subiectum. Itidem & Cardinales partibus studentes Imperatoris id ipsum postea publicis litteris istis sunt professi, quas recitat Radevicus his verbis: (b)

Ex quo contra honorem Ecclesiæ Dei & Imperii amicitia inter dominum Papam Hadrianum & Willelmum Siculum apud Beneventum facta est, dissensio & discordia non modica inter Cardinales S. R. E. non sine causa oborta est: nobis scilicet, qui honorem & dignitatem sanctæ Dei Ecclesiæ & Imperii nullatenus diminui volebimus, amicitia, quæ facta fuerat in detrimentum Ecclesiæ & Imperii, nequaquam consentientibus; aliis vero, qui pecunia & multis promissionibus obcæcatis jam dicto Siculo tenebantur astricti, conventionem ipsam taliter, ut diximus, fabricatam nequiter defendentibus, & quamplures in partem sui erroris attrahentibus, nostro conatus, & voluntati totis visibus pertinaciter resistentibus. Proinde procedente tempore cum jam fama ferret, Imperatorem Italiam intrasse, & plurimam ejus partem suæ potestati subjungasse, prædicti fratres Siculo astricti dominum Papam sollicitare & circumvenire omni sagacitate cœperunt, qualiter aliqua occasione assumpta, dominus Imperator, & omnes sequaces ejus excommunicationi subderentur, & nos ad id faciendum una cum eis juramento astringeremur. Nos autem e contra diximus, potius Siculum excommunicandum, qui omnia jura Ecclesiæ tam spiritualia, quam temporalia violenter abtulerat, quam Imperatorem, qui Ecclesiæ Romanæ & Imperii jura fideliter laborabat recuperare, & Ecclesiam de servitute ad libertatem

(b) Radev. l. 2. c. 52.

eo quod saltuosa est, uberrima alendis pecoribus pascua, sed plani parum habens, & frugum infœcunda, alendis propriis non sufficit filiis, sine invelto ex intimis Angliæ provinciis comætu. Quem nimirum quoniam sine beneficio vel permissu Regis Anglorum habere non potest, ejus cogitur ditioni subjacere. Et si forte per latrociniales excursus, a quibus propter infrinatam barbariem vix temperat, eum irritavit, iram ejus diu non sustinens cogitur eum placare. Igitur Rex fines hostium, cum natura & malitia locorum multum luctando ingrediens, infausta negotii initia habuit. Narrat postea partem exercitus exceptam insidiis periclitatam esse; signum Regium, cujus conspectu exercitus animandus erat, amissum, sed tandem Regulos munitiones suas Henrico Regi tradidisse, & hominum illi præstitisse. Quando Vallia Coronæ Angliæ accesserit infra referemus.

Hoc

CHRISTI
1156.HADRIANI IV. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 2.
MANUELIS IMP. 14.

reducere &c. At quam egregie mentiti sint isti, sæpius postea significaverunt eventa, cum nihil magis in animo firmum idem Imperator haberet, quam Romanam Ecclesiam suæ ipsius & successorum suorum subicere servituti, omnique libertate nudare.

Displicuit, inquam, Imperatori libere habere sacrorum canonum vindicem Romanum Pontificem, quem & timeret passurum fore censeorem transgressionum suarum, quæ adeo erant enormes, ut absque scandalo totius Christiani Orbis non possent omitti sine vindicta inferenda ab Apostolica Sede.

X. Hoc ipso anno (habet Dodechinus in Chronico) Fridericus Imperator Agnetem Principis Burgundiæ filiam uxorem duxit, repudiata priori legitima uxore apud Constantiam. Unde in Ecclesia gravissimum exortum est schisma. Hæc ipse. Divortium autem factum fuisse per Legatos Apostolicæ Sedis, tradunt Otto Frisingensis, necnon Gunterus Ligurinus: causam autem intercessisse jus consanguinitatis, quo impediretur ejusmodi contrahi matrimonium. Uxorem vero quam duxit, non Agnetam, sed Beatricem fuisse dictam, in eadem auctores affirmant, qui aderant. Celebratas autem fuisse nuptias hoc anno post Pentecosten, idem qui supra Otto testatur. (a) Sed readeamus ad Hadrianum, de quo hæc Acta:

(a) Ott. de reb. Frid. l. 2. c. 29.

XI.

Egrediens benignissimus Papa de civitate Beneventana, & de finibus Samniti, versus Urbem Romam iter direxit. Transiens vero per montem Cassinam, & per Marsicanam montana, venit in civitatem Narniam. Et quoniam civitatem Urbevetanam, quæ per longissima ultro tempora se a jurisdictione beati Petri subtraxerat, cum multa diligentia & studio nuper acquisiverat, & dominio Ecclesiæ subjecerat: bonum sibi & fratribus suis visum est, ut ad civitatem ipsam accederet, & sua eam præsentia honoraret: nam usque ad ejus tempora, sicut ab omnibus dicebatur, numquam Romanum Pontificem eam civitatem intrasse, vel aliquam in ea temporalem potestatem exercuisse constabat. Ea propter Clerus & populus, &

PAGIUS VII. Obitus Petri Venerabilis Abbatis Cluniac.

Hoc anno mortuus est Petrus Venerabilis Cluniacensis Abbas, natione Arvernus, sanctitate & doctrina celeberrimus, qui in Martyrologio Benedictino inscribitur ad VIII. Kal. Januarii, quo animam Deo reddidit, ut fidem facit Radulphus Monachus ejus discipulus, qui vitam & mortem ejus descripsit, apud Duchesnum in Notis ad lib. I. Epistolarum ejus pag. 103. Reversus sanctus iste illa hora de corpore, qua credimus Dei Verbum natum de virgine matre; & bene hanc, ut ascenderet, horam elegit, qui nato descendenti humiliter semper servavit. Nascens ergo Christo Virgine de Virgine matre in terris, Petrus Virgo assumitur in celis, ut qui

milites ejus loci majori desiderio & ampliori veneratione ipsum Pontificem receperunt, & bonis omnibus plusquam poterant, honorarunt. Ipse vero aliquamdiu ibi moram faciens, majores, & minores tanquam beati Petri familiam affectuose honorabat, & in eorum gratulabatur aspectu. Appropinquante igitur hyemis tempore, ad amenum & populosum Viterbii castrum descendit, & exinde ad Urbem & Lateranensem Consistorium cum gloria & honore debito remeavit. Hucusque Acta, anni hujus periodum claudentia. Additur his ex Chronico Fossæ novæ, hoc anno Soram civitatem fuisse prædæ datam atque combustam a militibus Regis Willelmi ob necem Simonis, qui eidem præerat nomine Regis: cives autem salvos factos in arce natura loci munitissima, super montem posita, dicta Sorella, quæ diu obsessa licet, capi tamen non potuit. Hæc autem facta ponuntur ante reditum Hadriani Pontificis in Urbem.

Hoc eodem anno, dum in partibus Beneventanis moraretur Hadrianus Papa, invisit eum Joannes Saresberienfis ejus gentilis, de quo dictum est anno superiori, vir doctrina & probitate notissimus (fuit iste a secretis S. Thomæ Archiepiscopo Cantuariensi illustri martyri) atque cum eo magna animi libertate sermonem miscuit. Quem idem ipse in Policratice suo scriptum reliquit, nosque hic reddere non erit incongruum: ut intelligatur, S. R. E. multorum semper subiectam fuisse calumniis, cum tamen numquam ipsi defuerint, quæ essent recte intuentibus laude dignissima; ut horum exemplo possumus intelligere: (b)

(b) Potter. l. 6. c. 242.

Memini me, inquit, causa visitandi dominum Hadrianum Pontificem Quartum, qui me in ulteriorem familiaritatem admiserat, profectum in Apuliam. Mansitque cum eo Beneventi ferme tres menses. Cum itaque, ut fieri solet inter amicos, sæpe plurimis conferremus; & ipse quid de se & Ecclesia Romana sentirent homines, a me familiariter & diligentius quaereret: ego apud eum usus spiritus libertate

gaudium singulis natiuitatis devote celebraverat cum peregrinis quandiu vixerat, modo & hora ejus Natiuitatis reciperet fructum devotionis in sede aternitatis. Porro hic observandum in Biblioth. Cluniacensi in Vita Petri Venerabilis pag. 601. dici Radulphum Vitam Sancti patris & mortem descripsisse, & hæc verba ex illo afferuntur: Anno Dom. Incarnat. MCLVII. prima ipsius anni die, reverendus & cum tanto honore recolendus Dominus Petrus Abbas vitam universam carnis ingressus est; & illa hora sancta anima ejus discessit, qua credimus verbum Dei, &c. Turbavit Auctorem Chronici Cluniacensis & Andream Duchesnum, qui Epi-

ro.

CHRISTI
1156.HADRIANI IV. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 2.
MANUELIS IMP. 14.Quæ ja-
starentur
adversus
Rom. cu-
riam.

tate, mala, quæ in diversis provinciis audieram, patenter exposui. Sicut enim dicebatur a multis, Romana Ecclesia, quæ mater omnium Ecclesiarum est, se non tam matrem exhibet aliis, quam novercam. Sed in ea Scriba & Pharisei, ponentes onera importabilia in humeris hominum, quæ digito non contingunt. Dominantur in Clero, nec forma sunt gregi, qui recto calle pergit ad vitam: pretiosam suppellectilem congerunt, auro, & argento onerant mensas, sibi etiam ab avaritia nimis parci. Nam pauper aut nullus, aut rarus admittitur, quem interdum non tam Christus, quam vana gloria introducit. Concutiunt Ecclesias, lites excitant, collidunt Clerum & populum, laboribus & miseriis afflictorum nequaquam compatiuntur, Ecclesiarum latantur spoliis, & quæstum omnem reputant pietatem: justitiam non tam veritati, quam pretio reddunt; omnia namque cum pretio hodie sed nec cras aliquid sine pretio obtinebis. Nocent sepius, & in eo demones imitantur, quod tunc prodesse putantur, cum nocere desistunt, exceptis paucis, qui nomen & officium pastoris implent. Sed & ipse Romanus Pontifex omnibus gravis & fere intolerabilis est.

XIII.

Præterea omnes arguunt, quod ruentibus & collabentibus Ecclesiis, quas patrum construxit devotio, altaribus quoque incultis, palatia extruit, & ipse non modo purpuratus, sed deauratus incedit. Palatia splendent sacerdotum, & in manibus eorum Christi sordidatur Ecclesia. Provinciarum diripiunt spolia, ac si thesauros Cæsi studeant reparare. Sed recte cum eis agit Altissimus, quoniam & ipsi aliis, & sepe vilissimis hominibus danti sunt in direptionem. Et ut opinor, dum sic in invio erraverint, numquam deerit eis flagellum Domini. Os siquidem Domini locutum est: (a) Quia quo iudicio judicaverint, iudicabuntur, & sua mensura remetietur eis. Antiquus dierum mentiri non novit. Hæc, inquam, Pater, loquitur populus, quandoquidem vis ut illius tibi sententias proferam.

(a) Mat. 7.

Sententia
veritati
propin-
quior.

Et tu, inquit, quid sentis? Angustia inquam sunt undique. Vereor enim ne mendacii, vel adulationis contrabam notam, si solus populo contradixerero. Sin autem vercatum vereor majestatis, ne tanquam

PAGIUS

stolas Petri Venerabilis notis illustravit, annus ille Incarnationis MCLVII. & Criticos in duas sententias distinxit, alius hanc mortem cum anno MCLVI. aliis cum anno MCLVII. alligantibus. Verum cum Radulphus Monachus diem Nativitatis Christi primum anni diem appellet, certum est, cum annum a Natali Christi inchoasse, ideoque & explicandum de anno eræ nostræ vulgaris MCLVI. Infra videbimus erratum etiam fuisse a viris doctis, mortem Sancti Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis cum

qui os meum in cælum posuerim, crucem videam meruisse. Veruntamen quia Guido Clemens sanctæ Potentianæ presbyter Cardinalis populo testimonium perhibet, ei usquequaque contradicere non præsumo. Afferit enim in Romana Ecclesia quamdam duplicem esse radicem, & fomentum avaritiæ, quæ caput & radix est omnium malorum. Neque id quidem in angulo, sed confidentibus fratribus, S. Eugenio præfidente, quando adversus innocentiam meam Ferentini gratis excanduerant, hoc publice protestatus est. Unum tamen audacter conscientia teste profiteor, quia nusquam honestiores clericos vidi, quam in Ecclesia Romana, aut qui magis avaritiam detestentur. Quis Bernardi Redonensis SS. Cosmæ & Damiani diaconi Cardinalis continentiam contemptamque pecunia non miretur? Nondum natus est a quo munus acceperit. Quod tamen a communione fratrum sinceriore jure proveniebat, interdum accipere persuasus est. Quis non stupeat Episcopum Prænestinum qui scrupulum conscientie metuens, & a participatione honorum communium abstinerebat? Plurimum tanta modestia, tanta gravitas est, ut Fabricio non inveniantur inferiores, quem agnita salutis via, modis omnibus antecedunt. At licet bonus Christi odor in Ecclesia numquam desit: mûcæ tamen (b) morientes perdunt odorem unguenti. Sed pergit: Quia ergo instas, urges, præcipis, cum certum sit, quod Spiritui sancto mentiri non licet, fateor, quia quod præcipis, faciendum est, etsi non sitis omnibus operibus imitandi. Nam qui a doctrina vestra dissentit, aut hæreticus, aut schismaticus est. Sed Deo propitio sunt, qui non omnium vestrum opera imitentur. Paucorum ergo labes sinceris maculam, & universali Ecclesie ingerit. Et in ea opinione frequentius moriuntur, ne totam corrumpant Ecclesiam. Sed & boni rapiuntur interdum, ne malitia immutentur, & quia Roma corrupta apud Deum bis reperitur indigna.

(b) Eccl.
10.

Tu ergo quia id habes officii, quare & insere humiles, vane gloriæ & pecuniæ contemptores. Sed timeo nedum pergis querere quæ non vis. Quid est Pater, quod aliorum discitis vitam, & te ipsum minime perscrutaris? omnes applaudunt tibi, Pater omnium vocaris & dominus, &

XIV.
Admoni-
tio facta
Pontifici.

ca-

anno MCLXXI. connectentibus, quod Historici Angli, qui eam narrarunt, quique a natali Christi annum inchoepere, scripserint Sanctum Martyrem passum die XXIX. Decembris anni MCLXXI. quo tamen die adhuc in curfu erat annus eræ vulgaris MCLXX.

Fridericus Imperator, relicta uxore sua, duxit Agnetem filiam Comitum Burgundionum, Rainaldi nomine, ultra Saonam; quam patruus suus Comes Willelmus arcta turris custodia diu clausam tenuerat; sed de manibus ejus liberata, Beatrice.

VIII.
Matrimo-
nium Fre-
derici
Imp. cum
Beatrice.CHRISTI
1156.HADRIANI IV. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 2.
MANUELIS IMP. 14.

capiti tuo infunditur omne oleum peccatoris. Si ergo Pater es, quare a filiis munera & retributiones expectas? Si dominus, quare Romanis tuis timorem non incutis, & temeritate repressa, eos ad fidem non revocas? At Urbem vis Ecclesie tuis muneribus conservare. Numquid eam sic Silvester muneribus acquisivit? In invio Pater es, & non in via. Eisdem est conservanda muneribus, quibus est acquisita. Quod gratis accepisti, gratis dato. Justitia Regina virtutum est, & erubescit quovis pretio permutari. Sed gratiosa futura est, sit gratuita. Nequaquam prostituatur ad pretium, quæ corrumpi non potest. Integra est, & semper incorrupta. Dum premis alios, & tu gravius opprimeris.

Risit Pontifex, & tanta congratulatus est libertati, præcipiens, ut quotiens sinistrum aliquid de ipso meis auribus insonaret, hoc ei sine mora nuntiarem. Et cum plurima nunc pro se, nunc contra se respondisset, apologum hujusmodi mihi proposuit; ait ergo: Accidit, ut adversus stomachum membra omnia totius corporis conspirarent, tamquam adversus eum, qui voracitate sua labores omnium exhauriret. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu, laboribus insistant manus, pedes ad itinere callum induunt, ipsaque lingua utiliter sermonem & silentium moderatur. Omnia denique membra publicis invigilant commodis, & in tanta sollicitudine omnium & labore, solus quiescit venter, & cum omnia parata fuerint, quæ labor multiplex acquisivit, solus omnia devorat & consumit. Quid multa? Condixerunt ut a laboribus abstinerent, & gravi inedia conficerent illum inertem & publicum hostem. Exacta est sic una dies secuta est altera radiofior: tertia adeo perniciofior fuit, ut fere omnibus defectum indiceret. Urgente itaque necessitate, fratres iterum in unum convenerunt, acturi de salute sua, & hostis publici statu. Cum vero omnes assisterent, oculi languerunt, pes molem corporis non erexit, torpebant brachia, sed & ipsa lingua iners, & deficienti Ann. Eccl. Tom. XIX.

De causa
cogendæ
pecuniæ.

PAGIUS

ta, Imperatori copulata est, inquit Scriptor Auctarii Affligemensis, qui tamen perperam Agnetem vocat, quam alii passim Beatricem vocant. Hoc matrimonio Comitatus Burgundie ditionibus Frederici Imp. accessit. Vehementer tamen argutus fuit ab Hadriano Papa, pro uxoris sua prima divortio. Quod ille agre se-

palato sociata, causam communem exponere non præsumpsit. Ad cordis ergo consilium omnia redierunt, ibique habita deliberatione ratio patefecit, quoniam hæc mala ingerebat, qui ante denunciatus fuerat publicus hostis. Ex quo enim ei tributa subtracta sunt, & ipse quasi publicus dispensator omnibus alimenta subduxit. Et quia nemo potest sine stipendiis militare cum stipendia non procedunt, debilitatur & frangitur miles. Sed nec in dispensatorem poterat culpa refundi, qui quod non acceperat, minime potuerit aliis erogare; longeque tutius esse, ut ei quod distribuat, ministraretur, quam illo evacuato, omnia membra esuriant: factumque est ita. Suadente ratione impletus est venter, refocillata membra, & pax omnium reformata. Absolutus est itaque stomachus, qui licet vorax sit, & avidus alieni, non sibi tamen petit, sed aliis, quæ eo exinanito nequeunt sustentari.

XV.

Tale est, inquit, frater, si recte attendas, in corpore Republicæ, ubi licet plurimum appetat magistratus, non tam sibi quam aliis coarctat. Si enim exinanitus fuerit, nihil est quod membris valeat impartiri. Nam stomachi in corpore, & Principis in Republica idem officium est &c. Hæc ob collectionem decimarum, quas in omnibus Provinciis Romani Pontifices colligere solent, loco quarum successerunt Annatarum solutiones, quæ cujuscumque ingressu Sedis, taxata summa solvuntur. Noli ergo (inquit Hadrianus) neque nostrum, neque secularium Principum duritiam metiri, sed omnium utilitatem attende. Hactenus congressus atque familiaris collatio Joannis cum Hadriano Pontifice.

Quod pertinet ad res Orientalis Ecclesie, hoc eodem anno, qui numeratur Tertii Balduini Regis Hierusalem decimusquartus, iuste ulciscente numine, ob non servatam a Rege Christiano fidem pactam Infidelibus, exercitus Christianorum semper vincere solitus, ignominiose prosternitur in Palæstina. Res gesta exacte describitur a Willelmo Tyrio Archiepiscopo. (a)

(a) Wvil.
Tyr. l. 18.
c. 11. 12.
13. 14.

O Mil.

rens, Cardinalibus Romanis introitum civitatum & Ecclesiarum regni sui interdixit. Henricus Marchio Austria creatur primus Dux Austria a Frederico Imp. Ratispona, ut legitur in Additamento Auctarii Affligemensis ad hunc annum, & ab aliis confirmatur.

I. Millesimus centesimus quinquagesimus septimus surgit annus, Indictione quinta, quo inter Hadrianum Papam, & Fridericum Imperatorem novarum disensionum occasio est oborta. Hæc Otto de sancto Blasio, qui ea facta scribit anno superiori in Appendice. Sed Radevicus, qui res tunc gestas a Friderico annis ac mensibus exacte consignat, ista hoc anno contigisse, satis aperte significat, ut de his recte intuenti nulla dubietas oriri possit. Miffa est ab Hadriano legatio, datæ sunt litteræ, ex quibus ingens est conflata discordia.

Discordia orta inter Imp. & Pap.

(a) Radevicus in Frid. l. 1. c. 8.

Legatio Miffa ab Hadriano ad Imp.

Quænam autem, qualesve fuerint istiusmodi litteræ Hadriani Papæ ad Imperatorem, quarum causa, ipse adversus eundem Pontificem vehementer commotus est, inspiciendæ sunt, sed prius de Legatis missis a Pontifice, quinam fuerint, ex ipso Radevico Canonico ejusdem temporis scriptore accurato; sed erga Fridericum propensiore, hæc accipe: (a) Personæ Nuntiorum erant Rolandus tituli sancti Marci presbyter Cardinalis & Cancellarius sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Bernardus S. Clementis presbyter Cardinalis, ambo divitiis, maturitate, & gravitate insignes, & pene omnibus aliis in Romana Ecclesia auctoritate majores. Causa vero adventus eorum speciem sinceritatis videbatur habere, sed fomentum & occasionem malorum latuisse, postmodum evidenter deprehensum est. Principio ergo die quodam a strepitu & populi tumultu declinante in cujusdam Oratorii privatiore recessu, prædicti Nuntii in conspectu ejus deducti, ab eoque ut oportebat, sicut qui boni se Nuntii bajulos assererent, benigne & honeste recepti sunt: exordium autem sermonis illorum in fronte ipsa notabile comparuit, quod tale fuisse dicitur. Salutatur vos beatissimus pater noster Papa Hadrianus, & universitas Cardinalium S. Romanæ Eccl. ille ut

pater, illi ut fratres; paucisque interpositis, litteras quas ferebant, protulere. Quas & aliarum, quæ in hac turbulentia hinc inde discurrebant, rescripta litterarum idcirco huic operi interferere curavi, ut quivis Lector, qui in partem declinare voluerit, non meis verbis, vel assertionibus, sed ipsarum partium propriis scriptis tractus, & vocatus libere eligat, utri parti suam velit accommodare favorem. Tenor denique litterarum talis erat.

Hadrianus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Friderico illustri Romanorum Imperatori salutem & Apostolicam benedictionem.

Imperatorie majestati paucis retroactis diebus recolimus scripsisse, illud horrendum, & execrabile facinus & piaculare flagitium, tempore nostro commissum in Teutonicis partibus, sicut credimus, aliquando intentatum, excellentiæ tuæ ad memoriam revocantes, non sine grandi admiratione ferentes, quod absque digna severitate vindicta usque nunc transire passus sis tam perniciosi sceleris feritatem. Qualiter enim venerabilis pater noster E. Londonensis Archiepiscopus, dum a Sede Apostolica remicaret, a quibusdam impiis & scelestis (quod sine grandi animi dolore non dicimus) in partibus illis captus fuerit, & adhuc in custodia teneatur: qualiter etiam in ipsa captione prædicta, viri impietatis, semen nequam, filii scelerati in eum & in suos evaginatis gladiis violenter exarserint, & eos ablati omnibus, quam turpiter atque inhoneste tractaverint, & tua serenissima celsitudo cognoscet, atque ad longinquas & remotissimas regiones fama tanti sceleris jam pervenit. Ad cuius utique vehementissimi facinoris ultionem, sicut is, cui bona placere, mala vero displicere credimus, constantius exurgere debuisti, & gladium, qui tibi ad vindictam * maledictorum, laudem

II. Quid in Archiep. London. commissum.

* al. maledictorum, laudator.

pisse illud hoc anno contigisse; Ottonem vero a Sancto Blasio in Appendice ad Ottonem Frisingensem non bene illud ad præcedentem retulisse. Sed unus alteri non adfertur; cum Otto diffidium ad annum, quo duo Legati ab Hadriano IV. ad Fridericum Imp. missi sunt, referat; Radevicus vero ad præsentem, quo male uterque Legatus ab Imperatore exceptus fuit. Anno superiori Hadrianus IV. cernens se a Willelmo Siciliae Rege male haberi, pacem cum eo inicit, in scio & inconsulto Imperatore, qui tunc Willelmum ex Italia penitus expellere meditabatur, huncque Siciliae & Apuliae Regem declaravit & confirmavit. Quod cum accepisset Imperator, graviter offensus inhibuit, ne ullus Episcopus, Archiepiscopus, aut quivis Sacerdos ullam a Pontifice Romano Beneficiorum collationem expeteret, aut ulla de causa

Initium diffidii inter Hadr. IV. & Fridericum Imp. exortum.

PAGIUS SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CXC. V. An. Hegiræ D. LII. inchoato die 13. Febr. fer. 4. A. C. 1157. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6650. © 18. F. 18. P. 31. Mart. Indict. 5. JESU CHRISTI 1157. HADRIANI IV. PAPÆ 4. FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 6. IMP. 3. MANUELIS COMNENI IMP. 15.

A Num. I. ad XVI. Baronius num. I. & seq. investigat annum, quo inter Hadrianum Papam & Fridericum Imperatorem diffidium exortum est, atque Radevicum recte scri-

dem vero bonorum est ex divina provisione concessus in cervicem deservire oportuit impiorum, & gravissime conterere præsumptores.

Perstrin- git Pap. Frid. Imp. ex memoria beneficiorum.

Tu vero idipsum ita dissimulasse dixeris, scivitiam neglexisse, quod eosdem non est quare poeniteat commississe reatum, quia impunitatem sacrilegii quod gesserunt, jamjam sentiunt invenisse. Cujus quidem dissimulationis & negligentie causam penitus ignoramus, quoniam nos in aliquo serenitatis tuæ gloriam offendisse, conscientia scrupulus animum nostrum non accusat, sed personam tuam sicut charissimi & specialis filii nostri & Principis Christianissimi, quem in Apostolicæ confessionis petra non ambigimus per Dei gratiam solidatum, sincera semper dileximus charitate, & debite tractavimus bonitatis affectu. Debes enim, gloriosissime fili, ante oculos mentis reducere quam gratanter, & quam jucunde alio anno, mater tua sacrosancta Romana Ecclesia te suscepit, quanta cordis affectione tractaverit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit & honoris, & qualiter Imperialis insigne coronæ libentissime conferens, benignissimo gremio suo tuæ sublimitatis apicem studuerit confovere, nihil prorsus efficiens, quod regie voluntati vel in minimo cognosceret obviare. Neque tamen poenitet nos, desideria tuæ voluntatis in omnibus implevisse: sed si majora beneficia excellentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset, considerantes quanta Ecclesiæ Dei & nobis per te incrementa possint & commoda provenire; non immerito gauderemus. Nunc autem quia tam immensum facinus, quod in contumeliam universalis Ecclesiæ & Imperii tui noscitur etiam commissum, negligere ac dissimulare videris? suspicamur utique ac veremur, ne forte in hanc dissimulationem & negligentiam propter hoc tuus animus sit inductus, quod suggestio- nis perverfi hominis zizania seminantis adversus clementissimam matrem tuam, sacrosanctam Romanam Ecclesiam, & nos ipsos indignationem (quod absit) aliquam conceperis, vel rancorem.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Curiam Romanam adiret. Huic edicto parere multi, & inter alios Albertus de Marcy, qui eo anno renunciatus Episcopus Virdunensis impetravit a Friderico Imp. confirmationem Comitatus Virdunensis Ecclesiæ suæ, codicillis eo anno die XVI. Kalendas Septembris datis, & ab eo solo investituram Episcopatus sui petiit. Hæc jam non occulta similtas Pontificem commovit, qui ad eum Cardinales duos Rolandum Cancellarium, & Bernardum Sancti Clementis presbyterum cum literis missi acrimonie plenis, in quibus hæc verba inter cætera continebantur: Debes, gloriosissime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter, & quam jucunde alio anno (vel ut legit Baronius num. IX. anno superiori) mater tua sacrosancta Rom. Ecclesia

Ob hoc igitur, & ob alia omnia negotia, quæ cognoscimus imminere, duos de melioribus, & charioribus quos circa nos habemus, dilectos scilicet filios nostros Bernardum Sancti Clementis, presbyterum Rolandum Sancti Marci presbyterum Cardinalem & Cancellarium nostrum, viros utique religione, prudentia, & honestate conspicuos serenitati tuæ de latere nostro ad præsens duximus destinandos, excellentiam tuam rogantes attentius, quatenus eos tam honorifice quam benigne recipias, honeste tractes, & ea quæ ipsi super hoc, & super aliis ad honorem Dei & sacrosanctæ Rom. Eccl. ad decus etiam & exaltationem Imperii pertinentia, ex parte nostra Imperatoria proposuerint dignitati, sicut si ab ore nostro procedant absque ulla hesitatione suscipias, & ipsorum verbis, tamquam si ea contingeret nos proferre, fidem non dubites adhibere. Hæcenus Hadriani Papæ litteræ ad Imperatorem.

Has quidem summa laude dignissimas prædicabit, qui ex præscripto divinarum Scripturarum, quæ sunt optimi pastoris munera accurate requirat, diligenter examinet, atque studiose perpendat: nimirum quod percitus zelo exurgat ex adverso pro liberatione spoliati, atque vinculis adhuc alligati, in carcere detenti Episcopi, peregrinantis ad sacra limina Apostolorum, ut eriperet eum, cui non erat adjutor. Et quis negare possit, acrioribus fuisse perurgendum litteris Imperatorem, qui priores eodem scriptas argumento penitus contempsisset, nihil veritus erigere contra Deum Imperatoriam majestatem, secundum illud: (a) Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebar? Attamen tanta ista omni veritate constantia, omni ratione patentia non excommunicationis censura vindicasse, sed litteris significasse tantum, & monuisse per primarios viros Apostolicæ Sedis Legatos ad hoc ipsum præcipue missos, laudabunt omnes quibus est oculus simplex nulla erroris superinducta caligine. Nam cui oculus nequam (juxta sancti Evangelii (b) sen-

III.

(a) Psal. 118.

(b) Mat. 6.

ten-

te suscepit, quanta cordis affectione tractaverit, quantam tibi Dignitatis plenitudinem contulerit, & honoris, & qualiter Imperialis insigne coronæ libentissime conferens, benignissimo gremio suo tuæ sublimitatis apicem studuerit confovere, nihil prorsus efficiens quod Regie voluntati vel in minimo cognosceret obviare.

Quibus ex verbis liquet, Hadrianum IV. non hoc anno, sed superiori has literas cum Legatis ad Imperatorem destinasse, anno postquam Imperatorem coronavit. Illis supra modum commotus est Imperator, quod videretur diadema debere Pontifici; commoti quoque Proceres Germanici, parumque abfuit, quin manus in Legatos iniicerent, iniecissentque nisi tumultum Imperator præsentia sua sedasset. Illi Romam

II. Gravia mala ex illo nata.

Quam in-
juste Imp.
commotus
in Pontif.
tentiam) totum quod videt obscurum. Sed
plane quod accidit, ut quod asseritur de
animali deformi, turbare illud pedibus
limpidam aquam, ne suam in ea elucen-
tem intueri cogatur imaginem: ita Prin-
ceps ageret per contemptum, quidquid
in litteris de sacrilegii immensitate ines-
set expresse paternæ correctionis, in
Hadrianum Pontificem excitans fluctus
dissensionum, atque turbamur ipsis pri-
mum aulicis spirantibus adversis flatibus.
At quomodo ista, a Radevico sic acci-
pe: (a)

(a) Radev.
l. 1. c. 10.
IV.
* acredi-
nis.
Aulico-
rum tur-
batio ex
litteris
Hadriani
Pont.
Talis litteris lectis, & per Rainal-
dum Cancellarium fida satis interpreta-
tione diligenter expositis, magna Prin-
cipis qui aderant indignatione commoti
sunt, quia tota litterarum contentia
non parum * acedinis habere, & occasio-
nem futuri mali jamjam fronte sua præ-
ferre videbatur. Præcipue tamen univer-
sos accenderat, quod in præmissis litte-
ris inter cetera dictum fuisse acceperant
dignitatis & honoris plenitudinem sibi a
Romano Pontifice collatam, & insignem Im-
perialis coronæ de manu ejus Imperato-
rem suscepisse, nec ipsum penitere, si
majora beneficia de manu ejus suscepisset
habita consideratione, quanta Ecclesiæ Ro-
mana per ipsum possent incrementa & com-
moda provenire. Atque ad horum verbo-
rum strictam expositionem, ac præfata in-
terpretationis fidem auditores induxerat,
quod a nonnullis Romanorum temere as-
firmari noverant, Imperium Urbis, &
regnum Italicum donatione Pontificum Re-
ges nostros hæcenus possedisse, idque
non solum dictis, sed & scriptis, atque
picturis repræsentare, & ad posterum trans-
mittere. Unde de Imperatore Lothario
in Palatio Lateranensi super hujuscemodi
pictura scriptum est:

Rex venit ante fores, jurans prius
Urbis honores,
Post homo fit Papæ sumit quo dante
coronam,

RAGIUS
mam præfata anno reversi, quanto in periculo
fuisse, exponunt, & verbis etiam augent.
Litteras quoque ab Imperatore dant Hadriano
IV. satis duras, in quibus Fridericus nomen
suum Pontificio præposuerat. Hinc plebs Ro-
mana in duas partes scinditur; alii Impera-
tori faventes Legatorum temeritatem accusant;
alii & præcipue Cardinales Papam ad ultionem
injuriam accendunt. Lis tamen sterit intra verba,
& hinc inde acres tantum Epistolæ missæ. Ri-
chardus Vasseburgus lib. 4. Antiquit. Belg.
duas ex archivis Ecclesiæ Virdunensis publica-
vit, alteram ab Hadriano IV. ad Fridericum,
alteram a Friderico ad Hadrianum scriptam.
Prior legitur nunc Tom. X. Concil. pag. 1149.
& utraque apud Baronium ann. MCLIX. num.
V. & seq. Hoc dissidium totam Ecclesiam duas
in partes divisit, & ex eo gravissima odia at-
que mala in universum populum Christianum

Talis pictura, talisque superscriptio
Principi, quando alio anno circa Urbem
fuerat, per fideles Imperii delata cum
vehementer displicisset, amica prius in-
vectione præcedente, laudamentum a Pa-
pa Hadriano accepisse memoratur, ut &
scriptura pariter atque pictura talis de
medio tolleretur, ne tam vana res sum-
mis in Orbe viris litigandi & discor-
dandi præbere posset materiam.

His omnibus in unum collatis, cum stre-
pitus & turba inter Optimates regni de
tam insolita legatione magis ac magis
invalesceret, quasi gladium igni adderet,
dixisse ferunt unum de Legatis: A quo
ergo habet, si a domino Papa non habet
Imperium? Ob hoc dictum eo processit ira-
cundia, ut unus eorum, videlicet Otto
Palatinus Comes de Bajoaria (ut diceba-
tur) prope exerto gladio cervicis illius
mortem intentaret. At Fridericus aucto-
ritate præsentia sua interposita, tumul-
tum quidem compescuit; ipsos autem Le-
gatos securitate donatos ad habitacula
deduci, ac primo mane via sua profici-
sci præcepit addens in mandatis, ne hac
vel illac in territoriis Episcoporum, seu
Abbatum vagarentur, sed recta via,
nec ad dexteram, neque ad sinistram de-
clinantes, reverterentur ad Urbem. Hæc
ipse. Ita ubi vis viget, & ratio violen-
tia compressa prosternitur. Quid justius,
quidve opportunius potuit ac debuit sug-
geri per Legatum, quam illud: A quo
ergo habet, si a domino Papa non habet
Imperium? Nam quomodo ejusdem Pon-
tificis sit eligere Imperatorem, vel eli-
gendum concedere, quem confirmet &
coronet: consule tu, quæ latissime sunt
dicta superius anno Redempt. D. CCCC.
XCVI. quibus confutentur, quæ Gun-
therus, & in eo Novator Scholasticus de-
lirat. Pergit auctor:

Ipsis itaque sine efficacia revertentibus
id quod factum fuerat ab Imperatore, per
universum regni ambitum provide litteris
declaratur, quarum hic tenor fuit:

Cum

redundarunt, tandemque Hadriano IV. vita fun-
cto Fridericus contra Alexandrum III. legiti-
mum ejus successorem quatuor falsos Pontifices
sibi mutuo succedentes subrogavit.

Accidit etiam anno superiori quod narrat Ha-
drianus Papa in suis ad Fridericum Imp. litteris
per Legatos missis apud Baronium num. II.
Queritur in iis Hadrianus IV. quod dum E.
Londonensis Archiep. a Sede Apostolica remea-
ret, in Teutonicis partibus captus fuerit, &
adhuc in custodia teneatur, ad cuius facinoris
ultionem Fridericus exurgere debuisset: Tu vero
inquit Hadrianus, id ipsum ita dissimulasse di-
ceris, scivitiam neglexisse, quod eosdem non est
quare peniteat commississe reatum, quia impu-
nitatem sacrilegii quod gesserunt, jam jam sen-
tiant invenisse. Quod Hadrianus Papa in-
ter causas numerat, quibus motus fuerit
ad duos Cardinales Legatos ad Imperatorem
mit-

V.

VI.

III.
Queritur
Hadrianus
PP. quod
Fridericus
ultus non
fuerit in-
juriam
factam
Archiep.
Lundenfi.

Litteræ
circulares
Frid. con-
tra Pont.

Cum divina potentia, a quo omnis po-
testas in cælo & in terra nobis Christo
ejus regnum & Imperium regendum com-
miserit, & pacem Ecclesiarum Imperiali-
bus armis conservandam ordinaverit: non
sine maximo dolore cordis conqueri cogi-
mur dilectioni vestræ, quod a capite
sanctæ Ecclesiæ, cui Christus pacis & di-
lectionis suæ characterem impressit, cau-
sæ dissensionum, seminarium malorum, pe-
stiferi morbi venenum manare videntur.
De quibus (nisi Deus avertat) totum cor-
pus Ecclesiæ commaculati, unitatem scin-
di, inter regnum & sacerdotium scisma
feri pertimescimus. Cum enim nuper in
Curia Bisuntii essemus, & de honore Im-
perii & salute Ecclesiarum debita sollici-
tudine tractarem; venerunt Legati A-
postolici, asserentes se talem legationem
nostræ afferre majestati, unde honor Im-
perii non parvam recipere deberet incre-
mentum. Quos cum prima die adventus
sui honorifice suscepissemus, & secunda
(ut mos est) ad audiendam legationem
eorum, cum Principibus nostris confedis-
semus: ipsi quasi de mammona iniquitatis
inflati, de altitudine superbiæ, de fastu
arrogantiæ, de execrabili tumidi cordis
elatione legationem Apostolicis litteris
conscriptam nobis præsentaverunt, qua-
rum tenor talis erat.

VII.

Quod præ oculis mentis semper debere-
mus habere, qualiter dominus Papa in-
signe Imperialis coronæ nobis contulerit,
neque tamen penitentia moveretur, si
majora excellentia nostra ab eo beneficia
suscepisset. Hæc erat illa paternæ dulce-
dinis legatio, quæ unitatem Ecclesiæ &
Imperii conservare debuit, quæ vinculo pa-
cis utrumque colligare studuit, quæ ad
utriusque concordiam & obedientiam ani-
mos audientiam allexit. Certe ad vocem
illam nefandam, & omni veritate vacu-
am, non solum Imperialis majestas debi-
tam indignationem concepit, verum om-
nes Principes qui aderant, tanto furo-
re & ira sunt repleti, quod sine dubio il-
los duos iniquos presbyteros mortis sen-
tentia damnasset, nisi hoc nostra inter-
cepisset præsentia.

Porro quia multa paria litterarum apud
eos reperta sunt, & scbedula sigillatæ ad
arbitrium eorum adhuc scribendæ, qui-
bus sicut hæcenus consuetudinis eorum fuit,
per singulas Ecclesias Teutonicæ regni

PAGIUS

mittendos. Verum locum, Londonensis Archie-
piscopus, legendum, E. Lundenfis Archiepiscopus,
& intelligendus Eskyllus, quem ex illis ver-
bis eruiamus anno superiori peregrinationem
instituisse ad Hadrianum Papam, qui illum
Legatum suum in Dania constituerat, ut qui-
cumque maximi Sueonum Pontifices creandi es-
sent, Pallio a Curia dato per Lundensem in-
grentur Antistitem; eamque sedem pro patrio

conceptum iniquitatis suæ virus desperge-
re, altaria denudare, vasa domus Dei
asportare, cruces excoriare nitebantur:
ne ultra procedendi facultas eis daretur,
eadem qua venerant via, ad Urbem eos
redire fecimus. Cumque per electionem
Principum a solo Deo regnum & Imperium
nostrum sit, quod in passione Christi Filii
sui duobus gladiis necessariis regendum
Orbem subiecit; cumque Petrus Aposto-
lus hac doctrina mundum informaverit,
(a) Deum timete, Regem honorificate: (a). Pet.
quicumque nos Imperialem coronam pro
beneficio a domino Papa suscepisse dixe-
rit, divinæ institutioni & doctrinæ Pe-
tri contrarius est, & mendacii reus erit.
Hæc ipse. At quid horret Imperator di-
ctum a Pontifice, pro beneficio colla-
tam esse a Romano Pontifice coronam.
Imperii? num eam aliunde potuit acce-
pisse? an non est illius auferre ex cau-
sa, & dare pro meritis cui vult? Quæ
tu Lector, ne putes esse vana: rursus
provoco te ad ea quæ sunt dicta supe-
rius anno Christi octingentesimo, & o-
ctingentesimo septuagesimo sexto, octin-
gentesimo octogesimo primo, atque de-
mum copiosius anno nongentesimo sexto,
quibus apertissime demonstratur, benefi-
cio Papæ Imperium conferri, absque cu-
jus voluntate si quis accipiat, non Impe-
rator, sed dicendus tyrannus sit & in-
vavor Imperii. Pergit vero Fridericus in
suis litteris:

VIII.

Quia vero hæcenus honorem ac liber-
tatem Ecclesiarum, quæ jam diu indebi-
ta servitutis jugo depressa est, a manu
Ægyptiorum studuimus eripere, & omnia
eis dignitatum suarum jura conservare
intendimus: universitatem vestram super
tanta ignominia nobis & Imperio con-
dolere rogamus, sperantes, ne honorem Im-
perii, quia constitutione Urbis & Chri-
stianæ religionis institutione ad vestra
usque tempora gloriosus, & imminutus
extitit, fidei vestræ indivisa sinceritas
tam inaudita novitate, tam præsumptuo-
sa elatione imminui patiatur, scientes,
omni ambiguitate remota, quod mortis pe-
riculum ante vellemus incurrere, quam
nostris temporibus tantæ confusionis op-
probrium sustinere. Hæcenus litteræ Im-
peratoris ad Principes & Episcopos.

Quarum nomine est plane, ut gratias
summas agamus, & bene precemur ei-
dem.

venerarentur obsequio, sicut ait Saxo Gramma-
ticus libro 14. Hinc Sirmondus in Notis ad
Epist. XXIII. lib. 1. Petri Cellensis de Eskyllo
,, recte scribit: qui cum ex Urbe in Daniam
,, rediret, captus spoliatusque fuit in Germa-
,, nia. Quæ res, dum injuriam, missis ad Fry-
,, dericum Imp. Legatis acrius persequitur Ha-
,, drianus IV. Pontifex, cui Eskyllus privato
,, etiam nomine charus erat, exacerbatis hinc
in-

Frid. te- git variis prae- textibus im- pietatem.

dem Radevico, qui ejusmodi scriptorum monumenta reliquit, ex quibus Lector veritatem ipsam haud per transennam, sed toto caelo patentem intueatur: nimirum ipsum Fridericum nihil praeterea tanto studio laborasse, quam quod praestitit, cum data occasio fuit, ut scilicet Ecclesiam Dei schismate scinderet. Audisti per litteras circulares ad hoc ipsum universum terrarum Orbem (quantum ipsi licuit) invitantem, & inducentem: spar- sit modo femina, messuit suo tempore, cum implacabili scissione non ab Imperio tantum divisi Ecclesiam, sed & ab ipsa Clerum schismate scidit. Audisti Imperatorem legationem ab Apostolica Sede mis- sam universo Christiano Orbi suis litte- ris significantem, sed subdole reticentem causam ejusdem Legationis mittendae. Nam ubi mentio vel levis aliqua de cau- sa, nempe de eo, quod perpetratum est immane facinus, horrendum facilegium adversus peregrinantem ex Anglia san- ctum Episcopum ad limina Apostolorum, contra jus gentium, jus divinum, con- tra civiles & canonicas leges praesump- tum, relictum impunitum, non vindica- tum, nec emendatum, ipso sacro An- tistite in vinculorum & carceris adhuc an- gustiis tabescente?

IX. At quam facta perperam litterarum. Apostolicam interpretatio, quam istidem litteris promulgavit? Quid in litteris Ha- driani sonuit factus & arrogantiae, dum quod Romae gestum per ipsum esset, sim- pliciter explicavit? nimirum (ut repe- tam verba ipsa in litteris scripta) quod anno superiori sancta mater Ecclesia eum quam gratanter, & quam iucunde susce- perit, quantam cordis affectione tractave- rit, quantam ipsi dignitatis plenitudinem contulerit & honoris, & qualiter Imperialis insigne coronae libentissime confe-rens, benignissimo gremio suo ejus subli- mitatis apicem studuit confovere, nihil

PAGIUS 33 inde animis ansam praebuit schismati, quod 33 inter illos erupit, ut inquit Radevicus lib. 33 1. de Gest. Friderici cap. 8. & seqq. sed apud 33 Radevicum, Londonensis vitiose scriptum est; 33 foedius etiam apud Innocentium III. Epist. 33 CCCXXI. Lugdunensis, pro Lundeni. Ita 33 Sirmondus. Quae conjectura eo certior, quo nullus hoc saeculo E. Episcopus Londinensi Ec- clesiae praesuit. Praeterquam quod Londonia Se- des est Episcopalis, non vero Archiepiscopalis.

IV. Anno MCLVII. inquit Dodechinus Abbas in Chron. Imperator Pascha VVormatia celebravit, ubi pene omnes Principes Teutonici regni conven- erunt, & in Longobardiam sequenti anno cum Rege se ituros juraverunt. Interea vehementer ira incensus Imperator expeditionem contra Mediolanenses in annum curentem indixerat, tamen eam postea disjulerit in an. MCLVIII. ut adversus Polonos procederet.

V. Bellum in Apulia continuabatur, Anonymus enim Casinensis hoc anno scribit: Mense No- vembri Comes Andea (idest, Andreas juxta

prorsus efficiens, quod regia voluntati vel in minimo cognosceret obviare. Haec in litteris Hadriani. Sed quod factum sim- pliciter est expressum, quid habet men- dacii, quid erroris vel falsitatis? vel quod ita subiicitur: Neque tamen poenitet nos desideria tuae voluntatis in omnibus implevisse; sed si majora beneficia excel- lentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset, considerantes quanta Eccle- siae Dei & nobis per te incrementa possint & commoda provenire, non immerito gau- deremus. Haec tunc Hadrianus. Sed de his plane pro merito reddendae immor- tales gratiae, & non probrosa adeo ex- probatio rependenda ex calumniosa in- terpretatione fuisset. Et illud: Quo ju- re Legatos ipsos non de his qua fecissent, sed qua facere potuissent, tamquam fa- ctis sacrilegi redarguere: nempe quod nudaturi altaria forent, & cruces auro tectas excoriaturi, infamans ita eos ibi locorum. At quando, vel a quibus id a- ctum per Sedis Apostolicae Legatos ubi aliqua mentio? Eodem pariter furore percitus edictum promulgavit, ne quis ordinis clericalis vel monachalis peregrini- nari Romam praesumeret. Insuper & via- rum custodes ad hoc posuit, ne quis ex eis Romam ullatenus pergere posset. Quod tamen vulpes illa excusabat, di- cens, id factum, ne Ecclesia dispendiis gravarentur, neve Claustrales ejusmodi peregrinationibus desererent disciplinam. Sed de his inferius in litteris Germaniae Episcoporum. Haec oportuit, omni de- ducto velamento praetextuum diversorum, ob oculos legentium nudata poni, quibus diri exordia schismatis innotescant. At prosequamur redeuntes Romam Legatos Apostolicae Sedis, de quibus Radevicus sic pergit, (a) qua & (b) Gunterus carmine cecinit:

Cum hac agerentur, Legati Sedis A- postolicae Rolandus & Bernardus rever- si,

MSS.) cepit terram Fundanam & Aquinum, & terram sancti Benedicti (territorium Mon- tis Casini) deinde cepit Cominum. Erant hi inimici Guillelmi Siciliae Regis, qui Monachos Casinenses adoriebantur, quod Abbas Rainal- dus anno praecedenti recuperavit gratiam Regis Guillelmi apud Salernum. Joannes de Ceccano in Chron. ad annum MCLVII. hac confirmat: Inditione quinta venit Comes Andreas cum Ro- manis & Graecis & aliis multis, acquisivit to- tam terram Fundanam, & cremavit Trajectum pro vindicta Principis (nempe Capuani ibi per- ditionem capti) acquisivit terram sancti Be- nedicti, post hac intravit Cominum, & crema- vit portam, & perrexit usque Atinum, & re- versus ad Aquinum.

Sanctus Guillelmus cognomento Magnus, E- remita in Stabulo-Rodis, in Etruria hoc anno ad caelestem patriam migravit. Theobaldus e- nim in ejus Vita in Actis SS. Bollandianis ad diem X. Februarii recitata, post varia ejus miracula in medium adducta, ait: Igitur an-

Edictum Imp. con- tra pere- grinantes Romam.

(a) Radev. in Frid. l. 1. c. 15. (b) Gunt. Ligur. l. 6.

VI. Moritur S Guil- Eremita- rum fun- dator.

Diffensio inter Cardin.

si, quantas injurias sustinuerint, in quo periculo fuerint, exponunt, gravibus graviora adicientes, ut in ultionem eorum, qua se pertulisse dixerunt, Roma- nae Urbis Episcopum provocarent. In hoc negotio Clerus Romanus inter se di- visus est, ut pars eorum partibus faveret Imperatoris, & eorum qui missi fuerant, incuriam, seu imperitiam causarentur; quaedam vero pars votis sui Pontificis adhaereret. Unde de hac tempestate dictu- ri (sicut supra diximus) Lectorem non no- stris verbis niti volumus: sed ponentes e- pistolas hinc inde directas, ex eis colli- gat quam partem tueatur, cuius fidus ve- lit, permanere. Nobis autem indulgentiam petimus, qui potius utramque per- sonam, sacerdotalem scilicet & regalem, reverentia debita veneramus, quam te- mere de altera judicare praesumamus. Ita ipse, quod sciret, quam periculosa se sub- iiceret alex, qui viventium adhuc Prin- cipum res gestas haud laudandas conscri- beret, caute admodum ipsis sua facta per litteras a se scriptas loquentibus, epi- stolarem nequens historiam. Pergit vero: Exemplar itaque litterarum a summo Pon- tifice ad Archiepiscopos & Episcopos su- per his directarum tale fuit. Ad eos E- piscopos Germaniae, qui erant apud Im- peratorem, ista scribens:

XI. Hadr. Pap. lite- ra contra Frider. Imp.

Quoties aliquid in Ecclesia contra ho- norem Dei, & salutem fidelium attentatum: fratrum & Coepiscoporum nostrorum & eorum praecipue, qui Spiritu Dei aguntur, cura debet existere, ut ea, qua male gesta sunt, gratam Deo correctio- nem debeant invenire. Hoc autem tempo- re (quod absque nimio morore non dici- mus) charissimus filius noster Fridericus Romanorum Imperator tale quid egit, quale temporibus antecessorum suorum non legimus perpetratum. Cum enim nos duos de melioribus fratribus nostris, Bernar- dum tituli S. Clementis, & Rolandum, Cancellarium nostrum tituli S. Marci pre- sbyteros Cardinales ad ipsius praesentiam misissemus: ipse, cum primum ad ejus praesentiam pervenerunt, alacriter visus

PAGIUS

no Verbi incarnati millesimo centesimo quinquagesimo sexto (a Paschate inchoato) quarto Idus Februarii mortuus est, & sepultus in Stabulo Rodis vir Dei VVilhelmus, Dux & Comes illu- stris & magnificus, Domino coronante in caelis spiritum, & ornante in terris corporis sepul- crum sequentibus signis. De ordine Eremitarum sancti Guillelmi, & fabulis de Guillelmo confictis legendus Henfchenius in Notis ad ejus Vitam.

VII. Obitus Alphonf VII. Ca- stella Reg.

Alphonfus VII. Hispaniarum Imperator expedi- tionem in Mauros suscepit, quam Rodericus lib. cap. 9. confundit cum ea, in qua Beata & Almeria captae; sed hunc errorem corrigat Tudenfis, cum scribit: Imperator Adelpbonfus cum in tanta consisteret gloria, & corporis agri- tudine laboraret, fedifragus populus Barbaros

est eos recepisse. Sequenti vero die, cum redirent ad eum, & litterae nostrae in e- jus auribus legerentur, accepta occasio- ne cujusdam verbi, quod ipsarum litte- rarum series continebat (insigne videli- cet coronae beneficium tibi contulimus:) in tantam animi commotionem exarsit, ut convicia, qua in nos & Legatos nostros dicitur conjecisse, & quam inhoneste ipsos a praesentia sua recedere, ac de terra sua velociter exire compulerit, & audire opprobrium, & lamentabile sit referre. Eis autem ab ipsius praesentia exceden- tibus, facto edicto, ne aliquis de regno vestro ad Apostolicam Sedem accedat, per omnes fines ejusdem regni custodes dicitur posuisse, qui eos, qui ad Sedem Apo- stolicam venire voluerint, violenter de- beant revocare.

XII.

Super quo facto licet aliquantum pertur- bemur; ex hoc tamen in nobis ipsis ma- jorem consolationem accepimus, quod ad id de vestro & Principum consilio non pro- cessit. Unde confidimus eum a sui animi motu, consilio & persuasione vestra fa- cile revocandum. Quocirca, fratres quoniam in hoc facto non solum nostra, sed vestra & omnium Ecclesiarum res agi di- gnoscitur: charitatem vestram monemus & exhortamur in Domino, quatenus op- ponatis vos murum, pro domo Domini & praesatum filium nostrum ad viam rectam quam citius reducere studeatis, attentissimam sollicitudinem adhibentes, ut a Reinaldo Cancellario suo, & Pala- tino Comite, qui magnas blasphemias in praesatos Legatos nostros, & matrem ve- stram sacrosanctam Romanam Ecclesiam e- vomere praesumpserunt, talem & tam e- videntem satisfactionem faciat exhiberi; ut sicut multorum aures amaritudo ser- monis eorum offendit, ita etiam satisfac- tio multos ad viam rectam debeat re- vocare.

XIII.

Non acquiescat idem filius noster con- siliis iniquorum, consideret novissima & antiqua, & per illam viam incedat, per quam Justinianus & alii Catholici Impe- ratores incesse noscuntur. Exemplo si- qui-

contra illum exivit, sed Imperator, ut erat magna- nimus, dissimulans egritudinem cum manu Go- thorum (ita Proceres Hispanos appellat) ma- xima contra Mauros perrexit. Qui ut viderunt eum cum magno exercitu, colla ei illico sub- miserunt; sed crescente agritudine, dum ad pro- pria rediret, juxta portum, qui vocatur Mura- dal in loco, qui dicitur Fresneda, Domino, ut credimus, spiritum tradidit anno quadra- gesimo nono, ex quo regnare capit, ubi Tuden- sis Regni ejus initium repetit ab anno MCIX. quo Alphonfus VI. Castellae & Legionis Rex obiit. Rodericus laudatus ejus mortem referens, ait: Cum venisset ad ilicem quandam frondibus densam & ramis, ibidem infirmitate vexatus vi- tam finivit, sed existimo eum falli, & locum Fresnedam dictum pro arbore ilice dicta sum- sisse.

quidem & imitatione illorum, & honorem in terris, & felicitatem in caelis sibi poterit cumulare. Vos etiam, si cum ad rectam semitam redaxeritis; & B. Petro Apostolorum Principi gratum dependentis obsequium, & vobis & Ecclesiis vestris conservabit libertatem. Alioquin noveris antedictus filius noster ex admonitione vestra, noverit ex promissionis Evangelicæ veritate, quod sacrosancta Romana Ecclesia super firmissimam petram, Deo collocata, fundata, quantumque ventorum turbine quatiatur, in sua firmitate, protegente Domino, in seculum seculi permanebit. Nec autem (sicut noveris,) deceret eum tam arduam viam absque vestro consilio attentasse. Unde credimus, quod auditis admonitionibus vestris, facillime poterit ad frugem sanioris studii, sicut vir discretus, & Imperator Catholicus, revocari. Hæc ad Germaniæ Episcopos Hadrianus. Porro illi quantumlibet vita laudabiles fuerint, quo nomine aliquis ex iis laudatur a Radevico; tamen quod Germano suo addictissimi essent Imperatori, hac nube privata affectionis offusi, haud facile veritatis purissimæ esse compotes poterunt, moremque in omnibus gerentes Imperatori, aliquid contra eum dici, vel dicere noluerunt. Pergit vero Radevicus: (a)

(a) Radev. l. 1. c. 16.

His litteris, talique legatione percepta Præsules Alemanniæ, communicato in unum assensu & consilio, Sedi Apostolicæ in hæc verba rescribunt.

XIV. Episcopi Germaniæ quæ rescribant ad Rom. Pont.

Quamvis sciamus, & certi sumus quod Ecclesiam Dei fundatam super firmam petram neque venti, nec flumina tempestatum possint deicere: nos tamen infirmiores & pusillanimes, si quando hujusmodi contigerint impetus, concutimur, & contremisimus. Inde nimirum graviter turbati sumus, & conterriti super his, quæ inter vestram sanctitatem, & filium vestrum devotissimum dominum nostrum Imperatorem, magni mali, nisi Deus avertat, Seminarium præbitura videntur. Equidem a verbis illis, quæ in litteris vestris continebantur, quas per Nuntios vestros prudentissimos & honestissimos dominum Bernardum, & Dominum Rolandum Cancellarium venerabiles presbyteros

PAGIUS fisse. Priusquam moreretur divisit imperium duobus filiis suis, Sanctio scilicet & Fernando; illi Castellam, huic vero Legionem dedit.

VIII. Patriarchatus Gradenfis ampliatur

Hadrianus IV. literis Romæ VIII. Kal. Maii Pontificatus sui anno primo datis, ut dignitatem Gradenfis Ecclesiæ ampliaret, utque Jaderinis magis consulere, Henricum Gradensem Patriarcham Primatem eis proposuit. Hoc autem anno confirmavit Constitutiones Pelagii, Alexandri, & Urbani II. Pontificum Rom. quibus Patriarchalis dignitas Gradenfis Archie-

ros Cardinales misistis, commota est universa Respublica Imperii nostri, aures Imperialis potentia ea patienter audire non potuerunt, neque aures Principum sustinere. Omnes ita continuerunt aures suas, quod nos, salva gratia vestra sanctissimæ paternitatis, ea tueri propter firmissimam ambiguitatis interpretationem, vel consensu aliquo approbare, nec audemus, nec possumus, eo quod insolita & inaudita fuerunt usque ad hæc tempora. Litteras autem, quas nobis misistis, debita cum reverentia suscipientes & amplectentes, commonuimus filium vestrum dominum nostrum Imperatorem, sicut iussistis, & ab eo responsum (Deo gratias) accepimus tale, quale decebat Catholicum Principem in hunc modum.

XV.

Duo sunt, quibus nostrum regi oportet Imperium, leges sanctæ Imperatorum, & usus bonus prædecessorum & patrum nostrorum: istos limites Ecclesiæ nec volumus præterire, nec possumus: quidquid ab his discordat, non recipimus.

Debitam Patri nostro reverentiam libenter exhibemus, liberam Imperii nostri coronam divino tantum beneficio adscribimus, electionis primam vocem Moguntino Archiepiscopo, deinde, quod superest, cæteris secundum ordinem Principibus recognoscimus. Regalem unctionem Colonienfis, supremam vero, quæ Imperialis est, summo Pontifici. Quisquid præter hæc est, ex abundanti est, a malo est. Cardinales in contemptum dilectissimi & reverendissimi Patris nostri & consecratoris a sinibus terræ nostræ coegimus non exire, sed cum his & pro his, quæ & scripta, & scribenda ferebant in dedecus & scandalum Imperii nostri, ultra eos prodire pati noluimus. Introitum, & exitum Italiæ nec clausimus edicto, nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus, vel pro suis necessitatibus rationabiliter, cum testimonio Episcoporum & Prælatorum suorum Romanam Sedem aduentibus, sed illis abusionibus, quibus omnes Ecclesiæ regni nostri gravatæ & attenuatæ sunt, & omnes pene Claustrales disciplinæ emortuæ & sepultæ, obviare intendimus. In capite Orbis Deus per Imperium exaltavit Ecclesiam: in capite Orbis Ecclesia non per Deum (ut cre-

Anacephaleosis epist. Frid. ad Hadrian.

piscopo conceditur, literis datis Laterani, I. diebus Junii, indict. V. Incarnat. Dominica anno MCLVII. Pontificatus sui anno III. Tum eodem die ei permittit, ut Constantinopoli, & in aliis urbibus Imperii Constantinopolitani, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, Episcopos ordinare & consecrare possit: Tibi & successoribus tuis, auctoritate Apostolica duximus concedendum, ut in Constantinopolitana urbe, & in aliis civitatibus, in Constantinopolitano duntaxat imperio constitutis, in quibus Veneti plures habent Ecclesias, ubi videlicet eorum multitu-

credimus) nunc demolitur Imperium. A pictura cepit, ad scripturam pictura processit, scriptura in auctoritatem prodire conatur. Non patiemur, non sustinebimus, coronam anteponemus, quam Imperii coronam una nobiscum sic deponi consentiamus. Picturæ deleantur, scripturæ retractentur, ut inter regnum & sacerdotium aterna inimicitiarum monumenta non remaneant. Hæc & alia, utpote de concordia Rogerii & Vvilleelmi Siculi, & aliis quæ in Italia facta sunt, conventionibus, quæ ad plenum prosequi non audemus, ab ore domini nostri Imperatoris audivimus. Absente autem Palatino Comite, & in preparatione expeditionis in Italiam præmissis, a Cancellario ibidem adhuc præsentem aliud non audivimus, nisi quod humilitatis erat & pacis, præter quod eis pro periculo vitæ, quod a populo imminabat, pro viribus suis astiterit, cunctis qui ibi aderant, hujus rei testimonium ei perhibentibus. De cætero sanctitatem vestram suppliciter rogamus & obsecramus, ut nostræ pacis infirmitati, ut magnanimitatem filii vestri, sicut bonus pastor, leniat scriptis vestris, scripta priora suavitate mellita dulcorantibus: quatenus & Ecclesia Dei tranquilla devotione latetur, & Imperium in sua sublimitatis statu gloriatur, ipso mediente & adjuvante, qui mediator Dei & hominum factus est homo Christus Jesus. Hæc ad Hadrianum Papam Germaniæ Episcopi. Ad quorum excusationem nihil est præterea quod dici possit, nisi illud Apostoli: (a) Testimonium perhibeo illis, quod zelum, sive emulationem Dei habent, Ann. Eccl. Tom. XIX.

(a) Rom. 10.

PAGIUS titudo consuevit assidue convenire, liceat vobis Episcopum ordinare, & absque alicujus contradictione munus ei consecrationis impendere. Referuntur ex Hadriani IV. literæ Tom. X. Concil. pag. 1170. & seqq. ex iisque liquet, hoc tempore, imperante scilicet Manuele Comneno inter Latinos & Græcos aliquam concordiam viguisse. [1]

IX. Expeditio Hierosolymitana Theodorici Flandriæ Comitiss. Theodoricus Comes Flandriæ, uti refertur in Auctario Assigemiensi, jam tertio Hierosolymam profectus, cum quibusdam Principibus terræ suæ, uxore sua Sybilla & copioso belli apparatu, Comitatum suum Philippo filio reliquit. Hierosolymam Theodoricus in tanta perturbatione invenit, ut jam timerent Crucem gnati finibus suis expelli. Noradinus enim Sanguinii filius rupto pacis foedere quosdam Regis milites cepit, Regem Balduinum in fugam

sed non secundum scientiam. Quæ si deficit in sacerdote, haud leve peccatum, cum vel ex eo tantum divina sententia a sacerdotio sit pellendus scientia carens, dicente per (b) Oseam prophetam: (b) Osee 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Si enim tales fuissent, ipsum Imperatorem redarguissent, quod inconcessa tentaret, quæ essent alterius juris invaderet, quod acceptum beneficium Apostolicæ Sedis, ingratitude nimia non ipsi, ut par esset, acceptum ferret, & gratias ageret, & non tantæ ipsi connivissent ingratitude. His acceptis litteris benignus Pontifex, tolerans patienter, ex earum præscripto studuit litteris placare iratum licet injuste Imperatorem. Qualesnam fuerint illæ, dicturi sumus anno sequenti pro temporis ratione.

Imperitiæ redarguuntur ipsi Episcopi

Quod ad res urbanas pertinet (inquit Robertus in appendice ad Sigebertum) circa hoc tempus inundatione Tiberis facta non modica, Romæ in quadam insula ejus fluminis, in ecclesiola antiqua inventum est in quodam sarcophago corpus beati Bartholomæi Apostoli totum integrum, excepto corio, quod remansit Beneventi, quando Otto Imperator capta civitate corpus prædicti Apostoli transfuisset Romam, sicut tabulæ arce scriptæ demonstrant litteris Græcis & Latinis, quæ reperta fuerunt in corpore Apostoli. Repertum est etiam in eadem Ecclesia corpus sancti Paulini Nolani Episcopi. Hæc Robertus suorum temporum res gestas profecutus.

XVI. Corpora SS. Bartholom. & Paulini refossa.

P An.

conjecit, terramque usque maritima progrediens, multa cæde vastavit. Sed Theodoricus Comes adjuncto sibi Rege Noradinum cum suis superavit, & ad pacandam pacem compulit. Inde circa Natale Domini Antiochiam veniens, quæcumque Princeps ipsius Raimundus amiserat, cum maxima parte exercitus sui occisus, ipse Theodoricus recuperavit. Deinde Casaream Cappadocia obsessam quarto die cepit, & quia retinere non potuit, evertit, biennio Hierosolymis ante discessum commoratus. Sybilla uxor Bethaniæ religionis habitum suscepit. Quæ fufius in eodem Auctario, in Annalibus Meyeri, & in Historia Tyrrii lib. 18. cap. 16. & seqq. narrantur. Sybilla autem anno MCLXV. ut videre est in Auctario Aquincino, obiit, postquam X. annis Hierosolymis apud S. Lazarum servierat.

NOTÆ [1] Hujus anni nota inscribitur concilium quoddam Remense sub Samfone archiepiscopo celebratum, cujus extant capita septem ad disciplinam Ecclesiasticorum pertinentia, vulgata Vet. Monument. tom. VII. col. 74. Hæc Synodus in novis Collectionibus addenda erit. MANSF

JESU CHRISTI ANNUS 1158.

HADRIANI PAP. IV. ANNUS 4.

FRIDERICI IMP. 4. MANUELIS IMP. 16.

I. Legatio missa ab Hadr. pro concilian-do Imp.

Anno Redemptoris millesimo centesimo quinquagesimo octavo, Indictione sexta, Hadrianus Papa ad placandum iratum Imperatorem legationem decernens, litteras placabiles ad ipsum dedit. Quinam autem hac sint legatione perfuncti, & per eos quid gestum, Radevicus de omnibus probe instructus ex litteris hinc inde tunc missis, exacte describit his verbis: (a) Feliciter ergo prociunctum movens Fridericus, ac apud Augustam Rhetiae civitatem super ripam Lici fluminis castra ponens, confluentem ex diversis partibus militem per septem dies operitur. Interea Romanus Antistes Hadrianus de adventu Principis certior effectus, (nam Legati ejus, videlicet Rainaldus Cancellarius, & Otto Palatinus Comes, quorum supra meminimus, jam dudum Italiam intraverant) in melius mutato consilio, ad leniendum ejus animum Nuntios mittit, Henricum videlicet Cardinalem presbyterum tituli sanctorum Nerei & Achillei, & Hyacinthum Cardinalem diaconum sanctae Mariae in Schola Graeca, & ad Curialia negotia pertractanda prioribus missis multo aptiores. Et inferius: (b) His diebus Henricus & Hyacinthus supradicti Nuntii Hadriani Papae Ferrariam venerant, auditoque quod Legati Imperatoris Mutinam rediissent, non sperantes ipsos sibi occurrere, humilitatis formam praeberentes, quod insolitum antea fuerat, ad eos pergunt, expositaque causa legationis, quod scilicet ea quae pacis essent, & honori Imperii, in mandatis haberent, dimittantur. Jam vero adventum illorum per omnes partes illas, ubi arcta montium

(a) Radevicus in Frid. l. 1. c. 17.

(b) Radevicus l. 1. c. 21. II.

transituri erant, fama nuntiaverat, multosque mortalium rerum alienarum cupidos id contra eos animaverat, quod pene neminem latebat, majestatem Imperialem Romanis infensam existere; quodque vitio aviditatis quisque ardebat, ac se regia voluntati obsequeretur, temerarius intendebat, sperans in hoc casu latrociniam honestiori nomine posse palliari. A Ferraria itaque Veronam, a Verona per Vallem Tridentinam iter agunt, habentes secum gratia majoris securitatis venerabilem Episcopum Tridentinam Albertum. Sed prevaluit auri sacra fames, quae quos arripuit, nihil unquam honestum, nil moderatum sentire, vel appetere permittit. Nam Fridericus & Henricus Comites, quorum in illis partibus non parum poterat violentia, tam Cardinales, quam Episcopum captos, spoliatos in vinculis ponunt, donec Romanus quidam datus in obsidem nobilis vir germanus Hyacinthi, Episcopum autem evidenter divina potentia liberavit. Hanc tamen immanitatem Henricus nobilissimus Dux Bavoriae & Saxoniae ob amorem Sanctae Romanae Ecclesiae, & honorem Imperii non multo post probe vindicavit. Namque & vadem eripuit, & Comites multis malis attritus ad deditonem & satisfactionem coegit.

Legati Sedis Apost. capti, spoliati, & in vinculis tenti.

Friderico (c) igitur Imp. (ut jam dictum est) castra in campestribus Augustae civitatis metato, ad suam eosdem Legatos admittit praesentiam, eisque clementer receptis, causam adventus exquirat. Illi reverenter ac demisso vultu, voce modesta tale suae legationis assumunt principium: Praesul S. R. E. vestrae excellentiae devotissimus in Christo Pater salutat vos sicut

III. (c) Idem c. 22.

Episcopus, & quamplures alii Cassinum conscenderunt. Temam autem (corrige, terra) sancti Benedicti reddidit se praefato Comiti Andrea, qui sequenti die ascendit Cassinum, & acriter pugnavit, sed nihil profecit; postmodum exiit de regno. Imperator Constantinopolitanus fecit pacem cum Rege Sicilia (scilicet Guillelmo) usque ad triginta annos, Teutonicus Imperator in Lombardiam veniens Mediolanum obsedit, & Cremonam, quam tandem igne combussit, sed anno MCLX. ut ibidem dicitur.

Præterea idem Joannes Ceccanus ad hunc annum hæc prodiit: Indictione VI. hoc anno in festivitate Innocentium feria quarta post Epiphaniam (nota festum Innocentium post Epiphaniam hoc tempore in Campania celebratum fuisse) perrexit Comes Andreas super civitatem sancti Germani, & pugnavit eum militibus Regis, & devicit eor. Apprehendit ex illis plusquam ducentos, & omnia spolia eorum. Alii fugerunt ad monasterium sancti Benedicti, & Comes misit civitatem in suo jure, & ascendit in montem, & possedit (id est juxta loquendi

II. Bellum Neapolit.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6651. SÆC. XII. An. Erz Hisp. M. CXCVI. Anno Hegiræ DLIII. inchoato die 2. Febr. fer. 1. An. C. 1158. Italia bellis turbata.

© 19. E. 19. P. 20. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1158.

HADRIANI IV. PAPÆ 5.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 7. IMP. 4.

MANUELIS COMNENI IMP. 16.

Ad num. I. & seqq. Baronius de pace inter Hadrianum IV. & Fridericum Imp. sancta, & de gestis in Italia tantum sermonem habet, quibus sequentia addemus & alibi gesta ab eo omissa supplebimus. In Anonymo Cassinensi ad hunc annum legitur: Comes Andria (corrige, Andreas) sexto die mense Januarii cepit sanctum Germanum, & Raynaldus Cassinensis Abbas, & Alfanus Capuanus Archie-

CHRISTI 1158.

HADRIANI IV. PAP. 4.

FRIDERICI IMP. 4. MANUELIS IMP. 16.

sicut charissimum & specialem S. Petri filium: salutant etiam vos venerabiles fratres nostri, clerici autem vestri universi Cardinales, tamquam dominum & Imperatorem Urbis & Orbis. At verba ista sunt Radevici, non Legatorum. Aliis namque ab his diversis eos usos verbis Gunterus affirmat, recitatque verbis istis:

Totaque Romani nunc maxima Curia Cleri Te velut eximium Regem dominumque salutant.

Vide igitur quantum privata affectio potuerit in Radevico, verba pro arbitrio concinnante. At quid obest, si vere ipsa totidem verba ab ipso reddita dixerimus Radevico? Nonne & ad Christianæ humilitatis exemplum Pontifex ipse se nominat servum servorum Dei? Pergit vero: Quanta dilectione S. R. E. amplitudinem & honorem Imperii vestri amplectatur, quam sine conscientia peccati vestram satis invita sustinuerit indignationem; & scripta praesentia, & in ore nostro posita viva vocis officium declarabit. Post hæc verba litteras offerunt, quæ venerabili Ottoni Frisingensi Episcopo ad legendum simul & interpretandum datae sunt, viro utique, qui singularem habebat dolorem de controversia inter regnum & sacerdotium. Exemplar litterarum hoc est:

Hadrianus Episcopus servus servorum Dei &c.

IV. Litera Hadriani ad Imp. pro concordia.

Ex quo universalis Ecclesiae curam, Deo, prout ipsi placuit, disponente suscepimus, ita in cunctis negotiis magnificentiam tuam honorare curavimus, ut de die in diem animus tuus magis ac magis in amore nostro & veneratione Sedis Apostolicæ debuisset accendi. Unde sine grandi admiratione non ferimus, quod eum audito ex suggestione quorundam, animum tuam aliquantulum contra nos fuisse commotum, duos de melioribus & majoribus fratribus nostris, Rolandum Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS: di modum ab hoc Auctore usurpatum, obsedit ut ex infra dicendis liquebit) monasterium usque in festo quadraginta Martyrum. Dimisit omnem terram, & exiit Anconam, deinde iit ad Imperatorem qui obsidebat Mediolanum.

III. Bellum Mediolan. Fridericum autem hoc anno in Italiam descendisse, & primum Mediolanum obsidione cinxisse certum est. Principum fecit ab obsidione castelli, quod Arcus Romanus vocabatur. Hæc de ea Galvancus Flamma cap. 270. apud Paricellum in Monument. Ambros. num. 416. Imperator habito consilio Principum, dixit Duci Bohemensi: Si poteris Arcum triumphalem expugnare, ego faciam te ex Duce Regem, & feuda Imperialia, quibus obligaris, relaxabo. Erat autem Arcus triumphalis quadam turris

scilicet Cancellarium tituli S. Marci, & Bernardum tituli sancti Clementis presbyteros Cardinales, qui pro tuae majestatis honore in Romana Ecclesia solliciti semper extiterant, pro voluntatis tuae cognitione ad tuam praesentiam destinavimus, aliter quam Imperialem decuerit honorificentiam, sunt tractati. Occasione siquidem cujusdam verbi, quod est, Beneficium, tuus animus (sicut dicitur) est commotus; quod utique nedum tanti viri, sed nec cujuslibet minoris animum merito commovisset.

Licet enim hoc nomen, quod est, Beneficium, apud quosdam in alia significatione, quam ex impositione habeat, assumatur: tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus, & quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto est editum, & dicitur Beneficium, apud nos, non feudum, sed bonum factum: In qua significatione in universo sacrae Scripturae corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei, non tanquam ex feudo, sed velut ex benedictione, & bono facto ipsius gubernari dicimur & nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene & honorifice Imperialis dignitatis insignis tuo capiti imposuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicari. Unde quod quidam verbum hoc, & illud, scilicet (contulimus tibi insignis Imperialis coronæ) a sensu suo visum sunt ad alium retorquere: non ex merito causæ, sed de voluntate propria, & illorum suggestione, qui pacem regni & Ecclesiae nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum (contulimus tibi insignis Imperialis coronæ) nihil aliud intelleximus, nisi quod superius dictum est, imposuimus.

Sane quod postmodum personas Ecclesiasticas a debita sacrosanctae Romanae Ecclesiae visitatione, ut dicitur, revocare jussisti: si ita est, quam inconvenienter actum sit, tua, fili in Christo charissime discretio (ut credimus) recognoscit. Nam si aliquid apud nos amaritudinis habebas, per Nuntios & litteras tuas nobis P 2 fue.

ex lapidibus vivis, politis opere mirifico: in cujus pede erant quatuor arcus: & erat situata in loco, ubi est Hospitale leproforum, ante Portam Romanam. Dux Bohemia iis animatus totam suam gentem in quatuor partes divisit. Prima cohors pugnabat contra Arcum triumphalem a prima usque ad nonam, alia cohors a nona usque ad noctem, tertia cohors a sero usque ad noctem mediam, quarta cohors a nocte media usque ad diem. Cumque continuatis bellis nostros cives usque ad noctem mortem diu noctuque expugnaret, Arcum obtinuit; & tota civitas obriguit. Et tunc Imperator ipsum Ducem Bohemia in Regem ejusdem regni coronavit in Ecclesia S. Ambrosii extra civitatem, & omnia gravia onera, quibus Imperio erat obligatus, relaxavit. At hæc magna ex parte falsa

CHRISTI
1158.HADRIANI IV. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 4.
MANUELIS IMP. 16.

fuerat intimandum; & nos honori tuo curavissimus, sicut filii charissimi, providere. Nunc igitur, quoniam ad commonitionem dilecti filii nostri Henrici Bajoariae & Saxoniae Ducis, duos de fratribus nostris, Henricum tituli sanctorum Nerei & Achillei, & Hyacinthum sanctae Mariae in Cosmedin * diaconos Cardinales, prudentes siquidem & honestos viros, ad tuam praesentiam destinavimus, celsitudinem tuam monentes & hortantes in Domino * quatenus eos honeste & benigne recipias; & quod ab eis ex parte nostra tuae magnificentiae fuerit intimatum, a sinceritate cordis nostri noverit tua excellentia processisse. At per hoc cum eisdem filiis nostris, mediante jam dicto filio nostro Duce, ita celsitudo tua studeat convenire, ut inter te ac matrem tuam sanctam Romanam Ecclesiam nullius discordiae seminarium debeat remanere. Hucusque Hadriani Papae litterae per Legatos reddita Imperatori. Pergit vero

(a) Radev. Radevicus: (a)

Legatis & benigna interpretatione expositis litteris, Imperator mitigatus est, elementiorque factus, quasdam causas alio loco memorandas, quae seminarium discordiae praestarent, si non congrua emendatio interveniret, Legatis per capitula distinxit: quibus ad nutum Principis, & per omnia bene respondentibus, Praesulemque Romanum in nullo regiae dignitati derogare, sed honorem, ac justitiam Imperii semper illibatam conservare pollicentibus, pacem & amicitiam tam summo Pontifici, quam omni Clero Romano reddidit, eamque signo pacis & osculo abentibus per praesentes destinavit; sicque hilariores facti Legati, donatique regalibus muneribus divertunt in civitatem. Pergit auctor res bellicas prosequi, dedicationem Mediolanensem, & alia, quae nostri non sunt instituti.

VI. Ita quidem sicut sanctissimus, ita & prudentissimus Hadrianus, ut furentem conciliaret Imperatorem, dans ex com-

monitione Apostolica locum irae, exemplo pariter Apostolico cedens ad tempus ita vocem, Beneficium est interpretatus, ut concitatam discordiam sopiret magis quam auget; & si posset, pacem ejus culpa exulem in Ecclesiam revocaret. Sed ad breve tempus ista subsistere potuerunt. Ubi enim haud altis radicibus pax intus plantata in corde subsistit, tamquam foenum rectorum, velociter quolibet aestu urgente tentationis, arefcit. Sed de his anno sequenti; reliqua Pontificis prosequamur.

Misit hoc eodem anno idem Hadrianus papa Legatos a latere duos Cardinales Arditiu & Ottonem ad unien-dos pace atque concordia dissidentes inter se Longobardos. Meminit hujus Legationis Otto Morena in Laudensi Chronico, aitque efficere non potuisse Legatos, ut Mediolanenses ignoscerent Laudensibus, qui facti extorres civitatem Mediolanensibus diripiendam reliquerunt. At haec pluribus auctor, ex quo & quae sequuntur.

Hoc eodem anno a Friderico Imperatore collectus est conventus Roncaliae (est is locus inter Placentiam & Cremonam) ubi disceptari voluit de Imperii regalibus, quoniam illa essent. Res tunc in eo gestae scriptae sunt ab Ottone Morena Laudensi, qui iis intererat, in Chronico Laudensi, quod tunc elaboravit; sic enim ait:

Interea dominus Imperator in Roncalia colloquium in S. Martino proximo veniente maximum se constituit habiturum, praecipitque omnibus fere Italiae Principibus, atque civitatum Consulibus, ut ipsi colloquio interessent. At quod etiam quatuor principales legis doctores, videlicet dominos Bulgarum, & Martinum Gosium, seu Jacobum, atque Hagonem de porta Ravegnana, Bononiae magistrum interesse fecit. Istorum autem quatuor doctorum, & quamplurimorum aliorum fuit dominus Guarnerius doctor antiquior. Ad quem

nomen ac coronam Regiam consecutum non esse, sed tantum anno MCLXII. post primum bellum Mediolanense consecutum. Verum cum hoc anno honore illo donatum certum & indubitatum esse debet; Radevico enim citato Ligurinus, alique Antiqui consentiunt. Haec Ligurinus qui hoc tempore vivebat lib. 6. pag. 72. loquens de rebus hoc anno in Conventu Ratisponensi gestis:

Hoc quoque Conventu Procerum Dux ille Bohemus
Fama Labeslaum, quem nominat, ob sua gesta
Fortiter, & bello nuper spectata Polono,
Ex duce Rex fieri meruit, gestitque potenti
Sceptra manu, cinxitque novo diademate
crines.

Pessinam, aliofque decepere verba, quibus con-

Legatio
ab Hadr.
Pap. in
Longo-
bardiam.

VII.

Conven-
tus Ron-
caliae
habitus.

CHRISTI
1158.HADRIANI IV. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 4.
MANUELIS IMP. 16.

quem, cum in extremis laboraret, accesserunt sui scholares, dicentes: Domine, quem vultis post mortem vestram doctorem nobis constituere? Quibus ipse respondit per duo carmina infrascripta:

Bulgarus os aureum, Martinus copia
legum,
Hugo mens legum, Jacobus est quod
ego.

Et sic dominus Jacobus fuit doctor. Post ista cum dominus Fridericus Imperator semel equitaret super quodam suo palafredo in medio dominorum Bulgari & Martini, exquisivit ab eis, utrum de jure esset dominus mundi? Et dominus Bulgarus respondit, quod non erat dominus quantum ad proprietatem: dominus vero Martinus respondit, quod erat dominus. Et tunc dominus Imperator cum descendisset de palafredo, super quo sedebat, fecit eum praesentari dicto domino Martino. Dominus autem Bulgarus hoc audiens, dixit haec elegantia verba: Amisi equum, quia dixi equum; quod non fuit equum. Sed de his inferius. Pergit auctor:

VIII.
Quid Im-
per. cum
Docto-
rib. Bono-
niensib.

Omnes praedicti convenere ad colloquium nono Kal. Decembris ultra Padum, prope Ecclesiam sancti Petri de Conturbia, in millesimo centesimo quinquagesimo octavo anno, Indictione septima inchoata. Cum autem Imperator, universique Principes, ac civitatum Consules ibi simul convenissent: in primis vocavit Imperator eos praedictos Bononienses magistris, jussitque eis, quod ipsi indicarent sibi in veritate omnia jura regalia, quae ratione Imperii in Lombardia ad ipsum spectarent, & sua esse deberent. Qui respondentes Imperatori, dixerunt, se haec nolle sine consilio facere aliorum judicum universarum Lombardiae civitatum ibi tunc existentium. Imperator itaque duos uniuscujusque civitatis Lombardiae judices elegit, jussitque eis, quod ipsi omnes cum praedictis quatuor Bononiae magistris ad consilium irent, amniaque jura

PAGIUS

ceptum est Privilegium tunc Uladislao Regi creato concessum; eo enim circulum ei conce- dit Imperator, eumque Ducem appellat. Recitat illud integrum Pessina, ex quo pauca haec descripsi: Noverit posteritas, qualiter nos Wladislao Duci Bohemiae ob insignia servitii & devotionis, tam ejus, quam omnium Bohemorum merita, honoris insigne, quo avus & ceteri ejus progenitores Duces Bohemiae beneficio Imperialis Excellentiae, ceteris Ducibus praeminebant, circulum videlicet gestandum concessimus, & per eum omnibus successoribus suis in perpetuum decernimus, &c. Datum Ratispona XV. Kalend. Febr. indit. V. anno MCLVIII. regni nostri anno VI. imperii III. Uratisslaus Bohemiae Dux saeculo superiori ab Henrico Imp. Bohemiae Rex dictus fuerat, & hanc dignitatem Fridericus

regalia quaecumque essent, diligenter investigarent; ut cum a consilio recederent, sub nomine fidelitatis, quam sibi juraverant, ea omnia recto tramite (prout melius possent) publice demonstrarent. Ipsi autem judices cum viginti octo, exceptis Bononiae magistris, statim ut Imperator jussit, ad consilium euntes, de omnibus regalibus juribus inter se diligentius contulerunt. Qui postmodum ad Imperatorem redeuntes coram omnibus Principibus omnibusque civitatum Lombardiae Consulibus narraverunt in scriptis omnia jura, quae ei jure regali noverant pertinere.

Hoc autem sic peracto, dominus Hubertus Mediolanensis Archiepiscopus una cum Consulibus Mediolani, omnesque alii praesentes Lombardiae Episcopi, Comites, Marchiones, Duces, ceterique Italiae Principes, ac omnium Lombardiae civitatum Consules ibi astantes, publice in colloquio ipso surgentes, in manu ipsius Imperatoris omnia, quae praedicti judices jura regalia esse dixerant, refutaverunt, & ei fidem de ipsis omnibus fecerunt, statimque Imperatore eis omnibus sub nomine fidelitatis firmiter praecipiente, ne ipsi amplius de ipsis rebus introumissuros: omnes & unusquisque tamen per se amplius de ipsis rebus non introumissuros, unanimiter sponderunt. Insuper etiam veram & perpetuam pacem ibi omnes inter se, & cum omnibus aliis personis deinceps se firmiter tenere juraverunt. Et in hoc Mediolanenses privavere se de multis rationibus & dignitatibus, obtentis a diversis Pontificibus & Imperatoribus, & promiserunt ponere signum Aquilae super campanile Ecclesiae majoris in signum fidelitatis, ac etiam quod liberarent centum nonaginta Papienses, quos habebant incarceratos. Ac etiam praecipit eis Imperator, ut servarent pacem perpetuam suis vicinis. Tametsi hoc Mediolanenses atque Cremonenses paucioribus septem mensibus servaverunt, immo ante hoc spatium Laudensibus, cum nullum malum adhuc illis intulissent, pacem ipsam violavere.

Dein-

Imp. hoc anno Uladislao restituit. Circulum autem aureum Regibus absque corona tribui ostendunt exempla a Ducangio recitata in voce circulus aureus. Sed haec longioris discussionis sunt, quam ut possint in tam brevi Ope- re pro dignitate explicari.

Redeo ad Mediolanenses, quos Otto Morena in sua Laudae civitatis Historia testatur se Mediolanense Friderico Imp. dedidisse: Mediolanenses itaque se Friderico Imp. deper ne Imperator ab obsidione non discederet, nec ipsos caperet, cum ipso Imperatore pepigerunt; ac se in ejus manibus ponentes, ei de suis praecipis observandis plures ducentis obsidibus tradiderunt. Post hac itaque ab obsidione discedens, ibique de suis relinquens, qui fide-

IX.
Regalia
adiudica-
ta Imperat.

V.

PAGIUS

falsa; Fridericus enim antequam Mediolanum veniret, Uladislao Bohemiae Ducem Ratisbonae Regem renuntiarat, uti discimus ex Radevico Ottonis Frisingensis Continuatore lib. 1. cap. 12. In eadem Curia (Ratisponae habita) Dux Bohemorum Ladexlaus... qui nuper in expeditione Polonica claruerat (anno scilicet praecedenti), adeo ut ob merita charus effectus ab Imperatore ac imperii primis ex Duce Rex creatur anno ab Inc. Dom. MCLVIII. Suscepto itaque Privilegio de usu diadematis, aliisque regni insignibus latus revertitur, & ad Italicam expeditionem Rex pariter cum Imperatore fastu Regali profecturus accingitur.

IV.
Bohemia
Dux sit
Rex.

Thomas Joannes Pessina Episcopus Samandriensis & Decanus Ecclesiae Metropolitanae Pragensis in Marte Moravico Pragae anno MDCLXXVII. evulgato, lib. 3. cap. 5. contendit, Uladislao Bohemiae Ducem hoc anno

CHRISTI
1158.HADRIANI IV. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 4.
MANUELIS IMP. 16.

Deinde Mediolanenses, Cremonenses, Papienses quoque & Placentini de stando & per omnia attendendo ipsius Imperatoris præcepto, ei tum multos obsides tradiderunt. Ibi quoque ipse dominus Imperator multas leges quas fecerat, in scriptis redigi fecit; multaque etiam præcepta hortari suorum Principum custodiri præcepit. His itaque sic peractis, cum Imperator omnia se bene peregrisse, & Imperium suum sicut se decebat, in pace quietam obtinere putaret, quamvis in contrarium sibi paulo post contigerit, de Roncalia tamen discessit. Hucusque de conventu Roncaliæ celebrato. Meminit ejusdem Radevicus, qui & aliquas ibi leges constitutas affirmat.

PAGIUS

litatem a Mediolanensibus exigerent, & recipe-
rent, Madoetiam perrexit; ibique militibus de
Martesana & de Sepria convenientibus, & pa-
thum cum ipso ineuntibus, omnibusque sibi fide-
litate facientibus, eos in sua tuitione accepit.
Fridericus Mediolanum ingressus non est, sed
die VI. Idus Septembris Mediolanenses ad suos
pedes prostratos excepit, & a Mediolano
castra movens apud Madoetiam (vulgo Monza)
sedem regni coronatur, inquit Radevicus cap. 43.

VI.

Inter
Francia &
Anglia
Reges pax
summa
viget.

A rebus Italicis ad Anglicas transeo. Gervasius in Chron. ad hunc Christi annum scribit: Rex Henricus transfretavit, & Parisios profectus a Rege Francia Lodovico in magna gloria & honore susceptus est, filium ejus (Margaritam appellatam) filio suo Henrico petiit & accepit. Eo tempore per industriam Thoma Cancellarii (postea Archiepiscopi Cantuariensis ac Martyris) a Lodovico Rege Francorum Christianissimo, viro tamen nimis simplici obtinuit, ut quasi Senescallus Regis Francorum intraret Britanniam, & quosdam ibidem inter se inquietos & funebre bellum exercentes coram se convocaret & pacificaret, & quem inveniret rebellem, violenter coerceret. Hic fuit primus ingressus ejus super Britones edomandos, & sic civitatem de Nantes ad jus dominationis sua inflexit. De hinc expugnato Toarco, Regem Francia a Cenomanica urbe ad Montem Sancti Michaelis, & exinde per Bajocas, Cadomum, Rotomagum, non impari quam ille cum per Franciam gloria & honoris magnificentia in Franciam deduxit.

VII.

Actum de
matrimo-
nio inter
filium Re-
gis Fran-
cia & fi-
lium Reg.
Anglia.

Sed hæc magis explicanda. Henricus II. Angliæ Rex anno MCLVII. Thomam Cantuariensem Archidiaconum, prece & consilio Theobaldi Cantuariensis Archiepiscopi Cancellarium Regni sui constituit, uti narrat Hovedenus ad eum annum. Tum eum in Galliam hoc anno misit Margaritam Regis Francorum filiam, Henrico filio suo in conjugem accepturus, uti refert Matthæus Parisius; sed licet matrimonii tractatus hoc anno ceptus fuerit, matrimonium tamen non nisi post sequentem annum conclusum. Interim Gaufridus Henrici Angliæ Regis frater obiit, & idem Rex transiens Nanneticam civitatem jus suum recepit, inquit Matthæus Parisius hoc anno. Robertus vero de Monte in Chron. ad hunc annum testatur, Henricum Regem evocatum a Rege Francorum cum paucis Parisius venisse, & inæstimabili honore exceptum esse. Subdit: Inde rediens, filiam Regis Francorum secum adduxit, & eam ad custodiendum & nutriendum Roberto de Novoburgo fideli suo tradidit; quod ideo factum, quia

Sed quod de quatuor insignioribus legum doctoribus, qui Bononiæ publice hoc tempore profitebantur, mentio facta est, nempe de Bulgaro, Martino, Joanne, atque Jacobo, sicut Bulgarus omnes excelluit, & probitate insignis enituit, ita Martinus parum feliciter munus absolvit, atque haud laudabili existimatione dimanavit ad posteros, ut de ipso Jason illud usurpet: Martinum nihil umquam sani, verique dixisse. Ut tu intelligas, Lector, quis, qualisve fuerit, qui tanta tribuit Imperatori. Sed & cervicofusus est habitus, ut quam semel defendendam suscepisset opinionem, quantumlibet erroneam & singularem, numquam dimiserit, sed obstinate omni co-

X.
De anti-
quioribus
Jure-
Conf. ju-
diciis.

inter matrimonii futuri leges una erat (multa postea discordiæ seminarium); ut dotis nomine Gisortium Normanniæ oppidum, quod Galli occupabant, in Anglorum Regis juram transfret, cum Margareta, quæ tantum triennis erat, Henrico Regi nuberet, interim in sequestrorum manibus esset, & Margarita in fœderi potestate. Quæ ad dicendorum intelligentiam præmittenda fuere.

Sanctii Castellæ Regis dominatio brevis fuit; cum inter Hispaniarum Historicis conveniat, eum anno superiori Regem creatum, & currenti ultimo die mensis Augusti vitam functum. Rodericus lib. 7. cap. 9. ait Sanctium regnasse annum unum, quod & legitur in Additamento ad Pelagium Ovetensem; Regem Sanctium, qui post mortem patris per unum solummodo annum regnavit; alterum Regem Fernandum regnantem (eo itaque adhuc vivente Auditor Additamenti vixit) in Legionem, & in terra beati Jacobi Apostoli, id est, in Gallæcia. Tudenfis Sanctio assignat annum unum & dies duodecim, verum secundum librum, cui titulus Tumbus Niger S. Jacobi, supra annum dies tantum septem regnavit, in eo enim legitur Alphonsum Imp. era MCXCV. VIII. Kal. Septemb. demortuum, & omnes tradunt Sanctium die XXXI. Augusti era MCXCVI. naturæ debitum solvisse. Moretus in Investigat. Regni Navarrici pag. 664. & seq. refert se legisse antiquam inscriptionem marmoris in Ecclesia Sanctæ Mariæ Fuselensis insculptam, in qua dicitur: Era MCLXXXVI. Rex Sanctius dompni Aldephonsi Imperatoris Hispaniarum filius dedit cantum (id est, angulum, ut explicat Ducangius in voce cantus) Ecclesia Fuselensis, Raimundo Giliberti existente Abbate ejusdem Ecclesia, & eadem era prædictus Rex domnus Sanctius obiit ultima die Augusti.

IX.

Ei succe-
dit Al-
phonsum
VIII. fi-
lius.

Alphonsum adhuc puerulus Sanctio patri in Regnum Castellæ successit, magno Castellano- rum damno. Sandovalius fol. 213. ait multas Chartas superesse datas era MCXCVI. Alphonso puerulo Toleti regnante & Fernando ejus patruo Legionem. Inter Castellæ Proceres magis diffensiones fuere occasione tutelæ Regis pueruli, adeo ut Fernandus partem Castellæ Regni occupavit; Mortuo ejus fratre Sanctio, inquit Tudenfis ad eram MCXCVI. maximam partem regni Castellæ obtinuit. Nutriebat quidem ipse fratris Aldephonsi puerulum, quem dedit Comiti Manrico (vulgo de Haro) ad custodiendum. Tunc regnavit Fernandus Rex in toto imperio patris sui, unde Rex Hispaniarum fuit

CHRISTI
1158.HADRIANI IV. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 4.
MANUELIS IMP. 16.

natu tueri perseveravit: adeo ut in vulgare proverbium ejus durities apud Jureconsultos in hanc usque diem pertranferit, ut Martinum appellent, qui suæ ipsius sententiæ singulari pertinaci studio inhærescat. Contra vero, quem præcæteris a Guarnerio laudatum audisti Jacobum, hunc cognomento, De regione

PAGIUS fuit vocatus; sed concordantibus Comite Manrico & fratre ejus Comite Nunno cum omnibus qui ad regnum Castellæ pertinebant, Aldephonsi filium domini sui Regis Sanctii sibi Regem constituerunt. Ferdinandus autem Rex, ut erat pius & hilaris, acceptavit quod fecerant Castellani. Per pueritiam Alphonso VIII. non solum Aragoniæ & Navarræ Reges jugum sibi ab Alphonso Imperatore impositum excussere, sed etiam Sanctius Sapiens Navarræ Rex ab eo tempore quæ prædecessores & ipsemet ultra Ebrum fluvium amiserant, aut saltem maximam partem recuperavit.

Hujus anni initio rumor fuit, Mauros Africae quamprimum in regiones Sanctii Castellæ Regis hujus nominis III. cum ingentibus copiis irruptionem facturos. Fratres autem militia Templi, inquit Rodericus lib. 7. cap. 14. qui arcem Calatravæ tenebant, timentes quod non possent Arabum violentia obviare ad Regem Sanctium acceperunt supplicantes, ut & arcem & villam Calatravæ acciperet, quia non erat eis facultas Arabibus resistendi, nec inventus fuit aliquis de potentioribus, qui vellet defensionis periculum expectare. Quare Raimundus Abbas Fiterii Ordinis Cisterciensis sollicitatus a Didaco Velasqui, quondam strenuo in officio militari, & a juventute cum Rege Sanctio enutrito accedens ad Regem petiit Calatravam. Abbas cum Didaco Monacho venerunt statim ad Joannem Primate[m] Ecclesiæ Toletanæ, qui fecit publice predicari, ut omnes euntes in auxilium Calatravæ omnium peccatorum veniam mereantur. Res adeo feliciter successit, ut vix esset, qui aut in propria persona non iret, aut equos, aut arma, aut pecunias in subsidium largiretur. Rex Sanctius dedit Abbati in possessionem perpetuam, villam & præsidium Calatravæ, sicque Agarenorum exercitus, de quo rumor increverat, non advenit. Literæ donationis Calatravæ referuntur in Prologo libri de Origine & constitutionibus Ordinis Calatravæ, & datæ dicuntur era MCXCVI. mense Januario anno quo Dominus Aldephonsus famosissimus Hispaniarum Imperator obiit. Sanctius Navarræ Rex uti testis aut confirmator subscripsit primus cum Proceribus, & post hos Joannes Archiepiscopus Toletanus cum aliis Episcopis. Licet autem Alphonsum Imperator anno superiori obierit, Hispani tamen sæpe in literis Regiis non ad annum Julianum, aut erae currentis, sed ad eum cuius nondum duodecim menses effluxere respiciunt.

XI.
Instituitur Militia Calatravæ.

Raimundus Abbas Calatravæ Militiam instituit, quæ complexa est Regulam Cisterciensium, temperato habitu, ut militaris agilitas exposcerebatur, inquit Rodericus laudatus. Primus Ordinis Magister fuit frater Garzia, quia ea dignitate jam potiebatur octavo Kalendas Octob. indit. XIII. anno MCLXIV. quo Alexander III. confirmavit institutionem hujus Ordinis Literis suis in citato libro de Origine Constitutionibus Ordinis Calatravæ recitatis. In iis Pontifex jubet, ut Abbati Cisterciensi fra-

dictum, summopere laudavit defunctum epistola sua Petrus (a) Blesensis, quam (a) Pet. Bles. ep. potius publicum dixeris epitaphium, tantiviri gloriam immortalitati consecrans. 173. Cum tamen nescio quomodo hunc tanta luce coruscum non viderit, qui recentiorum Jureconsultorum vitas conscripsit: nam penitus prætermisit.

An.

tres omnes subdantur, qui tamen postea subiecti fuere immediatæ jurisdictioni Abbatis Morismundi in Francia.

Eodem circiter tempore Ordo militaris Sanctii Juliani de Peivero in Regno Legionensi initium Instituitur Militia S. Juliani. sumit. Manricus in Annalibus Cisterc. hoc anno cap. 1. postquam de utroque Ordine locutus est, ait ex Religionibus militiæ sacræ deditis quibus floret Hispania, non aliam antiquiorem inveniri quam Calatravæ, quippe talis a primo sui exordio, ad cujus normam alix surrexere. Nam cæteræ, aut sub ipsa militarunt, scilicet Christus. Avis, Montesa, aut militare ab ipsa didicerunt: San-Julianeæ, eisdem susceptis legibus, cum sub nullis vixisset duobus annis. Divi Jacobi anterior Congregatio, sed non Religio, & Congregatio adeo depravata (verba sunt Prologi ad ipsius Regulam) ut ex atrocitate flagitiorum magis, quam ex fidelium propugnatione, designaretur. Itaque ante Ferdinandi Regis tempora (nam in regno Legionis initium sumit) militum potius indulgentium mundanæ gloriæ, & terrenis affectibus, quam infestantium inimicos Crucis Christi Conventus fuit. At postquam Calatravæ novos milites, atque Sanctii Juliani Cisterciensium viderunt adscriptos Regulæ, sanctum eorum zelum amulati Canonicos Regulares elegerunt, quibus se sociarent & quorum instituta profiterentur.

Manuel Græcorum Imperator anno imperii XIII. sui decimo quinto decrevit, ut nemo deinceps Leges Maderis apud Byzantium monasteriis negotium favorem cesset de iis prædiis, qua quocumque in loco Imp. in illa possiderent. Hancque donationem confirmavit libello, qui, quod aureo sigillo munitur, Ecclesia. Aurea Bulla vocari vulgo solet. Unde nullum hactenus Monachum Judicum fores pulsantem videre est, utpote cum nihil audit, de quo lis intentari iis queat. Et hæc quidem sic habet Constitutio. Cum vero omnium plerique dierum lege exciperentur, quibus nimirum vel Dominica a Christianis mysteria peragebantur, vel magni alicujus viri agebatur memoria, fiebat ut judicia in Republica in immensum prolata, nunquam ad exitum perducerentur. Exinde vidi ego homines in litibus senescentes, imo & immorientes iisdem. Sed pessima lex ista novo Decreto in Republica abolita est. Quippe Imperatoris Edictum, neque dies festos omnino ut pro festos haberi statuit, neque tamen dilationibus hujusmodi trahi in infinitum judicia: sed religiosos & rerum forensium immunes illos esse decrevit, in quibus aliquando Deus singulare in homines beneficium contulisset: caterum alios totos festos esse, alios intercos, ita ut nimirum horis matutinis lege agere non liceret, post meridiana autem integra partibus admittendis vacarent, inquit Cinnamus lib. VI. num. VIII. Prioris Constitutionis meminit Baronius anno MCXLVIII. num. XLIV. posteriorem vero recitat anno MCLXVI. num. ult. de utraque Novella Cinnamus hic uno tenore locutus est.

JESU CHRISTI ANNUS 1159.

HADRIANI PAP. IV. ANNUS 5.

FRIDERICI IMP. MANUELIS IMP. 17.

CHRISTI 1159.

HADRIANI IV. PAP. 5.

FRIDERICI IMP. 5. MANUELIS IMP. 17.

I. Quomodo discordia renovata inter Imp. & Roman. Pont. (a) Radev. l. 2. c. 15.

Qui sequitur annus Redemptoris millesimus centesimus quinquagesimus nonus, Indictione septima, inter Imperatorem atque Romanum Pontificem discordiis iteratis, fuit rerum difficilium agendarum molestiis Romanæ Ecclesiæ infestissimus. Quænam ista fuerint, ab auctore qui habebat præ oculis, sunt pendenda, nempe Radevico qui aderat, sicque narrare pergit: (a) Friderico in bibernis agente, Hadrianus Romanæ Urbis Antistes quorundam instinctu, ea quæ jam inter ipsum & Imperatorem apud Augustam sopita fuerant, refricare coepit, & denuo meminisse, modo Nuntiorum suorum injuriam, modo eorum qui pro colligendo fodro directi fuerant, insolentiam, & Castellanos suorum gravamen incusans, se pro bonis mala suscepisse, Imperatorem beneficiis suis ingratum existere. Proinde occasione querens, cum audisset, quod regalia Principi tam ab Episcopis & Abbatibus, quam a civitatibus, & proceribus recognita fuere: litteras in fronte quidem leniores, diligentem vero consideratæ acriori commotione plenas super hoc negotio dirigit, easque quidam indignus & vilis nuntius præsentans, antequam recitatæ fuissent, disparuit. Qua de re commotus caloreque juvenili ad vicem rependendam accensus, meditationem concepit, non quidem per abjectam, sed per honoratam illi respondere personam.

Jam antea missus fuerat ad Sedem Apostolicam Episcopus Vercellensis, amicam deferens petitionem, quatenus Guidonem nobilem juvenem filium Comitis Guidonis Blanderatensis, cujus supra mentionem fecimus, quem loco Anselmi Princeps in Ravennate Ecclesia subrogari fecerat, ibidem confirmaret & ordinaret. Nam, idem juvenis * infra sacros ordines adducitur, & clericus Romanæ Ecclesiæ pridem factus, ac in subdiaconam a

Papa Hadriano consecratus, non nisi ejus conventia & assensu in aliam Ecclesiam transferendus putabatur. Cum autem hoc a Romano Pontifice, volente in irritum revocare quod factum fuerat, negaretur: mittitur denuo Hermannus Verdensis Episcopus in idipsum; ejusque negotium etiam effectu caruit. Quod si quis plenius scire desiderat, epistolas utrimque directas consulat, quorum talia scripta inveniuntur.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus Hadriano Romanæ Ecclesiæ venerabili Pontifici.

Dilecto & fideli nostro Anselmo bonæ memoriæ Ravennensis Ecclesiæ venerabili Episcopo defunctæ, ne curia nostra diutius tanto careret Principe, operam dare curavimus, loco ejus talem subrogare personam, quæ pro tempore ad resarcienda Ecclesiæ illius damna, & ad nostrum peragendum servitium apta videretur. Ante omnia autem præ oculis mentis habentes, & aure non surda audientes quod scriptum est: (b) Rom. 12.

Honore invicem prævenientes; filium Comitis Blanderatensis, quem vos in clericum Romanæ Ecclesiæ & filium nostræ petitione assumpsisse recordati sumus: vicissim ad honorem vestrum & S. R. Ecclesiæ sublimari intendimus, in ea præsertim Ecclesia, quam post sanctam Romanam Ecclesiam, aut maximam, aut unam de maximis habemus, nostræque voluntatis proposito, divina favente clementia, in electione illius personæ concorditer & voluntarie universa Ravennas convenit Ecclesia, presentibus viris honestissimis, Legato nostro & vestro, hinc Hyacinto Cardinali, inde Hermannus Verdensis Episcopo. Scientia autem & moribus in personam præfati Electi una cum genere convenientibus, propter reverendum vestræ paternitatis testimonium commendabilior & acceptior eadem persona nobis jam facta est, quam utique etiam diligere a vobis,

pertinent ad dissidium, quod inter eundem Imperatorem & Mediolanenses versabatur, quæ ideo nobis hic supplenda. Hoc anno juxta tractatum habitum cum Mediolanensibus mense Januarii Fridericus binos e suis Procervibus Mediolanum mittit Legatos, qui novos Consules creent, sed iidem furenter a Mediolanensibus repelluntur, ut habet Otto Morena a Puricello in Monument. Basilic. Ambr. num. 419. citatus. Radevico lib. 2. cap. 21. ait, duos illos Procerves fuisse Ottonem Comitum Palatinum, & Rainaldum Cancellarium. Hic postea Archiepiscopus Colonienfis creatus & Archicancellarius Imperii in Italia nuncupatus, quæ dignitas penes ejus successores usque ad nostra tempora fuit, licet nullum ei nunc munus attribuat; sed Rainaldus hoc & superiori anno nondum Archicancellarius Italiæ erat; ea enim dignitate

II. Literæ Imp. de promovendo Guid. ad Raven. Eccl.

(b) Rom. 12.

Fridericus frustra tentat sibi subicere Mediolan.

bis, & honorari gaudemus, & volumus ea tamen ratione & ordine, quo patres filios suos solent diligere, quos suo tempore & manumittunt, & domui suæ providere permittunt. Et quidem decentissimum est, sanctam Romanam Ecclesiam, tamquam matrem omnium Ecclesiarum, filios qui sunt fructus ventris, aggregare, & aggregatos ad decorem domus Dei per domos & familias distribuere. Quibus etiam nostrum Imperium tamquam ab utero & gremio matris nostræ progredientium debeat, & velit congruum honorem impendere. Proinde altiori consideratione vestra perpendat discretio, quid in hac causa tam vestræ quam nostræ majestati & honestati conveniat. Hactenus Imperatoris ad Hadrianum Papam epistola, cui idem auctor mox subiicit illam, quam Pontifex reddidit Imperatori, istis scilicet verbis:

Hadrianus servus servorum Dei charissimo in Christo filio Friderico illustri Romanorum Imperatori salutem & Apostolicam benedictionem.

III. Epist. Hadriani de non promovendo Guidone.

* sumus

Qualiter superni Conditoris intuitu, & tam excellentiæ tuæ, quam dilecti filii nostri Guidonis Blanderatensis Comitis interventu dilectum filium Guidonem subdiaconum nostrum, ejusdem Comitis filium olim in familiaritatem & in nostrum consortium receperimus; qualiter etiam intuitu probitatis ejusdem atque pro honore & utilitate sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, tamquam si in diaconum jam fuerit ordinatus, Ecclesiam ei specialiter, assignaverimus: & nos profecto memores, & a serenitatis tuæ memoria non credimus excidisse. Nunc autem honestatem ipsius considerantes, & profectum scientiæ, si ei vita comes fuerit, attendentes; intelligentes etiam quanta per eum, ac per nobiles & potentes parentes ipsius sacrosanctæ Romanæ Eccl. adhuc potuerint commoda provenire, & ad quantum dignitatis apicem in eadem Romana Ecclesia ipse valeat, vita generi concordante, condescende, cum a Sede Apostolica in subdiaconatus officium sit promotus, & ei tamquam si jam diaconus esset (sicut superius dictum est) a nobis sit Ecclesia specialiter assignata: communicato fratrum nostrorum consilio, a nostro latere tam pretiosum pignus, juxta petitionem excellentiæ tuæ, non potuimus remove; sed ipsum opportunitate accepta, Deo auctore, in Rom. Ecclesia ad honorem ejusdem Ecclesiæ & Imperii intendimus ordinare, ut vel in ea, Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS tate potiebatur Fridericus Colonienfis Archiepiscopus, ut patet ex Charta ab eo in gratiam monasterii Sancti Dionysii Mediolanensis emissâ, apud Puricellum in Dissert. Nazariana cap. 104. num. 12. dataque anno MCLVIII. in Roncalia XV. Kal. Decembris, aliaque scri-

prout divina gratia proposuerit, quandoque ad sublimiora conscendat, vel exinde ad alterius Ecclesiastica fastigium dignitatis ipsum contingat, auxiliante Domino, pervenire. Convenientius siquidem est, ut qui filius & clericus est Rom. Ecclesiæ, ab ejus gremio non recedat; & ipsa ei circa se locum dignitatis conferens, eadem inde provideat altiora. Ipsa etenim viros & moribus & scientia adornatos, præditos honestate, & sanguinis nobilitate præclaros ad se libenter evocat, & eos aliunde consuevit admittere, non se talibus, cum ipsos in gremio suo habeat, facile spoliare. Quia igitur hoc decentius esse conspicimus, & honorabilius existere arbitramur, confidentes etiam imperatoris majestati hoc potius debere placere, & gratum atque acceptum esse: postulationem tuam in hac parte non duximus admittendam, credentes atque sperantes, quod ex quo nostram super hoc cognoveris voluntatem, tu ipse nostram intentionem & propositum commendabis. Huculque ad Imp. Hadrianus Papa. Pergit autem Radevico (a):

(a) Radev. l. 2. c. 18. IV.

Princeps ergo & ipse, accepta occasione, suam hoc modo solatur indignationem. Jabet Notario, ut in scribendis chartis nomen suum preferens, Romani Episcopi subsecundet, & dictionibus singularis numeri ipsum alloquatur. Qui mos scribendi cum antiquitus in usu esset communi, a modernis ob quamdam personarum reverentiam & honorem putatur immutatus. Aiebat siquidem Imperator, aut Papam debere servare suorum antecessorum ad personam Imperialem scribendi consuetudinem; aut seipsum antiquorum Principum morem in suis epistolis oportere observare. Hec itaque causa sermonum & nuntiorum majorem inter eos simultatis fomitem ministravit. Non extant litteræ Friderici ad Hadrianum iis contumeliis insignes, sed quas rescriptis ad ipsum Pontifex, habentur in Appendice ad Radevicum, his verbis conscriptæ ex Naucleo, qui se eas in Hirsaugienfi cœnobio Spirensis diocesis reperisse, testatus est:

Hadrianus Episcopus servus servorum Dei Friderico Romano Imperatori salutem & Apostolicam benedictionem.

V.

Lex divina (b) sicut parentes honorantibus longevitatem promittit, ita maledicentibus patri & matri sententiam mortis intendit. Veritatis autem voce docemur, (c) quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. Quapropter, dilecte in Domino mi-

(b) Ex. 20.

(c) Mat. 10.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6652. SÆC. XII. © 20. D. D 1. P. 12. April. Indict. 7. An. Eræ Hisp. M. CXCVII. An. Hegiræ DL. IV. inchoato die 23. Januar. fer. 6. An. Chr. 1159. I.

Num. I. ad XVIII. Fufe narrat Baronius gesta inter Hadrianum Papam & Fridericum Imperat. ut concordia inter Sacerdotium & Imperium restitueretur & omittit quæ

* male infra sacros ordines ponit subdiaconatum.

I.

mino fili, super prudentia tua non me-
diocriter admiramur, quod beato Pe-
tro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ non quan-
tam deberes, exhibere reverentiam vide-
ris. In litteris enim ad nos missis nomen
tuum nostro præponis: in quo insolentia,
ne dicam arrogantiam notam incurris.
Quid dicam de fidelitate B. Petro & no-
bis a te promissa & jurata; quomodo
eam observas, cum ab eis qui dii sunt,
& filii excelsi omnes, Episcopis videli-
cet, homagium requiris, fidelitatem exi-
gis, & manus eorum sacratas manibus
tuis innectis, & manifeste factus nobis
contrarius, Cardinalibus a latere nostro
directis non solum Ecclesiis, sed & ci-
vitates regni tui claudis? respicere ergo,
respicere, tibi consulimus. Quia cum a
nobis consecrationem & coronam merueris,
dum inconcessa captas, ne concessa perdas,
nobilitati tuæ timemus. Hæc Hadrianus
ad Fridericum, qui ad eum tunc ista re-
scripsit:

Fridericus Dei gratia Romanorum Im-
perator semper Augustus Hadriano Ecclē-
siæ Catholice Pontifici omnibus illis ad-
hære, quæ cœpit Jesus facere & docere.

Lex justitiæ unicuique quod suum est
restituit. Non enim parentibus nostris de-
rogamus, quibus, in hoc regno debitum
exhibemus honorem, a quibus videlicet
primogenitoribus nostris & regni digni-
tatem suscepimus & coronam. Nunquid
tempore Constantini Silvester regalis ali-
quid habuisse dignoscitur? sed ejus præta-
tis concessione libertas restituta est Ecclē-
siæ, pax restituta est: & quidquid Pa-
patus vester habere dignoscitur, largitio-
ne Principum obtinet. Unde cum Romano
Pontifici scribimus, jure antiquo & nomen
præponimus, & ad justitiæ normam ei-
dem nobis scribenti concedimus. Revolve-
te Annales; & si lectum neglexistis, quod
asserimus, illic invenitur. Ab his autem
qui Dei sunt per adoptionem, & regalia
nostra tenent, cur homagium & regalia
sacramenta non exigamus? cum ille noster
& vester institutor ab homine Rege ni-
hil accipiens, sed omnia bona omnibus
conferens, qui pro se (a) & Petro cen-
sum Cæsari persolvit, & exemplum vobis
dedit, ut ita faciatis, doceat vos dicens:

(b) Discite a me, quia mitis sum & hu-
milis corde. Aut igitur regalia nostra
nobis dimittant, aut si hæc utilia judi-
caverint, quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæ-
sari persolvant. Cardinalibus utique ve-
stris clausæ sunt Ecclesiæ, & non patent
civitates; quia non videmus eos prædi-
catores, sed prædatores; non pacis cor-
roboratores, sed pecuniæ raptores; non
Orbis reparatores, sed auri insatiabiles
corrautores. Cum autem viderimus eos,
quales requirit Ecclesiæ, portantes pa-
cem, illuminantes patriam, assistentes cau-
sæ humilium in aequitate; necessariis sti-
pendiis & comæditu eos sustentare non dis-
feremus. Humilitati autem, quæ est ca-
stos virtutum, & mansuetudini non mini-
mam notam inurit is, cum hujusmodi quæ-
siones religioni non multum conferentes
secularibus personis proponitis. Provi-
deat itaque paternitas vestra, ne dum ta-
lia movet, quæ indigna ducimus, offen-
diculum ponat illis, qui velut ad imbrem
serotinum ori vestro aures suas arrigere
festinant. Non enim non possumus respon-
dere auditis, cum superbiam detestabilem
bestiam usque ad Sedem Petri reptasse
videmus. Paci Ecclesiæ bene semper pro-
videntes, bene semper valete.

Audisti Lector, Imperatorem ad tem-
pora Constantini revocare originem pri-
vilegiorum Apostolicæ Sedis? Et cur non
magis ad Christum? ut probat, & do-
cet abunde Nicolaus Papa scribens ad
Michaelem Augustum, & alii Romani
Pontifices, cum de his fuit ipsis agen-
dum adversus alios Imperatores, eadem
ipsa ex rerum ignorantia refricantes. At
quid provocat Fridericus ad Annales Ha-
drianum Romanum Pontificem? utinam
ipse consulisset quos citat Annales, haud
certe progenitoribus suis acceptum tulisset
Imperium, sed tantum Apostolicæ Se-
di, sive cujus nutu nihil prodest genitum
esse ex Imperatore ut quis possit fieri
Imperator; sed tantum quem elegerit,
vel eligendum concesserit ipse Papa, ut
pluribus est demonstratum in notatis su-
perius locis, anno videlicet octingentesi-
mo, atque plenius nongentesimo nona-
gesimosexto. Ad quæ loca Lectorem pro-
voca, ne eadem hic sint non sine tædio
repetenda. Ad-

deprimerent, & fossas urbis impleverunt, &c. Eo-
dem tempore Mediolanum venere Rainaldus Co-
loniensis Archiepiscopus, & Otto Comes Pala-
tium, qui hospitium in Cenobio Ambrosiano ho-
norifice sortiti vocatis præsidibus consilii civita-
tis suadere eis nixi sunt, ut ipsi quoque po-
testatem Cæsaream, quemadmodum alia urbes fe-
cerant, acciperent. Id vero novum erat, &
manifeste contra conventa proxima pacis. Qua-
re studiosi libertatis Altius Bultrafius, Cas-
pelinus Ermenulfus, & Martinus Malopere in-
genti animo se se opposerunt, multitudini sua-
serunt, ne omnino huic jugo colla submitterent,
ma-

(b) Id. 11.

(a) Radev.
1. 1. c. 18.

(b) Id. ib.

Epistola
Henrici
Card. pro
pace qua-
renda

PAGIUS

III.
Idem a
Cremen-
sibus præsti-
tum.

Addita adhuc sunt iis alia discordiarum
fomenta, quæ idem Radevicus ubi supra,
narrare sic pergit: (a) Hæc itaque cau-
sa sermonum & nuntiorum majorem inter
eos simultatis fomitem ministravit, in
tantum, ut quædam litteræ depreben-
dicerentur a Sede Apostolica directæ,
quæ Mediolanenses, & quasdam alias ci-
vitates rursus ad defectionem hortaren-
tur. Hujus negotii veritatem tenor sub-
jectarum epistolarum declarabit, quæ a
diversis personis hinc inde missæ sunt. At-
que primo loco ponuntur quæ tunc scri-
ptæ fuerunt a presbytero Cardinali Hen-
rico tituli sanctorum Nerei & Achillei
ad Episc. Bambergensem, pro pace inte-
granda inter Imperatorem & Pontificem
quæ sic se habent (b):

Venerabili patri & fratri & amico cha-
rissimo Eberardo Dei gratia Babenber-
gensis Episcopo Henricus eadem gratia.
Sanctæ Rom. Eccl. presbyter Cardinalis
tituli SS. Nerei & Achillei salutem in
Domino.

Sicut virtus Imperatoria ex eorum qui
sibi assistunt, discretionem monstratur; ita
& ipsi quorum munitur consilio, proprie
conscientiæ & honestati debent attendere:
quia & ipsorum honor sic ad dominos spe-
ctare videtur, sicut & domini detrimen-
tum in eos proculdubio refunditur & re-
dundat. Ea propter, dilecte pater & ve-
nerande frater & amice charissime, ve-
stram non tam docemus, quam monemus
prudentiam, ut Imperialis dignitatis ex-
cellentiam, quantum in vobis est, in ea
quæ ad pacem sunt, & ad honestatem spe-
ctant, jugiter suadeatis. Subtilius enim
& sincerius in his quæ ad Deum perti-
nent, & justitiæ libertatem, ratio & di-
cretio vestra intelligit & cognoscit, quam
alii Principes, quantumcumque nobiles
sint, qui tamen sacros canones, & ea quæ
olim a Patribus disposita & ordinata sunt
non noverunt. Interfuisistis ipse, sicut u-
nus ex nobis fidelissimus mediator eis,
quæ cum domino Imperatore de pace Es-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

clesiæ & ipsius ordinata sunt in Aleman-
nia, & eis quæ altera die nos secum fe-
delissime, & ipse nobiscum benignissime,
de eadem pace tractavimus. Nunc autem
ex litteris illis, quas celsitudini suæ post
reditum meum domino meo placuit destinare
quæ videlicet nec stylum, nec antiquam
consuetudinem Imperialium litterarum obti-
nebant, timemus multum, ne sit in diversa
mutatus, & alia modo sibi sit facies, sen-
susque diversus. Replevit cor meum amari-
tudine, & faciem meam confusione mutatio
hæc. Quidquid honoris & jucunditatis &
gloriæ apportaveram mecum, ex litteris
illis videtur esse sepultum atque obnubi-
latum. Ideo dilectissime frater & amice
charissime, Episcopalis dignitas & sacer-
dotii ordo, in quo vos providentia di-
vina constituit, moneant discretionem ve-
stram, & instruant, ut ad honorem Dei
stetis & vestrum, pro honestate & li-
bertate Ecclesiæ, ut in antiquis limiti-
bus Ecclesiæ integritas conservetur, ne
temporibus vestris, novis consiliis hone-
stas usque modo turbata turbetur. Satis
turbatum est, quidquid secundum consili-
um vestrum putabamus efficere. Et dici-
mus vobis, quamdiu per homines rerum
divinarum ignaros negotia portabuntur,
stabiliri pax incepta non poterit; sed si
præsentia vestra, & domini Præpositi Ma-
gdeburgensis summam de pacis labore susce-
perit: zelus Dei & scientia, qua præemi-
netis uterque, finem pacificum ad honorem
Dei & Ecclesiæ, & Imperatoris nostri glo-
riam per industriam vestram & studium ve-
strum facillime poterit obtinere. Alioquin
si tempore iracundiæ repertus non fuerit,
qui reconciliationi intendat, & in cujus
verbis possint ista scandala complanari: res
ipsa forsitan aliud exiget; & quod hodie
integrum est, major vehementia necessita-
tis dirumpet. Hucusque Henricus Car-
dinalis nostri tituli decus & ornamentum:
qui & anxius revocandæ exulis pacis,
alias ad eundem Episcopum litteras ad-
didit, quibus ista quæ sequuntur, ama-
Q 2 ro

VI.
Quæ in
Pontif.
Frid. Imp.

PAGIUS
II.
Mediolan.
Legator
ejus ex
urbe ex-
pellunt.

Hæc optime a Trifano Chalco lib. IX. nar-
rata. Fridericus, inquit, in Montem Ferratum
hibernatum abiit. . . . deinde mense Janua-
rio anni MCLIX. agens Ocimiani Montis fer-
rati oppido Fridericus, menteque agitans varios
in se Italorum populorum affectus, eis, quibus
majores opes esse audiebat, atrociam minabatur.
Placentinis signanter imperatum, ut turres e-
minentiores ad viginti brachiorum altitudinem

manifestaque servituti se se addicerent. Quorum
oratione adeo incensum, inflammatumque sunt odio pere-
grini Magistratus civium animi, ut ad eiicien-
dos ab urbe Legatos concurrerint, & tumultu
ipso illi pene obtviti fuerint. Hi ad Frideri-
cum reversi illatam injuriam retulerunt, nec
mediocriter conceptam in Mediolanenses indigna-
tionem auferunt.

ad Imperatorem redierunt, renunciantes ea,
quæ sibi Cremenenses fecerant. Hac rebellio-
ne bellum vehementius in Italia inflammatur;
Fridericus enim vindictam de hac injuria sibi
a Mediolanensibus illata sumere, ipsique se se
fortiter defendere decrevere, ut refert Guil-
lelmus Neubrigensis lib. 2. cap. 8. Jam tamen
anno superiori Mediolanenses se se ad vim
repellendam parantes suburbana civitatis ever-
terant, teste Roberto de Monte, qui hoc tem-
pore vivebat, & qui ad annum MCLVIII.
ait: Eodem anno inventa sunt trium Magorum
corpora, qui salutarem nostrum infantem ado-
raverunt in Bethleem, in quadam veteri cap-
pella juxta urbem Mediolanum, & pra timo-
re Friderici Imp. Alemannorum, qui eandem
urbem veniebat obsidere, levata, & in civita-
te posita.

ro animo ipse respondit. Recitat eas literas Radevicus his verbis: (a)

(a) Id. ib. IX. Quæ ad Henric. Eberard.

Henrico sanctorum Nerei & Achillei Dei gratia presbytero Cardinali &c. Eberardus Babenbergensis Ecclesie eadem gratia Episcopus, si quid est, orationis & servitii omnimodam devotionem.

Litteris vestra paternitatis lectis, & relectis, admirari satis non potui, quod esset illud verbum, immo quod esset, illud Væ, de quo scripseratis mihi, cum adhuc a me prorsus esset absconditum. Quæritans autem inveni quod volui, & unde multum dolui, teste Deo, & multum doleo. Audivi, & conturbatus, & tristatus sum. Contremuerunt omnia ossa mea, adhaesit cutis ossibus meis. Et quidem intellexi, & cognovi, quod bono semini non meo, sed vestro, pacis & concordie consilio inimicus homo superfeminaverit zizaniam. Omnia mala a bonis principis orta sunt. Sicut in sacro eloquio: (b) Paravit Dominus vasa mortis, sagittas ardentes effecit: ita & in Imperialibus gestis ac dictis simul ac scriptis pleraque reperuntur, quæ alios seducunt, alios ad faciunt.

(b) Psal. 7.

Annales quandoque revolvuntur, apices Imperialis recitantur, forte in ea forma, quæ illi ætati, & tam bonitati, quam simplicitati temporum illorum competeat, hominibus tunc in directum loquentibus, neque numerum numero commutantibus, neque personas præposterantibus. Nunc vero mutata sunt omnia. Sed non expallescat aurum, nec mutetur color optimus, nec dispergantur lapides Sanctuaris in capite omnium platearum. Si qua exorbitatio consuetudinis moderna facta est, his exemplis facta est, & hac occasione, quia flamma sopita denuo quodam vento resuscitata est per litteras, quas dominus Papa nuper direxit domino Imp. super ea questione quæ vertitur inter Brixienses, & Bergomenses de contentione duorum castrorum: quas quidam pannosus & velut hostis & insidiator domino Imperatori despectivè quodammodo obrustit, & ultra non comparuit, quæ videbantur duriores, & quasi interdicti vim in se continentes, ne dominus Imperator causa illius iudicium sibi assumeret.

X.

Hæc autem scribo vobis, non ut quæram palliare, quæ pallianda non sunt, sed ut vos, & alii prudentes, & timentes Deum factilius morbo subveniatis, causa morbi cognita. Hinc inde dicimus, & scribimus quotidie: Venite, venite: Veniemus, veniemus. Sedemus (salva multa vestra sanctitatis reverentia dictum sit) sedemus & oscitamus; sedemus inquam, ut ait quidam in Romana Republica, nocte diem, die noctem expectantes, & jam prudentes & scientes perimus. De me dico vobis (ut tuis loquar auriibus) nolo mali nuntii esse bajulus: neque

veniam, ut audiam vel referam amaras historias; verba verbis obviant, quasi pila minantia pilis. Ubi est sapientia, ubi prudentia in regno & sacerdotio? Separat nos Deus ab his, de quibus dicitur: (c) Omnis sapientia eorum devorata est. Non dicatis nobis ultra, Venite; sed potius vos claves habentes scientiæ nos prævenite; non invitati venite, & docete filios vestros, non in amaritudine spiritus, sed in lenitate & multa mansuetudine. Pareat illis Deus, qui oleum quasi camino addentes, inter patrem & filium, inter regnum & sacerdotium seminant discordias. Inspiciens factus sum, vos cogitis me. Veniant pro Deo, nuntii boni, portantes pacem, tamquam scientes, & docentes nos: instare oportune, importune. More solito scribantur litteræ, adjuvante Domino. Flebile principium, medium, finis scilicet vertetur in gaudium. Dominus Imperator, superveniente Nuntio vestro, propter quædam secreta negotia subito e castris discessit. Ideo ego meis insinuationibus certum responsum ab eo elicere, neque vos litteras ejus in continenti habere potuistis. Qualis sit, vos scitis. Diligentes se diligit, alius alienum se facit, quia nondum perfecte didicit etiam inimicos diligere. Hætenus Episcopus Babenbergensis, qui & ad Romanum Pontificem ista scripsit

(c) Ps. 107.

idem pro concilianda concordia: (d) Cum & tacendi & loquendi tempus sit: quando commune instat periculum, desperationis potius, quam religionis est, servare silentium: omnium est conclamare, in unum concurrere, ac ferre præsidium. Quando autem impetus hostilis, aut incendium ingruerit civitati: præsertim eorum interest, qui vigiles civitatis sunt, eos qui in arce sunt, ipsum quoque patremfamilias expergefacere ad subveniendum in necessitatis articulo. Hac officii mei consideratione & specialis debiti, quo teneor multis rationibus sanctæ Romanæ Ecclesie ego licet minimus Episcopus, qui nec sum dignus vocari Episcopus, tam impudenter, quam imprudenter exclamo ad vos, reverendissime Pater & domine, hoc in tempore, quo nobis infirmioribus videtur imminere, quod multum pertimescimus periculum, & quidem ab illa olla, quam (e) succensam ab Aquilone vidit olim Propheeta. Ignis quidam per scintillas occultas cepit erumpere, sed adhuc in fumo est, & Deo gratias, nondum in flammam eluxit. Inter vos domine, & filium vestrum dominum nostrum Imperatorem verbo tenus adhuc aliquid perturbationis est: timendum valde, & metuendum, ne verba verbis obviantia sua collisione flammam tandem excutiant, quæ se latius diffundat in sacerdotio & regno, quod Deus avertat. Ipse

(d) Radev. l. 2. c. 29. Laudes Eberardi Ep. Babenberg. XI. Eberard. ad Hadr. Pap. ep.

(e) Jer. 1.

filius vester, sicut nostis, dominus noster est; vos autem quomodo Christus, magister, & Dominus. Nemo nostrum audeat dicere hinc vel inde: Cur hoc facitis, aut dicitis? Optamus tantum, & rogamus ea, quæ ad pacem sunt.

XII.

Quod scilicet, salva reverentia, verba singula trutinare, & rationem singulorum exigere (in insipientia dico) non, ut arbitror, expediret, quia potius ignis sine mora discutiendus est, quam de igne, quæ de parte venerit, disceptandum. Supra ne esse scio quæ loquor, sed in simplicitate cordis mei coram eo, qui super omnes & secretorum est conscius, hæc loquor; & ex quo cœpi semel, loquar adhuc vobis confidenter tamquam Patri & domino, omissis illis, quæ aliter & aliter, secundum varias auditorum, & interpretum mentes possunt accipi. Dignetur ex integro scribere vestra paternitas placide, ac benigne filio vestro domino nostro Imperatori, & ad se paterno affectu eum revocare, promptum ad exhibendam vobis omnem reverentiam. Samuel David suum amplectatur, nec dimittat a se separari, ut nulla scissura chlamydis fiat, quatenus Deus honoretur, & Ecclesia Catholica tranquilla devotione letetur. Hæc ad Papam Hadrianum Episcopus Babenbergensis Eberardus, de quo idem auctor (a): Erat enim idem Episcopus religione & scientia præditus, vitæque purioris institutionibus instructus. Cumque ad fidem Imperii & honorem præ cæteris diligentiam habere cognitus esset, apud quamplurimas terras opinio de eo celeberrima pervulgata est. Ejusque studium circa Scripturæ sensus, ac questionum discussionem, tam attente versabatur, ut inter prælia commanens, diversas & ingentes curas earum sedula meditatione solaretur. Cum autem omnes Episcopos, seu cujuslibet ordinis Ecclesiastici viros Imperator diligere, eoque ampliori honore dignos duceret: specialiter tamen memorati viri, sicut prudentissimi, nitebatur consilio, cumque dignum estimavit, in cujus arbitratu & discretione operas suas locaret, & onus simul ac honorem communicaret. Hæc ipse. At quæ narravimus, facta sunt hoc anno ante Paschale tempus, ut ejusdem auctoris assequimur verbis.

(a) Radev. l. 2. c. 29. Laudes Eberardi Ep. Babenberg.

XIII. Alia legatio missa ab Hadr. ad Imp. (b) Id. c. 30.

Quomodo autem post hæc venerit legatio ab Hadriano Papa in castra ad Imperatorem, & quid attulerit, quidve gestum sit, ita idem Radevicus persequitur: (b) Præter alios Principes nobiles atque sapientes interfuere suæ collationis & negotio Sedis Apostolicæ Legati, videlicet Octavianus tituli sanctæ Cæcilie presbyter Cardinalis, Henricus tituli sanctorum Nerei & Achillei, Vollelmus Cardinalis diaconus, antea Papiensis Archiepiscopus, & Guido Cremenfis diaconus

Cardinalis, missi a Papa Hadriano, quorum itineris causas, simulque Nuntiorum Senatus populique Romani, rescriptum litterarum venerabilis viri Eberardi Babenbergensis Episcopi subter annotatum continet, quod tale est. Quis videlicet de rebus, quæ ad pacem pertinent, pertractatis Episcopum Saltzburgensem reddidit certiorum his verbis:

Reverendissimo patri & domino Eberardo Saltzburgenfis Eccles. Archiepiscopo Eberardus Babenbergensis gratia Dei, si quid est, cum oratione qualicumque servitium devotissimum.

Scio, pater sanctissime sacre pietatis affectu vos compati meis laboribus, & anima mihi salutem & corpori quietem concupiscere. Ut autem novritis, quoad compati vos mihi oporteat: dico vobis, quod jam tædeat animam meam vitæ meæ, duo ferens onera in animo meo gravissima, quod & cinctus ducor, quo nolo; & quam diu durare debeat, ignoro vestris & aliorum Fidelium orationibus adjuvari desiderans, ut ab illis separer, quibus juravit (c) Dominus in ira sua: Si introibunt in requiem meam. Super hæc tempora periculosa instare videtur, & prope est, ut inter regnum & sacerdotium moveatur discordia. Et quidem Cardinalibus a domino Papa ad dominum Imperatorem transmissis, dominus videlicet Octavianus, & domino Willelmo quondam Papiensi Archiepiscopo, post lene principium & ingressum quasi pacificum, capitula durissima proposita sunt, verbi gratia.

XIV.

Nuntios ad Urbem, ignorante Apostolico, ab Imperatore non esse mittendos, cum omnis magistratus inivi B. Petri sit cum universis regalibus.

Capitula ab Imp. servanda.

De dominicalibus Apostolici * fodrum non esse colligendum, nisi tempore suscipiende coronæ.

* al. fodrum id est fœnum & paleam. Sic lege in Constitutione: ejusdem

Episcopus Italiæ solum sacramentum fidelitatis sine hominio facere debere domino Imperatori.

Imp. de pace Constantiæ, pro, Sordium, & ita pariter legas superius

Neque Nuntios Imperatoris in palatiis Episcoporum recipiendos.

Tomo XI. Annal. pag. 692. A ver. 8. Edit.

De possessionibus Ecclesie Romanæ restituis, & tributis Ferrariæ, Massæ, * Ficorola, totius terræ Comitissæ Mathildis, totius terræ quæ ab Aquapendente est usque Romam, Ducatus Spoletani, insularum Sardinie & Corsicæ. Domino autem Imperatore super his justitiam & consilium constanter offerente, si & ipsi justitiam vellent facere & recipere: illis vero recipere tantum volentibus & non facere, hac ratione, quod dominum Apostolicum cause subicere, ac iudicio sistere non possent. Hæc a Legatis Apostolicæ Sedis. Quæ autem contra Pontificem sunt proposita ita Radevicus: Et e contrario, domino Imperatore mult-

Rom. pro feudum in marg. varia lectione male addita. * f. Fico-

denfis.

XV. Proposita ab Imp. contra Pontif.

12

ya proponente de rupta concordia, qua in verbo veritatis sibi compromissa fuerat, de Gracis, de Siculo, de Romanis sine communi consensu non recipiendis.

De Cardinalibus quoque sine permissione Imperiali libere per regnum transfuentibus, & regalia Episcoporum palatia ingredientibus & Ecclesias Dei gravantibus.

De iniustis appellationibus, & ceteris quamplurimis brevitatem superantibus.

Cum Apostolicus per nuntium & litteras Cardinalium praedictorum ex consensu Imperatoris submonitus, Cardinales alios ad haec omnia complananda requisitus, bis qui aderant Nuntiis suis, & Curiae Principibus nollet adungere: unitatis & concordiae verbum diu desideratum, peccatis nostris exigentibus, evacuatum est.

Et dum haec agerentur, Nuntii Romanorum, Senatus scilicet populique Romani, supervenientes, & ea quae pacis sunt, rogantes, bene recepti ac dimissi sunt. Rogatu tamen Cardinalium dominus Imperator Nuntios ad dominum Papam, & ad Urbem missurus est, ut cum Apostolico si ipse voluerit, primo loco pax fiat; sin autem, cum Senatu & populo Romano. Dominus Imperator in magna est gloria, dominam Imperatricem & Ducem Bagoariae & Saxoniae cum aliis superventuris Principibus & copiis exercitus expectans, & quosdam de melioribus ex Mediolano & Brixia in vinculis retinens. Valere. Hucusque epistola Episcopi Babenbergensis de rebus haestenus gestis cum Legatis Apostolicae Sedis. Quae autem ista sint secuta, idem auctor sic subdit:

Imperator ad haec verba Cardinalium tale dedit responsum: Quamvis non ignorem, ad tanta negotia non ex animi mei sententia, sed ex consilio Principum me respondere debere, sine praedictio tamen sapientum hoc absque consultatione respondeo: Episcoporum Italiae ego quidem non affecto hominum; si tamen & eos de nostris regalibus nihil delectat habere. Qui si grater audierint a Romano Praefule: Quid tibi & Regi? consequenter quoque eos ab Imperatore non pigeat audire: Quid tibi & possessioni? Nuntios nostros non esse recipiendos in palatiis Episcoporum asserit: Concedo, si forte aliquis Episcoporum habet in suo proprio solo & non in nostro palatium. Si autem in nostro solo & allodio sunt palatia Episcoporum, cum profecto omne quod edificatur solo cedat, nostra sunt & palatia. Injuria ergo esset, si quis Nuntios nostros a regis palatiis prohiberet. Legatos ab Imperatore ad Urbem non esse mittendos affirmat, cum omnis magistratus inibi B. Petri sit cum universis regalibus. Haec res fateor, magna est &

gravis, graviorique & maturiori egens consilio. Nam cum divina ordinatione ego Romanus Imperator & dicar, & sim: speciem tantum dominantis effingo, & inane utique porto nomen, ac sine re, si Urbis Romae de manu nostra potestas fuerit excussa. At quid ista de Urbis dominio, & regalibus, aliisque juribus, quod asserit, debita Imperatori? Numquid non extant ipsae litterae liberae donationis Imperatorum Francorum, quinetiam Germanorum, & Ottonis Primi, quae superius sunt recitatae anno Redemptoris nongentesimo sexagesimosecundo? consule tu ipsas Lector, & videbis quam deliret ista miscens Fridericus Imperator. Pergit vero Radevicus:

Haec Augusto & his similia praefatis capitulis argute respondente, consilium inquit, ut ex parte summi Pontificis Cardinales sex, & ex parte Principis sex Episcopi religiosi, prudentes, & qui Deum timeant, eligantur, tantorum negotiorum hinc inde cognitionem accepturi, tantamque litem congruo sine decisuri. Verum ut supra taxatum est ex parte Romanorum etiam hoc consilium dicitur fuisse evacuatum. Super hoc quoque capitulo audi epistolam Imperatoris directam Eberardo Saltzburgenfi Archiepiscopo in hunc modum: (a)

Quandoquidem fidelitatis tuae constantiam, quam pro consuetudine exhibere soles Imperio, frequenter experti sumus: quae apud nos sunt discretioni tuae significamus, & prudentiae tuae consilium advocamus. Venerunt siquidem ad nos duo Cardinales a Papa missi ad hoc, ut inter nos & illum fieret concordia. Dixerunt igitur, quod Papa illam requireret pacem atque concordiam, quae inter Papam Eugen. & nos facta fuerat & scripta. Nos respondimus, quod pacem quidem inviolabiliter hucusque tenuissemus: de cetero autem neque eam tenere neque ea teneri vellemus, * quomodo ipse prior eam violasset in Siculo, cui ipse sine nobis reconciliari non debuisset. Adiecimus tamen, quod omnem iustitiam dare & accipere parati essemus, sive secundum humana, sive secundum scripta divina. Si vero iustitia gravis videretur consilio Principum & religiosorum pro amore Dei & Ecclesiae libenter nos supponeremus, placuit verbum nostrum Cardinalibus. Dixerunt tamen nisi prius cognita Papae voluntate super hoc, se nihil posse, vel audere. Missis Nuntiis, verbum nostrum cognovit Papa; mandavitque sicut prius aliam se nolle concordiam, quam, illam quae inter Papam Eugenium & nos facta fuisset. Nos supradicto modo hoc recusavimus, & in praesentia & testimonio omnium Teutonicorum & Longobardorum Episcoporum, & laicorum Principum, &

XVIII.

(a) Radev. l. 2. c. 32. Imp. ep. ad Eberar.

* quoniam.

Legatio Romanorum ad Imp.

XVI. Quae ad Card. Imp. respondet.

Baronum, & Vassallorum omnem iustitiam atque consilium obtulimus, & nos acciperemus iustitiam. Praesentes ibidem fuerunt Romanorum civium Legati, qui cum indignatione mirabantur super his quae audierant. Mandavit enim Papa nova & gravia & numquam prius audita, quae sine consilio tuo & aliorum fidelium Imperii pertractari non possunt. Haec discretioni tuae communicavimus, ut si qua tibi super his occurrerint, nosse veritatem non sit inutile. Rogamus etiam ut si necesse fuerit, & nos tibi (a) mandaverimus, ad nos pro tanto negotio venire non differas. Haec Imperator.

(a) Id. c. 43.

XVIII. Hadr. Pap. obitus & res gestae.

At imposuit his finem Deus obitu ipsius Hadriani Papae qui Kalendis Septembris (ut idem auctor affirmat) Anagniae cum esset, ex hac vita migravit. Sed inde graviora praemia ex schismate insurrexere, de quibus antequam agamus, quae reperiuntur reliqua rerum gestarum Hadriani Papae usque ad obitum, describamus. In eodem codice Vaticano, in quo Acta ejus superius recitata descripta habentur, ista quae sequuntur, in fine leguntur: Hic beatus Pontifex in Ecclesia S. Petri rector Orationis sanctorum Processi & Martiniani, quod dissipatum invenit, restauravit. Et super Orationem sancti Joannis in Fontemurum a tribus lateribus erigens, navis ejusdem Ecclesiae coaequavit. In Lateranensi quoque palatio cisternam valde necessariam, & multum copiosam fecit fieri, & alia aedificia praenimia vetustate consumpta in eodem palatio resarcivit. In Ecclesia sanctorum Cosmae & Damiani majus altare, lapide superposito illi lapidi, quem beatus Felix Papa consecraverat, propriis manibus, mediante Quadragesima, consecravit.

XIX. * al. Coranum.

PAGIUS IV. Moritur Hadrian. IV. Pap.

A num. XVIII. ad XXVIII. Anno MCLIX. dum esset Imperator in obsidione Crema, dominus Papa Hadrianus defunctus est apud Anagniam inquit Auctor Chronici Reicherspergensis. Eum vero Anagnia demortuum alii etiam produnt, uti Joannes de Ceccano, qui diem & feriam, quibus morte sublatus est, notavit: Inditione VII. hoc anno Hadrianus Papa venit Anagnim & ibi defunctus est Kalendis Septembris feria tertia, & divisa est Ecclesia. Kalendis Septembris eum vita functum non tantum Alexander III. in Epistola ad Bononientes data & a Baronio num. XXXV. & seqq. relata affirmat; sed etiam Fridericus Imp. in Epistola Herimanno Brixienfi Episcopo missa, quae extat apud Baronium num. LII. & seqq. Alexander III. in dicta Epistola n. XXXVI. ait, Hadrianum post mortem Romam adductum, & pridie Nonas Septembris in Ecclesia S. Petri

pud sanctam Christinam, ab Hildebrando & Bernardo filiis Ugolini Comitis de Calmagnano pro centum undecim libris ejusdem monetae. Nihilominus comparavit etiam Roccam S. Stephani cum medietate * proximi ab eisdem Comitibus pro centum quadraginta octo libris * afferam & quinque solidorum, eo tenore, quo scriptum est in publico instrumento. Recepit etiam eorundem Comitum terrarum ditionem, sicut continetur in publico eorum instrumento, quod est in Archiepiscopii positum & in propriam B. Petri hereditatem acquisivit. Fecit & munitiorem in castro Radicofano turribus munitam, & alto fossato defensam, & locum Orchestrum, quod erat spelunca latronum, pro pace & securitate illius terrae populavit, & muris & turribus non sine multis expensis munit. In ponte Lucano capellam fieri fecit, in qua calicem sex unciarum, campanam, libros, sacerdotalia indumenta pro Missarum celebratione donavit, emitque a diversis possessiones, quas eidem capella tribuit. Atque demum hic fecit ordinationes multas per mensem Decembrem & Martium, in quibus creavit diaconos septem, presbyteros quinque, & Episcopos per diversa loca numero maximo. Defunctus est autem apud Anagniam Kalendis Septembris cum sedisset annos quatuor, & menses octo, dies vigintiquatuor. Inde Romam vectus, in Ecclesia beati Petri juxta Eugenii Papae Tertii sepulcrum honorifice tumulatus est. Haec ibi de Hadriano.

De cujus obitus causa accipe ridiculum, quod apud Urspergensem finxit schismaticus aliquis: Factum est, inquit, ut cum praefatus Hadrianus apud Anagniam denuntiaret excommunicationem contra Imperatorem, paucis diebus evoluitis, cepit procedere refrigerandi gratia cum suis. Cumque venisset ad quemdam fontem, ausit de potu illius, & continuo, (ut dicitur) musca os ejus intravit,

*

*

XX.

Refellitur fabula de morte Hadrian. Pap.

V.

Duratio Sedis ejus.

tumulatum, die scilicet quarta mensis Septembris. Quare vel hallucinatus est Auctor Chronici Reicherspergensis, qui tradit, Hadrianum defunctum II. Kal. Septemb. ac corpus ejus Romam allatum, & IV. Nonas Septembris humatum, vel quod verosimilius, numeri mendose descripti sunt. Magis peccatum in Necrologio Casinensi a Caraciolo edito, in quo dicitur, Hadrianum IV. Papam III. Kal. Septemb. obiisse; cum id neque de die sepulturae, neque de die mortis interpretari possit. Erratum etiam in diebus, quibus supra annos quatuor & menses octo Ecclesiam Romanam rexit; cum enim anno MCLIV. die tertia mensis Decembris consecratus fuerit, supra annos & menses sedit dies XXIX. die mortuali excluso; & tamen Ceccanus habet dies XXVII. & Auctor magni Chronici Belgici dies XIV. Baronius num. XXI. & seqq. refert Hadria-

CHRISTI
1159.HADRIANI IV. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

dit, & gutturi ejus adhaesit, nulloque artificio medicorum avelli potuit, quoad usque spiritum exhalaret. Hæc ibi de obitu sanctissimi Hadriani Papæ. Sed plane nugæ esse, vel inde sentias, quod falsum omnino est, quod ibi in primis asseritur Imperator excommunicatus fuisse ab Hadriano: cum id numquam poterit quis asserere, cæteris Scriptoribus omnibus ejus temporis repugnantibus. Nam audi Dodechinum hujus temporis auctorem de rebus gestis hoc anno; Hadrianus Papa Imperatorem pro conjugii dissidio excommunicare disposuerat sed mensis * Octobris morte præventus est. Hæc ipse. Porro hujus de musca fingendæ fabulæ occasio inde manavit, quod (ut testatur (a) Willhelmus Tyrius temporis hujus scriptor) ipse Hadrianus Papa mortuus est morbo anginæ. Sic igitur hostes ejus obitu exultantes, derisus causa scœmma illud de musca jactarunt.

Ad hæc insuper, ne quid excitat de tanti Pontificis memoria, hic describemus ex codice Vaticano diploma datum ad Henricum Anglorum Regem, de rebus Hiberniæ in meliorem statum religionis restitutus, sed quoto sui Pontificatus anno, incertum. Quod sic se habet:

Hadrianus Episcopus servus servorum Dei charissimo in Christo filio illustri Anglorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem.

XXI. Laudabiliter & fructuose de glorioso nomine propagando in terris, & æterna felicitatis præmio cumulando in cœlis tua magnificentia cogitat, dum ad dilatandos Ecclesiæ terminos, ac declarandam indoctis & rudibus populis Christianæ Fidei veritatem, & vitiorum plantaria de agro Dominico extirpanda, sicut Catholicus Princeps, intendis, & ad id convenientius exequendum, consilium Apostolicæ Sedis exigit & favorem. In quo facto, quanto aliori consilio & majori discretione procedis, tanto in eo feliciorum progressum te præstante Domino, confidimus habiturum, eo quod ad bonum exitum, semper & finem soleant attingere, quæ de ardore Fidei & religionis amore principium acceperunt. Sane Hiberniam, & omnes insulas, quibus sol Justitiæ Christus illuxit, & quæ documenta Fidei Christianæ ceperunt, ad jus beati Petri, & sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ (quod & tua

Hibernia sub Dominio S. Petri.

PAGIUS

driani Papæ Epistolam Anglorum Regi scriptam, sine die & mense, in qua laudat eum, quod velit in Hiberniam intrare, & eam dominio Sancti Petri subicere. Eandem Epistolam recitat Radulphus de Diceto in Imaginibus Historiarum pag. 529. & eam cum anno MCLIV. copulat. Verum cum Henricus II. Rex Angliæ coronatus sit exeunte Decembri ejusdem Christi anni, non potuit eo anno, li-

nobilitas recognoscit) non est dubium pertinere. Unde tanto in eis libentius plantationem fidelem, & germen gratum Deo inserimus, quanto id a nobis inter no examine districtius prospicimus exigendum. Significasti siquidem nobis, fili in Christo charissime, te Hiberniæ insulam, ad subdendum illum populum legibus, & vitiorum plantaria inde extirpanda, velle intrare, & de singulis domibus annuam unius denarii beato Petro velle solvere pensionem, & jura Ecclesiarum illius terræ illibata & integra conservare.

Nos itaque pium & laudabile desiderium tuum cum favore congruo prosequentes, & petitioni tuæ benignum impendentes assensum, gratum & acceptum habemus, ut pro dilatandis Ecclesiæ terminis, pro vitiorum restringendo decursu, pro corrigendis moribus, & virtutibus inserendis, pro Christianæ religionis augmento Insulam illam ingrediaris, & quod ad honorem Dei, & salutem illius terræ spectaverit, exequaris: & illius terræ populus honorifice te recipiat, & sicut dominum veneretur; jure nimirum Ecclesiastico illibato & integro permanente, & salva beato Petro & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ de singulis domibus annua unius denarii pensione. Si ergo quod concepisti animo, effectu duxeris complendum, stude gentem illam bonis moribus informare, & agas tam per te, quam per illos quos adhibes, quos fide, verbo, & vita idoneos esse perspexeris, ut decoretur ibi Ecclesiæ, plantetur & crescat Fidei Christianæ religio, & quæ ad honorem Dei, & salutem pertinent animarum, per te taliter ordinentur, ut a Deo sempiternæ mercedis cumulum consequi merearis, & in terris gloriosum nomen valeas in seculis obtinere. Hucusque in codice Vaticano.

Sed & illud Hadrianus reliquit posteris adirandum exemplum, quod nec obolum quidem erogarit in suos propinquos; adeo ut nec matri ipsi aliquid voluerit impendisse, quam alendam reliquit elemosynis Cantuariensis Ecclesiæ. Testatur id Joannes Saresberiensis ex verbis Alexandri Papæ ita in epistola (b) ad sanctum Thomam: Quid fecit, inquit, pro vobis Cantuariensis Ecclesiæ amator Hadrianus, cujus mater apud vos algore torquetur & inedia?

Nec

teras ab Hadriano IV. recipere, ideoque Matthæus Parisius eas accurate cum anno MCLV. connectit. Præterea Baronius num. XXIII. ait, Hadrianum anno incerto Primatum Eskyllo Lundensium Archiepiscopo super Regnum Sueciæ tribuisse. Verum jam anno MCLVII. ostendimus, Eskyllum anno MCLVI. Hadrianum Papam visitasse, & ab eo creatum esse Primatem.

XXII.

Denarius S. Petri ex Hibernia.

XXIII.

(b) Epist. S. Thomæ & alior. l. 1. ep. 24. cod. Vatic.

CHRISTI
1159.HADRIANI IV. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

(a) Innoc. l. 1. ep. 421.

Nec prætereundum, statuisse Hadrianum Papam, ut Lundensium Archiepiscopus primatum gereret super regnum Sueciæ, quod & confirmavit Innocentius Papa Tertius. Extant de his litteræ ejusdem Innocentii, (a) licet Lugdunensem pro Ludensi legat.

Inter has turbas & altercationes Imperatoris cum Romano Pontifice, contigit captivos fieri duos S. R. E. Cardinales, fungentes legatione in provincia Cisalpina: quod ut audivit Fridericus Imperator, mortuum esse Hadrianum Pontificem, de iis bene mereri studuit, ut posset eos habere in electione novi Pontificis suis partibus faventes, sicque eos cum aliis liberos in Urbem abire jussit. Quod factum, ut majestate sua dignum idem Fridericus datis de his litteris ad Constantinopolitanum Imperatorem, summo opere prædicavit. Extant ipsæ in Græco codice citato sæpe superius Federici Metii Thermularum Episcopi, data tempore Sedis vacantis his verbis:

XXIV. Frid. Imp. ad Manuel. Imp. ep.

Orbis mutilatio propter dissensiones & schismata, & totius humani generis turbulentia, quæ propter Ecclesiæ viduitatem, antiqui serpentis effuso veneno, emerferunt & irruerant, pro electione magni sacerdotis, non solum communibus suffragiis, sed etiam magna cum solertia faciendæ, & habendæ, spiritum & animum nostrum quasi despondere nos compulerunt, ut per frequentes, & præstantes, & insignes Apocrisarios & Legatos nostræ serenitatis ad Cardinales egerimus propterea, ut de hujusmodi magni sacerdotis electione diligentissime cogitarent. Et ne justæ præberetur occasio aliqua iis, qui tantum bonum impedire vellent, eo quod detineretur a nobis magister Oddo S. Nicolai in carcere Tulliano reverendissimus Cardinalis; non solum ipsam, verum etiam alios Ecclesiæ Prælatos præstantissimos dimittendos etiam decrevimus.

XXV.

Nunc vero rem novam, non solum hæsitacione, verum etiam stupore dignam vobis & reliquis Orbis Principibus hæc nostra epistola significatura progreditur, quod scilicet reverendissimum Prænestinum Episcopum, qui adversus Imperatoriam majestatem & nomen ita aperte se objecit, & obstitit, quamprimum absolvimus & dimissimus præter omnium hominum opinionem. Stupebunt profecto, ut credimus, Principes bellicosi, viri fortes. Cæsarium memoriæ, incomparabilibus decoratæ magnificentiss, in libris scripta veterum Annalium & Chronicorum evolvantur & perscrutentur, singulorum Principum vita & gesta perquirantur, nihil tale adeo insperatæ clementiæ æquale nobis quisquam inveniet diligens indagator. Licet enim legatur fortasse multorum Principum no-

bilis ira, aperta clementia, & illustris humanitas, propterea quod dextera victoris victoriis & trophæis ornata, hostibus prostratis pepercerit, & ita eos, qui eorum exaltationi se objecerunt, benigne dimiserint, & a severo justitiæ gladio adversus damnatos abstinerint; nihilominus illorum singuli, vel imbecillum aliquem, vel nullius pretii & valoris fontes ipsos cum judicaverint, eos libenter dimiserunt; vel quia belli imminente occasione propter eam, quam promiserunt, fontium dimissionem, sinem imposuerunt.

XXVI.

Quod vero nos adhuc simultate permanente, adeo nobile membrum Ecclesiæ, tanti consilii virum, & perspicue fortitudinis & virtutis, nostris consiliis gratis adversantem, & se obicientem, & se objecturum, ut ab omnibus sperabatur, licet nos neque omnino crederemur tale quid, ut eum scilicet dimitteremus; neque præteritarum rerum memoria, neque præsentium securitas & cautela nobis suadebat: nihilominus in statera nostrarum cogitationum, justitiæ severitatem clementia fecit declinare, & impetum nostræ indignationis fregit, & vicit; & misericordia, quam de generis humani dissensionibus habemus, nos cohibuit, & detinuit, & Christianæ Reip. publicum commodum privati nostri commoti causam superavit; cum pro dicti Episcopi Prænestini absolutione & liberatione non dubitemus quin Ecclesiæ Dei pastoris sui solatio destituta, de optimo pastore, nobis & Imperio non ingrato deligendo curam gerent: quod præter omnium opinionem, & multorum consilium & mentem, inter omnia, quæ a nobis maxime desiderantur, tamquam pacis & quietis cupidissimis jucundissimum contingeret.

XXVII.

Nec nobis hoc indignum ullo pacto, vel inutile credimus, si cum nostra matre Ecclesiæ pacis maxime cupidus nos esse asserimus, & concordiam fatemur esse amulatores, cujus affectatores esse Reges & Principes, frequenter simulare solent, dum inter se contendunt. Compatimur nos propterea Orbis laboribus & calamitatibus, quodammodo ruinam minantis propter universorum dissensiones & dissidia. Compatimur naviculæ Petri, quæ propter frigiditatem hominum fidem, & propter ferventem hæreticorum iniquitatem maris & undarum furore & impetu agitata conteritur, & submergitur. Nec miretur vestra celsitudo, si me, curatorem videlicet Ecclesiæ, si me præcipuum filium matris viduæ, ejusdem matris suspiria ex imo emissa pectore emollierunt, ut depositis juribus, quibus fortasse humana prudentia mentem adhibuisset, & matri filium & fratrem fratribus, præcipue vero pro tanti commoti spe absolvere, & dimittere decreverim. Quis enim in tantorum malorum

R rum

Ann. Eccl. Tom. XIX.

CHRISTI
1159.HADRIANI IV. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

rum consideratione, quis in spe tanti futuri gaudii, propter detentionem, vel absolutioem, & dimissionem uniuscujusvis personae quantumvis conspicuae, posset cor suum obdurare? praecipue vero, quia ab omnibus & singulis Cardinalibus, qui in Urbe Roma & in simplicitate & puritate commorantur, firma & infallibilis spes sit nobis pollicita, quod restituto fratre & socio suo Collegio, salutaris nobis & universo Orbi, & desiderabilis erit de magno sacerdote deligendo deliberatio. Faxit Deus, ut quemadmodum non solum in liberatione praedicti magistri Odonis, verum etiam aliorum, quos serenitas nostra indubitata compassione absolvit, alacres nos praebuimus, ita etiam nos a nostro desiderio non frustreremur, neque fidei publicae integritas & religio, quam ex hujusmodi Patrum constantia animo concepimus, profanetur ullo pacto. Haec tenentur epistola Imperatoris de dimissis Cardinalibus Romam, qui tamen noscuntur stetitisse contra schismaticum Papam pro Alexandro legitimo successore, licet electioni minime interesse potuisse ob temporis brevitatem intelligantur.

XXVIII. Alexander Papae legitimus Pontifex Alexander ejus nominis Tertius dictus, ex Rolando Cardinali Cancellario tituli sancti Marci presbytero, cujus imminente laude a laudatissimo viro sancto Bernardo ex ejus epistola sunt superius recitatae. Intruditur autem contra ipsum in schismate Octavianus ille presbyter Cardinalis tituli sanctae Caeciliae, cujus jam disensionum cum fratribus vidimus superius in Hadriano impressa vestigia. Ita autem quomodo se habuerint, ex Actis ipsius Alexandri, ab ejus temporis auctore fideli satis conscriptis, quae codex Vaticanus continet, haec in medium afferamus. Sic se habent:

PAGIUS VI. Alexander III. Papa eligitur & consecratur. A num. XXVIII. ad XLIX. Sepulto Hadriano Papa Episcopi & Cardinales pridie nonas Septembris convenerunt, & per trium dierum spacium ad invicem de ipsa electione pertractantes, tandem omnes praeter Octavianum tituli Sanctae Caeciliae, Joannem tituli Sancti Martini, & Guidonem tituli Sancti Callisti Presbyteros Cardinales convenerunt in personam Rolandi Cancellarii, quem Alexandrum Papam III. nominarunt, & elegerunt, ut refert Baronius ex Codice Vaticano num. XXIX. Addit Baronius ex eodem Codice Vaticano n. XXXII. Cardinales & Episcopos in vigilia B. Matthaei Apostoli ad Nymphas pervenisse, & Alexandrum III. ipsa Dominica die, in quam vigilia illa incidebat, consecratum fuisse a Cardinali Ostiensi. Ipse Alexander apud Baronium num. XXXVIII. ait, se apud Nympham die Dominico ordinatum, indeque apparet Bromptonum in Chron. non male scripsisse Sedem vacasse dies viginti, licet pressius loquendo dies tantum sex vacaverit; cum Alexander III. die septima mensis Septemb. Pontifex electus sit.

Alexander Tertius natione Tuscus, patria Senensis, ex patre Rainutio, qui antea dictus fuit Rolandus presbyter Cardinalis tituli S. Marci, & Apostolicae Sedis Cancellarius, sedit annos decem & octo. Qui cum esset in Ecclesia Pisana Canonicus, clericus magni nominis, & charus haberetur ab omnibus, ad hanc sanctam Romanam Ecclesiam a beato Eugenio est vocatus. Quem ubi, Deo auctore, cognovit virum idoneum, primo eum diaconum SS. Cosmae & Damiani, deinde in titulum sancti Marci presbyterum Cardinalem ordinavit: & tandem quia semper de bono crescebat in melius, Cancellarium Sedis Apostolicae constituit. Erat enim vir eloquentissimus, & divinis & sacris Scripturis & humanis sufficienter instructus, & in eorum sensibus subtilissima exercitatione probatus: vir quoque scholasticus, & eloquentia polita facundus, vir siquidem prudens, benignus, pater, misericors, mitis, sobrius, castus, & eleemosynarum largitionibus assiduus, atque aliis operibus Deo placitis semper intentus. Ideo fecit eum Dominus crescere in plebem suam, & dedit ei sacerdotium magnum.

XXIX. Electio Canonica Alexandri Papae. Sepulto igitur Hadriano Papa, Episcopi & Cardinal. tractaturi de substituendo sibi Pastore, pridie Nonas Septemb. in B. Petri Apostoli Ecclesia convenerunt pariter, & per trium dierum spacium ad invicem de ipsa electione, sicut moris est pertractantes, tandem omnes quotquot fuerunt, praeter Octavianum tituli sanctae Caeciliae, Joannem tituli sancti Martini & Guidonem tituli sancti Callisti presbyteros Cardinales in personam dicti Rolandi Cancellarii, auctore Domino, unanimiter concordarunt, & invocata sancti Spiritus gratia, in eum assentiente Clero & populo Romano in Romanum Pontifex.

VII. Electio Victoris IV. Antipapae. Octavianus Cardinalis, qui ad Apostolicam jamdiu Cathedram aspiraverat, ubi vidit Alexandrum III. electum, Pontificatum invasit: Octavianus Presbyter Card. Sancta Caecilia, inquit Auctor Chronici Reicherspergensis, qui a duobus tantum Cardinalibus fuit electus, Joanne videlicet de Sancto Martino & Guidone Cremensi, & in prima Dominica mensis Octobris est consecratus a Tusculano Episcopo Imaro Cardinale, non legitimo tamen ordinatore qui & dictus est Victor. De hoc schismate Auctor Anonymus Casinensis scribit: Omnes Cardinales elegerunt Cancellarium in Papam Alexandrum. Guido de Crema, & Raimundus & Episcopus Tusculanus (Imarus nempe, qui fugerat Monachus Cluniacensis) elegerunt Octavianum Cardinalem in Papam Victorium, & sacratus est Piparphum (id est, in Abbatia Farsensi non longe a civitate Romana sita,) & Alexander prius sacratus est Nympha. Hoc anno crematus est Piparphus & Fummono. Ubaldus Episcopus Ferentinus ixit cum Vicario ad Imperatorem. Hic Ubaldus Vicarius fuerat Hadriani IV. & uti habet Ughellus Tom. I. Italiae.

Primordia Alexandri.

XXIX. Electio Canonica Alexandri Papae.

VII. Electio Victoris IV. Antipapae.

CHRISTI
1159.HADRIANI IV. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

ificem, Alexandrum Papam Tertium nominarunt, & elegerunt. Duo autem, quos nominavimus, Joannes & Guido, attendentes ad Octaviani electionem, secundario eum procaciter nominarunt. Joannes Episcopus una cum Ostiensi, Portuensi, & Sabinesi Episcopis ceterisque diaconibus, & presbyteris Cardinalibus per manus priorum diaconorum, juxta praescriptum Ecclesiae ritum electum suum Alexandrum fugientem excusantem insuper & omnino reluctantem, Papali manio, Deo favente, induerunt.

XXX. Octavianus Pont. invadit. Unde Octavianus, qui ad Apostolicam jamdiu Cathedram aspiraverat, ubi se ipsum vidit spe concepta fraudari; in tantam vesaniam, audaciamque prorupit, quod tantum ipsum tamquam arreptitium a collo ejus propriis manibus violenter abstulerit, & secum inter tumultuosos fremitus asportare tentaverit. Porro unus ex Senatoribus qui aderant, cum tantum facinus inspexisset, contremuerunt renes ejus & audacter in sevientem insiliens, mantum ipsum de manibus ejus eripuit. Ipse vero dolore cordis tactus intrinsecus: ilico ad Capellanum suum, qui ad hoc instructus venerat & paratus, intorsit oculos, clamans ut phrenoc.

PAGIUS hae Sacrae, Octavianum Antipapam consecravit. Ciacconius addit Octavianum, cum in parte sua non nisi unum Episcopum Cardinalem haberet, Imarum tamdiu consecrationem protraxisse, quoad alios duos Episcopos, Ferentinatem sc. & Melphitensem invenit, a quibus Dominica prima Octobris inauguratus est. Victor Antipapa Victor IV. a suis appellatus fuit. [1]

ticus, & innuens, ut mantum quod secum portaverat, celeriter sibi afferret. Quo sine mora delato, cum adesset, pallium abstrahens caput inclinavit, & per manum ejusdem Capellani, atque alterius clerici sui (heu prob dolor!) mantum impudenter sumpsit. Sed divino iudicio contigit, quod ea pars manti, quae operire anteriora debuerat, videntibus cunctis atque ridentibus, posteriora contexit. Et cum ipsemet vellet hujusmodi ludibrium studiosus emendare, quia manti caputium, extra se raptus, non poterat invenire: inferiores simbrias collo, sicut potuit applicavit. In hoc igitur manifeste apparuit, quod sicut torta erat intentionis & oblique ita mantum ex transverso & obliquo, in testimonium suae damnationis acceperat. Torta itaque ipsius ambitione totaliter procedente, referantur portae ipsius Ecclesiae, quae a Senatoribus firmatae fuerant, & armorum catervae, quas pretio conduxerat, ilico in auxilium ipsius schismatici, evaginati gladiis cum magno strepitu cucurrerunt. Et quoniam solatio Episcoporum & Cardinalium omnino carebat, armorum turba ipsum undique circumdabant. Fratres vero insipientes tam e-

Card. tenentur inclusi.

R 2 xc.

VIII. Hadrianus IV. non Benedictinus, sed Regularis, fuit. Caeterum male aliqui scriptores Benedictini tam Hadrianum IV. quam Alexandrum III. suo Ordini adjudicant. Id jam ostendimus de Hadriano IV. anno MCXLVI. ubi vidimus eum Canonicum Regularem S. Rufi apud Avenionem extitisse, ac ejusdem Monasterii Abbatem, quod probavimus ex Guillelmo Neubrigensi hujus temporis Scriptore. At, inquit Vion, idem Historicus docet, Hadrianum IV. & Robertum.

NOTAE [1] DE rebus Octaviani seu Victoris IV. schismatici plus aliquid & accuratius docet nos author coevus chronici Turonensis Vet. Monum. tom. V. col. 1018. qui iis narratis quae Alexander de sua aemulique electione in Epistola ad Bononienses commemorat, legenda 2. apud Baronium hoc anno, addit: Octavianus vero schismaticus oppidis circumnatis (circumcincto obitu) duos cardinales, scilicet episcopum Tusculanum, & Ferentinum, & alium Apulia episcopum de Melfet (haec ex solo Ciacconii testimonio Pagius tradit), qui propter prodicionem expulsum de regno Sicilia exulabat, per nuntios evocavit, & ab eis XV. die post consecrationem Alexandri papa maledictionem pro benedictione suscepit. Ex his intelligimus antipapae consecrationem in diem 4. Octobris incidisse, cum Alexandrum die XX. septembris initiatum constet. Intelligimus pariter Alexandrum, qui in epistola sua testatur Victorem nondum consecratum fuisse, epistolam illam scripsisse intra illud spacium dierum octo quod inter sententiam latam contra Victorem, quam se dedisse octava a consecratione sua die in eadem epistola affirmat, & Victoris ejusdem ordinationem intercessit. Insuper de eodem Octaviano adnotasse non pigebit unum aliquid quod discimus ex literis Alexandri papae ad S. Eberhardum archiepiscopum Saltzburgensem recitatis a Lunig. in Spicileg. Eccles. pag. 958. Narrat enim in ea pontifex Fridericum Octaviano favisse adeo, ut superflite adhuc Adriano papa intendisset illum ordinare apostolicum; id vero tunc, ait Pontifex a pluribus dicebatur, & fama quasi commune habebatur. Data est epistola Anagnina II. Non. Aprilis, anno, quantum conicio 1160. Ex alia vero epistola ad eundem post concilium Papiense scripta quae ibidem legitur dataque Romae XIII. Kal. Februarii, quam ad an. 1161. pertinere mihi exploratum est cum nunquam deinceps mense illo Januarii Alexand. Anagninae fuerit ante an. 1166. quo S. Eberhardus biennio jam decesserat; ex ea inquam epistola, quam scriptam Januarii mense anni 1161. demonstravi, certus annus concilii Nazareni definiti potest. Cum enim Pagius egregie demonstraverit concilium illud citius anno 1160. celebrari non potuisse; ex nostra pariter epistola non serius anno eodem 1160. haberi potuisse compertum est; cum pontifex mentionem in ea concilii Nazareni fecerit. MANSI

recreabile facinus, & a saeculis inauditum; timentes etiam ne ab eisdem conductis armatis adorare erectum idolum cogerentur: in munitionem dictae Ecclesiae cum suo Electo sese pariter receperunt, ibique novem diebus, ne possent ullo modo exire, Octavianus eos fecit quorundam Senatorum consensu, quos pecunia oblata corruperat, die nocteque armata manu cum omni diligentia custodiri.

XXXI.

Interea populus Romanus super hoc immani crimine cum jugiter exclamaret, & in tanti hujus mali auctores Senatores insurgeret vehementer: praedictorum fratrum conventus cum suo Electo de illius munitionis custodia est ereptus, sed in arctiori & tutiori loco apud Transiberim per eosdem Senatores, recepta inde pecunia, fuit malitiose translatus. Cum autem ibi fere per triduum moram fecissent; super tantam iniquitatem & manifestam prodicionem commota est universa Civitas. Clamabant & pueri contra ipsum, ut invalorem, dicentes: Ecce maledicte, fili maledicte non eris utique tu Papa, Alexandrum volumus, quem elegit Deus. Mulieres quoque blasphemantes, ipsum haereticum appellantes, eadem verba repetebant, & alta derisoria verba decantabant, nominantes eum lingua vulgari, Smantacompagnum. Accedens autem tunc Brito quidam, audacter dixit ei haec meretrici:

Quid facis insane, patriae mors, Octaviane,
Cur praesumpisti tunicam dividere Christi?
Postmodo pulvis eris, es & modo, cras morieris.

XXXII.
Eripuntur Card.
e custodia.

Erat autem in Clero magna tristitia, in Judicibus dolor, in senibus moeror, & in plebe admiratio nimia. Unde factum est, quod populus Romanus immanitatem tantae iniquitatis amplius sustinere non valens, cum Hectore Frangipane, & aliis nobilibus Romanis venit ad locum, ubi fratres tenebantur inclusi, compellens jam dictos Senatores, ut ipsius munitionis portas celeriter aperirent, & eosdem fratres cum domino Alexandro absolutos & liberos abire permitterent. Sic igitur suffragantibus beatorum Apostolorum Petri & Pauli meritis, a violentia persequentis

PAGIUS

bertum patrem ejus vitam monasticam professos esse in monasterio S. Albani. Verum qui Neubrigensis verba a nobis ibidem recitata attente legerit, inveniet Hadrianum IV. nunquam Monachum in eo monasterio fuisse, sed solum idem monasterium quotidiana stipis gratia frequentabat, unde pater erubuit, verbisque mordacibus socordiam ejus increpitans, omni solatio destitutum, cum gravi indignatio-

erepti, & suae sunt redditi libertati. Transientes autem per ipsam Urbem, cum laudibus, campanis etiam undique pulsantibus, & jucunde cum exercitu comitantibus etiam multis Romanis militibus cum frequentia pedum, in Vigilia beati Matthaei Apostoli prospere ad Nymphas per Dei gratiam pervenerunt.

Ubi ipsa Dominica die, convocatis fratribus in unum cunctis, videlicet, Gregorio Sabinensi, N. Ostiensi, B. Portuensi, F. Albanensi, T. Signinensi, T. Tarracineni Episcopis, Cardinalibus quoque presbyteris, & diaconibus, simulque Abbatibus, Prioribus, Judicibus, Advocatis, Scriptariis, & Primicerio cum schola Cantorum, nobilibus quoque & plurima parte populi Romani, dominus Alexander per manus Ostiensis Episcopi, ad quem solum consecratio Romani Pontificis pertinet, praesente Spiritus sancti gratia, consecratus est in summum Pontificem, & secundum solitum Ecclesiae morem, regno de more insignitus, mitra turbinata scilicet cum corona.

Porro jam dictus Octavianus, dum apud sanctum Petrum fuit, Joannes de Morsone, & Guido Cremensis, cacitate suarum tenebrarum obvoluti (quoniam sicut scriptum est: (a) Peccator cum in profundum venerit, contemnit) a damnabili sua praesumptione non resipiscunt, sed illum eundem, quem in statuam sibi erexerant, tamquam obstinata perfidia venerantur, & Ecclesiae unitate relicta (heu pro dolor!) ad ejus vestigia incurvantur. Ipse vero Antichristi tempora praefigurans, usque adeo erectus est super se, ut in templo Dei sederet tamquam sit Deus, umbra Papalis ostendens se tamquam sit verus Papa. Sane multi abominationem hujusmodi stantem in loco sancto non sine lacrymis corporeis oculis inspexerunt, turgentibus pectora & dicentes: Completum est modo, quod Anastasius, Papa videlicet, de hoc praesambulo Antichristi dixisse narratur: Fili maledicte & excommunicate, non habebis ultra istud Papale mantum, quod tantum desideras & impudenter expetis, nisi in tuam ruinam, & confusionem multorum. Caterum cum per spatium quatuor hebdomadarum tam per se, quam per milites, & consanguineos suos incessanter fatigaretur pro convocandis ad se Episcopis: tandem quidam Malpbitanus Episcopus fugitivus in finibus Anconae la-

ne abegit. Vionem decepit modus loquendi veterum Scriptorum, qui Hadrianum IV. professione Monachum fuisse tradidere; Canonici enim Regulares Monachi & Fratres appellabantur, quia eorum vita parum a vita Monachorum distabat. Id quidem Vion negat, sed contra innumera Veterum testimonia. Thomas a Kempis Canonicus Regularis in libris a se pro suis Canonicis Regularibus editis, eos semper

XXXIII.
Consecratio Alex. Pap.

Iniciatur Pseudo-papa Shifmaticus Octavianus. (a) Prov. 18.

ritans, cum Episcopo Ferentini, qui domino Alexandro Papae adversabatur & Joanne Episcopo Tusculano, qui prius consenserat in Alexandrum, & postmodum retrorsum abiit, eundem Octavianum ausu temerario execravit magis quam consecravit. Hoc autem tam perniciosum flagitium Ecclesiae Dei ipse Octavianus (sicut postmodum clamavit, nullatenus incipere attemptasset, nisi a Friderico Imperatore ad occupandum atque arripiendum Papatum, favorem & audaciam habuisset, neque umquam in eum se ingessisset. Quoniam ne Papalem Cathedram posset ascendere, fidelitatis juramento, non sine certis indicibus tenebatur astrictus.

XXXIV.
Legationem Alex. Pap. ad Imp. Frider. * al. Palatinus

Interea dominus Alexander cum fratribus suis ad Tarracinam descenderat, volens cognoscere quid acturi essent in facto Ecclesiae, in quo Otto * Placentinus, & Guido Blanderanus Comes quos eodem tempore idem Imperator ad B. memoriam Hadrianum Papam transierat, licet veritatem ipsius facti cognoscerent, & de canonica electione domini Alexandri nullatenus dubitarent: timentes tamen offendere dominum suum quem cognoverant Octaviano valde amicum, & praesenserant animum ejus commotam adversus Romanam Ecclesiam Papae fautores, & quod vires praestabat Octaviano, simulatorie & fraudulenter incedebant cum Alexandro. Dum autem haec agerentur, delibebat cum fratribus suis communicato consilio Pontifex Nuntios cum Apostolicis litteris ad eundem Imperatorem, in partibus Longobardiae obsidentem Cremam, humiliter destinare, cupiens eum ad amorem Ecclesiae in omni patientia & lenitate revocare, secundum B. Pauli Apostoli dictum: (a) Noli vinci a malo sed vince in bono malum. Ille vero nimio fastu superbiae inflatus, non solum legere litteras sprexit, sed tamquam insanus Nuntios ipsos nisi Dux Welfo cum Duce Saxoniae ipsi restitissent, suspendere nequiter voluit. Quorum consilio & suasionem Principum, quamvis tandem eosdem Nuntios coram se venire, & litteras Pontificis demum legi permise-

(a) Rom. 12.

PAGIUS

Monachos appellat, quia vitam communem servabant, uti Monachi in Monasteriis. Hadrianus IV. Catecheses ad populos Norvegiae & Sueciae scripsit, Homilias quasdam, librum de Legatione sua, & alterum de Conceptione beatissimae Virginis, ut videre est apud Oldoinum in Additionibus ad Ciaconium.

IX.
Alexander III. non Monachus Cisterciensis sed Canonicus Pisanus fuit.

Quoad Alexandrum III. Henriquez in Menologio Ordinis Cisterciensis ait, eum vitam monasticam professum in monasterio Chiaravalle, quod Puricello in Monum. Eccles. Ambrunum. 424. valde probatur. Verum haec opinio plane evertitur verbis, quae recitantur in Actis electionis Alexandri III. ex codice Vaticano a Baronio relatis, ubi de eo legitur: Cum esset in Ecclesia Pisana Canonicus Clericus

rit; nihil tamen ad eos dignatus est respondere latum. At si scriptae ab Alexandro litterae ad Imperatorem non extent; alias tamen ab ipso tunc datas ad Gerardum Episcopum & Canonicos Bononienfes recitat Radevicus, quibus sicut res gestae usque ad praesens tempus se hebuerunt, exacte describuntur, conformes iis, quae sunt a nobis ex Vaticano codice recitatae, in quarum confirmationem hic ipsae describendae sunt, quae sic se habent: (b)

(b) Radev. in Frid. l. 2. c. 51.

Alexander servus servorum Dei venerabili fratri Gerardo Episcopo, & dilectis filiis Canonicis Bononensis Ecclesiae, & legis doctoribus, ceterisque magistris Bononia commorantibus salutem & Apostolicam benedictionem.

XXXV.

Aeterna & incommutabilis providentia Conditoris sanctam & immaculatam Ecclesiam a sua foundationis exordio ea ratione voluit & ordine gubernari, ut unus ei pastor & institutor existeret, cui universae Ecclesiarum Praelati absque repugnantia subiacerent, & membra tanquam suo capiti coherentia ei se mirabili quadam unitate conjungerent, & ab ipso nullatenus dissiderent. Qui vero Apostolis suis pro eorum fidei firmitate promissit, dicens: (c) Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi: ille proculdubio Ecclesiam suam, cujus ipsi Apostoli magisterium assumpserunt, sua promissione fraudari nullo modo patietur, sed eam in suo statu & ordine (licet ad instar naviculae Petri fluctuare aliquando videatur) perpetuo faciet permanere. Unde quamvis hoc tempore tres falsi fratres, qui a nobis quidem exierunt, sed non fuerunt de nobis, transfigurantes se in Angelos lucis, cum sint satanae, inconsultilem Christi tunicam (quam utique ipse quidem ex persona (d) Psalmogra-

Epist. Alexand. Pap. ad Bon.

(c) Mat. 28.

(d) Psal. 21.

magni nominis ad hanc Sanctam Romanam Ecclesiam a beato Eugenio est vocatus. Clarius enim is Auctor loqui non potuit, ut ostenderet, Rolandum (ita vocabatur Alexander III. ante Pontificatum) actu Ecclesiae Pisanae Canonicum fuisse, cum in Ecclesiam Romanam insertus est. Quare verum non est, eum vitam clericalem in monasterio mutasse, ut persuadere vult Henriquez, solide ab Oldoino citato confutatus, perperamque Puricellus amovendo, re patriae suae obocatus scripsit; Tantus igitur Pontifex ad haec nostra monumenta, eo quoque titulo peculiariter pertinebit, quod in ejusmodi monasterio (nempe Chiaravalle prope Mediolanum situm) Monachus vixerit.

XXXVI.
Rerum
gestarum
narratio.

bus, non permittit naufragium sustinere. Porro cum antecessor noster bonae memoriae Hadrianus Papa Kalendis Septembris Anagninae debitum naturae solvisset, & de terris ad caelum, de imis migrasset, Domino vocante, ad superna; eo Romam adducto, & pridie Nonas Septembris in Ecclesia beati Petri, praesentibus fere omnibus fratribus, satis honeste, sicut moris est, tumultu: coeperunt fratres, & nos cum eis secundum Ecclesiae consuetudinem, de substituendo Pontifice in eadem Ecclesia studiosius cogitare. Et tribus diebus de ipsi electione tractantes, tandem in personam nostram, insufficientem huic oneri, & tanta dignitatis fastigio minime congruentem, omnes quotquot fuerunt, tribus tantum exceptis, Octaviano scilicet, Joanne de sancto Martino, & Guidone Cremenje (Deo teste, quia mendacium non fingimus, sed meram sicut est loquimur veritatem) concorditer atque unanimiter convenerunt, & nos assentiente Clero ac populo, in Romanum Pontificem elegerunt. Duo vero, Joannes & Guido, quos praenotavimus, tertium Octavianum nominantes, ad ejus electionem pertinaciter intendebant. Unde & ipse Octavianus in tantam audaciam, insaniamque prorupit, quod mantum, quo nos reluctantes & renitentes, quia nostram insufficientiam videbamus, juxta morem Ecclesiae Oddo prior diaconorum induerat; tamquam arreptitius a collo nostro propriis manibus violenter excussit, & secum inter tumultuosos fremitus asportavit.

XXXVII.

Ceterum cum quidam de Senatoribus tantum facinus inspexissent: unus ex eis Spiritu divino succensus, mantum ipsum de manu eripuit savientis. Ipse vero ad quemdam Capellanum suum qui ad hoc instructus venerat & paratus, ilico flammis oculos fremebundus inflexit, clamans, & innuens, ut mantum, quem fraudulenter secum portaverat, festinanter afferret. Quo utique sine mora delato; idem Octavianus, abstracto pileo, & capite inclinato, cunctis fratribus, aut loco inde, aut voluntate remotis, mantum per manus ejusdem Capellani & ejusdem clerici sui ambitiosus assumpsit, & ipse idem (quia non erat alius) in hoc opere Capellano & clerico extitit coadiutor. Verum ex divino credimus judicio contigisse, quod ea pars manti, quae tegere anteriora debuerat, multis videntibus & ridentibus, posteriora tegebat: & cum ipse idem hoc emendare studiosus voluisset, quia caputium manti extra se raptus non poterat invenire, collo fimbrias circumduxit, ut saltem mantus ipse appensus ei quodammodo videretur. Sicque factum est, ut sicut tortae mentis erat, & intentionis obliquae; ita ex transver-

so & obliquo mentum fuerit in testimonium suae damnationis indutus.

Quo facto portae Ecclesiae, quae firmatae fuerant, referantur, & armatorum cunei quos sicut ex re apparuit, pecuniae largitione conduxerat, evaginatis gladiis cum immenso strepitu cucurrerunt, & pestis illa mortifera (quia Cardinales Episcopos non habebat) armatorum caterva militum vallabatur. Fratres vero facinus tam immensum, & a saeculis non auditum ex insperato videntes, & formidantes, ne a conductitiis militibus trucidarentur: sese in munitionem Ecclesiae nobiscum pariter receperunt, ibique novem diebus continuis, ne exinde libere exiremus, fecit nos quorundam Senatorum assensu, quos pecunia oblata corruerat, die nocteque armata manu cum omni diligentia custodiri. Sane populo incessanter & jugiter acclamante, & in Senatores pro tanta impietate multa immanitate fremente, de custodia fuimus illius munitionis erepti, sed in arctiori & tutiori loco apud Transtiberim nos idem Senatores, recepta inde pecunia, posuerunt. Cumque moram ibidem ferme per triduum fecissemus, universo populo tantam proditorem atque malitiam de cetero non sustinente, Senatores cum nobilibus & populo venientes, nos & fratres nostros per Urbem magnifice & honorifice cum immensis laudibus & praeconiis, campanis etiam in transitu nostro pulsantibus, conduxerunt, & sic tandem a violentia persequentis erepti, & nostrae redditi libertati, sequenti die Dominico venerabilibus fratribus nostris Gregorio Sabinensi, Hubaldo Ostiensi, Bernardo Valterio, Julio, & B. Episcopis, Cardinalibus quoque Abbatibus, Prioribus, Judicibus, Advocatis, Scriptoribus, Primicerio, & schola Cantorum nobilibus etiam, & quadam parte de populo Urbis apud Nympham non longe ab Urbe insimul congregatis, munus consecrationis accepimus, & sicut in Romana Ecclesia moris est, ibidem Pontificali regno magnifice sumus ac solemniter coronati.

Ceterum praedictus Octavianus, cum pro consecratione, immo execratione sua, dum & in urbe esset, & postquam latenter Urbem exiit, multos Episcopos convocasset, nullum prorsus praeter unum, Ferentinatensem videlicet Episcopum, habere potuit pro sua temeritate & vesania confirmanda. Quosdam tamen Episcopos Imperialibus minis, quosdam violentia laicali, quosdam vero pecuniis & blanditiis allicere voluit, sed nil, domino impediante, profecit. Unde nec adhuc invenire potest (licet omnibus modis entatur) qui ei manus execrationis imponat, & se tanta faciat praesumptionis & im-

XXXVIII.
Cardin.
carcer.

XXXIX.
De consecratione
Octaviani
ob penuriam
Episcoporum.

(a) Prov.
18.

XL.

XLI.
Octavianus cum
suis excommunicatus
ab Alex.
Pap.

& impietatis auctorem. Verum memorati Joannes & Guido caecitatis tenebris obvoluti (quoniam scriptum est: (a) Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnet) nec sic a sua praesumptione damnabili respiciunt, sed eundem Octavianum, quem sibi in statum erexerunt, obstinata perfidia venerantur; & cum relicta unitate Ecclesiae, praesumunt usque hac, tamquam idolum, aut simulachrum adorare. Ipse autem Antichristi tempora praefigurans, usque adeo erectus est supra se, ut etiam in templo Dei sederit, ostendens se tamquam sit Deus: & multi abominationem desolationis stantem in loco sancto, non sine multa lacrymarum effusione corporeis oculis inspexerunt.

Sane nos infirmitatem nostram, & virtutum indigentiam cognoscentes, nostrum in Dominum jactamus cogitatum; sperantes, & de Christi misericordia plenius confidentes, quod Ecclesiam sanctam suam, pro qua ipse idem in substantia nostrae mortalitatis apparuit, ut eam sibi non habentem rugam aut maculam exhiberet, optata faceret in tranquillitate letari, & procellarum omnium inundatione sedata, nihil erit, quod jam ei possit obistere, ubi unicus ejus Sponsus valuerit nubilosa quaque & noxia propulsare. Nunc igitur, quia nos de nostrorum meritorum qualitate diffidimus, & de honestate & religione vestra plenam habemus fiduciam: vestris & universalis Ecclesiae precibus infirmitatem nostram petimus adjuvari; charitatem vestram per Apostolica scripta rogantes & commoneutes attentius, ut sicut viri Catholici, vos pro domo Domini muros inexpugnabiles opponatis, & in devotione, ac fidelitate matris vestrae sacrosanctae Rom. Eccl. immobiliter persistentes, ab ejus unitate nullatenus recedatis. Quod si praesatus vir impietatis ad partes vestras aliqua damnationis suae scripta transtulerit, ea sicut respuenda sunt respuatis, & tamquam vana & sacrilega contemnere, & abicere studeatis.

Novit insuper discretio vestra, quod nos supra nominatum Octavianum apostaticum & schismaticum in octavo die a consecratione nostra (hunc enim terminum ei respiciendi, & ad unitatem matris Ecclesiae redeundi praefiximus) tamquam inobedientem & contumacem, & illos quaei manus praesumentem non dicimus consecrationis sed execrationis imponere: & de communi fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium voluntate atque consilio, accensis candelis, & caetu clericorum in Ecclesia congregato, vinculo anathematis & excommunicationis astrinximus, & eos cum suo auctore diabolo condemnavimus. Hucusque Alexandri litterae ad Bononien-

ses; quae tamen imperfectae videntur. Magni namque momenti esse duxit Alexander praeveneri suis litteris Bononienfibus, eo quod illa civitas tunc vigeat. lectoribus, jus utrumque publice profitentibus, & inter alios quos superius nominavimus, Gratiano, qui Decreti libri auctor summa aestimatione fulgebat. Porro id genus litterarum ex more, mutatis titulis, ab Alexandro ad diversas per Catholicum Orbem Ecclesias esse missum, ad rerum gestarum certiore significationem non est ut quis ponat in dubium.

Sed Antipapa ipse Octavianus, qui se magno factu Victorem Papam fecerat nominari, cum inauguraretur Pontificali dignitate, suas etiam sive ad Imperatorem, cujus fulciebatur auxilio; sive ad alios, de sua promotione, seu potius invasione litteras dedit, & quidem hujusmodi, quae distate fuisse a patre mendacii, ex mendaciorum immensa congerie cognoscantur. Et quoniam modo nisi portentosis mendaciis, tale portentum potuit videri & apparere forinsecus legitime factum? Audi ergo tu, Lector, ipsius Octaviani litteras his diebus datas ad omnes orthodoxos Episcopos, Principes, & ad eos praecipue, qui apud Imperatorem in Curia versarentur. Recitat eas idem qui supra Radevicus hinc verbis: (b)

Victor servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & charissimis filijs, Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & ceteris Principibus, & egregia familiae Imperiali, in sacratissima Curia domini Friderici serenissimi ac invictissimi Romanorum Imperatoris commorantibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quam, & in quantum & Ecclesiastici status decorem, honorem Romani Imperii, & mobilitatem omnium bonorum batenus sincere dilexerimus, & quae mutuae charitates sint invicem frequenter exhibite: nequaquam credimus a vestra magnitudinis excidisse memoria. Nunc autem tanto propensioris dilectionis efficaciam vobis & Imperio cupimus exhibere; quanto, Deo auctore, ad majorem conscendimus dignitatem. Quapropter universitatem vestram, de qua plene confidimus, plurimum deprecamur, ut pro B. Petri Apostolorum principis reverentia, & antiquae dilectionis constantia, quae inter nos inviolabiliter perseverare dignoscitur, dominum Imperatorem invictissimum commoneudo rogetis, quatenus Imperio sibi a divina clementia commissum, & Ecclesiae Dei sponsae JESU Christi, cujus Advocatus & defensor divinitus est constitutus, providere & subvenire non

(b) Radev.
in Frid.
l. 2. c. 50.
XLII.
Litterae
Antipapae
de sua invasione.

non tardet, ne in tanta discordia ad- versariorum malitia nequiter prevalere, na- vicularum beati Petri procellis & tempesta- ribus suo tempore quassari, & decus Im- periale valeat aliquatenus obnubilari.

XLIII. Insuper universitati vestrae dignum du- ximus intimandum, qualiter ad Aposto- latus officium, Domino concedente, vo- cati fuerimus. Felicis memoriae Hadria- no praedecessore nostro viam universae car- nis ingresso, & in beati Petri basilica tumulato, convenimus omnes de electio- ne summi Pontificis tractaturi. Post lon- gam vero collationem, & diutinam deli- berationem, divina tandem inspirante cle- mentia, electione venerabilium fratrum nostrorum Episcoporum, presbyterorum S. R. Ecclesiae Cardinalium, Cleri quoque Romani petitione, ejusdem populi assensu etiam Senatoriae dignitatis honoratorum insuper Capitaneorum, ad summum Pon- tificatum, annuente Deo, canonice sumus electi, & in Sede Apostolica collocati, ac deinde prima Dominica mensis Octo- bris benedictionis consecrationem, & nos- tri officii accepimus plenitudinem. Quo- circa universitatem vestram humiliter de- precamur, quatenus nos apud ipsum pre- cibus adjuvetis, a quo omnis est potestas & honor dignitatum. Si autem ex par- te illius Rolandi quondam Cancellarii, per conspirationem & conjurationem con- tra Ecclesiam Dei & Imperium Willelmo Siculo astricti, qui die duodecima post electionem nostram se fecit intrudi (quod a saeculis non est auditum) ad vos scri- pta pervenerint; tamquam mendacio ple- na, & a schismatico & haeretico desti- nata respiciatis, & aures vestras nequa- quam illis ullatenus praebeatis. Data Signae quinto Kalendas Novembris. Audi- sti, Lector, patentia adeo caelo terra- que mendacia per pseudopontificem, ca- ptantem auram Curiae Imperatoris, in- gesta: audi modo quam partis Octavia- ni Cardinales aucti numero duorum am- plius (quomodo nescimus) scribere epi- stolam circularem, quae sic se habet: (a)

* al. ul- terius

(a) Ibid.

XLIV. Litterae Schisma- ticorum Card.

Venerabilibus in Christo fratribus Pa- triarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Ab- batibus, Ducibus, Principibus, Praeposi- tis, Prioribus & ceteris Ecclesiarum Prae- latis, ad quos istae litterae pervenerint, Igmarius Tusculanus Episcopus prior Epi- scoporum, Joannes tituli sanctorum Silve- stri & Martini, Guido Cremensis tit. S. Callisti S. R. E. presbyteri Cardinales, Rimundus diaconus Cardinalis sanctae Ma- riae in Via lata, & Si..... sanctae Ma- riae in Dominica, & Sublacensis Abbas perpetuam in Domino salutem. Ita in- scriptio, ex qua cum ad summum quin- que numerentur Cardinales, qui fave- rint suis suffragiis Octaviano: an non ex paucitate ipsorum convincitur patens in-

trusio, atque invasio ipsius Octaviani? cum tamen nec quatuor vel quinque, sed trium dumtaxat suffragio Cardina- lium (ut viditi) arripuerit ipse Ponti- ficatum. Sed audi litteras ipsas:

Ex quo contra honorem Ecclesiae Dei &c. Quae superius anno millefimo cente- simo quinquagesimo sexto sunt alia occa- sione narrata de his, quae spectant ad conventiones initas cum Rege Siciliae, usque ad ea quae subiiciuntur inferius de conspiratione cum ipso Willelmo Re- ge, quo nomine accusant Cardinales par- tis adversae istis verbis: Ubi tunc demum manifesta conspiratione praefati Willelmi fautores in praesentia domini Papae Ha- driani sacramento firmaverunt, personam Imperatoris excommunicationi subiicien- dam; & tunc in antea ejus honori & vo- luntati usque ad mortem immutabiliter con- traire. Et si contingeret dominum Papam vita decedere, neminem se nisi de illis qui conjuraverant, in Pontificem eligere, circumpositos insuper Episcopos, ne ali- cui electo, nisi in quem Siculi secta con- sentiret, in consecratione manus impone- rent, juramento nihilominus constrinxe- runt. Postmodum jam saepe dicto Patre nostro Hadriano Anagninae Kalendis Se- ptembris defuncto, omnes illuc conveni- mus, & cum de corpore sine ibidem tumulando, sive Romam deferendo non par- va contentio oriretur: tandem Romam corpore deportato, prius in verbo veri- tatis tale pactum unanimiter fecimus, & scripto mandavimus, quale nunc sequitur.

In nomine Domini Amen. Conven- runt Episcopi, presbyteri, diaconi, Car- dinales sanctae Romanae Ecclesiae, & pro- miserunt sibi invicem in verbo veritatis, quod de electione futuri Pontificis tracta- bunt secundum consuetudinem istius Ec- clesiae, scilicet, quod segregentur aliquae personae de eisdem fratribus, qui audiant voluntatem singulorum, & diligenter in- quirant, & fideliter describant. Et si Deus dederit, quod concorditer possimus convenire, bene; sin autem, nullus procedat sine communi consensu, & hoc observetur sine fraude & malo ingenio.

Tali pacto in verbo veritatis firmato, post humatum corpus, in Ecclesia beati Pe- tri ad eligendum Pontificem convenimus, & juxta praedictam consuetudinem perso- nas, quae singulorum voluntates diligen- ter inquirerent, & audirent ac describe- rent, segregavimus. Sed cum propter conspirationem adversae partis electio len- te procederet, tertia die fere transacta, ad hoc tandem deventum est, quod qua- tuordecim Cardinales ex adverso, qui sa- cramento astricti tenebantur, Rolandum Cancellarium nominaverunt. Nos autem novem numero, qui nefandi juramenti exortes eramus, venerabilem fratrem

Quid fa- ctum pra- tenderent anteobi- tum Ha- driani.

XLV. Conven- tio facta inter Card. in electione Pontif.

De Octa- viani ele- ctione.

nostrum Octavianum presbyterum Cardi- nalem, virum utique honestum & reli- giosum ad regimen Apostolicae Sedis, & ad concordiam & pacis unitatem inter Ec- clesiam & Imperium reformandam ac con- servandam, dignum & utilem esse cogno- scentes elegimus. Cum res taliter ageretur, & partem contrariam pactum, quod in ver- bo veritatis firmatum fuerat, penitus transgredi volentem sentiremus: pactum su- pradictum illis ad memoriam reducentes, auctoritate Dei omnipotentis, & omnium Sanctorum, atque nostra eis penitus in- terdiximus ne absque communi consensu omnium (sicut in pactioe continetur) ullatenus aliquem immantarent, & Ro- landum Cancellarium eadem auctoritate ne susciperent, nihilominus prohibuimus. Qui dum verba & admonitiones nostras vilipenderent, & Rolandum Cancellarium manto festinarent induere; nondum tamen illo induto: nos illorum malitiae potius contraire, quam consentire volentes, & quod male conabantur, minime permit- tentes, ad petitionem populi Romani, ele- ctione universi Cleri, assensu etiam totius fere Senatus, & omnium Capitaneorum, Baronum, nobilium, tam intra Urbem, quam extra Urbem habitantium nostrum Electum manto induimus & inthronizatum in Sede B. Petri collocavimus. Inde ad palatium ejus- dem acclamante universo populo, hymnum Deo cantante Clero, & omnibus solemniter adimpletis, honorifice deduximus:

XLVI. Quae de Alexan- dri elec- tione Schisma- tici men- titi sunt.

Adversae vero partis Cardinales retro- cedentes, in castrum beati Petri se con- tulerunt, ibique per dies octo & amplius inclusi permanserunt. Inde postmodum per Senatores educti, extra Urbem secesserunt, & duodecima postea die (quod a saeculo non est auditum) in castro nomi- ne Cisterna, intra Ariciam & Tarraci- nam, Rolandum Cancellarium immanta- verunt, & in sequenti Dominica execra- verunt. At continuo mittentes Nuntios per universam Italiam, Episcopis, ne ad consecrationem nostri Electi venirent, pe- nitus dissuaserunt, minantes illis excom- municationem, & depositionem in perpetuum. Qui tamen in prima Dominica men- sis Octobris, auctoritate Dei honorifice consecratus est.

Rem, qualiter facta est, vestrae fra- ternitati insinuavimus, nihil praeter ve- ritatem annectentes, teste Deo, qui fal- li non potest: & si Angelus de caelo aliud evangelizaret, a veritate penitus aber- raret. Verumtamen multa quae facta sunt omittentes, ista, prout brevius possumus, vobis significamus, ne prolixiore pagina aures vestras onerarem. Haec itaque devotissime obsecramus & admonemus, & modis omnibus quibus possumus exhorta- mur in Domino, quatenus neque per ser- Ann. Eccl. Tom. XIX.

monem, neque per epistolam a vestro sen- su moveamini, sed in veritate nobiscum firmi & immobiles permaneat. Haec tenus schismaticorum Cardinalium litterae, ita ponentium mendacium fiduciam suam. At potuit ad tempus veritas istiusmodi obscurari tenebris, non autem extingui penitus, quin clarioribus lucis radiis e- mergens in densa noctis caligine, Solis instar suo tempore illustravit universam Ecclesiam. Haec quidem isti numero lon- ge inferiores, probitate posteriores, ju- sta causa deteriores, tantummodo audacia tentandi quaelibet inconcussa poten- tiores, ad quaeque falsa commentanda callidiores, eademque litteris committen- da impudentiores.

At qui ex parte Catholica erant S. R. E. Cardinales, legitimi promotores A- lexandri veri Catholicae Ecclesiae Antisti- tis, haud defuerunt officio, quin cun- cta quae gesta essent, universis significa- rent, ipsumque commonerent Imperato- rem datis ad eum litteris, quas recitat ex parte licet maxima mutilatas in Ap- pendice (a) Radevicus istis verbis, (a) Radev. l. 2. c. 53. nominibus singulorum expressis in ti- tulo:

Friderico Dei gratia glorioso, illu- stri, magnifico, & sublimi Romanorum Imperatori Gregorius Sabinensis, Hubal- dus Ostiensis, Julius Praenestinus, Ber- nardus Portuensis, Valterus Albanensis Episcopi; omnes denique praeter unum Tufculanum faventem genito ex fami- lia Comitis Tusculani. Post hos vero numerantur presbyteri Cardinales in hunc modum: Hubertus tituli S. Prisca, Jo- annes tituli SS. Joannis & Pauli, Hen- ricus tituli SS. Nerei & Achillei, Hil- debertus tituli basilicae duodecim Aposto- lorum, Joannes tituli sanctae Anastasiae, Bonadies tituli S. Chrysogoni, Albertus tituli S. Laurentii in Lucina, & Willel- mus tituli S. Petri ad Vincula; omnes qui tunc erant presbyteri Cardinales praeter duos vel tres. Post hos recensitos presbyteros Cardinales diaconi ita scri- buntur: Oddo sancti Georgii ad Velum aureum, Romanus S. Luciae ad Septem solia, alias in septem solis, Hyacinthus S. Mariae in Cosmedin, Oddo S. Nicolae in Carcere Tulliano, Ardericus S. Theo- dori, Bonifacius SS. Cosmae & Damiani, C. . . S. Hadriani, P. . . S. Eu- stachii, & Joannes diaconi Cardinales. Omnes quot erant, praeter recitatos su- perius in litteris adversariorum. Ut jam vel hoc titulo tantum manifestissimum, cuicumque reddi posset, Alexandrum ab eis electum legitimum fuisse S. Rom. Eccl. Papam. Sed ipsam audiamus epi- stolam:

Quanto excellentia vestra major a Deo collata est & attributa potestas, & quan- XLVIII.

Alex. Pap. Card. literæ ad Frid.

to sublimiorem inter mortales dignitatis locum constat vos obtinere: tanto amplius Imperialem convenit majestatem, sacrosanctam Romanam Ecclesiam, specialem & unicum matrem vestram in omnibus honorare, & ei semper, & præsertim necessitatis tempore salubriter atque utiliter providere. Quid autem diebus istis in eadem Ecclesia Romana contigerit, & quam inauditum facinus ab his, quos filios reputabat, aliquantibus diebus transactis fuerit perpetratum: dignum, immo dignissimum est, nos Imperiali celsitudini nostris litteris aperire. Nuper siquidem, cum dominus noster bonæ memoriæ Hadrianus Papa Kal. Septembris apud Anagninam debitum naturæ solvisset & de terris ad cælum, de imis migrasset, vocante Domino, ad superna: tres falsi fratres, Octavianus scilicet, & Johannes de S. Martino, & Guido Cremonensis, qui a nobis quidem exierunt, sed non fuerunt de nobis, transfigurantes se in Angelum lucis, cum sint satana &c. Prout posita sunt superius in litteris Alexandri Papæ. Post quæ hæc in fine habet:

Ad hæc noverit sublimis gratia vestra, quod Otto Palatinus Comes occasione de intrusione Octaviani suscepta, præfatum dominum nostrum Alexandrum Papam, & nos omnes plurimum infestavit, & Ecclesiam Dei nisus est scindere, & multipliciter absque rationali causa turbare. Campaniam siquidem atque Patrimonium B. Petri cum intruso, atque apostatico Octaviano violenter intravit, & terram ipsam studuit ei quibuscumque modis subjugare. Nos itaque, & tota Ecclesia Dei nobiscum, majestatem vestram suppliciter exoramus, ut tam violenta intrusione, ita sicut est, intellecta & diligenter inspecta, qualiter vobis ad salutem animæ vestræ & honorem Imperii super tanto negotio sit procedendum,

diligenter attendatis. Considerate & advertite, qualiter circa sacrosanctam Romanam Ecclesiam, & circa unicum Sponsum ejus Dominum nostrum JESUM Christum (sive quo nec regnum potest aliquis obtinere terrenum, nec acquirere sempiternum) oporteat vos habere, & qualiter eam ab impugnatoribus, & præsertim a schismaticis & hæreticis ex Imperiali officio dignitatis protegere debeatis modis omnibus ac tueri. Nos siquidem vos, sicut specialem defensorem & patronum Ecclesie Romanæ modis omnibus honorare intendimus, atque ad augmentum gloriæ vestræ, quibus modis possumus, cum Deo aspiramus. Rogamus autem & instantius supplicamus, ut matrem vestram S. R. E. diligatis & honoretis, & ad pacem & tranquillitatem ipsius, quibus modis Imperialem convenit excellentiam, intendatis, & tantam præfati invasoris atque schismatici iniquitatem nullatenus foveatis. Hæc sunt, quæ reperiuntur scripta in epistola Cardinalium.

At Fridericus propensissimus erga Octavianum nihil non molitus est, quo illi posset stabilire sedem, cujus rei perficiendæ causa, iniquitatem meditatus est in corde suo, inlicititatem omnium non bonæ, malitiam autem non odidit, prætextum inveniens concordandi Ecclesiam, Concilium indicit penes se celebrandum, ita impietatem quoquo modo velamine contegens pietatis: de quo Radevicus, erga suum Imperatorem studiosus ait: (a) Fridericus ancipiti malo novi schismatis permotus, consilio Principum, decrevit dare operam, ne quid exinde seu status Ecclesie, seu Respublica Imperii detrimenti caperet. Audiens itaque utrumque electum in Episcopatus ordinem consecratum, alterum ab altero excommunicationis sententia condemnatum: sine judicio Ecclesie controversiam terminari posse non putavit. Auctoritatem autem

XLIX.

verita judicium, execrationis elogio maculavit. Uterque in alterum excommunicationis & damnationis sententiam promulgavit. Uterque partem suam Ecclesiarum, & nobilium personarum favoribus munire curavit. Ille Alexander dictus juxta causa meritum victor futurus. Ille nudo nomine & fallaci omine Victor dictus est, vixit dedecus habiturus. Poterat sane scissura illa cito resarci, poterat multitudini paucitas cedere atque uniri, nisi Fridericus Imperator veteri odio Rolandi Alexandrum non ferens, partem Octaviani tuendam, fovendamque modis omnibus suscepisset. Deinde sua ditionis Episcopos, scilicet Italicos & Teutonicos, præcipit Papiam communire (legendum, convenire) tanquam ad discussionem & examen, cujusnam partis merita præponderarent; re autem vera, ut Alexandri parte depressa, partem alteram approbantes dicti Victoris præmaturam victoriam celebrarent. Partibus quoque mandavit, ut adessent Concilii susceptura decretum.

tem congregandi Concilii exemplo antiquorum Imperatorum, verbi causa Justiniani, Theodosii, Caroli sibi congruere putans, litisque decisionem legitimam esse non posse, nisi partibus hinc inde congregatis considerans, ad citationem amborum venerabiles viros & prudentes Damiel Pragensem, & Hermannum Verdensem Episcopos dirigit cum litteris, quarum exemplar hoc est &c. Ita quidem illi, sed non ut Romanæ Ecclesie hostes Imperatores, qualem se esse Fridericus multis (ut vidisti) argumentis ostendit, id fecisse aliquando legitime dici possunt, nec nisi suadente parte Catholica, videlicet legitimo annuente Pontifice, nec in re adeo indubitata & perspicua sicut ista, Concilia congregata noscuntur. Quomodo autem vocaverit ad Synodum Alexandrum Papam ipse Imperator, sic accipe: (a)

(a) id. c. 55.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus Rolando Cellario, cæterisque Cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum Pontificem, salutem & omne bonum.

L. Frid. literæ ad Alex. pro conventu cogendo.

Quoniam divina præordinante clementia Romani Imperii gubernacula suscepimus, oportet ut in omnibus viis nostris ipsius legem custodiamus, cujus munere, cujus voluntate dignitatis nostræ apicem adepti sumus. In hoc itaque sacratissimo proposito constituti, cum omnibus Ecclesiis in Imperio nostro constitutis debeamus patrocinari, sacrosanctæ Romanæ Ecclesie tanto propensius debemus providere, quanto ipsius cura & defensio a divina providentia videtur nobis esse commissa specialius. Ea propter de discordia, quæ in substituendo Romanum Pontificem inter vos suborta est, plurimum dolemus, timentes, ne occasione hujus schismatis Ecclesia Christi sanguine redempta debeat dilacerari, præsertim cum robor Ecclesie foris scissura videatur, quoniam unitas ipsius scissura domestica interior dilaniatur. Ut autem huic pesti competens & Deo gratum exhibeamus remedium, religiosorum virorum consilio generalem Curiam & conventum in octava Epiphaniæ Papiæ indiximus celebrandam, ad quem convocavimus totius Imperii nostri & aliorum regnorum, scilicet Angliæ, Franciæ, Hungariæ, Daciæ Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & viros religiosos, ac Deum timentes, quatenus remoto omni seculari judicio, hoc tam magnum Ecclesie negotium Ecclesiasticarum tantum personarum sententia ita sopiatur, ut & Deo debitum exinde honor deferatur, & Ecclesia Romana sua integritate & justitia non possit a quoquam privari, vel status Urbis, quæ caput Imperii nostri est, inquietari.

LI.

Proinde eruditioni vestræ mandamus, Ann. Eccl. Tom. XIX.

& ex parte Dei omnipotentis, & totius Ecclesie Catholice præcipimus, ut ad eandem Curiam sive conventum veniatis, & Ecclesiasticarum personarum sententiam audituri & recepturi. Testis enim nobis est Deus, quia in hac Curia nec amore nec odio alicujus personæ quidquam aliud quarimus, quam honorem Dei, & Ecclesie suæ unitatem. Quod si ad tam celebrem Ecclesie conventum examinationis causa venire volueritis: charissimi Principes nostri & Ecclesie Catholice Hermannus Verdensis, Daniel Pragensis, Patres & Episcopi venerabiles, quos de palatio nostro ad vos transmivimus una cum Comite Palatino consanguineo nostro, aliisque Legatis nostris, securum vobis conductum præstabunt. Si vero justitiam Dei & Ecclesie in tam solemnem conventum recipere nolueritis: videat Deus & judicet. Nos autem ipsius favente gratia, qui dat salutem Regibus, justitiam Dei, quæ nullum magis quam Imperatorem Romanum decet, prosequemur. Hactenus ad Alexandrum Papam Imperator.

Porro litteræ (pergit Radevicus) quibus ad tantam discussionem Transmontanos Episcopos invitavit, istæ pro exemplo sufficiant:

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus Herimanno Brixienfi Episcopo salutem & omne bonum.

LII. Frid. Imp. exemplum litterarum ad omnes Episc. ultramontanos.

Quod in passione sua Christus duobus gladiis contentus fuit, hoc in Romana Ecclesia, & in imperio credimus mirabili providentia declarasse, cum per hæc duorum capita & principia totus mundus tam in divinis, quam in humanis ordinetur. Cumque unus Deus, unus Papa, unus Imperator sufficiat, & una Ecclesia Dei esse debeat: quod sine dolore dicere non possumus, duos Apostolicos in Romana Ecclesia habere videmur. Defuncto itaque Hadriano Papa in Kalend. Septembris, Cardinales, qui columnæ immobiles esse videbantur, quibus sancta & universalis firmissime inniteretur Ecclesia, non quæ Dei sunt, sed sua quærentes, & unitatem Ecclesie scindentes, duos Pontifices elegerunt, & ambos consecraverunt. Pro tanta namque & tam perniciose Ecclesie jactura tota nimirum Italica Ecclesia conturbatur, & dissensiones, schismate orto in capite, jam in inferiora membra defluxissent, & totum Ecclesie corpus defœdassent, nisi nos consilio & auxilio religiosorum virorum, qui Spiritu Dei aguntur, tam impudicæ iniquitati justitiæ rigorem opposuissimus. Ne itaque in tantæ discrimine discordiæ universalis Ecclesia periclitari possit, Romanum Imperium, quod ad remedium tam perniciosi morbi divina clementia providit, universorum saluti debet sollicitè providere, & ne tanta mala in Ecclesia Dei præmineant, futuris casibus solerter obviare.

S 2

Con-

PAGIUS A num. XLIX. ad LXXIII. Post creationem Pontificis & Antipapæ, Imperator indicit generalem Curiam Papiæ celebrandam omnibus imperii Principibus, tam Teutonicis quam Longobardis, ad quam etiam ambos electos Pontifices invitavit, ut ibi ex sententia & consilio Orthodoxorum inter eos lis & contentio decideretur, inquit Chronographus Reicherspergensis ad hunc Christi annum, cujus nomen latuit Christophorum Geuoldum qui ejus chronicon anno MDCXI. Monachii publicavit. Verum Lambecius lib. VIII. Biblioth. Cæs. cap. 77. ostendit eum fuisse Hermannum Abbatem Monasterii Reicherspergensis in diocesi Pataviensi siti. De hoc Conventu Neubrigensis lib. 2. cap. 9. habet: Et quidem pars major, saniorque in Rolandum ejusdem Ecclesie Cancellarium, virum religiosum & literatum concordans, eundem ritu canonico consecravit. Pars vero nonnulla & fere nulla in Octavianum nobilem virum conveniens, eundem divinum non

CHRISTI
1159.HADRIANI IV. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

LIII.

Coadunatis itaque in unum omnibus Episcopis tam Italicis, quam Teutonicis, ceterisque Principibus, ac viris religiosissimis, qui zelum Dei & Ecclesie habere videbantur, quod factum opus esset, diligenter investigavimus ex decretis Romanorum Pontificum, & statutis Ecclesie veraciter accipientes, quod exorto sebitate in Romana Ecclesia ex duorum Apostolicorum dissensione, ambos vocare, & secundum sententiam & consilium Orthodoxorum litem decidere deberemus. Ex consilio itaque omnium, qui aderant Episcoporum, ceterorumque Principum Curiam solemnem & generalem conventum omnium Ecclesiasticorum in octava Epiphaniae Papiae celebrandum indiximus, ad quam ambos, qui se dicunt Romanos Pontifices, vocavimus, omnesque Episcopos Imperii nostri & aliorum regnorum, Francia videlicet, Angliae, Hispaniae, atque Hungariae, ut eorum in praesentia nostra iusto declaretur examine, quis illorum regimen universalis Ecclesie de jure debeat obtinere. Quia vero ad unitatem Ecclesie reformandam sapientia admodum nobis necessaria est, ut ea nequaquam carere valeamus: dilectionem tuam attentissime rogamus, & rogando commoneamus, quatenus pro fidelitate Ecclesie & Imperii ad praedictam Curiam, omni occasione remota, veritas, ut in adventu tuo unitas & pax & tranquillitas Ecclesie reformetur. Interim autem praedictae scissurae in neutram partem assensum tuum declines, nec tamquam justam & rationabilem aliquatenus recipias. Data Crema, decimo Kalendas Novembris. Ita Imperator. Eadem etiam litterae, mutato nomine, ad singulos missae sunt Episcopos.

Audisti, Lector, Imperatorem parantem (ut praese fert in proemio) iudicium Ecclesiasticum, revera saecularem Curiam, eiusmodi conventum, & non more majorum Concilium vocare, in quo sic ipse praesideret Episcopos auditurus, ut tamen sententiam esset de Romano Pontifice pronuntiaturus. Id quidem significasse visus est illis verbis: Secundum sententiam & consilium Orthodoxorum litem decidere deberemus. Sed de his fortasse a suis prudentioribus redargutus, cessit Episcopis sententiae promulgationem, ut suo loco videbimus anno sequenti, quo contigit hujuscemodi conciliabulum Papiae celebrari: modo reliqua prosequamur quae sunt anni hujus historiae.

LIV.
Arrogantia Germaniae Episcop.

Scriptis his litteris ad Alexandrum Pontificem, Imperator quos audisti Legatos sive Nuntios nominatos Episcopos ad eundem Pontificem misit. Quidnam ii, cum pervenerunt ad Alexandrum, & quid Alexander ad eos, ex Actis ipsius superius citatis haec accipere, dum sic incipit

auctor ab eiusmodi Friderici legatione: Cogitans autem Imperator, libertatis privilegium ab ipso Domino Ecclesie sua sanctae concessum posse irritare, & juxta voluntatis suae arbitrium Papam in Sede Apostolica ponere: duos ex fautoribus suis Verdensem & Pragensem Episcopos ad fratres, qui cum domino Alexandro venerant, in civitatem Anagninam destinavit, scribens non sicut Advocatus & Defensor Ecclesie, sed sicut superior iudex & dominus, super eos potestatem habens. Venerunt ipsi festiniter sub typo superbiae, & intrantes palatium sederunt coram Pontifice cum Patribus & Fratribus, aliisque multis tam laicis quam clericis, sed nullam exhibuerunt eidem Pontifici reverentiam. Et recitaverunt ea, quae a domino suo imposita eis fuerant, & bullatas ex auro ejus litteras addiderunt, in quibus hoc inter cetera continebatur expressum: quod ipse Imperator, audita dissensione, quae in Romana Ecclesia emergerat, personas Catholicas de quinque regnis convocaverat, ideoque praecipiebat eis ex parte generalis Ecclesie, ut in octava Epiphaniae apud Papiam convenirent ad ejus praesentiam, audituri & recepturi, quod in ea Curia diceretur.

His auditis, turbati sunt fratres undique gravioribus malis, timor eis & nimia sollicitudo vehementer est injecta. Hinc namque maxime terrebat imminens persecutio Principis tam potentis: hinc Ecclesiae libertas infringi videbatur. Illud praeterea fratrum animos non mediocriter contristabat, quod idem Imperator Octavianum in suis litteris Romanum Pont. & Alexandrum Rolandum Cancellarium nominabat. Super his ergo diu a fratribus tractatum est, & longa disceptatione disputatum. Deliberatum est tandem, & inspirante Domino, a quo cuncta bona proveniunt, in Fidei Catholicae unitate, & obedientia summi Pontificis ita omnes confirmati, & unanimiter sunt roborati, ut pro manutenenda Ecclesiae libertate, si necessitas immineret, altissimis se periculis unusquisque sponte offerret. Tunc instantibus pro responso praedictis, qui a Rege missi fuerant Episcopis, Alexander Papa coram multitudine clericorum & laicorum eis in hunc modum dixit:

Nos recognoscimus dominum Imperatorem ex collato sibi dignitatis debito Advocatum & specialem sacrosanctae Romanae Ecclesiae Defensorem. Unde ipsum (si per eum non steterit) praeceteris Principibus Orbis intendimus honorare, & praecum omnibus ei primatum deferre, in quibus Regis Regum honor nullum capiat detrimentum. Ubi vero quidquam occurrit, quod absque summi Regis offensa effectum habere nequeat, si honorandus terrae Imperator

LV.

LVI.
Quid ad Nuntios Imp. respondet Alex. Pap.

Constantia Alex. Papae.

ror videtur, ille potius a nobis timeatur, & illius honor in primis conservetur, qui est Rex Regum, & Dominus dominantium, & qui animam & corpus perdere, atque in aeternam ignis gehennam mittere potest. Miramur itaque, illum sincere (ut convenit) diligentes, & excellentiam ejus honorare propensius volentes, ab eo nobis, immo beato Petro & sanctae Romanae Ecclesiae, honorem debitum denegari. In litteris enim, quas ex parte ipsius nobis, nostrisque fratribus detulisti, hoc inter cetera tenebatur expressum: Quod ipse audita dissensione, quae in ipsa Ecclesia emergerat, de quinque regnis personas Ecclesiasticas convocaverat, & ut supra usque ibi: His auditis. Nimirum longe a consuetudine praedecessorum suorum recessisse videtur, & dignitatis suae terminum excessisse, dum sine conscientia Romani Pontificis Concilium convocavit, & nos ad praesentiam suam, sicut homo super nos potestatem habens, praecipit convenire.

Sane beato Petro, & per eum sacrosanctae Romanae Ecclesiae, cuius ipse per Deum magister extitit & fundator, hoc privilegium legitime a Domino JESU Christo, sanctisque Patribus traditum est, & per prospera & adversa etiam cum sanguinis effusione cum oportuit, usque ad haec tempora conservatum, ut universarum Ecclesiarum causas ipsius auctoritate discerneret ac finiret; ipsa vero nullius unquam iudicio subjaceret. Unde quia nunc ab eo contra privilegium Ecclesiae inculcatum fieri videmus, per quem deberet ab aliorum impugnatione defendi, & quia ita scriptum est matri, sicut cui-libet abjectae personae: hoc absque admiratione nimia ferre non potuimus, nec debemus. Ad Curiam vero ejus, vel ad sententiam accedere, canonica traditio, & reverenda Patrum auctoritas non permittit. Unde cum nec in minoribus Ecclesiis advocati earum & singulares Principes, vocationes, disceptationes, ac decisiones hujusmodi causarum sibi aut Curis suis usurpent, sed suorum Metropolitanorum, aut Apostolicae Sedis semper notitiam & definitionem habere expectent: divina videtur animadversione dignissimum, & ab omni Ecclesia tanto durius arguendum, quanto amplius ad universalis Ecclesiae periculum redundaret, si per ignorantiam nostram, aut pusillanimitatem spiritus a capite (quod avertat Deus) diebus nostris iste morbus inciperet, & nos Ecclesiam, pretioso sanguine Christi redemptam, in servitutem redigi sineceremus. Ergo pro cuius libertate tuenda Patres nostri proprium sanguinem effuderunt, & nos ipsi ad eorum exemplum, exigente necessitatis articulo, extrema audemus pericula sustinere:

Habito itaque hoc responso, indignati sunt praedicti Episcopi qui missi sunt; & contumaciter redeuntes, ad Octavianum praesentiam apud Signiam accesserunt; & ad pedes ipsius procidentes, adoraverunt eum. Id ipsum quoque fecit Otto Palatinus Comes, quem cum Teutonicis Imperator cunctis delegaverat ad partes Urbis. Tunc vero non mediocriter est elevatum cor ipsius haereticus, vehementer extollens se super se tamquam insanus & cecus, non sciens, quod secundum beati Petri & Cyriaci martyris dictum, Schismatici semper inter initia ferventer incrementa habuerunt: cum autem non possunt quod illicite coeperunt detinere: statim paulo post cum prima sua emulatione deficiunt. De hujusmodi ambitiosis Propheta loquitur dicens: (a) Verumtamen propter dolos disposuisti eis mala, projecisti eos dum allevarentur. Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, & perierunt propter iniquitates suas, velut somnium surgentium, &c. Tales autem Joannes Apostolus execratur & percutit dicens: (b) Exierunt ex nobis & non erant ex nobis, si fuissent ex nobis, mansissent nobiscum, &c.

Jam vidisti Lector, ab Imperatore praedictum a te iudicium, dum per suos Legatos recepit in Papam Octavianum invasorem, quem ab eis adorandum voluit, & ut legitimum Pontificem salutandum; adeo ut nullum jam subeundum reliquum esset iudicium Alexandro Papae, ob idque nullo modo (quamvis aliae omnes causae cessassent) in adversariorum manus conicere se deberet. Porro qui Antipapam recepit in legitimum Ecclesiae Romanae Pontificem Imperator plurimum laboravit, ut Reges una secum in eundem errorem adduceret; per tentavit autem Regem Anglorum, sed frustra: praevenerat enim eum Arnulphus Lexoviensis Episcopus, vir cum primis eruditus, & magnae apud Regem aestimationis. De cuius officiis apud Regem pro Alexandro, extant datae ad ipsum summum Pontificem litterae, dignae quidem tanto Praefule, quae sic se habent jam una cum aliis ipsius epistolis typis curae, isto titulo:

Ad dominum Papam Alexandrum de promotione sua Arnulphi Episcopi Lexoviensis epistola.

Benedictus Deus & pater Domini nostri JESU Christi, qui Ecclesiam suam, immaculatam scilicet Sponsam dilecti Filii sui mirabili semper benignitate diligit & conservat. Licet enim ipsam aliquibus quandoque vexari patiaris injuriis: facit tamen cum tentatione proventum, ut possit sustinere, nec unquam portas inferi adversus eam prevalere permittit. Neque enim expedit, ut conti-

LVII.
Octavian. ab Imp. honoratur ut Papa.

(a) Ps. 72.

(b) 1. Joan. 2.

LVIII.
Arnulph. Episc. Lexoviensis ad Alex. Pap. epist.

CHRISTI
1159.

HADRIANI IV. PAP.
5.

FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

ua prosperitatis status eam insolentem reddat, vel otiositas negligentem; sed humilitatem conservet afflictio, & vexatio tribuat intellectum. Et ei quidem omnia cooperantur in bonum, dum ipsa tamquam aurum in fornace probatur: & ad augmentum coronæ cuncta proficiunt, dum eam vis adversitatis fortiore reddat, & malignitatis infestatio cautiorem. Ipse vero miserator & misericors Dominus ad tempora tribulationis viros virtutis & consilii providet & præformat, qui temeritatis audaciam repellere valeant, & malignitatis astutiam noverint declinare. Quod in sanctæ & gloriose recordationis Innocentio Papa satis evidenter apparuit, qui extollentem se adversus omne quod dicitur, aut quod colitur Deus, deiecit hereticum, quem nobilitas generis, quem divitiarum cumulus, quem peccatrix eloquentia quem prudentia secularis, quem denique secularium hominum favor publicus attollebat. Prævaluit in athleta Dei veritas falsitati, & humilitati robustæ superba cessavit ambitio & de iniquitate iustitia triumphavit. Vidimus siquidem ipsum exaltatum & elevatum sicut cedros Libani: & transivimus, & ecce non erat: quæsvimus, & non est inventus locus ejus, quia nec inter mortuos tumulum, neque titulum meruit sepulture. Dominus autem sublimavit cornu christi sui, ut in eo unitas Ecclesiæ reformari posset, & regnum ipsius omnibus dominari.

Laudes
Innoc.
Pap. II.

LIX.

Memini ego, nec id a vestra reor excidisse memoria, quanta ad mandata ejus Principes reverentia moverentur, quam sublimis extiterit, quantaque majestate refulserit Ecclesiæ, quantum in diebus ejus religio munda & immaculata profecerit, adeo ut plures hodie Religiosorum deserta contineant, quam ferarum olim habuerint bestiarum. Arbitrabatur ille ad regendos homines utendum potius sobriæ severitatis disciplina, quam remissæ misericordiæ lenitate, Deo potius quam hominibus placere desiderans, ne obgratiam hominum, coram Deo posset contemptibilis apparere. Unde & virtus ejus semper inter adversa major enituit, nec tanta postmodum prosperitatis ejus insignia claruerunt, quanta præcedentis adversitatis adhuc magnalia celebrantur. Neque enim confidebat in homine, neque carnem ponebat brachium suum, sed potius confidebat in Domino, & erat Dominus fiducia ejus.

LX.
Quomodo
Schismatici
picti
in Lateran.
palatio.

Porro schismata hæc in Ecclesiâ Romanâ frequentius accidisse, etiam Lateranensis palatii picturæ demonstrant, ubi Catholicorum Patrum pedibus pro scabello schismatici præsumptores adscripti sunt, ubi superborum & sublimium colla sapientia propria virtute conterit & conculcat. Quod sane ea ratione factum, ut sanctis

Patribus cedat ad gloriam victoria testis adscriptio, in qua præsumptores illi vel compressionis pœnam sustinent, vel præsumptionis veniam deprecantur. Unde & sancti Apostolatus vestri Cathedra sine scabello esse non debuit, sed nobiliore scabello debuit illustrari. Neque enim incerta vobis est, aut longinqua victoria, sed humilitas verecundiæ vestræ punitur ad tempus, quæ congregatis in Spiritu sancto Patribus distulit obedire. Pari etenim culpæ tenetur obnoxius, qui vocationem Domini prævenit, vel recusat oblatam. Redibit tamen in proximo, Deo volente, serenitas, & modica hæc ad radios veri Solis nebula dissolvetur, redintegrata unitate Catholica, ab omni parte pedibus vestris universitas fidelis occurret. Interim autem quæcumque cæteros studia remorentur, quibuscumque desiderii prophanâ trahatur ambitio, quantacumque temeritate detestabilis erumpat invidia; ego minor licet omnibus, non minore tamen gaudio quam cateri gloriam vestræ promotionis amplector, & vos Apostolum Christi, Petri Vicariam, Pastorem & Episcopum omnium, qui Christiano nomine censentur, agnosco, & vobiscum Catholicam, profiteor unitatem.

Alex. distulit acceptare Pontif.

LXI.

Gaudeo itaque, quoniam desideratus dies, dies scilicet exultationis illuxit, quo revera restitutam credimus virtutibus gratiam, virgam vitii, terrorem Principibus, Ecclesiæ libertatem. Gaudeo, inquam, quia ex hoc nunc sermo Dei non erit alligatus, sed verbum ejus, quod in ore vestro verum est, quod impossibile credebatur, facili consummabit effectu. Propter assensum igitur jam ad pedes vestræ Beatitudinis amplectendos, ut ariditatem meam quasi copiosior de proximo benedictionis vestræ rigaret ubertas, nisi me zelus utilitatis vestræ maxime tenuisset. Ex quo etenim promotionis vestræ auribus nostris veritas, & opposita præsumptionis error innotuit, festinavi ad vestri notitiam Principis id perferre, et vacantem animum ejus favore vestro, quibus debebam persuasionibus occuparem, ne nos qualibet occasione malignitatis astutia præveniret. Facilius etenim est animos occupare vacantes, quam ipsos a conceptis affectibus revocare. Hæsit ille aliquandiu, sed statim operante Spiritu sancti gratia confirmatus, nullum se alium, quam vos suscepturum bilari constantia, constantique simul hilaritate promisit.

Arnulph. pro Alex. agit apud Reg. Angl.

LXII.

In quo cum proxime de differenda vestra susceptione Imperatoris litteras accepisset, cui discurrentibus invicem litteris & Legatis, plurima videtur charitate conjunctus; ne preces ejus sprevisse, & in præjudicium ejus festinasse videtur,

Rex Angl. pro-pensior erga Alex. Pap.

CHRISTI
1159.

HADRIANI IV. PAP.
5.

FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

tur, generale quidem suppressit edictum, sed nequaquam manus aut linguam a litterarum nominisque vestri veneratione continuit, neque quemquam nostrum voluit continere. Arbitratus est siquidem minus valituram pro vobis edicti jactantiam, quam operis veritatem. Firma apud eum est & indubitata vestri Apostolatus auctoritas, atque in quamcumque partem cor prædicti Principis fuerit inclinata, iste proculdubio non sequetur errantem. Mei autem studii erit, omnes circa eum quasi vigilias observare, ne ora loquentium iniqua convalescant, sed ipse in vestra, sicut semel incepit, obedientia perseveret. Felicem enim me inquam, si umquam in hoc vel in alio beneficentiæ vestræ gratus inveniar, ut devotionis meæ saltem inter cæteros aliquando velit vestra dignatio reminisci. Vestrum quoque est, quoties resurget occasio, provincias omnes frequentibus visitare mandatis, ut ab omni parte nomini vestro & obedientiæ pariter affuescant: quia non erit qui vel litteras non recipere, vel mandatis audeat obviare. Hucusque ea quæ extat in codice Arnulphi ad Alexandrum epistola, ad quem idem Pontifex rescriptis anno sequenti mense Aprilis post celebratum conciliabulum Papiense. Ponemus ejus litteras suo loco inferius. Interea autem Alexander Papa ex ejusdem Arnulphi sententia Legatos a latere misit ad diversas provincias, de quibus hæc habent Acta vitæ ipsius superius sæpe citata:

LXIII.
Alex. Pap. Legatos in provincias mittit.

*al. Arderico Reges recipiunt Alex. Pap.

Missi sunt ergo ad partes Galliarum & Hispaniarum Antonius tituli sancti Marci Voillelmus tituli sancti Petri ad Vincula presbyteri, & magister Oddo diaconus Cardinalis sancti Nicolai in Carcere: ad partes autem Orientales Joannes tituli sanctorum Joannis & Pauli; ad Hungaros vero legavit Julium Prænestinum Episcopum, & Petrum sancti Eustachii diaconum Cardinalem. Ad Imperatorem quoque Constantinopolitanum Tiburtinum cum Andreo sancti Theodori diacono. Divulgata itaque veritate jam dictæ electionis, & indubitanter cognita, Ludovicus Christianissimus Francorum Rex, cujus regnum numquam in schismate pollutum recolitur, una cum Henrico Anglorum Rege dominum Alexandrum in Patrem & animarum suarum Pastorem, Deo auctore, receperunt. Reges quoque Hispaniarum, Sicilia Hierusalem, Hungaria, & Græcorum Imperator cum Patriarchis, Episcopis, Principibus, & universo Clero & populo eis subiecto ad ipsum Pontificem pari modo convenerunt, recognoscentes in toto ipsum Papam, Christi Vicarium, & B. Petri Catholicum successorem. Solus Fridericus, Imperator dictus cum complicibus suis in er-

roris sui pertinacia, & obstinatione sua remansit, vehementer impugnans, & acriter persequens eundem Pontificem, & alios Ecclesiarum Prælatos, qui cum eo viriliter stabant. Hactenus Acta de legationibus ab Alexandro Papa in diversas Orbis partes directis atque receptis.

De Legatis ad Regem Angliæ missis magna cum laude meminit Arnulphus in epistola ad Cardinales, in qua quot verba, tot numeres Alexandri Papæ triumphos. Scripsit enim idem Arnulphus ad omnes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales egregiam epistolam, historicam quidem ipsam, qua narrat Reges ad Alexandri Catholici Antistitis cultum obedientiamque convertos, & alia plurima Annalibus digna: sed ante omnia exaggerans damnat perperam factam per Othavianum Pontificatus invasionem. Sic enim se habet, ejusmodi præmissis titulo:

Ad Cardinales Romanæ Ecclesiæ de electione domini Papæ Alexandri.

Quam utilis apud Principes nostros ad agnitionem sancti Apostolatus reverentissimi domini & Patris nostri Alexandri Papæ diligentia nostræ devotionis extiterit, ad notitiam vestram fidelium relatione perveniet, aut pervenit. Neque enim necessaria mihi est in hac parte jactantia, ut rei vobis veritas innotescat, quoniam me etiam dissimulante, latere non poterit, quod Noribmannia tota mirata est, & ipsa de longinquo nihilominus Anglia recognovit. Bene autem mihi, quia iam fructum diligentie hujus præmiumque laboris accipio, quoniam mihi salva est gloria mea, testimonium, scilicet conscientie meæ, penes quam gratiæ Apostolicæ plenitudinem & indubitam divinæ benedictionis percipio veritatem. Gaudeo itaque, sciens me revera matris meæ gremio contineri, ipsiusque sacris foveri complexibus, & sinceris uberibus allactari. Gaudeo, inquam, cognoscens, quam obstinato schismatici miseranda cæcitate claudantur errore, quorum oculos circumfusa lucis radii non illustrent, sed ipse potius excedens manifestæ fulgor claritatis offundit. Judicati sunt, debitamque commissi reatus exceperunt sententiam, quos Ecclesiæ tanquam degeneres satana tradidit in interitum carnis, & Catholica depulsi unitate. Neque caret executione sententia, sed indilato mancipatur effectus, cum eos interim & conscientia torqueat, & imminens quotidie prævalentis Ecclesiæ triumphus affligat.

LXIV.
Arnulph. Ep. ad Card. S. R. E. epist.

LXV.

Porro benignius Ecclesiæ suæ Sapientia divina providit, manifestam faciens omnibus veritatem, ut nec simplicitas ignorantiam, nec malignitas probabile, quid libet valeat allegare. Si enim eos, quos ab unitate Catholica profana sejunxit ambitio, numerus, vel opinio, vel qua-

CHRISTI
1159.

HADRIANI IV. PAP.
5.

FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

qualibet electionis forma defenderet: aliqua fortassis erroris materia contrahi potuisset. Sed tres tantum de tota universitate seducti sunt, & hi sane, quos magis supponebat videbatur Ecclesia, quam in aliquo de eorum industria gloriari, quia scilicet eos nec virtutis elegantia, nec litterarum peritia commendabat. Numquid enim is, qui inter eos etate precedebat & ordine (Tusculanum loquor) horam quietis & prandii solitus observare, Epicurus alter reputabatur, ab omnibus omnium negligens; nisi alicujus forte quod oblati sperati proventus auspicio preveniret? Quod adeo verum est ut ceteris laborantibus, solus preamature, sicut dicitur, ab electione discesserit, quoniam hora prandii videbatur instare, ne avidus desiderio suo fraudaretur exactor, & inania adversus negligentes manus inciperent viscera murmurare. Alius affectatae Cancellariae confusus opprobrio, & alienae pralationis honore dejectus, conceptum de invidia personale odium in Ecclesiam convertere temeraria malignitate presumpsit. Tertius vero solus inter alios peritura privilegio carnis exultans, arbitratus est nihil negandum sanguini, nihil sacris Canonibus deferendum. Neque enim potest debitam eis exhibere reverentiam, quos ignorat. Ideoque similem sibi brutum brutus elegit, ut in utroque sibi invicem de pari litterarum imperitia responderet.

Sed & Apostolicae severitatis eos disciplina terrebatur, ne eorum precipitem ciberet audaciam, & vagos temerariae cupiditatis frangeret excursus. Hic numerus, haec tanta peritia, hoc tam venerabile sanctumque collegium, Ecclesiam Dei, immaculatam scilicet Sponsam dilecti Filii sui, renitentibus universis, affestavit ad propriam pertrahere voluntatem, & a dextris Regis ad detestabiles satanae transferre complexus. Visa tamen totius fere universitatis concordia desperati, ad unitatem statim redituri fuerant vel invitati: sed stupentibus ipsis ideoque cessantibus, schismatici majoris diutius effrenata non tulit ambitio, preparatoque furtim, sicut dicitur, pluviali de manibus offerentis arrepto, in humeros suos tanta festinatione coniecit, ut haerentibus collo sinitibus, pavimentum lamberet pars superior indumenti. Sic indutus ad Cathedram, nullo adhuc etiam praedictorum comitante, cucurrit: nomen ipse sibi Victoris acclamans, & ad suffragandum sibi & decantandas laudes preparator impudenter exhortans. Mirum spectaculum, nec manifesto carens futurae veritatis auspicio, scilicet quod hic ei in ruinam quandoque vertetur ascensus, sicut ipsa praesumptae chlamydis inversa conversio praesignabat.

Interea reseratis Ecclesiae firibus, infame illud Maledictorum genus irrupit: hoc enim cognationis illius vetus agnomen est, de qua ad effundendam benedictionem in omnes gentes Pontifex dicebatur assumi. Qualiter autem de stirpe maledictionis possit benedictio propagari, facile non apparet, praesertim per istum, in quo vetusta maledictionis opprobrium, merita contracta noviter execrationis attollunt. Discurrentibus igitur armatis, cepit per Ecclesiam quasi quadam theatralis scena disponi, dum parietes fulgor illustraret armorum, & laetiva quasi triumphantium acclamatio resultaret. Horum manibus denique pluviali composito, ad palatium usque perductus est, comitantibus his, paucisque sacerdotibus, quorum infamis quaestus est simplicitatem peregrinorum eludere, & assiduis altare beati Petri sacrilegiis infestare. Porro haec initia ejus non sunt meliore gavisaprocessu, si quis vel emendicatae execrationis ordinem, vel redemptam, laicam gratiam potestatis exquirat. Nonne enim sacrilegii facinus de majori cumulum iniquitate contraxit, cum simoniacam constet intercessisse per omnia praesentem, sicut refusa Senatui populoque Romano pecunia, publicisque palam edificis impensa convincit? Sed & hoc immanius est, quod redemptus sanguine Christi prostituit libertatem, quatenus Ecclesia, quae jure suo cunctis semper est dominata Principibus, Officialis sui manciparetur obsequio: quo & incomparabile privilegium majestatis amitteret, & ad miserabilem statum conditionis novissime deveniret. Et nos quidem non potuimus haec oculis praesentibus intueri, sed veritas ad nos per eos qui viderunt fidei relatione pervenit. Quod autem publice gestum est, multorum nobis testimonio potuit confirmari, praesertim cum testes praerepta dignitatis honore praesulgeant, & simplex absolutam reddat concordiam veritatem.

Hac igitur parte de qualitate negotii, & personarum meritis aestimata: jucundum mihi est ad partem alteram oculos animumque convertere, & opus eorum qui elegerant, per singulas partes toto mentis gaudio contemplari, eique referre gratias, qui sancto collegio vestro prudentiam contulit & virtutem, qua & serpentis declinare malitiam, & grassantis superbiae valuisit repellere pravitatem. Sed neque nomen partis tantilla eorum meretur exceptio, nec universitatem nostram partis decet appellatione cenferi, quia perditorum segregatio numerum non minuit electorum, nec detrimentum sentit area domini, si granis manentibus paleae ventilabro purgante discedunt. Igitur omnia recensenti manifestum, quod san-

LXVII.
* pro Be.
nedictio-
rum ex
Comitib.
Tusculan.
Benedicti
dicti Pon-
tifices hic
notantur,
de quibus
dictum
suis locis
superius.

LXVIII.

eti-

CHRISTI
1159.

HADRIANI IV. PAP.
5.

FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

vitatis zelus consecravit initia, processum juncta prudentia fortitudo direxit, patientia debito consummavit effectu, pacem Deo volente, perseverantia fides inconcussa praestabit. Nihil hic carnale, nihil terrenum, nihil vestri ad privatam utilitatem oculi respexerunt, sed ad commune bonum, & honorem Ecclesiae totis vos constat anhelasse desideriis, totis viribus infudasse. Praedicabitur itaque nomen vestrum, & a mari usque ad mare excellentia vestra gloria personabit, formamque dabit posteris & exemplum, ne a justitia, & veritate persecutionis ejustribus errore discedant. Ad haec Spiritus quoque testimonium perhibet spiritui nostro, quia nobiscum schismaticum illum publica omnium conscientia respuit & condemnat, & electum nobis Antistitem sincerae charitatis & reverentiae brachiis amplexatur. Opera siquidem illius manifesta sunt, opera scilicet maledictionis & scandali; opus autem istius in benedictione est, & favor ejus in gentes quotidie convalescit. Corda enim omnium nobiscum sunt, eorum etiam, quorum lingua nobis qualibet seculari necessitate reclamant: adeo ut si nondum de corporibus, de cordibus tamen omnium verum, sit, Ecclesiam triumphasse.

* terrore

LXIX.

Nonne enim in eos, qui ab hac fidei unitate dissentiant, ultio divina manifeste procedit, & voluntas ejus evidentibus indicibus declarata patescit? Nonne Princeps ille, nempe Fridericus, cui similem a multo tempore Roma non habuit, cuius Dominus apprehendisse dexteram dicebatur, cuius fere usque ad remota Orientis terror exceperat, a die susceptionis Octaviani divino cepit iudicio reprobari, adeo ut hi, quos ante securos moenia non reddebant, congregati cominus ausi sint, & si de prosperitate successuum insultare? Revera digitus Dei est hic, dexterae Excelsi repentina mutatio, parentis adhaec, & in ira corripere differentis. Utinam saperet, & intelligeret, & novissima provideret, quia tot detrimenta praesentium quaedam sunt indicia futurorum.

Omnibus igitur ab initio rite perspectis domini & patres mei, magna vos convenit exultatione gaudere, quod de omni carne singulariter estis ad hoc tempus electi, per quos Fidei veritas, per quos forma iustitiae, per quos Ecclesia libertas inconcussa servetur. Quod enim nos in hac vobiscum unitate consistimus, quod haereticam pravitatem cum suo detestamur auctore, vobis debetur gratia, qui coepistis, a quibus nos auctoritatem duximus & exemplum. Ipsi itaque duces nostri, ipsi revera de fortissimis Israel estis, quibus lectulus (a) Salomonis datus est propter timores nocturnos fidelibus excu-

(a) Cant.
3-

biis ambiendus. Ad vos, velut ad lucernam super candelabrum positam, Orientalis pariter & Occidentalis concurrunt Ecclesia, sed & ad insulas quae procul sunt, sonus veritatis exivit, a quibus, tamquam a sinibus terrae, plerique jam per discrimina multa venerunt audire sapientiam Salomonis. Licet enim nos plurima locorum spatia disjungant, charitas semper indivisa conjungit, quos unus spiritus, una fides, una confessio dirigit ad salutem. In hac decrevimus vobiscum constantia permanere, in hac vobiscum vivendum est, in hac, cum voluntas divina decreverit, moriendum: quia neque mors, neque vita, neque aliquid unquam ab hujus nos sententiae professione sejunget.

Interim si domino nostro & vobis nostram non possimus praesentiam exhibere, aliqua tamen ex parte supplet devotio charitatis absentiam, quoniam venerabilibus patribus nostris Sedis Apostolicae Legatis assistimus, cum eis toto studio sanctae Romanae Ecclesiae utilitatibus insistentes. In quibus tanta resalget Apostolicae sanctitatis & doctrinae perfectio, ut eis plus gratiae merita contrahant, quam terroris reverentiae disciplina. Viri sunt, quorum sanctitatem miratur populus, sapientiam Clerus usque quaque colaudat, ad virtutem severitatis Principes expavescunt. Ad summam, tantum omne opus suum mansuetudine temperant, ut neque severitas disciplinae pereat, & in omni parte S. R. E. gratia convalescat.

Quales
Legati ab
Alexandria
si.

LXX.

Porro super facto illo in quo Regem Francorum adversus eos scandalizatum audistis, prorsus excusabiles sine omni dubitatione credatis, quia numquam ad consensum dispensationis illius pertrahi potuissent, nisi eos inexpugnabilis necessitas, & inestimabile bonum recompensationis ilico venturae traxisset. Convenerant siquidem ex mandato Regum venerabiles de regno utriusque persona, ut de Romani Pontificis susceptione tractarent, de quo nihil adhuc publice fuerat constitutum. Strabant itaque fratres illi, causam Ecclesiae non sine magno discrimine prosequentes, quoniam apud plerosque favor iniquitatis convalescerat, adeo ut qui manifesta repudium veritatis * suggere non audebant, differendum potius, seculari quadam astutia praedicarent: eventum scilicet rei dubia potius expectandum, quam subsistentiam fortuitis casibus tantorum Principum majestatem. Non oportere eos temeritate nimiae festinationis involvi, quos securius illos sola poterat expectatio conservare, Romanam Ecclesiam semper onerosam exitisse Principibus, jugum aliquando data occasione ponendum, donec cupiditatis penas ambitio detestanda luisset. Solvendum

Conatus
adversantium.

* Suggere.

dum morte alterutrius questionis incertum, atque interim posse religionem Episcoporum per singula regna sufficere, donec divina voluntas signis evidentioribus appareret. Accedebat Legatorum Imperatoris & Cardinalium, maledicti scilicet Joannis, & Guidonis instantia, quibus dari videbatur de modica dilatione triumphus, si fratres vestros vel ad modicum tempus qualibet occasio suspendisset.

LXXI. Præterea cum animos Regum in favorem domini nostri omnium conscientia crederet inclinatos, in partes Imperatoris cessisse dilatione præstita crederentur, & paulo minus detrimenti suspicio, quam notitia forte veritatis afferret. Sed & Rex Francorum rei definitionem Regis Anglorum voluntati commiserat, nihil se facturum publice contestatus, nisi quod ipsius ei sententia prædictasset. Prævaluerat itaque consilium dilationis, ut quanto spaciosius, tanto utilius utrique Regi posset esse consultum, atque interim aliqua possent de ipsis eventibus auspicari. Quia igitur de arbitrio Regis Anglorum tota causa pendebat, exaudiendus erat potius, quam severitatis alicujus austeritate terrendus, de cujus simplici favore in momento Francorum, Anglorum, Hispania, Hibernia, & novissime etiam Novæ regna cepisset. Sed & unde quis orituram super eo præsumpsisset offensam, quod ab initio pro bono pacis, scripto etiam interveniente, Regum sanctitas, religio Præsulum, Principum fides, populi congratulatio devota firmavit, nec rei efficientiam communibus regulis, sed quod magis accelerari posset, Ecclesiastica potius indulgentiæ destinavit? Quod si quid de indulgentia contra easdem regulas constat esse delictum: nihil tamen criminis intercessit, vulnusque modicum totius operis sanitas asservata compensat. Hic certe zelus eorum, hæc fuit dispensationis intentio, quam non ultronea voluntas obtulit, sed importunitas necessitatis extorsit: quoniam si ea die sermo non fuisset consummatus in bonum, proculdubio fratres vestri repulsam diutinam vel perennem sub dilationis imagine reportassent. Hucusque Arnulphus ad S. R. E. Cardi-

Angl. Regi cur a Legatis dilatatum.

* f. corporis.

PAGIUS XI. Ad num. LXXIII. & seq. Alexander III. in Concilio Nazareno Pontifex agnitus est ab Orientalibus Ecclesiis, uti refert Baronius ex Guillelmo Tyrio lib. 18. cap. 29. Verum cum Alexander III. die tantum vigesima mensis Septembris consecratus fuerit, & postea Joannem Cardinalem tituli Sanctorum Joannis & Pauli Legatum ad partes orientales miserit, Concilium Nazarenum nonnisi anno sequenti celebrari potuit. Hujus Concilii Synodica Epistola ad Alexandrum III. quam Baronius non viderat refertur Tom. X. Concil. pag. 1404. Vestram, inquit Amalricus Patriarcha & ejus suffraganei, Epistolam in presentia om-

nales. Seorsum vero ad duos sibi arctiori vinculo familiaritatis conjunctos, utpote sibi notiores ex legatione apud Anglorum Regem paulo ante perfuncta, perbreve hanc dedit epistolam, hoc ipso prænotatam titulo:

Ad Joannem Neapolitanum & Willelmum Papiensem Card.

Audita S. R. E. turbatione, condolui; quia dolorem matris audire sine compassione non poteram filius specialis. Mihi enim dolor ille specialius incumbebat, quem ipsa semper hactenus tanta charitate dilexit, tanta familiaritate dignata est, tot beneficiis & honoribus illustravit. Postmodum autem audito, in cujus persona omnium fere vota convenerant, mœrorem gaudio, plorationem cithara, vocem plangitum organo commutavi. Gavisus siquidem sum paucos a generali concordia deservisse, quorum numerus nihil aut parum unitati Catholica poterit derogare. Gavisus, inquam, quia ei rerum summa commissa est, per quem facile restauranda libertas Ecclesiæ creditur & honestas. Porro mea non fuit interim otiosa devotio, sed apud eos, in quorum oculis Deus mihi dedit aliquid auctoritatis & gratiæ causam Ecclesiæ peroravi, & Principem nostrum Regem Anglorum in favorem Patris hujus primus & solus, adhibito quod oportuit instantiæ, confirmavi. Profecto venisse jam ad pedes Apostolicæ beatitudinis amplectendos, & miscendum desiderabile cum vestra charitate colloquium, nisi belligerante in partibus nostris Principe, multis me importunitatibus necessitas improba detineret. Vestra itaque benignitatis erit & gratiæ, absentiam meam interim apud eum vestra supplere presentia, obsequiumque meum, si aliqua videbitur parte opportunum, offerre, quoniam ad omne quod paucis mihi fuerit apicibus indicatum, paratus sum ei & vobis tota devotione totam impendere facultatem. Hæc Arnulphus, atque satis quoad legationem ab Alexandro in Angliam missam.

Quod autem ad legationem missam ab eodem Alexandro in Orientem spectat, Willelmus Tyrius Archiepiscopus suo sty-

lo nium Tyrensis & Nazareni, & reliquorum Fratrum & filiorum nostrorum, legimus diligenter & relegimus. Audita vero contumaci & temeraria perversitate, & perversa temeritate, Octaviani scilicet, & pseudofratrum suorum I. & G. (idest, Joannis & Guidonis) pertinimus: & quia ab unitate sancta Matris ecclesiæ recesserant, doluimus: Attamen intellecta postmodum venerabilium fratrum & dominorum nostrorum Episcoporum, & ceterorum Cardinalium concordia & sana unanimi voluntate, cognito etiam assentientis Cleri & acclamantis populi assensu & desiderio super electione & consecratione vestra tam sancta & canonica, &c. ipsam

LXXII. Arnulphi ejusdem private litteræ de suo erga Alex. Pap. studio.

Arnulphi pro Alex. studium.

LXXIII.

(a) Tyr. l. 18. c. 29. De legatione ab Alex. missa in Orient.

lo eam prosecutus, hæc de ipsa habet: (a) Per eosdem dies quidam Joannes vir admodum litteratus, Romane Ecclesiæ presbyter Cardinalis tituli sanctorum Joannis & Pauli, missus a domino Alexandro Papa ad partes Orientales Legatus, apud Bibliam cum quibusdam Januensibus applicuit. Volens igitur impetrata licentia, tamquam Legatus in regnum introire: præsentavit domini Regis & aliorum Principum tam ecclesiasticorum, quam secularium mentes, quidam de ejus ingressu sentirent. Divisus enim erat (ut prædiximus) occasione schismatis oborti pene Orbis universus, aliis domino Alexandro Papæ, aliis parti opposita faventibus. Unde post multam deliberationem mandatum est ei ex parte Regis, ut subsisteret, nec in regnum præsumeret ingredi, quousque cum Prælati Ecclesiarum Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

XII. Annus mortis Ottonis Frisingensis in controversiam hæcatus.

ipsam eandem Sacrosanctam & ordinariam electionem & consecrationem vestram, &c. approbavimus communiter & concorditer approbamus; & excommunicatis schismaticis, Octaviano, I. & G. cum suis fautoribus, quantum in nobis vis in dominum temporalem & patrem spiritualelem elegimus unanimiter, & voluntarie recepimus.

Otto Frisingensis Episcopus, non hoc anno, ut putavit Baronius, quem plerique secuti sunt, sed antecedenti ad Deum migravit, ut jamdudum aliqui viri Docti scripserunt, sed quod solus, quem viderim, probavit Puricellus in Monument. Basilicæ Ambrosianæ num. 600. & nos magis declarabimus. Difficultas inde orta quod Radevicus Capellanus ejus, qui & ipsius Historiam continuavit, lib. 2. cap. XI. dicit: Anno ab Incarnat. Domini MCLIX. indictione VII. regnante serenissimo Imperatore Friderico, anno imperii ejus III. regni V. memoratus Antistes Otto, ab hac luce, Deo vocante migravit. Capite autem insequenti Radevicus afferit mortuum eum X. Kalendas Octobris. Quæ temporariæ notæ cum inter se impossibiles sint, Baronius & sectatores ejus solum annum Incarnationis retinendum censuere, & reliquos characteres emendarunt. Verum tam annum Incarnationis, quam alias notas temporarias corrigendas, legendumque, anno ab Incarnat. Domini MCLVIII. indict. VI. anno imperii ejus quarto, regni septimo; penes meo certum. Radevicus enim e ejus præsertim testimonio tota hæc quæstio pendet, de morte ejus locuturus ait: Supradicto Principe Friderico patruo suo in Italicam expeditionem iter agente (anno nempe MCLVIII. ut ibidem narravimus) cum & ipse (scilicet Otto nepos ejus) sicut necessarius, & perutilis imperii negotiis, ire debuisset; metu divino contigit iter ipsum detrahere, ut vir religiosus inter manus fratrum orantium, potius quam inter strepitum præliantium exspirans, dicere posset: Domine suscipe me, ut cum fratribus meis sim, &c. Accepta autem de hac probabili petitione fidei laudamento, ad propria reversus est. Refert postea Radevicus voluisse eum mori inter Fratres Morimundenses, subditque: Deinde multa prius cordis contritione, & humili confessione reatum suum recognoscens, sumtis sacrosanctis mysteriis, in medio multitudinis sanctorum tam

& regni Principibus pleniore deliberatione et de communi consilio mandaretur, quid eum facere oporteret. Interim ergo convocatis apud Nizareth tam domino Patriarcha, quam reliquis Ecclesiarum Prælati, de Principibus quoque nonnullis cum domino Rege assistentibus: ceperunt deliberare, quid in tanta ambiguitate factis expedientius. Omnes enim Orientis pontifices de utroque Patriarchatu in neutram partem manifeste declinaverant: in occulto tamen alii huic, alii illi suum favorem præstantibus.

Factum est autem, sicut in talibus solet contingere, quod dissentientibus ab invicem, & votis eorum in plura distinctis, alii dicerent, quod dominus Alexander & ejus Legatus susciperetur, utpote causam fovens potioram; quorum princeps erat dominus Petrus prædecessor noster

Episcoporum, quam Abbatum Domino spiritum reddidit, die scilicet XXII. mensis Septemb. ideoque anno MCLVIII. quo Fridericus in Italiam profectus est.

Radevicum de eo Christi anno, non vero de currenti interpretandum, ipsemet docet lib. 2. cap. XII. cum dicit: Ottone Episcopo X. Kalendas Octobris, quod est circa solstitium brumale (quæ ultima verba videntur addita ab aliquo imperito, qui æquinoctium autumnale cum solstitio hyberno confundit) defuncto; paucis post mensibus, Novis Aprilis, qua tunc fuit Dominica Palmarum & est circa solstitium æstivale, hora matutina, civitas Frisingensis penitus & penitus incendio conflagravit. Hoc vero anno dominica Palmarum incidit in Nonas Aprilis seu in diem quintum ejusdem mensis. Quare Otto Frisingensis anno superiori obierat; cum præsentis civitas Frisingensis die quinta Aprilis conflagravit. Radevicus, postquam lib. 2. cap. XI. & XII. de Ottonis Frisingensis morte sermonem habuit, mox cap. XXI. seditionem Mediolanensem, quæ occasione Legatorum a Friderico missorum excitata est, memorat; hanc autem Otto Morina testis oculatus scribit motam mense Januario anni MCLIX. ideoque Ottone Frisingensi demortuo. His junge quæ Radevicus capit. XXIII. refert: Fridericus in villa qua vocatur Autimiacum, festivitatem luminum (Purificationem B. Virginis) celebrans Convantum habuit Germanorum adversus Mediolanenses: erant ibi, inquit Radevicus, absque laicis Optimatibus Episcopi Eberhardus Babenbergensis, Albertus Frisingensis, &c. Quamobrem Albertus in festo Purificationis anni MCLIX. Ottoni jam successerat. Puricellus alia argumenta ex Historia Radevici deprompta ad annum emortualem Ottonis Frisingensis magis confirmandum in medium adducit, & fusc ostendit numeros, quibus Radevicus ejus mortem consignat, mendose descriptos fuisse, sed perperam credit indictionem VII. mutandam non esse, non advertens Germanos indictiones a die vigesima quinta mensis Septembris exortos esse, ideoque anno MCLVIII. die XXII. mensis Septembris indictionem septimam nondum in cursu fuisse.

Porro cum Guntherus Poeta Historiam Ottonis Frisingensis & Radevici ejus Continua-

LXXXIV. Receptus tandem Alexand. Pap. Legatus.

XIII. Ejus mors anno superiori certo contigit.

XIV.

CHRISTI
1159.HADRIANI IV. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

ster Tyrensis Archiepiscopus. Alii e converso domini Victoris causam præferentes, & eum semper regno amicum & tutorem fuisse asserentes: Legatum nullo modo recipiendum esse censebant. Rex autem mediam viam quamdam sequens cum suis Principibus & Ecclesiarum quibusdam Prælatibus, timens ne Episc. inter se divideretur, & scinderetur Ecclesia: persuadebat neutram partem recipendam esse: Legato vero, sitamquam peregrinus orationis gratia absque insignibus legationis ad loca sancta vellet accedere, dandam esse licentiam, & concedendam libertatem moram in regno faciendi usque ad primum transitum; ex tunc ei redeundum esse. Allegabat etiam, & dictorum causam subjungebat & rationem, dicens: Schisma recens est, necdum Orbi innotuit, uter eorum causam foveat potiore: periculosum autem esse, in re dubia partem sibi ex sententia deligere, & de re in-

certa definitivam præcipitare sententiam. Præterea nec Legato opus esse in regno, qui Ecclesias & monasteria gravet impensis, extorsionibus attenuet. Hæc erat domini Regis sententia: quæ licet utilior videretur, tamen prævaluit eorum sententia, qui Legatum esse recipiendum assererent. Vocatus igitur in regnum venit; multisque quibus adventus ejus placuerat, postmodum fuit onerosus. Quod scilicet solerent Legati per provincias missi decimas Sedi debitas Apostolicæ exigere ab Episc. & Abbatibus monasteriorum. Sic igitur receptus Alexandri Legatus cum eo & in eo pariter totus Oriens orthodoxus Alexandrum in universale totius Ecclesiæ visibile caput accepit.

Moritur hoc anno insignis virtutibus & doctrina Otto Episcopus Frisingensis, cujus cæptam historiam profecutus est Radevicus. Subduxit magna misericordia Deus virum sanctum ne in senectute sua

Ottonis
& Roberti
funera.

Genus &
virtutes
Ottonis
Frisingensis.

PAGIUS
Magis
confirmatur.

toris in synopsis redigat, ex ejus poemate certo eruitur, Ottonem Frisingensem jam anno superiori vitam cum morte commutasse. Is lib. IX. pag. 418. refert Legationem Rainaldi & Ottonis, quos Fridericus Imp. ad Mediolanenses mense Januario præsentis anni misit, ut supra num. I. probavimus, sed paulo antea in eodem libro pag. 416. Ottonis Frisingensis mortem his verbis retulerat:

Inter successus latos & prospera verum
Magna repentino Regem jactura dolore
Perculit, & placida turbavit gaudia
mentis.
Nam Procerum multi, seu qui sub Principe
claro
Castra sequebantur, seu qui sub pace
quieta
Teutonicas urbes, nataliaque arva tenebant,
Extremum clausere diem: quo tempore
Præsul
Ille FRISINGUS Otto, majoris causa doloris
Exiit, ingenio comperta morte nepoti.
Hic patruus Regis, studiis in utrisque peritus,
Regia signa sequi semper consueverat: at nunc,
Credo equidem, revocante Deo, langore gravatus
Manerat, &c.

Nullum itaque dubium superesse potest quin Radevicus, quem Guntherus abbreviat, Ottonis Frisingensis mortem cum an. MCLVIII. alligavit; cum legationem, ad Mediolanenses a Friderico post eam mortem missam, ad currentis anni initium revocet. Plura hujusmodi ex collatione Radevici cum Gunthero exhibet Puricellus, ex quibus luce meridiana clarius apparet, utrumque docuisse Ottonis Frisingensis mortem male a viris doctis in hunc annum dilatam fuisse.

Erat Otto filius S. Leopoldi Marchionis Austriae & Agnetis sororis Henrici V. Imperatoris, quæ primis nuptiis Friderico Suevorum

XV.

CHRISTI
1159.HADRIANI IV. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 5.
MANUELIS IMP. 17.

sua schismaticorum communicatione infici posset, qui inhærebat Imperatori. Sed & Robertus Abbas Ordinis Cisterciensis in Anglia sanctitate clarus ex hac vita migravit hoc anno septima Junii, cujus res

PAGIUS

te. Ex his apparet hoc bellum anno superiori inchoatum, & currenti continuatum esse. Mathæus vero Parisius hoc anno ait, Henricum Angliæ Regem duxisse exercitum versus Tolosam, & cepisse castella fortia vicina ejus. Robertus de Monte scribit, hujus belli causam fuisse, quod Raimundus Comes Sancti Aegidii, seu Tolosæ nollet Henrico reddere Tolosam, quam is tanquam ad Eleonoram uxorem suam pertinentem poscebat. Divortium Ludovici VII. cum Eleonora, hujusque cum Henrico II. Angliæ Rege conjugium seminarium fuerit variorum bellorum, de quibus legendi Scriptores Gallici & Angli; hoc enim hic indicare sufficit ad majorem dicendorum claritatem.

XVIII.
Abdelmumen Tunetum sibi subiicit.

Post mortem Sancti III. Castellæ Regis turbidus fuit publicæ rei status; sed ex turbis illis Abdelmumen Almohadum Imperator nullum emolumentum cepit, quia consilium ejus erat totam sibi Africam subicere, & ex ea Christianos universos eicere; neque sibi a Guillelmo Siciliæ Rege, qui Rogerio patri successerat, metuebat, quia præterquam quod a subditis odio habebatur, & contemnebatur, in magna existimatione non erat. Inter hæc civis urbis Zayvila a Christianis valde aversus, a quibus etiam multa mala perpessi erant, Legatos ab Abdelmumen qui ejus auxilium implorarent misere, & quod petebant obtinere. Is Marochio digressus cum centum milibus militum recta Tunetum movit, illudque obsidione cinxit. Hanc urbem Rogerius Siciliæ Rex vestigalem fecerat, sed Guillelmus Rex

XVI.
Amalricus Fulcherio succedit in Patriarchatum Hierosol.

XVII.
Tolosæ ab Henrico II. Angliæ Rege obsessæ.

Fulcherio Patriarcha Hierosolymitano anno duodecimo Sedis suæ viam universæ carnis ingresso, ideoque ante hunc annum juxta dicta anno MCXLVI. electus est Amalricus Ecclesiæ Dominici Sepulcri Prior, natione Francus, de ejus promotione appellantis Casarensis Archiepiscopo & episcopo Bethlemita, quem Hadrianus Papa confirmavit, uti narrat Tyrius lib. 18. cap. 20. Inter Epistolas Principum, quæ in Opere de Gestis Dei per Francos referuntur, quinta & sexta ab eo scriptæ sunt Ludovico VII. Galliarum Regi, ad quem etiam dedit Epistolam XIX. ibidem recitatam. Eadem Epistolæ ordine V. & VI. extant etiam Tom IV. Duchesnii pag. 690. & sequ. Referuntur ibidem & aliæ ejusdem Patriarchæ literæ.

Hoc anno Henricus Secundus Angliæ Rex Tolosam obsidione cinxit, uti testantur Gervasius in Chronic. Hovedenus part. I. Mathæus Parisius in Chronic. Radulphus de Diceto in Imag. Hist. imo & Robertus de Monte, licet in perturbato ejus Chronico cum anno sequenti hæc obsidio connectatur. Hanc sententiam confirmat quod ait Catellus lib. 2. Hist. Comitum Tolosæ capit. 5. ubi hanc subscriptionem ex antiquo Instrumento a Guillelmo Crucio in Episcopis Cadurcensibus extracto exhibet: Anno Domini MCLVIII. Ludovico Rege cum exercitu suo super Raimundo Comite (Tolosano hujus nominis V.) instante & apud Castrum novum de Striis-fontibus manente.

præclare gestæ extant. (a) Hoc item anno defuncto Fulchero Hierosolymorum Patriarcha, subrogatus est in locum ejus (b) Amalricus nomen Latinorum ordine numeratus.

(a) Apud Sur. die 7. Jun. (b) Vmil. Tyr. l. 19. c. 1. Sc-Amalricus Patriarc. Hierosol.

ejus filius bellis civilibus implicatus & parum a subditis amatus urbis securitati non confulebat, quia Maio primus ejus Administer eum prodebat. Quare Abdelmumen Tunetum ad deditionem coegit, & dein ad Almahdiam, a Christianis Africam appellatam, copias duxit, sed quia oppidum illud inexpugnabile videbatur, contentus fuit illud terra marique circumcludere anno Hegiræ DLIV. Christi vero anno MCLIX.

Dum Almahdia obsidetur, Abdelmumen Tripolim, Safacos, Susam, & generatim omnia oppida, & castra in ora illa posita occupavit, Arabesque & Africanos, tam in montibus quam in plano habitantes, sub hujus anni finem devicit. Cumque Almahdia præsidium cibariis deficeret, promisit se se urbem intra certum tempus dediturum, nisi subsidiis & annona juvaretur. Classis quidem Sicula subsidio profecta est, sed ea plane deleta dissipataque, ut refert Noveirius, qui addit Christianos urbem dedisse anno Hegiræ DLV. in festo quodam a Mahumetanis decimo die Moharani celebrari solito, qui incidit in diem vigesimumprimum Januarii sequentis Christi anni. Fasellus lib. 7. posterioris decadis pag. 415. & Falcandus pag. 649. rem fute narrant, sed rei gestæ annum tacent. Ad hæc Abdelmumen Arabes superavit & jugum subire coegit, sed anno tantum sequenti, ad quem in Anonymo Casinensi legitur: Ann. MCLX. Muscanti ceperunt Africam.

XIX.
Alia ab Abdelmumen in Africa victoria.

JESU CHRISTI ANNUS 1160.

ALEXANDRI PAP. III. ANNUS I.

FRIDERICI IMP. 6. MANUELIS IMP. 18.

Sexagesimus supra millesimum centesimum sequitur annus, Indictione octava, quo indictum conventiculum, seu conciliabulum Papiense ab Imperatore celebrandum octava Epiphaniæ, dilatum fuit usque ad diem festum Purificationis sanctissimæ Dei genitricis Mariæ. Ita qui aderat (a) Radevicus. Poterat sane (inquit Willelmus Neubrigensis hujus temporis scriptor fidelis & accuratus) scissura illa cito resarciri, poterat multitudini paucitas cedere atque uniri, nisi Fridericus Imperator veteri odio Rolandi Alexandrum non ferens, partem Octavianam tuendam fovendamque modis omnibus suscepisset. Denique sue ditionis Episcopos, scilicet Italicos & Teutonicos præcepit Papiam * communire, tamquam ad discussionem & examen, cujusnam partis merita præponderarent: re autem vera, ut Alexandri parte depressa, partem alteram approbantes, dicti Victoris præmaturam victoriam celebrarent. Hæc de causa congregandi conciliabuli per Fridericum.

Quomodo autem Alexander licet vocatus, prudenter venire penitus recusaverit, idem Neubrigensis sic narrat: Dicitur quidem Victor tamquam subituro judicio affuit. Alexander vero * judicium quod ei sub nomine judicii parabatur, non solum caute, sed etiam libere recusavit. Itaque ex Teutonico simul & Italico regno Episcopi Imperiali jussione cum ingenti multitudine Prælatorum inferioris ordinis Papiæ congregati in gratiam Imperatoris, qui cum suis Ducibus terribilis aderat, quæcumque causam Alexandri juvare poterant cum pro eo nemo alleget: vel silentio suppressentes, quod pro parte altera minus de veritate suppetebat, arte suppleverunt. Hæc summam Neubrigensis de rebus in conventiculo gestis. Sed ipsa quæ extant ejus Acta, quod maximi momenti res sit, hic describamus

ex Radevico, qui præfens existens res in eo gestas Cæsari favens scripsit, sic incipiens: (b) Tempus erat, quo Concilium Papiæ indictum, celebrandum fuerat; idque de universis regni partibus, videlicet Cisalpinis & Transalpinis, in unum collecti Archiepiscopi, & Episcopi, aliique Ecclesiarum Prælati pendula expectatione operiebantur. Tunc Augustus commovens omnes juniorum & orationum subsidiis Ecclesiæ Catholicæ causam Deo commendare; cum sacerdotibus & omni populo auxilium divinum fida Sanctorum intercessione poscebat. Deinde convocato in unum Concilio, cum resedisset, ait ad Episcopos: Quavis noverim ex officio ac dignitate Imperii penes nos esse potestatem congregandorum Conciliorum, præsertim in tantis Ecclesiæ periculis (hoc enim Constantinus & Theodosius, necnon Justinianus, seu recentioris memorie Carolus Magnus, & Otto Imperatores fecisse memorantur) auctoritatem tamen deservendi hujus maximi & summæ negotii vestræ prudentiæ, vestræque potestati committo. Deus enim constituit vos sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi. Et quia in his quæ ad Deum sunt, non est nostrum de vobis judicare: tales vos & taliter in hac causa hortamur habere, tamquam solius Dei de vobis expectantes judicium. Cum hæc dixisset, ipse se Concilio subtraxit, examen totum Ecclesiæ & Ecclesiasticis, qui ibi innumerabiles erant, committens personis. Erant autem circiter quinquaginta Archiepiscopi, & Episcopi, Abbatum, & Præpositorum non erat præ multitudine æstimatio. Legati quoque diversarum terrarum aderant, spondentes, quidquid a Synodo decretum foret, indubitanter a suis recipiendum. Hæc Imperator, atque scite quidem in his præbens de se specimen Christianissimi Principis, sed

(b) Idem. 64. Concilia-bulum Papiens.

Scita admonitio Frid. in conventiculo Papiens.

(a) Radev. l. 2. c. 62. in fin.

* convencirc.

II.

* al præjudicium.

PAGIUS SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M-CXC-VIII. An. Hegiræ DLV. inchoato die 11. Januar. fer. 3. An. Hegiræ D-

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6653. © 21. CB. 2. P. 27. Mart. Indict. 8. JESU CHRISTI 1160. ALEXANDRI III. PAPÆ 2. FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 9. IMP. 6. MANUELIS COMNENI IMP. 18.

Num. I. ad XXX. In Chronico Reicherfpergenfi de Conciliabulo in urbe Papiensi Friderici Imp. jussu congregato, ad annum

MCLX. habetur: Crema capta, destructa & cremata est. Quo facto Imperator statim Papiam venit cum Episcopis & Principibus, qui congregati erant, & in Nonis Februarii Curia & colloquii initium habetur, & per sex dies in hoc demorantur: fuitque dissensio aliqua inter ipsos, quibusdam hunc, quibusdam illum Papiam confirmare volentibus. Tertia itaque Idus Februarii, quia nec Alexander venerat, nec Legati ejus, nec aliquis pro parte ejus firmiter stabat, Imperator omnes Episcopos convocans in hunc eos consensum deduxit, ut omnes Victorem Papam susciperent, & statim sequenti die II. Kal. Febr. (legendum, II. Idus Febr. ut ex jam ab ipso narratis deducitur) ab ipso Imperatore & Episcopis suscipitur & intronizatur in monasterio Sancti Syri, Imperatore

LVI. inchoato die 31. Decemb. fer. 7. An. C. 1160. I. Concilia-bulum Papiens.

CHRISTI 1160.

ALEXANDRI III. PAP. I.

FRIDERICI IMP. 6. MANUELIS IMP. 18.

sed astute admodum, cum jam ante judicium Episcoporum præjudicasset, declarando videlicet, Alexandrum intrusum, dum eum per Legatos, ac litteras sprexit, & per eisdem probans Octavianum Pontificem, Pontificalibus honoribus coluit. Quod autem ad numerum spectat Episcoporum, quis non putasset, ex quinque regnis vocatis Episcopis conventum hunc excessurum fuisse sexcentorum numerum Episcoporum? Attamen quinquaginta tantum eidem interfuisse Radevicus testatur: licet adhuc longem minorem Episcoporum numerum subscriptum reperias eidem conventiculo. Ex quibus possis intelligere, reliquos omnes retrocessisse, ubi audierunt favere Imperatorem schismatico, dum admonitione præmissa judicium antevertisset. Pergit Radevicus de rebus in Conciliabulo gestis: (a)

(a) Radev. l. 2. c. 65. III. Damnato Alexand. probatur Octavian.

Residentibus itaque Episcopis & Clero universo, septem diebus causa ventilata est: tandemque domino Octaviano, qui cum præfens advenisset, & haberet qui partem suam defenderent, cessit litis victoria, & pro ipso Concilium sine Curia dedit sententiam, condemnato Rolando & reprobato. Qui citatus legitime, Concilio se præsentare, contumaciter abnusse dicebatur. Sæpius autem Lectorem admonitam esse cupimus, ut in hoc facto, ad disquirendam rerum veritatem non nostra dicta consulat, sed litteris & scriptis, quæ ad manus nostras venerunt, & huic operi inserenda vise sunt, innitatur, suo servans arbitrio, quando de hac controversia & litis decisione, Conciliique judicio sufficienter sibi fides facta videatur. Ita auctor, rerum ambiguus, conscientia repercussus, quod sciret Acta conciliabuli haud firma so-

litudine subsistere, dum de judicando judicio Episcoporum, liberum vult esse Lectorem. His autem scripta quædam Octaviani arte procurata, & pro arbitrio ejus commenta in Synodo recitata legenda subicit, quæ sic se habent, titulo isto prænotata: (b)

Epistola Canonicorum S. Petri Romæ 66. pro parte Victoris.

Invictissimo & gloriosissimo domino suo Friderico Romanorum Imperatori & semper Augusto, & venerabilibus Patribus in Christi nomine congregatis, fratres qui Romæ sunt, basilicæ sancti Petri principis Apostolorum Canonici, Angeli magni consilii præsentiam, & Spiritus sancti consolantem gratiam.

Patres sanctissimi, quos Deus elegit ad consolationem morientium, & delinquentium correctionem, sicut ait Apostolus: (c) Corripite inquietos, consolamini pusillanimes: intendite precibus nostris, & ad dolorem nostrum leniendum consolationis manum extendite. Tanta est enim, tam diffusa mæroris nostri materia, ut unde debeamus exordium sumere, difficulter possimus invenire. Verum quia materia doloris est & mæroris: a luctu & mærore ordiri decrevimus. Attendite ergo & videte, si est dolor, sicut dolor noster, cum videamus matrem nostram Romanam Ecclesiam quondam fulgentem, a filiis suis, immo alienis (quia mentiti sunt ei, (d) quos enutrivit, & exaltavit, ipsi autem spreverunt eam) contumeliose eviscerata & membris ex parte mutilatam, in cæno jacentem, contumeliam, jacturamque suam nec sentientem. Unde cum (e) Jeremia plorante suæ Jerusalem destructionem, plorantes dicimus: Non crediderunt Reges terræ, & universi ha-

(b) Idem.

IV. Canonico-rum S. Petri epistola pro Octavian.

(c) 1. Thef.

(d) 1. Thef.

(e) Threni.

(d) 1. Thef.

(e) Threni.

PAGIUS

tore franum, equi & sive sella illius tenente, & eum de equo suscipiente, & ad altare ana cum Patriarcha Aquilegensi Pilgrimo inter manus eum deducente. Quibus similia refert Baronius num. XVI. & seqq. ex Radevico lib. 2. cap. 70. [1]

Imperator voti compos effectus, & Sede Petri tandem subjugata, in atrociam Edicta prorupit, multosque Præfules Ecclesiis suis expulit. Helmoldus, qui hoc tempore vivebat, lib. 1. Chron. Slavorum cap. 91. hæc ad rem nostram scribit: Cum Cæsar expugnaret Medio-

II. Fridericus Imp. sedit in sectatores Alex. III.

NOTÆ

[1] Epistolam encyclicam schismaticorum conciliabuli Papiensis ad Ecclesiam fidelium datam primus omnium vulgavit Goldastus t. I. pag. 273. sed mutilam, & corruptam. Integram dederunt PP. Martene, & Durand. Ane. t. 1. col. 447. Ex qua decerpere quædam ad majorem ecclesiasticæ historiæ illustrationem juvat. Ex illa enim discimus electioni Alexandri interfuisse cardinales XXII. Discimus insuper Alexandrum tertio die post Octaviani promotionem ab urbe egressum cisternam in sinibus terra Sicilia immantatum sed clam & sine solemnitate fuisse. Immantationem vero solemnem Alexandri diebus, undecim post immantationem Octaviani contigisse. Denique conciliabulo huic pro electione Octaviani subscribunt præter Aquilejensem patriarcham cum suis suffraganeis archiepiscopus Ravennas ac Episcopi plures Germani & Italici nonnulli. Tandem inter subscriptores legitur Rex Hungariæ, Daniæ, Bohemiæ, cum archiepiscopo, & Duce Poloniæ. Certa vero dies qua synodus indicta fuit a nemine quem viderim indicata designatam tandem legi in chronico Sampetrino Erfurtenfi vulgato inter scriptores rerum Germanicarum Menkenii to. III. col. 210. indicta enim ibi traditur in diem III. non februarii. MANSI

CHRISTI
1160.

ALEXANDRI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

habitatores Orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Jerusalem. Vere Jers. erat mater nostra Rom. Eccl. cunctis ad se venientibus, & quarentibus pacem dabat. Nunc autem & dolentes dicimus ut olim illa: (a) Peccatum peccavit nostra Jerusalem, propterea instabilis facta est: nec immerito, propter peccata prophetarum ejus, & iniquitates sacerdotum ejus erraverunt caeci in plateis, facies Domini divisit eos, & vere. (b) Vultus enim Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Unde plurimo rubore diffundimur. Vere peccatum peccavit hoc tempore nostra Jerusalem, invidia, & odio, & iniquitatibus multis. Quae quia per omnia longam est enarrare: ad ostendam Romanam electionem, & causam discordiae declarandam, propositum convertemus.

(a) Thron. 2.

(b) Psal. 33.

V. Quae ante electionem contigisse dicantur.

Domino igitur Papa Hadriano felicitis memoriae, prima vigilia Kal. Septembris viam universae carnis ingresso, convenit ilico maxima multitudo, cum quibus & Senatores affuerunt, quorum consilio corpus Romae delatum est. Inter Cardinales vero contentione crescente, convenit tandem inter eos, ut Romam redirent, & concordem electionem facerent de aliquo Cardinalium. Quod si non possent, quaererent extraneam personam. Quod si nec sic possent convenire, ab electione quiescerent, donec invenirent idoneum virum, quem concorditer eligere deberent; & hoc unanimiter ab omnibus confirmatum est. Post hoc autem statim Romam redierunt. Dominus Octavianus, & quidam alii accesserunt ad obsequium defuncti: quidam vero alii praemisissent auctorem scelerum Bosonem primogenitum satanae, ut munitionem B. Petri occuparet, cujus custodes fidelitatem ei juraverant, domino Papa Hadriano vivente, cumque postea subsequentes eandem munitionem conscende-

runt. Dominus autem Tusculanus palatium ascendit, Dominus Octavianus, & dominus Rolandus Cancellarius ad domos nostras venerunt, & quidam alii. Vocati autem isti ab illis qui munitionem observabant responderunt, se nunquam ascensuros in munitionem, Bosonem verentes, ne sicut eis relatum fuerat, a juratis Bosonis caperentur, & dominus Cancellarius, Vadam, inquit, & eos ad vos descendere faciam. Ivit cum eo diaconus de Carcere Tulliano videlicet, nec redierunt: & sic per biduum de loco, ubi electionem facerent, convenire nequiverunt.

Tandem die Sabbati descendit illis de munitione, ascenderunt omnes post altare beati Petri, & coeperunt de electione tractare. Cumque convenire non possent, dixerunt isti, qui concordiam & pacem Ecclesiae desiderabant: Date nobis electionem, & eligemus unum de vobis; aut habeatis vos electionem, & eligite quem vultis de nobis unum. Et noluerunt. Surrexit tandem velut iratus Otto diaconus S. Georgii, & Adebaldus Crassus Cardinalis sanctorum Apostolorum & Joannes Neapolitanus, & accepto mandato voluerunt immantare dominum Rolandum Cancellarium: sed saniori & meliori parte Cardinalium, ex parte Dei omnipotentis, & beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli, atque totius Ecclesiae auctoritate prohibente, non potuerunt. Facta autem hac prohibitione, iterum eum immantare attentaverunt, & non potuerunt, & Cancellarium cum manto nullo modo tetigerunt: per eos tamen non stetit, quin immantaretur; Ceterum Clerus Romanus, qui in Ecclesia beati Petri pro electione summi Pontificis conveniant, audito clamore cucurrerunt, circumdantes dominum Ottonem, qui erat cum Cardinalibus juxta altare beati Petri, & clamaverunt omnes, dicentes:

VI. Quae in electione contigisse dicantur.

Do-

quot patres, quanti Monachorum greges, reliquis sedibus suis, transfugere in Franciam. Pontifices etiam quamplures, sanctitate insignes in Longobardia, & in universo regno, Principis violentia sedibus suis pulsi, & alii superpositi sunt in locum illorum.

Sanctus Ailredus Rievallensis Abbas hujus temporis Scriptor in Sermone CCXXXI. haec inter alia in rem nostram scribit: Papiam affluerunt Reges terra, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Alexandrum Christum ejus, ubi circumdederunt eum canes multi, Concilium malignantium obsedit eum: ibi insurrexerunt in eum testes iniqui, Joannes & Guido; sed mentita est iniquitas sibi. Infelices & miseri, qui descendentes ab Jerusalem in Jericho inciderunt in latrones; ipse est scelestissimus Octavianus, qui instar latronis, multo tempore in insidiis latitans; Papatum, pradam, spolia, Ecclesiam asstimavit. Infelix, qui ascendit cubile patris sui, & ma-

III. S. Ailredus de Antipap.

CHRISTI
1160.

ALEXANDRI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

*Dominum Octavianum eligite, per quem solum Ecclesia pacem potest habere. Tunc petitione populi Romani & electione totius Cleri consentiente, & desiderante, universo Capitulo basilicae B. Petri, dominus Octavianus Cardinalis a saniori parte Cardinalium electus est, & manto indutus, ac in Sede beati Petri positus absque omni contradictione, cantantibus omnibus, Te Deum laudamus, in jubilo. Deinde sicut mos est, domini Cardinales & Clerus Romanus totus qui praesens erat, & qui postea confluerat, populi Romani pars maxima pedes ejus osculati sunt. Quod videns dominus Cancellarius, & qui ei, sicut dicebatur, juramento erant astricti, nec clamaverunt, nec aliquo modo contradixerunt; sed inclinato capite redeuntes, munitionem, quasi spe sua frustrati, conscenderunt. Tunc domini Cardinales, Clerus, Judices, Scribarii, Senatores, populusque Romanus dominum electum signis & bandis praecedentibus, ad palatium usque cum jucunditate perduxerunt, Romano more clamantes, * Papa Vittore S. Pietro l' e- legge.*

* Lingua Italica. VII. Quid de electione Alexand. mendaciter attulerint.

In crastinum autem quidam de Clero Romano ascenderunt munitionem, & osculata manu domini Cancellarii, coeperunt eum & qui cum eo erant rogare, ut paci Ecclesiae provideret. Quidam autem de diaconis Curiae respondit eis velut indignans: Heri pedes domini Octaviani, qui fratrem suum dominum Cancellarium exiit manto, & se induit, estis osculati, & modo venit ad nos? Et dominus Cancellarius: Noli, ait, domine Cardinalis, dicere quod verum non est. Dominus Octavianus numquam exiit me manto quia nunquam indutus fui: sicque per totam hebdomadam illam domino Cancellario & suis in Ecclesia B. Petri morantibus, non die descendentes trans Tyberim, eo die & altero morantes, undecimo exierunt, & pervenerunt ad Cisternam Neronis in qua latuit Nero fugiens Romanos insequentes. Iuste Cisternam adierunt,

(a) Jerem. 2.

(a) quia dereliquerunt fontem aquae vitae, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

eulavit stratum ejus. Inferius utriusque electionis processum fere enarrat, & justitiam Alexandri Pontificatus ex ipsa narratione deducit: Ecce defuncto Hadriano legitimo Petri successore, statim Cardinalibus caterorum Apostolorum legitima successore. Cogitate nunc constitutos in medio eorum Rolandum & Octavianum, sic interim nominemus eos, quasi in utero matris sua Ecclesia jam laborantes in partu. Rogo, fratres mei, nonne partus iste similis est partui Rebecca? Ecce ecce infelix Esau rufus, & hispidus, quemodo ipsa viscera materna contorquet; & simplicem illum Jacob, quem totus ille invadit.

IV.

Audistis enim quomodo de collo sanctissimi viri,

Et ibi die altero, qui duodecimus erat ab electione domini Victoris, induerunt Cancellarium stolam & pallium erroris, in destructionem & confusionem Ecclesiae: ibique primum cantabant: Te Deum laudamus.

Quis vestrum, o sanctissimi Patres, audivit talia? Quantum in eis est, biceps hodie facta est Romana Ecclesia. Nunc tacendum nobis est, ut dominus Otto Palatinus Comes, & dominus Guido Comes, de Blanderata, & dominus Heribertus Praepositus viri prudentissimi, Imperatoriae majestatis Legati vicem recipiant referendi, quid in domino Cancellario & suis repererint. Qui cum nota retulerint, domini Episcopi, & domini Imperatoris Legati quid hinc inde humilitatis & veritatis cognoverint, plenius poterunt enodare. In Urbe quoque, cum Romanus Clerus ad Ecclesiam beati Petri, ipsis praesentibus, convenirent, quid de facto isto persenserint, quoniam praesentes esse credimus, referant ipsi. Et ad hoc comprobandum duos de fratribus nostris, Petrum Christianum Ecclesiae nostrae Decanum, & Petrum Guidonis Camerarium S. R. E. subdiaconum sanctitati vestrae transmittimus, ut de his omnibus veritatis testimonium etiam viva voce perhibeant. In Coena Domini estis, in qua redemptionis humanae sacramenta peregit. Duos gladios Apostoli se habere professi sunt; quos & vos habeatis: quid in eis, & per eos agere debeatis, nullus vestrum ignorat. Ibi dictum est a Christo; (b) satis est. Et (b) Lucas nos qui Christi vestigia sequi debemus, vobis dominis nostris dicimus, huic operi finem facientes: Satis est Omnipotentis sapientia Patris, qui novit & potest unire vota & voluntates omnium, doceat vos omnes & uniat ad confusionem Babylonicam destruendam, & simoniam de Ecclesia propellendam, & pacem toti mundo desiderabilem in integrum reformandam. Haec tenus epistola Canonicorum, summam infamiae notam suae ipsorum aestimationi tanta mendaciorum aggregatione composita irrogantium. Pergit autem Radevicus: (c)

VIII. Apostrophe ad Episcopos congregatos. * non

(c) Radevic. lib. 2. c. 67.

Actio Concilii, quae verbis simplicibus

V

infelix ille mantom, damone plenus, extraxit. Electionem Et cum ei non pro voto cessisset, cum summo ejus vi-matris dolore egressus ab utero, cupiditatis & tiosam ambitionis sua pilis, summum cernentibus horrorem incussit. Secuti sunt eum duo, qui, ut dicitur, ipse, alienati sunt a vulva, erraverunt a ventre, ceteris omnibus Alexandrum eligentibus, Alexandro adhaerentibus, Alexandrum sequentibus. Cernite nunc Joannem, nunc Vidonem in parte una, & inter eos Octavianum, cernite & reliquam Curiam ex parte altera, & Alexandrum inter eos. Rogo, cujus vox ista est? Exierunt a nobis, sed non fuerunt ex nobis? Certe aut in illis tribus Curia Romana est, aut in his omnibus? Aut perit de terra, &

PAGIUS

lanum, venit ad eum Victor in castra, quaerant apud Papiam, & recepit eum. Adunatoque Concilio (in urbe scilicet Papiensi hoc anno) receperunt eum Rainoldus Colonienfis, & Conradus Moguntinus Electi, & omnes quos Imperialis aut timor aut favor agebat. Porro Alexandrum recepit Hierosolymitana Ecclesia, & Antiochena, praeterea omnis Francia, Anglia, Hispania, Dania, & omnia regna qua sunt ubique terrarum. Insuper Cisterciensis Ordo eadem universus accesserat, in quo sunt Archiepiscopi, & Episcopi complures, & Abbates amplius quam septingenti, & Monachorum inestimabilis numerus. Hi singulis annis celebrant Concilium apud Cistercium, & decernunt ea, qua utilia sunt. Horum invincibilis sententia vel maximas vires addidit Alexandro. Quamobrem iratus Caesar proposuit Edictum, ut omnes Monachi Cisterciensis Ordinis qui consisterant in regno suo, aut Victori subscriberent, aut regno pellerentur. Itaque difficile relatu est,

CHRISTI
1160.ALEXANDRI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

Quæ recitata in conciliabulo. *bus in scriptum redacta item ponenda videbatur, videlicet: Hæc sunt capitula, quæ in Concilio Papæ super electionem domini Papæ Victoris canonice probata sunt. Dominus Octavianus & nemo alius Romæ in Ecclesia beati Petri, petitione populi, & consensu ac desiderio Cleri, a Cardinalibus manto indutus est solemniter, & præfente Cancellario, & non contradicente, in Cathedra beati Petri collocatus est, & a Cardinalibus & Clero Romano, Te Deum laudamus, solemniter ei cantatum est, & nomen ei, Victor, impostum est. Ibi multitudo Cleri & populi Romani venit ad pedes ejus. Tunc Scribarius secundum antiquam Romanorum consuetudinem ascendens in altum, voce magna clamavit ad populum, dicens: Audite cives Romani, & cæteris Reipublicæ: Secunda feria pater noster Hadrianus mortuus est, & proxime sequenti Sabbato, dominus Octavianus Cardinalis sanctæ Cæcilie in Romanum Pontificem electus, & immantatus est, & in Cathedra B. Petri collocatus est, & Papa Victor est nominatus. Placet vobis? Respondit magna voce Clerus, & populus: Placet; secunda & tertia vice interrogatus populus, si placeret: clara voce respondit: Placet: Deinde cum bandis & aliis Papalibus insignibus dominus Papa cum laudibus in palatium deductus est.*

His itaque rite peractis, Capitulum B. Petri statim venit ad pedes ejusdem

PAGIUS

inapiter fusa est illa Salvatoris oratio, de qua dicit: Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Quod dementis est opinari. Quis enim ita despiat, ut tot Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Cardinalibus exclusis, Romanam vim Curie in his duobus asimet resedisse?

V.
Alexandri
vera omnia
ex parte
legitima.

Sic nunc Fratres, sic loquor de illis, quasi adhuc in Ecclesia B. Petri ubi electionem fecerant, consilium, & ab invicem separatis. Certe Ecclesia Romana non perit; certe cæteris reprobatas ut in illis tribus remanserit, nulla ratio, nullus sensus humanus admittit. Restat proinde, ut in illa multitudine, quæ Alexandrum elegit, vim Apostolicæ dignitatis reservaverit. Absit enim, ut dicamus quinque Cardinales Episcopos & quindecim, vel eo amplius Cardinales Presbyteros sive Diaconos, a tribus illis existisse, & non potius illos ab istis, quorum fama celebratur, vita sanctior, sensus profundior, multitudo numerosior, auctoritas sublimior. Cum igitur constet Ecclesiam esse Romanam, quæ Alexandrum elegit, de qua certum est illos existisse; quicumque postea illis adhaeserit, sive ipsissimus Imarus, sive alius, non ad Christianos,

Papæ Victoris, & obediit, ac debitam ei reverentiam exhibuit Clerus, & populus, multitudo magna similiter obediit.

Sequenti vero die proxima, rectores Cleri Romani accedentes ad dominum Cancellarium & ad Cardinales, qui cum eo erant, voluerunt cognoscere, si immantatus esset, sicut quidam dicebant. Et non invenerunt eum immantatum, neque aliqua specie dignitatis variatum. Et habito cum eo & Cardinalibus suis colloquio, cognoverunt ab ore ejus & suorum, quod numquam fuerit immantatus, & quod hoc ei falso imponebatur. Quo audito & cognito, rectores ad pedes domini Papæ Victoris venerunt, & obedientiam & reverentiam exhibuerunt. De omnibus prædictis capitulis testes fuerunt Petrus Christianus Decanus basilicæ beati Petri, & omnes fratres ejus, & duo rectores Cleri Romani, Blasius scilicet presbyter, & Manerius presbyter, & septem Archipresbyteri Rom. Urbis, & quatuor alii tam diaconi, quam subdiaconi.

Deinde Prior Lateranensis & sui Canonici obediunt.

Clerici de Patriarchia S. Mariæ Majoris obediunt.

Abbas de Patriarchia S. Pauli per suos nuntios obediit, & in signum obedientiæ de bonis Ecclesiæ suæ illi misit.

Abbas de Patriarchia S. Laurentii cum suis

sed ad hæreticos; non ad Catholicos, sed ad schismaticos; non ad Ecclesiam, sed ad Synagogam sathana, & ipse hæreticus, schismaticusque accessit. Dicant inimici quidquid volunt, mentiantur, quantum volunt; fingant quacunque volunt, ubi Ecclesia esse Romana oculis cernitur, ratione probatur, confirmatur auctoritate, ibi cor meum, ibi animus meus, ibi affectus meus. Ab ejus fide, quæ Christo orante, non deficiet, ab ejus unitate, quam schismaticorum pravitas, Christo conservante, non dividit; ab ejus subjectione, cujus mihi Princeps calum aperiet, me neque mors, neque vita, neque alia creatura, Dei adjuvante gratia, separabit. Baronius in Appendice ad hunc annum ostendit Sanctos Eberhardum Archiep. Saltzburgensem & Hartmannum Brixinensem. Antistitem stetit muros firmissimos pro domino Domini adversus Antipapam, quod monendum duco quia video, quæ Baronius in Appendice habet, a paucis legi. Porro Hartmannus Brixinensis Episcopus ibidem a Baronio appellatur; sed is error Librariis adscribendus. De utroque sancto Præfule infra sermo erit. [1]

De obedientia præfita a Clero Rom. X.

* al. nos vem.

CHRISTI
1160.ALEXANDRI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

suis monachis obediit.

Abbas Crenegii obediit.

Abbas S. Silvestri cum suis monachis obediit.

Abbas S. Alexii in monte Aventino cum suis monachis obediit.

Abbas sancti Blasii cum suis monachis obediit.

Conventus sancti Sabæ obediit.

Conventus sanctæ Mariæ in Capitolio obediit.

Conventus monachorum sanctorum Cosmæ & Damiani obediit.

Abbas sancti Valentini obediit.

Magister Fratrum Templi Hierosolymitani in monte Aventino cum suis fratribus obediit.

Cardinalia sancti Marcelli obediit.

Clerici de Cardinalia sanctorum Apostolorum obediunt.

Clerici de Cardinalia S. Petri ad Vincula obediunt.

Clerici de Cardinalia S. Silvestri obediunt.

Clerici de Cardinalia S. Sixti obediunt.

Clerici de Cardinalia S. Sabinae obediunt.

Clerici de Cardinalia S. Sibilinae obediunt.

Cardinalia S. Cyriaci apud Tbermas Diocletiani obediunt.

Clerici de Cardinalia S. Mariæ trans-Tiberim obediunt.

Clerici de Cardinalia S. Mariæ in porticu obediunt.

Clerici de Cardinalia S. Nicolai in Carcere obediunt.

Monasterium Sanctæ Agathæ obediit.

Archipresbyter Sancti Apollinaris obediit.

*Archipresbyter sancti * Tryphi obediit.*

Archipresbyter sancti Bartholomei obediit.

Ecclesia S. Celsi obediit.

Ecclesia S. Mariæ in monasterio obediit.

Ecclesia sanctæ Mariæ in Pallaria obediit.

Ecclesia sancti Salvatoris de Curte obediit.

Archipresbyter S. Vincentii cum suis obediit.

Archipresbyter S. Catharinae cum suis obediit.

Archipresbyter S. Thomæ de Parione obediit.

Archipresbyter S. Anastasiæ cum suis obediit.

Archipresbyter S. Salvatoris de Campo cum suis obediit.

Archipresbyter Sanctæ Mariæ in monte celso alias Monticello cum suis obediit, & multæ aliæ Ecclesiæ & monasteria o-

Ann. Eccl. Tom. XIX.

bedierunt, quas vix enumerare valemus.

Post promotionem domini Victoris Canonici B. Petri miserunt ad Rolandum Cancellarium Canonicos suos, qui viderent, an esset immantatus, sicut quidam credebant, aut aliquo modo promotus. Unde bis missi inquisitores, bis retulerunt, eum non esse immantatum, nec aliqua promotionis specie variatum. Sequenti vero die, ut omnis dubitatio tolleretur, miserunt Canonici quosdam de suis, ut mensæ Cardinalium, qui intererant, interessent, & viderent, si saltem in mensa locum digniorem solito obtineret, aut etiam benedicendo mensam primus esset, vel aliquo modo inter Cardinales loco, vel dignitate, seu veste dignior haberetur. In quibus omnibus nullo modo senserunt eum promotum, vel mutatum. Atque in hunc modum perscrutati sunt Canonici statum Cancellarii per singulos continuos octo dies.

Basso & Joannes de Romano dicunt: Postquam Cancellarius, sedente domino Victore in Cathedra, in munitionem se recepit, Joannes Pbitutus clericus, & Joannes de Buccalata laicus voluerunt immantare Cancellarium. Qui cum injuria repulit eos, dicens: De me non facietis ridiculum. Ibi est Papa, ite ad eum, & obedite ei. Presbyter Blasius, & presbyter Manerius rectores Romanæ dicunt, se cum tribus aliis rectoribus Cleri, sequenti die post promotionem domini Victoris accessisse ad Cancellarium & ad omnes Cardinales qui cum eo erant, & non viderunt eum immantatum, nec aliquo modo promotum. Et antequam discessissent, audierunt duabus vicibus ab ore Cancellarii, quod nec erat, nec fuit immantatus. In presentia etiam ipsorum rectorum, qui ibi erant, testificatus est Otto Cardinalis de Carcere Iuliano, quod dominus Octavianus nullam violentiam, vel injuriam intulit Cancellario. Item dixit Otto, pro nibilo adscribitur hoc domino Cancellario, quia nullus ei mantum abstulit, quia numquam habuit. His omnibus ita peractis & cognitis, rectores isti voverunt ad dominum Victorem, & obedientiam ei fecerunt, & præceperunt Clero, ut ei obediret; quod & factum est.

Presbyter Barro & presbyter Joannes Cappellani de Cardinalia Cancellarii dixerunt, se sequenti die post promotionem domini Victoris ad Cancellarium accessisse, & dixisse ad eum sic: Audientes vos immantatum esse, gaudebamus; & nunc quia aliter videmus, dolemus. Qui dixit eis: Prome nolite gaudere, vel dolere, quia ego nec fui, nec sum immantatus. Ite & obedite ei, quem videtis immantatum. Hæc verba taliter ab ore Cancellarii processisse, commisit presbyter Bar-

V 2 ro

NOTÆ

[1] Non Papæ tantum sed & Cremonæ alterum conciliabulum a Friderico & schismaticis habitum fuisse in confirmationem prioris electionis schismaticæ unico verbulo docet nos author chronici regii S. Pantaleonis, quem per hæc tempora vixisse non inviti credimus. Ille enim peracta narratione eorum quæ in Ticinensi conciliabulo gesta fuerant, addit: Similia acta sunt apud curiam & Synodum, quam Imperator Cremona habuit in Dominica qua est ante Ascensionem Domini. Conciliabulum istud nunc primo in lucem extractum est. MANSI

XI.

XII.

XIII.
Alii falsi
testes.

ro & presbyter Joannes quibusdam ex no-
stis clericis presentibus, ut jurent in a-
nimabus eorum, ita verum esse. Clerici
de Cardinalia S. Chrysogoni dixerunt,
se sequenti die post promotionem domini
Victoris accessisse ad Cardinalem suum,
qui erat cum Cancellario, & interrogasse
eum, dicentes: Omnes clerici vadunt
ad pedes domini Papae; quid faciemus
& nos? Qui respondit: ite ad eum sicut
alii. Multi ex nostris dicunt vidisse
Cancellarium undecima die ab Urbe exisse
sine manto, sine stola, sine albo equo,
& sine omni habitu & munitione, cum pel-
libus nigro pallio coopertis, & cum nigro
almutio usque ad Cisternam. Joannes de Ro-
mano dicit, audivisse Joannem Neapolita-
num, & Bonamdiem, & quosdam alios
Cardinales dicentes apud Cisternam. Quo-
niam modo sum sine pastore, & sine ca-
pite, faciamus nobis dominum, & postea
immantaverunt eum, & cantaverunt ei,
Te Deum laudamus, apud Cisternam.

Joannes de S. Stephano, & Volfsera-
minus dicunt se audivisse, quod Papa Ha-
drianus dixit ad eos, cum de Urbe exiret:
Octavianus inquit, quem ego misi in Lon-
gobardiam, vult excommunicare Medio-
lanenses; sed ego mandavi Mediolanensi-
bus, ut non curent de eo, sed fortiter se
habeant tam ipsi, quam Brixienfes con-
tra Imperatorem, & ego cum eis disposui,
quod Imperator propter eorum impedi-
menta non poterit Romam venire. Item
etiam cum Cardinalibus ita disposui, quod
Octavianus non erit Papa post mortem
meam. Gimundus & Volfseraminus di-
cunt se audisse ab ore Episcopi Sabinensis,
quod libenter rediret ad dominum Victo-
rem, sed ita adjuratione est adstrictus,
quod sine perjurio non potest. Episcopus
Alatrinus in presentia domini Guidonis
Cremensis Cardinalis, & Gimundi, & Jo-
annis Cajetani, & aliorum multorum di-
xit: Non possum ad dominum Victorem
venire, quia talem securitatem feci Can-
cellario & suis apud Anagninam, quod
non possum ad eos venire usque ad Ka-
lendas: post Kalendas autem veniam. In-
terim tamen habeo eum pro domino & pa-
store meo. Itaque Kalendis transactis,
cum infirmitate teneretur, misit domino
Victori obedientiam per clericum quemdam,
quem habemus presentem. De omnibus su-
pradictis capitulis testimonium perhibu-
erunt praedicti rectores Cleri Romani, &
septem Archiepiscopi superius memora-
ti, & alii multi honesti & religiosi cle-
rici Romani, Petrus Urbis Praefectus,
& Stephanus de Thebaldo, & Stephanus
Northmannus, & Joannes de sancto Ste-
phano, & Joannes Cajetanus, & Volve-
raminus de Gidocica, & Gimundus de
domo Petri Leonis, & multi alii illu-
stres Romani & nobilissimi, qui omnibus

bis interfuerunt, & omnia viderunt &
tractaverunt. Haec testimonio de Pa-
patu Victoris.

Mirum dictu, ut ex his Octaviano ab
Episcopis illis quinquaginta confirmatus
sit titulus Pontificius ut diceretur Papa
Urbis & Orbis. Sed plane accidit se-
cundum illud Davidicum: (a) *Mentita* (a) Psal.
est iniquitas sibi. Etenim, etsi certa ve-
raque fuisse probari potuissent, quae au-
diti esse deposita per falsissimos testes,
& quae pro arbitrio sunt ab eis concin-
nata mendacia: nec ex his quidem affir-
mari potuit, Octavianum legitimum esse
Papam, cui Cardinales non nisi tres suf-
fragiis affuissent: cum vigeret Constitu-
tio Nicolai Papae Secundi superiori To-
mo descripta prohibens omnino, ne sine
Episcopis Cardinalibus electio Romani
Pontificis fieri possit, per quos alii Car-
dinales presbyteri ac diaconi adhiberen-
tur, reliquis stantibus juribus pro eo-
rumdem Romanorum Pontificum electio-
ne a praedecessoribus constitutis, quorum
auctoritate majoris partis Cardinalium
deberet adhiberi consensus. At in Victore
refragantibus omnibus Episcopis Cardi-
nalibus, uno excepto Tusculano, & con-
tradictentibus omnibus presbyteris & dia-
conis Cardinalibus, duobus dumtaxat ex-
ceptis, quomodo potuit istiusmodi Vi-
ctoris sic facta intrusio vel invasio, dici
legitima electio? omitto dicere de Otien-
si Episcopo, per quem deberet consecrari
legitime electus Papa, & alia plura quae
requiri deberent in legitima Pontificis
electione, de quibus omnibus nec unum
quidem inveniri potest in Octaviani esse
adhibitum electione.

In Alexandri autem electione omnia
sancte, pie, rite, atque legitime facta
noscentur, ut nihil penitus desiderari po-
tuerit. Quae cuncta adeo vera certa-
que offusum Cimmericis tenebris istiusmodi
conciliabulum, opera principis tenebra-
rum collectum, & moderatum, tamque
clara luce perspicua non vidit, eisdem
plane cum Pharaone Aegypti tenebris ob-
volutis Episcopis illis omnibus, qui tan-
tum delinientes parietem corruentem
absque temperamento (quod datur vi-
tio falsis prophetis a vero & per Deum
misso sancto (b) Propheta) hujusmodi
pervulgandam in Orbem terrarum sen-
tentiam conscribere; quam idem qui su-
pra recitat Radevicus istis verbis: (c) *Rescriptum generale a Synodo praesidentibus per partes mundi directum, hoc est.*

Quia Sedis Apostolicae turbatio Chri-
stianorum animos admodum sauciavit: nos
qui ad refecanda schismata, & pacem Ec-
clesiae reformandam Papae fuimus congre-
gati, qualitate causa, modumque ne-
gotii, & sacri Concilii dispensationem
universitati vestrae plenarie duximus in-

XV.

(a) Psal. 26.

Redarguitur Ep. iudicium de electione Octaviani.

XVI.

Quod Alex. Ele. Canonica fuerit in omnibus.

(b) Ezech. 13.

(c) Radev. l. 2. c. 70.

Epist. synodalis encyclica.

*muta-
tione.

XIV.
Alii ad-
huc falsi
testes.

*al.no-
vem

timandum, quatenus per scripta praesentia
mera veritate monstrata, auditorum
animi falsitatem, quam forte conceperant,
vehementer expellant, & amodo per
scripta schismatica non seducantur. Cum
igitur Orthodoxorum Papae congregatorum
universitas in nomine Domini confedis-
set, causa per septem dies continuos, omni
remoto saeculari iudicio, legitime & cano-
nicè agitata, ac diligenter inspecta, suffi-
cienter, & canonicè in conspectu Concilii
per testes idoneos est comprobatum, do-
minum Papam Victorem, & nullum alium
in basilica beati Petri a seniori parte Card.
petitione populi, & consensu ac desiderio
Cleri fuisse electum, & solemniter immanta-
tum. Quod praesente, & non contradicente
Rolando quondam Cancellario in Cathedra
B. Petri fuit collocatus; & quod ibi ei a
Card. & Clero Romano, Te Deum laudamus,
glorioso decantatum, & inde ad palatium
cum blandis & aliis Papalibus insignibus
est deductus: & Clerus & populus secun-
dum consuetudinem interrogatus per Scri-
narium, si placeret, tribus vicibus, voce
clara respondit, Placet. Probatum est etiam,
quod Rolandus duodecima die post domini
Victoris promotionem ab Urbe egressus apud
Cisternam, in qua Nero Imperator quon-
dam ab Urbe profugus latitavit, primo
est immantatus. Probatum est quod in
secundo die, post promotionem domini
Victoris, Rolandus interrogatus a Recto-
ribus & Clero Romano, ac clericis de
sua Cardinalia, si domini Victori esset
obediendum: expresse confessus est, se
numquam fuisse immantatum, & expresse
dixit: ite & obedite ei, quem immanta-
tum esse videtis. Super his capitulis fue-
runt testes, & sub stola, tactis sacrosan-
ctis Evangelii, juraverunt, dominus Petrus
Christianus Decanus basilicae beati Petri,
& in persona sua, & omnium fratrum
suorum. Juraverunt etiam venerabiles
Archiepiscopi & rectores Cleri Romani,
Blasius & Manerius presbyteri, Joannes
presbyter gentilis, Aimerardus Archiepiscopus,
Berardus Archiepiscopus, Joannes Archiepiscopus,
Benedictus diaconus, magister Ptolemaeus
Archiepiscopus, magister Gerardus, & Nicolaus
& alii honesti clerici Rom. Praeterea Pet.
illustris urbis Praefectus, Stephanus de
Thebaldo, Stephanus Northmannus, Cimundus
de domo Petri Leonis, Joannes de Stephano,
& alii principes & nobiles Romani, qui ad
vocationem serenissimi Imperatoris venerant,
in conspectu Concilii super jam dictis
capitulis ex maxima parte testimonium
similiter perhibuerunt, & jurare voluerunt.
Sed nos quia religiosorum presbyterorum
multorum testimonium sufficiens & abundan-
tissimum habebamus: duximus laicis in hac
parte parcedum.

Deinde venerabiles Episcopi Hermannus
Verdensis, Daniel Pragensis & Otto
Palatinus Comes, & magister Heribertus
Praepositus, quos dominus Imperator ex
consilio vigintiduum Episcoporum, & Cister-
ciensis, & Clara Wallensis Abbatum,
aliorumque religiosorum tunc praesentium
Romam delegaverat, ut partes ante
Concilii praesentiam Papiam evocarent;
in conspectu Concilii testimonium perhibuerunt,
quod Rolandus Cancellarium & partem
ejus trinis edictis per intervalla peremptorie
& solemniter ad praesentiam Ecclesiae
Papae congregandae, remoto omni saeculari
iudicio, vocaverunt. Et quod Rolandus
Cancellarius & sui Cardinales viva voce
& ore proprio iudicium, vel examen aliquod
Ecclesiae se nolle recipere, manifeste dixerunt.
Vidimus etiam scripta Henrici Pisani
Cardinalis tituli sanctorum Nerei & Achillei,
ad dominum Imperatorem directa, in quibus
expresse continebatur, quod nullum vellet
Ecclesiae subire iudicium, vel examen. Super
haec omnia idem Henricus, & Otto Cardinalis
sancti Nicolai de Carcere Tulliano, qui
tempore Concilii & ante apud Januam
morabantur, & Joannes Anagninus Cardinalis,
& Joan. Pizotus S. R. E. subdiaconi, qui
tunc apud Placentiam erant, per octo dies
a Concilio toto sunt expectati, & per
litteras & per Nuntios Concilii sunt vocati,
& contempserunt venire.

Ex his igitur omnibus sufficienter in-
structi, & veritate hinc inde plenarie
declarata, placuit reverendo Concilio, ut
electio domini Victoris, qui tamquam
agnus mansuetus & innocens venerat
Ecclesiae iudicium humiliter suscepturus,
approbaretur & confirmaretur, & electio
Rolandi penitus cassaretur. Et factum est
ita. Electione itaque domini Victoris,
remoto omni saeculari iudicio, S. Spiritus
gratia invocata, confirmata, atque recepta,
Christianissimus Imp. post omnes episc.
& post omnem clerum ultimus, consilio &
petitione Concilii electionem domini Victoris
recepit & approbavit, & post eum omnes
Principes & innumerabilis hominum mul-
titude, quae praesens erat, tribus vicibus
interrogata, si eis placeret, respondit cum
magna voce, Placet.

Sequenti die proxima, idest prima se-
xta feria Quadragesimae, dominus Victor
cum processione ab Ecclesia S. Salvatoris
extra civitatem, in qua fuerat ejus ho-
spitium, ad Catholicam Ecclesiam gloriose
deductus est. Ibi religiosissimus Imperator
ante januam Ecclesiae eum suscepit,
& descendenti de equo strepam humiliter
tenuit, & apprehensum per manum usque
ad altare conduxit, & pedes ejus est
osculatus. Et nos omnes Patri-
archae

XVII.
De citatione facta ad-
versae parti.

*al. Phi-
zutus

Sententia pro Vi-
ctore contra Alex.
Pap.

XVIII.
Imp. Vi-
ctorem veneratur Pseudopap.

archæ, Archiepiscopi, Episcopi, Ab-
bates, & omnes principes cum universa
multitudine, quæ præsens erat, pedes A-
postolicos sumus osculati.

Proxima autem die sequenti, id est Sab-
bato, habito generali Concilio, domi-
nus Papa, & nos cum illo, Rolandum Can-
cellarium schismaticum, & ejus principa-
les fautores, accensis candelis anathema-
tizavimus, & tradidimus eum Satana in in-
teritum carnis, ut spiritus salvus sit in
die Domini.

Illud etiam discretionis vestrae pruden-
tiam volumus non latere, manifeste esse
deprehensum, quod Rolandus Cancellarius
& ejus sequaces quidam Cardinales,
vivente adhuc Papa Hadriano conjura-
verunt. Fuit autem tenor conjurationis,
quod si eis viventibus Papam Hadria-
num mori contingeret, Cardinalem unum
de illis eligerent, qui in eadem conju-
ratione esset astrictus.

De cetero ex parte Dei omnipotentis,
& beatorum Apostolorum Petri & Pauli,
& omnium Sanctorum, & virorum Ortho-
doxorum, qui divino intuitu ad rescin-
denda schismata convenerunt, universita-
tem vestram humiliter imploramus & mo-
nemus in Christo, ut ea quæ Ecclesie Dei
Papie congregata ad honorem Creatoris,
& Sponse sue matris vestrae sacrosanctæ
Romane Ecclesie tranquillitatem, & ad
salutem omnium Christianorum fideliter
ordinavit, vos omni dubio & ambiguitate
remota, irrefragabiliter rata & firma
teneatis, orantes, ut Redemptor noster
Christus JESUS universalem Pontificem,
& Papam nostrum Victorem, de cuius sancti-
tate, & religione omnino confidimus,
per tempora longa conseruet, & præstet
ei omnimodam tranquillitatem & pacem,
ita quod per eum Deus omnipotens hono-
retur, & Ecclesia Romana, omnisque Chri-
stiana religio gratum Domino accipiat in-
crementum.

Ut autem omnis actio plenius legenti-
bus elucescat, dignum duximus, ut om-
nium nostrorum consensus & nomina sub-
scribantur.

Ego Peregrinus Aquilejensis Patriar-
cha cum meis Suffraganeis interfui & con-
sensit.

Ego Arnoldus Archiepiscopus Mogunti-
nus cum quatuordecim Suffraganeis inter-
fui & consensit.

Ego Attuicus Bremensis Archiepiscopus
cum Suffraganeis meis interfui & con-
sensit.

Ego Hillinus Trevirensis Archiepiscopus
cum meis Suffraganeis consensit. At
hoc esse mendacium apertissimum convin-
citur ex litteris Babenbergensis Episco-
pi inferius recitandis. Pergunt Acta de
facta subscriptione:

Ego Reinaldus Colonienſis Archiepiscopus

pus cum meis suffraganeis consensit.
Ego Voicmannus Magdeburgensis Ar-
chiepiscopus cum meis Suffraganeis con-
sensit.

Bisuntinus Archiepiscopus per Legatum
& Episcopum Basilienſem consensit.

Arelatenſis Archiepiscopus consensit.

Lugdunenſis Archiepiscopus cum suis
Suffraganeis consensit.

Viennensis Archiepiscopus cum suis Suf-
fraganeis consensit.

Henricus Rex Anglorum per litteras
& Legatos suos consensit.

Rex Hungarorum per litteras & Le-
gatos suos consensit.

Rex Boemorum consensit.

Rex Danorum consensit,
absens per litteras, vel postea, cum ad
Imperatorem in finibus Galliarum moran-
tem se contulit, ut dicitur suo loco in-
ferius.

Pergit auctor:

Guido electus Ravennas consensit.

Episcopus Firminus consensit.

Episcopus Ferentinus consensit.

Mantuanus consensit.

Bergomensis consensit.

Faventinus consensit.

Abbatum vero & Archipresbyterorum
multitudo innumerabilis multorum regno-
rum interfuit & consensit.

Longobardorum inestimabilis multitudo
interfuit & consensit.

Universi fere Principes Romani Impe-
rii, tam Teutonici, quam Italici, tam
in Urbe, quam extra Urbem interfuerunt,
& assensum cum ingenti desiderio præbue-
runt. Hucusque conciliabuli synodalis
epistola.

His subiicienda est epistola Impera-
toris, tunc data ad Episcopos Germa-
niæ, qui eidem conciliabulo non inter-
fuerunt. Recitatur ab eodem Radevico
istis verbis: (a)

Fridericus Dei gratia Romanorum Im-
perator & semper Augustus dilectissimo
suo Eberardo venerabili Saltzburgenſi Ar-
chiepiscopo, & Suffraganeis ejus, Alber-
to Frisingenſi Episcopo, Hartmanno Bri-
xinenſi, & Romano Gurcensi, totique pro-
vinciæ Saltzburgenſi gratiam suam, &
omne bonum.

Si sacro Concilio Papiæ interfuissetis,
omnia quæ ibidem, vel in Romani Ec-
clesiæ facta sunt, oculata fide cognoscere
possetis. Ne autem ab his, qui pravus de-
lationibus & mendaciis jam fere totum
Orbem resperferunt, veritas possit obnu-
bulari, vel vestra sinceritas trahi in con-
trarium; quanto brevius possumus, se-
riem totius vel sine aliqua falsitatis com-
mixtione mera veritate vobis significare
dignum duximus. Luce clarius constat,
quod Papa Hadriano adhuc vivente, Ro-
lan-

XX.

(a) Radev.
l. 2. c. 71.
sed corri-
ge 67.

Frid. ep.
de rebus
gestis in
conventu
Pap.

landus Cancellarius, & quidam Cardina-
les non attendentes illud Dominicum:
(a) Mat. 5. (a) Sit sermo vester, Est, Est, Non,
Non, conspiratione facta cum Willelmo
Siculo prius ab eis excommunicato, &
cum cæteris hostibus Imperii, Mediola-
nensibus, Brixiensibus, Placentinis, ne
forte per mortem Papæ Hadriani tam ini-
qua factio evanesceret: juramenti vincu-
lo invicem sese constrinxerunt, ut defun-
cto Papa, nullus alius ei substitueretur,
nisi qui in eadem conspiratione cum eis
convenisset. Hac de causa duodecimo die
post electionem domini Victoris Papæ, eo
sedente in sede beati Petri, jam dicti
conspiratores egressi ab Urbe ad Cister-
nam Neronis, derelinquentes venam aqua-
rum viventium, se contulerunt, & idol-
um sibi Rolandum Cancellarium erexe-
runt, dicentes hunc esse Simonem Pe-
trum, qui Apostolicæ dignitatis apicem
tam nefaria invasione attingere præsume-
bat. Quod hæc conspiratio facta fuerit,
& ille jam dictus Rolandus per eam hoc
modo intraverit, non est fictitium, sed
religiosis viris ab illo, qui facit mani-
festa consilia cordium, mirabiliter est de-
claratum.

XXI. Dum hæc Romæ agerentur, & nos quid
super tanto schismate agendum esset, vi-
vos religiosos, Archiepiscopos videlicet,
& Episcopos consultavimus: supervenerunt
quasi missi a Deo Tarantasinus Archie-
piscopus, Abbas Claravallensis, Abbas
Mormundensis, & alii Abbates numero
decem, postulantes pacem Mediolanensi-
bus. Qui recepto a nobis verbo, dum Me-
diolanum pro investiganda eorum volun-
tate redirent, acceperunt ab eis tale
responsum: Domini Patres, nos tenemur
astricti juramento domino Papæ & Car-
dinalibus, quod non debeamus redire ad
gratiam Imperatoris sine eorum volunta-
te: & ipsi & contra sine nostra volunta-
te nullam pacem facere possunt. Responde-
runt eis Abbates: Vos de cetero non te-
nemini domino Papæ, quia mortuus est.
Et illi statim subjunxerunt: Si mortuus
est Papa, nos ideo non sumus absoluti,
quia nihilominus tenemur Cardinalibus,
& ipsi tenentur nobis. Hæc prædicti pa-
tres Abbates in responsis a Mediola-
nensibus * testificati sunt coram mul-
tis religiosis viris. Præter hæc multa ex-
perimenta factæ conspirationis per litte-
ras in via deprehensus accepimus, sicut
nuntius iste plenius vidit & audivit. Sa-
ne ex consilio Orthodoxorum, sicut alia
vice meminimus vobis mandasse, genera-
lem conventum religiosorum Papiæ indi-
ximus, ad quem ambos, qui se dixerunt
Romanos Pontifices non ad judicium se-
culare, sicut ora mendacium astrunt, sed
ad examen Ecclesie per duos venerabiles
Episcopos, Verdensem videlicet, & Pra-

* f. acce-
ptis.

gensem, convocavimus. Alter vero, eo
quod puriorem haberet conscientiam, do-
minus Victor videlicet, judicio Ecclesie
ultra se obtulit, altero videlicet Rolan-
do, contumaciter renitente, & dicente,
quia cum ipse omnes deberet judicare, i-
pse a nullo vellet judicari.

Habito itaque venerabili Concilio, in
quo Patriarcha Aquilejensis, & multi Ar-
chiepiscopi, & Episcopi religiosi conve-
nerant, per octo continuos dies maxima
gravitate, diligentissima examinatione,
semota omni laica persona, tractatum est,
quis ex duobus summi Pontificatus apicem
de jure deberet obtinere. Post longam ita-
que deliberationem, quia illa nefandissi-
ma conspiratio, Deo & Ecclesie admo-
dum odibilis manifestis indicis non solum
probata, verum in facie totius Ecclesie
coram posita revelata est & in domino Vi-
ctore nihil reprehensibile inventum est,
nisi quod pauciores numero Cardinales om-
nino a conspiratione illa exortes eum
pro bono pacis inter regnum & sacerdo-
tium conciliando elegerunt, & invocata
sancti Spiritus gratia, Ecclesia Dei Ro-
landum Cancellarium conspiratorem & schi-
smaticum, discordias, & lites, & per-
juria, bona esse evangelizantem condemna-
vit, & dominum Victorem Papam in pa-
trem spiritalem & universalem Pontifi-
cem confirmavit. Quem nos Ecclesia du-
ce secuti approbamus, & universalis Ec-
clesia patrem & rectorem cooperante di-
vina clementia, fore denuntiamus. Hoc
itaque factum divinis suffragiis præsidis,
& in Apostolica stabilitate supra petram
Christum videlicet, firmiter fundatum,
a vestra beatitudine pro pace totius Ec-
clesie, & salute Imperii approbati, & ab
omni Ecclesia vestrae sanctitati commissi
teneri & conservari rogamus, & præopta-
mus. Data Papiæ decimoquinto Kalend.
Martii. Ponitur inferius a Radevico &
epistola Babenbergensis Episcopi, de
eadem causa schismatici inter Victorem
& Alexandrum, ad eundem Archiepi-
scopum data his verbis: (b)

Reverendissimo patri & domino Eberar-
do Saltzburgenſis Ecclesie Archiepisco-
po Eberardus Babenbergensis gratia Dei,
si quid est, tam devotum, quam debitum
cum oratione servitium.

Convenientibus in unum Papiæ Episco-
pis circiter quinquaginta, diuque venti-
lata questione Papatus, cum dilatio pri-
mo pene omnibus complacisset usque ad
majorem rei notitiam, & aliud genera-
lius Concilium: prevaluit tandem pars
domini Victoris, justificata ab altera par-
te multis modis, quia conjuratio contra Im-
perium, factum illud præcesserat: quia
domini Victoris immantatio prior, illa
posterior, quo solo Innocentius Anacleto
prævaluit, cum Anacletus plures & ma-
xi-

XXII.

(b) Radev.
l. 2. c. 71.

XXIII.
Eberardi
epist. Ba-
benberg.
ad Ebe-
rard. Sal-
tz. Ar-
chiep. ep.

Excom-
municatio
contra
adversam
partem.

XIX.
Exhorta-
tio ad
recipien-
dum Vi-
ctorem.

Idem

Idem

Subscri-
ptio Ep-
& Princ.

CHRISTI
1160.

ALEXANDRI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

ximæ scientiæ, & auctoritatis haberet electores. Deinde quod ad hostes Imperii pars illa se transfulerit, obligata Siculo, Mediolanensibus, Brixienfibus, Placentinis, per sacramentum, quod sanæ doctrinæ adversari videtur: & cum subditos a juramenti fidelitatis debite absolvat, & servire Imperatori prohibeat quoscumque, & sic discessioni viam præparet, quod pessimum est, sicut opere ipsi clarescit, & scriptis undique per Italiam directis tam civitatibus quam Episcopis.

XXIV. His malis principiis finem deteriorem promittentibus, perpetuam videlicet discordiam inter regnum & sacerdotium, & discessionem ab invicem, dum pars illa cum omni securitate conductus nec venire voluisset, nec etiam procuratores pro se mittere ad subeundum iudicium, & excipiendam sententiam: dominum Victorem recepimus spe pacis & concordia inter regnum & sacerdotium. Longo tamen examine præmissi de tempore, & ordine electionis suæ de his qui ejus electioni consenserunt primitus, & postmodum retro abierunt, Cardinalibus numero novem, testificante super his omnibus Capitulo B. Petri & Clero Romano, scriptis & viva voce Nuntiorum sub jurejurando. Nuntius Reg. Franc. promisit pro eo neutrum se recepturum usque dum Nuntios Imp. recipiat Nuntius Regis Angl. idem velle, & idem nolle promisit tam in his quam in aliis; Arelatensis, Viennensis, Lugdunensis, Bisuntinus per litteras, & per Nuntios consenserunt. Solus Trevirensis de regno nostro superest in parte illa de numero Archiepiscoporum, qui non consenserunt: ejus tamen Suffraganei omnes consenserunt. Usque ad vos solum perventum est. Angelus magni consilii dirigat vos secundum beneplacitum suum, & custodiat vos in omnibus viis vestris. Præter hæc Præpositus multa manifestabit vobis, quæ non licet ad præsens homini loqui. Congaudete mihi, qui dimissionem accepi, & ad propria redeo. Hactenus Babenbergensis Episcopus. Ultimo vero loco ponitur a Radevico epistola, ad hæc eadem spectans, Præpositi de Bertherfgaden ad eundem Saltzburgersem Archiepiscopum. Describemus hic ipsam ne mala fide alias descripsisse, alias vero præterisse pro arbitrio videri possimus. Sic se habet: (a)

(a) Radev. l. 2. c. 72.

XXV. Domino suo in Christo reverendo Eberardo Saltzburgersem Archiepiscopo frater Henricus, dilectus Præpositus de Bertherfgaden, cum devotis orationibus debite subjectionis obsequia.

Epist. ad Eberard. de rebus gestis in Conc.

Si cuncta quæ audivimus & vidimus, scribere deberemus; non chartam, sed volumen facere videremur. Verum summorum, quæ de duorum electione Roma-

norum Pontificum acta sunt, breviter præternitanti vestre notificamus. Curia, quæ in octavis Epiphaniæ Papæ fuerat indicta, usque ad sextam feriam proximam ante caput jejunii, quia in destructione Creinæ dominus Imperator detinebatur, est dilata. In qua confidentibus domino Patriarcha, Archiepiscopis, & diversarum terrarum fere quinquaginta Episcopis, Legatis quoque Regis Franciæ, & Archiepiscoporum, Arelatensis scilicet, Lugdunensis, Viennensis, Bisuntini, atque Trevirensis, & Ravennatis electi: Cardinales, & clerici qui pro parte Victoris aderant, in medium processerunt, & utriusque seriem electionis exposuerunt. Super qua continuis quinque diebus ab Episcopis & aliis prudentibus viris copiose disputatum cum fuisset, sexta tandem die in publico Consistorio electionis capitula denovo proposita sunt, & singula a Canonice Ecclesiæ beati Petri, & Rectoribus Romani Cleri, sacramento super sancta quatuor Evangelia præstito, confirmata.

XXVI.

Pars autem altera nec ipsa venit, nec responsales (qua de causa, nescimus) conventui direxit. Recitata sunt insuper litteræ quamplures bullatæ, ab Alexandro & Cardinalibus, qui cum ipso sunt, Episcopis & civitatibus Longobardiæ directæ, sed a fidelibus domini Imperatoris captæ. Ex quarum tenore machinationes eorum & molimina contra Imperium patenter sunt deprehensa. Unde quia dilatio non parvum tam Ecclesiæ, quam Imperio videbatur minari periculum, præsertim quia non erat, qui prædictis assertionibus contradiceret, cum utraque nimirum pars non ad Curiam, sed ad Ecclesiæ fuisset examinationem vocata: Episcopi partis Victoris, quæ ipsum undecim diebus, antequam Alexander immaneretur, immanatum fuisse, & in Sede beati Petri, adversa parte præsentate, absque reclamatione sedisse, præstito (ut dictum est) sacramento probaverat, assensum præbuerunt, & eundem Victorem ut Apostolicum in Ecclesia solemniter suscipientes, solitam ei reverentiam exhibuerunt. Facta sunt hæc, domino Imperatore, & fidelibus Imperii annitentibus, propter causas memoratas. Quapropter ipsemet eidem confirmato Pontifici ante fores Ecclesiæ descendenti consuetum detulit honorem. Secunda vero post hæc die sepe jam dictus dominus Victor, celebrato Synodi officio, alterius partis principem cum quibusdam suis fautoribus, Episcopis scilicet Ostiense, & Portuense, eo quod consecrationis manum eidem præsumperat imponere, Cardinalibus etiam Henrico Pisano, Joanne Neapolitano, & Hyacintho, anathematis vinculo, extinctis candelis, innodavit. Excommunicavit autem Henricum Pisanum, presbyterum

XXVII.

Interfuerunt his omnibus Metropolitani, dominus Patriarcha, Moguntinus, Coloniensis, Magdeburgensis, Bremensis, cum nonnullis Suffraganeis suis, & maxima pars Episcoporum Longobardiæ, quorum plurimi affectuosum & plenarium prædictæ confirmationi tribuerunt assensum. Dominus vero Patriarcha, & quidam alii, salva in posterum Catholica Ecclesiæ censura, propter memoratas Imperii necessitates obediunt. Absentes omnes, quos prænotavimus, Archiepiscopi pro se & suis Suffraganeis plenarie consenserunt, excepto Trevirensi, qui cum iter cepisset, infirmitate præpeditus, excusatorias tantummodo litteras direxerat. Præsentem autem ejus Suffraganeum Tullensem, & Viridunensem pro se & Consuffraganeo suo Metense in integrum sponderunt. Domini Babenbergensis, Pataviensis, & Ratisponensis Patriarcham sunt imitati. Pro confirmandis omnibus quæ facta sunt, mittuntur Legati, dominus Coloniensis in Franciam, Viridunensis in Hispaniam, Pragenfis in Hungariam. Si interim alia scripta, quorum quædam vidimus, meram de his veritatem minus continentia ad manus vestras devenerint, sciat sanctitas vestra, quod, ut pro parte potuimus, sinceram de his veritatem significavimus, plenius autem presentes insinuabimus. Hucusque Præpositi litteræ, qui tametsi rerum ob oculos positarum pro ut gestæ sunt, fidelis sit assertor, tamen quod vera omnia illa essent, quæ a se scripta fuissent, nimis imprudens est confirmator.

Legationes ad diversos milia.

XXVIII. Sententia limitata præcipuorum antistitum.

(a) Radev. l. 2. c. 73.

CHRISTI
1160.

ALEXANDRI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

pum Cardinalem tituli sanctorum Nerei & Achillei, idcirco, quod mandato ejus magister Raymundus Cardinalis despoliatus, & atrociter casus fuerit. Præpositum etiam Placentinum, quia dominum Tusculanum armata manu invaserit, & despoliatum multis contumeliis affecerit, simili sententiæ involvit. Vuillelmum præterea Siculum, atque Mediolanenses, pro invasionibus Ecclesiarum & Imperii, ad canonicam vocavit satisfactionem.

autem tam crebræ litteræ Eberardo Saltzburgersem Archiepiscopo super gestis Concilii directæ sunt, hæc causa fuit. Cum ad Concilium iter cepisset, & per Forum Julii, & per Marchiam Veronensium, usque ad civitatem Vicentinorum pervenisset, gravi correptus infirmitate, gradum sistere, domumque redire coactus est. Sane cum tanti viri fecimus mentionem de vita & moribus ejus quædam memorabimus: quæ quamvis ut lucerna super candelabrum posita in domo nostræ provincie clarissime luceret, ab his tamen, qui longe positi sunt, invida bonis fama difficiliter subtrahet, si scribendo celebretur.

Erat autem idem vir venerabilis, etate maturus, sacræ pagine litteris decentissime instructus, fide præcipuus, religione singularis, humanitate & pietate adeo communis, ut vere dicere posset: (b) Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem. In largitionibus liberalis, in eleemosynis, & suscipiendis peregrinis studiosus in tantum, ut sumptus in obsequium pauperum monasteriorum, & peregrinorum quotidie expensus non solum palatio suo, verum etiam toti Episcopio videretur onerosus. Ipse autem hujusmodi pondere minime gravabatur, cum hæc incommoda bonæ famæ (quam ipse tamen minime affectabat) & æternæ retributionis mercede compensaret. Pauperum squalores minime abhorrebat, a leprosis se tangi & contrectari passus est: quin etiam ipse eos interdum tangere, manusque eorum osculari non verebatur. Nec sufficere credidit, si in ministerio pauperum, sanulorum uteretur officiis, nisi ipsemet habitu succinctus manibus suis interdum cibum apponeret, poculum porrigeret, a quam non solum lavandis manibus, sed & pedibus infunderet. Cumque non solum in verbo perfectam doctrinam, sed etiam in opere consummatam disciplinam præberet exemplum: merito de eo dicebatur, quod olim de quodam Sanctorum: *Quia hic est, qui tale habet verbum, talem habet vitam; & qualem habet vitam, tale habet verbum; quomodoque docet, agit; & quæ agit, hæc docet.* His & aliis pluribus virtutibus, & divine gratiæ donis plures quidem ad sui imitationem, universorum autem ad dilectionem sui provocarat affectum. Sed hæc hactenus. Sicque Deus dilectum suum fidelem ministrum nolens schismaticorum inquinari sordibus, ne ad conciliabulum illud fatanæ se conferret, percussit infirmitate, qua restitit, atque resiliit.

XXIX. Laudes Archiep. Saltzbur.

(b) 1. Cor. 9.

Virtutes Eberard. Archiep. Saltzbur.

Sed quæ prævidit propheticæ de ipso sanctus Abbas, descripta habentur (c) in vita ipsius: Præfuit in vicino Abbas, nomine Eppo, cujus vita magna, probitas major, familiaritas maxima cum

(c) Antiquales Canif. t. 6. pag. 1197.

CHRISTI
1160.ALEXANDRI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

patre nostro pollebat. Hunc invenit Deus cui de schismate futuro post multos annos contra Pipam Alexandrum predicaret, quamque firma anchora solus tunc Eberardi ex omnibus Alemanniæ Episcopis staret. At hunc formam vidit per somnium prædictus Abbas. Et ecce vidua quædam. Vidua videbatur, & viduam Rex quidam impugnavit, & qui viduam adjuvaret non erat, nisi de Juvavo monachus quidam. Hic Eberardus videbatur. Hic ob stare solus pro vidua videbatur. Lucta hæc Lucta imago * utrimque fervebat, donec mutatus est, & in chilybem mutatus est monachus. Proportionaliter ferrum duritiam, duritia invincibilem signabat. Ferebat autem non minus in illum, quam in viduam Rex, donec & ipse in canem versus apparuit. Qui habet aures audiendi audiat argumentum a simili. Quod intelligens qui viderat, retulit in auribus Abbatis, & dicit: in veritate Juvavo præsidebis, & erit tempus, quo solus Ecclesiasticis Alpinam sustentes. Sufficit tempori illi malitia sua. Ipse namque, nec non Brixienfis Antistes steterunt murus firmissimus pro domo Domini, de quibus in Actis ejusdem Eberardi hæc leguntur: (a)

Atqui Juvavensem, & Brixiensem Episcopos cunctorum mortalium, quos tunc novimus, sanctissimos nemo cum nesciat: in tanta partium caligine, quæstione, & conquestione, in tanta omnium dubitatione, tantorum vestigia patrum tuto sequi nos posse credimus. Post longam nempe considerationem Metropolitæ noster, solus ex omnibus Episcopis Alemanniæ præfatus, Brixiensem Episcopum * Hartmannum reverendissimum post se trahens, Papam Alexandrum laudavit. Unde nobis postmodum inter multos audientibus aliam rationem non dedit, nisi quia tota Ecclesia cum his, & his regnis in Alexandrum consensit, justiore hunc æstimamus. Quod quasi præfagus futurorum dixit, exitus post multos annos probavit. Sic Augusti tunc solus fata impediens, non tamen Augusti in se manus

* utrumque

(a) Antiq.
leth. 2. 2.
pag. 296.

* Hartmannum.

PAGIUS
VI.
Arnoldus
Archiep.
Moguntia
occiditur.

Ad num. XXX. ad XXXVIII. Radevicus, qui libros duos ad Ottonem Frisingensem appendices elucubravat, & Ligurinus Poeta hoc anno Opera sua absolvit, quia cum uterque Friderici laudes cecinisset, videtur noluisse post ejus excommunicationem amplius eum laudare. Hoc autem anno Imperatorem ab Alexandro III. excommunicatum fuisse, Baronius num. XXXI. ex Actis ejusdem Alexandri III. demonstrat. Hanc excommunicationem eundem Pontificem postea innovasse, anno MCLXVIII. videbimus. Interim Arnoldus Archiep. Moguntinus Schismaticus in natiuitate Divi Joannis Baptista a Moguntinis occisus est, uti refert Baronius a num. XXXII. ad XXXIV. ex Roberto de Monte & Conrado Episc. in Chron. Rerum Moguntiacarum.

VII. Tum Baronius num. XXXIV. ait, Rudolphum

commovit. Quam diverse, quantis adversis prædecessores sui rem tantam in Cæsares Henricos præsumserant? Et ecce plus Henricis hic. * Furebat bilem, & nuntium nostrum Eberardum Augustus, & suam ipsius animam pertransivit gladius: sed ubi in præsentiam venisset, reverentia sanctitatis ejus spiritum reprimebat. Dignitas quædam angelica in vultu, & pondus tale oculos ac mentem obibat, ut nisi timere plusquam mortalem, & contremere, & parcere, & venerari non possent. Hæc de semetipso confiteri Princeps solebat. Oderat nimis semper sanctissima anima prosperitatem suam, & temporalem gloriam, ardebatque prædicta vel qualibet occasione qualibet adversa, sive exilium, sive etiam mortem sustinere pro Domino; sed sic eum volebat manere donec veniret, &c.

* Locus corruptus

XXX.
Radevicus
cur finem
scribendi
fecerit.

Præter hæc omnia sciendum, quod qui res gestas hujus temporis tradebat; hic stetit ipse auctor Radevicus, qui ad ipsum Fridericum duos libros Appendices ad Ottonem Frisingensem conscripsit, in quarum posterioris postrema parte laudes celebrans ipsius Imperatoris, libens volensque finem scribendi fecit, conscientia repressus. Ubi enim audivit, ipsum sententia Alexandri anathemate esse multatum, detestisque mendaciis, jam in Ecclesia Catholica Catholicum recipi atque coli Pontificem Alexandrum, destitit ulterius progredi, & ejusdem Friderici res gestas scriptis prosequi, quem videret per devia errantem extra Ecclesiam cum schismaticis rem agentem, eodemque indefesso studio protegentem. Eadem quoque causa (ut apparet) Guntherum cohibuit nobilem hujus temporis poetam, qui de rebus a Friderico gestis metricè sed historice decem in hunc usque ejus Imperii annos libros conscripsit, cumque ulterius prosequi (ut ipse profiteretur) instituisset, turpitudine rerum omnino conticuit: nam & cum singulas hucusque res gestas ab eodem Imperatore laudans heroico carmine cecinisset, conciliabulum istiusmodi Papiense omnino præ-

& ipsum sicut Arnoldus sacrilegum, electum fuisse Moguntinensem Archiepiscopum, & tandem Conradum consanguineum Imperatoris a Clero legitime creatum esse, quem addit ad Alexandrum III. se contulisse, ejusque partibus semper quoad vixit, licet sede sua exclusum adhæsisse. At Rudolphus quidem a sceleris auctoribus Arnolde occiso subrogatus; verum ut tradit Dodechinus in Chronic. anno MCLXI. Imperator Rudolphi munera sprevit, quia Conradus Palatinus alium nomine Christianum Episcopum levavit. Tum anno MCLXII. Imperator in Longobardia res publicas agens, Christiano Priore Elesto interim neglecto &c. Episcopum constituit Moguntina Sedi Conradum fratrem Ottonis Palatini, de quo sæpius infra sermo erit, quia fortiter pro Alexandro III. stetit, & Sedem suam deserere coactus fuit.

Conradus
frater Ottonis
Palatini
fr
Archiep.
Mogunt.CHRISTI
1160.ALEXANDRI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

præterit. Sed quod a parte Catholicorum ipse firmiter staret, non defuit officio, & quantum licuit, consulere veritati, dum eadem sua scriptione manifeste probavit Alexandri Papæ electionem, improbavit vero Victoris, hisce versibus de utroque sic agens: (a)

(a) Ligur.
in Frid. l.
10.
Guntherus
quid
de duobus
electis
Pontif.

Temporis ejusdem tractu; nondumque reversis,
Quos ad Romuleam Fridericus miserat Urbem:
Confinis magna, multumque domestica Romæ
Funera Romani Pastoris Anagnia vidit.
Quem tamen inde suam translatum
Clerus in Urbem
Sede sacra Petri sepelivit honore
fideli.
Ante tamen tumulo quam membra exanguia Præsul,
Subderet, exorto geminans jam schismate partes,
Mansuramque diu litem de Sede reliquit.
Nam cum de tanti rationem Clerus haberet
Successore viri, studiis melioribus ultro
Rolandus petitur, qui Cancellarius ante
Sanguine conspicuus, veteri mox nomine verso
Factus Alexander, per tempora multa superstes
Ecclesia pacem sedato schismate tandem
Vidit, & optato tunc demum sine quæsit.
Alter pars sacra Octavi te Sede locatum
Auspiciis decepta suis ignora superni
Judicii, falso Victorem nomine dixit.

Hæc Ligurinus, sed qui, ut apparet, finito schismate ista scripsit. Sic igitur ubi Scriptoribus scribendi felicia defecit argumentum, desistere illi potius, quam adulando mentiri, vel vera dicendo, ipsi Friderico displicere putaverunt. Sed jam cætera prosequamur.

XXXI.
Edictum
Imp. ut
omnes
recipiant
Ostavi-
num.

Subsecuta sunt post hæc atrocita Imperatoris edicta, nimirum, ut qui beatissimam a se propositam non adoraret, exilii pœnis afficeretur. Mentio hujus edicti habetur in Actis ipsius Alexandri Pontificis hisce verbis: Sic itaque in perniciem animæ suæ Imperator, & in ruinam multorum, tunicam Christi, unitatem videlicet Catholice Fidei scindere tentans: ipse prius inclinavit se ad pedes illius, & alios quos passet, ad ipsum coegit. Quo facto per Ann. Eccl. Tom. XIX.

totum sibi subjectum Imperium edictum, nisi, ut Ecclesiarum prælati ad statutam quam crexerat, adoraturi accederent. Quod quicumque agere nollent, de terra sua non reversuri exirent. Hujus autem verbum durum & asperum insonuit per totam Italiam. Tunc omnes qui spiritu fervebant, elegerunt exilium potius pati ac persecutionem pro Deo, & manutenda fidei unitate, quam pacifice adherere schismaticis, & honoribus abundare cum divitiis hujus sæculi. Facta est ergo maxima in Ecclesia turbatio, fugientibus Catholicis, deserentibusque Ecclesias proprias, & patriam suam. In quorum loca violenter intrasi sunt Octavianus complices. Non his cessit Alexander Papa: sed quo persecutio vehementior excitabatur, ipse robustior apparebat. Parat judicium vere Apostolicum, citat Imperatorem, non parentem percellit anathemate. Hæc enim eadem Acta ita descripta continent:

Cum autem beatus Alexander Papa eundem Imperatorem benigne ac frequenter admonitum, a sua perfidia non posset ulterius revocare: cum Episcopis & Cardinalibus in Cœna Domini apud Anagninam ipsum tamquam principalem Ecclesie persecutorem excommunicationis vinculo solemniter innodavit, & omnes qui cum eo juramento fidelitatis tenebantur astrinxit, secundum antiquam prædecessorum Patrum consuetudinem, ab ipso juramento absolvit; atque in Octavianum, & ejus complices jam diu prolatam excommunicationis sententiam innovavit. Et quoniam ipsi schismatici de justitia & veritate diffidentes, Prælatos Ecclesiarum, & Principes Urbis exquisitis mendaciorum figmentis circumvenerant, & in partem erroris sui inducere attentaverant: utile consilium domino Papæ visum est, ut aliquot de fratribus suis in diversas mundi provincias ex latere suo destinare deberet, per quorum studium & laborem super facto electionis Apostolicæ declaratio fieret, & universitas Fidelium in unitate Catholica, cognita veritate solidaretur. Hæc Acta de excommunicatione Friderici Imperatoris. Cæterum non penitus excommunicatum fuisse adhuc Fridericum ab Alexandro, sed tantummodo in ipsum comminationem de excommunicatione pronuntiatam, quæ dicturi sumus inferius, declarabunt.

Qui igitur præest Ecclesie Christus, cui omne judicium dedit Pater, Deum ultionum dominum ostendit se inimicis suis qui abusi sunt misericordia ejus. Cœptum est namque judicium a domo Dei cum schismatis hujus antesignanus, consultor pessimus Archiepiscopus Moguntinus Arnoldus, sicut primus omnium Germanorum Episcoporum subscripsit sententiam. X 2 ten.

Alex.
Pap. ex-
communi-
cat schif.XXXII.
Severum
Christi Ju-
diciam
adversus
Schismaticos.

tentia lata in Alexandrum; ita primus omnium de perfidia poenas dedit, & quidem memorabiles: de quo hoc anno Robertus in Appendice ad Sigebertum hæc habet: *His gestis, in conciliabulo, videlicet Papiensi, Arnoldus Præsul Moguntinus revertitur, & in nativitate divi Joannis Baptistæ a Moguntinis occiditur in monasterio S. Jacobi.* Hæc ipse breviter. Sed præstat ista audire a Conrado Episcopo in antiquo Chronico rerum Moguntiacarum, ubi ejusmodi lugubris facti tetram tragædiam latius est prosequutus, his verbis incipiens a monitoribus suis:

* f. præ-nominatus.

Per plures admonitus Arnoldus est præmonitus, ut se cautius observaret. Qui fertur suis monitoribus respondisse: *Canes Moguntinenses mordere non norunt, nec aliquid valent, quam latratibus deterrere: a corde carentibus timeantur.* Erat quidam Abbas in claustris Eberbach Ordinis Cisterciensis, qui ipsum Arnoldum pro suis excessibus sæpe literis arguit, & imminenti pericula intimavit. Erat quaedam sancta virgo nomine Hildgardis, quæ per spiritum vidit ipsum Arnoldum citius moriturum. Scripsisse quoque dicitur ei in hæc verba: *Pater prospice tibi, canibus enim sunt funes abstracti, qui insequuntur te. Non tamen accipies montis aliquid. Accidit ut in vigilia Joannis Baptistæ post prandium, de quodam oppido Bingen civitati Maguntinensi appropinquaret, ac in claustris monachorum juxta muros civitatis ad S. Jacobum in monte Specioso (sic enim dicitur) se locaret. Et ecce Maguntinenses usque in crastinum sese armant, & constitunt, ut cum in ipso die S. Joannis audita fuerit campana, quilibet sit paratus, & factum est ita. Venit dies & maturius solito prandent omnes; pulsatur campana, & a maximo usque in minimum universa civitas congregatur. Præsul Arnoldus se jam dederat quieti, & audito campanæ sonitu, ultra quam credi possit, vehementer expavit, & timor irritus super eum; amissaque rationis gubernaculo, quid posset facere, ignorabat. Obstruxit autem repagulum, & lapidibus & lignis, quibus poterat, januas omnes monasterii memorati.*

XXXIII.

Turba autem turbata ex adverso omnes portas & fenestras, vel quoscunque alios exitus observabat, ne evaderet quemquerēbant. Jam ignem ad officinas admovebant: visæ & cum multa difficultate monachi recessum obtinuerunt. Et dum monasterium fumo plenum flammis per circuitum premeretur; ipse Præsul turrim monasterii ascendens misericordiam deprecatur, & si quem offendisset verbo vel facto, satisfacturum se suppliciter pollicetur. Sed turba viso pontifice clamare cepit fu-

Populus Moguntinus conspirat in Arnold. Archiep.

rosæ, nec poterant supplicantis verba præ tumultu turbata turba intelligi, vel audiri: sed admoto igni ad turrim, in qua stabat, ipsum de turri descendere compellebant, flamma jam monasterio dominatur. Videns ergo monachus obrepente securitate abscedere, tentat, si forte & ipse cum eis, & inter eos possit evadere. Assumpto itaque habitu monastico occultari tentat, ut & ignem qui invaluerat, & gladium evaderet, quem timebat. Apertis Ecclesiæ valvis, cum monachis ferro abscefferat; sed a quodam est cognitus, & detentus infelix. Quidam primo gladium vibrans collo Episcopi immergit: alter in fronte eum percutiens, mucrone ab aure usque ad aurem superiorem partem capitis ad inferius dividit. Sicque factum est, ut alii contis, alii fustibus, alii gladiis, alii lapidibus mactantes solo tenus præcipitarent. Jacentem sic, & vulneribus, & sanguine deformatum vulgus nequam & perversum vestibus spoliarunt, quidam anulos de digitis abstulerunt. Reliquia quædam, quas collo pendentes solitus erat ferre, ab aliis sunt ablata. Hæc autem circa horam nonam parum ante vespas sunt peracta. Nec poterant clerici ab ipsis malefactoribus aliquatenus obtinere, ut saltem occisus in loco traderetur debito sepultura. Sic ergo jacebat in campo super fossam civitatis, ubi canum, & luporum transitus habebatur, desiderantes eum, & ab hujusmodi bestis devorari. Tribus diebus sic nudus toto corpore manens, veniunt aliqua maledictæ femine, caseorum, & ovorum, atque olerum venditrices, mercatrices, meretrices, saxisque dentes pontificis contuderunt; alia vero stipites ardentes, & titiones fumantes ejus gutturi infixerunt, adicientes linguas & labiis maledicta. Post diem tertium Canonici sanctæ Mariæ ad Gradus jam incognoscibilem & fatentem furtim sublatum deferunt in ipsam Ecclesiam, lacrymosis suspiriis sepeliendo. Et post exclamationes auctoris in Moguntinos ista patrant, idem mox subdit: *Acta sunt hæc anno millesimo centesimo sexagesimo.* In vindictam suæ intrusionis ista promeritus; quæ, Deo ultore, non prius, sed hoc accepit anno post damnatum sua sententia Alexandrum Romanum Pontificem, in exemplum terribilis iudicii magni Dei.

Trucidatur suis Mogunt. Arnold. Archiep.

XXXIV. Conradus Archiep. Mogunt. seclator Alex. Pap.

Subiicit auctor de intruso post mortem Arnoldi a sacrilegis parricidis Rudolpho, & ipso sacrilego, qui venturus pro sede illa obtinenda Romam, cum ob expensas sibi parandas auræ crucis brachium amputasset, in via diem clausit extremum. Creatus est tandem ab ipso Cleto legitime Moguntinus Archiepiscopus. Conradus consanguineus Imperatoris. Sed hic post.

posthabens Imperatorem, & intrusum ab eo Antipapam, recepit Alexandrum dumtaxat, quem legitimum cognovit, & fecutus est Papam; ad eumque invensum Romam se contulit cujus causa ab Imperatore multa passus ab eodem auctore afferitur. Cum & Moguntinam civitatem denudatam mœnibus in vindictam necati Episcopi, ab Imperatore, & destitutam pastore contigit dira pati, quæ ab eodem describuntur auctore. Nam per annos decem & octo schisma in illa perduravit Ecclesia, sequentibus aliis Conradum, communionem Alexandri legitimi Pontificis nactum; aliis sectantibus intrusum ab Imperatore alium, nomine, etsi non opere Christianum, Papæ Victori schismatico inhærentum, Archiepiscopum falso assertum: cui Deus sua misericordia in fine tandem tribuerit, ut poenitens erroris in communione Alexandri clauderet diem extremum. Sed de his dicendum inferius, suisque locis agemus de aliis malorum horum omnium architectis, quos ultio divina exitu miserando subtraxit.

XXXV. Fuit Imp. instar Pharaonis in Eccl. positus. (a) Exod. 14.

(b) Job. 40. (c) Psal. 103.

XXXVI. Petrus Archiep. Tarentasæ contra Imp. prædicat Pap. Alex.

Quod si omnium malorum auctorem tardius vindicta mulctavit Fridericum Imperatorem: scias a Deo factum, quo præclarior esset de sæpe expugnato tyranno triumphus. Nam sicut de Pharaone Dominus ait: (a) *Indurabo cor ejus, & persequetur vos, & glorificabor in Pharaone, & omni exercitu ejus, scientique Ægyptii, quia ego sum Dominus: ita plane perfidii sui severitatis iudicio ad gloriam sui nominis, ipsius vero opprobrium & ignominiam servavit Fridericum Imperatorem viribus potentissimum, fraudibus vero vaferimum deceptorem: ut quod de Behemoth scribitur in Job: (b) *Iludus ei quasi avi.* Et per Psalmographum. (c) *Formasti draconem ad illudendum ei: ludibrio expositum, poneret in exemplum cunctis Principibus cornua erigentibus adversus sanctam Ecclesiam, cum viderint superbissimum Imperatorem contumacem, sæpe victum atque prostratum ad pedes Alexandri Papæ accidere, atque eos exoculari, & lambere.* Sed de his suo loco inferius dicendum erit.*

In tanto autem infelicium Episcoporum naufragio non defuit quis stare ex adverso. Fuit iste magnus hujus temporis Ecclesiæ fulgor, Petrus Tarentasæ Archiepiscopus, potens opere, potensque sermone, undique mirandus. Hic ipse hoc anno venit cum aliis servis Dei ad castra Imperatoris, rogare pacem ab eo pro Mediolanensibus: & cum omnes provinciarum Gallicanarum, quæ illi proximæ erant, Præsules dedissent turpiter manus, ac subscripsissent impiæ illi sententiæ, pro Octaviano contra Alexandrum pronuntiatæ: resiliit iste solus, magis ve-

ro redarguit, & pro Alexandro vexillum prædicationis erexit. Sed audi Gaufridum Abbatem, qui res ab eo gestas fidelissime est prosecutus: (d) *In diebus ejusdem Præsulis vicinas provincias, & Romani Imperii ex maxima parte Ecclesiæ schismatica rabies occupavit. Solus ipse ex Metropolitanis, vel prope solus regionum illarum & schismaticis palam resistit, & immunis persistit in Ecclesia sua. Sed & plurimos ex circumpositis revocavit ad Catholicam unitatem, vicinas undique provincias penetrans, libere prædicans clericis & populis, plenè auctoritate sermonibus improbos & obsecratos hæreticæ arguens pravitate. Nihilominus tamen devotis eum colebat Imperator officiis, non minori ei reverentia obsequens, quam sævitia Catholicos persequens ceteros circumquaque. Nec deerant qui indignarentur, qui causarentur, qui conarentur animum Principis adversus eum potius exacerbare, dicentes: *Quid sibi vult, Imperator bone, quid astitas? Numquid destrueret non est causam tuam, sic colere, sic honorare eum, qui sic impugnat, sic impetit eam? Ille nos detestatur, nos execratur, nos hæreticos denuntiat, nos anathematizat; & tu velut Angelum Domini eum suscipis, publice, & privatim ejus prædicans sanctitatem. His & hujusmodi verbis, quantum tamen audebant, crebro pulsabant ariete Imperatorii robur pectoris filii dissidentia, filii scelerati.**

(d) Apud Sur. t. 3. die 8. Maii c. 24.

Cui suggestioni Herbertus quidam Chrysopolitane incubator Ecclesiæ præ cæteris insistebat, iterum atque iterum asseverans, non se se satis mirari posse, quibus ille præstigiis Imperatorem tanta prædicatione taliter dementasset. Multos enim Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, etiam sibi quondam charissimos pro eadem causa idem Imperator in exilium egerat; Cisterciensis Ordinis Fratrum non modo personas aliquas, sed numerosa collegia ab eodem Herberto & similibus, si quos tamen similes habuit, suis extrudi cœnobis non prohibuerat; & hujus unius sese suffragiis quam simpliciter commendabat. Fertur etiam, quod eidem nequissimo monita pessima suggerenti dignum memoria, dignum dederit admiratione responsum: *Si hominibus, ut merentur, contrarium me exhibeo; tunc velis, ut evidenter opponere me incipiam Deo? Ita quidem Fridericus, ut (e) Pharaon Moysen, verebatur & colebat in vitus, percitus timore, Petrum de quo rursus inferius dicendum erit. Erat ipse hoc anno agens in suo Archiepiscopatu annos vigintiduos, hominibus etiam impiis reverendus.*

xxxvii. Herberti schismarici improbi conat.

(e) Exod. 7.

Vides, Lector magnam Dei providentiam in regenda Ecclesia sua. Qui enim in schismate Petri Leonis paravit lu-

cernam Christo suo, nempe (ut vidisti) S. Bernardum, vere lucernam ardentem atque lucentem misit in auxilium legitimi Romani Pontificis Innocentii, quo tanto viro præcurfore, ubique terrarum parans illi viam, posuit prava in directa, & aspera in vias planas: noluit Alexandrum ejusmodi carere subsidio, ex eadem pharetra educens sagittam electam, ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populo: Discipulum siquidem ejusdem S. Bern. monachum Cisterc. Ordinis, professum in monasterio Bonævallis, & ex Abbate; quem diximus, tempore ejusdem sancti Bernardi creatum Archiepiscopum Tarentasium, paravit ad opus in auxilium Alexandri. Dedit & alios plures, ut ea quæ sequuntur, ostendant.

XXXVIII. Alexand. Pap. de rebus gestis in Conc. Papiensi nonnet Arnulph.

Inter hæc autem Alexander Papa post infame concilium Papiense rescribens ad Arnulphum Lexoviensem Episcop. de his, quæ gesta essent in conciliabulo Papiensi, eum reddidit certiorum: ex quibus multa auditoris eris, quæ præ pudore schismatici ipsi reliquere obvoluta, immo sepulta silentio, sed & quod eidem Episcopo egregie rem agenti pro Catholica veritate, delegat vices suas. Extat ipsa quidem Alexandri reddita ad ipsum epistola, jamque cusa una cum aliis Arnulphi litteris, quæ sic se habet:

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Arnulpho Lexoviensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Litteras a tua nobis prudentia destinatas tanto hilariori mente suscepimus, quanto de uberiori pinguedine charitatis & ampliori fervore devotionis eas novimus processisse. Quas & nos ipsi attente satis ac diligenter inspeximus, & ut conceptæ dilectionis integritas, & probatæ fidei certitudo in tenebris non lateret,

sed fieret ignorantibus manifesta, eas in fratrum nostrorum auditorio publice fecimus recitari. Ipsæ profecto & devotissimi continebant puritatem animi, nec minus luculentam profundi pectoris eloquentiam redolebant. Novimus autem, & immemores non existimus, qualiter, sicut & ipsa tua scripta plenarie continebant, divæ ac reverendæ memoriæ Innocentio Papæ antecessori nostro schismaticus ille, qui & generositate naturæ, rerum copia terrenarum, prudentia seculari, & gratia labiorum mira æstimatione reddebatur insignis, nefaria temeritate succrevit, & innocentem noxius, fortis debilem, armatus inermem, schismaticus catholicum impugnabat. Cæterum ad quem finem res ipsa, Deo miserante, pervenerit, devoti & fideles Ecclesiæ filii per gloriam meritorum, mali vero per suppliciorum gravamina cognoverunt. Quid etiam de aliis similia præsumptibus antea sæpenumero contigisset, tu tam secunde, quam eleganter in illis eisdem litteris expressisti. Temporibusque nostris optimus Deus voluit hæreses suscitare, ut qui probati sunt, manifeste fiant, & ut per nostram & aliorum Catholicorum studium & laborem granis a paleis in area Domini segregatis, scismatica & hæreses conterantur. Credimus siquidem, & de gratia divina confidimus, quod in proximo sedatis fluctibus procellarum, & ventorum turbine propulsato, dies nobis serenus & fulgidus arridebit, & calcatis inimicis Ecclesiæ, tranquilla in portu Petri navicula residebit.

Perseveramus autem gratias omnium Conditori, laudum præconia referentes, quod magnificum illum & serenissimum Orbis Principem Henricum Regem Anglorum audivimus firmum & stabilem in Catholice unitate Ecclesiæ permanere, & quod per tuam præsertim inductionem idem in

XXXIX.

san-

hunc annum habet: Ipso anno mortua est Regina Francia (Constantia appellata) filia Imperatoris Hispania (Alphonsti scilicet VII. Castellæ Regis:) Rex vero Ludovicus (Francorum Rex) accepit in conjugem filiam bonæ memoriæ venerabilis Comitis Theobaudi (Comitis nempe Blefensis & Campaniæ, cujus filia Adela Regina Francorum fuit), quam postmodum prædictus Hugo Senonensis Archiepiscopus Parisius in Reginam unxit, ipsamque cum domino suo Rege ipso die, presentibus duobus Cardinalibus (Nangius in Chron. dicit tribus, sed longe major fides huius Continuatoris hoc tempore viventis) Ottone videlicet atque Henrico Pisano in Ecclesia B. Mariæ coronavit: & in eadem Ecclesia, ipsis Cardinalibus & multis aliis presentibus Missa officium solemniter celebravit. Quod factum valde displicuit Remensi Archiepiscopo, & ejus Episcopis. Continuator Aimoini cap. 54. ait, Adalam, quam Alam vocat, fuisse inter quinque filias Theobaldi na-

Ludovicus VII. Francia Rex Adalam sibi copulat.

sancto proposito animum solidavit. Rogamus sane, ut ita vigil semper circa eum & sollicitus perseveres, ne per frequentes vexationes imperatoris, & Nuntiorum suorum, a devotione Ecclesiæ, & nostræ, quod absit, velit modo quolibet declinare. Volumus quidem te apud eundem Regem, & Episcopos, atque adjacentes personas, quasi quemdam Apostolum & Nuntium veritatis in illis partibus experiri. Circumpositos quoque & vicinos Episcopos, & tam Ecclesiasticas, quam seculares personas, nobiles præcipue ac potentes, ad hoc ipsum efficaci studio & omni diligentia exhorteris. Nos enim personam tuam quam sincera charitate in Domino diligamus, atque ad honorem & exaltationem tuam, quam prompto animo desideremus intendere; per illum dilectionis fervorem, quem circa te & antepromotionem nostram habuimus, discretionis tuæ prudentiam non credimus ignorare.

Præterea qualiter Fridericus Romanorum Imperator, avorum suorum scelerrissima vestigia subsecutus, circa sanctam Ecclesiam Romanam in presenti se habeat, & olim habuerit, & qualem circa eam animum gerat, qui utique specialis ejus patronus deberet & defensor existere, multis rerum indiciis a longis retro temporibus ad notitiam tuam non ambigimus pervenisse. A tempore siquidem antecessoris nostri piæ recordationis Hadriani Papæ, & ab exordio dignitatis suæ capit sanctam Romanam Ecclesiam, tanquam tyrannus, opprimere, & non mediocriter infestare. Archiepiscopos namque, & Episcopos a Sede Apostolica redeuntes, in ignominiam & detrimentum Ecclesiæ plerumque capi turpiter & inboneste præcepit, eosque fecit carceris custodia mancipari. Non quoque in minori officio constitutos, quicum venerabili fratre nostro B. nunc Portuensi Episcopo ad eum fuimus delegati, qualiter apud Bifuntium ipse trahaverit, & quam indi-

* f. Nos

PAGIUS

tu minimam, & Hugonem Senonensem Archiepiscam ad Festum S. Bricci Parisiis innoxisse; ideoque die XIII. mensis Novembris quo S. Briccius colitur. Quare cum Radulphus de Diceto in Imag. Hist. tradat, Constantiam hoc anno partu filia mortuam esse, incolum filia, & Ludovicum Regem Alam seu Adalam, infra quirtum decimum diem duxisse uxorem. apparet Constantiam sub exitum mensis Octobris e Vita discessisse.

X. Moritur S. Ubald. Episc. Eugubinus.

Sanctus Ubaldus ex Priore Canonicorum Regularium Episcopus Eugubinus in Umbria sequenti nocte, quam sancti Pentecostes dies dominicus præcesserat migravit ad Dominum inquit Tebaldus ejus successor in ejus Vita, & confirmant marginales Additiones adscriptæ vetustissimo exemplari ejusdem Vitæ, in quibus dicitur, migravit anno Domini millesimo centesimo sexagesimo, anno Episcopatus sui trigesimo primo, quod optime convenit cum caractere

que receperit, non opus est nos in presenti referre, quia credimus te id ipsum plenarie cognovisse. * Veniente etiam prædicto antecessore nostro, patrimonium beati Petri violenter invasit, & eandem Romanam Ecclesiam nisus est modis omnibus concutere, ita quod a pluribus dicebatur, & quasi fama communis habebat, quoniam eo superstite Octavianum, qui semper fuit domesticus Ecclesiæ inimicus, ordinare Apostolicum, immo apostaticum, si opportunitatem acciperet, intendebat.

* f. Vi-vente.

Quia vero illo vivente omnipotens Deus non permisit eum conceptam vesaniam exercere, post mortem ejus opportunitate concepta, prædictum Octavianum schismaticum, simoniacum, & manifestissimum invasorem, qui cum tribus tantum malitiæ suæ complicitibus, sicut totus pene mundus agnovit, post canonicam & unanimum electionem nostram mantum arripuit, & ita se damnabili præsumptione intrusit, in tanta iniquitate modis omnibus manu tenuit, & quidquid ille fecit, solo favore, potentia, & auctoritate ipsius, & Nuntiorum suorum, qui in Urbe præsentibus extiterant, eum fecisse absque ambiguitate tenemus. Unde ad confirmationem ipsius, immo ut omnem videretur in Ecclesiæ Dei auctoritatem habere, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Prælatos apud Papiam, contra sacrorum instituta canonum, prout ei placuit, convocavit. Ille autem, sicut homo, qui nec in Deo, nec in justitia confidebat, in ipsius Imperatoris presentia per aliquot dies, velut pro certo accepimus, insignia Pontificatus abjecit, sicut etiam in nostro & fratrum nostrorum conspectu, dum Romæ olim nos teneret inclusos, suam malitiam recognoscens, facere voluit, ea quidem conditione servata, ut nos ei postmodum reddere deberemus. Cumque nos ea recipere sub hac conditione nollemus, ipse in sua pertinacia, & damnabili præsumptione perman-

XL.

Ca.

expresso per Tebaldum, quia, ut inquit Papebrocius ad diem XVI. mensis Maii ubi S. Ubaldi Vitam recitat, Eugubini ab omni retro memoria diem XVI. Maii, ut Sancti sui protectoris natalem observant, & hoc anno festum Pentecostes celebratum est die XV. mensis Maii. Cum in pueritia patre orbatu enutritus fuisset sub disciplina Ecclesiastici Ordinis, & processu temporis Prior in cathedrali renunciatus, videretque depravatos Canonicorum mores, tribus sibi Clericis adjunctis perrexit ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Portu, seu Portuensem, in agro Ravennate sitam, ubi Petrus de Honestis Canonicos Regulares instituit, ut anno MCXIX. ostendimus. Ibi tribus mensibus sub disciplina Fratrum illorum regulariter vixit, & Eugubium rediens Canonici Ordinis Regulam obtulit, effectique ut Canonicum Ordinem omnes devote custodirent. Perusino Episcopatu reculato, Eugubium admittere coactus fuit,

PAGIUS VIII. Willelm. Albiman. Archiep. Senonensis Alexandri partes auctur

A num. XXXVIII. ad XLVIII. Baronius refert literas Arnulphi Lexoviensi Episcopo datas ab Alexandro III. qui ei gesta in Conciliabulo Papiensi significat; egregiam enim operam Arnulphus adversus Antipapam navavit. In Appendice vero ad hunc annum monet, inter Gallicanos Episcopos, qui electionem Alexandri III. tuiti sunt, præcipuum fuisse Willelmum Archiepiscopum Senonensem, ad quem extat Epist. XXVIII. Petri Blefensis. At id quidem verum, sed Willelmus Archiep. Senonensis cognominatus ad albas manus, seu Albimanus (vulgo, aux blanches mains) Philippi II. Francorum Regis avunculus non nisi anno MCLXVIII. undecimo Kalend. Januariæ Senonensis Archiepiscopus dicitur, ut videre est apud Mathoudum in Catalogo Archiep. Senonensium, qui cum postea translatus fuerit ad Archiepiscopatum Remensem, commodius infra de eo agemus.

IX.

Continuator Chronici Sancti Petri Vivi ad

XLI. Octavian. accepit in-vestituram Pa-patus ab Imp.

Ceterum, ut predictus Imperator Ec-clesiam Dei suae videretur subjugare & supponere dittoni, & eam in supremam redigere servitutem, memorato apostati-co, sicut dictum est, Pontificalia insi-gnia reddidit, & eum de Papatu, quod est a seculis inauditum, per anulum, prout dicitur, investivit. Quosdam etiam Epi-scopos, aliis discretioribus & honestio-ribus occulte de illo conciliabulo fugien-ribus, & reverentiam exhibere laicali violentia, tyrannica oppressione coegit. Sic enim Reges & Principes diversarum par-tium sibi intendit tum spirituali, tum materiali gladio subiugare, si in hac par-te, quod absit, nefandissimum ejus pro-positum prevaleat. Ad haec, juxta pru-dentia tuae consilium, Rothomagensi Ar-chiepiscopo, ejusque Suffraganeis, & ali-is per Northmanniam constitutis, exhor-tationis litteras destinamus. De cetero memoratum Fridericum Imperatorem, pro eo quod Octavianum schismaticum rece-pit, & ei pertinaciter adhaerere prae-sumit, cum eodem Octaviano, & cum aliis principalibus fautoribus suis, nos de com-muni fratrum nostrorum consilio, in Coe-na Domini publice ac solemniter excom-municasse cognoscas. Dat. Anagninae Kal. Aprilis.

His acceptis Arnulphus ab Alexandro litteris, ut partes creditae sibi legationis impleret, ad Archiepiscopos, & Episco-pos * Galliae, sicut ex litteris Alex-andri nuper le-gis possumus in-telligere, & inferius innotescit licet te-xus de-pravatus legat. * Galliae

Ad Archiepiscopos, & Episcopos * Galliae. Quanta tempestate laboret Ecclesia, at-que in quanto videatur periculo constitu-ta, vestra, quos hic dolor tangit, pru-dentia non ignorat. Et filii quidem Ba-bylonis prospiciunt & exultant, qui quasi certum auspiciantes de procellarum quan-titate naufragium, ad diripiendas sarcinas & ipsa navigii tabulata concurrunt. Nobis autem securitatem praestat divina promissio, qua portas inferi adversus eam prevallere non sinit, sed vexationis inju-

PAGIUS fuit, ubi in vita & post mortem miraculis clari-t. Eugubium Regularium Congregationis La-teranensis monasterio est ornatum a tempore Julii II. & Leonis X. Pontificum Romanorum. Ubaldu Calcestinus III. Sanctorum catalogo ad-scripsit Diplomate a Baronio anno MCXCII. num. I. relato.

XI. Anonymus Casinensis in Chron. Comes Ro-bertus de Loritello, inquit, & Comes Andreas intraverunt in regnum. Musemudi ceperunt Af-ricam (ut ostendimus anno superiori.) Mat-thaeus Borellus, (legendum, Bonallus juxta MSS. a Peregrinio visa) interfecit Majorem (legen-dum Majorem, juxta eadem MSS.) Anamira-

tum apud Panormum. Falcandus in Hist. de Si-cilicæ Calamitatibus pag. 850. & seqq. fusc-loquitur de Majone Ammirato Siciliæ, qui om-nia apud Guillelmum Regem poterat, qui cum eum e throno deturbare cogitaret, Saracenis favebat & clam illis conveniebat. Cum-que pluribus Proceribus Majonis potentia sus-pecta est, de eo interficiendo consilium iniere; & multas civitates in suam societatem pertraxere. Sed de his legendus Falcandus, & Baronius an-no sequenti num. VII.

Hoc anno indictione VIII. juxta Ceccanum. in Chron. Alexander tertius . . . venit Ana-gniam & acquisivit totam Campaniam, & mi-sit

rias victoria certitudo compensat. Neque enim desperationi locus est, ubi causam relictio commendat, & virtutem patientia firmat interim conscientia veritatis. Causæ siquidem nostræ nec ignota veritas est, nec incerta justitia, sed res luce clarior, & pravitate nube negotium pur-gat, & omni judicium absolvit errore.

Si enim persona persona comparatur, nostram perfectio scientia, & omnium vir-tutum format integritas, quod non magis nostræ, quam adversaria quoque partis te-stimonio confirmatur. Alteri vero si no-bilitas generis, & quaesita ob hoc ipsum potentium gratia subtrahatur, non erit unde ad majestatis Apostolicæ fastigium audeat aspirare. Sed & si facta electionum invicem conferantur, electionem nostram omni ordine, omni solemnitate, omni de-nique ratione subnixam; alteram plenam impudentia constat, & omnis rationis ad-miniculo destitutam. Numquid enim unius Episcopi, ipsiusque quem nostris, & duo-rum Cardinalium toti Ecclesiæ præjudi-cabit auctoritas, & reprobata universi-tate Catholica, intra quaternitatis hujus angustias coarctata credetur? Numquid consecrationi, rite ac solemniter per eam, cujus interest, multitudinem celebrata, ea quæ postmodum per paucas ipsasque emen-dicatas manus contracta est, poterit præ-valere? Numquid impudentiam conjecti sibi propriis manibus indumenti minax redemptorum satellitum violentia consecra-bit? Certum siquidem est, Octavianum Ec-clesiam beati Petri, cum ibi celebranda foret electio, armatorum copia complevis-se, ut quod de meritis suis, & sancto-rum Patrum gratia non sperabat, strictis in cervicem resistentium gladiis usurpa-ret.

Denique consensu omnium in personam sanctissimi Patris Alexandri firmato, dum ipse laudabili verecundia renuit & excu-sat, impositumque sibi manibus fere om-nium pluviale repellit, dissimulare ulte-rius ambitio non potuit vel differre; sed effusa temeritate, nullo adhuc Cardina-lium, sicut dicitur, prosequente, cucurrit ad cathedram, ea nimirum fiducia, quod in-vitis armatis non posset ab inermibus amo-

ve-

XLII. Veri. Pari quoque palatium festinatione conscendit, ut primus utramque cathedram videretur insedisse, & quem jure non po-terat, saltem de festinatione sortiretur a-scensum: quo predicti tres eum de rota universitate secuti sunt. Alii gladiis dis-currentibus territi, cum electo suo in mu-nitionem proximam concesserunt, ubi eos adversarius ille novem diebus obsessos gladiis tenuit & inclusos, exiguum sicut poterant alimoniam toto illo tempore men-dicantes. Unde etiam sibi mentiendi cau-sam componit iniquitas, asserens, Octa-vianum priusquam alter eligeretur, per novem dies Apostolatus cathedram soli-tarium insedisse, quasi ille ab initio, licet renuerit, non fuisset electus, unius-que violenta possessio sanctificare injusti-tiam, & ambitionis audaciam valeat ex-piare.

XLIV. Porro illi de carcere beneficio Senatus educti, ad locum, quo Apostolica insignia servabantur, Domino miserante, perducti sunt, ut electio manciparetur effectus, & Electus gratiam consecrationis per manum Ostiensis Episcopi, ad quem hoc jure spe-ciali pertinebat, acciperet. Denique Car-dinales, & Episcopi, qui per diversas provincias legationis fugebantur officio, ad eum pari devotione conversi sunt: to-tique jam Ecclesiæ Dei indubitatae tran-quillitatis serenitas arderet, nisi homo ille ad preparatum Imperatoris auxilium transfugisset. Verum ille gloriae suæ, & non Dei sedulus emulor, desiderii com-pleri, quod de proavorum exemplo conceperat, occasione letabundus accepit. Nostris enim prædecessores ejus ad subju-gandam dittoni suæ Romanam Ecclesiam a longis retro temporibus aspirasse, ipso-que adversus eam semper vel suscitasse, vel fovisse schismaticos, quo magis jure ejus, cui ipsi ministerium debent, affecta-zum possent imperium exercere, eamque ad suam converso ordine non disponere, sed evertere voluntatem. Bene tamen, quoniam quisquis ad hanc de confidentia potestatis illius prorupit audaciam, in ruinam sibi factus est, cæteris in exem-plum, quo confusa deinceps cessaret elat-io, & sua Ecclesiæ Dei dignitas & re-verentia servaretur. Ceterum hic blanda schismatici desperantis humiliatione Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS st in suo jure. Hoc anno ordinavit Flaimun-dum (aut Fromundum) Monachum de Monaste-rio Casamerii. In Verulana Ecclesia VI. Nonas Octobris ordinavit Rodulphum Presbyterum, & consecravit eum Episcopum in Ferentinensi Ec-clesia. In eodem mense accepit filiam Comitiss Berardi de Albo Andreas Comes, &c. Sex die in-trante mense Maio apparuerunt tres Soles. Idi-bus Octobris fuit terra motus magnus. Hoc an-no (ante Rodulphi promotionem) Episcopus Narnia (Petrus appellatus qui Alexandri par-tes sequebatur) iit per Episcopatum Ferenti-

XLII.

XLIV.

XLIII.

XII.

seductus est, dum ille personam suam ar-bitrio ejus exponit & causam, neque se quidquam fore, nisi de sola ipsius volun-tate præsumit. Unde & ad pedes ejus ipsa dicitur Apostolatus insignia resignasse, pos-teaque de manu ipsius investituram acce-pisse per anulum, ut veteri scilicet quæ-sitione composita, regnum plane de sacer-dotio, de spiritualibus temporalia, de Ecclesiasticis viderentur secularia trium-phasse. Indignum facinus, omnibusque sæ-culis detestanda malitia, ordinationem, scilicet divinam qualibet temeritate con-vertere, & redemptam sanguine Christi perimere libertatem!

Prædictus itaque Princeps negotium XLV. suum, tanquam sub umbra pietatis exer-cens, Ecclesiasticum congregavit seculari potestate conventum, ut præsumptio-nem schismatici illius proprio roboraret assensu, & quos posset ad obedientiam illius tyrannica potestatis terroribus inclinaret: ea siquidem intentione, ut utriusque gla-dii virtute comminuta pristinam reformet Imperii majestatem, * ut utriusque in-vicem cooperante potentia, omnia regna propria subiciat dittoni. Porro illi, quos schismatico concilia verat necessitas aut vo-luntas, falsitatis & blasphemiae symbo-lum conscripserunt, ut quod de veritate non possunt, saltem conquisita multitudi-nis suffragio prevallere credantur. Quod scriptum si forte contigerit ad sapientia vestra venire conspectum, multa plenum falsitate credatis, licet, etiam si abso-lutam contineret in omnibus veritatem, nihil, quod ibi dispositum sit, aliquem de jure sortiretur effectum. Neque enim arbitrium dici potest, ad quod volunta-ria partium compromissio non astringit; nec judicialis sententia, quæ nec ab or-dinaria jurisdictione, nec a delegata procedit. Sed & causam communem pri-vata auctoritate decidere qua arrogan-tia præsumperunt, nobisque tamquam in-fertioribus imponere magistratum, quos di-vina bonitas pares ordine, & eadem spe-ctabiles constituit dignitate? Sed neque causa dici debet, ubi inter consentientes nullum potuit esse litigium; neque sine contradictione quæstio vel formari potuit, vel absolvi.

Ad hæc, si quod de Octaviano factum XLVI. est,

nensem, & christum pueror, quia Ubaldu Episcopus Ferentinensis schismaticus erat, & a civitate aberat. Mediolanenses mense Martio currentis anni XIII. Alexandri Papæ partes amplexi sunt. Eodem Frideric. anno juxta Ottonem Morenam Fridericus Imp. Cre-moneis & Papiensibus, aliis-que civitatibus Lombardia ad Comitatum Medio-lanensem devastandum perrexit: & ibi multa affligit. Deinde refert die, Sancto Bartheo-lomæo sacra maximum detrimentum accidisse Mediolanensibus, & maxime illis de porta Re-ma-

XLV. suum, tanquam sub umbra pietatis exer-cens, Ecclesiasticum congregavit seculari potestate conventum, ut præsumptio-nem schismatici illius proprio roboraret assensu, & quos posset ad obedientiam illius tyrannica potestatis terroribus inclinaret: ea siquidem intentione, ut utriusque gla-dii virtute comminuta pristinam reformet Imperii majestatem, * ut utriusque in-vicem cooperante potentia, omnia regna propria subiciat dittoni. Porro illi, quos schismatico concilia verat necessitas aut vo-luntas, falsitatis & blasphemiae symbo-lum conscripserunt, ut quod de veritate non possunt, saltem conquisita multitudi-nis suffragio prevallere credantur. Quod scriptum si forte contigerit ad sapientia vestra venire conspectum, multa plenum falsitate credatis, licet, etiam si abso-lutam contineret in omnibus veritatem, nihil, quod ibi dispositum sit, aliquem de jure sortiretur effectum. Neque enim arbitrium dici potest, ad quod volunta-ria partium compromissio non astringit; nec judicialis sententia, quæ nec ab or-dinaria jurisdictione, nec a delegata procedit. Sed & causam communem pri-vata auctoritate decidere qua arrogan-tia præsumperunt, nobisque tamquam in-fertioribus imponere magistratum, quos di-vina bonitas pares ordine, & eadem spe-ctabiles constituit dignitate? Sed neque causa dici debet, ubi inter consentientes nullum potuit esse litigium; neque sine contradictione quæstio vel formari potuit, vel absolvi.

Ad hæc, si quod de Octaviano factum XLVI. est,

nensem, & christum pueror, quia Ubaldu Episcopus Ferentinensis schismaticus erat, & a civitate aberat. Mediolanenses mense Martio currentis anni XIII. Alexandri Papæ partes amplexi sunt. Eodem Frideric. anno juxta Ottonem Morenam Fridericus Imp. Cre-moneis & Papiensibus, aliis-que civitatibus Lombardia ad Comitatum Medio-lanensem devastandum perrexit: & ibi multa affligit. Deinde refert die, Sancto Bartheo-lomæo sacra maximum detrimentum accidisse Mediolanensibus, & maxime illis de porta Re-ma-

CHRISTI
1160.

ALEXANDRI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

est, ab initio forte non valuit, ex post facto istorum nullo jure valuit confirmari, cum ipse jam ab eo, qui poterat, condemnationis sententiam, debitaque poenam anathematis excepisset. Scio sapientiam vestram validioribus argumentis, potioribusque rationibus abundare, ut Papiense illud conciliabulum nullius reputatis extitisse momenti, * a vobis etiam minus intelligentium simplicitas valeat edoceri. Benedictus autem pater misericordiarum, & Deus totius consolationis qui Ecclesie Gallicane solitam misericordiam benignius impendit, ut eam semper & agnitione veritatis illustret, & pedes ejus a justitie tramite nullatenus aberrare permittat. Sicut enim omnes, quos ad oppressionem Romanae Ecclesie rabida Teutonici furoris provexit invidia, virtus Altissimi manifeste dejecit; sic omnibus, quos devotio Gallicana suscepit, victoriam semper contulit & triumphum. Cumque multis constet, ceteras regiones abundasse portentis: sola Gallia monstra non habuit, sed sinceritate Fidei, doctrina veritate, virtutum quoque titulis, & plurima operum exhibitione prefulsit. Unde nunc quoque personarum penitus qualitate discussa, factisque electionum plenius exploratis, in personam sanctissimi Patris Alexandri, de vere Carolici & serenissimi Regis sui beneplacito conveniunt, litterasque ejus & Nuntios passim & suscipiunt, & honorant. Sed quia inter ipsum & Principem nostrum, Deo volente, noviter est reformata concordia: placuit ob gratiam ipsius ad momentum differre publicandae susceptionis edictum, donec iste noster Ecclesiam regni sui consuluisse possit, & quod mente concepit, assensus vestri conventia confirmasse. Neque enim prudentiam regalis excellentiae decuit aliquid super tanto negotio inconsulta vestra sapientia, definire, ne gloriam suam alteri dedisse videretur, & reverentiam vestram minoris quam debuit, aestimasse. Quae tamen super hoc ipsius ab initio voluntas extiterit, multis declaravit indicibus & expressit;

quoniam Patris Alexandri Nuntios & litteras cum reverentia semper excepit & gratia, nullumque se alium susceptorum, adhibita saepe coram omnibus asseveratione, praedixit.

Porro litteras Octaviani oblatas reunit manu regia, velut immundum aliquid sordidumque contingere, sed in contemptum ejus lignea tabella, quam ipse depulvere sustulit, manibus offerentis impositas, ipse statim coram Nuntio post dorsum suum quam sublimis potuit, resu multitudinis, quae aderat prosequente, projecit. Ex his igitur manifestum est, voluntatem ejus in favorem domini Alexandri, sine omni ambiguitate firmatam; ipsumque vestrum magis ob reverentiam * f. v. quassisse consilium, quam pro absolvenda qualibet super hoc negotio questione. Solent enim Principes dominique terrarum majora negotia quadam semper mora suspendere, ut dilatione crescat auctoritas, & major letitia desideria protracta consummet. Super quo plane cum in idem favor Principis veritasque concurrant; manifeste vobis viam responsionis gratia divina bonitatis assignat. Oportet tamen vos propter aliquos, qui inter vos sunt, sollicitate providere, qui se schismatico illi dicunt cognatione conjunctos: ne malignitas forte praevalcat, & eam quae ex Deo est, supplantet carnis affectu charitatem. Sed cum universitas vestra convenerit, nolite quorumlibet expectare sententias; nec eorum timeatis offensam, sed conceptum statim in virtute spiritus usurpate sermonem, ne dissimulatio vestra pravitati praestet audaciam, vestroque silentio blasphemiarum primitia convalescant. Tempestivus igitur zelus justitiae per os vestrum de libertate conscientiae, & confidentia veritatis eruompit, ut quasi quodam spiritali tonitruo terreatur iniquitas, & preparata ad subversionem Fidei fallacia suffocetur. Dominus mentes vestras in bonum sua pietate dirigat & confirmet, ut Ecclesie ejus studio vestro reformetur integritas, & quae vos tantis ultro beneficiis & honore praevenit, gra-

XLVII.
Rex Angliae de-
testatus est Octavianum
Schismaticum.

* f. v. stram.

Gallicanae
Ecclesiae

Concordia inter
Reg. Fran-
ciae &
Angliae.

PAGIUS mana, scilicet quod bene tertia pars Mediolani combusta est, nec fuit aliqua porta in tota Mediolano, qua aliquo latere non combureretur. Et magna aura tunc ventilante, multa domus optima, in quibus valde confidebant, combusta sunt. Et idcirco ad inopiam & summam necessitatem pervenerunt, amissis in igne omnibus vidualibus tam hominum quam jumentorum, & vestibus. Porta autem nomine Otto Morena, & Mediolanenses ac Itali intelligunt tribum vel urbis regionem, ut videre est apud Ducangium in voce Porta. His adde quod Johannes de Ceccano in Chron. ad hunc annum scribit: Indictione VIII. in hoc anno Fridericus Imperator destruxit Cremam; & totam fecit cremare. Legendus Sigonius lib. XIII. de

Regn. Ital. ubi fuse refert gesta hoc anno a Friderico Imp.

Hoc anno Concilium Oxoniense habitum contra Waldensium sive Publicanorum dogma de quo fuse Neubrigenis lib. 2. cap. 13. ut legere est Tom. X. Concil. Neubrigenis de rebus per hac tempora gestis verba faciens ait: Iisdem diebus Erronei quidam venerunt in Angliam ex eorum (ut creditur) genere quos vulgo Publicanos vocant. Hi nimirum olim ex Gasconia incerto auctore habentes originem, regionibus plurimis virus suae perfidiae infuderunt. Quippe in latissimis Gallia, Hispania, Italia, Germaniaeque provinciis tam multi hac peste infecti esse dicuntur, ut secundum Prophetam multiplicati esse super numerum arena videantur, & c.

XIV.
Haeretici
Waldenses
veniunt in
Angliam.

CHRISTI
1160.

ALEXANDRI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 18.

tos in opportunitate sentiat & fideles. Hucusque Arnulphus ad Galliarum Episcopos, egregiam navans operam pro Catholico Antistite adversum schismaticum invasorem. Quae autem haec sequuta sunt, dicemus anno sequenti.

Inter alios Galliarum Episc. qui electionem Alexandri Pontificis provexerunt, & protexerunt, fuit praecipuus Willelmus Archiepiscopus Senonensis, ad quem ista Petrus Blesensis: (a)

Vos enim estis, in cujus consilio & auxilio potissimum suae salutis anchoram navicula beati Petri constituit, cum inter schismatica persecutionis fluctus periculosus aestuaret. Vobis contulit Deus in pueritia super senes intelligere, & futuram naturam cantium maturiorum morum senio praevenerit. * Fluxus adolescentiae motus in vobis ratio magistra cohibuit, ut omni lascivia libertate praecisa, nec forma, nec nobilitas, nec opum exuberantia, nec potestas, nec caetera, quibus pudicitia expugnatur, propositum interverterent castitatis, sed modesta in omnibus conversatio plus Angeli, quam hominis exhiberet. Caeteras virtutes, quibus miraculose fulgetis, sub silentio praeterimus: nec enim nostra praconia mendicatis, cujus honestatem, & prudentiam fama celebris latissime promulgavit. Haec de Willelmo Petrus. (b) cujus testificatione constat, de Senonensi translatum ad Rhemensem Ecclesiam, ubi pro sancto Thoma Cantuariensi Archiepiscopo strenue egit. Tales erant, qui pro Alexandro adversus schismaticos iniere certamen.

Caeterum ne quid praetermittatur, spectat & ad ipsum, de quo hoc anno agitur conciliabulum Papiense, quod Willelmus sancti Petri ad Vincula presbyter Cardinalis, Papiensis dictus, quod Papiæ natus esset, nescimus qua occasione, Papiæ erat apud suos, dum ejusmodi agitaretur conventiculum schismaticorum. Qui cum non (ut par erat) Imp. in faciem restitisset, nec Episc. illuc confluentibus adversatus esset, sed tacuisset omnino: non caruit suspitione tacitae coniventiae, ob idque etiam ingentem infamiae notam contraxit: quae tunc refricavit. Ann. Eccl. Tom. XIX.

Willelm. Archiep. Senon. Alex. Pont. electionem tuc-
tur.
(a) Petrus Bles. ep. 28.

* Fluxos.

(b) Id. ep. 122.

XLVIII.
De ignominioso
silentio
Card. Papiensis
in Conciliabulo
Schismi.

PAGIUS & caetera ibidem legenda, quae Walterus Hemingford Gibernensis Coenobii in agro Eboracensi Canonicus Regularis Ord. Augustini. qui floruit anno MCCCXXX. hoc modo summam contraxit in suo Chronico Tom. II. Collectionis Oxoniensis publicato: Eodem quasi tempore quidam Haeretici Angliam ingressi sunt in universo quasi XXX. homines & femina lingua Theutonica, quendam Gerardum nomine aliquantulum literatum, tanquam praeceptorem & principem impoliti & idiota sequentes.

XV.
Rex vero (nempe Henricus II.) deprehensus in custodia posuit & indiscussos punire vel dimittere nolens, Episcoporum Concilium apud

ta est, cum petente Henrico Anglorum Rege, idem Cardinalis Papiensis Legatus missus est ab Alexandro Papa in causa sancti Thomae Archiepiscopi Cantuariensis; qui eum ejusmodi notatum infamia habere judicem penitus recusavit: in quem & ista de ipsius tanta ignominiae nota resperfo silentio, ad Conradum Archiepiscopum Moguntinum habet post multa, in hominis detestationem summa animi amaritudine inculcata: (c) Res nefanda & nimis sui crudelitate horribilis, sui malignitate odibilis, sui facilitate contemptibilis, sui iniquitate damnavilis in aeternum. Sufficere debuerat Papiensi, Italiam subvertisse, nisi & Orbem cum Ecclesia libertate sua cura perimeret, &c. His junge quod habet & Joannes Saresberienensis ad Joannem Pictavensem Episcop. (d) De Willelmo Papiense quod ab initio creditum est, nunc clarius elucidis: quia quam magnanimus, quam fidelis in causa Ecclesiae Romanae coram Friderico Papae inventus est: talis & tantus in causa Ecclesiae Anglicanae, (si licitum fuerit) inveniretur, praesidente, vel assente Henrico. Et rursus idem ad eundem: (e) Et quidem de altero Legatorum scilicet, nemo miratur, cujus fides ad Deum & Ecclesiam ab ea die innotuisse debuit, qua in haereticorum concilio Papiensi, ubi Octavianus haereticus receptus est, Friderico mutus assedit. Et si plures opinentur, cum expressum dedisse consensum. Nonne proverbialiter tritum est, quod taciturnitas imitatur concessionem? Et paulo post: Caeterum Francorum proverbio in ipsum luditur: Quia male corporis coexperimenta coaptat, cuius verenda & nates patent. Et de eodem idem Joannes Saresberienensis ad Alexandrum Papam: (f) Non creditur a prudentioribus alterutius regni, quod ille quem Rex a sanctitate vestra petivit ex nomine, modo sit aut fide prior, aut charitate ferventior, aut virtute constantior, quam fuerit Papiæ inter amicos, & cognatos, & notos, ubi siluit, videns ab haereticis, qui convenerant, causam Fidei condemnari, & Apostolica sedi gravissimum de schismaticorum

(c) Lib. 2. cap. 21. C. Vat.

(d) Joan. Saresb. ep. 26. cod. Vat.

(e) Joan. Saresb. l. 2. cap. 48.

(f) Id. ep. 93.

Y 2

Oxoniam celebrari praecepit: ubi de fidei articulis interrogati, ille literatus pro omnibus una voce respondit, Christianos se esse, & doctus eos Erinaum Apostolicam se velle venerari: sacramentum, vero, Baptisma, Eucharistiam & conjugium detestantes, ausu nefario unanimiter responderunt. Cumque divinis urgerentur testimoniis praedicta credere, se quidem ut instructi erant credere, deside vero sua disputare nolle responderunt. Moviti ut penitentiam agerent, & in corpore Ecclesia inirentur omnem consilii salubritatem spreverunt: minas quoque comminatas deriserunt, verbo illo Dominico abutentes, Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, &c. Turc

Congregatur adversus eos Concilium Oxonii.

CHRISTI
1160.ALEXANDRI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 6.
MANUELIS IMP. 13.

rum consensu roborato subinferri dispensatum. Hactenus ipse.

En vides, lector, quam detestabile & opprobriosum in Cardinali S. R. E. silentium habeatur, dum aliquod inferri Ecclesiæ damnus videt & tacet, ut au-

PAGIUS Tunc Episcopi, ne virus hæreticum latius serperet præcipientes, eosdem publice pronuntiatos hæreticos, corporali disciplina subdendos Catholico Principi tradiderunt. Qui præcepit hæretica infamia characterem frontibus eorum inuri, & (spectante populo) virgis coercitos ab urbe expelli; districtè prohibens, ne quis eos vel hospiti-

disti de Cardinali Papiense Willelmo, qui cum esset vir eloquentissimus, tunc laborasse creditus est angina Demosthenis. Declamavit autem postea, ubi nullus metus urgeret. Sed de his anno sequenti.

An-

tio recipere, vel aliquo solatio confovere præsumeret. Ad pœnam ergo ducti, gaudentes præparabant, præcunte eorum magistro, & canente, Beati eritis cum vos oderunt homines, &c. Unam tamen mulierculam Anglicam deceperant: & illa metu pœna discedens ab eis errorem confessæ est, & reconciliationem meruit.

JESU CHRISTI
ANNUS
1161.ALEXANDRI PAP. III.
ANNUS
2.FRIDERICI IMP. 7.
MANUELIS IMP. 19.I.
Legatio
ex Angl.
ad Alex.
Pap.

Annus salutis incipit millesimus centesimus sexagesimus primus, Indictiona quod & Alexandri Papæ annus secundus absolvitur mense Septembris, & tertius inchoatur: cum Alexander Papa legationem accepit ex Anglia pro canonizatione Eduardi Regis Anglorum, jam elapsis centum ferme annis ab obitu ejus. Qui exactissime indagatis, quæ ad solemnem spectarent ritum inter Sanctos receptionis: permotus ejus vitæ sanctitate, accedentibus multiplicibus ab eo editis vivente & post mortem miraculis secundum antiquum Romanæ Eccl. usum, ipsum retulit in album Sanctorum; proque his Apostolicas litteras dedit illis verbis: (a)

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis Ecclesiarum Prælati per Angliam constitutis salutem & Apostolicam benedictionem.

Illius devotionis constantiam & fidei firmitatem, quam circa matrem vestram sacrosanctam Romanam Ecclesiam exhibitis, diligentius attendentes: in id propositum voluntatis adducimur, ut vos sicut charissimos fratres, & speciales Ecclesiæ filios sincera charitate in Domino diligamus, propensius honoremus, & postulationes vestras, quantum cum Deo possumus, libenti animo admittamus. Inde utique fuit, quod super petitione, quam de Eduardo glorioso quondam Rege Anglorum canonizando, & in Sanctorum catalogo adscribendo tam charissimus in Christo filius noster Henricus illustris Anglorum Rex, quam vos ipsi nobis instantius porrexistis, sollicitam cum fratribus nostris deliberationem habentes, libro miraculorum inspecto, quæ dum in carne mortali viveret, & postquam de-

præsenti sæculo est assumptus, omnipotens Dominus per suam misericordiam declaravit: visis etiam litteris antecessoris nostri piæ memoriæ Innocentii Papæ; vestris, quoque testimoniis inde receptis: quamvis negotium arduum & sublime non frequenter soleat nisi in solemnibus Conciliis de more concedi; de communi tamen fratrum nostrorum consilio, juxta votum & desiderium prædicti filii nostri Regis, ac vestrum, corpus ipsius Confessoris ita glorificandum censuimus, & debitis præconiis adorandum in terris, sicut eundem Confessorem Dominus per suam gratiam glorificavit in cælis. Unde videlicet inter sanctos Confessores de cætero numeretur, quod hoc ipsum apud Deum signis meruit ac virtutibus obtinere. Quia igitur decet honestatis vestræ prudentiam eum pie colere, & toto studio venerari, quem auctoritate Apostolica venerandum vestra postulavit devotio, & colendum: universitatem vestram per Apostolica scripta monemus & exhortamur in Domino, quatenus eum ita deinceps studeatis debitis obsequiis honorare, ut ipsius intercessionibus apud districtum Judicem mereamini veniam obtinere, & gloriosum in æterna beatitudine premium invenire. Datum Anagninæ septimo Idus Februarii. Hoc videlicet anno. Quod inde colligitur, quod cum auctor inferius dicat post biennium peractam esse ejusdem Sancti translationem; & asserat eam fieri contigisse tertio Idus Octobris, anno Redemptoris millesimo centesimo sexagesimotertio, anno ejusdem Alexandri Papæ quarto inchoato: utique hoc anno præcessisse dictam canonizationem, opus sit affirmare, qua sui bene concecravit exordia Pontificatus.

Ecce secundum illud Isaïæ: (b) Dominus auditum faciet ab extremis terræ, vcr-

Canonizationes esse sole-re infrequentes.

(b) Is. 62.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6654.
SÆC.

XII. © 22. A. 3. P. 16. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1161.

ALEXANDRI III. PAPÆ 3.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 10. IMP. 7.

MANUELIS COMNENI IMP. 17.

ANum. I. ad V. Ubi certo innotuit, Alexandrum III. verum esse Pontificem Romanum, Henricus II. Angliæ Rex cum legitimum Pontificem agnovit annitentibus inter cæteros Philippo Bonæ Spei Abbate, & Arnulpho Lexoviensi Episcopo, qui Regis Henrici

animum fluctuantem ad ipsius partes demum adduxere. Extant hac de re utriusque ad Alexandrum III. Epistolæ anno superiori datæ. Litteræ Philippi referuntur Tom. II. Spicilegii Dacheriani pag. 453. eisque Philippus recentem dignitatem gratulatus significat, a se conventos Henricum Angliæ & Ludovicum Franciæ Reges, & partibus ejus conciliatos. Ait Philippus se magno gaudio literas ejus accepisse & de ejus promotione carmen Deo retulisse. De reliquo inquit, literas vestras D. Henrico Anglorum Regi cum reverentia præsentavi, quas ipse benigne suscipiens, habita ne cum suis & vobiscum (legendum nobiscum) de liberatione, vos in Patrem spiritualement, summumque Pontificem cum omni alacritate susceptum obsequium & obedientiam suam per nos humiliter representat. Missurus enim ad vos est in brevi nuncios suos. Paulo post: Continuato labore, accessi ad devotum filium S. R. E. D. Regem Francorum cur-

Gallia & Anglia Reges Alexandrum III. Pontificem agnoscunt.

(a) ibid. Eccl. An- gl. prima omnium recipit A- lex. Pap.

verbum veritatis, sancto Spiritu illud in- fonante: (a) Audite insulae, & attendi- te populi de longe, Dominus vocavit me: Hoc recepit audiens nuntium Rex An- glorum cum universa Ecclesia Anglica- na, spernensque Legatos Antipapae & Imperatoris, Legatos ipse misit ad Ale- xandrum, quem colebat unicum Christi Vicarium, & tamquam a Christo petiit, ut quem ille inter sanctos recepisset in caelum, Eduardum colendum in terris, Apostolicis litteris promulgaret. Petiit & accepit, & tamquam redivivus Rex sanctissimus virtute miraculorum praedi- eat Alexandrum Catholicum in Ecclesia Papam. Quod accidit admirandum, dum qui longe erant positi, confitebantur con- stanter & profitebantur, qui prope in mediterraneo Urbis, locisque propinquis, fluctuabant, agitati potentia Imperatoris. Ad quos consolidandos in Catholica uni- tate Alexander magnum illum Petrum Tarentasium Archiepiscopum, de quo anno Superiori dictum est, Romam accersit. Quid autem per eum actum, accipe ex Gaufrido, qui prius quae contigere pau- lo ante discessum, ad haec spectantia ita narrat: (b)

Alexand. Pap. vo- cat Rom. S. Petrum Archiep. Tarent. (b) Gaufr. in vita i- phus c. 25. 26. apud Sur. 2. 3. die 8. Maii.

Extat in dioecesi Chrysolitana caeno- bium, quod Bebania nominatur. Illo ven- turo Tarentasium Archiepiscopum, Herbertus Chrysolitanus intrusus & schismaticus Episcopus audiens, premi-

fit, nuntians eadem die sese venturum. Expavit Abbas, & cum multa anxietate in occursum properans viri sancti, ignorare sese quid ageret causabatur. Cui ille, Angulus, ait, nobis quantulus- cumque sufficet, ne turberis. Verum- tamen divina pro ea ultio militavit, & aegritudine occupatus apostata, quod dis- posuerat, non implevit. Exinde vir bea- tus ad Imperatorem accessit, in civitate Chrysolitana constitutum; ubi etiam ab op- pressionibus Catholicorum, maxime Religio- forum, quantum potuit, ejus animum re- vocavit; Regis iram rugitui similem leo- nino, monitis simul & intercessione compe- scens. Convenit autem solita devotione populus civitatis ad eum, & innumera etiam de vicinis locis undique multitudo conflavit. Quibus inter caetera de prae- dicto Herberto haereticum verbum faciens, nec ipsius malitiam veritus, nec praesentiam Imperatoris, per quem erat intrusus: ora- tionem indixit omnibus generaliter, ut manus Domini acceleraret ab illius ty- rannide Ecclesiam liberare, vel mutan- do hominem, vel multando, ut conver- teretur ad poenitentiam, vel de medio tol- leretur. Oratum est, & infra quatuor aut quinque dies miseram idem schisma- ticum animam exhalavit. Accidit tamen, ut idem Herbertus interea visitatus a re- verendo Bellevallensi Abbate, ad primum gratulari videretur adventum: conventus au-

S. Petrus Archiep. Tarent. exagitat Schism.

Herberti Schisma- tici inter- itus.

PAGIUS jus sicut Catholicum Principem decet, fidelis affectus, & prompta devotio personam vestram & opus vestrum certa dilectione prosequitur, & sui sententiam jam operis exhibitione firmasset, nisi gravia eum impedimenta, & causa mul- tiplices perturbassent. Dirigitur Vobis nostro mi- nisterio & suo spiritu dictata salutatio, sed si- gnaculo providentia conscientia sua liber tegitur involutus, donec opportunum tempus occurrat, quo Vobis tanquam Patri & sincere dilecto, im- mo & diligenter Electo & commode Vobis con- venientes uterque utiliter obedientiam suam & servitium sum debita charitate cum triumpho ju- cunditatis exhibent. Sed hoc ipsum per Dei mi- sericordiam in januis est, quia inter ipsum & Regem Anglia de reformatione pacis agitur, & in brevi credimus terminari.

II. Arnulphus Episc. Le- xovien- sis Alexandro III. addi- ctissimus.

Similiter Arnulphus Episcopus Lexoviensis in Normannia Henrico Regi subdita, magnae tunc quoque apud Henricum auctoritatis ad Ale- xandrum III. scripsit: Proferassem jam ad pe- des Beatitudinis vestra amplectendos, ut aridi- tatem meam quasi copiosior de proximo benedi- ctionis vestra rigaret ubertas, nisi me zelus utilitatis vestra maxime tenuisset. Ex quo ete- nim promotionis vestra auribus nostris veritas, & opposita praesumptionis error innotuit, festi- navi ad vestri notitiam Principis id perferre, ut vacantem animum ejus favore vestro, qui- bus debebam per suasionibus occuparem, ne nos qualibet occasione malignitatis astutia praeveni- ret. Facilius etenim est animos occupare vacan- tes, quam ipsos a conceptis affectibus revocare. Hae- sit ille aliquandiu sed statim operante Spiritu S. Gratia confirmatum nullum se alium- quam Vos suscepturum hilari constantia, con-

stantique simul hilaritate promisit. In quo cum proxime de differenda vestra susceptione Imperato- ris litteras accepisset, cui discurrantibus invi- cem literis & Legatis plurima videtur chari- tate conjunctus, ne preces ejus sprevisse, & in praesudicium ejus festinasse videretur, generale quidem suppressit Edictum, sed nequaquam au- rarus, aut linguam a literarum nominisque ve- stri veneratione continuit, neque quemquam no- strum voluit continere. Arbitratus est siquidem minus valituram pro Vobis Edicti instantiam, quam operis veritatem: firma apud eum est & indubitata vestri Apostolatus auctoritas, atque in quamcumque partem cor praedicti Principis fuerit inclinatum, iste proculdubio non seque- retur errantem. Mei autem studii erit omnes circa eum quasi vigilias observare, ne ora lo- quentium iniqua praevalent, sed ipse in vestra, sicut semel incepit, obedientia perseveret.

Ex his litteris intelligimus, Henricum II. Angliae Regem in Alexandri III. partes qui- dem propendisse, sed noluisse Edicto publi- co eum verum Pontificem agnoscere, ne- rat quam Imperatoris sibi alias amici animum offenderet; arbitratum tempore mora Alexandri causam male af- fectus sit convalituram: non vetuisse vero ne subditi sui ad eum scriberent, aut ab eo litteras accipe- rent. Alexander III. ad has Arnulphi litem- ras respondit Anagnina Kal. Aprilis; eo enim die responsum ejus scriptum: Qualiter, inquit Fridericus Romanorum Imp. avorum suorum se- leratissima vestigia subsedit circa Sacrosanctam Eccl. Rom. in praesenti se habeat, & olim habuerit, & qualem circa eam animum gerat, & qui ut- tique specialis ejus patronus deberet & defensor existere, multis rerum indicibus a longis retro tem-

III. Alexander III. nar- rat quam male af- fectus sit Fridericus Eccl. Rom.

autem de confessione peccatorum, & ad- monitus de poenitentia, pugillum strinxit, & applicans ori, buccinabat in eo. Post modicum vero deponens manum quam strin- xerat, ore canebat. Erubuit Abbas, quod non posset aliud obtinere responsum, & agnoscens judicium Dei, non sine multa confusione recessit. Necdum vir sanctus de civitate exierat: & jam in plaustrum bonum Herberti cadaver efferebatur infan- stum, clamante populo, & dicente: Be- nedictus Deus, qui tradidit impium. Per- git Gaufridus de ejus in Urbem profe- ctione:

III. S. Petrus Archiep. Tarent. Romam proficisci- tur.

Idem quoque vir sanctus a Catholico Papa reverendissimo Alexandro Tertio ac- cersitus, per Italiam & Tusciam magni- ficè consolabatur Catholicos, & schisma- ticorum facies ignominia & confusione re- plebat, cum in ipsis urbibus, ubi pseudo- episcopi praesidebant, palam & publice eandem haereticam condemnaret, univ- erso populo devotissimis illum obsequiis pro- sequente, immo etiam Domino signis va- riis sermonem confirmante. Nec personae alterius summus Pontifex tantum hono- rem exhibuit, nec Romana Ecclesia eo tempore Episcoporum aliquem sic admirata est, sic reverita, sic amplexa. Soli respiciebant ad manus ejus, at munera consequerentur egeri; nam spiritualis gra- tiae muneris omnes pariter affectabant. Et quemadmodum multo tempore per Bur-

PAGIUS

poribus ad notitiam tuam non ambigimus per- venisse. A tempore siquidem Antecessoris nostri pia recordationis Hadriani Papa, & ab exordio dignitatis sua cepit S. R. Eccl. tanquam tyrannus opprimere & non mediocriter infestare. Archiepis- copos, nempe Episc. a Sede Apostol. redeuntes in ignominiam & detrimentum Ecclesia plerumque capi turpiter & inhoneste precepit, eosque fe- cit carceris custodia mancipari. Nos quoque in minori officio constitutos, qui cum venerabili fratre nostro B. nunc Portuensi Episcopo ad eum fructum delegati, qualiter apud Bisontium ipse tractaverit, & quam indigne receperit, non est opus nos in praesenti referre, quia credimus te id ipsum plenarie cognovisse. Vivente etiam praedicto Antecessore nostro Patrimonium B. Pe- tri violenter invasit, & eandem Rom. Eccl. sium visus est modis omnibus conculcare, ita quod a pluribus dicebatur, & quasi fama com- munitis habebat, quoniam eo superflite Octavianum, qui semper fuit domesticus Ecclesia ini- micus, ordinare Apostolicum imo Apostolicum, si opportunitatem acciperet, intendebat.

IV. Antipapa intrusio- nem ipsi ascribit.

Post aliqua interposita subjungit: Unde ad confirmationem ipsius, imo ut omnem videretur in Ecclesia Dei auctoritatem habere, Archiepi- scopos, & alios Ecclesiarum Praelatos apud Pa- piam contra sacrorum instituta canonum, prout ei placuit, convocavit. Ille autem sicut homo, qui nec in Deo nec in justitia confidebat, in ipso Imperatoris praesentia per aliquot dies ve- lut pro certo accipiens, insigni Pontificatus abiecit, sicut etiam in nostro & fratrum no- strorum conspectu, dum Roma olim nos teneret inclusos, suam malitiam recognoscens facere voluit, ea quidem conditione servata, ut nos ei

gundiam & Lotharingiam accitaret; per regiones Italiae, Tusciae, & Campaniae in adventu, in statu, in reditu suo celebra- rima sanctitatis ejus auctoritas in con- scientiis propriis coram Deo fiduciam ma- ximam, coram hominibus reverentiam & constantiam praebens Catholicis, schisma- ticos nihilominus confundebat intus & foris. Ausus est tamen quidam tyrannus persequi redeuntem, personam ejus inju- ris afficere cogitans, vel de equitatu tenuissimam facere praedam. Cujus inter- currendum ruit equus in praecipit, & fra- cto crure solo decubuit. Expavit homo, & in se rediens, gratias egit pro dam- natione quam meruit, damno sese potius esse multatum, non minori devotione pro- cedens ad prosequendum & obsequendum, quam furore prius ad persequendum fue- rat animatus. Secutus denique & tunc primum consecutus est, pedibus ejus ad- voluitur, humiliter satisfacit: nec su- tis illi quidquid facit, misericordiae ejus tribuens, quod pro seffore equus occu- buit, &c. Subiicit de pluribus miracu- lis, per virum sanctissimum editis, quae omnia testimonia haud dubia fuerunt u- nitatis Catholicae cum Deo in caelis, & cum Alexandro Papa in terris.

Tyrannus suo da- mno san- ctum in- sequitur.

Præter hæc autem, quæ ab eodem Petro pro Catholico Pontifice Alexandro naviter gerebantur; adhuc in opus adeo gra-

IV.

postmodum reddere deberemus. Cumque nos ex recipere sub hac conditione nollemus, ipse in sua pertinacia & damnabili praesumptione permansit. Caterum ut praedictus Imperator Ecclesiam Dei sua videretur subiugare & supponere ditiori; & eam in supremam redgere servitutem, memora- to apostatico, sicut dictum est, Pontificale in- signia reddidit, & cum de Papatu, quod est a seculis inauditum, per annulum, ut dicitur, investivit. Quosdam etiam Episcopos aliis discretioribus & honestioribus occulte de illo Con- ciliabulo fugientibus, & reverentiam exhibere laicali violentia tyrannica oppressionem cogit. Sic enim Reges & Principes diversarum partium sibi intendit, tum spirituali, tum materiali gladio subjugare, si in hac parte, quod absit, nefandissimum ejus propositum praevaleret. Hæc vero, uti jam diximus, & trium ipsarum litem- rarum lectio manifestum facit, anno superiori contigere.

Antequam Alexandri III. fortuna stabilis ef- fet, diu Reges vacillasse, ex Historiis hujus tem- poris eruit Bulaus Tom. II. Universitat. Pari- sienfis post narratam Hadriani IV. Papae mor- tem. Radevicus enim lib. 4. cap. 74. sub finem ait: Henricum Regem Anglorum, per litteras & Legatos suos consensisse, ut Octavianus Pontifex haberetur. Scribit tamen Petrus Blefenfis ab Henrico II. Anglorum Rege Ludovicum Fran- cia Regem ad Alexandri partes adductum, & vacillantem ab eo confirmatum; sic enim ille in Epistola CXLIV. ad Caelestinum III. Pa- pam: Cum pronominate Fridericus fautor schis- matica dissensionis & auctor contra Alexandrum III. canonice, sicut scitis, electum in partem Apostata Octaviani conjurasset, atque sub illa schi-

V. Laudatur Henricus II quod primus agnovit verum Pontif.

CHRISTI
1161.ALEXANDRI III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 7.
MANUELIS IMP. 19.

(a) Apud
Sur. t. 3.
die 26.
Junii.
Carthu-
siani &
Cistarc.
laborant
pro Alex.
Pontif.

gratum Deo indefesso studio incumbabant Carthusiani atque Cistercienses monachi, de quibus in rebus gestis sancti Anthelmi Episcopi Bellicensis ab auctore ejus temporis ista scribuntur: (a) Ordo Carthusianus primus ante omnes in Ecclesia Occidentali, quemadmodum satis constat, Alexandrum pro Catholico & vero Pontifice habendum, eique præstandam obedientiam, confirmavit. Et quis autem ejus rei auctor fuit? Nimirum Anselmus, & cum eo Gaufridus, sapiens & egregia facundia vir, atque in divinis Scripturis eruditissimus. Horum studio, labore & opera effectum est, ut duo nuntii confirmati Priores, caterique Carthusiani instituti Fratres Pontifici Alexandro obedientiam promitterent. Atque si ipsi per multos Ecclesiastici ordinis Prælatos, & subditos illorum in schisma propendentes, aut nutabundos & dubios, ab errore revocarunt, & in sana sententia confirmarunt, Alexandrum Catholicum probantes, Octavianum reprobum reprobantes, reum condemnantes, & schismaticum cum ejus fautoribus execrantes. Imperator igitur, qui non nisi sua voluntate & auctoritate Pontificem creari volebat, cujus administrator erat non dominus:

PAGIUS schismatis concussione generaliter ubique terrarum Ecclesia laboraret, Reges Francia & Anglia variis ex utraque legationibus tentabantur; cumque sententia Regis Francorum, consiliorum varietate, cui faveret Parti, fluctuans & dubia vacillaret, Rex Henricus dolens Christi tunicam diutius scindi, primus Alexandro Papa consensit, multaque cautela trahens Regem Francorum pariter ad consensum Apostolicum suis munivit consiliis, & firmavit auxiliis; & sic navem Petri sub certo discrimine naufragantem in secura littoris statione locavit. Hac apud Caëtrum Radulphi vidimus.

VI. Contrarium tamen scribit Theobaldus Cantuariensis Archiepiscopus ad eundem Henricum apud Saresberiensem in Epist. XLVIII. Ille enim utitur exemplo Ecclesiæ Gallicanæ, quæ jam agnoverat Alexandrum, ut ad eum similiter pro vero Pontifice habendum, Regem suum impellat: Ecclesiæ Gallicanæ, inquit, sicut nobis veridica relatione innotuit, recepit Alexandrum, ab Octaviano recessit. Quod autem ad humanum spectat examen, meliori & saniori parti videtur adhasisse; cum omnibus constet, quod persona Alexandri honestior est, prudentior, literatior, eloquentior. Causa ejus ab omnibus inde venientibus sincerior, justior prædicatur. Et quamvis neutrius illius adhuc nuntium aut scriptum viderimus, scimus omnes quia omnes Nosstrates, si vester consensus affuerit, priores sunt in partem Alexandri. Audivimus autem quod Imperator vos in partem Octaviani trahere conatur; sed absit, ut in tanto periculo Ecclesiæ pro amore & honore hominis faciatis, nisi quod crederetis Domino placiturum. Nec decet Majestatem vestram si placet ut in tota Ecclesiæ Regni vestri superponatis hominem, qui sine electione, ut publice dicitur, sine gratia Domini per favorem unius Imperatoris tantum honorem ausus est occupare. Nam

istud de Anselmo rescivit, veræque Fidei cultorem & defensorem non solum odio habuit, sed etiam condemnavit; cum illius nec maledicere esset nec benedicere. Interim vero præeuntibus Carthusianis ac Cisterciensibus, Alexander Pontifex a Gallis, Hispanis, Britannis brevi receptus est. Quæ quidem inter cetera nos referre volumus, ut perspicuum fieret, quanto animi fervore justitiam & veritatem æmulatus sit Christi servus Anselmus, Deusque laudetur & glorificetur, qui Sanctos suos adjuvando, claros & celebres reddit. Hæc de propagatione Catholice communionis Antistitis Alexandri, ubique terrarum cum Christi fidelibus viri sancti opera procurata.

At quod ad res Urbanas spectat, hoc anno Alexander Papa reversus est Romam; sed quod Octavianus generis nobilitate polleret, & affinium potentia fortior appareret, haud diuturnæ quietis potuit esse ibidem commoratio, cum præsertim vigerent in ea partes Imperatoris, ea de causa de Romanis ipsis bene mereri omni studio fatagentis. Quomodo autem hoc anno idem Pontifex ubi se Romam contulit, inde recedens Gallias cogitavit, ejusdem vitæ Acta sic docent:

In

tota fere Ecclesia Rom. in parte Alexandri est. Incredibile autem est quod pars illa possit obtinere prevalere per hominem, cui justitia deest, cui Dominus adversatur. Eius vero in humili casu prevaluisse crebra recolimus lectio, quos Gallicana recepit & fovit Ecclesia, & infelicem exitum eorum, quos tentationis impetus introduxit. Sic obtinuerunt temporibus nostris Innocentius adversus Petrum, Callistus adversus Burdinum, Urbanus adversus Wibertum, Paschalis adversus tres, Albertum, Maginulfum, Theodoricum; & multi similiter in diebus Patrum. Nobis ergo provideat dignitas vestra, vestrumque in partem illam Deus declinet assensum, qua justitia veritati innititur.

VII. A num. V. ad XVII. Ludovicus Rex Francorum, & Henricus Rex Angliæ, copiis armatorum undique congregatis, cum jam campellre prælium inter eos imminere putaretur, prope Eretevallem amici facti sunt, inquit Matthæus Parisius in Chron. & Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 533. Eodem anno pacem itam collocavit Guillelmus Neubrigenis lib. 2. cap. 12. ait enim: Igitur Rex Anglorum Henricus II. ab expeditione Tolosana reversus (anno nempe superiori quo usque duravit expeditio ab eo anno MCLVIII. suscepta) brevi quievit. Sequenti enim anno, qui fuit Regni ejus octavus (deductus ab anno MCLIII. quo Henricus II. a Stephano Rege adoptatus, & successor ejus declaratus) ira inter ipsum & Regem Francorum, tempore ejusdem expeditionis conceptis causis ingravescentibus, tandem, quasi parta erupit, & subditarum quietem provinciarum motibus turbulentis corrumpit. Denique immensis hinc inde exercitibus congregatis in terrarum confiniis castris e regione dispositis uterque Princeps cum suis copiis consistebat, &c. Addit Neubrigenis viros pacificos pacem inter eos conciliasse, & populos rediisse in sua.

Sub-

V.
Alexand.
Pap. ac-
cedit ad
Urbem &
recedit.

VI.
Naufragium ab-
sque ia-
ctura ho-
minum
vel bono-
rum.

VII.
Pax inter
Franc. &
Angliæ
Reges
constituta.

CHRISTI
1161.ALEXANDRI III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 7.
MANUELIS IMP. 19.

In secundo sui Pontificatus anno Alexander Papa ad Urbem reversus est, ubi Ecclesiam sanctæ Mariæ Novæ, auctore Domino, solemniter dedicavit. Quod vero diutius ibidem propter schismaticorum seditionem quiete non potuit remanere; precibus Romani populi victus ad partes Campaniæ remeavit. Et quoniam Imperialis persecutio adversus Ecclesiam circa Urbem in tantum excreverat, quod omne patrimonium beati Petri, præter civitatem Urbevitanam, Tarracinam, Anagninam, atque munitiorem Castrum ab Aquapendente usque ad Ceperanum per Teutonicos & schismaticos violenter occupatum fuerat & detentum: consilium habuit cum Ecclesiæ fidelibus, ut ad partes Galliæ cum fratribus suis per mare transitum faceret.

Ordinato itaque in Urbe Vicario domino Julio Prænestino Episcopo, & dispositis aliis, quæ videbantur Ecclesiæ necessaria, intraturus mare cum fratribus suis, Tarracinam perrexit. Ubi invenit quatuor galeas Regis Siciliae optime præparatas, quas illuc ad ejus servitium destinaverat. In quibus domestica familia Pontificis, & fratrum suorum cum sarcinis necessariis vix intraverat, cum validus ventus subito irruit, & mare quietum in validam tempestatem convertit, ipsæque naves inter undarum procellas & turbines conquassatas ad saxa litoris impulsi; ibique absque morte hominum & aliarum rerum damno sunt dissolutæ, & omnino confractæ. Non enim illic portus erat, sed statio tantum male fida carinis. Et si Paulo orante in naufragio (quod factum est prope Melitam insulam) nullus omnino periit hominum navigantium: liberaliorem tamen expertus est Alexander Petri personam gerens, clementiam Dei, ut non hominum tantum, sed nec in sarcinis aliquid dispendium pateretur. Quomodo autem extremis diebus mensis Decembris navim ipse conscendens in Galliam navigavit, dicturi sumus anno sequenti, quo appulsus ejus in Galliam contigit.

VII. Audisti, Lector, propensum studium Willelmi Siciliae Regis erga Alexandrum Romanum Pontificem, & quidem, etsi Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Subjungit statim: Sane eodem anno Theobaldus Cantuariensis Archiepiscopus decessit, nempe XIV. Kal. Maii, ut habet Gervasius in Chron. qui ait corpus ejus post decem & novem annos sepulturæ suæ, integrum & rigidum inventum esse. Quare in dubium revocari non potest, quin ista pax hoc anno constituta fuerit.

VIII. At neque Robertus de Monte, neque ullus Rerum Francicarum, aut Britannicarum Historicus asserit, Sanctum Petrum Archiepiscopum Tarantasiensem ad hanc pacem faciendam ab Alexandro Papa missum fuisse, quod tamen vult Baronius, quod legisset in hujus Sancti

cæterum malus, probus in hac & providus, ut fœdere sibi jungeret Alexandrum, quem nisi habuisset amantem, Majoris tyrannide involutus facile regni dispendium passus esset. Nam audi Hugonem Falcandum ista, quæ præsens videbat, scribentem: Alii quoque nihilominus asserbant, Notarium Matthæum, Majoris familiarem, Alexandro Papæ, qui tunc Romanæ præsidebat Ecclesiæ, multam pecuniam detulisse, idque ope & consilio Joannis Neapolitani, qui unus erat Cardinalium, impetrasse, ut amoto Rege Siciliae, Ammiratus in ejus locum succederet, ad exemplum cujusdam Regis Francorum, cui deposito, eo quod inutilis videretur, Romanus Pontifex Pipinum Caroli patrem substituit. At etsi hæc per Joannem tentata fuerint, Alexandrum haud in id induci potuisse, significarunt eventa. Siquidem ambo simul sese mutuis benevolentiae officiis frequentarunt ad obitum usque, ut quæ dicturi sumus, ostendent. Sed Alexandri reliqua prosequamur.

Iturus in Gallias Alexander Papa, quod audisset eas provincias rursus perturbari cæptas bellorum tumultibus inter Ludovicum Francorum & Henricum Angliæ Reges: magnum virum præcursorem misit sanctum Petrum Archiepiscopum Tarentasiensem, de quo superius dictum, per quem feliciter tam arduum negotium confectum est. De quo Robertus in Appendice ad Sigebertum hæc habet: Hoc eodem anno, Majo mense pax facta est inter Reges Henricum Angliæ & Ludovicum Franciæ, renovatis prioribus pactis, & confirmatis & pacificatis, quæ partes utrorumque adjuverunt. Hæc ipse. Sed quod maximum bonum ex pace ista sit subsecutum, idem auctor hoc item anno paulo inferius narrat, nempe ab utroque Rege seorsum unoquoque in sua provincia collectos Episcopos, Synodes habitas, in quibus singulis uno spiritu eademque sententia Alexander Papa est cognitus atque probatus sanctæ Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, damnatus vero Octavianus invasor: ait enim: Mense Julio Henricus Rex Anglorum congregavit o-

Z mnes

Vita cap. V. eum juxta Calvum Montem in confinio Francia & Normanniæ (quod est in Vexino Franciæ inter Bellovacum & Meduntam, sex leucis ab utraque distans) pacem inter utrumque Regem tractasse. Gaufridus enim Abbas Altacumbe in S. Petri Tarantasiensis Vita sermonem habet de alia pace quæ inter Reges Franciæ & Angliæ anno MCLXXIV. tractata fuit, de qua eo anno, annoque MCLXXIII. aliquid obiter dicemus. Sed ut tantum de pace hoc anno conciliata verba faciam, Robertus de Monte in Chron. cujus verba Baronius num. VII. recitat, scribit eam Majo mense factam esse, additque: Mense Julio Henricus Rex An-

Rex Siciliae & Alexand. Pap. amici.

Legatio præmissa ad Reges pro pace.

Duo concilia sub duobus Regibus celebrata pro Alexand. Pap.

Franci & Angliæ pace facta Alexand. III. Pap. recipiunt.

annes Episcopus Northmannia, & Abba- tes, & Barones apud Novum mercatum. Et Ludovicus Rex Franc. adunavit suos Bellovac, & ibi tractatum est de recep- tione Papae Alexandri, & refutatione Victoris, & consenserunt Alexandro, re- probato Victore. Hac ibi Robertus, duo Concilia sub duobus Regibus celebrata breviter ita perstringens. Quae quidem o- pera sancti Petri Archiepiscopi procura- ta fuisse legatione fungentis, haud du- bium esse potest, quod ejus muneris es- set ista praestare.

VIII. Frustra tentat Imp. Reges Fran- cia & Anglia.

Ut autem de veritate tantae rei Epi- scopi Franciae atque Angliae vocati ad Synodum pleniorum possent cognoscere, atque decernere, opera amborum Regum Franciae & Angliae factum est, ut ab u- traque parte legationes adessent, quarum unaquaque pro causa quam ageret, per- oraret. Quinam missi fuerint Legati sive ab Alexandro, sive a Victore, Willel- mus Neubrigensis ita describit, ab exor- dio rem aggrediens: Illustres quoque Francorum & Angl. Reges modis omnibus sollicitate curavit Fridericus videlicet Imperator, ut ad perpetuandam amicitiam mutuum, sibi in hac parte concordis exi- stent, in acceptando videlicet Octaviano in Romanum Pont. expulso penitus Alex- andro. Illi vero inflexi, sententia caute suspenso, donec res tam scrupulosa penitus veritatem agnoscerent: celebrem & ipsi ex utroque regno Episcoporum & nobilium loco & tempore congruo conventum fecerunt. Aderant a parte Octaviani duo prin-

cipales ejus complices, qui ejus fuerant electores, schismaticisque auctores, Guido scilicet Cremenfis, & Joannes de sancto Martino Cardinalis: nam Igmarius Tuscu- lanus Episcopus manus illi execrationis ausus imponere, jam vitaverat hominem. Aderant & a parte domini Alexandri tres Cardinales, scilicet Henricus Pisanus, tituli hic erat presbyter Cardinalis san- ctorum Nerei & Achillei, Joannes Nea- politanus, Voullelmus Papiensis, pariter sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales. Sur- gens ergo ille Cremenfis in conspectu Re- gum & Praesulum, coram universa qua convenerat multitudine Cleri & populi, pro parte sua & contra adversam totis ingenii atque facundiae viribus allega- vit. Qui cum perorasset, surgens Voul- lelmus Papiensis vir eloquentissimus, per- spicuis orationibus objecta elisit, & fere quidquid ille pro se dixerat, in ipsum ita retorfit, ut propriis irretitus captusque sermonibus videretur. Denique in illo alter- cationis mutuae quasi duello totius ita ne- gotiis veritas claruit, ut neuter ulterius Princeps cunctaretur, repudiata parte Octaviani, Dominum Alexandrum reci- pere, & cum regnis sibi subditis ei de caetero in sis, quae Dei sunt, tamquam Patri parere. Praenominatis ergo schis- maticis cum confusione & dedecore dis- cedentibus, Principes & Pontifices nostri, lata solemniter in schismaticos excommu- nicationis sententia, solverunt conven- tum. Interim dominus Papa Alexander in terra Regis Siciliae, cujus fideli favore frue-

studio iidem Patres convocati convenerunt. Ubi & Octaviani, quem Victorem dicunt, simul & Alexandri Papa, atque Imperatoris Augusti Fri- derici, nec non & Regis Hispania Legati ade- rant. Addit Gerhohus in eo Concilio Alexan- drum tandem receptum, & Octavianum excom- municationem, indicatque Concilium illud Pa- piense secutum esse. Ejus meminit Labbeus Tom. X. Concil. pag. 1406. & ad illud quod refert Neubrigensis lib. 2. cap. 9. habet: Illu- stres, inquit Neubrigensis, Francorum & An- glorum Reges modis omnibus sollicitate curavit Fridericus Imp. ut ad perpetuandam amicitiam, sibi hac in parte concordis existerent, in accep- ptan-

PAGIUS

Anglorum congregavit omnes Episcopos Northman- nia, & Abbates, & Barones apud Novum Mer- catum. Et Ludovicus Rex Francorum adunavit suos Bellovac. Novus Mercatus Gallice, le Neuf Marche oppidum est Normanniae fex leucis a Bellovaco distans. [1]

IX. Concil. Tolosan.

Non pratermittendum hic Concilium Tolo- sanum, cujus disertam mentionem facit Ger- hohus Reicherspergensis in Bavaria Abbas, qui hoc tempore vivebat, lib. 1. de investigatio- ne AntiChristi. Ait Gerhohus in civitate Tolo- sana celebratum esse Concilium, cui centum Patres inter Episcopos & Abbates interfuerunt, una cum Regibus Francia & Anglia, quorum

NOTAE

[1] IN exordio anni hujus vel sequentis omissum a Pagio, & a Collectoribus Conciliorum author revelationis Capituli S. Genoviesae apud Bollandum ad diem III. Januarii pag. 153. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi MCLXI. (incertum est utrum author iste annum a paschate vel a januario incipiat) regnante piissimo rege Ludovico regis illustris Francorum Lu- dovici filio regale per universam processit editum, ut apud Urbem Parisiensem omnes Ecclesiarum pralati cum proceribus universis de regni commoditate celebrarent concilium. Actum in eo forte de recipiendo Alexandro in legitimum pontificem, quae pariter causa fuit plurium annis illis conciliorum per Galliam. Discussa fuit insuper, quae tunc emerferat, controversia, utrum ve- rum genuinumque caput S. Genoviesae una cum corpore asservaretur; & post factam sanctarum reliquiarum agnitionem, assertum fuit illud, quod ibi recondebatur, caput purum putumque S. Virginis esse, nec aliud loco illius suppositum fuisse. Adfuerunt inter ceteros episcopos Sennonensis, Hugo Aurelianensis, Manasses Antifiodorensis, aliique. Sacrarum reliquiarum agni- tio facta est die 10. Januarii, anni 1161. vel 1162. MANSI

fruebatur, tutus consistens, opportunita- tem transeundi in Gallias praestolabatur, parebatque ei in his quae ad curam spe- ctant pastoralem, totus Orbis Latinus, exceptis provinciis Alemannicae ditionis. Imperator enim ex privata similitate se- mel in reprobum sensum datus, & vel a ratione vinci, indecorum Imperatoriae reputans majestati, multo tempore dis- tulit palmam dare perspicuae veritati. Hac- tenus Neubrigensis. His visis, affecte- mur vestigia Legati Sedis Apostolicae Petri Archiepiscopi Tarentasiae, quem missum vidimus ab Alexandro Papa in Gallias, quo ipse venturus esset, praecur- sorem; quomodo secundum Aposto- lum non fuerit (a) in sermone tantum, sed in virtute in Spiritu sancto, & in plenitudine multa in ostensione signo- rum videlicet. Accipe ista a Gaufrido Abbate, qui quae vidit, scripsit, & quae audivit a viris fide probatis, monimen- tis consignata reliquit: (b)

(a) 1. Theof. 1. (b) Apud Sur. t. 3. die 8. Mai. ib. c. 34. 35. 36. 37. 38. 39. IX.

Capit ergo Petrus cum viris perfectio- ribus spiritualis collationis habere tra- ctatum; utilis fore existimans, pauco- los quos habebat equos, venundari, & pretium dari pauperibus, ut pedes gra- diens, quod consumere illi cum suis cu- stodibus consueverant, misericordiae ma- gis operibus deputaret. Fecissetque voto satis; nisi suggestio rationalis, & con- festim occurrentis necessitas obstitisset. Si- quidem persuasum est ei, in sua quidem provincia id observari posse, sed exci- piendum ab ejusmodi professione propositi, ut solito uteretur animalium vehiculo, si remotas adire provincias pro causine- vitabili cogeretur. Nec sine divino nutu exceptionem ejusmodi sacro Praesuli per- suasisse videtur vir eximius, & inter a- micos charissimus, tunc Altatumba, post- modum Clarevallis Abbas Henricus, nunc Albanensis Episcopus, inter insignes columnas Romanae Ecclesiae loco celebri Ann. Eccl. Tom. XIX.

S. Petrus mittitur ad Reges Legatus.

PAGIUS

ptando videlicet Octaviano in Rom. Pontificem, expulso penitus Alexandro. Illi vera inflexi sen- tentia caute suspenso, donec rei tam scrupulo- sa penitus veritatem agnoscerent: celebrem & ipsi ex utroque regno Episcoporum & nobilium, lo- co & tempore congruo, conventum fecerunt, & caetera a Baronio num. VIII. recitata, qui ta- men Concilii Tolosani non meminit.

X. Tolosano Concilio Reges inter- sunt.

Rectores Romanae Fratemitatis postquam ac- cepere Ludovicum VII. in pleno Concilio Alex- andrum III. Summum Pontificem agnovisse, ad eum scribere Epistolam ordine CCCXXXI. inter eas, quas refert Duchesnius de rebus Fran- cicis Tom. IV. in qua eum laudant, quod or- thodoxae fidei religionem defendat & exaltet: Quod licet inquit, a primordio regni vestri cum summa diligentia feceritis, hoc tamen tem- pestatis tempore, quae per Octavianum & ipsius complices filios superbia, vasa ira apta in in- teritum, noviter exorta est, tanto clarius evi- tuit, quanto inspirante Sancti Spiritus gratia,

constitutus. Adhuc enim sermo manebat in ejusmodi deliberationis ambiguitate suspensus: & ecce Nuntius domini Papae, ecce litterae, ecce mandatum, ut ad Re- ges Francorum & Anglorum sibi reconci- liandos sub quanta poterit acceleratio- ne festinet: ex quorum inimicitis Ec- clesiarum destructio, depopulatio regio- num, & innumerabilium strages hominum procedebat. Nec videbatur aliud praesto- landum, quam quod dicitur: (c) Fortis (c) Jer. impedit in fortem, & ambo pariter cor- ruerunt. Hujus necessitatis intuitus, & Apostolicae auctoritatis reverentia, cui in omnibus & per omnia semper obtempe- ravit, Praesulem sanctum descendere fecit in Gallias.

X. S. Petrus multipli- cat panes.

Ingressus itaque monasterium Senonen- sis diocesis, quod Pruliacum dicitur, & in eo circa spatium mensis unius infirmi- tate detentus, plurimis tamen aegrotis be- neficia praestitit sanitatum. Et cum ma- ximus undique & ubique ad eum concur- sus fieret populorum: Nolite, ait Sanctus ad Fratres, de victualium distributione moveri, dabit Dominus horreis vestris benedictionem, ut cognoscatis ejus virtu- tem, qui pro beneplacito suo multiplicat, quae pro sui nominis gloria erogantur. Sic audisse, sic credidisse, sic experimento tum probasse se se testati sunt, per quorum ma- nus consuebantur panes, & distribueban- tur; ut cum vix viderentur duplicati pos- se sufficere, minor solito numero abunda- ret. Semel siquidem in hebdomade minus coquebant in clibano, quam caeteris men- sibus ante solebant.

Miles quidam regionis illius, impetran- dae benedictionis obtentu, & signorum gratia ad hominem Dei multos concurre- re videns: compassus filio non videnti, optat ut ejus suffragantibus meritis videns fiat ex caeco, qui suis, ut verebatur, pro- merentibus culpis caecus factus est ex vi- dente. Caecum itaque filium extulit do- mo

Caecus illumina- tur.

schismaticam pravitatem confutantes inter pri- mos Orbis terrarum Reges & Principes PRIMUS audito nomine Domini Papa Alexandri vere bea- ti P. successoris & Vicarii, eum in Patrem sum- mum & universalem Pontificem elegeritis, & ad tantum bonum per Gallicanas confirmandum regiones, sicut ex literis Legatorum, qui ad eas partes transmissi fuerant, recognovimus, Regia praestita auctoritate Archiepiscoporum, Epi- scoporum, Abbatum, & Religiosorum persona- rum undique est Concilium convocatum. In quo cum diutius sub vestra praesentia a Catholicis & Schismaticis de canonica Domini Papa Alex- andri electione, & haeretici Octaviani intrusio- ne nunciis disputatum fuisset, & schismatica partis nequitia, & simoniaca ambitio declarata esset ab omnibus Orthodoxis, sicut Serenitati vestrae notissimum est; Dominus Papa Alexander in Summum Pontificem & vere Apostolicum ap- probatus est atque susceptus. Idem ad Ludovicum Regem scripsere O. & C. Frajapanes Ro- ma-

CHRISTI
1161.

ALEXANDRI III. PAP.
2.

FRIDERICI IMP. 7.
MANUELIS IMP. 19.

mo sua, sed Pruliacensi cœnobio intulit jam videntem. Obvius enim factus est vir fidelis eunti, panem referens a beato Præsule benedictum. Nec moras tulit, magnanimus factus in fide, sed de mica panis collyrium novum conficiens, oculos filii eum divini nominis, & ejusdem Præsulis invocatione linxit. Cooperantibus ergo sibi virtute fidei, & benedictionis effectu, ad unctionem primam sacri collyrii aperti sunt oculi ejus, & vidit, & gavisus est se videre. Sic gratulabundus illuminatum filium pater ostendit, quem speravit illuminandum fore: & qui venerat oblaturus preces, exhibiturus pervenit gratiarum potius actiones.

XI.
Clauda
a nativitate sana-
tur.

Corbalium dicitur oppidum Regis Franciæ, quod Sequana fluvius alluit, in Parisiensi diœcesi constitutum. Hujus præposito grandis erat non modo gratia apud dominum suum, sed & in palatio locus. Quem in occursum Præsulis sancti mittere studuit Rex devotus, præcipiens non modo humanitatis officia, sed debitam reverentiam a suis omnibus ei in locis omnibus, quantum pateretur, impendi. Sic in oppido supradicto humilis servus Christi de mandato Regis in regia domo suscipitur. Nec poterat uspiam licet debili, præ multitudine concurrentium, necessaria requies exhiberi. Erat autem spiritus fortis, spiritus promptus in infirma carne & atate jam pigra. Eidem sine præposito erat clauda a nativitate filia jam quinquennis, sicut apparuisse videtur, sic nata fuerat ad gloriam Dei, & servi fidelis honorem. Cujus sacris oblata vestigiis, post orationem & manus impositionem erecta est, & novus faciens gressus, pedibus suis ambulavit, pro atate magnificans Deum, & suo gratias referens creatori. Sic devotos hospites exhibitaravit dupliciter hospes bonus, nec modo subijt admiratio pro virtute, sed familiarium gaudium pro persona.

XII.
Rex Anglorum
mirifice coluit S. virum.

Transæmum Parisiense vota permaxima, concursus intolerabiles, & molestos, qui exhibebantur, honores: expectant Reges, expectant Principes, multitudo incredibilis præstolatur pro verbo pacis, & adventu tanti Præsulis, juxta Calvum montem in confinio Franciæ & Northmanniæ congregata. In cujus occursum non tam currit quam advolat Rex Anglorum, & ad conspectum longius positi equo desilit, immo ruit, amplectitur pedes, cappam detrahit undique laceratam,

PAGIUS manorum Consules, quorum Epistolam refert ibidem Duchesnius pag. 715.

XI. Hoc itaque tantum anno Alexander III. solemniter & universim tam in Gallia, quam in Anglia Romano Pontifice agnitus, & Othavianus repudiat in Concilio Tolosano; Concilia enim Bellovacii & apud Novum Mercatum

undique decurtatam. Nec particulas solvit, ut ceteri consueverant, quamvis egregie ferret Antistes. In hoc solo nil sua sibi auctoritas poterat suffragari, nil prohibitio, nil indignationis ostensio, nil intentatio maledicti. Causari Patres, qui simul venerant (siquidem animum Regis exploratum ire volebant) inter regias gazas semicinctia quid facient vetusta? Quibus ille tale dedit non sine multorum attestacione responsum: Aliter vobis loquendum fuerat, si sciretis de ipsius cingulo, quod præteritis annis accepi, quanta ægrotantibus remedia, quanta provenerint beneficia sanitatum.

XIII.
Muta curatur.

Circa eadem loca confederat Archiepiscopus cum personis magnis, habens de reformanda pace tractatum: Ecce vidua pauper suum magis & filia sua incommodum sentiens, quam Regum inimicitias, vel pericula reputans regionum, increpantibus aliis, aliis prohibentibus irruit, mutat a nativitate filiam secum trahens. Nec in tanta frequentia personam humilem Archiepiscopus aspernatur, non altum sapiens, nec in alto. Inclinator ad supplicem, & oratione præmissa, infusum proprio sputo pollicem mittit in os puellæ, linguæ ejus & labiis imprimens signum Crucis. Sic præcipiente eo, verba quæcumque prædiceret, post eum similiter resonabat: sic deinceps est locuta, sic loquens reddita matri suæ. Nec mora ne cessitudinem redhibens alteri filius, claudam attulit in asello. Cujus ille renes, & debilia membra consignans, in partem secedere fecit, & divinam misericordiam præstolari. Post paululum filio suadente ut ascenderet asinum & rediret: Mina ait, potius, mina asinum & præcede; Sic præcessit ille, & sanata illa secuta est, multis cum multa admiratione prosequentibus eam.

* vicissitudinem
Clauda sanatur.

Alterâ die cum Rege Francorum Ludovico, & Anglorum juniore Rege, & Flandrensi Comite, multis undique circumstantibus, super eodem negotio, pro quo venerat, familiariter conferebat. Interim mater filii jam duodennis, sed ab annis septem eadem mater cæci ad cuncum illum cum filio supplex & gemebunda pervenit. Videns autem vir sanctus, quod a ministris Regum miserae mulierculæ negaretur accessus: ab iisdem potius eam sibi cum filio præcepit exhiberi. Cujus necessitate comperta, tenens pueri crinem & misericorditer blandiens: quid optaret,

XIV.
* protinus.

coacta fuere tantum privata colloquia, quibus pauci Episcopi adfuerunt ex Gallia, & ex Regno Angliæ Soli Episcopi, Barones, & Abbates Normanniæ, ut postea Episcopi utriusque Regni congregati unanimi consensu quid agendum esset, determinarent.

CHRISTI
1161.

ALEXANDRI III. PAP.
2.

FRIDERICI IMP. 7.
MANUELIS IMP. 19.

Alius cæcus illuminatur.

ret, interrogabat. Cui ille: domine ut videam. Protulit nummum Pontifex, & in manum pueri dedit illum. Intinctis etiam digitis in saliva oris sui, super oculos ejus, & verticem capitis signum Crucis edidit, & paulisper oravit. Intuebantur Reges cum ceteris, & mirabantur, invicem colloquentes, invicem conquirentes, an focus foret, quod vir sanctus serius accitabat. Interea cepit puer paulatim visum recipere, cepit nummum quem tenebat, cepit homines intueri, cepit gratulabundus & laudans dicere matri suæ: Video mater, video, video arbores, video omnes, & omnia quæ circumstant. Ad hæc illa, velut ad altare sacrosanctum, conversa ad Præsulem, flexit genibus, porrectis manibus, & directis in eum oculis, orationi studiosius insisibat. Auditum est, & compertum, quia cæcus visum recepit. Ipse quoque Francorum Rex diligentius inquisita & cognita certius veritate, non dissimulavit flexo genu virtutem in puero adorare divinam, caput ejus, oculosque deosculans, & honorans oblatione propria manuum ejus. Nec mirum, quod mira devotio in ceteris etiam secuta est tanti Regis exemplum, tantum miraculum profecuta.

XV.

Advenit interea caput jejunii Quadragesimalis, & in cœnobio Mortui maris officium illud solemne reverendissimus celebravit Antistes. Imposuit etiam cineres capiti Regis Angliæ benedictos, & suorum, qui propter hoc ad monasterium illud advenerant ipso die. Cæterum miles quidam ante multum tempus balistæ jaculo in tempore vulneratus, ex tunc altero oculo nihil penitus videns, multa precum instantia postulabat ejus restitutionem. Excusare cepit vir Dei, & gravius solito homini dissuadere, ne supra vires suas vel merita sua exigeret tale aliquid ab humilitate sua. Instittit tamen & persistit, nulla dissuasione desperans, sed magnanimior factus in fide. Itaque tangitur, benedicitur, & emittitur, præstolatur misericordiam Dei; exiit, expectavit, advertit, & paulatim luce reddita utroque vidit oculo, sicut olim. Festinavit quoque ad Regem, gaudium suum domino suo sine dilatione communicans. Sermo procedit in publicum, & opus bonum pulchrius elucescit in commune deductum. Ex multarum denique personis facierum devota resonat & solemnis gratiarum actio, & vox laudis. Hæc sunt, quæ in ipsius acceptæ ab Alexandro Catholico Papa legationis munere operatus est Deus in servo suo ad insinuandam, atque omnibus declarandam ex sacramento Catholice unitatis per divina illa charismata legitimam Alexandri Papæ electionem, secundum illud Davidicum:

Miles oculo sanatur.

(a) Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Airon, & descendit usque ad oram vestimenti ejus. Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Quoniam illis mandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in seculum. Pacatis Regibus, ab unoquoque eorum (ut audisti) pro Catholico recipiendo Pontifice Alexandro, Concilium hoc eodem anno est celebratum. Quibus ita dispositis hæc rebus, Alexander Papa navigavit in Gallias anni sequentis exordio.

XVI.

Hoc item anno pseudopapa Othavianus, Victor dictus, una cum Imperatore & Episcopis atque Principibus Laudæ conciliabulum habuit, de quo Otto Morena in Laudensi a se scripto Chronico, & ipse inherens schismatico, ista habet:

Conciliabulum Laudense.

Sequenti vero die, in quo fuit tunc festum sanctorum Gervasii & Protasii, per dominum Papam inceptum est sacrum Concilium, quod a principio Papæ, deinde Cremonæ fieri dispositum fuerat, postremum tamen ad honorem Laudæ ex voluntate Imperatoris Laudæ est celebratum. In quo dominus Imperator cum suis Principibus, & Dux Boemiæ, & dominus Pellegrinus Aquilejensis Patriarcha, & dominus Guido electus Ravennæ Archiepiscopus, & multi Episcopi, & magna copia Priorum, Abbatum, Præpositorum, aliorumque clericorum, qui venerant ad Synodum, seu Concilium, unanimiter confirmare electionem, que in prædicto anno Papæ iam facta fuerat de ipso domino Papa Victor. Fuere autem in ipso Concilio recitata littera excusatorie Regis Daciæ, & Regis Norvegiæ, & Regis Hungariæ, & Regis Boemiæ, & sex Archiepiscoporum, & viginti Episcoporum, multorumque Abbatum tam Claravallensium, quam aliarum Congregationum, atque Præpositorum: in quibus omnibus litteris continebatur, ipsos Reges cum universis eorum provinciarum, & prædictos Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & Præpositos velle se tenere præfatum dominum Victorem pro Papa & domino, & se velle ratum habere totum, quod dominus Victor statuit in ipso Concilio cum aliis sibi presentibus. Sed veritate cognita, resilierunt ex iisdem plurimi. Pergit auctor:

* Rex.

* f. Daniæ

In ipso etiam Concilio fuere excommunicati dominus Hubertus Mediolanensis Archiepiscopus una cum Consulibus Mediolani, & Episcopus Placentinus, & Episcopus Brixienfis, & Placentiæ & Brixie Consules, omnesque ipsorum consilarii, ac etiam omnes illi, qui interfecerunt Moguntinum Archiepiscopum, & qui in ejus morte consenserunt, & Episcopus Bononiensis... depositi fuere irrecoverabiliter. Episcopus vero Paduanus, & Episcopus

pus... usque ad Kalend. Augusti termino eis dato ab officio suspenduntur. Et hæc acta sunt in die Jovis, cum Concilium usque ad ipsam diem perdurasset, in qua die fuit tunc festum sancti Jacobi Alphei. Hæc auctor addictus Victori pseudopapæ, contra Catholicum Pontificem Alexandrum.

XVII. Hoc eodem anno in Dania Rege creato Waldemaro, per eum idololatria Ruginorum est sublata, & aliorum finitimorum populorum, cultusque Christianæ religionis mirifice popagatus, adhibito ad opus Absalone suo collataneo, Episcopo Roschildensi. Quæ cuncta cum exactissime sicut & ornatissime describantur a Saxone Grammatico; tamen cum absque ulla temporum nota, ceu absque oculis, ejus in tenebris cæcutit historia: aliunde est nobis aperienda ad tempora inspicienda fenestra. Extant res gestæ Willelmi Roschildensis Abbatis ab ejus discipulo quam fidelissime scriptæ, ex quibus ista depromimus: (a)

(a) Apud Sur. 1. 2. die 6. Apr.

PAGIUS Ad num. XVII. & seq. Baronius loquitur de Sancto Willelmo Ordinis Canonorum Regularium sancti Victori, qui, ut in ejus Vita a quodam ejus discipulo scripta, & in Actis SS. Bollandianis ad diem VI. mensis Aprilis recitata, dicitur cap. 5. ab Absalone Episc. Roschildensi, Paganorum maximo persecutore & Ordinis Clericalis ornamento, creatus est hoc anno Abbas Roschildensis; de cujus virtutibus & Canonorum collapsa disciplina, in integrum ab eo in Dania restituta, legendus citatus Anonymus Auctor ejus Vitæ.

XIII. Manuel Orientis Imperator, ubi accepit Alexandrum III. a Ludovico Galliarum Rege Pontificem agnatum esse, scripsit ad Ludovicum Epistolam XLVIII. relatum a Duchesno Tom. IV. pag. 579. inter Epistolas diverforum de Rebus Francicis: Quoniam, inquit, divina providentia placuit, tam longinquam atque vetustam effectam parentelam nostram & amicitiam, per aliam propinquorem consanguinitatem renovare, & veluti quodammodo repubescentem reddere, in eo quod de nobilissima prole vestra Imperium nostrum consortem ducere decrevit, filiam videlicet R. nobilissimi Principis Antiocheni, unius quippe ex honoratissimis Imperii nostri Principibus quam Imperiali diademate magnifice insignivimus; julum est deinceps vos & scriptis & internunciis invicem frequentius vistori. Quamobrem literas nobilitatis vestra suscipientes, in quibus continebatur, quoniam coadunatione Ecclesiarum, caterarumque nobilium personarum a vobis tractatum. confirmatumque est, quasi justum Papam sanctissimum Alexandrum suscipiendum esse, quem vos utique quasi Patrem, Summumque Pontificem suscepistis, & ideo nostro Imperio scripsistis, quatenus ei concedentem honorem, & amorem, utpote tali tantoque viro exhiberet, hoc nostrum vobis Imperium rescribit. Antea quidem addiscebatur Imperium nostrum de statu sapientia, sobrietatisque ipsius; nunc vero tale de sanctitate ejusdem testimonium suscipiens scripto tanti viri, qualis vos estis, tum præclara corona insigniti, tum fide & veritate decorati, & consanguinitatis propinquitate & amicitia Imperio nostro obligati,

Anno a nato Salvatore MCLXI. regnum Daniae obtinuit Waldemarus, Canuti Regis & martyris filius, qui Vandalos a regni sui finibus propulsavit. Nam sæpe illos infestos patiebatur, utriusque sexus homines, & prædam multam secum abducentes. Tandem vero etiam Christianæ religioni eos coegit colla submittere. Per id tempus Roschildensi Ecclesiæ cum multa laude præsidebat Absalon Episcopus, vir magni consilii, Cleri decus, mærentium & afflictorum consolator, Religiosorum pius amator, totius populi rector modestus, advenarum & pauperum benignus sustentator, Vandolorum strenuus debellator, religionis Christianæ ornamentum, exemplar sobrietatis, forma pudicitiae, veræ nobilitatis & probitatis insigne speculum, lucerna fulgens in templo Dei, ejusque columna fortis & immobilis. In ejus diœcesi erat cœnobium Canonorum in insula, quam Ezebil vocant, non longe distante ab oppido Roschildensi, mari undique cincta, & ipse qui-

Waldemarus Rex Daniae creatus.

Absalon Episcopus Roschildensis diognæ laudes.

credibile & receptibile testimonium vestrum decernimus, & condignam reverentiam ipsius Sanctitati exhibemus, & orationem ejus participes fieri optamus, &c.

XIV. Cupiebat Manuel Imp. revocare Græcos ad instituta & subiectionem Romanæ Ecclesiæ, uti ante eum jam in votis habuerat Joannes ejus decessor. Extant enim Petri Venerabilis Epistolæ XXXIX. & XL. libri secundi, quarum prior Joanni Imp. & posterior Patriarchæ Constantinop. scripta, & utraque a Baronio anno MCLXIX. num. XVIII. & seqq. recitata, pro restitutione cœnobii Cluniacensium, quod erat Constantinopoli, & in priori Petrus Cluniacensis Abbas Joannem Imp. suscipit in confratrem, & participem omnium spiritualium beneficiorum Congregationis Cluniacensis, quemadmodum & alii Catholici Principes jam suscepti erant. Constantinopoli etenim, quemadmodum & in reliqua Græcia Basilicæ erant, & varia Latinorum Religiosorum monasteria, quibus Romanis moribus & ritu Latino vivere, reliquaque sacra ad Pontificum normam celebrare permittebatur, quod nequitiam concessum fuisset, si eorum mores & dogmata, velut hæretica improbassent, ut inquit Allatius lib. 2. de Consens. Eccles. Occident. & Orient. cap. 11. num. 2.

XV. Anonymus Casinensis in Chron. ad hunc annum habet: Incarcerati de Sicilia per vim liberati sunt. Buteria rebellata est, sed Rex eam capiens destruxit. Mense Augusti luna duodecima obscurata est; luna duodecima juxta calculum Ecclesiasticum, non vero juxta motus celestes, quæ eclipsis a Calvisio in Opere Chron. secundum calculum mathematicum computata. Ceccanus in Chron. ad hunc Christi annum & indictionem IX. ait; XVII. Kal. Februarii in aurora fuit ingens terra motus. Comes Robertus intravit terram usque Tarentum. Comes Andreas relicta terra ivit Constantinopolim, & multi Comites conjunxerunt se Comiti Roberto, de Loritello cognominato. De bellis intra Siciliam, post Majonem Ammiratum anno superiori interfectum gestis, legendi Fasellus lib. 7. posterioris decadis, pag. 418. & seqq. Falcan-

Non minus in Eccl. Rom. propensum quam Joannes decessor.

Sicilia dissensionibus turbata.

quidem locus peramœnus erat, prætis virentibus, & diversis nemorum arboribus oblectans oculos animosque illic degentium. Attamen id temporis pauci illic morabantur Fratres, & ii ipsi frustra Regulares dicti, cum a Regulari disciplina multum deflectissent.

XVIII. Cernens autem venerabilis Episcopus Absalon illorum mores a religione prorsus abhorrebat, mœrebat animo, ferebatque indignè diabolica fraude deceptos vitam prorsus mundanam vivere. Cœpit itaque secum crebro pertractare, qua ratione posset illi Ecclesiæ consulere, atque illic degentium mores in melius reformare. Redit tandem in memoriam familia-

ritatis & amicitiae, quæ illi olim intercesserat cum Willelmo viro religioso, cum Parisiis litteris operam daret. Scienisque illum virtutibus & sanctis moribus ornatum, deliberavit illi ad se accito tradere locum memoratum: mittitque illic Saxonem Præpositum Roschildensem, virum honestum (is est ille, qui cognomento Grammaticus dictus historia Daniae libros sexdecim scriptos reliquit) qui a S. Genovefæ collegio petat dominum Willelmum cum aliis tribus Fratribus mitti in Daniam; quibus etiam locum opportunum se Episcopus daturum pollicebatur. Quomodo autem idem Willelmus sua sanctitate illas provincias illustra-

S. Willelmus Parisiis vocatur in Daniam.

PAGIUS candus in Hist. de Sicilia Calamit. ac Sumontius lib. 2. Historiæ Neapolitanæ.

XVI. Germani, qui anno superiori in Conventu Papiæ congregato Mediolanenses rebelles declarant, præsentem operam in iis debellandis posuere. Interim gens Teutonica, inquit Otto Morena, maxime fremens, quod Imperator adeo cum paucis Teutonicis reliquis erat in Lombardia, quod plenarie non valebat expugnare Mediolanum, ad ejus auxilium obnixè se præparavit. Inter quos fuit Landgravius cognatus Imperatoris (qui uxorem duxerat Juditham Suevam, Friderici Imp. patruem, filiam scilicet Conradi Romanorum Regis) & Conradus Comes Palatinus de Rheno frater Imperatoris, atque Fredericus frater Regis Conradi, qui fuit patruus Imperatoris; Dux de Rotemburgo, qui duxerat secum ultra sexcentum milites bene armatos. Rainaldus quoque Cancellarius, & tunc electus Archiepiscopus Coloniae, duxit secum ultra quingentos milites. Filium quoque Regis Bohemiae una cum Duce Bohemiae patruo suo (erant tunc duo Bohemiae Principes quorum major natu Rex, & junior Dux appellabatur, sed hic Dux supremus Princeps regionis non erat) ultra trecentos equites duxit. Alii etiam multi Episcopi, Marchiones, Comites & alii Nobiles in Lombardiam ad Imperatoris auxilium venerunt. Bohemiae Rex in Italiam non venit, sed tantum se fe per literas excusavit, ut Morena, & post eum Tristanus Chalchaserunt. Dein Imperator, uti narrat Morena, die Luna, qui fuit tertio Kalendas sequentis mensis Junii, in festo S. Maximi cum dictis Principibus & maxima quantitate Lombardorum supra Mediolanum tendit, ad eorum segetes devastandas. Et devastaverunt ipsas segetes usque ad S. Caremolum & ad Ecclesiam omnium Sanctorum, qua est in capite Brolii, & Ecclesiam sancti Barnabæ, & monasterium S. Dionysii, fixeruntque ea die castra a castna Cuadina de Aliete usque Morsengiam: ibique per biduum stantes omnes segetes ac partem Mediolani devastaverunt.

In sequenti vero die Mercurii castra metantes ad S. Dionysium hospitati sunt. Hinc apparet, ante secundam Mediolani obsidionem, suburbia everfa non fuisse, aut saltem Ecclesias in iis sitas, sicuti neque in prima obsidione, quæ anno MCLVIII. facta, quod & Morena narrat: Postea, inquit, sequenti die Mercurii, qui fuit anno MCLVIII. indictione VI. & qua fuit tunc sexta die mensis Augusti, equitavit

dominus Fridericus Imperator una cum Rege Bohemiae & Cremonensibus atque Papiensibus, nec non & Laudensibus, aliorumque Principum maxima multitudine, ac super Mediolanum castra metatus fuit. Itaque ipso die Mercurii ipsemet dominus Imperator apud Ecclesiam, qua dicitur Omnes Sancti, qua est Ecclesia Templi & extat ipsa Ecclesia in capite Brolii. Rex vero Bohemia intra monasterium sancti Dionysii hospitatus est. Cateri autem Principes ab ipso S. Dionysio usque ad pusterlam S. Euphemie hospitati sunt. Omnes itaque istæ Ecclesiæ actis MCLVIII. & MCLXI. adhuc subsistebant juxta testimonium Morenae, qui visa a se scribit. Adhuc Morena Bohemiae Principi titulum Regis ab ipso primæ Mediolanensis obsidionis initio tribuens invicte refellit eos, qui asseruere Bohemiam in Regnum erectam non esse ante annum sequentem.

Geysa II. filius Bela Regis Cæci, ac Hungariae Rex migravit ad Dominum anno Domini MCLXI. pridie Kalendas Junii, feria quarta, inquit Thwroczius in Chion. Hungarorum cap. LXV. qui addit eum regnasse annos XX. & aliquot menses. Ei successit Stephanus III. filius. Geysa Rex paulo antequam moreretur, misit Osbertum Nuncium suum ad Ludovicum VII. Franciæ Regem cum litteris Tom. IV. Duchesnii pag. 578. ad eum directis, in quibus ait: Alexandrum, quem universalis Ecclesia & vestra Regia dignitas auctoritas confirmavit, & confirmatum recepit, sicut per Nuncios meos mandastis, confirmavi, recepi & ab hoc nullo modo dissentire proposui, &c. Notum itaque vestra fraternitatis amicitia firmiter facio, quantum si pradius Imperator vobis aut regno vestro aliquid mali machinari voluerit, ego rognum ejus in manu forti devastando aggrediar. Hoc idem a vobis tanquam ab amico confidenter expectans. Porro licet in Auctario Aquicindino mors Geyfæ in annum MCLXIII. perperam differatur, de Stephano tamen ejus filio ac successore accurate traditur: Habens uxorem filiam Henrici Austrasiorum Marchionis, qui fuit frater Conradi Imperatoris.

XVIII. Obitus Geysa II. Hungariae Regis.

XVII. Ecclesia suburbana ante annum sequentem non everfa.

Anno Hegira DLVI. uti narrat Noweirius, Abdelmumen Almohadum Imperator primum in propria persona in Hispaniam transfretavit, & ad montem Calpe dictum, hodie Gebaltarek excensionem fecit, ibidemque oppidum ædificavit, dictum hodie Gibraltar. Mauri qui Hispanias incolebant, magna ex parte se se ei nullo negotio subjecere, & Granata, quæ ob-

XIX. Abdelmumen excensionem in Hisp. facit.

stravit, auctor late profequitur. At de conversione Gentium & idololatriæ c-

vulsiōne dicendum inferius suo loco.

Se-

PAGIUS sistere volebat, jugum subire coacta fuit. Ad delinumen Christianos ex oppidis ab illis in Hispania occupatis ejecit, & Almeriam in suam

iterum potestatem redegit, inquit idem Noweiri-
rius.

I. Alexand. Papæ in Gallias navigatio.

(a) Neubr. l. 2. c. 14.

* al. extendere.

I. Sequitur annus millesimus centesimus sexagesimussecundus, Indictione decima, quo Alexander Papa persecutionem vitans Friderici Imperatoris, in Galliam navigavit. Quamquam autem necessitate compulsus audi Neubrigensem: (a) Cum enim illi, Alexandro videlicet, ut superius dictum est, præter terras Alemanniæ Imperatoris subditas potestati totus in his quæ Dei sunt, Orbis pareret Latinus; vias tamen obsidentibus Oflaviani satellitibus, & vel eum adven-tes, vel redeuntes, ab eo, si qui forte inciderent, rebus omnibus spoliatos carcerali quoque custodia mancipantibus, rarissimus ad illum poterat esse accessus; unde nec ipse poterat, ut volebat & decebat, fungi summo sacerdotio, & longius Apostolicæ brachium ostendere potestatis. Hujus rei gratia mari se credens, & cum ingenti periculo provincias adiens Occidentis, occurrentibus ei Præsulibus & nobilibus Gallicanæ Ecclesiæ, multorum desideriis expectatus advenit. Hæc de ratione Alexandri navigationis in Gallias Neubrigensis. At quomodo ista singula se habuerint, Acta vitæ ejus antiquitus scripta, & in Vaticana bibliotheca, recondita docent. Hæc plane una consolatio reliqua, quod voluminibus epistolarum ejus deperditis, ex quibus tanti Pontificis res præclare gestæ illustrare magnopere potuissent Annales: ex iisdem Actis Pontificatus ejus tamquam lucerna, pertenui luce licet, eadem non remanserint prorsus obscuræ. Habentur hæc ibi:

II. Præterea dispositum iter Pontificis eo tempore sic disturbatum & impeditum est: sed modico spatio temporis reparatis omnibus, & preparatis aliis, quæ ad ipsum iter necessaria videbantur: infra octavas Nativitatis Dominicæ juxta montem Circeum in faucibus Legulæ cum fratribus suis mare intravit, & in festo S. Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS SÆC. XII. Anno Eræ Hispan. MCC. Anno Hegiræ DLVIII. inchoato die 10. Decemb. fer. 1. A. C. 1162. I.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6655. ☉ 23. G. ♃ 4. P. 8. April. Indiſt. 10. JESU CHRISTI 1162. ALEXANDRI III. PAPÆ 4. FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 11. IMP. 8. MANUELIS COMNENI IMP. 19.

A Num. I. ad V. Duchesnius Tom. IV. pag. 412. refert Historiam Ludovici VII. Franciæ Regis ab anno MCXXXVII. usque ad an-

Agnetis, remigante Domino, apud Genuam applicuit. Ubi contra prohibitionem Friderici Imperatoris ac persecutoris Ecclesiæ, ab universo Clero & populo cum honore & gloria susceptus est, atque tractatus. Exiit ergo e Genua in Dominica Passione, & cum omni jucunditate navigans venit ad insulam de Liguriis in sabbato Palmarum: ubi præ nimia tempestate maris coactus est Resurrectionem Domini celebrare. Sequenti vero quarta feria pervenit ad Ecclesiam Magalonam, in qua majus altare, auctore Domino, solemniter dedicavit. Et quoniam locus eo tempore pro suscipiendis hospitibus nimium erat arctus, & multitudo maxima Prælatorum adventum ipsius Pontificis extra insulam nimio præstolabatur affectu: ad populosam montis Pessulani villam ascendere dignum duxit.

Albo itaque palastro, & cæteris Pontificalibus insignibus de more paratis, Alexander Papa equum præ nimia populorum frequentia vix ascendere potuit, & viam in directum tenere. Tanta enim cunctorum ad ejus vestigia concurrentium improba & importuna erat impressio, ut beatum esse se crederet, qui vel simbriam clamydis ejus non sine multo conamine posset attingere. Occurrente igitur sibi domino villæ ipsius cum Baronibus, & decora militia, & officium stratoris per milliarium exhibente, cum processione eandem villam intravit. Ubi inter Christianos nobiles, qui accedebant ad ejus vestigia, quidam Sarracenorum industrius Princeps cum sociis suis reverenter accessit, & deosculatis pedibus ejus, fixit genua coram eo, & inclinato capite tamquam sanctum & pium Christianorum Deum, ipsam Pontificem adoravit. Locutus est autem ipse Pontifici ex parte domini sui Mahometanorum Regis, qui miserat eum ad partes illas pompaticæ, in lingua sua barbarica, sed per interpre-

A a tem

Januens. optime de Alex. Pont. meriti.

Ingressus Alex. in montem Pessulani.

III.

num MCLXV. perductam, in qua pag. 416. Alexander dicitur: Venerabilis Papa Alexander ad Gallianas partes proficiscens, apud Montem Pessulanum transiebat. Cujus adventum postquam ad aures domini Ludovici Regis fama detulit, consilio quid super hoc faceret, exquisito, memorandus Rex domnum Theobaldum Abbatem sancti Germani Parisiensis ad ipsum destinavit. Paulo post: Eisdem diebus Ludovicus Rex Alexandrum Papam in Pastorem cum omni regno Franciæ suscepit. Cujus rei fama circumquaque regiones pervolante, Constantinopolitanus & Hispanus Imperatores, Rex Angliæ, Rex Hierosolymitanus, Rex Sicilia, Rex Hungariæ, omnesque Reges Christianorum, sequentes Regis Ludovicæ exemplum, cum debita reverentia eundem susceperunt. Baronius loca per quæ transivit, ex

Co-

tem cuncta exposuit, quae dicere voluit. Cui Pontifex benigne & diligenter respondit, ipsumque plurimum honoravit, & circa pedes suos inter honoratos considerare fecit honorifice. Videntes autem haec universi qui aderant in conspectu ejusdem Pontificis, valde mirabantur, & dicebant ad invicem illud propheticum: (a) Et adorabunt eum omnes Reges terrae, omnes gentes servient ei. Vidisti, Lector, Dei opera: non solum Christianos Reges, sed & Sarracenos assurgere, & legatione honorifica venerari Catholicum Papam, cum illum impius Imperator dire persecuitur. Pergunt Acta: Adveniente autem Dominica die, Pontifex ad majorem Ecclesiam celebraturus accessit, & undique virorum & mulierum universa multitudo confluit, post sermonem ad populum, post juridicam electionis suae narrationem, & schismaticorum procacem perfidiam, in personas Octaviani haeresiarchoe, & eorum complicum excommunicationis sententiam solemniter innovavit.

(a) Ps. 71.

Alexand. Pap. de sua electione sermonem habuit.

IV.

Eo tempore in tota Aquitania, & circumpositis locis valida famas in tantum excrevit, ut praevia ciborum indigentia infinita hominum multitudo morte inevitabili deperiret. Unde universos Gallos tremor vehementer invadit, ne ipsorum terras similis cruciatus invaderet. Quae de causa Pontifex adventum suum Regi Francorum significare curans, duos ex fratribus, videlicet A... Portuensem Episcopum, & I... diaconum Cardinalem in sancta Maria in Cosmedin, ad ejus praesentiam delegavit, quatenus veritate ejus adventus praecognita certificaretur, ad quas regiones sui regni de ipsius consilio accederet moraturus. Quos idem Rex pro beati Petri reverentia reverenter suscepit, & honeste tractavit: & habito consilio, ad dominum Alexandrum, quem

Nuntii ad Regem Franc. de adventu Pont.

PAGIUS

Codice Vaticano notavit. Ait eum in festo Sanctae Agnetis apud Genuam applicuisse, ab ea urbe exivisse in Dominica Passionis, & tandem pervenisse ad Ecclesiam Magalonam. Post multa interposita ait: Exiit Pontifex a Monte Pessulano in proximo mensis Junii, & per Alexicum (legendum, Alestum) atque Miniacum (legendum Mimatum) & Anicanovum (legendum, Anicum) transitum faciens Alvernia partes intravit, & in vigilia Assumptionis B. Mariae apud Claramontem cum omni prosperitate, Domino auctore pervenit.

II. Fridericus Imp. ubi accepit, Alexandrum III. decessorum suorum exemplo Galliam petiisse, hanc ad Regis Franciae Cancellarium Epistolam dedit, quae extat inter Epistolas diversorum de Rebus Francicis Tom. IV. Duchesnii pag. 579. Fridericus Dei gratia Romanorum Imper. & semper Augustus, dilecto amico suo Hugoni venerabili Episc. Sueffionensi & Regis Francorum Cancellario salutem cum intima & sincera dilectione. In veritate audivimus, quod Rolandus

in patrem & pastorem animae suae jam susceperat, eos cum lato responso, & multa jucunditate remisit. Eis itaque ad praesentiam domini sui, & collegium fratrum suorum redeuntibus; expositis iis quae in responso ab ipso domino Rege acceperant: gavisi sunt omnes gaudio magno. Exiit ergo Pontifex a Monte Pessulano in proximo mensis Junii, & per Alexiacum atque Meniacum, & Anicanovum transitum faciens, Alvernia partes intravit, & in vigilia Assumptionis beatae Mariae apud Claramontem cum omni prosperitate, Domino auctore, pervenit.

Interea Fridericus videns totum mundum post Alexandrum currere, orthodoxos Reges & Principes Orbis ei tamquam Romani Pontifici honorem & reverentiam exhibere: erubescerebat in seipso, & propria eum accusante conscientia, confundebatur, & terrebatur. Verecundabatur autem ab incepto malo desistere, quia praeter ceteris suis antecessoribus fortis ac potentissimus erat, & fere jam totam Italianam sibi subjugaverat. Ex altera vero parte dubitabat plurimum ac timebat de amissione Imperialis Curiae, si dominus Alexander Papa suis temporibus prevaleret. Positus ergo in tanta ambiguitatis lubrico: apud se cogitavit, sicut homo hujus saeculi prudentissimus, sagax, & callidus qualiter posset Alexandrum, & idolum suum Victorem judicio universalis Ecclesiae pariter deicere, & personam tertiam in Romanum Pontificem ordinare. Et quoniam unicuique proprium esse solet, ut qualis ipse fuerit, tales sibi conjungere velit: adscivit Comitem Henricum Trejensem, de quo maxime confidebat, & revelans ei cogitatus suos, traxit ipsum ad suam voluntatem, & coadjutorem & cooperatorem suae deliberationis fecit. Comes autem taliter ab Imperatore instructus, & taliter informa-

Quae do. lose me. ditatus fit Imp.

V.

III.

quondam Cancellarius (in Pontificatu Alexander III. dictus), qui propter fideles nostros circa Romam non habet, nec invenit, ubi caput suum reclinet, periculis maris se ipsum cum suis pseudo-seguacibus commiserit, ut terram Francigenarum intret, eamque schismatica praevitatis errore, utpote manifestus Dei & Ecclesiae & Imperii inimicus, commaculet, & spoliat: ut etiam quomodocumque corradat viginti mille libras & amplius, unde creditoribus suis debita persolvat, quia sub alieno aere valde graviter ipse laborat. Rogantes itaque tuam dilectionem intimo & pleno affectu monemus, quatinus praedictum schismaticum, nostrum & totius imperii atrocem inimicum, nullo modo recipias, nec recipi ab aliquo permittas: Regique Francorum bona fide consulas, ne ipsum, vel aliquem de suis Pseudo-Cardinalibus vel Nunciis recipiat. Tantum enim ac tale odium inter nostrum imperium & suum regnum exinde posset ortiri, quod non de facili compescere possemus aut sedare. A num. V. ad XII. Fridericus Imp. uti refert

matus, ad propria rediit, & accedens sicut tentator ad dominum suum Regem Francorum, virum siquidem pium, & columbinam simplicitatis, fraudulenter suggestit ei ex parte ipsius Imperatoris bonum simulatum, de reformanda pace Rom. Ecclesiae, in hac verba:

VI. Obtentu pacis congressus indicitur.

Circumvenitur Rex pius a doloso Imp.

Vult Imperator instructus contemplatione divini amoris hoc bonum opus vobiscum hoc modo agere, ut vos duo majores Principes Orbis conveniatis in unum apud Avenionem, in confinio regni vestri & Imperii sui, cum majoribus personis tam clericis, quam laicis Imperii, & regni vestri. Et ipse quidem adducet secum Octavianum cum sequacibus suis, & vos Alexandrum cum suis nihilominus babeatis. Postquam vero vos duo cum utraque parte in praesentia tantorum virorum convenieritis, & electio utraque diligenter audita fuerit, per illic congregatam Ecclesiam Gallicanam, Italicam, & Teutonicam decernatur de utroque quod melius & utilis videbitur statuendum & ordinandum.

Et quoniam bonus visus est sermo iste de reformanda pace Ecclesiae praedicto Regi, sicut vero Israelita, in quo non est dolus, quoniam ab ipsa discordia mala plurima per omnes Ecclesias pullulabant: in bona simplicitate sua consensit persuasionibus ipsius Comitis, promittens ei, ut ex parte sua Imperatori securitatem praestaret super iis, quae sibi suggererat. Cum igitur haec a domino Rege Comes impetrasset: ilico rediit ad Imperatorem in Lombardia existentem, & fecit ei juramentum ex parte Regis, sicut dictum est superius. Exiit ergo malus sermo per universas Italiae civitates dolentibus Catholicis & timentibus in facto ipso, nisi Dominus consilium ipsum praemeditatum adversus antiquam Ecclesiae libertatem infatuaret. Appropinquante autem statuta die, Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Fridericus tentat creare alium Pap. & duos jam creatos deicere.

fert Baronius ex Codice Vaticano, videns orthodoxos Principes Alexandro III. tanquam Romano Pontifici reverentiam exhibere, de crevit tam Alexandrum III. quam Victorem idolum suum deicere, & personam tertiam in Romanum Pontificem ordinare. Quamobrem adscivit Henricum Comitem Trecentem, cui maxime confidebat; Comes autem ab eo informatus venit ad Ludovicum Franciae Regem, & fraudulenter suggestit ei bonum simulatum de reformanda pace Romanae Ecclesiae in Conventu ea de re celebrando. Appropinquante autem statuta die Fridericus accessit ad locum designatum, sicuti Antipapa ac Rex Francorum, qui Alexandrum III. apud Silvianicum, non vero apud Salvanum, ut habetur apud Baronium num. VI. habuit obviam, ibique per biduum tractaverunt. Visum fuit ut mitterentur illuc, qui ostenderent electionem Octaviani nullius fuisse momenti. Illis abeuntibus Pontifex ivit ad monasterium Dolense, & Rex processit usque ad montem Saonis, qui Teutoni-

cum universa multitudo Principum suorum & militum armatorum Imperator Fridericus accessit ad locum, & Octavianus cum schola complicum suorum secutus est eum quoque. Rex Francorum cum Primatibus, Episcopis, atque Baronibus suis ad eandem locum nihilominus festinabat, & Alexandrum Pontificem apud Salvanum habuit obviam: in quo loco se invicem honorantes, ut simul ad colloquium ipsum proficisceretur, per biduum tractaverunt.

VII.

Sed quoniam omnino videbatur indignum, & sanctorum Patrum statutis contrarium, ut sanctissimus Pontifex & prima Sedes aliquod deberet humanum subire judicium: visum est omnibus, ut de melioribus Ecclesiae Rom. mitterentur illuc ea tantummodo causa, ut per omnes electio domini Alexandri canonica monstraretur, & electionem Octaviani tamquam posteriorem, nullius fuisse momenti, nihilominus probaretur. Missi sunt ergo a Pontifice Romano A... Portuensis Episcopus, H... tituli Sanctae Crucis, I... Sanctae Anastasiae, & I... sanctae Mariae in Cosmedin, & R... S. Theodori diaconi Cardinalis cum Rege ad supradictum locum. Et illis abeuntibus, Pontifex cum reliquis fratribus Aquitaniae ad monasterium Dolense devenit. Rex autem comitatus a principalibus personis suis, postquam pervenit apud Avenionem, processit usque ad Montem Saonis, qui Teutonicos a Francigenis dirimebat, expectans, quid sibi de causa ipsa Imperator vellet proponere.

Mittuntur Card. ad Imp. & Reg.

Tunc haeresiarcho Octavianus videns Ecclesiae Romanae personas cum Ecclesia Gallicana contra opinionem suam venisse, & adversum se constantissime stare: valde perterritus est, & de facto suo cepit penitus desperare. Quocirca vertens se A a 2 ad

Querela Octaviani apud Imp.

cos a Francis dirimebat. Cum tam Pontifex, quam Francorum Rex valde turbati essent, quia videbatur maxima Imperatoris potentia, ex imperato in eorum auxilium venit Anglorum Rex, & famis inedia, quae tunc contigit, coegit exercitum ad propria remeare. Subdit idem Anonymus apud Baronium num. XI. Regem Anglorum Alexandrum Papam visitasse in Bobiensi monasterio commorantem; sed locus corruptus; monasterium enim illud situm in Italia, & jam idem Anonymus scripserat Papam secessisse ad monasterium Dolense, quare loco, in Bobiensi Monasterio, legendum, in Dolensi Monasterio.

IV.

Nunc haec ex aliis confirmanda. Duchesnius Tom. IV. in Epistolis de Rebus Francicis pag. 595. unam refert Hugoni Sueffionensi Episcopo ab Alexandro III. Mimata IX. Kalend. Augusti datam, in qua prudentiam tuam, inquit, exhortamur in Domino, quantum charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum illustrem Francorum Regem cum omni a Friderico

Alex. III. monet Ludovicum Reg. ne interstit Conventui dovidicum illustrem Francorum Regem cum omni a Friderico

CHRISTI
1162.

ALEXANDRI III. PAP.
3.

FRIDERICI IMP. 8.
MANUELIS IMP. 20.

ad Imperatorem, dixit ei: Ille adversarius meus indignatus est hac venire, & tu causam meam, quae in conspectu tuo iudicata est in concilio Papiensi, & approbata, permittis iterum iudicari & pertrahari. Tunc Imperator attendens verba ipsius Octaviani, valde turbatus est visus, & adversus Regem Francorum loquens, ei per internuntios in hac verba prorupit: Ecce videris me jam decepsisse, & contra iuramentum conventionis manifeste venisse, cum illum Papam, sicut promissisti, in hunc locum non adduxisti.

Cui Rex, habito cum suis consilio, in hunc modum respondit. Quamvis absentiam Pontificis iuste ac rationabiliter valeamus excusare; ne tamen honori commissi mihi regni, aut famae aliquo modo derogetur, & ne fallaciae notam iuste vel iniuste possim incurrere: ego absque mora ipsum Pontificem cum suis fratribus absque dolo & fraude ad hunc locum vocabo, & adesse faciam. Misit itaque Rex celsissime, sicut promiserat, Nuntios ad Alexandrum, ut cum suis fratribus sine mora ad eum veniret, nisi vellet eum in captione Imperatoris, prout inter eos constitutum fuerat, detineri.

Quo audito, Pontifex & fratres ejus attendentes, Regem Francorum dolosis circumventionibus fuisse deceptum: valde in seipsis turbati sunt: & prospicientes gravissima sibi undique imminere pericula.

magno timore timuerunt. Si enim illuc, humanum iudicium subituri, pergerent: Ecclesiae libertatem per violentiam periclitari cernebant. Quod si non irent: pro detentione Regis circa iurandum & conventionem, quam cum Imperatore fecerat, personarum captivatio eis, & rerum immineret spoliatio. Videbatur sane maxima ipsius Imperatoris potentia, terribilis, & nimium formidanda: quippe qui Daciae & Boemiae Reges cum Ducibus & Principibus suis, & cum magna multitudine armatorum militum, sicut credebatur, illuc secum adduxerat, & de praedicto Pontifice, & de Francorum Rege male jamdiu cogitaverat, ut in ipso colloquio, posset iuxta suum desiderium * consummare.

Sed pius & misericors Dominus, qui non derelinquit sperantes in se, & prava dissipat consilia Principum, non est passus eundem Pontificem, & piam Regem Francorum in angustia maxima positos tentari supra id, quod possent; sed ex insperato fecit cum tentatione proventum. Excitavit spiritum gloriosi Regis Anglorum, ut in subventionem domini sui, & Francorum Regis cum maxima multitudine virilium pugnatorum adversus eundem Imperatorem animositate nimia festinaret. Immisit etiam Deus tantum famis cruciatum in exercitum illius, ut praenimiam ciborum penuria unus panis modicus ab-

* f. consummare.
IX.
Reg. Ang. opportunus adventus.

VIII.
Quae ad querelas Imp. Rex Franc. respondit.

Alexand. Papa cum suis in angustia positus magna.

PAGIUS. fudeas diligentia commonere, ut in fide & devotione quam semper circa Ecclesiam Dei, & praesertim hoc tempore demonstravisti, & firmus existat, & exaltationem sanctae matris Ecclesiae ac nostrae, tanquam Princeps Catholicus, & Rex Christianissimus, vigilantiter intendat. Specialiter autem super eo quod disposuit cum Friderico dicto Imperatore se colloquium habiturum, eum diligentius ammonere non differas, ut quia credimus & timemus colloquium illud tam Ecclesiae Dei ac nobis ipsis, quam etiam eidem Regi ac regno suo multipliciter fieri posse damnosum, ab eo absteat, & tale penitus propositum derelinquat. Porro loco, Salvianum, legendum esse, Silviniacum, demonstrat Praeceptum a Ludovico VII. Regedatum, & in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti Sac. IV. part. I. pag. 90. memoratum, cuius haec clausula est: Actum publice Silviniaci, praesente in eadem villa domino Papa Alexandro, anno Incarnati Verbi MCLXII. regni nostri XXVI. De Silviniaco legendus Hadrianus Valesius in Not. Galliarum. Conventum vero illum ad hunc annum pertinere praeter citatam clausulam docet Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 333. qui ad annum MCLXII. ait: Fridericus Imperator Romanus, Ludovicus Rex Francorum prope Chrysopolim (seu Bisanthium) convenerunt, ut Ecclesia Romana schisma sedarent, & quis esset praefendus, decernerent. Ad haec Chronographus Aftigemensis ad hunc annum ait: Imperator Fridericus a Rege Francorum invitatus, ut sublato schismate Romana Ecclesia pax firma redderetur, Concilium in territorio Vesuntionum in Dola villa super Saonam

fluvium in Decollationem S. Joannis Baptista convocavit (Dola sita non est ad Saonam sed Conventus celebrandus erat ad illum amnem, Imperii & Franciae limitem, ac Dolae vicinum) sed Rege Francia ab Imperatore averso quique sine effectu, eadem & adhuc graviore permanente discordia, in sua redierunt. Corruptus est Morenae locus, in quo ait: astatim vero praedicta mense Augusto statutum est maximum colloquium in Lombardia apud Bezenzonum; loco enim in Lombardia, legendum, in Burgundia; imperitus enim Librarius Bezenzonum seu Vesuntionem sumens pro Belinzona oppido Lombardia Burgundiam in Lombardiam mutavit, uti notat Puricellus num. 448. cujus conjectura eo certior, quo Morena hoc tempore in Lombardia scribens tam enormiter peccare non potuit.

Duchefnius in eodem Tomo pag. 424. fusc. V. refert ex Historia Vizeliacensis monasterii, quae ad hanc Historiam spectant: Henricus Comes Trecentis, inquit Hugo Pictavinus Scriptor illius Historiae, partibus favebat Imperatoris. Porro quo Con-Ludovicus Rex Galliae misit in occursum Alexandri Papa Catholicos Legatos suos, Theobaldum, celebrare Abbatem Sancti Germani de pratris, & Cadur-tur eum clericum suum. Quorum legationem cum-minus optato Alexander suscepisset, reversi Vezeliacum venerunt. Et decidit in lectum agritudinis Theobaldus Abbas, & mortuus est IX. Kal. Augusti, &c. Et ut cognovit Ludovicus Rex repulsam Legatorum suorum, iratus venit se suscepisse Alexandrum, contempto Victore: & scripsit per Manassem Episc. Aurelianensem super hoc verbo, Comiti Henrico Trecenti, qui eo tempore ad Germanicum Imperatorem properabat. At ille

V.
Latona
Locus ele-
tus, in
quo Con-
Ludovicus
celebrare

CHRISTI
1162.

ALEXANDRI III. PAP.
3.

FRIDERICI IMP. 8.
MANUELIS IMP. 20.

furientibus emeretur pretio unius marchae argenti. Unde quia ipse Imperator nec moram ibidem facere, nec malum, quod in corde gestabat, poterat exercere: occasionem recedendi ab ipso honestiorem, quam posuit, celeriter studuit invenire. Igitur per Rainaldum Cancellarium, & alios fautores suos egregio Regi Francorum locutus est in hac verba: Mandat vobis dominus noster Fridericus Imperator Romanorum & specialis Romanae Ecclesiae Advocatus, quod ad nullos Ecclesiarum Praelatos de causa electionis Romani Pontificis iudicium facere pertinet, nisi ad eos tantum, qui sub Romano Imperio existunt: ideoque bonum videtur & iustum ut cum Episcopis & Clero vestro ad eundem Imperatorem tanquam amicam & sociam accedere, & illius sententiam audire debeatis.

Quibus verbis auditis, Rex modicum subridens, respondit ei in hunc modum: Miror prudentem virum vana mihi & fabulosa verba misisse. An ignorat praedictus Imperator, quod Dominus noster JESUS Christus, cum esset in terris, B. Petro, & per eum universis successoribus ejus oves suas pascendas commisit? Nonne audivit in Evangelio ab eodem Deo

Filio eidem Principi Apostolorum dictum: (a) Simon, diligis me? pascere oves meas. Numquid sunt hic Francorum Reges, vel aliqui Praelati excepti? An Episcopi regni mei non sunt de omnibus, quas Filius Dei B. Petro commisit? Et bis dictis, vertit habenas equorum cum contemptu, & statim ad arma cum Baronibus, & reliqua militia sua consurgens, debilitiora regni sui loca munivit, & tamquam vir prudens & fortis ad sedem suam cum gloria remeavit, propitiante Domino. Fratres vero, Cardinales scilicet, qui missi fuerant a Pontifice, ad ipsius praesentiam cum gaudio remeantes, narraverunt omnia, quae ad honorem Dei, ex colloquio & industria gloriosi Regis orthodoxi facta fuerant. Unde & exultantes, gratias egerunt Domino nostro JESU Christo, qui cum eis misericordiam fecerat, & eos de manibus tam potentis hostis liberare dignatus fuerat. Imperator autem remanens, in erubescencia sua confusus, coactus est multa famis inedia exercitum ad propria remittere: & ipse ad regnum Teutonicorum non sine magna tristitia remeavit.

In diebus illis praedictus Rex Anglorum dominum Alexandrum Papam in Bo-

(a) Joan. 21.
Franc.
Rex scito responso redarguit arrogantiam Imp.

XI.

PAGIUS

le gratulabundus pro opportunitate reperta, subiecit Imperatori, ut finiret colloquium cum Rege, adunatis utriusque regni Optimatibus & Ecclesiasticis viris, contestatus jure jurando quod Rex, audita utriusque Apostolici electionis examinatione juxta discretionem personarum utriusque regni, staret consilio suo, videlicet Henrici Comitibus. Et inditum est colloquium apud Lovigenam vicum citra Ararim fluvium in fine regni Francia. Et statutum est, ut Alexander Catholicus & Victor schismaticus colloquio adessent, & de sua electione in conspectu totius Ecclesiae conferrant.

VI.
Alexander III.
Convenerunt noluit interesse.

Quod ut cognovit Alexander, misit ad Ludovicum Regem Legatos, scilicet Bernardum Portuensem Episcopum, & Hyacinthum diaconum suum, qui Regis iram lenirent, & familiare colloquium inirent. Convenerunt ergo Alexander & Ludovicus apud Silviniacum, qui est vicus Monachorum Cluniacensium (vulgo dictum Souvigny, situm inter Barbonem Erchembaldi & Molinas in pago Burbonensi, ut videre est in Notitia Galliarum. Hadriani Valesii, in voce Silviniacum). Rex autem Ludovicus rogabat Alexandrum, ut ad constitutum veniret colloquium: aut si praesentiam Imperatoris abhorreret, saltem ad partes illas accederet usque ad Vergiacum castrum, quod erat inexpugnabile. Cui cum Alexander nollet acquiescere: Ego, ait Rex, & te, & universum comitatum tuum salvum ducam, & reducam saluum sicut corpus meum. Et cum nec sic acquiesceret Alexander, veritus dolo Imperatoris, respondit Rex: Mirum est, quod conscius iustitiae suae subterfugit testimonium innocentiae suae, seu audientiam. Et abiit Rex ad inditum cum Imperatore colloquium. Nondum autem cognoverat conditiones, quas ex parte sua Comes Henricus fecerat, cum Imperatore.

VII.

Cum ergo venisset Rex ad castrum Divionem, occurrit ei Comes Henricus: & tunc primum

aperuit ei passionem, quas cum Imperatore fecerat, dicens: Majestatis tuae reverentia, & illicita regni tui consulens utilitati, domine mi Rex, Regi inii colloquium super Ararim fluvium, quo tu Domine mi Rex, & Imperator Fridericus cum Pontificibus & Abbatibus atque Optimatibus regni utriusque convenerant, praesente tuo & Imperatoris Apostolico, ut ex utraque parte eligerentur viri probatissimi tam Ecclesiastici, quam militares, qui electionem utriusque Apostolici dijudicarent: & si Rolandi electio fuerit sanior comprobata, Octaviani electio habebit, & Imperator procedet ad pedes Rolandi. Si autem Victoris electio prevaluerit, Rolandi annulabitur. Tu vero, Domine Rex ad pedes Octaviani venies. Quod si victorem Octavianum deesse contigerit, Imperator ab eo deficiens Alexandro tuo obediet. Si autem e converso Alexander defuerit, identidem decedet, & Rex Victori favebit. At vero si tua Majestas noluerit, nec praedictis passionibus acquiescere, nec arbitrio iudicium assensum praebere: ego jure jurando juravi, quod ad partes illius transibo, & quidquid de fisco Regis in feodum habeo, Imperatori tradens, ab illo deinceps tenebo. Stupefactus Rex Ludovicus ad haec respondit: Miror, unde tibi fiducia, quod me in scio, meque inconsulto talia cum Imperatore condixisti. Respondit Henricus: Hanc fiduciam, tu Rex, per Manassem Aurelianorum Episcopum mihi dedisti. Interrogatus super hoc verbo Episcopus, timore Regis dissimulare cepit occultas machinationes, quibus Henricum ad hoc induxerat. Tunc Henricus protulit Epistolam Regis, qua continebatur, quod nuntii Regis repulsi fuissent ab Alexandro. Ob quam rem indignatus Rex mandabat Henrico quatenus licenter procederet, & colloquium utriusque audientiam iniret: certum quod Rex per omnia consilio illius stare-

Passiones
illicita
Francia
Proposita

Fri-

CHRISTI
1162.ALEXANDRI III. PAP.
3.FRIDERICI IMP. 8.
MANUELIS IMP. 20.

Rex Anglorum humiliter obsequio colit Alex. Pap.

biens monasterio commorantem corporali presentia visitavit, & ad ejus vestigia humiliter prociat: sed & post oscula pedum aureis oblati muneribus, ad oscula Pontificis est receptus, & mox in preparato sibi faldistorio sedere declinans, circa Pontificis pedes in terra voluit cum suis Baronibus humiliter considerare. Post

PAGIUS VIII. Conventus indecore soluitur.

Fridericus autem Imperator adificaverat sibi Palatium mira amplitudinis in loco, qui dicitur Dola, in finibus imperii sui. Et cognoverunt Franci, quod schismaticus Victor non esset cum Imperatore, & latati sunt super illius absentia. Quo agnito Teutonici seu Germani currentes, adduxerunt eum cum festinatione maxima eodem die. Quem assumptum Imperator duxit eum supra pontis medium: statimque, quasi partitionibus satisfecisset, recessit. Rex autem Ludovicus quasi venatum pergens transit per nemus ad locum colloqui. Misitque Jocium Turonensem Archiepiscopum, & Mauricium Parisiensem Episcopum; Guillelmum quoque Vizeliaci Abbatem cum aliis Optimatibus suis ad Nuncios Imperatoris, qui ibidem convenientes verbum Regis expectabant. Inter quos erat etiam Comes Henricus, qui propter affinitatem cognationis, partibus omnino favebat Victoris schismatici. Petierunt itaque Missi Regis ex ore ejus competentes inducias, eo quod passionibus hujus colloquii hactenus usque perendie Regi fuissent incognita: praesertim cum Imperator compulerit Henricum Comitem jurare, ne praedictas ante diem constituti colloqui ullo modo manifestaret Regi: indecens autem fore tam temere de tanto negotio definire. Cumque Imperatoris Friderici prolocutores petitis induciis negarent, reversus est Rex apud Divionem. Cardinales vero, quos illuc Alexander Papa miserat, sperantes solum esse colloquium, Vizeliacum redierunt. Rex autem constituit, qui custodirent fines regni sui.

IX. Et sequenti summo mane venit Comes Henricus ad Regem in Palatium Ducis Burgundiae, allegans Regem nequaquam esse a captivitate liberum: ideoque se necessario discessurum ab eo, & se traditurum in manus Imperatoris, ita ut totam terram quam de feodo Regis hactenus tenuerat, amodo Imperatori traditam ab eo reciperet, & hominum illi faceret. Attamen ob gratiam Regis obtinuisse se dixit ab Imperatore trium hebdomadarum inducias, ea conditione, quod Rex datis obsidibus polliceretur Imperatori ad diem se venturum, & Alexandrum adducturum, atque ibidem causam utriusque auditurum, & iudicio proborum virorum imperii & regni pariturum: aut certe se ipsum tradere vincitum Imperatori apud Chrysopolim, qua est urbs nobilis Bisuntinorum. Et acquievit Rex, & deficit spiritus ejus, & tadius est animo: passusque est, ita se facturum, datis obsidibus Duce Burgundiae, Comite Flandria, & Guillelmo Comite Niuernensi. Omnis autem Ecclesiasticus ordo, audito hoc verbo, quod fecerat Rex, doluit valde, & corde clamaverunt ad Dominum, ut miseretur Ecclesia sua Sancta, & liberaret Regem a fraude circumventis eum.

NOTÆ [1.] Hoc anno celebratur concilium quoddam Bisuntinum teste autore coevo brevis chronici Monasteriensis Anecd. Martenii tom. III. col. 1437. En ejus verba: Concilium Bisuntio. De hac Synodo nihil alibi. MANSI

triduum vero latificatus plurimum de jucunda visione ipsius Pontificis, & largitis rursus magnis muneribus sibi & fratribus suis, cum latitia recessit ab eo. Pontifex autem facta dedicatione majoris altaris praefati monasterii, versus Turonem iter arripuit; & ad ipsam civitatem in festo beati Michaelis Archangeli, cum omni

X. Abiit ergo Rex ad praedictum locum Lovigena (seu Latona in finibus Linguonum ad Ofcaræ & Araris confluentem, vulgo, Saint Jean de Laone) ubi Regi debebat occurrere Imperator. Sed sefellit Imperator Henricum, misitque praecipuum fautorem schismatis Rainaldum Cancellarium suum, Colonienfis Ecclesiae Archiepiscopum. Cumque coram eo replicarentur passionibus, quas Comes Henricus ex ore Imperatoris proposuerat Regi: subito Divina virtus adfuit Ecclesiae suae, & pia simplicitati Regia Majestatis. Respondit enim Rainaldus profani erroris fautor, nequaquam Imperatorum talia dixisse: scilicet quod cuiquam permetteret consortium judicandi Romanam Ecclesiam, qua propria sui juris existeret. Tunc repletus gaudio Rex quaesivit ab Henrico Comite, utrum se haberent passionibus secundum formam ab eo praepositam. Et ille; Habent. Et Rex, Ecce, ait; quod Imperator, qui juxta verbum tuum adefse debuit, abest. Ecce etiam, quod Missi illius formam passu, te praesente, te teste, commutant. Verum est, inquit Comes Henricus, Et ait Rex: Nonne ego absolutus sum ab omni pacto? Absolutus, ait Henricus. Et dixit Rex Ludovicus cunctis Optimatibus suis, & Episcopis atque Abbatibus, qui praesentes aderant, audistis, & vidistis, qualiter ego ipse gratis perfecim omnia, qua ad me pertinent. Edicite, utrum liber ab his passionibus videar. Dicunt omnes: Liberasti verbum tuum. Statimque Rex velocissimum equum, cui insidebat, reducens, protinus ire perrexit. Teutonici autem valde confusi, insecuti sunt eum; rogantes, ut rediret ad Imperatorem paratum exequi omnia, qua Henricus Comes proposuerat. At ille parvi pendens qua dicebantur, decipulam, quam evaserat, exhorruit, dicens: feci quod meum fuit. Sic soluto Conventu Rex in regnum suum rediit. Alexander autem Catholicus Papa veritus indignationem Regis Ludovici; transit in Aquitania Metropolitim urbem Bituricorum, & in Dolense monasterium, quod est apud Castrum Radulfi (id est, quod proximum est Castro Radulfi Andria interfluente) ibique hyemavit. Hæc Hugo Pictavinus Notarius Guillelmi Abbatis Vizeliacensis, qui hoc tempore vivebat. [1]

Hanc narrationem variae Alexandri III. literæ a Duchesno Tom. IV. recitatae confirmant. Pag. 620. refert Alexandri Papæ literas ad Ludovicum Regem, datas apud Dolum XV. Kal. Octobris, in quibus ait: Audito per venerabiles Fratres nostros Archiepiscopos & Episcopos, qui tecum illi colloquio, quod cum Friderico dicto Imperatore constitueras, interfuerunt, quantas molestias & gravamina in colloquio illo sustinueris: cognito etiam post discessum eorum inventa iniquitate & doloitate praedicti

XI. Sed ex illis evadit.

PAGIUS

dicti F. & Consiliarioverum ejus, qui nitentur fidei tua serenitatem modis omnibus depravare, quantam mentis constantiam, & spiritus fortitudinem indueris, quod malueris & decreveris te murum ferreum, & praesidium inexpugnabile pro domo Domini opponere, & usque ad effusionem sanguinis decertare, quam ab unitate Ecclesiae recedere, & tanta malitia consentire. Subdit Pontifex, se per Episcopos suos & Nuncios fuisse Henrico Angliæ Regi, ut tibi tamquam Domino suo vires & auxilium praestet: ipsum vero misisse Nuncios ad ejus Excellentiam, per quos se & terram suam & totas vires quas habet, ad honorem & fidelitatem & exaltationem regni tui exposuit. Concludit Alexander se pro eo, si necesse fuerit, fidejussorem constituere.

XII. Ibidem pag. 583. recitatur Epistola Victoris Antipapæ ad Ludovicum Regem, data Cremona III. Idus Feb. in qua Victor narrat, se multa & sæpe de negotio Ecclesiae & suo scripsisse, dedisseque jam diu (inquit) sicut vere putamus, precibus nostris effectum, nisi pravi homines tuam rectissimam animam a Sanctis Consiliis avertissent. Pag. 580. exhibetur Friderici Epistola ad quemdam Archiepiscopum missa, in qua dicit Imperator pro illa controversia, quæ inter se & Regem Francorum pro schismate Romanæ Ecclesiae jam diu agitabatur, Mediantibus hinc inde Legatis, tandem inter se convenire: quod nos videlicet, inquit Fridericus, cum Archiepiscopis, Episcopis, & Patribus orthodoxis ac viris religiosis, Baronibus, & universis utriusque regni Principibus, IV. Kalend. Septemb. in die videlicet Decollationis Sancti Joannis Baptista, super fluvium Saonam in Episcopatu Bisuntino Concilium pariter generale celebraturi sumus. In quo Rex Francorum dilectus consanguineus noster, cum universis Archiepiscopis suis, Episcopis, & cum omnibus regni sui Principibus, & tota Gallicana Ecclesia Reverendum Patrem nostrum Dominum Papam (sc. Victorem, ut infra diserte dicit) sicut per sacramenta & firmissimas securitates praordinatum est, in Apostolicum, & universalem Sanctæ Dei Ecclesiae Pontificem recipiet. [1]

NOTÆ [1.] Conventum hunc ad Saonam serius quam die IV. Kal. Septembris consignandum esse colligo ex epistola Alexandri quæ est XXVI. in registro epistolarum ejus pro Remensi provincia. Henrico Remensi Ludovici Regis fratri scribit Pontifex sperare se, quod cum carissimo filio Ludovico Francorum rege fratre ejus colloquium in proximo foret habiturus. Non autem, addit, locum in quo praesentes esse debeamus, certum habemus, si apud S. Laurentium vel apud S. Benedictum super Ligerim (in diocesi Aurelianensi). Data est epistola Bituricis IV. id. Septembris. Nondum ergo ea die colloquium Alexandri cum Ludovico initum fuerat; illud autem alteri Ludovicum inter & Fridericum ad Saonam praecessisse ex iis quæ narrantur in historia Vizeliacensi apud Pagium hic num. 5. certum est. Fieri igitur potuit ut dies quidem IV. Kal. Septembris solemniter huic colloquio primo quidem destinaretur, dein vero obortæ ex improvise causæ dilationem fuaserint. MANSI

[2.] In assignando mense electionis Henrici in archiepiscopum Remensem errasse Pagium suspicor; nam in epistola Alexandri III. ad illum data Montis Pessulani II. Kal. Maii, vulgata Vet. monum. Tom. II. col. 665. Pontifex illum appellat Henricum electum Remensem, eidemque pallium mittit, addens, se electionem ejus rescivisse ex literis legatorum suorum in Gallias. Quis autem credat, tamdiu dilatam fuisse pallii missionem ad Henricum, si ille jam inde a medio januario renunciatus fuisset Archiepiscopus? Insuper idem Pontifex hoc anno VI. idus Februarii epistolam alteram dedit Henrico adhuc Bellovacensi episcopo, vulgatam *ibid.* Non est igitur cur translatus idem Henricus dicitur ad Remensem archiepiscopatum die XIV. Januarii; alias enim id jam Pontifex rescivisset. MANSI

CHRISTI
1162.ALEXANDRI III. PAP.
3.FRIDERICI IMP. 8.
MANUELIS IMP. 20.

omni prosperitate, Domino auxiliante, pervenit. Ubi cum fratribus suis moram diu-

Henricus frater Ludovici Regis Franciæ hujus anni initio, non vero anno MCLXVI. ut perperam Nangius in Chron. ex Episcopatu Bellovacensi ad Remensem Archiepiscopatum transfatus, audiens Ludovicum Regem aures præbere suggestis incantationibus per Henricum Comitem Treocarum colloquio ad Saonam cum Imperatore habendo, alitus ne in eo aliquid statueretur in dispendium veri successoris S. Petri, ad eum scripsit Epistolam Tom. IV. Duchesni relata pag. 576. Vehementer admiramur, inquit, & vehementius perturbamur in his, quæ significata sunt nobis, Comitem sc. Henricum, sacramenta, firmissimasque securitates ex parte vestra, sicut dicitur, Imperatori dedisse; quod illum Octavianum generaliter cum Ecclesia Gallicana in Apostolicum debeatis recipere: a quo vero nobis hoc sit significatum, nec habemus, nec debemus vobis intimare. Sit in hoc tanta necessitatis articulo circumspici vestra discretio, ne per filios tenebrarum innocentia vestra tam anima, quam corporis miserabile patiatur naufragium. Valet. In eam Epistolam Henricus aliam inserit, in qua monetur de celebratione praefati colloqui ad Saonam habendi. Ad hæc Alexander III. Hugoni Sæssionensi Episcopo per literas a Duchesnio ibidem pag. 594. recitatas significat, se postquam ad Montepessulanum adventavit, statuisse nonnullos e Cardinalibus, qui aderant in suo comitatu, ad Regem destinare, qui suo nomine eum salutarent; mutato tamen consilio provinciam hanc Henrico Remensi Archiepiscopo, Lingonensi & Silvanensensi Episcopis demandasse, Regemque suis literis orasse, ut Ecclesiæ negotiis diligenter afflitteret. Datum apud Montepessulanum II. Kalendas Maii. [2]

Ex his literis certo intelligimus, Henricum hujus anni initio jam Archiepiscopum Remensem fuisse, & accurate ab Auctore Chronici Claravallensis, & ab Alberico in Chron. ejus Archiepiscopatus initium cum praesenti anno copulatum. His suffragatur Chronicon Remense, in quo ad annum MCLXI. habetur: Obiit Samsen Archiepiscopus Remensis Monachus Igniaci factus XI. Kal. Octobris. Cui successit Henricus

XIII. Henricus frater Regis Franciæ sit Archiep. Remensis.

XIV. Fortiter stat adversus Antipap.

diutius fecit, & Nativitatem Domini solemniter celebravit. Haftenus ibi de rebus gestis, ad praesentem annum spectantibus. Quae quidem non ex iisdem Actis tantum certam vendicant sibi fidem, sed etiam testimonium accipiunt & auctoritatem ex Roberto de Monte in Appendice ad Sigebertum, scriptore fidelissimo, suorumque temporum res gestas summa brevitate perstringente, sed sub nota numeri anni sequentis, errore librarii fortasse dimoti: additque maxime memoranda; quae in recitatis desiderantur Actis; ait enim:

XII. *Fridericus Imperator Alemannorum, & Ludovicus Rex Francorum cum super fluvium Sagonnam, qui antiquitus Arar vocabatur, de pace tractaturi convenire debuissent: repente mutato animo propter schisma Octaviani, cujus partes Imperator adjuvabat, infecto negotio ad propria redierunt. Exinde parvo spatio temporis interjecto, Ludovicus Rex Francorum, & Henricus Rex Anglorum super Ligerim apud Tociacum convenientes, Alexandrum Papam Romanum honore congruo susceperunt, & usi officio stratoris, pedites dextra laevaue frænum*

PAGIUS *vicus XIX. Kal. Februarii, die nempe decima quarta mensis Januarii currentis Christi anni, in quam Dominica incidit, quo die Episcopi & Archiepiscopi inthronizari soliti erant. Marlotus Tom. II. Hist. Metropolis Remensis lib. 3. cap. 2. existimat Henricum in Archiepiscopatus honorem anno superiori assumtum esse, quod in charta a se visa annus MCLXIV. tertius ejus Praesulatus notetur. Verum annus ille tertius non a superiori, sed a currente inchoatus ut laudati Scriptores plane indicant. Henricum fortiter Antipapae obstisse, insinuat Petrus, Cellensis Abbas in Epistola II. lib. 1. ad eum data: Haftenus, inquit, in palaestra praelium ignave vires non deposcebat egregias. Satis fidum erat equitare sine lorica, sine lancea, sine gladio. Sed nunc qui habet gladium, tollat similiter & loriam. Ecce tempus, ecce dies, ecce causa, ubi fortissimi Israel gladio accingi debent super femur potentissimo. Nam ecce Philisthim, qui secundum carnem in baculo arundineo ambulant, de foveis occulta malignitatis erumpentes, castra innumerabilia, castra fortia, castra fulgurantia posuerunt.*

XV. *Octavianus Princeps est militia, ne dicam malitia hujus: qui sine Deo, ut dicitur, pro Deo vult regnare. Ecce ipse non velum templi, sed tunicam Christi, non saccum mortalitatis, sed soccum Majestatis in Christo, & Ecclesia interum rescindere nititur. Hoc abominabilius reputat unitas Catholica fidei, quam perfossionem lazeris, pedum confixionem, & manuum Christi. De perfossione namque redemptio, de confixione comparata est nostra liberatio. Sed quid de scissione, de divisione, de schismate, nisi anathematis vibratio, animarum damnatio, morum depravatio? Ecce aqua contradictionis, ubi jurgati sunt filii Israel. Tu vero, Domine mi, quid? Sta cum Josue, imo cum Jesu, evaginato gladio. Dico omni transeunti (Josue cap. 5.); nosser es, an adversariorum? Habes*

equi ipsius tenentes, cum usque ad praeparatum papilionem perduxerunt: quo mediante, Deo favente, pax inter eos firma restituta est. Haec Robertus in Chronicis. Qui & hoc ipso anno eundem Regem Francorum ex Leonora conjugem auctum filia tradit, eamque baptizatam per Henricum presbyterum Cardinalem, tituli (ut vidimus) sanctorum Nerei & Achillei, Legati munere fungentem in Galliis. Porro Robertus ipse, ut dictum est, haec omnia recitata superius scribens, non solum ejus temporis eorum quae audivit, sed quae vidit, scriptor fuit. Siquidem idem ipse in obitu ipsius Alexandri Papae anno videlicet Redemptoris MCLXXXI. de seipso testatur, se praesentem fuisse Concilio Turonensi, anno sequenti ab eodem Alexandro Pontifice celebrato, anno, (ut ibi ait) millesimo centesimo sexagesimotertio. Ex quibus certius reddatur, notas annorum numeri in suis Chronicis (quod diximus,) interverfas, dum praeter alia, adhuc ibi propositum legitur idem Concilium Turonense ab Alexandro anno millesimo centesimo sexagesimo quarto celebratum, quod sexagesimotertio habitum, ipsi.

Alexandrum, imo Petrum, aut potius Christum, qui habet ministros Petrum & Alexandrum, quis timere poterit cum Alexandro potentissimo? Quis vacillare cum Petro supra Petram fundato? Quis non superabit cum Christo, cui data est omnis potestas in caelo & in terra? Novi in te Regiam animositatem, novi contra inflexam injustitiam inflexibilem cervicem; Novi ardorem Zeli. Age ergo pro dignitate officii, pro sublimitate nativi sanguinis, pro religione Ordinis, pro debito Christiana professionis, quod debes & potes. Multum enim debes, nihilominus & plurimum potes. Satis dictum est sapienti. Sanum & incolumem te custodiat manus dextera Dei. Vale.

XVI. *Ab hoc conventu causa Antipapae per se condicione facta. Quantum profuerit Ecclesiae depressio partis Antipapae & Frederici Imp. notavit Joannes Saresberiensis in Epist. CLIX. ad Exoniensem Episcopum data: Nonne Teutonicus tyrannus nominis sui fama nuper Orbem perculerat, & fere subegerat regna vicina, & etiam Imperium Graecorum terrore concusserat, ut magis deditionem, quam confederationem Legationibus missis videretur offerre? Sed ecce Deo auctore timetur minus, & qui tam vicinos, quam remotissimos solo metu terrebat, Principes Teutonicos suos ab injuriis cohibere non potest; qui solo verbo pacem Gentibus ad arbitrium indicabat, & bella; nunc a suis & inter suos petitis & acceptis treugis gratulatur. Nam sicut ipsemet conqueritur, ex quo Latonam venit quam supra num. X. Lovigennam etiam appellatam vidimus, cujus tamen vocis nulla mentio in Notitia Galliarum Valesii, & Lexicis Geographis) ut Regem Franc. & Gallicanum Ecclesiam separaret a fide, & in suam haeresim perverteret, ut adoraret idolum suum, successus ejus relapsi sunt, & qua eum extulerat, in depressionem ipsius caput fortuna fluctuare.*

XVII. *A num. XII. ad XXI. Baronius num. XII. tradit ex Roberto de Monte in Chron. hoc anno Ludovicum Francorum Regem ex Leonora, con-*

XIII.

(a) Prov. 21. Quanta Deus exhiberi voluerit Alexand.

ipsum certa assertione describitur. Quod & absque aliqua dubitatione habetur exploratissimum.

Vidisti, Lector, spectaculum, a Roberto auctore spectante descriptum, a Deo (sic dixerim) praeparatum. Siquidem (a) Cor Regis in manu Dei. Cum videlicet duo potentissimi Reges inter se ipsos jugiter dissidentes, assidue praeliantes, ad cultum & venerationem veri Pontificis Alexandri convenere pacifici, eidem adeo humili obsequio inservire concordem, spectaculum tale Deo, Angelis, & hominibus exhibentes, quale haftenus nunquam visum in Orbe: ut duo simul convenerint potentissimi Reges, qui ejusmodi concordem eodem tempore una conjuncti praestiterint famulatum, cum alter ipsorum a dextris, a sinistris vero alter frano equi pedites ipsi inservierint Pontifici, quousque eum ad praeparatum ab ipsis perducerent habitaculum: eo ipso tempore, quo implacabili odio, indefesso studio, insatiabili crudelitate ipsorum Alexandrum persequitur Fridericus. Certe quidem, etsi alias saepe a singulis seorsum sive Regibus, sive Imperatoribus ejusmodi viderimus exhibitum Romanis Pontificibus ministerium: ut autem ad hoc duo una simul convenerint adeo magni principes, haftenus inauditum a saeculo. Ita plane cum staret Imperator adversus Dominum, & adversus christum ejus, dicens: (b) Dirumpamus vincula eorum; & proiciamus a nobis jugum ipsorum, cujus pondere obedientiae premimur: ejus rei causa quod sequitur, contigit: *Qui habitat in caelis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* Contra vero eo duplici dignum honore judicaverit ipsum, qui bene praest Ecclesiae, Alexandrum, ita de superbissimo Imperatore humillimo Piscatoris successore, sed Christi Vicario Regum obsequio triumphante.

(b) Psal. 2.

XIV.

(c) Saxo Gram. l. 14.

Quod autem ex Actis Alexandri Papae recitatum audisti superius, etiam Regem Daciae sive Daniae ad conventum illud ductum ab Imperatore: ex Saxone Grammatico recitanda hic est de eodem Rege Danorum historia ad haec spectans. Fuit iste Waldemar Rex, S. Canuti Regis martyris filius. Porro idem auctor praesens rerum inspector, qua arte Imperator ad se eundem Regem Danorum pellexerit, ita narrat: (c) *Per idem tempus schismaticorum legatio, confictis Ann. Eccl. Tom. XIX.*

PAGIUS *Elionora nascitur Henrico Angl. Reg.*

conjugem auctum filia fuisse, eamque baptizatam per Henricum Presbyterum Cardinalem in Galliis Legatum. Verum, ut observat Alfordus hoc anno num. IV. Baronius quoad filiam hoc anno e Regina natam spectat, lapsus est, tam in Reginae nomine, quam in Regis eonjuge & Robertum de Monte non bene

justitiae argumentis Danorum suffragia. De legatione missa a Rege Danorum ad Imp. tentabat, quorum Rex assertiois dubius, cognoscenda veritatis gratia Scribam suum Radulphum origine Britannum, lingua quam animo promptiorem ad Casarem destinat. A quo per summam venerationis simulationem exceptus, non minus ab Octaviano honorifice exceptus est; ita ut inter eos quasi quoddam culturae ejus litigium atque officiorum contentio foret. Octavianus tamen, cui iniquissimorum suffragiorum consensus auctoritatis umbram tribuerat, Casarem, quem majestate anteire videbatur etiam, adulandi comitate vincebat. Nam sacerdotem, qui cum Radulpho quotidie sacras preces decurreret, providit, ne divina ab eo sine socio parum celebriter agerentur. Nec officiis eum coluisse contentus, obsequis beneficia sociavit. Siquidem in re divina agenda anuli usum ei indulget, pontificalis ordinis insigne aliquanto obscuriori gradui tribuens. Ita nescias, dantis, an accipientis beneficium ridiculosor dementia fuerit. Hujus audita legatione, Caesar dolenter se dividuae religionis statum ferre asseverabat; neutri tamen parti acclamaturum, quoad publicum Ecclesiae decretum acceperit. Tunc demum ei, quam universorum sententia probaverit, assensurum. In cujus rei speculationem nuper a se totius Italiae majores concilii nomine contractos fuisse, Octavianum equitatis fiducia causam suam humiliter generalis Ecclesiae iudicio substravisse; Rolandum vero pravitatis conscientia retusum, non solum contumaciter supersedisse, sed etiam dixisse, majorem se esse, quam ut cujuspiam censuram parere debeat. Cujus controversiae finienda gratia terrarum Reges secum adesse oportere, publica religionis negotium communibus studiis inspecturos. E quibus pene omnes in adversa partis praesidium concessisse, sibi vero neminem ex his suffragiorum societatem praebere. Quamobrem se magnopere prudentissimi Danorum Regis alloquium affectare, partium suarum moderationem ejus potissimum sententiae crediturum, quippe quem animi virtus, & generis sanctitas tentae rei iudicem deposcant. Praeterea attendendum esse, quantum pretatis opus ederet, si tot animarum salutem, ancipiti iudicio fluctuantem sententiae suae sagacitate servaret. Super haec omnia, si tam religiosi itineris laborem suscipiat, se ei in praemium fatigatio.

De legatione missa a Rege Danorum ad Imp.

Bb

tio-

affectus est. Cum enim Robertus ad hunc annum Henrici Regis gesta recensens ita scripsisset: Henricus Rex Anglorum perrexit in Aquitaniam, & inter alia, qua strenue gessit, Castellionem supra urbem Agennum, castrum scilicet & natura & artificio munitum obsedit & infra unam septimanam in festiuitate San-

CHRISTI
1162.ALEXANDRI III. PAP.
3.FRIDERICI IMP. 8.
MANUELIS IMP. 20.

tionis unam ex Italia provinciis cum totius Slavie prefectura daturum. Talibus Radulphum Caesar hortamentis aggressus, non pauciora litteris, quas per eum in Daniam destinaret, complexus est.

XV.
Bernard.
Legatus
Octaviani
in Dan.

Regressus inde Radulphus, Caesaris, Octavianique charitatem in Regem uberimam predicabat. Rex promptius quam prudentis familiaris assertione suscepta, nec tam religioni consulere, quam exterarum gentium mores cognoscere avidus petendi Caesaris cupidinem concipit. Ea tempestate Bernardus quidam ab Octaviano Legatus in Daniam profectus pontificum suffragiis inhiabat: verum paucorum favore exceptus, ut universos adscisceret, datis per provinciam epistolis, Concilium simulat; quod tenui frequentia habitum, majori ludibrio quam gloria celebravit. Eo Rex apud Slesvicum dimisso, eximius Caesaris illececionibus captus, Absaloni Roschildensium Episcopo in insulis excubanti propositum aperit, eumque via comitem deposcit. Tunc Absalon fidem Caesaris, astutiamque damnando, fallaces ejus promissiones fidele spe excipendas negabat. Quin etiam sine religionis violatu familiaritatis ejus usum haberi non posse, quod schismaticæ factionis acrior quam justior defensor existeret. Se vero tum comitatum inopem, tum etiam longinquæ peregrinationis laboribus imparere memorabat. Rex, quoad sibi comitatus suppeterent, ei non defuturos respondit. Absalon, quantiscumque comitatibus abundaret, haudquaquam se salutem spiritus sui neglecturum affirmat. Rex non se minus animæ suæ studiosum testatus, ob hoc maxime ejus comitatum affectare respondit, ut si justitia posceret, per eum ab Octavianæ partis societate factesseret. Adhuc Absalone profectioem abnuente, publicæque religionis hostes ad eundem negante, hactenus eum a se præceteris cultum asseverabat, cujus si nunc ope deficeretur, se nihil ulterius ex eo

commodi speraturum. Tunc Absalon, exprobratam sibi ab eo ingrata mentis labem judicans: ad deserendam, inquit, tui nominis amicitiam nullis corporis periculis adduci potero; at cum de animæ negotio agitur, humano timori divinum præferre fas est. Ego vero tametsi circumstantia damna pervideam; tamen ut animæ tuæ vestigium ab errore prohibeam, meam periculis implicare non metuum.

Tunc Rex assumpto eo, viros genere & honestate juxta nobiles, scilicet e Sallandia Sunonem & Esbernium, e Fionia Tacham & Esgerum comites adscivit: Barisus duntaxat, ne quid interim in patria novaret, ex necessariis assumptus. Nec defuere, quos ex Jutia profectiois participes legeret. Attingentibus Eidoram Principis Holsatorum Adulphi ignotus eques obvius extitit; interrogatusque, an ipsos profecturus venisset: dominum suum hujus rei præstandæ gratia transitum eorum in vicino præstolari denuntiat. Cujus ductui fidendum veterantibus arbitris: Rex perinde ac ingenuo duce fretus, primus pontem equo transgreditur, profectiois aviditate metum pariter monitusque contemnit. Hunc cæteri subsequentes, sententiam suam quam Regem deserere maluerunt. Proccedentes paululum Adulphus excepit, salutaturumque Regem benignissimis verbis, amicissimoque vultu prosequitur. Cui cum occursum suum ob vetera odia onustum magis quam gratum sentiret, ut iram obsequis fleckeret, apud Ekebo oppidum suis eum impensis excipere statuit, sed Rege beneficium spernente; ne quis ei necessaria venditaret, edixit. Tunc Dantis domesticos e bos sumentibus, confectas epulas per ministros inferendas curavit: sicque demum verecundia superatos munificentiæ suæ uti coegit. Interrogatus tandem, an Regis proccesum tutari posset: posse se quidem, quoad Bremam veniatur, asseruit. Albia pertransito cum Bremam

Absalon
Episc. cu-
rat libe-
rare Reg.
Daniam a
Schilmar.

XVI.
Profectio
Regis Da-
niæ ad
Imp.

RAGIUS

Si Laurentii, admirantibus & terrentibus Vvasconibus cepit; cum inquam, Robertus ita dixisset; mox nullis interpositis, addit: Regina Alienora apud Dommum-frontem filiam peperit: quam Henricus Presbyter Cardinalis & Legatus Romana Ecclesia baptizavit; & Acharius Episcopus Abrincensis, & Robertus Abbas de Monte sancti Michaelis de Periculo maris cum multis aliis de fonte susceperunt; & vocata est Alienora de nomine matris suæ. Ita Robertus de Monte susceptor filix, sed is non asserit, Reginam Ludovici tunc conjugem fuisse; sed ex præmissis intelligi vult, eam extitisse Henrici Anglorum Regis conjugem. Elionoram enim hoc anno natam Matheus etiam Parisiensis his verbis affirmat: Eodem anno MCLXII. Alienora Anglorum Regina apud Rothomagum filiam peperit, & ei nomen suum imposuit.

XVIII

Præterea Baronius num. XIV. agit de Valdemaro Danicæ Rege, quem Fredericus Imp. in

Conventu, de quo locuti sumus, ad partes Victoris Antipapæ pertrahere decreverat, ad quod referendum quod narrat Helmoldus in Chron. Slavorum lib. 1. cap. 91. Fredericus misit ad Regem Francia Ludovicum, ut occurreret sibi ad colloquium apud Laonam, quæ est in terra Burgundionum juxta Ararim fluvium, ad redintegrandum unitatem Ecclesiæ. Et annuit Rex Francia. Præterea misit Nuncios ad Regem Daniam, & ad Regem Unaria, & ad Regem Bohemia, ut venirent ad constitutum diem: insuper omnibus Archiepiscopis & Episcopis & summis potestatibus regni sui, & Religiosis quibuscunque solemniter adesse mandavit. Grandis ergo expectatio erat universorum ad tam celebrem Curiam, quo uterque Papa, & tanti terrarum Reges conventuri ferebantur. Tunc abierunt simul Valdemarus cum Episcopis Danicæ, Hartwicus Archiepiscopus, Geroldus Episcopus, & Comes Adolfus cum multis Saxonia nobilibus, ad

Reges Sa-
pentrionis
vocantur
ad conven-
tum Late-
nensem.

CHRISTI
1162.ALEXANDRI III. PAP.
3.FRIDERICI IMP. 8.
MANUELIS IMP. 20.

versum contenderetur, Esbernus profectio- nis soliditatem animadvertens, quamque vanum iter caperent, non segniter contemplatus, Fratrem Absalonem, alio- que Danicæ nobilitatis proceres consilio illustres clam cæteris accersitos obsecrat, Regem arrepti itineris emensione prohibeant, quod præsertim sine duce conficiat, neque eum tam periculoso propositi executionem existere patiantur. Quod Absalon inane tentatu judicans proposito Regem cæsurum negabat, dicendo monitorem non solum operam perditurum, sed etiam sensurum, quantum odii pertinax error pia monitioni referre soleat. Tunc Esbernus: Tametsi me, inquit, gravissimas monitorum pœnas e vestigio daturum pernoscerem, quæ ad Regis salutem pertinere deprehenderim, silentio dissimulare non paterer. Adestote ergo mecum, & in Regis admonitionem, si linguam abnuitis, aures præbete. Eumvero cum honestatis periculum obversatur, offensam Principis utilia suadendo, quam amicitiam inaniter blandiendo contrahere malo. In his etenim melius ex reprehensione ira percipitur quam ex adulatione gratia conciliatur. Absalon haud fratrem Rege faciliorem intelligens, cum neutrum a proposito revocabilem cerneret: fratris tamen ad- eundo Regem socium gessit, si quid ira ex dictis ejus conciperetur, mitigaturus, cæteris ne interesse quidem tutum ducen- tibus.

XVII.

Tunc Esbernus mirari se, inquit, quo impetu Rex tantum iter, duce vacuus, ingrederetur, suam autem patriæque salutem in unius Caesaris perfidis præcordiis depositurus. Videri enim, quod liberam gentis suæ cervicem, nullisque barbarorum obsequiis assuetam per foedam & ignobilem servitutem miserabili Teutonorum jugo subigere cupiat. Quid autem stultius esse quam nullo impendente periculo, ulro ad deditioem procurrere, summamque libertatem extrema servitute mutare: insuper regno precario quam potenter præesse malle? Itaque Casarem, cum Daniam suæ ditionis effecerit, mira- Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

ad præfixi colloqui locum. Dux vero positus in Bavaria, alia via venerat. Ducis nomine Helmoldus Henricum Bavariæ Ducem intelligit, ut ipse postea indicat. Pergit Helmoldus.

XIX.
Sed Anti-
papa par-
tes non
sequun-
tur.

Ludovicus ergo Rex Francia, cujus præcipue expectabatur adventus, ubi intellexit Casarem appropriare cum exercitu & armis multis, dubitavit occurrere illi. Sed propter fidem sacramentorum venit ad locum Placiti constituto die, hoc est, in Decollatione Joannis Baptista, & exhibuit se in pontis medio ab hora tertia usque ad horam nonam. Porro Casar necdum venerat. Quod Rex Francia accipiens pro omine, lavit manus suas in flumine ob testimonium, quasi qui fidem pollicitam reddiderit, & digrediens inde abiit ipso vespere Divionem. Veniens ergo noctu Casar, intellexit Regem Francia dis-

turum, quod tam validam gentem ante promissis superaverit, quam armis tentaverit. Rex paucis iram exprimere solitus, quippe raros voces turbatus edere consueverat: Et si te, inquit, adeo metus perurgeat, ut via comes esse non audeas; me quidem trepidationis tuæ socium non habebis. Virtute enim quam familia comitator, sine te propositum exequar, nec adduci potero, ut teterri- mis ignavia tuæ monitis consentire sustineam. Ita salutes Esberni monitus regis festinationis impetus aspernatus est: quos si imitari voluisset, supplex Casari manus deformiter non dedisset. Adeo quem temeritatis incursum tranversum abripit, rectæ rationis æstimatio deserit. Ingressos Bremam civitatis Antistes omnibus humanitatis numeris instructissimus, clementiaque & liberalitate conspicuus, impensoribus liberalitatis officiis prosequendos suscepit. Inde de ductu dando sollicitatus; comitandi sibi Regem, non ducendi fas esse respondit. Complures quoque Saxonie Principes, quo tutius Curiam peterent, regis se sodalitatibus, devinxerunt: adeo ut de Danorum familia ac Rege existere putarentur. Itaque crescente ejus comitatu, cum multitudo speciem hostilis exercitus reddere videretur, perterrefacti incolæ, cum uxoribus ac liberis divinis semet penatibus intulerunt, a sacrarum ædium hospitii auxilium quaesituri. Eo comperto, Rex præmisit, qui gentis trepidationem pacis denuntiatione corrigerent, sibi que comitatum emptio- nem fieri juberent. Cum ad urbem Metis venisset, oppidanis ob advenarum frequentiam emendorum pretia aggravantibus, injuriam Senatui conquestus, effecit ut necessaria tum sibi, tum etiam comitatu tolerabili pretio venderentur. Igitur sinceritatis & justitiæ ejus rumore increbrescente: Germanicæ matres parvulos suos in ejus adventum offerendos curabant, raris eos regio contactu, perinde ac celesti aliquo beneficio feliciora naturæ incrementa sumpturos, ac prosperioribus educationis auspiciis nutriendos. Nec minus

Rex revo-
cari a
proposito
non po-
test.

B b 2

su-

cessisse, & misit honorabiles personas denuo accersere eum. Sed ille nulla ratione vacare potuit, gratulans se fidem solvisse, & suspectam Casaris manum evasisse. Ferebatur enim a multis, quod Casar cum circumvenire voluerit, & propter hoc contra pactioem tenorem armatus adveniret. Sed ars arte delusa est. Francigena enim ingenio altiores, quod armis & viribus impossibile videbatur, consilio evicerunt. Tunc Casar vehementer irritatus secessit a Curia, intentans francigenis bellum. Alexander Papa confortatus ab eo tempore magis invaluit. Idem narrat Baronius ex Saxone Grammat. lib. 14. sed num. XIV. male facit Valdemarum Regem Danicæ filium S. Canuti Martyris, ut jam an. MLXXXI. n. XV. diximus.

Hoc anno Alexandrum III. Concilium Mon-
spe-

XX.

superstitiosi agrestes, qui jaciendorum seminum grana, quo melius adolescerent, dextera ejus disicienda praebebant.

Quo Curiam ingresso, Praeses Saxoniae Henricus, veteris amicitiae recordatione, castra sua majore ex parte ejus adventui cessit, hospitalitatemque ei suis sumptibus erogavit. Die postera Absalon cum Radulpho missus, apud Caesarem, Latinae vocis admodum rudem, per interpretem Coloniensis Antistitis mandata prosequitur. At Caesar in primis moram Regis tarditatemque causatus, injuriosum, quod ante non venerit, agebat, asserendo eum ob regnum, quod Romano Imperii beneficio gerat, sibi servitiorum debitorem existere. Tunc Absalon: Decuisse inquit, Caesaris fidem, ut haec potius ante itineris ingressum Regi proponeret, ad quod eum tantis promissionibus impulisset, Caesar simulata admittente, per quem Regi promissa fecisset, interrogat. Absalon demonstrata Radulpho: Hic est, inquit, qui credulam Regis simplicitatem promissorum suorum commentis illexit. Eoque negationem Caesaris repellere non audente, seriem totius promissionis edisserit. Inficiente id Caesare, reducem Regi dari deposcit. Ille plus se negotii ejus redditui tributurum, quam adventui impenderit, negat. Simili modo die postero Regis legatio excepta. Quo agnito, Rex salutaris monitus spreti poenitentia afflictus, tametsi mucronem cervici suae applicatum aspiceret: ante se eam ferro, quam patriam servituti subiecturum asseverabat. Aestuante eo, opisque modum impensus disquirente: Absalon liberationis viam a se repertam professus, non amplius illic Regi, quam in patria trepidandum asseruit. Siquidem trans pontem, quo Gallorum regnum a Germanico secerneretur, venationis simulatione saepius eum obequitare debere, ac demum cum consuetudine suspicionem vicisset, cum potiore familiarum parte aliquod e finitimis Galliae oppidis petere, baud dubitaturum, quin a Rege Francorum ornatus in patriam dimitteretur. Cujus consilii executionem, Caesar arte prevenit. Siquidem vim Regi inferre veritus, cum ejus famulatum, coactionibus impetrare nequiret, beneficio mercari tentavit. Universis quippe Germaniae Principes sacramento adactos jurare compulit, se ejus ditioni Sclaviam

substraturos. Quod si parum perficerent, seipsum id, cum primum ex Italia reverteretur, executurum spondit: eaque fraude ad obsequia sibi paciscenda ambas Regis Daniae manus pertraxit. Ceterum ei non Curiam communi Principum more petere, non in Romani Imperii praesidium copias ductare, solaque specie non re Caesarari parere concessum. Filio vero post eum proxime regnatura liberum fore paternas condiciones abicere, ne ad omnem Danorum gentem hereditarium maneret obsequium. Cujus servitii pudorem minuere videbatur Gallorum ditioni in consimili famulatus genere Britanniae Regis inclinata majestas.

Post haec Octavianus, vocato concilio quam justis suffragiis in adipiscendo sacerdotio usus fuerit, loquacius quam verius astruere conabatur: Rolandum vero honorem, quem oblatum repudiasset, vetitum occupasse: seque causam suam generali Pontificum cognitioni inspiciendam praebente, illum impietatis conscientia canonica discretionis iudicium formidare. Praeterea ad conciliandos sibi Pontificum animos, eorum dignitatem benignis decretorum sanctionibus adornavit, baud prius Ramanam ad Sedem provocandum constituens, quam si lis ipsorum pronuntiatione finire non posset. Finiente eo Caesar provinciarum Reges hujus controversiae finienda gratia ad colloquium a se invitatos dicebat, eorum sententiae repugnare nefas ducturo. Quos ideo non adesse, quod in Romani Imperatoris injuriam Romae Pontificem creare cupiant, alienae civitatis jus suis suffragiis administrare conantes. Post haec Reginaldus Coloniae urbis Antistes religionis causam dicere adorsus: quanto injuria pondere Romani Imperatoris aequitatem provinciarum Regum temeritas attentaret (ita saggillans Reges Francorum & Anglorum) argumentando demonstrare pergebat. Nam si controversiam in eorum civitatibus de Pontificatu ortam Caesar suis suffragiis finire vellet, baud dubium id gravium injuriarum loco ducerent, cum ipsi simile in Urbe Roma perpetrare conentur. Quam assertionem tam valido rationis praesidio subnixam putavit, ut nunc Latialiter, nunc Gallice, Germaniceque fando, ternis actionem vocibus iteraret. Sed quantum hac oratione gentis suae favorem illexit, tantum nostrae suffragia deturbavit. Assensus itaque pontificibus, cum Octa-

XIX. Conciliabulum Schismaticorum.

XVIII. Quam liberaliter habitus Rex Daniae ab Imp.

PAGIUS Concil. Monspeliense.

speli celebrasse ostendit Labbeus Tom. X. Concil. pag. 1410. ex ejusdem Alexandri Epistola in qua ait Pontifex, se in eo excommunicatose Victorem Antipapam, & quidem in die Ascensionis Dominicae quae hoc anno cadit in diem XVII. Maii: Noverit tua discretionis prudentia, inquit Alexander Papa in Epistola ad

Omnibonum Veronensem Episcopum data, quod tam nos quam fratres nostri apud Montempefulanum per Dei gratiam sani & incolumes commoramur, &c. Specialiter autem fratrem nostrum Senonensem, Turonensem, Aqueensem, & Narbonensem Archiepiscopos, de quibus unum, scilicet Narbonensem, inibi consecravimus, & Au-

Octavianus, qui sibi falsum Victoris nomen inscripserat, accensus luminibus, adversum Alexandrum, ejusque suffragatores solemnem execratione usus videtur: Waldemarum, ipse Rex Daniae, hortante Absalone, ne sacrilego ejus facinori interesset, concione excessit; advesaque partis justitiam amulatus, praesentis Curiae errorem, quam absentis relictitudinem postponere praeprevit. Cujus egressum secutus Absalon, cum ab Octaviano super sedere rogaretur; ab ejus vestigiis se, cujus comitandi gratia advenit, nullo jure prohibere perdocuit. Eoque responso execrabili Pontificum collegio liberatus, ne schismatis errore laberetur, effecit. Die postero Octavianus Livonem Oibonensem Electum vehementer ab Absalone prohibitum falsa Pontificis unctioe prosequitur. Haftenus de schismaticorum conciliabulo Saxo. In quo illud patratum est absurdissimum, & a sacris canonibus alienum, traditionique Ecclesiasticae adversum penitus, ut Imperator quaesierit suffragio Regum de legitimo Papa dirimere controversiam. In quo divina virtus manifeste noscitur operata, ut Danorum Rex, quia antehac schismaticus fuerat, in ipso conciliabulo sese in Catholicum convertum ostenderit. Sed quae ista secuta sint de eodem Rege laude digna, ita Saxo profertur:

XX. Inde ad oppidum Bisuntium concessum est, ubi equorum pabulo non suppetente, Regeque emendi ejus facultatem sibi non fieri conquerente: Caesar eum qui stabulo praerat, necessaria Danis expedire, praecipit. Qui mox eorum satellitibus secum eductis, in vico eminus sito,

PAGIUS Antistodorensem, Macloviensem, Nivernensem, Morinensem, Magalonensem & Toloni Episcopos reconsumus: cum quibus in die Ascensionis Dominicae, publica excommunicationis sententiam in Octavianum schismaticum, atque in omnes suos complices promulgavimus.

XXI. Ad num. XXI. & seq. Baronius, qui obitum Theobaldi Archiepiscopi Cantuariensis secunda feria Paschae currentis anni contigisse ait, secutus est Robertum de Monte, Auctorem quidem coevum, sed in Chronologia parum accuratum, nisi errores, qui in ejus Chronico leguntur, Librariis tribuantur. Theobaldus itaque anno superiori e vivis excessit, & quidem feria tertia Paschae, seu XIV. Kal. Maii, ut ibidem diximus, & demonstrat Waronus part. 1. Angliae Sacrae pag. 110. Post ejus obitum Ecclesia Cantuariensis vacavit anno uno, mense uno, diebus quatuordecim, ut scribit Gerovicius in Chron. qui postea ad hunc annum scribit, Henricum Angliae Regem Thomam Cancellarium suum, qui post mortem in Sanctorum numerum relatus fuit, ad expedienda regni negotia ex Normannia in Angliam transmisisse, hac praefertim intentione, ut in Archiepiscopo Cantuariensis Ecclesiae eligeretur. Quam ob rem Wibertus Prior jussus a Rege Londiniam venit, ubi Episcopi congregato Concilio

XXI. S. Thomas sit Archiep. Cantuaris.

quibus egerent, capienda demonstrat. Qui cum earum consuetudinum ignari, equorum alimenta ab oppidanis inermes deposcerent, vocesque suas sagittis & jaculis repelli conspicerent: depositis precibus, praedium ordiuntur. Capto itaque vico, cum latius crebescere fumigio faciem oppidis subjectam agnoscerent, similia sibi licere rati, confestim expugnationi incendium addiderunt. Quae res incredibili Regem angore permovit. Interjectis diebus, cum Caesar, quem vindictae modum a Maguntinis proprii Pontificis intersectoribus exigere deberet, in concione perquireret: Waldemarum Rex Daniae iterata superiori querela, equis annona defectis, venalium alimentorum subsidia postulabat. At Caesar circumjacentem provinciam conjugis suae patrimonium esse testatus, frustra eum emptu affectare dicebat, quod raptu petere licuisset. Contra Waldemarum, Regem se, non praedonem esse proclamans, commectus latrocinio quaesiturum negabat, aut quod domi iniquum duxerit, apud exteros approbaturum. Quamquam enim bujusmodi violentiae necessitate excusabilis videretur permissis uti, passus non est, ne domesticae aequitatis mansuetudinem peregrina austeritate corrumpere. Cujus sanctitatem universi Germaniae Principes maximo plausu comprobantes, seque mutua admiratione invicem contuentes, beatos ajevabant, quos tanti viri integritas regendos curaret. Haftenus de Regis Daniae hoc anno rebus gestis, occasione schismatis Octaviani Antipapae firmandi ab Imperatore vocati.

Reg. Daniae aequitas Germanis admiranda.

XXI. Eodem anno Londini in Anglia generale Concilium celebratur, convenientibus

Thomam elegere: Convenerunt itaque, subdit Gervasius, Cantuaria Praefules & Principes regni, ut tanta assisterent consecrationi. Sabbato igitur octavarum Pentecostes in Presbyterii gradum ordinatus, in crastino in Archiepiscopum consecrandus. Paulo post: Consecravimus eum Henricus Wintoniensis Episcopus Dominica octavarum Pentecostes III. Non. Junii, quadragesimo circiter atatis sua anno, &c. Consecratus autem Thomas Cantuariensis Episcopus instituit festivitatem principalem sanctae Trinitatis singulis annis in perpetuum die octavarum Pentecostes celebrandam; unde & ipse eadem die Missam celebravit.

XXI.

XXIII. Epistolae sancti Thomae hoc anno Cantuariensis Archiepiscopus ordinati, a paucis annis a Ejus Episcopio Lupio in lucem productae sunt ex stola nuper MS. Vaticano una cum ejus Vita jussu Gregorii Papae XI. ex variis collecta. Cap. 6. edita. dicitur, Henricum Regem Thomae significasse suae voluntatis esse, ut Cantuariensis Praeful foret, & Thomam respondisse: Quam Religiosum virum, quam sanctum in tam sancta sede, & super tam celebrem & tam sanctum Conventum Monachorum constitui desideras? Scio certissime, quia si Domino disponente acciderit, sic citissime, a me auferes animum, & gratia qua nunc inter nos tanta est, in atrocissimum odium convertetur.

Concil.
Lond. in
Angl. ubi
S. Tho-
mas crea-
tus Ar-
chiep.
Cant.

bus omnibus Episc. ad subrogandum me-
tropolitanum Angliæ totius Antistitem,
Cantuariensem Archiepisc. defuncto feria
secunda Paschæ Theobaldo Archiepiscopo
cum sedisset annis vigintiduoibus. Con-
venit simul & Rex ad hoc ipsum, com-
munibusque omnium votis electus est
Thomas ex Cancellario. Hæc ex Actis,
vitæ ejus scriptis ab Eduardo ejus æquali
prolixè satis, quæ in compendium reda-
cta jam cusa (a) habes; sed extant alia,
ab auctoribus quatuor, iisdem ip-
sius Thomæ discipulis, nempe Hereberto
ipsius clerico, Willelmo Cantuariensi,
Joanne Saresberienfi, & Alano Abbate
Deoche tribus libris conscripta, quæ
habentur in Vaticana bibliotheca una-
simul cum collectione epistolarum ad hæc
negotia spectantium, auctorum diverso-

(a) Apud
Sur. i. 6.
dic 29.
Decemb.

PAGIUS *Novi quippe te nonnulla exacturum, & in Ec-
clesiasticis te tam multa præsumere, quæ ego sus-
tinere non possim. Et ita occasione nata inter-
ponent se invidi, qui extincta gratia perpetuum
inter nos odium suscitabunt.*

XXIII. *Raimundus Comes Barcinonensis hujus nomi-
nis IV. & Princeps Aragoniæ, ac Raimun-
dus ejus fratris filius Provinciæ Comes, quaf-
dam pactiones hoc anno ineunt, quibus Comi-
tatus Provinciæ & Forkalquerii, & civitas
Arelatenfis a Frederico Imperatore concedun-
tur in feudum eidem Comiti Provinciæ. In-
primis vero cavetur, ut Comes Provinciæ,
patruusque ejus Imperium detrectent Alexandri
III. & obediant Victori III. Antipapæ. Acta
conventionum tunc habitaram exhibet Baluzius
in Appendice ad Marcam Hispanicam num.
CCCCXXXVII. in quibus dicitur: Comes quo-
que Provincia Dominum Papam Victorem recipiet,
& per totam terram suam tanquam Catholicum
& universalem Papam recipi faciet, & obediet
& ei obediri faciet bona fide absque fraude &
malo ingenio, & Legatos suos recipiet; adeo ve-
rum est quod supra ex Saresberienfi diximus,
Fridericum hoc tempore tam vicinos, quam re-
motos Principes solo metu terruisse. Non mul-
to post Raimundus Barcinonensis Comes & Prin-
ceps Aragoniæ vivere desit. Tandem, inquit
Auctor de Gestis Comitum Barcinonensium cap.
17. apud Burgum sancti Dalmatii juxta Janu-
ensem urbem in Italia plenus gratia & dierum
anno Domini MCLXII. VIII. Idus Augusti hu-
manis rebus exemptus obiit in Domino, suo re-
linquens luctum populo, periculum patriæ, ho-
sibus gaudium, lamentum pauperibus, Religio-
sis suspiria. Ei in regnum Aragoniæ & Comi-
tatum Barcinonis successit filius ejus Ildefon-
sus, adhuc puerulus, sub tutela Petronillæ ma-
tris, filix Ranimiri Regis & Monachi. Hic Il-
defonsus secundus est hujus nominis, & Regis
nomen tulit, quo Raimundus pater nunquam*

rum: inter quas plures ejusdem S. Tho-
mæ, & Alexandri Papæ extant epistolæ,
omnesque simul quinque libris partitæ
atque digestæ opera ejusdem Joannis Sa-
resberienfis, omni thesauro præstantiores,
ex quibus præsens Annalium Tomus ma-
gis ac magis debeat illustrari. Extat
codex ipse in Vaticana bibliotheca.

Refragatum autem esse magnopere fan-
ctum Thomam, ne eligeretur Archiepi-
scopus, testatur Herebertus, cujus ista
sunt verba: *Protestatur Thomas adversus
Regem, ne eum, Episcopum Cantuariensem
eligeret, alias eum ipsi fore adver-
sarium & contrarium inimicum propter
Ecclesiasticam libertatem.* Subiicit his
ista Joannes Saresberienfis: *Cum diu re-
luctatus esset, urgente & instante Henri-
co Pisano presbytero Cardinali SS. Ne-*

insigniri voluit. Porro post hanc Comitatus Bar-
cinonensis & Principatus Aragoniæ unionem,
duæ hæc ditiones nunquam amplius divisim, sed
semper ab uno eodemque Principe possessæ.

Ineunte Januario [1] cum nulla ex parte res ad
victum necessariæ supportari Mediolanum pos-
sint, omnesque Obertum Archiepiscopum in-
creparent quasi aut bello temere tanto causam
dedisset, aut paci moram atque impedimentum
afferret, ille ad Alexandrum Genuam se recepit,
inquit Sigonius lib. 13. de Reg. Ital. ubi Sig-
onius sequi videtur Flammam, & alios qui pessime
habuere Obertum Archiepiscopum, qui tamen
optime se se in his tumultibus gessit; & in eo
tantum a Friderico dissentit, quod is foveret
Antipapam, a quo ipsemet alienissimus erat.
Quam ob rem ad Alexandrum III. Comite S.
Galdino venit, uti refert Scriptor Anonymus
Vitæ hujus sancti, illorum temporum vicinus:
*Beatus Galdinus Mediolanensis civis egregius,
nobilitate Valvasorum de Sala stirpe progenitus, sa-
cris ab infantia literis eruditus, Mediolanensis
primo Ecclesiæ Archidiaconus nec non & Cancel-
larius ordinatus est. Postea vero tempore schis-
matis sub Alexandro Papa III. & Friderico Imp.
facti cum suo domino ac aliis quibusdam ur-
bem suam relinquentes, ab eodem Alexandro schis-
matis rabiem similiter fugiente cum domino suo
gratanter & officiosissime susceptus est.*

Gualvancus Flamma in magno suo Chroni-
co capp. 277. & 278. apud Puricellum in Mo-
num. Basil. Ambrosianæ num. CCCXXXI.
quædam narrat his prorsus contraria; Postquam
enim rem absurdam supposuit, eo scilicet tem-
pore Gualvagnum Comitem de Engleria fuisse
Dominum Mediolani, asserere non erubescit,
Archiepiscopum Imperatorem de angustiis, ad
quas urbs redacta esset, momentem eidem ur-
bem tradidisse ea conditione, ut ejus dominium
sibi tribueretur. Addit, Imperatorem, & Vi-
ctorem Antipapam in eam ingressos esse, &
omnes

XXIV.
S. Galli.
nus &
Obertus
Archiep.
Mediolan.
stant con-
tra Anti-
papam.

XXV.
Deferunt
urbem
Mediolan.

NOTÆ

[1] Obertus Archiepiscopus cum S. Galdino ex Urbe Mediolani ad Alexandrum III. Genuæ
agentem confugit, non quidem januario ineunte, sed Martii die XVIII. teste auctore,
quantum arbitror, synchrono, qui sub nomine Sire Raul historiam scripsit de rebus gestis Friderici
I. in Italia vulgatam tom. VI. Rer. Italic. Ait enim col. 1187. *Obertus archiepiscopus die
Dominico de Cæco (idest Dominica IV. Quadragesimæ, qua in hebdomada Evangelium Cœci na-
ti legitur) XV. Kal. aprilis cum Milone archipresbytero, & Galdino archidiacono &c. abierant
Genuam. MANSI*

S. Thomæ
Nuntii
pro pal-
lio ad
Montem
Pessul.

*rei & Achillei Legato, tandem acquievit.
Moxque missi sunt Nuntii ad Romanum
Pontificem Alexandrum, qui tunc dege-
bat in Monte Pessulano, iidemque postu-
larunt & pallium quod & ob tanti viri
reverentiam concessum ab eodem Pontifi-
ce acceperunt.* Porro consecratus Episco-
pus, habitum induit monasticum ea de
causa, quod experimentis multis de-
claratum fuisset, eos, qui non mona-
chi cathedram illam ascendissent, a Deo
male multatos esse.

PAGIUS

omnes Engleriæ Comites aut occidisse aut in
exilium misisse. Denique cap. 280. scribit:
*Imperator Archiepiscopi proditoris Palatium spo-
liari jussit; & usque Beneventum in exilium
misi. Et jussu Dei factum fuit iudicio, ut qui
proditor semper fuerat, proditoris ultionem re-
ciperet.* Flamma cap. 278. fatetur se hæc om-
nia ex Chronico Danielis exscribere. Puricel-
lus vero citatus numer. CCCCLXXX. ait se
Chronicon illud reperisse in Bibliotheca cu-
jusdam viri privati, nominati Caroli Andrea,
illudque inchoari ab anno D. J. DCVI. & ad
MCCLXXX. pertingit; prolixumque præsertim
est in rebus Angleriæ Regum & Comitum re-
eendendis. Non dubitat Puricellus, quin Da-
niel iste quæ narrat, hausserit ex Chronico Apo-
crapho Viviani Comititis, cujus mentionem facit
Auctor Chron. cui titulus, *Flos Florum*, apud Pu-
ricellum in Mon. Basil. Ambr. n. CCCXLIII.
fol. 147. Nam postquam dixit, Fridericum Comi-
tes Angleriæ LXXXV. exilio damnasse, sub-
dit: *Unus solus, scilicet Comes Vivianus eva-
sit, & Bononiam perrexit, qui postea scripsit
Chronicon Comitum Angleriæ.* Sed mitto hic
fabulosas narrationes jam a Puricello confuta-
tas, quarum nullam rationem Trifitanus Chal-
cus habens, lib. 10. ait, dum de urbis dedi-
tione ageretur, *Princeps Sacerdotum Obertus
Archiepiscopus, Milo Galdinus (est hic sanctus
Galdinus) & Algifas Galdini successor sui ma-
nifestam patriæ desolationem ruinamque immi-
nentem cernentes, seu iratiorem sibi fore Casa-
rem ominati urbe cedunt, seque Genuam, quo,
superioribus adnavigasse Alexandrum constabat,
conferunt (quia scilicet cæteris ardentiores fu-
erant in causa Alexandri contra Victorem de-
fendenda), seque unam cum eo fortunam ha-
bituros ostendunt.*

XXVI.
Mediolan.
deditur
Friderico
Imp.

In his enarrandis, quæ tempore ejus
fedis intercessere immensæ tribulationes
& angustix, quæ non modo ipsum Tho-
mam sedemque ipsius Cantuariensem, ac
universam Angliam, sed Alexandrum
Pontificem, atque Romanam Ecclesiam,
totumque Catholicum Orbem magnopere
perturbarunt, obruimur Scriptorum co-
pia, ut vix sine immenso labore possi-
mus emergere. Nam non modo Eduar-
dus & auctores illi quatuor, qui ista scri-
psere, atque alii ejusdem temporis Scri-
pto-

*se fore profitentes, personas, res, ipsamque ci-
vitatem absque ullo tenore, & sine aliqua con-
ditione interposita, in nostram potestatem cum
plena deditioe reddiderunt. Præterea quarto No-
nas ejusdem mensis Mediolanenses cum omni mi-
litiâ & viribus civitatis ad nos redeunt, ve-
xilla & universa signa bellica, clavesque civi-
tatis, & Consulatus dignitates Majestati no-
stra resignaverunt, resutantes omnia genera ar-
morum, omnemque potestatem, nisi quam cum
gratia & permissione nostrâ possent obtinere. Ju-
raverunt insuper quacunquæ eos jurare fecimus,
scilicet quod universa mandata nostra bona fide
& sine fraude observarent, & de his omnibus
observandis quadringentos obsides meliores ac ma-
jores de civitate nobis dederunt.*

Sane ne quid deesse posset ad complementum
Imperialis gloriæ, vel omnimodam deditioem
inimicorum, pridie Nonas prædicti mensis uni-
versus populus civitatis cum vexillo sancti Am-
brofii, quod miro artificio egregia molis & al-
titudinis ferebant in carrocio (id est, in rhe-
da; ita enim appellabant Itali vexillum totius
exercitus præcipuum, quod in curru imposi-
tum, a quatuor boum jugis traheretur, &
magna cura in præliis a lectis militibus ser-
vabatur, cum Carroccio exui insignis probri
loco per ea tempora haberetur. Plura de Car-
roccio in Glossario Ducangii), quem juga bo-
um non pauca traherent, nec non cum univer-
sis vexillis suis, eo ordine quo ad bellum pro-
cedere solebant, ad Curiam nostram venerunt,
non iudicium, vel justitiam postulantes, sed
quia crucem meruerant, per crucem quam quis-
que manu gerebat, misericordiam suppliciter im-
plorabant. Ex indultu ergo Imperialis clemen-
tiæ, &c. universos Mediolanenses vita munere
donavimus, a vinculo Imperialis banni absolvi-
mus, deputatis in exilium patriam concessimus,
rebus omnibus & libertate privatis, alodia, quæ
juste videbantur contraxisse, restitimus, & u-
niversa Regalia nostra, quæ ipsi hætenus per
rapinam possederant, fisco nostro applicuimus,
&c. fossata complanamus, muros subvertimus,
turret omnes destruisimus, & totam civitatem
in ruinam & desolationem ponimus: sicque ad
promovenda alia negotia, & ad plenariam im-
perii reformationem exercitum nostrum, & vi-
ctrices aquilas feliciter convertemus. Hanc E-
pistolam encyclicam fuisse existimo; in Chro-
nico enim Reicherspergensis ad ann. MCLXII.
eadem refertur, sed paucis mutatis, & inscri-
pta Eberhardo Saltzburgensi Archiepiscopo. Ait-
que Chronographus, Eberhardum solum cum
Alexandro Papa stitisse, & venisse Mediola-
num, cum adhuc ipse Imperator in destructione
ejusdem civitatis ibi moraretur, & honorifice
ab eo susceptum esse cum Episcopo Harshman-
no Brixinensi.

Hoc anno Acerbus Morena Ottonis filius cœ-
pit

XXII.

XXVII.
Solo aqua-
tur.

XXVIII.

CHRISTI
1162.ALEXANDRI III. PAP.
3.FRIDERICI IMP. 8.
MANUELIS IMP. 20.

De collectione epistolarum copiosissima sua ipsorum scriptio-
ne inferunt uberrima in Annales rerum
argumenta scribendarum; sed quadrin-
gentæ quinquagintaquatuor epistolæ, a
Papæ & aliorum.

PAGIUS pit scribere quæ propriis oculis vidit, & de
Frederico post victoriam Mediolanensem, ait:
Cives alio Omnibus peditibus tribuit licentiam redeundi do-
amandan- mum, præcepitque eis, ut tantum de fossato &
tur. muro Mediolani demolirentur per unamquamque
portam (idest urbis regionem ut nuper inter-
pretati sumus) quod cum exercitu suo possit
largiter civitatem introire (non per muros sed
per portas). Elegit quoque Imperator sex Lom-
bardos, & sex Teutonicos, qui Mediolanum in-
vent, & prædictos Mediolanenses prædicto more
jurare facerent. Et ego Acerbus Morena filius
Ottonis Morena, qui deinceps hanc Historiam
distavi, qui tunc eram potestas Lauda, fui un-
us de prædictis duodecim, & usque ad sabbat-
um proximum (die nempe X. Martii) feci-
mus jurare quasi omnes Mediolanenses, quos
invenimus. Idem Acerbus Morena scribit Im-
peratorem in comitatu Beatricis Imperatricis,
Ducis Bohemiæ & aliorum Principum ex urbe
Laudensi Papiam perexisse die Martis XIII.
Martii secum ducentem obsides Mediolanenses,
subditque: Sequenti Dux die Luna præcepit Im-
perator Consulibus Mediolani, ut usque ad octo
dies facerent omnes personas, tam masculos, quam
feminas exire civitatem Mediolani. Quod equi-
dem, licet luctuose, plenarie adimpleverunt Me-
diolanenses, euntes Papiam, Laudam, Bergo-
mum atque Cumas, & per alias civitates &
loca Lombardia. Maxima pars tamen ipsorum
stetit circa civitatem, circa fossatum Imperato-
ris misericordiam expectantes, atque putantes
quod Imperator civitatem intrare subito eis con-
cederet, & in ipsa solito more habitare.

XXIX.
Urbe e-
versa Im-
perator
Papiam
redit.

Verum ipse Imperator die Luna, qua fuit se-
xta dies ante Kal. Aprilis (idest VII. Kal.)
Mediolanum venit cum Principibus suis, &
cum Cremonensibus, Papiensibus, Novariensibus,
& Laudensibus, & cum illis de Seprio & Mar-
thesana: qui illuc cum pervenissent, præcepit
Laudensibus, ut portam Orientalem, qua vulgo
Rentia dicitur, totam destruerent: Cremonensi-
bus vero portam Romanam demolendam commi-
sit; Papiensibus portam Ticinensem, Novarien-
sibus portam Vercellinam; Cumanis portam Cu-
maam: illis vero de Seprio & Marthesana por-
tam novam (erant hæc omnes urbis regiones).
Qui omnes ad destructionem sic conati sunt, quod
usque ad proximam diem Olivarum tantum de
muro civitatis consernaverunt, quod ab initio
a nemine credebatur in duobus posse mensibus dis-
sipari. Et vere, ut opinio est, quinquagesima
pars Mediolani non remansit destruenda. Reman-
sit tamen totus murus civitatem circumdans
(exceptis iis, quæ propter Imperatoris introitum
eversa fuerant), qui adeo bonis & magna
lapidibus confectus fuerat, & quasi centum tur-
ribus decoratus, quod, ut existimo, nunquam
tam bonus visus est in Italia, nec deinceps vi-
debitur præter murum fortem Romanum. Reman-
sit etiam campanile Majoris Ecclesie mira pul-
chritudinis & magna latitudinis atque miran-
da altitudinis quale nunquam dicitur fuisse,
quod post paucos dies Imperator in terra deponi
fecit, quod tunc super majorem Ecclesiam ru-
ens magnam ipsius Ecclesie partem dissipavit.
Laudenses autem præteritorum & innumerabili-
um dolorum memores, quos a Mediolanensibus
olim sustinuerant, non solum portam Orienta-

diversis in eadem causa conscripæ, in
primis vero ab Alexandro Papa, ipsoque
Thoma ad diversos datæ, ut ex iis epi-
stolaris historia cæteris præstantior con-
cin-

lem eis commissam ad destruendum plenarie de-
moliti sunt; verum etiam de porta Romana
magnam partem ad terram prostraverunt. Ipso
die Dominico Olivarum reversus est Imperator
Papiam; & quicumque cum Imperatore Medio-
lani fuerat, domum reversus est.

Paricellus in Monumen. Basil. Ambr. num. XXX.
CCCCXXXVII. optime refellit Dubra- Suburbia
vium in Historia Bohemiæ, in qua passim fal- Urbis Me-
latur, & Bohemiæ Regem Uladislauum, qui Me- diolani
diolanensi excidio non interfuit, confundit cum nov fuerit
Bohemiæ Duce fratre ejus, qui Imperatorem eversa.
comitabatur. Cæterum non dicit Morena sub-
urbia aut Ecclesias in iis sitas eversas fuisse;
indeque intelligimus Gualvancum Flammanum ex
aliquo optimo Auctore accepisse, quod refert
in Chron. majori cap. 285. apud Paricellum
laudatum num. CCCXXI. Mandavit insuper
(nempe Fredericus) quod suburbia civitatis
manerent illata; quia semper sibi fuerant obe-
dientia. Similiter præcepit quod domus nobilium
proditorum, quæ erant in civitate, illata re-
manerent & Ecclesia; attamen turre & cam-
panilia dejecit. Paulo post de Imperatore sub-
dit; Monasterium majus, ubi erat porta Vercel-
lina, septem turribus communitum voluit Im-
perator præservari propter reverentiam Ottonis
Imperatoris (hujus nominis primi) qui illud
Monasterium fundaverat, de cujus stirpe descen-
derat. His consentanea habet Auctarium Af-
fligemense ad annum MCLXII. Deinde jussit
suos civitatem ingredi, muros, turre, alta &
superba fastigia & adificia destrui (tribus tamen
pepercit Ecclesiis S. Mariæ, S. Mauricii, &
S. Ambrosii cum officinis Clericorum, officia-
libus ipsorum, domibus etiam indemnitate re-
rum concessa); ararium publicum sibi reservari.
Cap. 286. apud Paricellum ibidem ever-
sionem civitatis Mediolanensis eodem quo Mo-
rena modo describit, & ruinam Domus seu
majoris Templi Mediolanensis malitiæ Papien-
sium diserte attribuit: Tunc unus de Papiensi-
bus nomine Obizo Papiensis accepit super se dei-
cere campanile Ecclesie majoris, cujus altitudo
fuit ducentorum quadraginta quinque brachio-
rum, &c. in cujus casu malitiose fecit eum
descendere super Ecclesiam: & destructa fuit Ec-
clesia per majorem partem.

Tristanus Chalcius lib. 10. refert Fridericum XXXI.
in Dominica Olivarum palmam accepisse in Corpora
Ecclesie S. Ambrosii, indeque Papiam rediit. SS. Am-
se, quod & Acerbus Morena asserit: Ipso die brofii,
Dominico Olivarum reversus est Imperator Pa- Gervasii
pian: & quicumque cum Imperatore Medio- & Protasii
lani fuerat, domum reversus est. Tristanus Chal- si intasta
cius habet; a templo Ambrosiano sacrilegam ma- fuere.
num abstulisse hostes, indicio est Angilberti Ar-
chiepiscopi lamina aurea, argenteaque multis an-
te sæculis altari circumdata. Ad quæ verba
Paricellus num. CCCXXII. hæc observat:
qua quidem in hunc usque diem pereuniter illi
circumdata & asservata conspicitur, quæve pro-
pterea nobis argumento est, ne tunc quidem in-
de amota, & alio translata fuisse sanctorum Am-
brofii, Protasii & Gervasii corpora, quorum in
honorem lamina ista fuit huic altari circumdata.
Tum refellit Paricellus Scriptores illos
Germanos, qui tradidere Sanctorum Gervasii
& Protasii corpora a Germanis tunc Brisacum
transf-

CHRISTI
1162.ALEXANDRI III. PAP.
3.FRIDERICI IMP. 8.
MANUELIS IMP. 20.

cinnetur, exuberantem ac superfluentem plane ingerunt scribendi mate-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS translata fuisse. Certe Chronographus Affli-
gemensis, Auctor coætanæ, ne verbum quidem
habet de hac translatione, licet de Me-
diolanensi desolatione & Magorum translatione
fufe agat.

XXXII. Acerbus Morena gesta hoc anno narrare per-
git, atque: Proximo die vero Pascha fuerunt
Frideric. Imp. Ma- Papiæ fere omnes Lombardia potestates, (id est,
gistratus variis primi urbium Longobardiæ Magistratus) &
Lombar- diæ, & Marchiones, & Comitibus, & aliique multi nobiles Italia; fuitque
dia urbi- ea die Imperator incoronatus Papiæ ad Missam
bus præsi- in Ecclesia Majori una cum serenissima Augusta
tit. (scilicet Beatrice) cum magnis solemnitatibus,
maximæque lætitiæ (idest, assistit Imperator
cum corona in capite, sed ibi coronatus non
fuit), quod Imperator ipse annis retro mini-
me fecerat (ab anno nempe MCLIX. quo ite-
rum Mediolanenses rebellarunt; antea enim
Fredericus quater coronatus fuerat, primum
Aquisgranum, secundo Romæ, tertio Papiæ,
quarto Monzæ, proposuerat enim quod ipse num-
quam coronam sumeret (anno scilicet MCLIX.)

riam, quæ styllum obruat, ut ipsa pa-
riat inopiam abundantiam.

C c

Mil-

in capite, donec Mediolanum superasset (quod hoc
anno contigit). Post Missam vero Imperator dul-
cissimus fecit invitare ad prandium suum omnes
Italicos Episcopos, Marchiones, Comites & civi-
tatum Consules, qui ibi aderant. Inter quos fui
ego Acerbus Morena, qui hunc librum composui,
qui tunc eram Potestas Lauda. Comederuntque
Imper. & Imperatrix cum coronis in capite: cum
quibusdam Episcopis, qui erant in mensa sua a
dextris & a sinistris cum mitris in capite, &
aliis ornamentis Episcopalibus (Observa morem
Episcoporum cum mitra prandentium), & fuit
ipsum convivium in curia Episcopi Papiensis,
ubi Papienses faciunt concionem. Addit, his
omnibus feliciter actis variis civitatibus & ca-
stris Magistratus ab Imperatore præpositos fuisse.
Corius vero in Historia Mediolanensi ait,
Fredericum Comitatum Mediolanensem in sex
jurisdictiones divisisse, quibus tot gubernato-
res præerant, qui omnes Episcopo Leodiensi
Henrico, quem corrupte Alicom appellat, tan-
quam Vicario Imperiali parucere.

JESU CHRISTI ANNUS 1163.

ALEXANDRI PAP. III. ANNUS 4.

FRIDERICI IMP. 9. MANUELIS IMP. 21.

CHRISTI 1163.

ALEXANDRI III. PAP. 4.

FRIDERICI IMP. 9. MANUELIS IMP. 21.

I. Alexand. Pap. Parisios venit ad Regem.

Millesimus centesimus sexagesimuster- tius Indictione undecima annus ven- nit, quo Alexander Papa celebravit in Gallia Concilium Turonense. De quo di- citur, quæ præcesserunt, prius insinuanda, de quibus ista in primis in ejusdem Alex- andri vitæ Actis: Adveniente autem Qua- dragesima, colloquium habiturus Alexan- der Papa cum Rege Franc. ad Parisien- sem civitatem properavit. Quam cum in- gressurus esset, tamquam pius & mitis Rex cum Baronibus & militibus suis per duas Leucas illi occurrit: quo viso sta- tim descendit, ad strequam ejus festi- manter accurrens, humiliter deosculatus est pedes ipsius, & statim ad ejus oscu- la cum devotione fuit receptus. Deinde singulariter procedentes intraverunt præ- dictam civitatem. Cui Clerus cum maxi- ma & decora processione obviam venit, & Pontificem & ejus fratres Cardinales deduxit in gaudio & exultatione ad ma- jorem Ecclesiam. Mansit autem in dicta civitate per ipsam Quadragesimam, & Pas- chale in ea festum celebravit. Meminit idem ipse Alexander Papa hujusmodi suæ commorationis Parisiensis in diplomate canonizationis sancti Bernardi, his ver- bis: Contigit olim, dum essemus Parisiis constituti; & magni quidam ac venera- biles viri de canonizando sanctæ recor- dationis Bernardo quondam Claravallens Abbate facerent mentionem, optantes uti- que & piis nobis precibus suggerentes, ut in Concilio, quod de proximo erat Turo- nis celebrandum, digno huic & laudabi- li voto celerem daremus effectum. Cum- que nos eidem negotio favorabili satis in- zenderemus affectu: supervenit multitudo & frequentia petitorum, qui in diversis provinciis rem similem postulabant. Unde cum nos videremus, non posse congru- enter omnibus satisfieri: statutum fuit pro scandalo devotando, etiam in hoc differ- ri, quod oportebat pro tempore cæteris

Canoniza- tiones frequen- tiores de- negataz.

denegari. Hæc ipse de iis, quæ Turo- nense Concilium præcesserunt, de quo rursus ista in ejusdem Alexandri vitæ Actis:

Et quoniam tempus Concilii celebra- di imminebat, quod in octavis Penteco- stes Turonum convocaverat: exiit de Pa- risiis, & transiens per Carnotum, ad Tu- ronis civitatem celeriter remeavit. An- no igitur Dominicæ Incarn. millesimo cen- tesimo sexagesimotertio, Indictione undeci- ma, anno quarto sui Pontificatus, * quar- todecimo Kal. Junii supradictus Alex. Pa- pa in Ecclesia S. * Mauriti Turone Con- cilium celebravit, in quo secum interfue- runt Cardinales numero decem & septem, & Episcopi centum & vigintiquatuor, Abbates quatuorcentum & quatuordecim, & aliorum tam clericorum, quam laico- rum maxima multitudo. Atque inter alios insignes Ecclesiæ Præsules interfuit san- ctus Thomas Archiepiscopus Cantuarien- sis, anno superiori (ut vidimus) ad eam regendam cathedram ex munere Cancellar- iæ assumptus, quem præter morem Alex- ander Papa ejusmodi excepit honorifi- centia. Fecit enim, ut omnes Cardina- les occurrerent ei extra urbem illam, præ- ter duos tantum, qui soliti essent ei sem- per assistere: idemque obtinuit quæcumque ab ipso Pontifice petisset, nempe suæ Ec- clesiæ privilegiorum confirmationem. Hæc in vita ipsius, a quatuor dictis auctori- bus scripta. Ne quid autem percat de fragmentis Actorum Concilii hujus, quod integrum in omnibus Actis simul reperire non licuit: hic describendam putamus orationem, quam in eodem Turonensi Concilio habuit jubente Papa Arnulphus Episcopus Lexoviensis. Extat inter ejus epistolâs haud pridem cufas: antequam posita haberetur epistola data ad Ægidium Rothomagensis Archidiaconum, inde ve- ro quod sequitur:

Sermo habitus in Concilio Turonensi. Ho-

simam mansit, & Paschale in ea festum cele- bravit. Vasseburgus in Historia sua ait, Ale- xandrum III. tria diversis in locis Concilia celebrasse; primum apud Clarum montem in Arvernia, ubi Fridericus & Pseudo-Papa ex- communicati, Turonis secundum, & tertium Remis de quibus infra agetur. Mentionem ta- men non facit Concilii Monspelienfis, quod certum est anno superiori in ejus adventu coac- tum fuisse. Quoad Concilium Claromonta- num, alii ut Sigonius in Hist. de Reg. Ital. lib. XIII. illud in annum præcedentem, alii in præsentem conferunt, at utrique gratis & sine probatione. Sed graviter errat Trihemius in Chron. Hirfaug. illud cum anno MCLX. connectens.

In Præfatione Concilii Turonensis legitur: Anno Incarnat. Dom. MCLXIII. indict. XI. anno quar-

II. Conc. Turon. celebra- tur ab A. Alexand. Papa.

* al. quar- to * f. Marti- ni.

III. Sermo Synodi- cus.

Hodiernum sermonem, domini & Patres mei, mihi domini nostri, qui præsidet, Romani videlicet Pontificis injungit au- ctoritas. Et ego quidem munus injunctum magis de necessitate obedientiæ, quam de animi voluntate suscipio. Mallem ut in alium declinasset ista dignatio, cujus & vita commendabilior esset, & major tam scientiæ, quam eloquentiæ plenitudo. Quis enim ego sum, qui in auribus tot, tam prudentium, tam venerabilium perso- narum quemlibet mihi debeam usurpa- re sermonem? Sed & quis ego sum, qui mandato Romani Pontificis audeam ob- viare? Angustiæ mihi sunt undique: in- ter verecundiam & necessitatem constitu- tus sum. Altera me mon- ut sileam: al- tera quasi quadam violentia pertrahit ad loquendum. Obediendum enim est sine mora, sed verecundia linguam reprimat, obstruit intellectum, & a facie reverentiæ vestræ stupore quodam reddit pavidum & confusum. Scio enim quia tria solent in predicatore requiri, sanctitas conversa- tionis, plenitudo scientiæ, fecundior elo- quentiæ vena. Sanctitas conversationis inquiritur: quia nisi fuerit predicatoris commendabilis vita, non erit ejus prædi- catio gratiosa. Cujus enim vita contem- nitur, restat ut & prædicatio contemna- tur: Timere habet, ne forte incipientem loqui, statim vox divina reprimat & con- demnet: (a) Quare tu enarras justitias meas, qui projecisti sermones meos re- trorsum? Perfectio scientiæ queritur, ut habeat predicator, unde possit de thesau- ro cordis sui proferre nova & vetera, & eruditum noverit expectantibus explica- re sermonem, & secundum personarum Ann. Eccl. Tom. XIX.

(a) Psal. 49.

PAGIUS

quarto sui Pontificatus IV. Kalendas Junii (le- gendum XIV. Kal. Junii, ut accurate habet Continuator Chronici Sancti Petri Vivi, qui ait illud congregatum in octavis Pentecostes, scilicet XIV. Kal. Junii. Matthæus enim Parisius & Radulphus de Diceto pag. 335. perperam ha- bent XII. Kal. Junii) sape dictus Alexander Papa in Ecclesia S. Mauricii Turonis Concilium celebravit; in quo interfuerunt secum Cardi- nales numero XVII. Episcopi CXXIV. Abbates, CDXIV. & aliorum, tam Clericorum, quam lai- corum maxima multitudo. In hoc Concilio Ca- nones decem conditi quibus Apostolica consti- tuta roborata. [1]

III.

Quarto Canone præcipitur ut cuncti Albi- gensum hæreticorum consortium fugiant, & his verbis concipitur: In partibus Tolosa damnan- da hæresis dudum emerfit, qua paulatim more-

qualitates temperare quod dixerit: ut sciat quibus debeat lac potum dare non- escam, quibus solidiorem cibum habeat mi- nistrare. Eloquentia desideratur: ad quid? Quia sicut si non habuerit scientiam, non habebit quid dicat; ita nisi habuerit eloquentiam, non habebit quomo- do dicat. Utrumque autem necessarium est, & habere quid dicas, & scire quo- modo dicas. Sententiarum siquidem ex- cellentia sermonis elegantiam querit, ut verborum dignitas rerum majestati respon- deat, & sibi invicem quasi concentu quo- dam res & verba concurrant. Ita est, ut sermo predicatoris omni acceptione dignus sit, requiritur in predicatoris reli- gio ad reverentiam sermonis, scientia ad doctrinam, eloquentia, ut commendat ad gratiam; ut scilicet sermo sanctus sit, prudens sit, illustris sit. Ego vero, qui vobis producor in medium, nihil habeo penes me nisi conscientiam peccatricem, Excusa- minorem scientiam, eloquentiam imperfe- tio. Etam. Et ideo opportunius mihi fuerat silere, quam loqui, pasci quam pas- cere, & aures vobis potius exhibere, quam linguam. Nulla mihi in memet- ipso fiducia est, sed ad sanctitatem præ- cipientis, & merita vestra convertor: quibus intercedentibus aliquid mihi for- tassis largietur gratia illius qui dixit: (b) Aperi os tuum, & ego adimplebo (b) Psal. 80. illud. Os meum obedientiæ necessitas a- perit, utinam gratia ejus per merita ve- stra sermone adimpleat opportuno.

In omni itaque sermone, domini & Pa- tres mei charissimi, videtur mihi, quia circa id quod principaliter intenditur, duo sunt studiosius observanda, causa- C c 2 sci-

caneri ad vicina loca se diffundens, per Gua- Dogmata stoniam & alias provincias quam plurimas jam Hæretico- infecit. Qua dum in modum serpentis intra rum in suas evolutiones abscondit, quanto serpit oc- hoc Con- cultius, tanto gravius dominicam vineam in cilio da- simplicibus demolitur. Unde contra eos, Epi- mnato- scopos omnes Domini Sacerdotes in illis parti- rum. bus commorantes, & cætera a Baronio num. XVIII. recitata. Ad hos hæreticos referendi illi de quibus in Annalibus Abbatix Margani nuper Oxoniæ inter Historiæ Anglicanæ Scri- ptores quinque editis: MCLXIII. anni bujus in tempore fama vulgante percrebuit, quod qui- dam Pseudo Propheta surrexerunt, terramque Pe- tragorica regionis (quæ Gasconiæ vicina est) adierunt, qui vitam Apostolicam ducere, mo- resque imitari mentiebantur. Erant autem bu- jusmodi secta cultores; sine intermissione prædi-

PAGIUS SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CCI. An. Hegiræ DLIX. inchoato die 29. Nov. fer. 6. An. C. 1163.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6636.

© 24. F. D 5. P. 24. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 1163.

ALEXANDRI III. PAPÆ 5.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 12. IMP. 9.

MANUELIS COMNENI IMP. 20.

I. Alexand. III. Parisios venit.

Num. I. ad XIX. Alexander III. adve- niente Quadragesima, uti habet Baronius num. I. ex Codice Vaticano, ad Parisiensem civitatem properavit, in ipsa per Quadrage-

II. Concil. Turonensi.

NOTÆ

[1] IN Anecdotis PP. Martene & Durand tom. IV. decem vulgatis canonibus concilii Tu- ronici alii XII. adduntur; sed cum in duodecimo irritentur ordinationes Octaviani, Guidonis, & Joannis Strumensis perspicuum est vel canones illos ad aliud Turonense concilium pertinere vel sub titulo Turonensis concilii variorum aliorum conciliorum canones collectos esse. Cum Joannes Strumensis in pontificium solum nonnisi anno 1168. a schismaticis electus fuerit. MANSI

CHRISTI
1103.

ALEXANDRI III. PAP.
4.

FRIDERICI IMP. 9.
MANUELIS IMP. 21.

scilicet & tempus. Et causam quidem ratio subministrat; tempus autem opportunum reddit occasio: occasio autem est oportunitas, sumpta ex tempore: sicut viro placuit eloquenti, ita est. Nisi id quod dicitur, causam de ratione contrahat evidenter, ipsum ducitur otiosum: si impotente dictum fuerit, reputatur infestum. Quae autem otiosa vel infesta sunt, raro desideratos assequuntur eventus. Et ideo cum multa descriptis sanctis possent utiliter ac probabiliter in commune proferri: ad ea potissimum sermo convertendus est, ad quae nos & urgens necessitas impellit, & evidens invitat utilitas. Ad quid? Ad tentandum vobiscum de unitate & libertate Ecclesiae Dei. Si ne bis enim duabus non potest Ecclesia salva consistere, sed nec consistere quidem. Quia nisi Ecclesia habuerit unitatem, non erit una: si una non fuerit, non erit. Omne enim quod est, ideo est, quia unum est: quod autem unum non est, amittit pariter cum unitate substantiam. Item nisi habuerit libertatem, misera erit: pro eodem autem ei est, miseram esse, & non esse. Immo deterius est miseram esse, quam non esse. Melius, inquit, ei erat, si natus non fuisset homo ille, de Juda dictum est. Quoniam melius erat ei, natum non esse, quam ad ejusmodi miseriam natum esse. Ideo domini & Patres charissimi, ut status Ecclesiae conservetur incolumis, oportet unitati ejus & libertati sollicitè provideri.

V. Quibus malis urgeatur Eccles.

Utraque enim his diebus, hac tempestate, sicut nos miserabiliter experimur, multis urgetur incommodis, multis injuriis infestatur. Quia alteram scindere nititur schismaticorum ambitio; alteram querit auferre violentia tyrannorum. Utrumque tamen eis per Dei gratiam impossibile erit. Impossibile siquidem est, spirituale Ecclesiasticae unitatis scindere sacramentum, quod inter Christum & Ecclesiam, ipso Patre auctore, indissolubili foedere connexum est & firmatum. Impossibile est suam Ecclesiae Dei tollere libertatem, quam Dominici sanguinis consecravit effusio. Licet enim palea de area Domini quandoque ventilabro levitatis aut vanitatis avolet, & abscedant; propter abscissum tamen earum non minuitur fructus areae, sed purgatur. Item licet principes tenebrarum adversus Ecclesiam Dei vehementer insurgant; portae tamen inferi ad-

PAGIUS

cabant, nudipedes incedebant, septies in die genua flectebant, & toties in nocte pecuniam a nullo accipiebant, carnem non comedebant, vinum non bibebant, cibos datos sobrie accipiebant; elemosinam nihil valere dicebant, quia unde fieri possit a nemine debet possideri; communionem sacram accipere renuebant; Misiam nihil esse dicebant, parati erant mori & cruciari pro lege sua; prodigia quadam facere

versus eam prevalere non possunt. Ita, domini mei, salva nobis semper est unitas, salva semper est libertas Ecclesiae: quia neque tunica inconsutilis scindi potest, neque Christi sanguis in irritum devocari. Et licet exierint a nobis aliqui, qui nobiscum erant, sed de nobis non erant: non est scissa tamen veritas unitatis propter eos, quos separavit a nobis propria malitia pravitatis. Et licet ii, quos diximus, tyranni terrarum circa temporalia bona, & ipsa etiam corpora nostra deserviant, ut edant carnes nostras: infirmantur & cadunt. Et sic circa diripiendas inutiles sarcinas occupantur. Ecclesiam tamen Deo nihilominus quae disponenda sunt, libera potestate disponit: immo etiam ipsos quasi servos nequam spirituali potestate retrudit in carcerem, ubi eos nimirum quasi compedibus quibusdam, vinculo anathematis, & opprobrio perpetuae maledictionis astringit. In quo etiam laudabile videtur operari virtus divina miraculum, dum nobis in unitate nostra & libertate degentibus, ipsi se solos ab unitate Catholica separant, & detestandae subiciunt servituti. Nos tamen charissimi * fratres & domini, non debemus malum pro malo reddere, neque vinci a malo, sed vincere in bono malum.

* Patres

Et ideo ad revocationem eorum qui foris sunt, summa charitate debemus intendere, ut ipsi unitati nostrae possint, Domino miserante, connecti: quatenus ii, qui quietem Ecclesiasticae libertatis impugnant, meliore ducti consilio respiciant & tam de revocatione eorum, quam istorum poenitentia crescat fecunditas unitatis, & inconcussa servetur desideranda tranquillitas libertatis. Ad hoc scilicet omnem nos convenit diligentiam adhibere, omnem propter hoc sustinere vexationem, omne periculum experiri; hoc enim speciale debitum nostrae professionis. Episcopi sumus ad hoc sacramentis Ecclesiasticis sanctificari volumus, ditari beneficiis, honoribus illustrari. Ex ea etiam causa hic primas obtinemus in Concilio cathedras, primos in coenis recubitus, salutationes in foro. Ex eadem causa populorum nobis multitudines inclinantur, ut de manu nostra partem aliquam commissae nobis benedictionis accipiant. Querunt enim accipere de plenitudine nostra, quod nos accepimus de plenitudine Christi.

Hic ordo est: Unguentum praecedit in ca-

videbantur; aquam enim in vinum mutabant, vas vacuum suo vino parumper infuso plenum inveniebatur; coram eis casi visum, surdi recipiebant auditum. Si illiterati ad eos veniebant, infra VIII. dies tam prudentes fiebant, ut nec literis, nec exemplis superari possent; nullo compedium genere vinciri poterant. Duodecim fuere magistri, excepto Principe eorum, qui Poncius vocabatur.

Ma-

CHRISTI
1103.

ALEXANDRI III. PAP.
4.

FRIDERICI IMP. 9.
MANUELIS IMP. 21.

(a) Psal. 132. Ordo Hierarchicus in Eccl.

capite, a capite descendit in barbam, (a) barbam quidem Aaron; a barba usque in oram vestimenti defluxit. A capite scilicet Christi in barbam, nempe, Praelatos Ecclesiae; a Praelatis in populum, in subjectos. In capite autem omnis perfectionis est plenitudo, omnis perfectio plenitudinis. In ipso enim inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, solide scilicet & perfecte: in ipso omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi: in ipso totus Spiritus Patris. Nihil ibi perfectioni detractum est, nihil ibi plenitudini derogatum. Et de plenitudine ista nos omnes accepimus majores & minores. De plenitudine quidem, sed non plenitudinem ipsam: sibi enim plenitudinem reservavit: circa nos autem divisiones gratiarum factae sunt. Unus autem Spiritus, qui operatur omnia in omnibus, non omnia in singulis: dividit enim singulis prout vult. Ubi enim vult spirat, & quantum vult inspirat. Nos autem in medio constituti inter Christum & populum, privilegium gratiae consecuti sumus, & prerogativam dignitatis adepti. Privilegium gratiae, quia prius, & copiosius nobis infunditur, quod a nobis in alios transfundatur. Prerogativam dignitatis, quoniam superiores & propinquiores sumus. Superiores, quoniam constituti sumus principes super omnem terram. Constituit eos, inquit, principes super omnem terram. De Apostolis dictum est utique & de nobis, qui loca Apostolorum minoribus revera meritis, sed majoribus consolationibus obtinemus.

VII. Episcopalis potentia.

Qualis autem est hic principatus noster? utique sublimis & fortis. Nimis, inquit Propheta, honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Propinquiores sumus; amicos siquidem nos appellat, & ad argumentum propinquo- rum amicitiae indultus nobis, non partem, sed copiam totius familiaritatis ostendit: (b) Jam non dicam, inquit, vos servos, sed amicos meos, quia omnia quae audivi a Patre meo, nota feci vobis. (c) Verum est, nobis datum est nosse mysterium regni Dei; ceteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Nos habemus oculos intuendi, & aures audiendi. Multae & magnae sunt circa nos dignationes tuae, bone JESU, multa, & inestimabilia beneficia tua. Gratia tua ultro nos praevenerit, & subsequitur: nihil, aut parum est quod meritis nostris arrogare possimus, cum tu

(b) Joan. 15. (c) Luc. 8.

PAGIUS IV. Variis nominibus appellabatur.

Mabillonius Tom. III. Analect. pag. 467. refert Heriberti Monachi Epistolam de Haereticis Petragoricensibus. Cujus loci Monachus fuerit Heribertus in obscuro est, & annus quo ea Epistola data incomperus; sed in illa haec iidem passim verbis recitantur. Verum ubi in Annalibus citatis habetur, septies in die genua

gratiam per gratiam semper effusa munificentia largiaris. Quid ergo retribuimus tibi? (d) Quid retribuam, inquit, Domino pro omnibus quae retribuit mihi? Quaritne sibi restitui? querit revera: quoniam gravis etiam exactor est. Non convertit debitorem suum in sortem tantum, sed etiam in usuras. Quare, inquit, (e) non posuisti pecuniam meam ad mensam, ut cum redirem, utique cum usuris eam exegissem a te? Quia ergo sibi retribuam querit, consulamus Prophetam quid tanta majestati digne possit in causam retributionis offerri. Expediit nobis, ut qui nos de qualitate nostri principatus edocuit, nihilominus de quantitate retributionis edoceat.

(d) Psal. 115.

(e) Luc. 19.

VIII.

Oportet enim, ut quod nomine retributionis offertur, ad honorem cedat, accedat ad gratiam: alioquin non parit gratiam, sed offensam. Audiamus ergo quid dicat (f): Constitues eos principes super omnem terram. Ecce meritum ejus circa nos. Quid autem sibi retribuam querat, consequenter adjungit: Memores erunt nominis tui Domine. Memoriam nominis sui tantum sibi querit nomine retributionis offerri. Cujus nominis? nempe multa nomina habet. Habet quadam nomina de veteri Instrumento significationis absconditae; habet quadam ad novum specialius pertinentia Testamentum, suavitatem redolentia, exhibentia gratiam. Quae quavis constet originem traxisse de veteri; plus tamen celebritatis & frequentiae de praesenti novitate sumpserunt. Quae sunt illa? JESUS, Christus. JESUS interpretatur salvator, Christus unctus: Ubi unctio, ibi suavitas. Manifeste nomen illud Christus suavitatem redolet unctiois; JESUS salutis gratiam re-promittit.

(f) Psal. 44. Quid Deo retribuendum.

IX. Timor Dei.

Credo tamen, quod in hoc loco Propheeta aliud nomen querat intelligi, quoniam nomina illa propter suavitatem & gratiam, devotionem quidem & fiduciam praestant; hic vero alterius cujusdam nominis memoriam querit, cujus severitas nobis cautelam diligentiae, & timorem reverentiae donet. Quod est illud? Deus. Deus interpretatur, timor. Ipse autem in hoc loco timentes esse nos exigit & prudentes. Commisit enim nobis hereditatem suam, quam nisi timentibus non committit: (g) Dedisti, inquit, hereditatem timentibus nomen tuum, Domine. Hereditas autem ejus illa est, quam ipse a Patre merito & postulatione passionis accepit: Postula, (h) Psal.

(g) Psal. 60.

(h) Psal. 117. 2.

flectebant, in Epistola Heriberti legitur, centies in die genua flectunt, qui error Librario attribuendus; septies enim mutavit in centies, ut res ipsa loquitur. De Haereticis dictis Apostolicis legendus Alphonfus a Castro & Praetorius. Eorum secta antiquissima, saepiusque extincta revixit. Numerum duodenarium af-

flecta-

CHRISTI 1163.

ALEXANDRI III. PAP. 4.

FRIDERICI IMP. 9. MANUELIS IMP. 21.

inquit, a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Hereditas autem hac universitas Fidelium est, quae nomine censetur Ecclesiae, quae Catholicam continet unitatem. Hanc fidei nostrae credidit, hanc sollicitudini commendavit. Ad curam igitur & custodiam ejus cum omni timore omnem nos oportet diligentiam adhibere. Nulla nos abstergere debet comminatio, nulla persecutio retardare. Participes consolationum facti sumus? justum est, ut socii simus etiam tribulationum. Ex adverso stare nos convenit, & opponere nosmetipsos murum pro domo Israel. Quod sane nobis non facile quidem, sed possibile tamen erit, si constanter in unitate Catholica consenserimus permanere.

X. Confortium fraternitatis.

Porro fratres sumus ex eodem patre Christo, & ex eadem matre Ecclesia, per regenerationem aquae & Spiritus, de filii ira translati in adoptionem gloriae filiorum Dei. Bonum itaque est quia utile, jucundum, quia delectabile, nos hac spirituali fraternitate conjunctos in unitate consistere, ut sit scilicet nobis, sicut in primitiva Ecclesia multitudini credentium, cor unum & anima una. Sit in nobis unus spiritus, una Fides. Unitas enim Fidei concordiam parit: concordia mater est unitatis. Unitas vero Fidei tribuit libertatem. Ex Fide siquidem vita nobis & victoria est: Justus, (a) inquit, meus ex Fide vivit. Et haec (b) est victoria, quae vincit mundum, Fides nostra. Sed & (c) Sancti per fidem vicerunt regna: regnum satanae, regnum mundi, regnum caelorum. Et de regno quidem mundi, & regno satanae manifestius: sed & regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ita omnia regna unitas Fidei, & Fides unitatis expugnat.

(a) Hebr. 11. (b) Joan. 3. (c) Hebr. 10.

In unitate virtus.

Totis itaque studiis debemus insistere, & alter alterum cohortari, ut stemus simul. Quia si steterimus simul, alteri ab altero plus fiducia & virtutis accrescet. Si steterimus simul, adversariis nostris non tantum resistere poterimus, sed & cum fiducia provocare. Si steterimus simul, Ecclesia Dei apparebit terribilis ut ca-

PAGIUS

fectabant, ut magis vitam Apostolicam simularent. Prateolus videm eos Philippo Audace regnante in Francia post Sanctum Ludovicum patrem exortos credidit, sed ea in re hallucinatus est.

V. Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 535. Honores S. Thoma Archiep. Cantuari delati.

Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 535. de Episcopis Angliae, qui huic Concilio affuerunt, ait: Ad eujus (nempe Concilii) vocationem per Theodinum Sancta Romana Ecclesia Subdiaconum factam per manum Regis Anglorum venerunt Archiepiscopi, venerunt Episcopi, venerunt Abbates & Priores. Infirmas tres Episcopos excusavit, scilicet Vintoniensem, Lincolnensem & Batoniensem. Thomas autem Cantuariensis Archiepiscopus cum suis suffraganeis sedit ad dexteram in Concilio. Cum Dun-

strorum acies ordinata: Stemus, inquit ille (d) Propheta, stemus simul. Quis est adversarius meus? quis contradicit mihi? accedat ad me. Quia aliquem sibi senserat fideliter assistentem, cum fiducia loquebatur. Nos quoque, domini & Patres mei, habemus aliquos nobis fideliter assistentes. Habemus enim assistentem nobis gratiam civium superiorum; habemus assistentia nobis merita & orationes vestras; habemus assistentem nobis fidem & devotionem Catholicorum Regum, qui unitatem Catholicam nobiscum & verbo profitentur, & operibus exequuntur. Omnes fere, quicumque censentur nomine Christiano. Comparatione vero tantae multitudinis modica est unius exceptio; unus siquidem excipitur, & ipse solus. Vae autem soli: quia si ceciderit, non habet sublevantem.

(d) If. 50.

Sed & ipse per misericordiam Dei convertetur & vivet; quoniam ipse est inter Principes terrae multa prudentia & virtute laudabilis; nisi gloriam suam divina gloriae praeponere decrevisset. Utinam humilietur sub potenti manu Dei, & principatum Ecclesiae suo praesente Principatui recognoscat: utinam intelligat, quia si Christum, Sponsum scilicet Ecclesiae Dominum confitetur, necesse habet & Ecclesiam, quae Sponsa est, nihilominus dominam confiteri. Praeterea specialem causam habet, qua sanctam Romanam Ecclesiam dominam cognoscere debet: alioquin manifestissime poterit reus ingratitude apparere. Si enim ad veteres recurramus historias, certum erit, praedecessores ejus Imperium non de alto jure, quam de sola S. R. E. gratia percepisse. Nihil igitur plus juris vendicare Principes possunt, quam quod in eos contulit dignatio largientis. Praeterea habemus assistentem nobis etiam Christum. Neque enim Ecclesiam ea nobis conditione tradidit, ut relinqueret: semper assistit: Non reliquam, (e) inquit, vos orphanos: vado & venio ad vos, vobiscum usque ad consummationem saeculi permanens. Adjutor itaque & protector nobis est in salutem.

XI. De Frid. Imp. prophetia.

(e) Joan. 4.

Cum

mensi, quem unicum habet suffraganeum, Ebovicensi Archiepiscopo sedere iussus est ad sinistram. In Vita Sancti Thomae cap. 14. sermo est de ejus professione ad Concilium Turonense, diciturque: Turonis jam appropinquans, tertio ni fallor die ante celebrandum Concilium, civitatem ingressurus, audito ejus adventu, mox universa civitas commovetur, & obviam exeunt universi; non solum civis & indigena; sed & persona Ecclesiastica, qua ad Concilium jam fere omnes convenerant, diversarum nationum Archiepiscopi & Pontifices, & quod minime taceendum, praeter Romana Ecclesia morem Domini Patres & Rectores Ecclesia Cardinales universi, longe prius quam civitatem ingrederetur, occurrerunt, praeterquam duo tantum, qui Domino Pa-

CHRISTI 1163.

ALEXANDRI III. PAP. 4.

FRIDERICI IMP. 9. MANUELIS IMP. 21.

XII.

Cum adjutorio itaque tot assistentium nobis nulla nos debet abstergere comminatio, nulla persecutio revocare; immo stare debemus ex adverso, & opponere nosmetipsos murum pro domo Israel. (a) Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Immo etiam ad confidentiam victoria obtinenda suo nos invitavit exemplo: Confidite, inquit, ego vici mundum. Si semel victus est, non erat invincibilis mundus: facilius nobis erit victoria vicium vincere, quam invictum Christum vincendum aggressus est & devicit. Dicebat aliquando: (b) Vide Dominus & considera, quoniam erectus est inimicus: nunc autem dicitur, quoniam dejectus est inimicus. Fiducialiter aggredi possumus jacentem & victum: quia si dejectus est, non resurget; si victus, non resurrexerit. Nulla ipsius ex hoc nunc resurrexerit, vel praesumptio praevaleret. Timeo tamen, ne aliquis forte submurmuret, praesumptuosum dicens emulari tantae perfectionis exemplum. Facile, inquit, erat Christo mundum vincere qui creaverat mundum. Omnipotens enim nomen ejus, cui idem est & velle & posse: mihi non ita, quoniam infirmus sum, & conturbata sunt omnia ossa mea. Omne scilicet robur naturae meae peccati corruptione concussum, & ideo substantia mea tamquam nihilum coram ipso.

(a) 1. Cor. 10.

Exhortatio ad pugnam.

(b) Thron. 1.

XIII.

Sed nequaquam, domini & Patres mei, diffidendum, nequaquam desperandum est: quia sicut verba Christi nobis ad doctrinam, ita opera proponuntur ad formam. Et sicut per doctrinam impossibile nobis est scientiae illius plenitudinem obtinere; ita per exempla ad aequalitatem virtutum ejus non poterimus pervenire. Sed licet attingere non valeamus eminentiam majestatis; proficere tamen poterimus ad aliquam saltem similitudinem sanctitatis. Proderit imitari, etsi nemo valeat aequare. Citra perfectionem ejus subsistit nostra perfectio. Prosequi debemus, etsi

consequi non possimus. Non eisdem passibus, sed eodem tramite, ejusdem est vestigiis insistendum. Quod si aliqua etiam de hominibus exempla quaerantur: multos homines victores mundi poterimus invenire. Videamus Apostolum, hominem scilicet peccatorem, sicut & nos, non quantum nos, qui (c) dicat se minimum Apostolorum, & indignum vocari Apostolum, quoniam persecutus est Ecclesiam Dei (d). Bonum, inquit, certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: de caetero reposita est mihi corona justitiae. Certavit Apostolus, de certamine victoriam, de victoria consecutus est coronam. Cucurrit & consummavit cursum, ideoque bravium affectus est: idem bravium, quod corona. Tu autem quis es, qui quavis coronam sine victoria, vel sine concertatione victoriam? Impossibile est de facto sine concertatione vicisse, improbabile est de jure coronam sine victoria postulare. Neque enim coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Lex autem certaminis perseverantia est. Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: idem profecto salus, quod bravium & corona.

Ab exemplo.

(c) 1. Cor. 15.

(d) 2. Tim. 4.

XIV.

Amplius, si major vobis de hominibus placeat pluralitas exemplorum, infirma fere Martyrum millia nobis occurrunt, qui ad certamen istud toto desiderio occurrerunt, & demum victoriam crucientam quidem, sed tamen cum letitia, & gloria preceperunt. (e) Numquid non ibant Apostoli gaudentes a conspectu consilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine JESU contumeliam pati? Numquid non Stephanus inter lapides ipsos pro lapidantibus supplicat & exorat? Numquid non Petrus & Andreas de cruce praedicant veritatem? Numquid non Laurentius de craticula tyranno laceratus insultat? Numquid non carnifices ipsos ad equuleum praevincere invincibilis Vincentii fortitudo festinat? Sed & si de infirmiore sexu quaeratur exemplum, Agatha latissime & gratulanter ibat ad carcerem, & quasi ad epulas invitata,

(e) Act. 5. Sanctorum victoriarum.

ago-

PAGIUS

Papa, ne in tam celebri frequentia sine lateribus esset, considebant.

VI. Christianus Sedem Moguntinensem invadit.

Baronius num. XVI. refert ex Romualdo Archiep. Salernitano hujus aetatis Scriptore, tempore hujus Concilii Conradum Imperatoris consanguineum, Electum Moguntinensem, cum nollet consentire Imperatori, in Franciam festinum advenisse, & Papam postmodum secum Romam duxisse, deinde in Cardinalem Episcopum Sabinensem promovisse, & postremo in Moguntinum Archiepiscopum; sed Imperatorem ira commotum, Christianum nomine Cancellarium suum in Moguntina Ecclesia eligi fecisse. Verum is Auctor, licet coetaneus, de rebus extra Italiam gestis quandoque non bene edoctus, Chronographus enim Reicherspergensis, qui hoc tempore in Germania vixit, anno MCLXIII. refert Eberhardum Archiep.

Saltzburgensem occurrisse Imperatori cum Hartmanno Brixinenfi Episcopo, & ambos honorifice susceptos esse, & ab ipso Imperatore, & a noviter Electo ejusdem urbis (nempe Moguntinae) domno Chuonrado, fratre Palatini Comitum, Saltzburgenfi Ecclesia prius Canonico. Tum ad annum MCLXV. idem Chronographus ait: Electus Moguntiacensis Dominus Chuonradus, qui ante obedientiam fecerat per se Alexandro, dum iret ad limina S. Jacobi solus fere nocte de Curvia fugiens propter juramentum, venit in Franciam ad Alexandrum, & ibi exulabat. Non itaque ante illum Christi annum Conradus in Galliam ad Alexandrum III. venit, nec Christianus hoc anno Moguntinensis Praefectus, sed anno MCLXI. ut anno MCLX. diximus. Cumque anno MCLXV. Conradus Archiepiscopatum Moguntiae deserere coactus fuisset, imp-

agonem suum Domino precibus commen-
dabat. Prius me deficiet dies, immo
totum longioris anni spatium expirabit,
quam Sanctorum victoria plane valeant
enarrari. Hi revera fuere viri fortes,
& ad bella doctissimi, qui humilitate su-
perbiam, tyrannidem patientia device-
runt. Ceterum benignius agit cum infir-
mitate nostra misericors & miserator Do-
minus. Ipse enim conscius est infirmitatis
nostrae, utpote qui novit figmentum no-
strum. Tolerabilem itaque facit patien-
tiam nostram. Revera sicut dictum est,
facit cum labore proventum. Nulla ergo
adversum nos veteris sevitiae commenta
procedunt, immo etiam sustinemur in e-
quis & curribus ambulare, in magnis
quandoque & mirabilibus super nos epu-
lari splendide, pretiosis indui honoribus,
& divitiis abundare. Paupertatem Chri-
sti verbo praedicamus, sed minus exhibe-
mus exemplo: nisi quia fortasse paupertatem
ejus in nobis spiritualiter divitiarum
contemptus & humilitas sancta restaurat.
Neque enim requiritur a nobis divitia-
rum indigentia, sed contemptus. Diviti-
a, inquit, (a) si affluant, nolite cor
apponere. Non dixit ne affluant, sed ne
cor apponatur. Porro cor prohibuit ap-
ponere, sed non manum. Profecto Prophe-
ta in omni affluentia divitiarum, paupe-
rem se praedicat & egenum. Possumus ita-
que licite divitias possidere, si tamen ea-
rum nos non reputaverimus dominos, sed
ministros. Si intellexerimus patrimonium
pauperum esse patrimonium Christi, si pro-
ventibus Ecclesiae, si pauperum necessita-
tibus erogantur. Alioquin fures & la-
trones nos ratio manifesta convincet, si
res alienas in vitis dominis nostro praesum-
perimus arbitrio contrectare.

XV.
Exulibus
pro Ec-
clesia ero-
ganda
divitiarum.

PAGIUS

VII.
Et qui-
dem exe-
unte anno
MCLXV.

perator, qui priorem Christiani electionem con-
temptui habuerat, eum Archiepiscopum esse
voluit.
Porro Romualdum laudatum errasse extra
omne dubium ponit Joannes Saresberienfis in
Epist. XXXIII. lib. 1. ad Sanctum Thomam
Cantuariensem data paulo ante Papae Gallia
discessum anno MCLXV. in qua ait: Desidero
de eo (nempe de Papa) audire prospera, eo ma-
gis quo illi ex magna parte, inter quos mo-
ror, ei vaticinantur adversa. Dicunt enim quod
Pisani, & Genuenses, ac etiam Arelatenes ma-
le ingressi sunt ex mandato Teutonici Tyranni
(scilicet Friderici) ut ei tendant insidias, &
pyraticam exercent; ut sine manu ductione eorum
nulli omnino liceat navigare in illo mari. Adii-
ciunt etiam quod in Ecclesiam Moguntinam ve-
lit intrudere illum non Christianum, sed An-
ti-Christum Apostatam suum, qui Reginaldo suc-
cessit in officio Cancellariae & persecutione Ec-

rum dispendia pertulerunt. Causa commu-
nis est, sed in eos omne detrimentum,
omnis est conversa vexatio. Nos enim in-
tra domesticos parietes nostros tribunalia
nostra sublimiter insidemus; ipsi de sedi-
bus suis contumeliose & violenter ejecti
peragrunt regiones. Nobis omne solatium
cum affluentia divina pietas administrat;
ipsi de manibus alienis subsidia vitae cum
silentio patienter expectant. Nobis neces-
sariorum nostrorum & familiarium ordo
longus assistit; ipsi inter ignotos vitam qua-
si solitariam degere compelluntur. Si quam
tamen eis consolationem emendicata suf-
fragia praestiterunt, indignum est ab eis
beneficia quaerere, quibus tu consueveris
exhibere. Aperiamus itaque eis viscera
pietatis, & in eos omnem compassionis
& venerationis effundamus affectum, i-
psosque cum omni beneficentia & gra-
tia complectamur: quia tunc adimplebi-
mus (b) legem Christi, si alter alterius (b) Gal. 6.
invicem onera comportemus. Viri pruden-
tes sunt & multa commendabiles honestate,
quos Dominus elegit tamquam aurum
in fornace probandos, ut per eos impen-
dio personarum & rerum Ecclesiae victo-
ria consummetur. Felices sunt, quibus
datum est pro aeternis transitoria commu-
tare. Feliciores sunt, qui mortem vel
corporales injurias sunt experti, & im-
prettabilem sanguinem Christi suo indi-
gno & corruptibili sanguine compensarunt.
Quid enim? Numquid sanguinem Chri-
sti in causam nostrae redemptionis expen-
dimus, ut ipsum ei in tempore retribu-
tionis, scilicet cum ipse requisierit, sol-
veremus? Mutuatus est peccator, & non
solvet: nos autem, Domino miserante,
solvemus, qui consistemur nos non artifi-
cio civili, sed re ipsa interveniente na-
turaliter obligatos. Utinam, bone JESU,
detur & mihi tecum pro spiritualibus tuis
temporalia mea commutare! utinam san-
guinem meum tibi pro tuo recipere placeat
in solutum! Vel quia crediti & debiti

san-
cti & collisione ac strage gentium & ever-
sione civitatum. Dicitur enim hoc promeruisse in
eo, quod Thusciam totam Teutonicis subdidit,
& Campaniam, ut Romanis nihil relictum sit,
nec in agris, nec in olivetis, aut vineis, ex-
tra moenia Urbis. Unde, ut ajunt, inclusus
populus, & quasi affectus inedia obtinuit mul-
tis precibus, & pecunia data inducias usque
ad Festum S. Michaelis. Tunc nisi dominus Pa-
pa interim venerit, & subveniret, recepturi
Guidonem Cremensem (Antipapam) & in ver-
ba Teutonicorum juraturi. Et ne aliquid sub-
traham, asserunt nescio, quas Prophetissas va-
ticipatas esse, unde furor Teutonicorum potest
amplius inflammari, & unde Schismatici ani-
mantur. Rexit Christianus Ecclesiam Mogunti-
nensem usque ad annum MCLXXXIII. quo
vita functus est, & toto illo tempore in fla-
granti Imperatoris gratia fuit, ut ex dicen-
dis perspicuum fiet.

sanguinis, scilicet tui & mei, invicem
astimatio non concurrat, saltem benignis-
sima acceptatione liberatus absolvar, qua
scilicet consuevisse justitiam accepto fer-
re sine operibus, & praemia sine meritis
pro gratia scilicet bonae actionis gratiam
retributionis inferre. Hucusque in codi-
ce, sed mea sententia, sine carere ipsa
videatur oratio.

XVI.
Conrad.
electus
Mogunt.
venit ad
Synod.

Dum ista in Turonensi Concilio coe-
pta essent aditari: post alios, qui illuc
convenissent Catholicae communionis E-
piscopi, convolvavit & Conradus Archie-
piscopus Moguntinus electus, de quo
ista Romualdus Archiepiscopus Salerni-
tanus hujus temporis scriptor fidelis:
Tempore Concilii hujus Conradus nobi-
lis clericus Alemanniae, & Imperatoris
consanguineus, qui in Moguntina Ecce-
lesia erat electus, nolens Octaviano & Im-
peratori schismatico consentire, Ecclesiam
suam deserens, ignorante Imperatore, ad
Alexandrum Papam in Franciam festinus
advenit. Quem Papa satis benigne reci-
piens, postmodum secum Romam usque ad-
duxit: dehinc in Cardinalem Episcopum
Sabinensem promovit: postremo in Mogun-
tinum Archiepiscopum sublimavit. Quo
audito Imperator ira commotus, Christianum
nomine Cancellarium suum in Mogun-
tina Ecclesia eligi fecit, & a suis Suffra-
ganeis consecrari. Haec ipse. Sed de eo
saepe inferius.

Christia-
nus Schi-
maticus.

XVII.

Quae autem in eodem Concilio Turo-
nensi sunt transacta, ita legitur in vita
Actis Alexandri Papae: In eo nimirum
Apostolica constituta sunt probata, & haec
capitula roborata denuo & promulgata.
Sed ut Robertus asserit, qui praesens ad-
erat, in primis illud aditatum, quod
Alexander Papa reddita plenissima ratio-
ne de sui legitima ad Pontificatum pro-
motione, ingesserit de intrusione & in-
vasione Octaviani querelam: quo factum
est, ut in ipsum atque complices ejus
omnes fuerit iteratum anathema. Quibus
serio valde peractis, pronuntiante e-
odem Alexandro Pontifice, aliquot in eo-
dem Concilio constituti sunt canones,
qui descripti reperiuntur in ejusdem A-
lexandri vitae Actis, necnon in codice
antiquorum canonum in Vaticana biblio-
theca, ubi ista praemissa leguntur:

* f. Mar-
tini.

Anno igitur Incarnationis Dominicae
MCLXIII. Indictione undecima, anno
quarto sui Pontificatus, quarto Kal. Ju-
nii, saepe dictus Alexander Papa in Ec-
clesia S. Mauricii Turonensi Concilium ce-
lebravit, in quo interfuerunt secum Car-
dinales numero XVII. Episcopi CXXIV.
Abbatibus CCCXIV. & aliorum, tam cle-
ricorum, quam laicorum maxima multitu-
do. In quo nimirum Apostolica constituta
sunt roborata, & haec nova promulgata
capitula:

Ann. Ecel. Tom. XIX.

Majoribus Ecclesiae beneficiis in sua in-
tegritate manentibus, indecorum nimis
videtur, ut minores clericorum praeben-
dae recipiant sectiones. Idcirco ut in ma-
gnis, ita quoque in minimis suis mem-
bris firmam habeant Ecclesiae unitatem:
divisionem Praebendarum, aut di-
gnitatum permutationem fieri prohibe-
mus.

Plures clericorum (quod merentes di-
cimus) eorum quoque, qui prius secun-
dum professionem, votis, & habitu reli-
querunt, dum communes usuras, quasi ma-
nifestius damnatas exhorrent, commodata
pecunia indigentibus, possessionem eorum
in pignus accipiunt, ultra sortem. Id-
circo generalis Concilii decernit auctori-
tas, ut nullus amodo constitutus in Clero,
vel hoc vel aliud usurae genus exercere
praesumat. Et si quis hactenus possessionem
alicujus data pecunia, sub hac spe in pignus
acceperit, si sortem suam deductis expen-
sis de fructibus iam recepit; absolute res-
tituat debitori. Sin autem aliquod munus
habet, eo recepto possessio libera ad do-
minum revertatur. Quod si post hujusmo-
di constituta in Clero quisquam extiterit,
qui detestandis usurarum lucris insistat:
Ecclesiastici officii periculum patiat, ni-
si forte beneficium Ecclesiae fuerit, quod
redimendum ei hoc modo de manu laica
videatur.

Quamvis grave nimis & divini dignum
animadversione iudicii habeatur, quod
laici quidam quod sacerdotum est, usur-
pant in Ecclesiasticis rebus: majorem id
formidinem incutit ac dolorem, quod fo-
mitem sui erroris, qui ipso, Deo au-
dore vacare asserunt, alant; dum qui-
dam fratrum & Coepiscoporum nostrorum
aliorumque Praelatorum Ecclesiae decimas
eis & Ecclesiarum dispensationes indul-
gent, & in devia eos mortis impellunt,
qui praedicatione ipsorum ad vitam viam
fuerant revocandi. De quibus dicit Do-
minus per Prophetam: (a) Peccata popu-
li mei comedunt, & ad iniquitatem pro-
vocant animas eorum. Unde statuimus ut
si quis alicui laico in saeculo remanenti
Ecclesiam, decimamque concesserit: a suo
statu tamquam arbor, quae inutiliter ter-
ram occupat succidatur, & donec se e-
mendet, lapsum suum deslens, subja-
ceat dolore prostratus.

In partibus Tolosa damnanda haereticis
dudum emerit, quae paulatim more can-
cri ad vicina loca se diffundens, per
Guaesontiam & alias provincias quamplu-
rimos jam infecit. Quae dum in modum
serpentis intra suas evolutiones abscondi-
tur, quanto serpit occultius, tanto gra-
vius periculum in simplicibus commolitur.
Unde contra eos, Episcopus & dominos
sacerdotes omnes in illis partibus commo-
vantes vigilare praecipimus, & sub inter-

XVIII.
I.
* esse Vat.
* junio-
res. V.
* deest in
Vat.

Canonis
Concilii
Turon.
2.
* saeculum
V.

* & pro-
venientes
fructus. V.

* posses-
sionem. V.
* minus.
V.

3.
* in ipso
Clero di-
cuntur a-
liquo in-
venire,
dum. V.

(a) Ose 4.

* ruinae
suae. V.

4.

* deest in
Vatic.

minatione anathematis prohibere, ut ubi cogniti fuerint illius heresis sectatores, ne receptaculum quisquam eis in terra sua præbere, aut præsidium impertire præsumat. Sed nec in venditione, aut emptione aliqua cum eis omnino commercium habeatur; ut solatio saltem humanitatis amisso, ab errore via sua respicere compellantur. Quisquis autem contra hæc venire tentaverit: tanquam princeps iniquitatis eorum, anathemate feriatur? Illi vero si deprehensi fuerint, per Catholicos Principes custodiae mancipati, omnium honorum amissione mulcentur. Et quoniam de diversis partibus in unum latibulum crebro convenerunt, & præter consensum erroris, nullam cohabitandi causam habentes, in uno domicilio commorantur: talia conventicula & investigentur attentius, & si vera fuerint, canonica severitate vitentur.

Quoniam enormis quædam consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum Patrum constitutiones invaluit, ut sub annuo pretio sacerdotes ad Ecclesiarum regimen constituentur: id ne fiat, modis omnibus prohibemus. Quia dum sacerdotium sub hujusmodi mercede venali disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

Non satis utiliter in populo avaritia redarguitur, si ab his, qui in Clero constituti videntur, & præcipue, qui contempto sæculo, religiosum nomen profitentur, regula quam susceperunt, non observatur. Prohibemus igitur, ne ab omnibus, qui ad religionem transire voluerint, alia pecunia requiratur; & ne Prioratus, aut capellaniam qualibet monachorum, aut clericorum, decimæ detractio vendantur; neque ab eo, cui regimen ipsarum committitur, pro earum commissione exigatur. Hoc autem simoniacum esse, sanctorum Patrum auctoritas manifeste declarat. Unde quisquis de cætero hoc attentare præsumperit: tam qui dederit, quam qui receperit, partem se cum Simone non dubitet habiturum. Pro sepultura quoque, christi & olei sacri perceptione, nulla cuiusquam pretii exactio intercedat: neque sub obtentu alicujus consuetudinis reatum suum quisquam tueatur; quia diuturnitas non minuit peccatum, sed auget.

Quia in quibusdam Episcopatibus Decani quidam, vel Archiepresbyteri ad agendas ipsorum vices seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas constituuntur sub annuo pretio, quod ad sacerdotis gravamen, vel subversionem judiciorum non est dubium redundare: id ulterius fieri districtius prohibemus. Quod si facere præsumperit quisquam, removeatur a Clero. Episcopus quoque, qui hæc in sua diocesi sustinuerit, & Ecclesiastica judicia patitur dis-

simulatione perverti: canonica distinctione plectatur.

Non solum maximopere antiqui hostis invidia infirma membra Ecclesiæ precipitare laborat, sed manum mittit ad desiderabilia ejus, & electos quoque nititur supplantare, dicente Scriptura (a): *Esca ejus electa. Est enim genus hominum, qui quidem sine causa operari se putant, ubi pretiosus aliquod membrum Ecclesiæ fuerit, aliqua calliditate subtrahunt. Inde nimirum est, quod se in Angelum lucis more solito transfigurans, sub obtentu languentium fratrum considerandis corporibus, ad Ecclesiastica negotia fideliter pertractanda, Regulares quosdam ad legendas leges, & confessiones phycas ponderandas, de castris suis educit. Unde hæc sub scientia spirituales viri mundanis rursus actionibus circumdantur, & in interioribus eo ipso deficient, ex quo se alios putant in exterioribus proficere. De præsentis assensu huic malo obviantes, statuimus, ut nullus omnino post votum religionis, post factam in aliquo religioso loco professionem, ad phycam, legesve mundanas legendas permittatur exire. Si vero exierit, ac ad claustrum suum infra duorum mensium spatium non redierit: ab omnibus evitetur, & in nulla causa, si patrociniū præstare præsumperit, aut tentaverit, audiat. Reversus autem ad claustrum in choro, Capitulo, & mensa ultimus Fratrum semper existat; & nisi ex permissione forsan Sedis Apostolicæ, totius spem promotionis amittat.*

Ad hæc, ordinationes factas ab Octaviano, & aliis schismaticis & hereticis, evacuamus, & irritas omnes esse dicimus, & decernimus. Hæc ibi. Porro deest decimus canon, qui descriptus habetur Extrav. De pœnis capite quarto. Hactenus ejusdem Turonensis Concilii canones. Leguntur idem fere omnes apud Willelmum (b) Neubrigensem, sed inverso ordine. Pergit auctor: Celebrato itaque Concilio, dominus Alexander Papa a prædictis Regibus tale recepit mandatum, ut si moram in aliquo suorum regnorum loco assiduum facere vellet: eligeret villam, vel civitatem, quæ sibi magis placere videretur. Unde factam est quod ad civitatem Cenomaniensem moraturus accessit, quoniam ipsa metropolis valde formosa erat & fertilis. In quo loco a Kalendis Octobris usque ad Pascha secundi anni moram diuturnam faciens universalis Ecclesiæ negotia inibi pro sui debito officii pertractavit. Hucusque ibi de rebus ab Alexandro gestis hoc anno. Spectat ad hæc etiam, quod haud tuta veritate asseritur S. Thomas hoc tempore se ab Archiepiscopatu abdicasse. Et enim (c) Neubrigensis post recensitos

8.
(a) Job. 40. iuxta LXX. * deest in Vat.

9.
(b) Neubr. l. 2. c. 15.

(c) Id. ib. c. 16.

canones Concilii Turonensis, hæc de Thoma Archiepiscopo Cantuariensi habet: *Secundo promotionis suæ anno Concilio Turonensi interfuit, ubi (ut dicitur) pontificatum minus sincere & canonice operam, manumque regiam susceptum, laicam scilicet investituram, pungentis conscientia stimulus non ferens, secreto in manus domini Papæ resignavit. Quod factum approbans Alexander, pastoralem illi sarcinam Ecclesiastica manu rursus imposuit, & in homine scrupuloso turbata conscientia læsionem sanavit. Hæc Neubrigensis. At hæc postea facta esse, suo loco dicitur inferius. Sed & correctione dignus in eo est idem Neubrigensis, dum ad excusationem Regis unam tantummodo causam illam refert de concitata discordia in S. Thomam & Regem, quod non siverit Sanctus Regem lege agere contra facinorosos clericos. Cæterum etsi ista intercessit alias plures causas iustissimas præcessisse, quibus oportuit a sancto Thoma Regem corripere, quæ mox dicturi sumus, ostendunt. Prosequamur igitur redeuntem ex Concilio Turonensi ad suam Ecclesiam ipsum sanctum Archiepiscopum Cantuariensem, ut discamus, magnæ controversiæ primordia, cujus causa per septennium apud Rom. Ecclesiam frustra laboratum est, ut inter ipsum & Regem Anglorum scissa concordia uniretur. Perdurasse pacem post reditum una cum Rege & unanimem concordiam usque ad translationem S. Eduardi Regis, solemni ritu hoc anno habitam tertio Idus Octobris, in superius citata (a) historia affirmatur, quæ quidem facta translatio describitur in Appendice ad Vitam ipsius sanctissimi Regis. Sed quænam ista secuta sint, iidem quatuor auctores qui præsentis erant rerum sancti Thomæ scriptores, sic narant:*

(a) Extat apud Sur. t. 1. die 5. Jan.

XIX. S. Thom. ex Conc. redit in Angl.

Cum autem ex Concilio Turonensi in Angliam est reversus (secundus iste annus fuit ab ejus consecratione) ab ipso Rege ut pater a filio hilari vultu suscipitur, & obsequio colitur: sed post hæc oriri cœptæ simultates, dum absque animi Regis offensione sanctus Thomas quæ sunt munera Evangelici pastoris exercet, in quibus obeundis, dum Ecclesiæ prædia a laicis usurpata, male vero a prædecessoribus alienata, recuperare laborat, plurimorum eorumdemque potentium a se avertit animos. Inde vero cum regium Fiscum pertigit, Regem ipsum paulatim sibi reddidit insensum. Invaluerat in Anglia prava illa consuetudo, ut fructus vacantium Ecclesiarum Fiscus sibi a vide vendicaret: quamobrem oravit sanctus Thomas, ut duabus diu vacantibus sedibus Episcopalibus quam citius sui ordinarentur Episcopi. Sed & nonnihil per-

movit animum Regis, dum idem sanctus Thomas creatus Archiepiscopus abdicavit se a munere Cancellariæ, secundum illud (b) Apostoli: *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.* Optabat enim Rex eum sibi retinere ministrum. Accessit huc, quod Thomas injustam tributum prohibuit exactorem. His eodem tempore additum, quod homicidam presbyterum damnatum minime tradidit Curia sæculari, sed exautoratum tradidit monasterio. Simile quidpiam accidit de Philippo quodam Canonico facinoroso, quem non sic, ut Rex cuperet, pœnas dare compulerit Archiep. sed censuris tantum cohibuerit Ecclesiasticis.

(b) 2. Tim. 2. S. Thom. cum Rege Angl. discordia: initia.

Horum causa Rex indignatus, quod scilicet cum delinquentibus clericis ex legum sacrarum præscripto mitius ageretur, unde ipsi scelestiores evaderent: postulare instanter cœpit ab Archiepiscopo Thoma, ut hujusmodi facinorosi clerici post pœnam canonicam in eos irrogatam traderentur Curia sæculari. At hujusmodi Regis petitioni refragatus est sanctus Thomas, & cum eo complures Episcopi, rogantes omnes Regem se ab his abstinere, qui magis accenditur ira; de quo subdit ista Robertus: *Verum Rex nonnihil commotus ad hæc; sed eo amplius commotus, quod cerneret Archiepiscopum, & Episcopos adversus ipsum (ut reputabat) esse unanimes. Sicque constantes sciscitabatur mox, an consuetudines suas regias forent observaturi, replicans, illas tempore avi sui ab Archiepiscopis, & Episcopis, privatis & privilegiatis observatas, non oportere suo tempore tristi judicio damnari. Ad quæ Archiepiscopus, præhabito tamen cum fratribus suis consilio respondit: Illas se & fratres suos observaturos SALVO ORDINE SUO. Et id ipsum, & ex ordine responderunt pontifices singuli, sigillatim a Rege interrogati. Unus autem, Hilarius scilicet Cicestrensis Episcopus audiens, ob hanc omnium vocem Regem magis exacerbatum, Archiepiscopulo & Episcopis inconsultis, mutavit verbum, dicens, se regias consuetudines observaturum BONA FIDE, & profecto pro bono (ut reor) ut vel sic Regis sedaret animum. Sed Rex nihil mitigatus, ob idque ipsum quibusdam contumeliis affectum sprexit. Et ad Archiepiscopulum, & ad Episcopos se convertens, omnium sic una eademque voce audita, dicebat, aciem contra se firmatam, & venenum verbo illi inesse, & captiosum esse SALVO ORDINE SUO. Unde petebat, ut absolute absque adiectione regias consuetudines se observaturos promitterent. Archiepiscopus respondit ad hoc, quod fidelitatem juraverant, VITAM scilicet, MEMBRUM, ET HONOREM TERRENUM, SALVO ORDINE SUO: & quod in hoc HONO-*

XX. Quibus ex causis Rex commotus in Thom.

* communi. V.

* particip. V.

* conveniunt. V.

* inventa. V.

* deest in Vat.

* vices Episcoporum. V.

CHRISTI 1163.

ALEXANDRI III. PAP. 4.

FRIDERICI IMP. 9. MANUELIS IMP. 21.

RE TERRENO, regia fuissent consuetudines comprehense: & ad earum conservationem se minime in alia forma obligaturum, nisi in qua prius juraverant. Cum vero multum inclinata esset jam dies tota die Rex vexatus, in salutatis pontificibus, in ira, & indignatione multa subito recedit ab aula.

XXI. Equidem plus æquo & quasi feraliter, amota mente, Rex ipsa iracundiæ passione permoveri, & in transversum agi consuevit, ut uno vel altero hic tibi exemplo monstrandum; quo hoc ipso exordio controversiæ motæ cognoscas, quam arduum, quanque periculosum fuit cum ipso de quavis re quantumlibet iustissima disceptare. In epistola enim quadragesimaquarta ista leguntur ad sanctum Thomam conscripta de ipso Rege: Rex die quadam cum esset apud Cadomum, & de negotio suo, quod habebat cum Rege Scotiae, sollicitè pertractaret contra Richardum de Humet, qui pro Rege Scotiae loqui videbatur; in verba ignominiosa prorupit, & cum proditorem manifestè appellavit. Rex itaque solito furore succensus, pileum de capite projecit, baltheum discinxit, pallium & vestes quibus erat indutus, longius abiicit, stratum fericum, quod erat, supra lectum, manu propria removit, & quasi in sterquilinio sedens straminis cepit masticare festucas. Ista tunc edidit non tam iracundiæ quam furoris signa. De quo & ista sequenti epistola: Puerum, qui Regi litteras tradidit, in arcto fuisse positum, digitis ad oculos eruendos apposis, usque ad effusionem sanguinis &c. Ad hæc etiam Petrus Blesensis in (a) epistola ad Rogerium Decanum ista de moribus Regis; Illud caveas, ne accedas ad dominum Regem negotium tuum propositurus, donec per me vel per alium, qui ejus mores noverit, introitus prætentetur. Agnus enim est, dum placati est animi; leo vero, aut leone truculentior est dum vehementius excandescit. Non est ludus, illius indignationem incurrere, in cujus manu honor est & confusio, hereditas & exilium, vita & mors. Et in epistola ad Archiepiscopum (b) Panormitanum hæc habet, dum ejus describit effigiem: Oculi ejus orbiculati sunt, dum pacati est animi, columbini, & simplices; sed in ira & turbatione cordis quasi scintillantes ignem, & in impetu fulminantes. Et inferius: Quem semel exosum habuit, vix in gratiam familiaritatis admittit. Hæc Blesensis. Ex his inquam vides, Lector, quanto periculo resistendum eidem fuerit ab Episcopis.

(a) Petr. Bles. ep. 75.

(b) Id. ep. 66.

XXII.

Quæ autem ista sint secuta, pergit Robertus recensere: In recessu vero a Rege Episcopus ille, quem supra diximus, ab Archiepiscopale Thoma acriter est objur-

gatus, quod se & Episcopis inconsultis, commune omnium verbum mutare præsumpsisset. In crastino autem Rex munitiones & honores, quæ Archiepiscopus a Rege jam tempore Cancellariæ in custodia habuerat, repetita recepit, & nec salutans, nec salutatus a pontificibus, immo nescientibus ipsis, clam & ante lucanam horam Londonia recessit. Et quidem hoc grandis iræ & indignationis argumentum exitit. Quæ vero ista sint secuta, dicitur anno sequenti, quo fieri contigerunt.

Cum hoc statu res essent, Rex illud pravo consilio malignantium moliri cœpit, ut corpus illud unitum, nempe conjunctio animorum Archiepiscopi cum Episcopis, qua plane inexpugnabile redditum erat, scinderetur, atque ita dissolutum vincere posset: sicque factum, ut in gratiam Regis inferiora membra capiti rebellarent, & si quando eos canonica vellet auctoritate compescere; mox ipsi Sedem Apostolicam appellarent. Idem vero Sanctus ob ista in summa animi constitutus angustia, reddidit de his, Alexander Pontificem certiorum, ad ipsum cum litteris Nuntium mittens: qui ipsi compatiens has ad eum consolatorias (c) litteras reddidit, hac inscriptione in codice prænotatas:

Alexander Papa Thomæ Cantuariensis Archiepiscopo, initio tribulationis. Data nempe est hæc epistola hoc anno in fine mensis Octobris.

Litteras, quas nobis tua fraternitas destinavit, & ea quæ Nuntius tuus viva voce proposuit, attenta diligentia audivimus, & graves anxietates & amaritudines, quibus animus tuus assidue affligitur, plenius attendimus. Unde his auditis & cognitis, spiritus noster commotus est & valde turbatus, quibus cordi est libenter in tuis prosperitatibus delectari, & in adversis, tamquam fratri charissimo plurimum condolere. Tu ergo sicut vir constans, & prudens, recolens sæpe quod dicitur: (d) Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni facti sunt pro nomine JESU contumeliam pati: hujusmodi angustias in patientia tolere, & non plusquam oporteat tuus spiritus anxietur, sed dignam in te ipso consolationem recipias, ut & nos tecum pariter in eo consolemur, qui te ad corroboracionem Catholica & Christiana veritatis, hoc necessitatis articulo reservavit, & cujus beneplacitum est, eorum quæ minus licite commisisti, maculas abstergere, & per varias afflictiones punire, ne videantur in districto examine punienda reservari.

De cætero non tibi grave sit, nec (sicut ex litteris, quas clerico tuo misisti, accepimus) ulla ratione meticulosum, quod es ad Sedem Apostolicam appellatus; quia gra-

Quid molitus primo in Archiep. Thomam Rex Angliæ.

(c) Lib. 1. ep. 17.

XXIII. Epist. Alex. Pap. ad S. Thomam.

(d) Act. 5.

CHRISTI 1163.

ALEXANDRI III. PAP. 4.

FRIDERICI IMP. 9. MANUELIS IMP. 21.

gratum nobis est, & acceptum, & volumus, ut si illi qui te appellaverunt, forte venerint: tu per te ipsum, si tibi visum fuerit, appellationem ipsam omni dubietate & dilatione postposita prosequaris: nec umquam auctoritate Romanæ Ecclesiæ aliquis possit constantiæ tuæ timorem incutere, seu dubietatem. Quia nos jura, & dignitates Ecclesiæ tibi commissæ, quantum salva justitia & ratione poterimus, studiosus tibi curabimus, auctore Deo, conservare, sicut illi, quem in facta Ecclesiæ constantem reperimus & fortissimum propugnatorem.

XXIV.

Ad hæc fraternitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus te in Cantuariensem Ecclesiam recipias, & paucis quidem revertentis admodum necessarius, ad minus quam poteris per terram illam discurras. Illud autem specialiter suggerimus tui providentiæ, ut nullius timoris, vel adversitatis obtentu, quæ tibi possit accidere juri & dignitati Ecclesiæ tuæ abrenunciare cogaris. Data Senonis septimo Kalendarum Novembris. Hæc inquam ipse Alexander Papa ipsius persecutionis exordio, ita præparans commilitonem ad proxime venturum bellum.

(a) lib. 1. ep. 18.

Quibus Thomas acceptis, has (a) reddidit ad ipsum Alexandrum Pontificem litteras per Henricum familiarem, ad hoc ad ipsum in Curiam missum:

XXV. S. Thomæ epist. ad Alexand. Pap.

Litteræ consolationis, quas vestra nobis dignata est paternitas destinare, magnum quidem mediocriter anxio afferre possent remedium, aut si saltem nostra circa unum aliquid figeretur angustia, spem nonnullam respirandi possemus ex eis concipere. At quoniam de die in diem malitia invalescit, multiplicantur injuriæ non nostræ, sed Christi, immo quia Christi, eo magis nostræ, succedentibus sibi invicem more fluctuum procellis: solum nobis videmus imminere naufragium, nec aliud consilium superesse, nisi ut Christum quasi dormientem in navi pro viribus nostris excitantes, (b) dicamus: Domine salva nos, perimus. Et hoc sane aptiorem malignandi noctua est iniquitas occasione, quod statum sanctæ Romanæ Ecclesiæ infirmiorum conspicit. Ut vere liqueat, quod quidquid in caput sive bonum, sive malum, sive dulce, sive amarum defluit, per barbam descendens, nec oram vestimenti relinquit intactam: eripitur JESU Christo quod sanguine suo comparavit, in ipsam ejus sortem potestas secularis manum extendit, adeo ut nec sanctorum Patrum sanctiones, nec statuta canonum, quorum apud nos etiam nomen exosum est, nec clericis quidem patrocinari valeant modo, qui ab hac jurisdictione bucusque speciali privilegio fuerunt exempti. Et quoniam enarrare vel persequi scripto quæ patimur, longum es-

(b) Mat. 8.

set, & tædiosum: ad vestram mittimus paternitatem magistrum Henricum fidelem & familiarem vestrum & nostrum, in cuius ore posuimus singula seriatim, prout vidit, & audivit, vobis exponenda. Et si placet, credite, tamquam si nos loquentes audiretis viva voce. Hoc tamen sciatis, quoniam si fieri posset, multo libentius vos in persona visitarem nostram quam in alia. Loquimur vobis sicut Patri & domino, & quod dicimus, summo silentio petimus occultari. Nihil enim nobis tutam est, cum omnia fere referantur ad Regem, quæ nobis in conclavi, vel in aure dicuntur. Væ nobis, qui in hæc servati sumus tempora, quorum diebus accesserunt hæc mala, qui in priori statu tanta potiti sumus libertate, quam modo duræ & pessimæ servitute recompensamus. Fugissemus saltem, ne in direptionem patrimonium Crucifixi dari videremus: sed quo, nisi ad eum qui nostrum refugium & virtus est, ignoramus. De Vuallensibus & Ono qui se principem nominat, domine provideatis, quia dominus Rex super hoc maxime motus est & indignatur. Charissime Pater & domine bene valete. Eodem quoque argumento, eodemque Nuntio scripsit ad Humbaldum (c) Cardinalem Episcopum Ostiensem. Dedit item litteras ad Bernardum Episcopum Cardinalem Portuensem: nec non ad Albertum presbyterum Cardinalem alias, alias vero ad Hyacinthum diaconum Cardinalem, quæ omnes integræ in eodem codice aservantur.

(c) Eod. cod. l. 1. ep. 19. 20. 21. 22.

Post hæc Alexander subodoratus ventura prælia, præparat se ad resistendum, monens tam ipsum, quam omnes Episcopos Angliæ, ne quid Regi indulgeant contra libertatem Ecclesiasticam. & quod Regi promississent contra eandem libertatem, non servent; quæ datæ habentur ad ipsum Thomam, & ad omnes Episcopos Angliæ istis verbis: (d)

XXVI.

Ad hoc pontificalis officii onus suscipere noscimini, ut commissas vobis Ecclesiæ sic ad honorem Dei, & subditorum profectum, atque salutem regatis, quod earundem Ecclesiarum libertas per vos nullatenus minuatur, sed in suo statu, per studium vestrum & per operam servetur. Inde siquidem est, quod fraternitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, & in virtute obedi-

(d) lib. 1. ep. 91.

Admonitio Alex. Pap. ad Episc. Angl.

Admonitio Alex. Pap. ad Episc. Angl. præter id, quod Episcopi, suis Regibus fa-

CHRISTI
1163.ALEXANDRI III. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 9.
MANUELIS IMP. 21.

facere consueverunt. Si autem jam dicto Regi super hujusmodi vos in aliquo adstrictos cognoscitis: Quod promissis, nullatenus observetis, sed hoc potius revocare curetis, & de promissione illicita Deo studeatis & Ecclesie reconciliari. Hæc Alexander, custos vigilantissimus sacrorum canonum, nihil in gratiam Regis præsumptum contra eos finens, quamvis eidem Regi ob recentia accepta beneficia plurimum deberet. Reliqua anno sequenti.

PAGIUS VIII. Ad num. XXVII. Tyrius lib. 18. cap. ult. postquam narravit Milisidam Balduini III. Hierosolymorum Regis matrem tertio Idus Septemb. viam universæ carnis ingressam fuisse, ait hunc anno ab Incarnat. Domini MCLXII. regni ejus anno vigesimo, quarto Idus Februarii obiisse, & liberis non extantibus Amalricum fratrem regni hæredem instituisse. Tum initio libri 19. scribit ei successisse Amalricum fratrem unicum anno ab Incarnat. Domini MCLXIII. præfidente Sanctæ Romanæ Ecclesiæ domino Alexandro, Pontificatus ejus anno tertio. Verum loco, anno MCLXIII. legendum, anno MCLXII. ut annus tertius Pontificatus Alexandri III. demonstra: præterquam quod Tyrius subdit, Amalricum duodecimo Kalend. Martii sublimatum esse die octava post fratris obitum. His adde anno MCLXII. diem decimum octavum mensis Februar. in dominicam incidisse, quo die hujusmodi solemnia de more peracta. Denique quæ Tyrius in Amalrici morte narrat ostendunt, eum quo diximus anno regnum Hierosolymitanum suscepisse. Erravit itaque Chronographus Andegavensis Tom. I. Biblioth. Labbei qui Balduini III. mortem in hunc annum differt, recteque illam Nangius in Chron. Auctor magni Chronici Belgici pag. 174. & Auctor Auctarii Affligemensis cum anno MCLXII. connectunt. Porro numeros in Tyrio sæpe corruptos esse vel liber ejus XIX. citatus perspicuum facit, cum præter dicta num. X. annus Incarnat. MCLXV. copulatur cum anno II. Amalrici Regis & quarto Idus Augusti, & paulo post annus MCLXVII. cum anno secundo Regni ejusdem & XV. Kalend. Novemb. [1]

IX. Quam pessimo loco essent Christianorum res in Syria, docet Epistola Amalrici Regis ad Ludovicum Franciæ Regem data, quæ XIII. ordinis est inter eas, quas retulit Bongarsius in Gestis Dei pag. 1178. *Lacrymabilem & luctuosum de Domino fratre nostro in Christo Rege B.*

Hoc idem anno, secunda Novembris, pfe udopapa Octavianus cum suis Laudem veniens, præfente Imperatore, & aliis Principibus, necnon Patriarcha Aquilejensi, aliisque Episcopis, & Abbatibus, solemnem peragit translationem corporis sancti Bassiani Episcopi, & ex veteri Laude in novam, iidem supponentibus humeros, cum Imperator & Imperatrix ad ædificandam Ecclesiam pecuniam obtulere. Describit ista Otto Morena in Laudensi Chronico pluribus.

Quod

(ideft Balduino III.) rumorem heu heu! vobis per præsentia scripta intimamus, denunciante vobis quoniam in die Scholastica Virginis, vocatione divina migravit ad superos, &c. Quia vero, Illustrissime, tota Christianitas in Oriente vehementer attrita, & gravius solito oppressa, nimium atque nimium laborat, tum ex infortunio R. (ideft, Rainaldi) illustris quondam Principis Antiocheni, qui, ut jam vos dudum audisse arbitramur, rediens ab expeditione captus fuit, casis aut captis fere omnibus illis, qui in comitatu ipsius erant; tum & ex terra motu, qui in præterito Augusto, totius Principatus Antiocheni castella, turres & municipia fere omnia funditus evertit, soloque coaquavit; rogamus Serenitatem Celsitudinis vestra, ut pro terra illa, quam Dominus sua corporali præsentia visitare, illustrare, & consecrare dignatus est; quam etiam, ut liquido constat, regnum vestrum spurcitiis infidelium potenter eripuit, & cultui divino vendicavit, sollicitus sitis, &c. Data ad Fontem Saphoria VI. Idus Aprilis. Captus autem fuerat Rainaldus de Castellione Princeps Antiochenus, dum onustus spoliis fugeret & cum aliis concaptivis Christianis spectaculum factus fuerat populis Infidelibus, uti narrat Tyrius lib. 18. cap. 28. qui subdit, id accidisse anno regni domini Balduini, XVIII. mense Novembri nono Kal. Decemb. ideoque anno Christi MCLX. captus & postea Boemundus tertius, qui ei in Principatum Antiochenum successit, uti anno sequenti videbimus. [2] Quare capto Principe populus regionis diebus singulis animis suspensis desolationem expectabat, ut subdit Tyrius num. XXX.

Continuator Chronici Sancti Petri Vivi postquam hoc anno narravit Alexandrum III. Concilium Turonense celebrasse, ait: In ipso vero anno venit idem venerabilis Papa Senonis cum multa caterva Episcoporum & Cardinalium S. Rom. Ecclesia, in festo Sancti Hieronymi, quod est

X. Alexand. III. longam moram Senonis fecit.

NOTÆ [1] Amalrici exordium ab anno præfenti removendum non esse in Nota ad A. 1173. 6. probabimus. MANSI

[2] Si Rainaldi principis Antiocheni captivitas cum anno 18. Balduini componenda est, vel ad annum 1161. vel 1162. referenda est, ut ex correctâ regni Balduini epocha, de qua nos ad A. 1142. 3. constat. Quæ sane chronologia nostra eo certior habenda est, quod & congruit cum diplomate Boemundi III. (qui capto Rainaldo successit) vulgato in Codice Diplomatico Melitensi to. I. pag. 242. Datum est illud anno Principatus (Boemundi) nono, ab Incarnatione Dominica MCseptuagesimo secundo, mense septembri, indictione sexta, epacta quarta, concurrenti VI. Annus Boemundi nonus ab anno 1162. proficiscitur. Indictio autem sexta cum mense septembri anni 1172. composita demonstrat in regionibus illis morem obtinuisse, ut indictiones septembri mense mutarentur. MANSI

CHRISTI
1163.ALEXANDRI III. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 9.
MANUELIS IMP. 21.

Rex Hierosolym. Amalricus. Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno Amalricus succedens Balduino fratri defuncto coronatur Rex Hierosolymorum. Antequam autem coronaretur coactus est ab Apostolicæ Sedis Legato

Joanne sanctorum Joannis & Pauli presbytero Cardinali simul cum Patriarcha Hierosolymitano dimittere uxorem, quam sibi in quarto consanguinitatis gradu conjunctam, Patriarcha refragante duxisset, & ex

PAGIUS est II. Kal. Octob. ubi a prudentissimo Hugone ejusdem urbis Archiepiscopo, & multis Episcopis, Abbatibus, & omnibus vicinarum Ecclesiarum Conventibus, in Ecclesia B. Protomartyris Stephani honorifice est receptus. In ea siquidem urbe per annum & dimidium in Sede Archiep. commoratus, in sequenti anno a præfato Hugone Archiep. & Clericis ejusdem Ecclesia rogatus, consecravit eis altare in honorem beatorum Apostolorum Petri & Pauli in Ecclesia nova XIII. Kal. Maii, in qua die fuerunt tunc temporis octava Dominice Resurrectionis (anno enim sequenti Pascha in diem XII. Aprilis incidit, ideoque & ejus octava in diem XIX. ejusdem mensis.) Postea vero dedicavit Ecclesiam B. Virginis & Martyris Columba VI. Kal. Maii, &c. In Ecclesia vero B. Petri Vivi a Girardo venerabili Abbate & Fratribus ejusdem Ecclesia, sapissime cum honestissimis & jocundis processionibus, & maxima exultatione susceptus, multoties ibi solemniter Missa officium celebravit, ipsumque locum, & ejus habitatores sicut bonus & pius pater benedictionum suarum consecratione sapius munivit. [1]

XI. Post Concilium tamen Turonense, non Senonas sed ad monasterium Dolense venit Alexander III. Scriptor enim Historiæ Vezeliacensis lib. 4. pag. 584. de eo ait: Regressus a Concilio Turonico in Dolensi monasterio degebat, antequam pag. 582. de eodem scripserat: Tempore Quadragesime accessit ad Ludovicum Regem in urbe Parisiorum. A quo susceptus honorifice secundum morem Romana Ecclesia, portavit ipse rosam auream dominica qua cantatur, Latere Jerusalem. Peractisque Paschalibus solemnibus consecravit Basilicam Monasterii B. Germani de Prævis, cui præerat Hugo de Moncellis Monachus Ecclesia Vezeliacensis. Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 535. loquens de Concilio Tu-

ronensi recitat Epistolam Alexandri III. Ludovico Francorum Regi scriptam, & cum rosa aurea missam, in qua ait: Ex antiqua Romanorum Pontificum institutione noscitur processisse, quod media quadragesima ea dominica, qua cantatur, Latere Jerusalem, consueverunt ipsi florem aureum non gratia temporalis delectationis propriis manibus annua semper revoluzione gestare. Et postea quid flos ille aureus mystice denotet, exponit. Alexander III. adhuc in Dolensi monasterio erat VII. Kal. Julii indict. XI. ut videre est Tom. III. Conciliorum Hispaniæ ab Eminentissimo Card. Daguerre editorum, Idibus Julii, ut legere est apud Duchesnum Tom. IV. pag. 613. & XV. Kal. Octob. ut ibidem pag. 621. indeque Senonas venit.

XII. Corpora trium Magorum, inquit Chronographus Affligemensis ad hunc Christi annum, a Rainaldo Colonienfi Elefco de Ecclesia quadam, civitati Mediolanensi contigua, translata sunt, & cum magno gaudio & exultatione totius provincie processione mirabiliter ordinata, Civitatis Colonienfi illata, & in Ecclesia sancti Petri reposita sunt. Si quis vult scire, quomodo de partibus suis translata sint Constantinopoli Mediolanum, id in Ecclesia sancti Petri Colonienfi inveniet. Sed hæc traditio videtur fabulis immixta fuisse. Miræus in margine ait, hæc ab aliis referri ad annum MCLXII. verum ex eo quod corpora illa anno superiori detecta fuerint, non sequitur eodem etiam translata fuisse. Neque Chronographus ille hoc tempore & in Colonia vicinis vivens hac in re falli potuit. Adhæc Chronographus Claravallensis a Petro Francisco Chiffetio publicatus, qui hoc ipso tempore vivebat, ad hunc annum ait: De tribus Regibus, qualiter venerunt de Mediolano Coloniam, per Archiepiscopum Renaldum, sub Imperatore Friderico. Neubrigenfis lib. 2. cap.

NOTÆ [1] Itinerarium Alexandri turbat potius quam illustrat V. Cl. meliusque digerendum suadent genuina documenta nuper exhibita in registro epistolarum Alexandri III. vulgato Veter. Monum. tom. II. col. 667. & seq. Constat igitur ex illis Alexandrum Montis Pessulani fuisse II. Kal. maii anno 1162. Dein ad Bituricos divertens, ibi agebat Non. maii ut ex epist. XIII. Inde venit ad monasterium Dolense, ut probat epistola XIV. data apud Dolense monasterium VIII. Kal. Julii. Diu hic versatum fuisse docet epistola XVI. data ibid. Non. Julii, epist. XVII. data ibidem XIII. Kal. augusti, denique epistola XVIII. scripta ibidem XI. Kal. augusti. Kal. augusti Brivatæ erat epist. XIX. Ex hac urbe iterum Bituricas se conferens ibi substitit a die VI. Id. augusti usque ad Id. septembris, qua die ex eodem loco data est epistola XXIX. ad Henricum Remensem. Succedit epistola XXX. data Turonis 7. Kal. Novembris. Annum 1162. totum in hac urbe exegit, ibidemque usque ad pridie Id. januarii an. 1163. hæsit, ut ex epistola XL. ad Henricum Remensem. Tandem ventum est Parisium, ut demonstrat epistola XLI. data Parisius IV. Id. februarii. In regia hac urbe produxit moram usque ad XI. Kal. aprilis anni 1163. ut ex epistola XLIX. Succedit pontificia statio Stampis XI. Kal. martii (mendose pro maii). E Stampis contulit se iterum pontifex Turonum unde scripta est die VII. Kal. junii epistola LI. scilicet & III. Nonas junii epistola LII. & Nonis junii epistola LIII. & LIV. & XV. Kal. Julii altera relata in Anecdotis Martenii t. I. col. 463. Gradus inde factus est Senonas unde tertio Nonas octobris data est epistola LV. Ibi reliquum hunc annum transegit, quin & annum cum dimidio ibidem commoratum scribit Nangius in chronico, quamquam varias interdum excursiones huc illuc fecit. Ex huc usque dictis liquet commorationem pontificis in Dolensi monasterio circa mensem Julium non ad præsentem 1163. sed ad superiorem 1162. pertinere, nisi forte bis, duobus succedentibus annis, eo perrexisse constituerimus. Colligimus insuper Turoni bis egisse in exitu nempe anni 1162. & iterum mense Junii anno 1163. MANSI

CHRISTI
1163.ALEXANDRI III. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 9.
MANUELIS IMP. 21.

& ex ea prolem geminam suscepisset: concessio tamen, ut duo ex ea nati filii

legitimi haberentur. Hæc pluribus (a) Tyrus.

Se-

(a) Vil.
Tyr. l. 19.
c. 1. &
4.

PAGIUS

cap. 8. ait: *Victor Imperator civitatem evertit; civis, quoniam se dederant, non disperdidit, sed disperfit. Præclaras illas Magorum Reliquias ibidem reconditas (Longobardis agræ ferentibus) in regnum Teutonicum transtulit, & thesauri hujus custodia civitatem Coloniam insignivit.*

XIII.
Frederic.
Imp. in
Italiam
redit.

Fredericus, qui anno superiori in Germaniam reversus fuerat, præfenti Pascha Vormatia celebravit, inquit Dodechinus in Chron. Hoc vero anno mense Octobri, uti narrat Acerbus Morena Laudam in Italiam rediit in comitatu Beatricis uxoris, Rainaldi Archiepiscopi Coloniensis, & plurium ab eo nominatorum. Fuit Papiæ medio mense Novembri, dein Modoetæ, indeque ad suburbium Viglentium urbis Mediolanensis. Scribit Tritanum Chalvus Fredericum accepta a miseris Mediolanensibus hac illuc dispersis pecunia, obsides quos in carcere retinebat eis reddidisse. Denique Ægidius de Aurea valle cap. 45. ait anno MCLXIV. post Henrici Episcopi Leodiensis mortem Rainaldum Archiepiscopum Coloniensem obtinuisse corpora sanctorum Martyrum Felicis & Naboris, qui in eadem urbe Mediolanensi passi fuerant pro Christo. Sed, ut notat Puricellus in Monument. Basil. Ambros. hic Auctor in non paucis fallitur; Nabor & Felix apud Laudam martyrium fecere, eorum corpora a piissima femina Savina nominata Mediolanum delata sunt. Trium Magorum corpora hoc anno in urbem Coloniensem translata, & Henricus Episcopus Leodiensis hoc anno adhuc in vivis erat. [r] Nihilominus ante annum MCCXXX. in Germania inferiori cre-

ditum fuit, horum sanctorum corpora Coloniæ fuisse delata. Qua in sententia fuit Corius Mediolanensis Historicus. Carolus tamen a Basilica Petri, vivente Sancto Carolo Borromeo Archiepiscopo Mediolanensi, qui horum sanctorum corpora quæ tunc Mediolani existere credebantur transtulit, conatur refellere. Corium, eique adhæret Puricellus innixus traditione contraria, & constanti Mediolanensium. Verum quomodo traditio illa constans esse potuit; cum Corius, qui res patrias diligenter scripsit, eam negarit. Sed hæc viderint alii.

Hoc anno, anno vero Hegiræ DLVIII. *Abdelmumen* Almohadum Imperator ex Africa in Hispaniam trajecit, cumque *Salam* urbem Mauritanæ Tingitanæ portu suo celebrem pervenisset, lethali morbo affectus *Mahometem* filium natu majorem quem successorem declararat, de gradu dejecit, eique substituit *Josephum* filium natu minorem. Rodericus lib. 7. cap. 9. hanc successionem plane perturbat; ait enim mortuo *Abdelmumo* successisse *Aveniajacob* filium, & huic fratrem ejus *Abenjuzef*, sed fallitur; *Jacobus* enim *Almansor Ebn Juzeph* successit patri *Josepho*, uti *Diagus, Escolanus, Marmolus*, & alii Historici Hispani recte notarunt. Noveirius, quem sequor, tradit *Abdelmumen* vita functum anno Heg. DLVIII. in fine ultimi Giomadi, aut sexti mensis Arabici, qui hoc anno in diem XI. Junii incidit. Historia rerum in Hispania & Africa per hæc tempora apud Christianos gestarum tantam connexionem habet cum Historia Arabum, ut sine aliqua hujus notitia intelligi non possit.

XIV.
Successo
Imperato-
rum Al-
mohadum

NOTÆ

[r] *Henricus episcopus Leodiensis hoc anno adhuc in vivis erat &c.* Immo hoc anno 1164. fatiſſe Papiæ mense auguſto, ut legitur in Historia Sire Raul, de qua nos in Nota ad A. 1162. 24. Vide Rer. Italic. to. VI. col. 2189. MANSI

JESU CHRISTI
ANNUS
1164.ALEXANDRI PAP. III.
ANNUS
5.FRIDERICI IMP. 10.
MANUELIS IMP. 22.

P.

Sequitur annus millesimus centesimus sexagesimusquartus, Indictione duodecima, idemque Ecclesiæ Catholicæ ob multa, quæ in eo contigere mala, admodum ærumnosus & laboriosus. Atque in primis, quod ad res pertinet Anglicanas, graviores in dies excitati sunt fluctus, non adobruendum tantum Cantuariensem Præmiam una cum universa Ecclesiâ Anglicana, sed ipsam sacrosanctam Catholicam (si licuisset) Ecclesiam demergendam una cum ejus Præfule Alexandro Pontifice. Siquidem Henricus ipse Rex Angliæ, sanctum Thomam obstinato animo persequens, in eundem Alexandrum Papam, ut eum ab Ecclesiâ dimoveret, studium omne convertit. At quomodo cuncta ista funesta adeo se habuerint, accipe: *Post turbulentum illum inter Episcopos Regemque congressum, & factam ob furorem Regis concitatam discessionem: ad evitanda instantia quæ in dies magis urgerent mala, atque longe graviora, quæ imminerent universæ Ecclesiæ Catholicæ damna, idem sanctus Thomas crebris impetitur multorum Episcoporum & Abbatum suasionibus, ne unius verbi occasione, seipsum una cum universa Ecclesia, in discrimen adeo patens importune valde coniceret, asserente & uno ex iis Abbate, hanc esse mentem ipsius Alexandri Romani Pontificis. His tandem persuasus Thomas (inquit Quadripartita Herebertus) urgente charitate apud Oxenfordiam ad Regem accessit, & verbum, quod Regi scandalo erat, se mutaturum promisit. Unde Rex jam aliquantisper sedatus, vultum exhibebat sereniorum Archiepiscopi, nondum tamen ut solito. Dicebat autem Rex, obligationem de regis consuetudinibus observandis vellet sibi fieri in forma hac, in Episcoporum, & procerum regni conspectu & audientia publica. Ad hæc ubi audivit de* Ann. Eccl. Tom. XIX.

publico indicendo conventu, malorum, præfagus rursus Thomas resilit; sed rursus impetitur precibus diverforum, quibus & cogitur ad horam cedere, exemplo Petri, (a) cum Judæis Antiochiæ Judaizantis, & Pauli id ipsum sæpius actitantis. Indicitur Clarendunæ Episcoporum conventus de cujus tempore indictionis in epistolarum libro primo post undecimam epistolam ista leguntur:

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimoquarto, Papatus Alexandri anno quinto, illustrissimi Regis Anglorum Henrici secundi anno decimo. De die autem ista habentur in fine: Facta sunt hæc quarta die ante Purificationem sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis, nempe trigesima Januarii. Qui autem huic interficere conventui numerantur omnes Episcopi Anglicani, & Comites, Barones, magistratus, & nobiles. Quæ autem acta sint, sic accipe a Willelmo in Quadripartita: Rex igitur (ut videbatur) regni & sacerdoti zelans pacem, sed sibi & Archiepiscopi suo minus providens, apud Clarendunam regnum convocat universum. Quo cum Præfules & proceres convenissent, exegit Rex instantius, ut promissa sibi solverentur. Verum Archiepiscopus licet Regi assentire promississet, suspectam tamen habens Regis promissionem, quam scilicet exigeret, & quia frequenter Princ. ad indebita manus extendant, modum ignorantes, elegit potius apud Regem, quam in legem Dei periclitari, ancumque serpentem conterere prius, quam pravitas in populo Dei pullularet. Jam quamvis exilium & carcerem metueret, Deum tamen pluris existimans, ex adverso ascendit. Ille minatur, iste refragatur: ille delirat, iste tacita prece suspirat. Interea temporis Saresberienſis & Norwi-

II.
Conventus
execrabilis
Clarendunæ
collectus.

E e cen.

narratæ lucem aliquam affundere possunt. Ad annum MCLXIII. ait: *Rex Angliæ Nuncios ad Dominum Papam consinia schismaticorum in Gallia deslinantem direxit, A. (idest Arnulphum) scilicet Luxoviensem Episcopum, & R. (idest Ricardum) Pictavensem Archidiaconum. Qui savitiam maris & fluctuum intra spatium trium mensium experti sexies, dum ad regni consuetudines auctoritate Summi Pontificis roborandas plurimum elaborassent, nec in aliquo profuissent, in ultimo reditu suo Regis animum adversus plurimos magis ac magis exasperatum mitigare non potuerunt. Ad annum MCLXIV. Ex mandato Regis concurrentibus Episcopis & Proceribus apud Clarendunæ VIII. Kal. Februarii post immensos tractatus Rex tandem ad hoc animos Prælatorum inflexit, ut regni consuetudines Archiepiscoporum & Episcoporum auctori-*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6657.
SÆC.
XII. © 25. ED. 6. P. 12. April. Indict. 12.
An. Eræ
Hisp. M-
CCII. JESU CHRISTI 1164.
An. Hegiræ
ALEXANDRI III. PAPÆ 6.
DLX, in-
choato
FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 13. IMP. 10.
die 18. MANUELIS COMNENI IMP. 21.
Novemb.
fer. 4.
A. C.
1164.
1.

A Num. I. ad XLV. Radulphus de Diceto, qui hoc tempore in Angliâ florebat, ea narrat de vexatione divi Thomæ Cantuariensis Archiep. quæ huic Historiæ accurate a Baronio

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 10.
MANUELIS IMP. 22.

ensis Episcopi, quos ab antiquo odio pœna manebat, timentes sibi ex impacati temporis occasione, verbis lacrymabilibus Archiepiscopum exorabant, quod sui miseretur Cleri, quod animi pertinaciam relaxaret, ne ipse carcerem, Clerus exterminium, ipsi capitis damnationem incurrerent. Sed & comites duo potentissimi in regno ipsum aggressi dicebant, quod nisi ille voluntati Regis acquiesceret, ex Regis jussione ipsi ad violentiam cogendi erant, quæ Regi sibi perpetuam irrogaret infamiam.

III.
Lapfus
Thomæ
Archiep.
Cantuari.

Vir ergo invictæ constantiæ, & in petra Christi fundatus, nec blanditiis emoluitus, nec terroribus concussus: tandem a gremio veritatis, & sinu matris avellitur, cujus libertati adhaerebat. Et ne victor in lite per superbiam intumesceret in mente, inde deficientes, unde proficere deberet, derelinquitur ad horam, scilicet ut cadat, & post casum resurgat: cadens, humanam fragilitatem agnoscat, resurgens, circa se divinam miserationem intelligat. Sic ne quis de sua virtute confidat, princeps Apostolorum Petrus & David sanctus ceciderunt: sic beatus Thomas tentationi relinquitur ad horam, ut postmodum fragilitatis propriæ memor, fortior resurgat ad pugnam. Igitur cum tertio per Richardum magni nominis virum, qui templo Hierosolymitano tunc præerat, sibi cavere moneretur, & Cleri misereri: non tulit eorum supplicationes, non geniculationes. Nam tanquam in ipsius verticem vibratos gladios viderent, plangere cernebantur, & tanquam funus præfens futurum facinus lugebant. Unde potius super Clerum, quam super se motus miseratione, annuit de consilio eorum regiæ voluntati parere. Primus igitur ante omnes Archiepiscopus in prætaxata forma se obligat, quod videlicet regias consuetudines foret observaturus BONA FIDE, verbo illo suppresso, scilicet, SALVO ORDINE. Atque juratoriam adii-

PAGIUS tate firmarentur & scriptis. Quod Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, dum ad cognitionem summi Pontificis pertulisset, ab obligatione, quam inierat, absolutionem petiit & impetravit.

II. Rex Anglorum volens in singulis, ut dicebat, maleficia debita cum severitate punire, & ordinis dignitatem ad iniquum trahi compendium incongruum esse considerans, Clericos a suis Justitiariis in publico flagitio deprehensos Episcopo loci reddendos decreverat, ut quos Episcopus inveniret obnoxios, præsentem Justitiario Regis exauctoraret, & post Curia traderet puniendos. In contrarium sentiebant Episcopi: quos enim exauctorarent, a manu laicali contemderent protegere; alioquin bis judicaretur in id ipsum. Huic controversia præstitit occasionem Philippus de Broc Canonicus de Bedeford, qui tractus in causam propter homicidium, in Justitiarium Regis verbum protulit contumeliosum. Quod cum coram Archiepiscopo negare non posset, præbenda sua multatus est beneficio, pul-

ciens cautionem, hæc se facturum in verbo veritatis sponndit, peccatum peccato adjungens: & id ipsum in eadem forma sigillatim universi pontifices juraverunt.

Et incontinenti facta obligatione in hac forma, per quosdam regni proceres, qui has nosse debuerant, facta est regiarum consuetudinum recognitio, ut sicut publice, ita & expresse censerentur. Verum cum & pleraque jam fuissent expressæ, & multo plures (ut videbatur) forent exprimendæ adhuc: Archiepiscopus interlocutus est, dicens, se nec esse de antiquioribus regni, ut pristinas regni consuetudines sciret, nec in Archiepiscopulata diu fuisse. Unde dicebat se nescire de his, & propterea, quod inclinata ea esset dies, tantum negotium esse differendum in crastinum. Placuit sermo, & in sua se receperunt hospitia. Et in crastinum revertentes in idipsum: quæ pridie intermissæ fuerant consuetudines regie, recognitæ sunt & expressæ, & in scriptum, chirographi more confectum redactæ, & regiarum consuetudinum nomine censæ, quarum tamen multæ (ut perhibebatur) nequaquam regie, sed odio Archiepiscopus ad ancilandam Ecclesiam evomitum amulationis & invidia virus, ipso etiam Rege ignorante, quod homines inter ipsum & Archiepiscopum hac astutia dissensionis zizania disseminare intenderent. Nec enim Rex, qui adhuc erat juvenis, sicut nec Archiepiscopus novus pristinas regni consuetudines nisi ex illorum relatu cognoscebat. Quales vero hæc regie consuetudines fuerint, si quis scire desiderat, eas in fine hujus historiae descriptas inveniet. Unde paulo inferius & nos hic descripturi sumus. Pergit vero institutam orationem.

IV. Scriptis igitur consuetudinibus, & in formam chirographi redactis, postulat Rex ab Archiepiscopo & Episcopis, ut ad cautionem & majorem firmitatem sigilla sua appendant. Verum Archiepiscopus

IV. sus est a regno per biennium. Archiepiscopus Romanam profecturus apud Romanel infeno Rege navem ascendit, vento contrario rejectus in Angliam: in quo plurimum Regis offensam incurrit. Tractus in causam Joanne Marefcallo Regi deferente querelam pro quodam manerio Archiepiscopatus, quod a multis temporibus, ut dicebatur, inconcussa possederat Archiepiscopus; tandem post longas fatigationes in quibusdam articulis contrariam reportavit sententiam, & Regi judicatum solvi sufficientissime capit, in quingentis libris habita taxatione.

III. Thomas Cant. Archiepiscopus super actum quem egerat in Capcellaria tractus in causam presentiam suam exhibuit apud Norhamtunam III. Idus bulum Octob. Convenerunt illuc Episcopi, Comites, Baronum totius regni, mandato Regis urgente. Rogerus Eboracensis Archiep. vocatus advenit. Et quoniam Episcopatum, Abbatiarum tempore suo vacantium bona de jure Cancellaria sua fuerant deputata custodia, quoniam Regis ulterior fami-

Confue-
tudines
Regni
cognita
& descri-
pta.

IV.

III.

Concilia-

tiam

bulum

Northam-

ponense.

mi-

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 10.
MANUELIS IMP. 22.

ful, etsi vehementer contristatus, dissimulat tamen, Regem contristare tunc nolens, & caute quidem de plano non negabat; sed differendum adhuc dicebat. Et si parati essent ad faciendum, dicebat tamen propter negotii magnitudinem, decere dilationem vel modicam, cum juxta (a) Sapientem, absque consilio nihil faciendum grave: & exinde post deliberationem aliquantulam, ipsum & Episcopos super hoc ipsum decentius requirendos. Scriptum tamen dictas consuetudines continens recepit pro medietate quidem, & proinde, ut causam videlicet suam secum haberet. Alteram vero scripti partem suscepit Eboracensis Archiepiscopus. Rex vero ipse tertiam in Regum Archivis recondendam accepit scilicet. Et sic ea die dimissio facta est. Hic autem in primis redarguas, quod ait Rogerius in Annalibus Anglicanis, suasionem Alexandri Papæ illa illicita promississe sanctum Thomam Regi. Nam si illud fecit non solum ex consensu, sed suasionem Pontificis; cur tamquam de maximo facinore perpetrato apud eundem Papam de iisdem poenitentiam fecit, cum ille auctor ipsi illi fuerit delinquendi? sed audiamus de his reliqua.

(a) Eccl.
31.

V.

Præter Quadripartitam quam diximus de his historiis, accedit ad calcem magis exacta narratio de omnibus, quæ contigerunt a fine ejusmodi conciliabuli execrandi habitus Clarendunæ usque ad profectionem Alexandri Pontificis ex Galliis: ex quibus nos conteximus recitandam historiam, quæ sic se habet, a poenitentia S. Thomæ fumentes exordium, istis verbis: Eoque recedente a Regis Curia, obiter inter familiares ipsius orta est murmuratio, iis (ut assolet) afferentibus, sic fieri oportere propter temporis angustiam: illis indignantibus, Ecclesiastica libertatis auctoritatem ad unius hominis libitum deperire. Inter quos acrius Ann. Eccl. Tom. XIX.

Poeniten-
tia S.
Thomæ
sibi indi-
ca.

PAGIUS

miliaritas penes Cancellarium excreverat, eo usque ut Castellaniam de Eya, & Castellaniam de Bercamsede pluribus annis libere possidisset & disposuisset pro velle, perceptorum summam in ratiocinium venire consentaneum juri pluribus videbatur, & a capite rationem reddendam ordinariam reputabant; licet ante consecrationem suam Archiepiscopus ab Henrico filio & herede Regis, & a Justitiario regni liber & absolutus ab omni ratiocinio fuisset assignatus Episcopis. Cum autem absolutionem factam hoc modo de voluntate Regis & mandato probari non posset, adversus Episcopos, ne eum injuste condemnarent, judicio appellavit, & ab eis itidem appellatus est. Sed Proceres licet adversus eos processerit appellatio, & sub anathemate prohibiti sint in patrem & judicem suum ferre sententiam, nihilominus tamen in eum, nec concessum, nec convictum, sed Privilegium Ecclesiæ protestantem & suum, sententiam intorse- runt: sic Archiepiscopus in artificiose positus,

unus institit, dicens: Publica, inquit, potestas perturbat omnia, in ipsum Christum delirat iniquitas, synagoga satanæ profanat sanctuarium Dei: sederunt Principes, convenerunt in unum adversus Christum Dominum. Nemo tutus qui diligit aequitatem: mundo iudice, soli sapiunt & venerantur hodie qui Principi obsequuntur ad libitum. Concussit hæc tempestas & solumnas Ecclesiæ: dum pastor disparuit, oves dispersæ latitant sub lupo. De cætero quis erit locus innocentie, quis stabit ex adverso, vel quis triumphabit in prælio, principe devicto? Hæc quidem is murmurabat, qui crucem ferebat ante dominum Cantuariensem. Cæteri obmutere præ angustia. Et adjecit audacius, assumens parabolam in hunc modum: Quid, inquit, virtutis sibi retinuit, qui constantiam perdidit & famam? Quorsum hæc, fili? (ait dominus Cantuariensis.) Te ipsum, inquit, id respicit, quod hodie omnino perdidisti & conscientiam, & famam, Deo odibili & honestati contrario exemplo in posterum relicto, cum manus tuas Deo sacratas ad execrandas consuetudines observandas extenderes, & in confusionem libertatis Ecclesiastica cum nefarii satanæ ministris connoveres. Fuit plane iste gallus ille, cujus clamore excitatus Petrus flevit amare. Nam pergit: Ingemuit igitur dominus Cantuariensis, & suspirans adjecit: Poenitet me, inquit, & graviter, & meum exhorrescens excessum, meipsum iudico indignum de cætero ad eum accedere in sacerdotio, de cujus Ecclesia contraxi tam vile commercium. Silebo itaque sedens in mœnore, donec me visitarit Dominus ex alto, ut per ipsum Dominum, & dominum Papam merear absolvi. Statimque inde destinavit Nuntium ad Sedem Apostolicam.

Didicerat ista Alexander Papa antea aliorum relationibus, magna commotione commotus, has ad eundem S. Tho-

VI. multis affectus injuriis, & opprobriis laceffitus, & Episcoporum destitutus consilio, crucem quam manu tenebat, in altum erigens discessit a Curia. Nocte sequente, villam latenter egrediens ab aspectibus hominum diebus se subtrahens, & noctibus iter peragens, post dies aliquot ad portum Sandicum pervenit, navicula fragili transvectus in Flandriam.

Domino Papa directi sunt a Rege Nuncii post Archiepiscopum Senonis in Consistorio sic loquentes: Inter Thomam Archiepiscopum & Regem Anglorum controversa versabatur. De utriusque voluntate dies præfigitur, ut in ea justitia mediante illorum controversia terminetur. Ad eandem diem ex præcepto Regio, Archiepiscopi, Episcopi, & ceteri Ecclesiarum Prælati convocantur, ut quanto generalior esset Concilii celebratio, tanto manifestior fieret fraudis & malitiae denudatio. Constituta die Catholici Principis aspectui se præsentavit regni turbator & Ecclesiæ. Qui de suorum meritorum qualitate non se-

IV.
Rex An-
glia nun-
cios ad
Papam
adversus
S. Thom.
mittit.

VI.

E e 2

Tho-

Thomam litteras dedit, quibus moerentem est consolatus, atque absolvit a iuramento. Litteræ autem sic se habent (a): *Ad aures nostras fraternitas tua noverrit fuisse perlatum, & quorundam nobis relatione suggestum, quod occasione cujusdam excessus, a Missarum proposueris celebratione cessare, & a consecratione sanguinis & corporis Domini abstinere. Quod utique quam grave sit præcipue in tanta persona, & quantum possit exinde scandalum provenire; sollicita meditatione consideres, & hoc ipsum vigilantia tue discretionis attendat. Debet autem diligentia tua prudenter advertere, quod plurimum interest, quando ex deliberatione, & propria voluntate, & quando ex ignorantia, vel necessitate aliqua committuntur. Aliter enim in his quæ spontanea voluntate, & aliter quæ ignorantia (sicut dictum est) vel necessitate cogente fiunt, noscitur procedendum. Et aliter illa, aliter ista tractanda sunt, & viris discretis & prudentibus metienda, velut sacre Scripturæ testimoniis edocemur; intentio tua operi tuo nomen imponit. Nam sicut & alibi legitur, usque adeo voluntarium est peccatum, ut nisi fuerit voluntarium, non sit peccatum. Et omnipotens Dominus non factum agentis attendit, sed considerat potius intentionem, & dijudicat voluntatem. Si igitur aliquid te recolis commississe, de quo propria te debeat conscientia remordere; quidquid sit, sacerdoti, qui discretus & providus habeatur, tibi consulimus, per penitentiam confiteri. Quo facto, & misericors Dominus, qui multo amplius ad cor respicit, quam ad actus, tibi consueta pietatis suæ miseratione dimittet. Et nos de beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus meritis confidentes, te ab eo quod est commissum absolvimus; & id ipsum fraternitati tuæ auctoritate Apostolica relaxamus; consulentes utique ac mandantes, ut postea a Missarum celebrationibus propter hoc non debeatis abstinere. Datum Senonis Kal. Aprilis. Hæc Alexander. Porro Joan-*

(a) lib. 1. ep. 26. Alexand. Pap. absolvit Thomam a culpa.

PAGIUS curus, Dominica crucis armat se signaculo tantquam ad tyranni presentiam accessurus. Nec tamen Regia Majestas modo offenditur, sed causa sua iudicium Episcoporum fidei committit, ut sic ab omni suspitione liberetur. Restabat, ut Episcopi causam iudicio terminarent, ut sic dissidentes in gratiam federarent, & dissensionis eorum materiam sepelirent. At obviat adversarius, & obiicit quoniam ipsum coram Rege stare iudicio, esset Apostolica sedis & dignitatis diminutio; ac si nesciat quod & si in illo iudicio aliquantulum Ecclesia dignitati derogaretur, dissimulandum erat pro tempore, ut pax Ecclesia redderetur. Obiicit iterum patris sibi nomen ascribens, quod arrogantiam videtur redolere, quod filii in patris damnationem minime debuerant convenire; sed necessarium erat,

nes Saresberienfis in epistola ad Petrum scriptorem (puto Blefensem) quæ in codice epistolarum sæpe citata omnia postea in fine voluminis posita legitur, asfirmat, peccatum S. Thomæ non excusandum, sed ostendendum per penitentiam esse purgatum; ait enim: Pollicitationem Clarendunæ, ad quam de consilio Episcoporum impulsus est, purgare non possum, quia non fuerat utique faciendâ; sed offensam confessio diluit, accepta solemniter penitentia a summo Pontifice, qui perversas illas consuetudines, multis audientibus, auctoritate Apostolica condemnavit. Hæc Joannes. Pergunt vero Acta citata superius:

Innotuit interim id ipsum Principi, quod dominus Cantuariensis ab illa compromissione vellet resilire, in eo præcipue palam restitit, ne scriptum illarum consuetudinum, sicut conductum fuerat, suo sigillo corroboraret. Et exinde Princeps exasperatus, gravioribus & exquisitis cœpit dominum Cantuariensem vexare exactionibus, ita ut palam fieret intelligentibus, sanguinem ipsius Archiepiscopi & vitam requiri. Inter alia autem idem Rex illud egit, ut Nuntios mitteret ad Alexandrum Papam, ab eoque duo peteret, nempe ut legationem Angliæ credi solitam Archiepiscopo Cantuariensi, concederet Eboracensi, & ab eodem Pontifice confirmarentur illa capita consuetudinum apud conciliabulum Clarendunæ promulgata. His acceptis Nuntiis, Alexander summis vallatus angustiis, cum jam in Apostolicam Sedem converti bellum conspiceret, ea qua potuit dexteritate ipsum Regem sic delinire laboravit, ut aliquid ei concederet quod tamen in nullum verteretur præjudicium Cantuariensis Ecclesiæ, de quo has litteras dedit ad ipsum Cantuariensem Archiepiscopum: (b)

Esse pro animi tui prudentia & fidei sinceritate personam tuam uberiori dulcedine charitatis & flagrantiori desiderio velimus semper diligere, & honori & exaltationi tuæ sicut charissimi fratris

VII. Commo-tus Rex in Thomam, legationes mittit ad Papam.

(b) lib. 1. ep. 4. VIII.

ut patris superbiam filiorum humilitas temperaret, ne post patrem in filio patris odium parentaret.

Cum autem Nuncii Regis prævenissent Archiepiscopum Senonis, de cujus adventu nihil certi fuerat auditum in Curia; quod petebatur ab eis, juri consentaneum & rationi minime videbatur. Nam cum præfens non esset Archiepiscopus, in ejus injuriam quidquam statuere, nec canonicum videbatur, nec ordinarium. Thomas Cantuariensis Archiep. in Domini Papa presentia constitutus, sic exorsus est: Ad audientiam tuam, pater sanctissime, confugio, ut qui Ecclesia libertatem tanto tui discrimine redemisti, eam vel solam, vel maximam mea persecutionis causam attendas, quod exemplo tuo usus sum, & cætera apud Baronium num. XXIV. & seq. videnda. Hoc

V. S. Thomam coram Papa comparat.

tristis nostri ardentiori animo aspirare; nos tamen & teipsum, qui magna columna es Ecclesiæ, cautius convenit temporum qualitatem attendere, & provida dispensationis moderatione motum Principis delinire. Novit siquidem industria tua, cui divina dispensatio magnæ prudentiæ & gratiæ donum indulsit, quoniam ferventem dispositionem circa regni sui gubernationem charissimus in Christo filius noster Henricus illustris Rex Anglorum defendat, & eandem velis dispositionem ut firmior habeatur, & habeat majorem favorem, auctoritate Romanæ Ecclesiæ roborari. Unde cum olim per venerabilem fratrem Lexoviensem Episcopum, & dilectum filium nostrum Pictaviensem Archidiaconum, a nobis & fratribus nostris instantius postulasset legationem totius Angliæ Eboracensi Archiepiscopo indulgeri, & tam tibi, quam universis Episcopis mandari rogasset, ut antiquas regni sui consuetudines, & dignitates conservare: nobis ejus petitiones præter suum arbitrium moderantibus, statim post reditum Nuntiorum suorum, vix audito quod a nobis reportaverant, dilectos filios nostros Gausfredum Archidiaconum suum, & magistrum Joannem ad nostram præsentiam destinavit, & per eos quod prius petierat, & amariora a nobis instantissime postulavit. Et ut suo desiderio faciliorem animum præberemus, fraternitatis tuæ & prædicti Episcopi Eboracensis ad nos litteras impetravit.

Quod enim de antiquis consuetudinibus & dignitatibus conservandis prius mandari rogaverat, nuper, sicut tu & alii observare promiseratis, ea cum multa instantia petiit auctoritate Apostolica Sedis sibi & suis posteris confirmari. Sed nos petitionem istam nequaquam admisimus. Verumtamen, ne ad nimiam amaritudinem & vehementiorem animiurbationem cum circa nos & te ipsum provocarem; ne etiam id consideratione

Alexand. epist. ad S. Thom. de petitionibus Regis.

* al. futuram.

IX. Quæ negat & quæ concedat petenti Regi Alex. Pap.

PAGIUS VI. Hoc itaque anno, qui primus est exilii S. Thomæ Archiep. aperta Henricum inter Angliæ Regem hujus nominis II. & Thomam Cantuariensem Archiepiscopum exarsit discordia. Ejus initium repetit Gervasius in Chron. ex eo quod postquam Sanctus Praeful e Concilio Turonensi reversus est in Angliam, jura quædam Ecclesiæ suæ in integrum revocare contendit; quo pacto Regis & Magnatum animos in se concitavit. Quare Rex Clericos contra Ecclesiasticam privilegia ad secularia iudicia vocari præcepit; & quia Sanctus Thomas ejus conatibus adversatus est, convocavit Episcopos, coram quibus Thomas Clericorum jura fortiter propugnavit. Postulati Episcopi an vellent avitas consuetudines observare, responderunt ex condicto velle se quidem Regis & regni consuetudines observare, sed salvo ordine suo & jure Ecclesiæ. Cum non placeret Regi restrictio obedientiæ, iratus e Concilio discessit. Postridie munitiones, quas Thomas a tempore

tui putaretur quomodolibet impediri; nos tibi & nobis (ne forte in majorem calorem iracundiæ adversus te exardeceret) consultius providere volentes, & pensantes tempora periculosa, legationis litteras præfato Archiepiscopo concedendas eidem Regi concessimus. Quoniam vero votis Principum condescendendum est, & suæ contemperandum voluntati: prudentiam tuam monemus, consulimus, & omnimodis exhortamur, quatenus sicut vir providus & discretus necessitatem temporis metiens, & quæ inde tibi & Ecclesiæ tuæ possint provenire perversa, fidei meditatione attendens: prænominato Regi in omnibus & per omnia, salva honestate Ecclesiastici ordinis, deferretur: tagis, & ejus tibi gratiam, & amorem incessanter recuperare intendas: ne secus faciendo, cum contra te, & nosmetipsos conturbes, & ii, qui non eodem spiritu ambulant, tibi & nobis vileant propter hoc insultare. Nos enim, data nobis opportunitate, de honore, & augmento tuo cum eodem Rege diligenter ac sollicitè conferemus, & circa conservanda & jura & dignitates Ecclesiæ tuæ, necessariam diligentiam adhibebimus & cautelam, quam convenit adhibere. Datum Senonis III. Nonas Martii.

Vidisti, Lector, Alexandrum Pontificem in angustiis constitutum, vel alienandi a se animum Regis, vel contra Ecclesiasticam libertatem petenti & extorquere conanti quod peteret, indulgendi: ex duobus sibi invicem obrudentibus quæ petierat ipse Rex, alterum concessit, nempe legationem Archiep. Eboracensi; negavit vero penitus alterum, nempe confirmationem consuetudinum, quas audisti. Immo ne quodlibet afferret præjudicium ejusmodi concessa Eborac. legatio adversus ipsum Thomam, posterioribus litteris eam ita arctandam putavit, ut sic ei concessa sciretur legatio in Angliam, ut tamen nullum jus sibi concessum sciret in personam.

Cancellariatus sui custodiebat, repetiit, & hinc terror omnium animos invasit. Assirant aliqui Episcopi verbali unius occasione statum regni convellendum non esse: alii suadent Regiæ voluntati consentiendum; cum præsertim Rex Cardinalibus promississet, se nulla in re Ecclesiæ jura labefacturum. Ergo Thomas magnorum virorum gravitate motus, se consensurum, quamvis invitus pollicitus est, & Rex inde hilarior effectus Pontificum & Procerum Concilium indicit apud Clarendonam, locum in Wiltoniensi agro situm, in quo quid actum sit, mox ex Radulpho de Diceto teste oculato & fide dignissimo retulimus. Cum vero hæc fuisse hoc in loco tractari non possint, legenda apud Baronium, & apud Alfordum in Annal. Ecclesiæ Angl. hoc Christi anno.

Dum ista geruntur, Octavianus Pseudo-Papa moritur, uti narrat Baronius ex Epistola VII. Sancti Thomæ Archiepisc. Cantuariensis num. XXX. & seq. in qua dicitur, Octavianum quar-

X.

VII.

nam vel diocesim Cantuariensis Ecclesie. Extant ejus restrictionis littere Alexandri, quas brevitate causa hic describere pretermittimus, fatis esse putantes, si

(a) lib. 1. ep. 5. (b) lib. 1. ep. 39. & 40.

XI. Laborat pro S. Thom. Alexand. Pap.

Propensior enim erat erga sanctum Thomam Alexander Papa, qui tantum abest, ut in gratiam Regis aliquid in eum concederet, ut sollicitius pro ejus salute & ipsius Ecclesie indemnitate vigilaret, atque pro eo in monasteriis Galliarum precepit preces ad Deum indiceret. Testatur id Nuntius ab ipso S. Thoma ad eum missus, in cujus litterarum sine hac digna memoria recensentur:

(c) lib. 1. ep. 23.

(c) Novissime nobis petitionem illam facientibus, ut scilicet ipse vos ad se venire preceperet, & super hoc vobis litteras dirigeret: cum dolore, & multa animi afflictione visus est respondisse: Absit, inquit, prius finiantur dies nostri quam nos videamus eum sic exire, & Ecclesiam suam sic desolatam relinquere. Et paulo post: Apud Claramvallem, Cistercium, Pontinacum, intercessione domini Papae oratur assidue pro vobis, & pro Ecclesia vobis a Deo commissa. Fovebat interim, & litteris suis Alexander Pontifex Thomam consolabatur, & presertim angustias erigebat. Extant ipsae plures littere tanto Pontifice dignae, ex quibus has accipe breviores. (d)

(d) lib. 1. ep. 43. Quomodo agendum cum Rege.

Quoniam dies mali sunt, & multa sunt pro qualitate temporis toleranda, discretionem tuam rogamus, moneamus,

PAGIUS Moritur Victor IV. Antipapa.

ta feria post Octavas Pasche obiit in urbe Lucensi, & sepultum esse in monasterio extra civitatem. Idem habet Gervasius in suo Chronico. Octavianus itaque die XXII. mensis Aprilis interit. Turbat tamen Acerbus Morena, qui hoc ignorare non potuit, cum ait: Dominus vero Papa Victor die Luna primo mensis Aprilis in civitate Luca fati munus implevit. At vox illa, primo, eo in loco corrupta, quia hoc anno prima dies Aprilis in diem Lunae incidere non potuit, & Octavianus in hebdomada post octavas Pasche demortuus. Quare loco, primo, legendum, vigesimo, in quam feria secunda incidit. Cum enim Canonici Majoris Ecclesie ei sepulturam negassent, ad miseris Monachos cadaver illud perlatum est, ut in eadem epitola legitur. Quare licet Octavianus die XX. Aprilis mortuus sit, sepultus tantum fuit die XXII. ejusdem mensis, feria quarta post Octavas Pasche, ob sepulturam ei negatam.

consulimus, & suademus, ut in omnibus tuis & Ecclesie agendis, te cautum, providum, & circumspexitum exhibeas, & nihil prope vel precipitanter, sed mature & graviter facias, ad gratiam & benevolentiam illustris Regis Anglorum recuperandam, quantum salva libertate Ecclesie & honestate officii tui fieri poterit, & enitaris modis omnibus & laboribus, ut usque ad proximum Pascha eundem Regem sustineas, ita quod nihil in eum, vel terram ipsius usque ad prescriptum tempus studeas exercere. Tunc enim Dominus dabit tempora meliora, & tam tu, quam nos tutius poterimus in facto ipso procedere. Hec ad Thomam Alexander, qui, ut diximus, & alias eodem argumento ad eundem scripsisse reperitur. Porro quod ad Pascha futurum meliora tempora adeo certe pollicetur Pontifex: plane prophetico spiritu ipsum prænovisse oportuit obitum Antipapae, qui eo tempore contigit, ut inferius dicturi sumus.

Qui autem sic parcendum furenti Regi, Alexander sanctum Thomam admonuit; ipsum Regem suis litteris admonere, opportune, & importune, arguens, increpans, obsecrans, minime pretermisit, ut ex his ipsis litteris Lector intelliges, diebus hisce conscripserit: (e)

Alexander Episcopus servus servorum Dei Henrico illustri Anglorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem.

Et sic circa nos & matrem tuam Ecclesiam sacrosanctam filialis in te devotio aliquatenus videatur tepuisse: paternum tamen affectum circa te, vel regnum tuam gubernationi commissum, nullo tempore deserimus. Tua ergo serenitas, quod amici verbera potiora, quam inimici oscula existant, diligenter advertens, consideret studiosus & attendat, quod sicut clericis a viris secularibus vita & habi-

XII.

(e) lib. 1. ep. 42. Alexand. Pap. suis litteris monet Regem.

Schismatici eum pro sancto habuere, indeque Acerbus Morena vir hujus sectae, ait: Cujus Sanctis meritis dicitur Deum multa fecisse ibi miracula, ejusque morte narrata subdit: In locum ipsius domus Guido Cremensis substituitur a Cardinalibus tunc ibi existentibus, & a Domino Rainaldo Archicancellario, ac Episcopo Laudensi, & aliis quibusdam Episcopis in Apostolica sedis honorem sublimatus est. Quae tamen verba de consecratione Episcopali minime intelligenda; cum Rainaldus ante consecrationem obierit, teste eodem Morena, qui ad annum MCLXVII. ait: Decessit etiam tunc Dux Guelfus, Ducis Guillelmi filius, & Rainaldus Archicancellarius & Colonia Electus Archiepiscopus. Guido itaque Cremensis ab Henrico Episcopo Leodiensi ordinatus, ut inter alios testatur Egidius de Aurea valle in Episcopis Leodiensibus, qui scribit quod cum Henricus unanimi consensu electus fuisset Antipapa hanc dignitatem recusavit, & multa reluctatione, mul-

VIII. Paschalis III. a schismaticis in eius locum substituitur.

*penitus

bitu distinguuntur; ita & judicia clericorum a laicorum judiciis diversa potius comprobantur. Quare si eo ordine, quem non decet pervertas, & quae Jesu Christi sunt, tuae potestati usurpans, novas leges ad Ecclesiarum oppressionem & Christi pauperum pro tuo beneplacito condas, consuetudines etiam, quas avitas vocas, inducas: tu ipse procul dubio in extremo examine, quod effugere non poteris, modo consimili judicaberis, & eadem mensura, qua mensus fueris, remetietur tibi. Verum ne commotiones nostrae auribus excellentiae tuae tadosae vel asperae videantur: scriptum (a) recollige quod filium, quem pater diligit, corripit, pro certo cognoscens, quod quanto personam tuam ardentiori charitate in Domino diligimus, & sincerissima tuae devotionis insignia nobis & Ecclesiae Dei multipliciter & magnifice olim exhibita ad memoriam saepius & studiosius revocamus; tanto haec cognitioni tuae, spiritualem tibi & aeternam salutem votivis cordis affectibus exoptantes, libentius intimamus.

(1) Prov. 3.

XIII.

Si enim te in aliquo Judicium futurum deterret, aut praemiorum in aeterna requie corona delectat: veritatem, quae Deus est, & justitiam colere, jus suum unicuique tribuere, negotia Ecclesiastica, & praesertim criminalia, quae de laesione fidei, vel juramenti emergunt, causas super rebus & possessionibus Ecclesiarum personis Ecclesiasticis tractanda relinquere, regnum & sacerdotium non confundere, non adeo serenitatem tuam deceret, quam etiam expediret. Si autem universa, quae in usus tuos per hujusmodi angarias de bonis Ecclesiasticis convertuntur in refectorem pauperum, vel aliis pietatis operibus expendere: obsequium non magis Deo gratum efficeret, quam si altari quolibet, discooperio, aliud cooperires; aut si Petrum crucifigeres, ut Paulum a mortis periculo liberares. Recole-re siquidem debes, & praec oculis ad hu-

PAGIUS

multisque precibus honorem declinavit. Electum deinde Papam Paschalem, a quo Pallii dignitatem invidit lacrymansque accepit; nec non & Regem Sardinia nomine Burazam (vel Barizonem) ab Imperatore coronatum consecravit) nempe Episcopus Leodiensis. Chronographus vero Reicherspergenis ad hunc Christi annum ait: Hunc consecravit Leodiensis Episcopus sine Episcopis Cardinalibus, & sine omnibus legitimis ordinatoribus, quos Romanum Pontificem ordinare conveniebat. Ab ipsis primis temporibus Christianitatis usque ad haec tempora solus iste novo & insolito more ac ordinatore consecratus est, quem & Paschalem dixerunt. Ipse autem Leodiensis Episcopus ipso anno non longam post mortem Dei judicio mortuus est. His adde quae Trithemius in Chron. Hirsaug. habet: Conventientes hi, quos Cardinales creaverat (nempe Octavianus), mandato Imperatoris XXII. die mensis Ap. (quo Octavianus sepulturae manda-

jus rei exemplum habere, qualiter Rex (b) Saul, quia devicto Amalech praedam contra divinum preceptum reservare volebat, cum se ad excusationem sui haec ad sacrificandum reservare proponeret, a Domino fuerit reprobatus, & alius, eo vivo, in honorem & dignitatem regiam subrogatus. Quem utique peccata populi Regem effecerant; cum a gubernatione regni propria commissa destituerunt. Quomodo etiam Rex (c) Ozias, (c) 2. Pars. dum thurificare voluit, & sacerdotis sibi officium usurpare, lepra, digna Dei ultione, percussus fuisset: tuae saluti congruit ad animum revocare.

Si vero successus tuos viribus & potestati tuae, & non Deo adscribas, intentionem quoque & animum tuum ab Ecclesiasticorum virorum & Ecclesiarum oppressionem non retrahas: ille proculdubio, qui alius te praefecit, & magnum in Orbe principem ad Fidelium suorum gubernationem, non ad depressionem constituit, talenta tibi commissa gravi a te cum usura requirit. Et sicut de (d) Roboam filio Salomonis legitur, qui pro delicto patris est a regno ejectus: commissum paternum in heredes transfundet. Tu ergo pravis cujuslibet suggestionibus non acquiescas, nec sis qui semper mala susurrant, aurem inclines, sed quae tuam salutem expediant, diligenter audias, & ita ad honorem Dei & Ecclesiae suae tranquillitatem & pacem, ad quod solummodo es regni gubernationem adeptus, idem regere, & secundum quod Dominus tibi administraverit, studeas utiliter gubernare; ut ille, per quem Reges regnant, & cut servire, regnare est, tibi & heredibus tuis regnum temporale conservet, & post illud tribuat sine fine mansurum. Hae Alexander ad Regem Henricum, quae etiam describuntur a Rogerio in Annalibus.

Quae autem inter haec passus sit ipse Thomas, antequam fuga se conferret in Gallias, sunt ex iisdem citatis superius au-

tus) Guidonem Episc. Cremensem in Antipapam elegerunt, qui XXVII. die ejusdem mensis ab Henrico Leodiensium Episcopo consecratus fuit. Sed cum hic dies in terram secundam incidat, legendum, XXVI. loco, XXVII. sicut enim Victor die Dominica consecratus fuerat, ita & Paschalis ordinatio non nisi ad diem Dominicam expectandam dilata.

De istis Pseudo-Pontificibus Petrus Blefensis in Epist. XLVIII. scribit: Octavianus ille auctor schismatis toto tempore vita sua congregavit opes & divitias, ut quietem Ecclesiae per turbaret. Suis igitur largitionibus ita infasces imbutus. naverat sapientes hujus saeculi, quod Magnatum sibi conciliaverat favorem & gratiam, magnamque partem Curia secum traxerat in errorem; &c. Electus fuerat Octavianus in contumeliam Ecclesiae Christi, & cecidit. Post hunc exaltatus est Guido Cremanus, & corruit. Post ipsum electus est Joannes Struma, & dejectus atque confra-

XIV.

(d) 5. Reg. 14.

XV.

IX.

auctoribus describenda. Sic enim se habent: Innotuit interim id ipsum Principi, quod dominus Cantuariensis ab illa compromissione vellet resilire, in eo precipue, dum palam restitit, ne scriptum illarum consuetudinum, sicut conditum fuerat, suo sigillo roboraretur. Exinde Princeps exasperatus, gravioribus & exquisitis cepit dominum Cantuariensem vexare exactioibus; ita ut palam fieret intelligentibus, sanguinem ejus Archiepiscopi, & vitam requiri. Id igitur Thomas pertimescens, fugam consuluit, & veniens ad monasterium suum* Aliteriam nomine, ceteris dormientibus, secreto se surripuit, duobus tantum comitatus: inventoque navigio, mari se commisit; a vento vero contrario diu fatigatus, vix est diluculo cum vita ad terram reversus. Denique comperta ejus discessio familiaribus & famulos singulos dispersit. Ceteris tamen unus audacior veniens Cantuariam in cameram ipsius Archiepiscopi sequenti nocte se recepit; postque cœnam cepit sollicitè contristari de casu & angustia domini sui. Prima itaque parte noctis percursa, volens quiescere: Vade (inquit puero) & claude ulterius ostium aulae, ut securius dormiamus. Veniens autem illuc accenso lumine, aperto ostio vidit dominum Cantuariensem in angulo sedere, & solum. Quo viso, territus adfugit, putans se phantasma vidisse, & suggestit domino, & clericus ille nullatenus voluit fidem adhibere, donec an verum esset, ipse probaret, & veniens, sicut dictum est, invenit. Convocatis dominus Cantuariensis ad se quibusdam fratribus Cantuariensis Ecclesie, exposuit eis quid sibi acciderit, & quia nondum fuit voluntas Dei, ut recederet. Recreatus ergo breviori cœna, quiescit. Mane autem facto venerunt ministrales Regis, ut Archiepiscopi fugientis confiscarent o-

* al. Ma-nerium

Fugam tentans Thomas repellitur

FAGIUS

fractus evanuit, &c. Adhuc recolo quam gloriosus erat (nempe Octavianus) in oculis suis, quam pomposus in verbis; fui presens ubi se faciebat tanquam statuam adorari. Nam & ego cum aliis in via ad Rom. Curiam a carnificibus ejus captus & spoliatus & casus sum: cumque socii mei conjecti in vincula in compedibus remansissent, ego præveniente Christi misericordia, nec flexi genua mea ante Baal, nec sporta dimissus sum, & sic effugi manus suas. Semper redibit in memoriam iniquitas Patrum, & peccatum Octaviani non delebitur in æternum. Ipse enim erat, qui crudelius ceteris Clericos affligebat, persecutus homines inopes & mendicos, & compunctos corde mortificare. O quam cæcus & turbidus est invidia oculus! Ubi quæserant Cardinalium corda, quando filium superbia & idolum abominationis in Apostolatus apicem erigebant; ut de vobis taceam, ne videar adulari, quomodo clausis oculis transferunt D. Bernardum Portuensem, Henricum Pisanum, D. Hiacyntum, D. Ubaldum Episcopum Ostiensem?

nia. Sed audita & visa ejus presentia, confusi siluerunt.

Proinde aggravat Rex manum suam in dominum Cantuariensem, cum citari faciens peremptorie, ut die statuto Regi respondeat de his quæ sibi fuerint objecta. Adveniente termino, veniunt & vocati. Facta quoque coitione apud Northantonam, dominus noster trahitur in causam. Scorsum ita in conclavi sedentibus domino Cantuariensi cum suis Episcopis, ex edicto Regis seris objectis, ne pateret exitus: propositum est ex parte Regis adversus dominum Cantuariensem quod cum Cancellarius esset, & haberet vacantes Episcopatus & Abbatis, & multos redditus per annos plurimos in manu sua; nullam super his reddiderit rationem, quam modo ipse Rex requireret exhiberi. Super his (inquit Cantuariensis) prudentiores volumus consulere, & de consulto respondere.

Dum igitur medium silentium tenuerunt ad invicem: domino Cantuariensi id requirente, Gilebertus Londoniensis Episcopus, Decanus utique Cantuariensis Ecclesie, & idcirco in consilio post Archiepiscopum primus: Si pater, inquit, recolis, unde te dominus Rex sustulerit, quid tibi contulerit, considerata temporum malitia, quantam ruinam Catholica Ecclesia & nobis paraveris, si in his Regi resistere volueris; non solum Archiepiscopatu Cantuariensi, sed in decuplo, si tanti fuerit, cedere deberes. Et forsitan si hanc in te viderit humilitatem, te Rex in universum restituet. Satis (inquit Cantuariensis) innotuit, quid consulto responderis.

Deinde Henricus Vintoniensis Episcopus subintulit: Hæc forma consilii Catholica Ecclesia penitus perniciofa, nos omnes obligat & confundit: quia si Archiepiscopus noster & totius Angliæ Primas

XVI. Concilium apud Northantonam.

Episcoporum sententia.

XVII.

Respuerunt homines pacis, & hominem diffensionis & scandali exererunt.

Ex Cardinalibus itaque, qui electioni Alexandri III. interfuere a Petro Blefensi hi quatuor Pontificatu dignissimi fuisse censentur, Bernardus ex Canonico Regulari Congregationis Sancti Frigidiani Lucensis, Presbyter Cardinalis ab Eugenio III. & postea Episcopus Cardinalis Portuensis ab Hadriano IV. creatus, qui multas legationes obierat; Henricus Pisanus Ordinis Cisterciensis, Presbyter Cardinalis ab Eugenio III. in tertia creatione renunciatus. Superest Epistola divi Bernardi ad eum data, ordine CCXCV. & Tom. III. Biblioth. Cisterciensis pag. 239. refertur ejusdem Henrici Epistola de legitima Alexandri III. electione. Hiacyntus Bobo Romanus, qui dein Pontifex Romanus fuit sub Celestini III. nomine. Denique Ubaldu Tufcus ex Canonico Ecclesie Lucensis Presbyter Cardinalis, postea Episcopus Ostiensis, & tandem Papa sub Lucii III. nomine.

X. Insigniores Card. Bernardus, qui interfuere electioni Alexandri III.

mas nobis id relinqueret exemplum, ut ad nutum, & comminationem Principis auctoritati, & curæ animarum sibi commissæ quisque Episcopus debeat cedere; quis erit de cætero status Ecclesie, nisi ut nulla agantur de jure, & omnia confundantur pro libitu, & sic erit sacerdos sicut & populus.

Hilarius post hæc Cicestrensis Episcopus, & ipse gloriosus in verbis, subjunxit: Nisi, inquit, temporis instantia, & Catholica Ecclesie perturbatio aliud exigeret, standum utique esset vestræ sententiæ. Verum ubi nutat canonum auctoritas, plurimum subtrahendum severitati, ut in eo proficiat dispensatio, quod possit destruere severa correctio. Censeo igitur cedendum Regiæ voluntati, sed ad tempus, ne præpropere procedamus id statuere, unde sequatur durior retractio nec sine rubore.

Episcopus deinde Lincolnensis, simplex quidem homo & minus discretus: Patet, inquit, vitam hominis istius & sanguinem quæri: & necessarium alterum eorum erit, aut Archiepiscopatu, aut vita cedendum. Quis sibi fructus de Archiepiscopatu proveniet, si proinde vitæ cefferit: nec id video.

Exoniensis autem Episcopus Bartholomæus: Palam est, ait, quod dies mali sunt, & si possemus sub dissimulationis umbra hujus tempestatis impetum transilire illasi; id precipue procurandum, nec ad id de facili perveniendum, nisi subtrahatur plurimum severitati. Temporis instantia id requirit, maxime cum non sit generalis, sed particularis hæc persecutio. Satius est igitur unum caput in parte periclitari, quam totam Anglicanam Ecclesiam inevitabili discrimini exponere.

Voigorniensis Episcopus Rogerius requisitus & ipse quid inde sentiret, ita temperavit responsum, ut etiam negando palam faceret, quid animi haberet. Nullum, ait, in hac parte dabo consilium: quia si dixerò, a Deo susceptam animarum curam ad regiam comminationem & voluntatem oportere relinquere, contra conscientiam meam, & capitis mei condemnationem loqueretur os meum. Si censeam Regi resistendum: ecce qui sui sunt, audiunt, per quos id ipsum innotescet Regi: statimque eiciar extra synagogam, & erit sors mea de cætero cum publicis hostibus & condemnatis. Idcirco nec hoc dico, nec illud consulo.


XVIII. Prima Actio concilii.

His ita gestis, sederunt aliquamdiu sub silentio, nec erat qui amplius bis adiret. Et arte quæsit, ut pateret eis exitus (inclusi enim erant) Volo (inquit dominus Cantuariensis) loqui cum duobus Comitibus, qui cum Rege sunt, quos & nominavit. Vocati illi, aperto ostio in-

trojerant properanter, cupientes aliquid audire, quod regiam satiaret voluntatem. Astantibus iis, ait dominus Cantuariensis: Super his, de quibus nos dominus Rex convenit, consulimus. Et quia non habemus ad præsens eos, quibus res ipsa magis innotuit: ideo usque in crastinum petimus inducias, tunc responsuri, sicut Dominus nobis inspiraverit. Ad hæc Regi referenda missi sunt Londoniensis & Rosensis Episcopi. Londoniensis autem sub vulpe latens injunctum sibi perverit negotium, dicens Regi, dominum Cantuariensem apud eum postulare inducias ad præparanda instrumenta, statuto die rationem redditurus super objectis: ut sic magis obligaretur dominus Cantuariensis ad executionem regis voluntatis. Directi sunt igitur Comites ad Archiepiscopum, postulatas inducias ex parte Regis differentes, si tamen ratum hiberet, quod ex parte sua per Episcopos Regi fuerat suggestum. Quo audito, Cantuariensis ait, se id mandatis non dedisse, nec id quod Regi suggestum est, se ratum habere, sed die sequenti se, Deo auctore, venturum, & sicut datum fuerit desuper, responsurum. Erubuit ergo Gilebertus Londoniensis, dum videret se incidisse in laqueum, quem contexit ad patrem suum decipiendum.

Soluta itaque consilio, ea die discesserunt ab invicem. Multitudo vero militum & aliorum, qui cum domino Cantuariensi illuc convenerant, regio metu perterriti, fecerunt in partem, & amplius cum eo non stetit. Quo sanctus Thomas comperto, justit circuire sepes & vicos, & ad se vocari pauperes, claudos, ac debiles, dicens, per talem militiam celeriore posse provenire victoriam, quam per eos, qui tempore tentationis turpiter recesserunt. Impleta est domus ejus discumbentium pauperum, & peracta est dies illa in domino cum lætitia, nulla mentione palam habitata posthinc perturbationis.

Sequenti die, summo diluculo percussus est dominus noster passione iliaca, nam & ea multoties vexabatur eatenus, ut non potuerit se de lecto erigere. Unde longiore mora interposita, ut crederetur ab invidis, ad Curiam Regis nolle descendere: missi sunt, qui eum citarent acrius ad respondendum. Qui dum, inquit, quiescit ista passio, crastino die, Deo auctore, apparebo. Transcunte vero die illa, & nocturnis vigiliis cum summa devotione demum peractis, mane consurgens ad Missarum solemnia, sacris pro more indutus vestibus, & per beati martyris Stephani merita divinum sibi invocans auxilium, initium Missæ jussit inchoari: Etenim sederunt Principes, & adversum me loquebantur: totumque officium cum ad id pertinentibus complevit devotius; ministrantibus Regis, qui ibi aderant, id



XIX. Loco militum pauperes comitantur S. Thom.

Præparatio S. Thomæ.

facite considerantibus, quibus visum est, id ipsum aliquid portendere. Expleto itaque ministerio, amoto ab humeris pallio cum infula, ceteris indutus vestibus sacris, cappa clericali superinjecta. In Quadripartita autem historia asseritur, consilio cujusdam sancti viri monachi a sancto Thoma celebratam tunc fuisse Missam sancti Stephani protomartyris, non autem, ut tunc ejus esset natalitius dies; sed & prater morem eam celebrasse cum pallio. Et quod clam secum detulit more majorum Eucharistiam, palam vero gestandam sumpserit crucem. Ita se Sanctus ad martyrium parans, quod ea se die obituum putabat. Pergunt vero citata superius Acta:

XX. Posterior Actio Conciliarum.

Intraturus cameram Regis, ubi Rex preestolabatur, ad ostium ipsum crucem bajulat propria manu, sequentibus Episcopis, id aliter quam decuit, interpretantibus. Occurrit Robertus Herefordensis Episcopus: Pater, inquit, sustine, & ego vice Capellani crucem deferam ante presentiam vestram: Sic enim condecet. Justus est (ait Cantuariensis) me ipsam deferre, sub cujus protectione tutus maneo: & ejus viso vexillo, non est dubitandum, sub quo Principe milito. Londoniensis ad hac: Si viderit Rex te armatum intrare, gladium suum fortitorem exeret in caput tuum, & tunc videbis quid proderunt arma tua tibi. Hac (inquit Cantuariensis) Deo committimus. Et Londoniensis: Stultus hactenus fuisti, & ab hac stultitia (ut video) de cetero non recedes, & processum est. Audiens autem Rex Episcopum armatum venire, oblito vel deposito illo gladio, quem dixerat Londoniensis, citius secedit in conclavem ulteriorem, sedente hac seorsum Cantuariensi solo cum suis & paucis, Episcopis ex adverso & loco & animo adunatis. Denique vocati sunt Episcopi ad Regis consilium, Cantuariensis sub jugulo relicto. Protrahitur tempus, dum quaeritur innocentis damnatio. Cantuariensis firma facie induit constantiam. Exiens Rogerus Eboracensis Archiep. ait clericis suis, quos ibi invenit (erant enim ibi magister Robertus, Grandis cognomine, & Osbernus a Roudel) recedamus hinc. Non oportet nos videre, qua hic habent fieri cito de Cantuariensi. Magister Robertus ad hac: Non, inquit, hinc recedam, donec video quid Dei voluntas super his judicaverit. Si pro Deo & ejus justitia ab omni nexu curiali. Si igitur liber & absolutus, super his a quibus sum liberatus, nec teneor, nec volo de cetero respondere. Et hoc aliter se habet (inquit Comes) quam Londoniensis Regi suggererat. Adjecit Cantuariensis: Ad hac filii Comes, id attende, quanto dignior est anima quam corpus, tanto magis Deo & mi-

que dictum a Rege, ut qui amplius cum Cantuariensi staret, publicus hostis judicaretur, in capite puniendus. Dictum est etiam, quod Jocelinus Saresberienensis Episcopus, & Willelmus Norwicensis Episcopus, quia adhuc resisterant, traherentur statim ad supplicium, in membris mutilandi, qui & ipsi pro salute sua Cantuariensem rogabant.

Inspiciens igitur Cantuariensis in Exoniensem Episcopum: Fuge hinc, ait, quia non sapis ea quae Dei sunt. Exierunt denique a consilio omnes simul Episcopi cum tumultu ad Cantuariensem, quorum unus eloquens Hilarius Cicestrensis Episcopus prorumpens in vocem: Aliquando, ait, noster fuisti Archiepiscopus, & tenebamur tibi obedire; sed quia domino Regi fidelitatem jurasti, hoc est, vitam, membra, & terrenam dignitatem sibi per te fore salvam, & consuetudines, quas ipse repetit, conservandas, & tu eas niteris destruere, praecipue cum spectent ad terrenam suam dignitatem & honorem: idcirco te reum perjurii dicimus, & per juro Archiepiscopo de cetero non habemus obedire. Nos itaque & nostra sub domini Papae protectione ponentes, te ad ejus presentiam appellamus super his te responsurum, & diem statuit. Audio, inquit Cantuariensis.

Subtrahentes se Episcopi, seorsum sedere ex adverso diutius in summo silentio. Tandem a Rege processerunt Comes & Barones, & plurima turba ad dominum Cantuariensem. Quorum primus Robertus Leicestrensis ait: Mandat tibi Rex, ut ventas redditorum rationem super objectis, sicut heri promissisti te facturum, alioquin audi judicium tuum. Judicium, inquit Cantuariensis, immo, fili Comes, & tu prius audi. Non te latet filii, quam familiaris, & quam fidelis secundum statum hujus mundi domino Regi fuerim. Ejus rei gratia placuit ei, ut promoveret in Archiepiscopum Ecclesiae Cantuariensis, Deus scit, me id non volente. Nota enim mihi fuit infirmitas mea: & magis pro suo, quam pro Dei amore acquievi. Id satis hodie palam est, dum Deus & se mihi subtrahit & Regem. Verumtamen in mea promotione, dum electio fieret, presente Henrico Rege filio & haerede, cui & hoc ipsum mandatum fuit, quaesitum est, qualem me redderent Cantuariensi Ecclesiae: & responsum est, liberum & absolutum ab omni nexu curiali. Si igitur liber & absolutus, super his a quibus sum liberatus, nec teneor, nec volo de cetero respondere. Et hoc aliter se habet (inquit Comes) quam Londoniensis Regi suggererat. Adjecit Cantuariensis: Ad hac filii Comes, id attende, quanto dignior est anima quam corpus, tanto magis Deo & mi-

XXI Condemnatur a suis S. Thomas.

Agit causam suam S. Thom.

hi teneris obedire, quam terreno Regi. Nec lex, nec ratio permittit, ut filii patrem judicent, vel condemnent. Unde Regis, tuum, & aliorum declino judicium, sub Deo solo a domino Papa judicandus, cujus coram omnibus vobis praesentiam appello, Ecclesia Cantuariensis, ordine & dignitate mea, cum ad eam pertinentibus sub Dei & sua protectione positus. Nihilominus vos fratres & Coepiscopi mei, quia magis homini quam Deo obeditis: ad domini Papae audientiam & judicium voco, & sic Catholicae Ecclesiae & Apostolicae Sedis auctoritate munitus hinc recedo.

XXII. Absentem illum sequuntur curiales & invidi, contumelias & injurias Traditorem illum acclamantes. Ei autem venienti ad ulteriorem portam, clausa est janua, nec potuit exire, nullo ibi invento custode. Et dum res ageretur in metu & dubio: nutu Dei contigit, claves plurimas in fasciculo a muro pendere, quas arripiens quidam familiaris domini Cantuariensis, unam post alteram pertentavit, donec aperiret januam. Exeuntibus illis occurrit multitudo morbo regio laborantium, pauperum & infirmorum acclamantium & dicentium: Benedictus Dominus, qui eripuit & salvum fecit servum suum a facie inimicorum suorum. Credebatur enim jam fuisse extinctus. Praecedente igitur & subsequente turba languidorum, cum Clero & populo in gaudio & letitia perducitur ad hospitium. Videns autem exultationem plebis, dixit sequentibus se: Quam gloriosa nos processio conducit a facie tribulationis! Sinite pauperes Christi & nostrae tribulationis participes omnes intrare nobiscum, ut epulemur in Domino ad invicem. Et impleta sunt domus & atria circumquaque discumbentium. Additur ex Quadripartita, tunc contigisse legi in mensa ex historia Tripartita persecutionem Liberii, cum restitit videlicet Constantio Imperatori haeretico, a quo & est passus exilium: & ex lectione Evangelii itidem legi soliti illud Evangelistae: (a) Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam. Quae audita a sancto Thoma, tamquam ipsi annuntiata, ab eodem quam citius sunt adimpleta, cum Deo juvante in Belgium transfretavit, & apud monasterium sancti Bertini permanit. Quae autem contigerint in via, & alia plura ad eam spectantia, in eadem historia pluribus enarratur. Qui enim appellaverat Romanum Pontificem, sanctus Thomas; utique ad ipsum sese experturus conferre debuit. Sed adversarii protectionem istam, fugam fuisse proclamarunt, & tamquam in fugitivum quae non jactarunt convitia?

S. Thom. rrium- phat & e- pulatur cum pauperibus.

(a) Mat. 5.

XXIII.

De his enim scribenda fuit a Joanne Saresberienfi ad Petrum scriptorem in e-

pistola citata superius, quae de fuga S. Thomae ornatissimam texuit Apologiam, quam brevitas causa omittimus, cum etsi plurima sint quae excusent, exempla Christi, Apostolorum, Prophetarum, atque Sanctorum omnium: illud satis, quod litteris Papae prosequi appellationem interpositam iustus esset, quem morantem in Gallia, antequam inde recederet, convenire deberet. Quod non sinit relinquere, sed laborare, ut periclitantem in tuto collocaret Ecclesiam. Hinc ipse Joannes: (b) Hoc autem non fuit Ecclesiam exponere, sed liberationi ejus operam dare; nisi forte & ille tibi navem relinquere videatur, qui ut eam ad portum pertrahat, scapham ingreditur. Haec & alia pleraque pro Thoma defensor ejus Joannes a Saresberia. At quid ejus audita migratione Rex Angliae, audi:

Sic delusus Henricus, audiens ab iis S. Thomam fuga lapsam, adversus eum ejusque clericos ipsum sequentes ista sancivit (c):

Henricus Rex Angliae singulis Episcopis in Anglia constitutis.

Nosti, quam male Thomas Cantuariensis Archiepiscopus operatus sit adversum me & regnum meum, & quam male recesserit. Et ideo mando tibi, quod clerici sui, qui circa ipsum fuerunt post fugam suam, & alii clerici qui detraxerunt honori meo, & honori regni, non percipiant aliquid de redditibus illis quos habuerunt in Episcopatu tuo; nisi per me; nec habeant aliquod auxilium vel consilium a te. Aliud adhuc edictum promulgavit, (d) ut redditus Archiepiscopatus Cantuariensis in manus regias deferrentur. Sancivit & alia ab amico litteris significata eidem sancto Thomae istis verbis: (e)

Sciat is hunc esse tenorem mandatorum, quae Henricus Rex in Angliam misit, scilicet, ut omnis portus cautissime custodiatur, ne litterae interdictionis ullatenus illuc deferantur. Et si aliquis regularis illas attulerit, pedibus truncetur: si clericus, oculos & genitalia amittat: si laicus, suspendatur: si leprosus, comburatur. Et si quis Episcopus ejus interdictionem metuens, recedere voluerit, nihil secum deferat praeter baculum. Vult etiam, ut omnes scholares repatriare cogantur, aut beneficiis suis priventur; & qui remanserint, sine spe remeandi remaneant. Et presbyteri, qui cantare noluerint, genitalia amittant, omnesque rebelles beneficiis priventur. Thomas interea, ubi ostracismum passus est, ad Alexandrum Papam has litteras dedit, quas recitat Rogerius in Annalibus Anglorum verbis istis, sub anno sequenti; sed pertinent ad praesentem:

(b) Cod. Vat. ep. 3. post l. 5.

(c) Cod. Vat. l. 1. ep. 23.

(d) Ib. ep. 15.

(e) Ib. ep. 14.

XXIV. Leges latae post fugam S. Thomae.

S. Thomæ
ad Alex.
de appella-
tione.

Ad audientiam tuam, Pater sanctissi-
me, confugio, ut qui Ecclesie liberta-
tem tanto tui discrimine redemisti, eam
vel solam, vel maximam meæ persecutio-
nis causam attendas, qui exemplo tuo u-
sus sum. Dolui enim statum Ecclesie la-
befactari paululum, & jura ejus in a-
varitiam Principum dissipari, & occur-
rendum credidi morbo venienti. Et quo-
plus illi domino meo, cui post Deum cæ-
tera debeo, me sciebam obligatum, eo
tutius iniquis ejus instigationibus arbitra-
bar resistendum: donec obtinuerunt illi,
& serenitatem illius offuscaverunt mihi.
Exinde, ut moris est, apud Principes cri-
minationes & calumnias iniecerunt in oc-
casionem persecutionis meæ. Et ego eiici
malui, quam succumbere. Accessit enim
his malis, quod vocatus fui coram Re-
ge tamquam laicus satisfacere. Et unde
mihi resistendi suffragia speraveram, in-
de deceptus sum. Animadverti enim do-
minos & confratres nostros Episcopos istos
pro aulicorum arbitrio in me paratos a-
nimadvertere. Ita cunctis incurstantibus
fere suffocatus, ad tuæ pietatis audien-
tiam, que nec in extremis agentes ne-
gligit, respiravi. Sub qua demonstratu-
rus assisto, me nec ibi fuisse judicandum,
nec ab illis. Nam quid aliud hoc esset, Pa-
tres mei, quam vestra jura vobis subtra-
here? quid aliud quam spiritualia tem-
poralibus submittere? Semel natum hoc e-
xemplum esset ad multa, eoque credidi
firmius esse resistendum, quod proclivior
via nocendi nasceretur, si prius debilita-
tem agnoscerent.

XXV.
Cæsari
non ty-
ranno fa-
vit Chri-
stus.

At, inquit, reddenda erant Cæsari
que Cæsaris sunt. Sed si in pluribus ob-
temperandum sit Regi; in illis tamen ob-
temperandum non est, quibus efficitur,
ne sit Rex. Non essent illa Cæsaris, sed
tyranni, in quibus etsi non pro me, pro
se ipsis ei resisterent. Nam si illi extre-
mum iudicium reservatur, qui potens est
judicare corpus & animam: numquid ex-
trema erit inter homines summa, qui ju-
dicat secundum se ipsum? Si justam fo-
verunt partem, quid me impetebant?
Quid me arguunt, si ad eum appellavi,
apud quem jus vitari, vel non licet, vel
non expedit? aut injuste me causabantur,
aut de justitia vestra diffidebant. Dupli-
citer namque confundebam, si coram san-
ctitate vestra convincerem. Numquid eor-
um persecutionem merui, pro quibus tan-
tis occursum me opposueram, & obtinu-
issem, si voluissent illi? sed male caput
agit, si jam membris destituitur. Quid
enim si oculi contra caput linguam as-
sumant? Si bene prævidissent, in se per-
niciem machinabantur, & eorum usi sunt
principales auxilio in eorum servitatem.
Quod hæc tanti odii causa fiant, ut pro
mo extinguendo se ipsos extinguerent,

ita pro temporalibus spiritualia negligunt,
deficiunt in utrisque. Quid, quod etiam
me reclamante, & ad audientiam vestram
appellante, patrem suum iudicio damna-
re ausi sunt? Quin etiam si in univer-
sam Ecclesiam cum offenso nobis Principe
conspirationem fecerunt, & te Pater san-
ctissime, suspicio ista potuit attingere.
At, inquit, Regi tenebantur ex debi-
to Domini; sed illi corporaliter, spiri-
tualiter mihi. Cui potius teneri potue-
runt quam sibi ipsis? Nonne potius cor-
poralium damnum, quam spiritualium?
At rursus inquit, hoc tempore Princi-
pem non fuisse provocandum. Quam sub-
tiliter in servitutem suam argumentantur;
immo ipsi provocant, qui excessibus suis
alas præbent ad suffragium. Quievissent
enim, nisi acquiescissent illi. Et quo tem-
pore magis constantia exigitur quam in-
ter persecutores? Nonne familiares ejus
persecutionibus comprobantur? Si semper
succumbant, qualiter obtinebunt? necesse
est aliquando resistant. Condescende er-
go, Pater sanctissime, in fugam meam
& persecutionem; & me aliquando ma-
gnum fuisse reminiscere, tempore tuo, &
propter te injuriis laceffitum. Utere * ri-
gore tuo, coerce illos, quorum instin-
ctu nomen hujus persecutionis obrepit.
Nec domino Regi horum aliquid impute-
tur, qui hujus machinationis potius est
minister, quam repertor. Hucusque apud
Rogerium. Alexander vero Papa ista au-
diens, primum omnium non teneri san-
ctum Thomam damnatione sua in concilia-
bulo facta ita declarat: (a)

Quotup-
pliciter
in S. Tho-
mam pec-
cassent sui
Episcopi.

Alexander Papa Thomæ Cantuariensis
Archiepiscopi.
Quod minor majorem judicare non pos-
sit, & cum præsertim, cui jure noscitur
prælationis subesse, & obedientia vincu-
lo tenetur astrictus; tam divinæ, quam
humanae leges demonstrant, & præcipue
SS. Patrum statutis id manifestius de-
claratur. Hæc siquidem nos, quorum
interest errata corrigere, & ea que in-
correcta perniciosum posteris exemplum
relinquerent, emendare, sollicita confi-
deratione pensantes, & quod ex delicto
personæ non debet Ecclesia jacturam ali-
quam vel incommodum sustinere: senten-
tiam ab Episcopis & Baronibus Angliæ,
quoniam ad primam Regis citationem tui
copiam non fecisti, adversum te præsum-
ptuose prolata, in qua tibi jam dicti
Episcopi & Barones omnia mobilia tam-
contra juris formam, quam contra Ec-
clesiasticam consuetudinem adjudicarunt,
præsertim cum nulla mobilia præterquam
de bonis Ecclesie tuæ habueris: irritam
penitus esse censuimus, & eam Apostolica
auctoritate cassamus: statuentes, ut nul-
las in posterum vires obtineat, aut tibi,
vel successoribus tuis, seu Ecclesie tue

(a) Cod.
Vat. l. 1.
ep. 49.
XXVI.
Alexand.
Pap. ab-
rogat que
sunt facta
contra S.
Thom.

(a) lb. ep.
32.

XXVII.
Obitus
Antipap.
Ostavian.

* non dju.

XXVIII.
Subroga-
tur alius
Antipapa
Guido
Cremen-
sis Pasch.
III. di-
ctus.

gubernationi commissæ aliquod in poste-
rum præjudicium valeat vel læsionem affer-
re. Hæc Alexander Papa, qui & aliis da-
tis litteris (a) restituenda mandavit quæ
sublata fuissent ipsi Archiepiscopo, sive
aliis, occasione ipsius Thomæ.

Dum autem res in Anglia adeo fluctua-
rent, atque in dies magis magisque in
deterius declinarent: respexit vindex De-
us in mentem magnam, in superbissimum
Antipapam Ostavianum, eo potissimum
tempore, cum reversurus in Urbem, tri-
umphantis instar e Gallia cisalpina de-
scendisset in Tusciam, atque ad Lucensem
civitatem pervenisset. De quo ista legun-
tur in sæpe citatis Alexandri Pontificis
vitæ Actis: Alexander Papa Senonis us-
que ad Paschæ secundi anni moram diu-
turnam faciens, universalis Ecclesie ne-
gotia inibi pro sui debito officii pertra-
xit. Eodem tempore infelicis memorie
Ostavianus hæresiarcha infirmatus est
apud Lucam civitatem circa festum Pascha-
le, & impenitens & excommunicatus de
hoc mundo migravit ad inferos: licet a
quibusdam dictum fuerit, quod sacerdo-
tem Catholicum vocaverit, qui prohibi-
tus a schismaticis ad eum intrare non po-
tuit. Cujus detestandum obitum Joannes
Tusulanus Episcopus supradictus, unus
ex consociis suis. * jam diu prævenerat, &
apud Cluniacum pessimam mortem incur-
rerat. Tunc de quatuor falsis fratribus,
qui ab Ecclesie unitate in animarum sua-
rum perniciem recesserant, remanserunt
non nisi tantummodo duo fumigantia mem-
bra, Joannes videlicet de sancto Martino,
& Guido Cremenfis, qui se luctu & mœ-
rore nimio affligebant: & quidem non
modicum trepidantes, ubi non erat timor,
dicebant ad invicem: Si elegerimus ad Ale-
xandrum converti, forte non recipiet nos
absque intolerabili opprobrio & confusio-
ne perpetua. Quod si receperit nos, post-
modum faciet de nobis illud idem, quod
fecit Innocentius Papa de Cardinalibus
illis, qui contra eum cum Petro Leonis
steterant.

Imperator vero, ubi de morte Ostaviani
certitudinem habuit, non mediocriter mœ-
sus & tristis effectus est. Sed ne in ma-
lo proposito suo superari videretur & vin-
ci: tanta iniquitati, Dei timore postpo-
sito, absque dilatione consensit, & extin-
ctum schisma, quantum potuit, resuscita-
re omnino studuit. Ad majorem vero
sue damnationis cumulam, ut Catholicos
forte detineret, & complices suos in ma-
litia haberet fortiores, addens pecca-
tum peccato, juravit ore proprio super
sanctæ Dei Evangelia, quod dictum Gui-
donem, ejusque successores haberet Catho-
licos Papas; Alexandrum vero ac suc-
cessores ejus semper schismaticos teneret.
Id ipsum quoque viros Ecclesiasticos, quo-
usque facere potuit, nihilominus jurare
coegit.

In quo execrabili facto quid aliud con-
natus est, nisi Ecclesiam Dei dividere?
Sicut enim in Symbolo continetur, omnis
Catholicus Christianus non in duas, sed
in unam sanctam Apostolicam Ecclesiam
credit, & singulis diebus Dominicus can-
tat & confitetur. Unde alibi scriptum est:
(b) Una est columba mea, perfecta mea,
& una electa matris sue, perfecta geni-
tricis sue. Hinc Ecclesie unitatem bea-
tus Paulus Apostolus docet, & sacramen-
tum unitatis ostendit, dicens: (c) Unum
corpus, unus spiritus, una spes, vocatio.
Deus. Hinc igitur unitatem non tenens
Fridericus Imperator, tenere se Fidem
credidit? Qui Cathedram Petri deserit,
super quam fundata est Ecclesia: quomo-
do se in Ecclesia esse confidit? Sicut enim
non potuit evadere in diluvio mortem qui-
suis extra Arcam mansit, in qua Noe
fuit: sic & qui ab Ecclesia fuerit foris,
evadere nullatenus poterit. Hæc ibi in Actis
Alexandri de obitu Antipapæ, & subro-
gatione Guidonis. Confirmantur ista ex
datis hoc anno diversis epistolis in causa
sancti Thomæ Cantuariensis Archiepisco-
pi, quas una cum aliis eodem argumen-
to conscriptis continet idem qui supra ci-
tatus Vaticanus codex, atque in primis
ex epistola (d) Joannis Pictaviensis Epi-
scopi ad eundem sanctum Thomam his
verbis: Scripsissem vobis de Ostaviani
decessu miserabili, Guidonis Cremenfis sub-
stitutione execrabili, nisi vestros, qui in
Curia morantur, hæc omnia plenius sci-
re scirem, per quos vobis fidelius inno-
tescere debent: & hujusmodi nova non nisi
ab ipsis, & per ipsos ad nos usque deri-
vantur. Ita quidem. Præstitit enim id
Nuntius ejusdem sancti Thomæ, qui erat
apud Alexandrum Papam, qui de his ad
ipsum Archiepiscopum Cantuariensem has
litteras dedit: (e)

XXIX.
De Catho-
licæ
Ecclesie
unitate.

(b) Cant.
6.

(c) Ephes.
4.

(d) lib. 1.
ep. 2.

(e) Id. ep.
7.

Venerabili domino & patri charissimo
Thomæ, Dei gratia Cantuariensi Archie-
pi-

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 10.
MANUELIS IMP. 22.

piscopo & Anglorum Primati, fidelium suorum minimam salutem & felices ad vota successus.

XXX. De obitu Octaviani litteræ. *Novem vestra paternitas, Octavianum schismaticum, quem sibi in caput erexerant, & schismatis principem Belial, quarta feria post Octavas Pasche obiisse in urbe Lucensi, & sepultum esse in monasterio extra civitatem. Cum enim Canonici majoris Ecclesie & regulares Canonici sancti Fridiani ei sepulturam negassent, præligentes a suis migrare sedibus, quam admittere corpus schismatici, quem credunt in inferno esse sepultum: a satellitibus Imperatoris & familia propria ad miserios monachos cadaver illud perlatum est. Capella vero ipsius, & equi quoniam aliud non habebat, qui urgente inopia non nisi ex rapto vixerat a multo tempore ad Imperatorem perducti sunt. Imperator autem hoc cognito, vocavit ad se Papiensem Episcopum, qui in monasterio B. Michaelis apud Clusam exulabat. Sed quid factum sit, adhuc incertum est. Alii autem dicunt quod alium velit ei substituere: alii quod ad Catholicam rediit unitatem. Præterea urbes Italiae minus solito prompte sunt in obsequium ejus, adeo quod Papienses, & Cremonenses per quos Italiam domuit & contrivit ei in facie resistent, denuntiaverintque ei quod ab eo recedent omnino, nisi deponat tyrannidem, & civiles induat mores, ut liberi esse possint, sicut in diebus aliorum Imperatorum.*

XXXI. Alexand. Pap. flevit mortem Schismatici. *Octavianus autem quindecim diebus antequam moreretur, phreneticus effectus est continue, & in tantam versus insaniam ut nec Dei nec sui memor esset. Audierat quidem dominus Papa de morte Octaviani a fidei & veris relatoribus, & velut alter David, persecutorem suum deservit extinctum, & Cardinales de morte illius exultantes durius increpavit. Hoc autem recte eo quod factura animæ irreparabilis est, ubi culpa per penitentiam non deletur. Nec meminimus a seculo, quod heresiarches, vel auctor schismatis nisi coactus & invitatus penitentiam egerit. Si revolventis historias, ita credo, verum constabit. Qualibet autem sacrificia nisi voluntaria fuerint, reprobat Deus. Dum in curia sermo iste crebresceret, ecce Nuntii domini Regis, Angliæ scilicet, advenerunt, litteras a Sede Apostolica impetratas restituentes. Vix eas reddiderant, cum in continenti aliæ litteræ ab Italia venerunt, & fere pariter porrectæ sunt, exponentes diligenter & de morte Octaviani, & de iis, quæ in Italia gerebantur. Dicitur itaque & non modo ab Italia domino Papæ, sed & Regi Francorum a Gallis de partibus Apuliae redeuntibus, quod Imperator quartana laborabat, Imperatrix in puerperio*

fecisset abortum. Unde factum est, ut tota Gallia ad obsequium domini Papæ devotius conversa sit, & Ecclesiam Romanam ad minas hominum minus moveri oporteat &c. At cum a tot nobilibus ejus temporis scriptoribus Octaviani obitus miserandus, sepultura infamis, redempta minis describantur: tamen qui inhærebat Friderico Imperatori Otto Morena Laudensis, in gratiam schismatici domini, & ad consolationem confortum schismatis, schismaticus ipse mendaci stylo asseruit eundem Octavianum Antipapam claruisse miraculis, quem & non schisma tantum, sed & publica etiam latrocinia oportuit ad inferos demersisse, toto id Orbe Catholico conclamante. Sed jam agamus de intermissis negotiis Ecclesie Anglicanæ.

XXXII. *Ut autem res clarius innotescant, litteras illas, quas audisti per Nuntios Regis Papæ redditas, scias fuisse impertitas Eboracensi Archiepiscopo, cui petente Rege decernebatur Legatio in Angliam. Sed quod (ut vidimus) posterioribus litteris eam Alexander limitibus restrinxisset, ne quid per eam juris sibi vindicaret vel in personam S. Thomæ, aut in Archiepiscopatum Cantuariensem; cum sic frustraretur Regis intentio, quæ erat, ut per eundem Legatum deponeret ipsum Thomam: easdem litteras de legatione, ut inutiles, per suos Nuntios ad hoc missos reddi voluit Alexandro. De his extant aliæ litteræ ista narrantes his verbis: (a)*

Amantissimo domino suo suis ille salutem, & bene semper valere.

Per misericordiam Dei, quæ sperantes in se non deserit, factum est, ut eadem die, qua dominus Papa de morte Octaviani certificatus est, venerint ad Curiam Nuntii domini Regis K. & H. hoc est, KLudovici & Henrici Regis. Hi autem tantæ humilitatis speciem ex parte Regis præsentantes, viva voce, & litteris verbis eorum consonantibus, dominum Papam & aliquos Cardinalium adeo movisse visi sunt, quod (sicut ex relatione quorundam qui vobis favent, didici) ipsi vix lacrymas continebant. Post multas igitur allegationes, qualiter scilicet & quo affectu ipse Rex eum, Alexandrum scilicet, receperit, quantam reverentiam ei semper exhibuerit, & quamdiu vivet, exhibebit, & in hunc modum multas reddiderunt litteras domino Papæ de legatione, quas Archidiaconus vester minus honeste, & dum apud vos eram, in Angliam impetravit. Conditionem vero ipsam, sub qua eas obtinuit, dominus Rex per istos Nuntios per se factam, vel quasitam fuisse, penitus negavit. Dominus vero Papa cum tanto affectu & ita avidè eas recepit, tamquam si ei a-

XXXII.

(a) lib. 1. ep. 6. Nuntii a Reg. ad Pap. missi litteras reddunt.

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 10.
MANUELIS IMP. 22.

liquid desideratum oblatum fuerit: ut & quidam ei assidentes plurimum mirarentur, &c.

XXXIII. *Vidisti Lector in omnibus, quæ hactenus actitata sunt apud Alexandrum in causa S. Thomæ, ipsum semper favisse causæ ipsius, atque etiam propensiorum fuisse erga ipsum a principio in hujusmodi causa tractanda. Quo nomine se ipsum redarguat Joannes Saresberienensis, qui motuum horum exordio scribens ad ipsum Thomam; sic male vaticinatus est de ipso Alexandro Papa dum ait: (a) Contra vos faciunt multa, pauca pro vobis. Venient enim magni viri, divites in effusione pecuniæ, quam nunquam Roma contempsit, eruntque non modo sua, sed domini Regis (quem Curia in nullo audebit offendere) auctoritate freti, &c. Videas itaque quam perperam de Alexandri Papæ constantia judicaverit, quod auro potuerit expugnari, quæ ferro durior est probata.*

Secuta est autem alia legatio a Rege missa per Archiepiscopos & Episcopos Angliæ ad Alexandrum Pontificem, admittique omnes ad publicam audientiam, primoque loco in Consistorio qui primum locum tenebat, primo locutus est Episcopus Londoniensis in hæc verba: Pater, inquit, ad vos spectat Catholica Ecclesie cura & sollicitudo, ut qui sapiunt, per vestram foventur prudentiam ad exemplum morum, & qui desipiunt, auctoritate Apostolica comprimantur & corripiantur, ut sapiant. Sed apud vestram sapientiam non creditur sapere, qui in sua sapientia confidens, & fraternam concordiam, & Ecclesie pacem, Regisque devotionem perturbare contendit. Nuper siquidem in Anglia orta est dissensio inter regnum & sacerdotium ex levi & minus utili occasione, quæ facilius posset extinguere, si adhibita ei fuisset moderata curatio. Verum dominus Cantuariensis suo singulari in hac parte & non nostrousus consilio, acrius equo institit, non considerata temporis malitia, quod vel quale dispendium ex tali impetu posset provenire: & sibi & fratribus suis contexit lacrimas. Et si ei in proposito suo noster favisset assensus, jam res ipsa ad deteriorem calculum devenisset. Verum quia nostram conniventiam, sicut nec debuit, ad id quo tendebat, habere non potuit: nisus est in dominum Regem & nos, immo in totum regnum temeritatis suæ culpam retorquere. Quocirca ad decolorandam mutue fraternitatis infamiam, vim nemine inferente, vel minas intentante, fugam inivit, sicut scriptum est: (b) Fugit impius nemine persequente. Ad hæc dominus Papa: Parce, inquit, frater. Et Londoniensis: Domine, parcam ei. Et dominus Papa: Non dico, frater,

(a) lib. 1. ep. 24.

Legatio Episcoporum Angliæ ad Alexand. contra Thom.

(b) Prov. 18.

quod ei parcas, sed tibi. Ad hanc igitur Apostolicam vocem & tubam sensus Londoniensis infatuatus est a Domino ita demum, quod amplius mutire non potuit.

XXXIV. *Exceptit illum proinde sermonem facundus Hilarius Cicestrensis Episcopus, magis de sua confidens eloquentia, quam de justitia & veritate. Quod ex post facto innotuit: Pater, inquit, & domine, interest beatitudinis vestræ, quod perperam actum est in perniciem universitatis, ad pacis & concordie debitum statum citius revocare, ne nimis hujusmodi immoderata præsumptio multorum stragem & Catholicæ Ecclesie scissuram possit procreare. Id parum attendit dominus Cantuariensis, dum relicto maturiori consilio, se solum consuluit, ut sic sibi & suis, Regi & regno, populo & Clero graviores labores procrearet & angustias; & certe virum tantæ auctoritatis non decuit, nec oportuit, nec aliquando oportuebat. Ita grammaticabat Hilarius Cicestrensis, dicens, oportuebat. Insuper suos si saperent, non oportuebat sibi in talibus præbuisse consensum. Auditio itaque qualiter facundus ille Grammaticæ profiteret de portu in portum per illud iteratum, oportuebat: soluti sunt in risum universi. Inter quos unus prorumpens in vocem: Male, inquit, tandem venisti ad portum. In quo verbo ita Episcopum illum infatuavit Dominus, quod de cætero factus est mutus & elinguis. Eboracensis autem Archiepiscopus priorum ruinam attendens, animi impetum studuit temperare, paucisque locutus, imprudentiam sugillavit Archiepiscopi, sic & qui post eum locuti sunt, quos brevitate causa omittimus, petentes demum creari a Papa Legatum a latere, & mitti in Angliam ad cognoscendam causam inter Regem & Archiepiscopum, quem remittere deberet in Angliam, ubi judicari deberet. At licet id instanter peterent, atque schisma Regis ex parte minarentur: Pontifex tamen haud dandum putavit in manus eorum innocentissimum Thomam, sed vocatum ad Curiam expectandum, ut de ipso idem Pontifex judicaret. Sed renuerunt illi facere, indignantesque recefferunt absque benedictione Apostolica impetrata. Extrat inter epistolas ipse libellus adversus S. Thomam ab eis Alexandro Pontifici oblatum, veneno infectus.*

XXXV. *Post hæc autem venit S. Thomas ad ipsum Pontificem, qui (inquit Alanus in Quadripartita) tepide quidem exceptus est a Cardinalibus, ad domini tamen Papæ præsentiam intronissus. Qui venientem ad se paternam suscepit benignitate, super vacatione ipsius multimoda, & peregrinatione tam periculosa & dura paterne compatiens. Dumque hæc & illa verbotenus a-*

XXXIV.

Deridetur Episcopus impertitus.

XXXV. S. Thom. in consistorio agit causam suam.

gc-

gerentur, demum recepti in mandatis, in crastinum exiit sui causis coram fratribus exponere. Sequenti ergo die, dum quaereretur inter sodales, quis eorum causam exponeret, singulis sese excusantibus, verbi pondus apud Archiepiscopum residit. Doctus igitur a Deo, & per se impræmeditatus, dum primus a domino Papa sederet, & propter reverentiam vellet assurgere, jussus residendo causam edicere, sic incipit: Licet non multum sapientes, nec tamen usque adeo sumus fatui, ut Regem Angliæ, suos, & sua pro nihilo relinqueremus. Nam si vellemus sue per omnia placere voluntati, in sua potestate vel regno non esset quis, qui nobis non obediret pro libito. Et dum sub hac conditione ei militavimus; quid fuit quod nobis non successit ad votum? Ex quo vero aliam ingressi sumus viam, memores professionis & obedientiæ, quam pro Deo suscepimus, quem ad nos habuit, tepuit profecto prior affectus. Adhuc autem si ab isto proposito vellemus resilire, ad ejus recuperandam gratiam nullius personæ egeremus interventu. Verum quia Cantuariensis Ecclesiæ sol solet esse Occidentis, & nostris temporibus offuscata est ejus claritas: quodlibet tormentum, sed & mille mortis genera, si tot occurrerent, libentius exciperemus in Domino, quam sustineremus sub dissimulatione his diebus mala quæ patitur. Porro ne videar curiose, vel obtentu vanæ gloriæ hæc inchoasse, expedit ut oculata file constet de effectu.

XXXVI.
Cognitæ
in confessorio
consuetudines
regni Angliæ.

Et producens scriptum in quo continebantur consuetudines illæ, de quibus contendebar, cum lacrymis dixit: Ecce quæ statuit Rex Angliæ contra libertatem Ecclesiæ Catholice. Si hæc licet dissimulare sine dispendio animæ, vos videritis. Quibus perceptis, moti sunt omnes usque ad lacrymas; nec ut se continere poterant, qui prius pro viribus adversabantur, communi voce Dominum laudantes, dum vel unum sibi reservavit, qui pro Ecclesiæ suæ in illa tempestate ausus fuit ex adverso ascendere. Et qui ante videbantur super hac causa varie disceptare, jam in unam convenere sententiam, in persona Cantuariensis Archiepiscopi universali Ecclesiæ succurrendum. Verum dominus Papa lectis, & relectis, & diligenter & attente auditis, & cognitis singulis consuetudinibus; acerrime motus, statim excanduit in Archiepiscopum arguens eum, & dure increpans, quod in illarum non consuetudinum, sed tyrannicarum usurpationum assensu, ipse (ut confessus ibi est) ceterique Episcopi, suo sacerdotio renuntiarunt, & Dei Ecclesiam ancillarunt: asserens multo satius, omne sustinuisse discrimen, quam tantis legis Dei subversionibus præbuisse assensum; Et adjecit: Veram, inquit, inter abo-

minabilia hæc, quæ hic lecta sunt, & audita, nulla quidem bona, sed quædam tolerabilia sunt, quæ utcumque potest Ecclesiæ tolerare, sed horum major pars reprobata, & ab antiquis quidem & authenticis damnata est Conciliis, utpote directo sacris sanctionibus adversa. Et hæc quidem dominus Papa in audientia omnium reprobavit, & ab Ecclesiâ in posterum damnanda censuit. Sunt hujusmodi, hincque descripta cum additamento, ut reperimus in dicto codice Vaticano, eorum quænam Alexander Papa prorsus damnanda, quænam vero toleranda censuit. Sed Lectori puto molestiam ingeret vocum Anglicarum admixtio, earumdemque haud facile perceptibilium: quæ sic se habent:

Inserere studuimus, inquit, funestum illud & famosum decreti chirographum, consuetudines illas regias videlicet apud Clarendunam promulgatas, quarum hæc prima.

De advocacione & presentatione Ecclesiarum si controversia emerferit inter laicos, & laicos, vel inter clericos & laicos, vel inter clericos & clericos, in Curia Domini Reg. tractetur & terminetur. — Primum hoc damnavit S. R. E. sub Alexandro Tertio. Ita notata habentur in fine uniuscujusque capituli, descripta ex dicto Codice Vaticano in fine Quadripartitæ historiæ S. Thomæ.

Ecclesiæ de feudo domini Regis non possunt in perpetuum dari absque assensu & concessione ipsius. — Hoc toleravit.

Clerici citati & accusati de quacunque re, moniti a justitia Regis, venient in Curiam ipsius, responsuri ibidem de hoc, unde videbitur Curia Regis, quod sit ibi respondendum. Ita quod justitia Regis mittet in Curiam S. Ecclesiæ ad videndum, qua ratione res ibi tractabitur; & si clericus convictus vel confessus fuerit, non debet de cætero eum Ecclesiæ tueri. — Hoc damnavit.

Archiepiscopis, Episcopis & personis regni non licet exire de regno absque licentia domini Regis. Et si exire voluerint, si domino Regi placuerit, asscurabunt, quod nec in eundo, nec in moram faciendo, nec in redeundo perquirent malum vel damnum domino Regi vel regno. — Hoc damnavit.

Excommunicati non debent dare vadium ad remanens, nec præstare juramentum, sed tantum vadium & plegium standi iudicio Ecclesiæ, ut absolvantur. — Hoc damnavit.

Laici non debent accusari nisi per certos & legales accusatores & testes in præsentia Episcopi, ita quod Archidiaconus non perdat jus suum, nec quidquam quod inde habere debeat. Et si tales fuerint, qui culpantur, quod non velit nec audeat ali-

XXXVII.

Constitutiones
Reg. in
Clarenduna
propositæ.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

aliquis accusare eos: Vicecomes requisitus ab Episcopo, faciet jurare duodecim legales homines de visueto, seu de villa coram Episcopo, quod inde veritatem secundum conscientiam suam manifestabunt. — Hoc toleravit.

7. Nullus qui de Rege teneat in capite, nec aliquis dominorum ministrorum ejus excommunicetur, nec terræ alicujus eorum sub interdito ponantur, nisi prius dominus Rex si in terra fuerit, conveniatur, vel justitia ejus si fuerit extra regnum, ut rectum de ipso faciat, & ita ut quod pertineat ad Curiam regiam, ibidem terminetur, & de eo quod spectabit ad Ecclesiasticam Curiam, ad eandem mittatur, ut terminetur. — Hoc damnavit.

8. De appellationibus si emerferint, ab Archidiacono debent procedere ad Episcopum, & ab Episcopo ad Archiepiscopum, & si Archiepiscopus defuerit in justitia exhibenda, ad dominum Regem perveniendum est postremo, ut præcepto ipsius in Curia Archiepiscopi controversia terminetur, ita quod non debet ulterius procedere absque assensu Regis. — Hoc damnavit.

9. Si calumnia emerferit inter clericum & laicum, vel e converso de ullo tenemento, quod clericus velit ad eleemosynam attrahere, laicus vero ad laicum feudum; recognitione duodecim legalium hominum per capitalis justitiæ Regis considerationem terminabitur, utrum tenementum sit pertinens ad eleemosynam, sive ad feudum laicum, coram ipsa justitia Regis. Et si recognitionem fuerit ad eleemosynam pertinere; placitum erit in Curia Ecclesiastica: si vero ad laicum feudum, nisi ambo tenementum de eodem Episcopo vel Barone advocaverint, erit placitum in Curia regia. Si uterque advocaverit de feudo illo eumdem Episcopum, vel Baronem: erit placitum in Curia ipsius, ita quod propter factam recognitionem falsitatem non amittat qui prius satisfatus fuerat. — Hoc damnavit.

10. Qui de civitate, vel castello, vel burgo, vel dominico manerio Regis fuerit, si ab Archidiacono, vel Episcopo de aliquo delicto citatus fuerit, unde debeat eidem respondere, & ad citationes eorum satisfacere noluerit, bene licet eum sub interdito ponere, sed non debet excommunicari, priusquam capitalis minister Regis villæ illius conveniatur, ut justitiet eum ad satisfactionem venire. Et si minister Regis inde defecerit, ipse erit in misericordia Regis, & exinde poterit Episcopus ipsum accusatum Ecclesiastica justitia coercere. — Hoc damnavit.

11. Archiepiscopi, Episcopi, & universæ personæ regni, qui de Rege tenent in capite, & habent possessiones suas de domi-

no Regis, sicut Baroniam, & inde respondet justitiis & ministris Regis, & sequuntur & faciunt omnes consuetudines regias & rectitudines, & sicut ceteri Barones, debent interesse iudiciis Curia domini Regis cum Baronibus, usque perveniatur in iudicio ad diminutionem membrorum, vel ad mortem. — Hoc toleravit.

12. Cum vacaverit Archiepiscopatus, vel Episcopatus, vel Abbatia, vel Prioratus de dominio Regis, debet esse in manu ejus, & inde percipiet omnes redditus & exitus sicut dominicos. Et cum ventum fuerit ad consulendum Ecclesiæ: debet dominus Rex mandare potiores personas Ecclesiæ, & in Capella ipsius debet electio fieri assensu Regis, & consilio personarum Regis, quas ad hoc faciendum vocaverit. Et ibidem faciet electus homagium & fidelitatem domino Regi, sicut ligio domino, de vita, & membris, & de honore suo terreno, salvo ordine suo, priusquam sit consecratus. — Hoc damnavit.

13. Si quisquam de proceribus regni diffortiaverit Archiepiscopo, vel Episcopo, vel Archidiacono de se, vel suis justitiam exhibere: Rex debet justitiare: & si forte aliquis diffortiaverit domino Regi rectitudinem suam, Archiepiscopi, vel Episcopi, & Archidiaconi debent eum justitiare ut domino Regi satisfaciatur. — Hoc toleravit.

14. Catalla eorum qui sunt in Regis forisfacto, non detineat Ecclesia vel cæmeterium contra justitiam Regis, quia ipsius Regis sunt, sive in Ecclesiis sive extra fuerint inventa. — Hoc toleravit.

15. Placita de debitis, quæ fide interposita debentur, vel absque interpositione fidei, sint in Curia Regis. — Hoc damnavit.

16. Filii rusticorum non debent ordinari absque assensu domini, de cujus terra nati dignoscuntur. — Hoc toleravit.

Quibus lectis & cognitis, Alexander Papa, ut prædictum est, valde commotus, ad Archiepiscopum se convertens: Tecum, inquit, frater etsi tuus & Coepiscoporum tuorum grandis fuit excessus & enormis, agendum est parcus. Qui etsi (ut confiteris) ipse cecidisti: mox post casum tuum resurgere conatus es, & propter casum multa gravia & dira perpessus; & statim ut cecideras, cum adhuc esses in Angliâ, a nobis quæstisti & meruisti de clementia nostra absolutionis beneficium. Unde, ut dignum est, & nos tibi indulgemus, ut in tuis adversis clementiæ nostræ consolationem & gratiam præ ceteris personis Ecclesiasticis tanto plenius & affectuosius sentias, quanto pro libertate Ecclesiæ, & pro fide & devotione nostrâ majora reliquisti, & graviora perpessus es. Et ita vir Apostolicus Archiepiscopum primo paterna severitate

12.

13.

14.

15.

16.

XXXVIII.
Quid in
S. Thomam
Alex. Pap.

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. IO.
MANUELIS IMP. 22.

objurgans, & maternæ consolationis dulcedine reparans, tunc dimisit. Hæc ibi. Porro alia ab ea superius recitata diversa oratio habita ab eodem Thoma coram Alexandro Papa habetur in volumine (a) epistolarum citato superius. Pergit vero auctor:

(a) lib. 1.
ep. 3.
XXXIX.
S. Thom.
coram
Papa se
abdicit
ab Ar-
chiepisc.

Postera vero die in secretiori thalamo cum domino Papa & Cardinalibus residentibus affuit & Archiepiscopus hæc inquitens: Patres mei & domini, mentiri nemini licet alicubi, nedum coram Deo & vestra presentia. Unde gemens fateor, quia has Anglicanæ Ecclesiæ molestias mea miserabilis culpa suscitavit. Ascendi in ovile Christi, sed non per ipsum ostium, velut quem non canonica vocavit electio, sed terror publicæ potestatis intrusit. Et licet hoc onus susceperim invitus, tamen ad hoc me induxit humana & non divina voluntas. Quid igitur mirum, si mihi cessit in contrarium? Verum si ad Regis comminationem, ut Coepiscopi mei persuasere instantius, renuntiasset episcopalis auctoritatis mihi indulto privilegio ad Principum votum & voluntatem, Catholicæ Ecclesiæ perniciosum relinqueretur exemplum. Distuli igitur usque ad vestri presentiam. Nunc autem recognoscens ingressum meum minus canonicum, & timens proinde exitum mihi provenire deteriorem; videns etiam vestres meas oneri impares: ne gregi inveniar præesse ad rumam, cui datus suum qualitercumque in pastorem, in manu tua, Pater, Archiepiscopatum Cantuariensem, in manu tua, inquam, resigno. Moxque transsumens anulum suum de digito suo, rogabat Ecclesiæ dignum pastorem provideri, eo quod ipse nomen pastoris habens, officium pastoris non implet. Complensque orationem in lacrymis, dominum Papam, & omnes qui aderant flere compulsi. Immo & hæc audiens, quis poterit se continere a fletu.

XL.
Diversæ
sententiæ
de Ar-
chiep. S.
Thomæ.

Seorsum ergo Archiepiscopo secedente, cum suis in hoc verbo scandalizatis, nimirum qui jam ceperant desperare: dominus Papa super his cum Cardinalibus cepit conferre. Hinc inde varia & diversa est orta sententia. His visum est oblata occasione, Regis iram sedari posse facilius dum in alia persona Ecclesiæ Cantuariensis conciliaretur, & B. Thomæ possit alias competentius provideri. Hi quidem erant ex Phariseis (ita auctor nominat Thomæ adversarios). Aliis autem visum est diversum, qui apertos habebant oculos, quod si is, qui pro tuenda Ecclesiæ libertate summo periculo & discrimini non solum divitias & gloriam, dignitatem, auctoritatem, sed & vitam exposuit, ad Regis libitum deberet jure suo privari. Sicut & forma fieret aliis in consimili causa Regibus resistendi, si ejus justitia servaretur illæsa, si eo cadente,

cadere universi Episcopi, ut nullus futuris temporibus auderet obviare Principis voluntati, & sic vacillaret status Catholicæ Ecclesiæ, & Romani Pontificis deperiret auctoritas. Expedi igitur, inquit, hunc restitui etiam invitum, & ei qui pro nobis dimicat, omnimodis succurrendum. Placuit omnibus hæc sententia, præterquam Phariseis.

Vocato igitur beato Thoma cum suis, dominus Papa hæc ait ex sententia: Nunc demum, frater, nobis liquet, quem habuisti & babes zelum pro domo Domini, quam sincera conscientia te ipsum statuisti murum ex adverso. De tuo ingressu quam puram feceris confessionem, resignationem, facta, qua potuit, & debuit deleri culpa delicti: jam secure poteris de novo de manu nostra Pontificalis officii curam recipere, dum te in integrum ducimus restituendum: & merito, quem multiplici genere tentationis virum probatum novimus, providum & discretum, Deo & hominibus charum nobis & S. R. E. per omnia fidelium. Et sicut nostræ persecutionis factus es particeps & consors individuus; ita tibi, Deo auctore, in nullo deesse poterimus, quandiu in hoc corpore vitalis duraverit spiritus. Verum hæcenus delictis affluens, ut de cætero discas esse quod debes, pauperum consolator, nec id doceri poteris, nisi docente religionis matre, ipsa paupertate: pauperibus Christi te duximus commendandum, huic inquam Abbati Pontificiensi (erat enim ibi præsens ex condito) non inquam educandum splendide, sed simpliciter, ut decet exulem, & Christi athletam: inter quos cum paucis & necessariis, reliquis sociis per amicos divisis, oportet te ad tempus conversari, donec aspiraverit dies consolationis, & tempus pacis desuper ad nos descenderit. Interim autem forti animo esto, & his qui pacem perturbant, resiste viriliter. Hucusque Alexander: atque ita est dimissus conventus. Recedens sanctus Thomas profectus est cum Abbate Ponticianum, ubi inter monachos monastico vivere volens habitu, petiit ipsum benedici ab Alexandro Pontifice: quo indutus perseveravit monachus inter monachos, numeros omnes perfectionis monasticæ explens. Sed quid Rex cognitis his? audies Lector, atque miraberis.

In ipsius Alexandri Papæ in Gallia Senonis residentis injuriam, nova mox capita scripsit deteriora prioribus, quæ in provinciis transmarinis, Aquitania, & aliis locis sibi subiectis servanda præcepit, scripsitque de his inter alias litteras ad Episcopum Pictaviensem, qui, ut ipse testatur in epistola (b) ad S. Thomam accepit eas post diem natalem Apostolorum. Quænam autem fuerint ista, describenda sunt ex eodem Vaticano Codice, ubi leguntur: (c) Hæc

XLI.
Alexand.
Pap. re-
stituit S.
Thomæ
Archie-
piscopa-
tum di-
missum.

S. Thom.
Ponticia-
ni cum
Monach.
Monachus
habitat.

XLII.

(b) lib. 1.
ep. 1.

(c) Id. post
ep. 16.

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. IO.
MANUELIS IMP. 22.

Constitu-
tiones
Reg. in
Northam-
niæ.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.

XLIII.

Hæc sunt constitutiones, quas constituit Rex Henricus in Northmannia, & mandavit justitiis suis &c.

Si quis inventus fuerit ferens litteras domini Papæ, vel aliquod mandatum Archiepiscopi Cantuariensis, continens interdictum Christianitatis in Angliam: capiatur, & de eo sine dilatione justitia fiat, sicut de traditore Regis.

Præterea nullus clericus, vel monachus, vel conversus, vel alicujus conversionis permittatur transfretare vel redire in Angliam, nisi de transitu suo habeat litteras justitiæ, & de reditu suo litteras domini Regis. Si quis aliter inventus fuerit agere, capiatur & incarceretur.

Ne aliquis appellet ad Papam, vel ad Archiepiscopum.

Ne aliquod placitum teneatur de mandatis Papæ vel Archiepiscopi; vel aliquod mandatum illorum in Anglia ab ullo homine recipiatur. Si quis inventus fuerit aliter agens, capiatur, & incarceretur.

Generaliter quoque interdictum est, quod nullus ferat aliquod mandatum clerici vel laici domino Papæ vel Archiepiscopo. Si talis inventus fuerit, capiatur & incarceretur.

Si Episcopi vel clerici, vel Abbates, vel laici sententiam interdicti tenere voluerint: sine dilatione de terra ejiciantur, & tota eorum cognatio, ita quod de catallis suis nihil secum ferant.

Ut catalla omnium Papæ vel Archiepiscopo faventium, & omnes possessiones eorum, & omnium ei pertinentium, cujuscumque gradus vel ordinis, vel sexus, vel conditionis sint, capiantur, & in dominica manu domini Regis confiscentur.

Ut omnes clerici, qui redditus habent in Anglia, sint commouiti per omnes Comitatus, ut infra tres menses veniant in Angliam ad redditus suos, si diligunt redditus suos: & si non venerint ad terminum statutum, redditus in manu Regis capiantur.

Ut denarii beati Petri non reddantur ulterius Apostolico; sed diligentius colligantur, & serventur in thesauro Regis & expendantur ad ejus præceptum.

Londontensis & Norvicensis Episcopi sint in misericordia Regis, & submoveantur per Vicecomites & Bedellos, ut sint contra justitias Regis ad rectum faciendum Regi & justitiis ejus, de eo quod contra statuta de Clarenduna interdixerunt ex mandato Papæ terram Comitum Hugonis, & excommunicationem, quam dominus Papa in ipsum fecerat, per suas parochias divulgaverunt sine licentia justitiarum Regis. Hæc tamen Regis constitutiones in Northmanniam missæ.

Nec his contentus Rex Henricus, in Ann. Eccl. Tom. XIX.

odium S. Thomæ res omnes Archiepiscopi & suorum confiscari fecit, omnesque de ipsius cognatione, quique ei familiaritate conjuncti essent, ex Anglia trans mare deportari fecit. Cumque nec sexui, neque ætati parceret, summum specimen crudelitatis exhibuit. Narrantur ista pluribus in Quadripartita ejusdem historia, sed ea ab amico Regis scribuntur (a) ad ipsum, detestante sævitia tanto Principe valde indignam. Porro quod ipse Thomas tot miserorum necessitatibus consulere non valeret: consilium iniit, ut alendos transmitteret in Siciliam. Quos omnes suscepit Margarita Regina Siciliæ valde pia; sed & Syracusanus Archiepiscopus de iisdem benemeritus est; ad quos idem Thomas scribens (b) plurimas gratias agit. At cum neque sævitia tanta animum potuerit Regis extirpare: adjecit adhuc, ut spiritibus quoque officiis eundem S. Thomam privaret edicto; inhibens nimirum, ut nullus ipsi subiectus pro eo ocare presumeret. Testatur id Willelmus in Quadripartita.

(a) lib. 1.
ep. 48.

(b) lib. 1.
ep. 57. &
58.

Quod vero pertinet ad denarium S. Petri, cujus exactio ab Alexandro Papa commissa erat duobus Prioribus Cisterciensibus: his cedentibus, nec audentibus contradicere prohibenti Regi, domesticus ejusdem Regis Petrus Blesensis magnis sumptibus adversatus est Regi, atque ad relinquendam liberam eam exactioem ipsum adegit. Testatur id ipse in investiva contra depravatum suorum operum, hæc dicens: Non ad jactantiam dico, sed ut impudentiam tuam (frons enim meretricis facta est tibi complurium Angliæ magnatum testimonio & assertione) retundam. Bonæ memoriæ Rex Henricus pro denario S. Petri quandoque adversus duos Priores Ordinis sui inexorabiliter & irrevocabiliter excauduerat: nemo præsumebat se opponere ex adverso. Ego steti in confractioe pro eis & in tempore iracundiæ factus sum reconciliatio. Ad instantiam meam, inspirante Deo, frequenter regia manus in elemosynarum gratia mansit, & magnifice se effudit, & adhuc elemosynas illius narrat Ecclesia Sanctorum. Hæc Petrus, qui licet fidus esset minister Regis; causam tamen S. Thomæ, quantum occulte licuit, defendere non prætermisit, Deo semper magis deferens quam hominibus.

XLIV.
De inhibita
exactione
denarii
S. Petri.

Dum ista geruntur in Anglia & in Galliis: novi motus adversus schismaticum Imperatorem insurgunt, coeuntibus simul in foedus populis Venetis ac Longobardis: de quibus ista leguntur in Actis Alexandri Romani Pontificis sub anni hujus periodo his ipsis verbis:

XLV. Præterea illud ad memoriam duximus revocandum, quod priusquam ad colloquium Regis Francorum Imperator ipse accederet, post destructionem Terdonæ, Cremae, & Mediolani, totam Lombardiam in tantam subiectionem redegerat, ut non solum alia eorum bona violenter auferret, sed etiam (quod inter Paganos abscque capitali pœna non præsumitur) præter uxores, monasterialibus earum filiis abuteretur, & impure aliis abutendas dare non formidaret. Pro his ergo & aliis importabilibus malis Veneti cum Veronensibus, Paduanis, Vicentinis, & cum tota sibi adjacenti Marchia occulte convenerunt, & super tantis oppressionibus diutius colloquentes: tandem pariter communi voto juraverunt, quod salvo Imperii aliquo jure, nihil amplius de cætero facerent eidem Imperat. nisi quod ab antiquis suis antecessoribus ejusque prædecessoribus, videlicet Carolo, & aliis orthodoxis Imperatoribus constat exhibitum. Quibus unanimiter associatis, & jurisjurandi religione astrictis, cœperunt loca sua paulatim munire, Teutonicorum insolentias coercere, & quos videbant sibi rebelles, audacius propulsare. Quæ postquam auribus ipsius Imperatoris innotuerunt: in iram nimis vehementer exarsit. Et statim collecto exercitu, cum Papiensibus, Cremonensibus, cæterisque Lombardis, de quibus videbatur considerare, adversus eosdem Venetos pugnaturus processit.

XLVI. E contra Veronensium societas cum maxima armatorum multitudine de sua justitia plene confidens, extra civitatem intrepide exiit, & tentoria sua non longe a papilionibus adversæ partis audacter collocavit. Cum autem interim ad prælium committendum parati existerent: Imperator animos Lombardorum, qui secum venerant, propitios adversæ parti cognoscens, non mediocriter timuit, & non sine verecundia & multa confusione de campo exiit, nec certamen cum illis inivit, sed terga vertens, aufugit. Ab eo igitur tempore Italiae civitates omnino suspectas habuit, a quibus potius timeri volebat, quam amari. Unde factum est, ut de consilio suorum Marchionum & Comitum atque Capitaneorum, qui erant civi-

PAGIUS A num. XLV. ad L. Acerbus Morena Paschalis Antipapæ electione narrata subiicit: Proximis vero mense Junio profectus est Imperator cum militibus civitatum Lombardiae, & cum paucis Teutonicis usque prope Veronam; & multa Veronensium castra & villas dissipavit. E contra Veronenses cum multo magis peditum & equitum agmine se Imperatori opposuerunt. At Imperator considerans paucos Teutonicos secum fore, & Lombardos tepide ad ejus auxilium venire (his confirmantur quæ Baronius num. XXX. habet) bellumque si tunc committeretur,

tatibus odiosi, arces inexpugnabiles, & alias munitiones fortissimas in manus suas receperit, quibus præfecit Teutonicos Principes & dominatores, ita ut Lombardi ac custodes de cætero ejus voluntati resistendi locum habere nullatenus possent. His itaque pro sua voluntate dispositis & ordinatis, ad alloquium (ut supra dictum est) Regis Francorum secure transiit, & exinde ad partes Alemanniæ remeavit.

Rebus itaque hoc modo se habentibus, cum civitates Lombardiæ, quæ inferius annotantur, intentionem ac propositum ejusdem Imperatoris contra se amarum & pessimum certis indiciis cognovissent, nullum aliud evadendi certum consilium habuerunt, seu invenerunt, nisi ut pro tuenda libertate omnes una cum civitate Veronensibus contra Imperatorem firmiter starent, & seipfos, aliis cum eis pariter adjunctis, necessaria sibi solita auxilia exhiberent. Aggregatae sunt ergo per Venetos Veronensibus hæc civitates. In primis Cremona, insuper populus Mediolanensis, extra mœnia sua diruta civitatis ab ipso Imperatore posita; Placentia, Brixia quoque, & Bergomum. Crevit igitur repente societas ipsa in immensum, & facta est firma & fortis. Aliæ vero civitates Italiae lætabantur, hæc videntes, in cordibus suis. Et licet Imperatori præ nimio terrore ad oculum obedienter viderentur: corde tamen, & animo cum prædictis civitatibus sentiebant. Ita rerum statum horum temporum fuisse in Italia, Acta produnt. Post hæc autem de statu Urbis anni hujus sic dicere pergunt:

Dum autem hæc agerentur, defunctus est Roma Julius Prænestinus Episcopus, Alexandri Papæ Vicarius, & in ejus locum Joannes presbyter Cardin. tituli sanctorum Joannis & Pauli est subrogatus. Ad cujus commonitionem populus Romanus ex maxima parte Alexandro consuetam obedientiam, fidelium pecunia non modica mediante juravit, & Senatam juxta voluntatem & arbitrium ejus constituit innovando. Ecclesiam quoque beatæ Petri, & Comitatum Sabinesem, quæ tunc a schismaticis per violentiam Imperatoris detinebatur occupatus, in manus ejusdem Vicarii nihilominus reddidit. Un-

damnosum sibi futurum pavescens, cum toto suo exercitu reversus est. Quo dolore commotus in Alemanniam causa congregandi maximum Teutonicorum exercitum ire disposuit. Paulo post: Sequenti vero mense Septembri Imperator cum Imperatrice causa colligendi exercitum, ut superius dictum est, in terram Teutonicam cum omnibus fere qui secum erant ex Teutonicis, pervexit; suosque Missos & Procuratores per omnes fere Lombardia civitates, qui sua jura, suasque rationes, quas in Lombardia habere debebat, colligerent, dimisit.

XLVII. Civitates Longobardiæ confœderatae.

Agitur de revocando Alex. Pap. in Urbem

XLIX.

Unde factum est, quod tota fere Urbs ad servitium Papæ Alexandri pacifice detinebatur ab eodem Vicario. Habito itaque cum fidelibus Ecclesiæ consilio tam clericis quam laicis, de revocando Pontifice ad Sedem beati Petri & Lateranense palatium: Nuntios ad eum & litteras in partes Galliarum apud Senonas commorantem transmisit, orans & petens ab eo ex parte totius Cleri & populi Romani, atque fidelium suorum, quatenus ad propriam sedem suam, & populum specialiter sibi commissum dignaretur reverti. Quandoquidem Ecclesiæ principatus & regimen in ipsa Urbe Romana non ab alio, sed ab ipso Domino est proculdubio constitutum: ut quæ Gentilitatis tempore cunctis gloriosior fuerat; divino consilio in Christiana fidei revelatione magisterii dignitatem præ omnibus obtineret. Sed multi quidem huic divina dispositioni resistere, & adversus eam conati sunt calcaneum elevare; nullus tamen, Domino protegente, potuit prevalere. Unde oportet, charissime Pater & domine, ut in hac parte non tantum nobis, sed omnibus Ecclesiasticis, & populo Italiae salubriter consulatis, qui per vestram reversionem in eandem Urbem, & sessionem in beati Petri Cathedra pacem sibi sperant, auctore Domino, proventuram, & Orbi universo tranquillitatem.

His itaque auditis & intellectis, Pontifex de sua reversione ad Urbem cum Episcopis & Cardinalibus spatiosè loquens, licet multa imminerent sibi gravia & difficilia, atque incommoda multa prævideret; tamen Regis Francorum, & alterius Regis Anglorum, necnon Episcoporum Gallia persuasionem prædicto Vicario certum de suo reditu dedit responsum, statimque ad iter se festinanter accinxit. Hæc usque in annum sequentem. At quomodo tunc ex Galliis profectio contigerit, suo loco dicemus. Interim vero pro impensis itineris & aliis ipsi ex necessitate incumbentibus collectam indicit Ecclesiis Galliarum, cum has litteras suis Suffraganeis dedit Archiepiscopus Rothomagensis: (a)

PAGIUS XII. Canonizatio S. Canuti Junioris.

Ad num. L. Saxo Grammaticus lib. 14. pag. 329. ait: Per idem tempus Legati Regis (scilicet Valdemari I. Danorum Regis), quos, ut sibi paterna anima sanctitatem sacris honoribus venerari liceret, Romam transmiserat, consentaneus voto litteras retulerant. Valdemarus filius erat Canuti Daniæ Regis & Martyris, de quo anno MCXXX. verba fecimus. Bollandus ad diem VII. Januarii, quo colitur, de ejus canonizatione agit, recitatis illis Saxonis Grammatici verbis, sed nullo canonizationis Canuti anno assignato. Recte tamen animadvertit lapsum Baronii scribentis Sanctum Canutum, de quo anno MLXXXI. locuti sumus, avum fuisse Valdemari Regis. Valdemari enim avus Ericus Bonus, qui frater Sancti Canuti senioris

Novistis, & in fines terræ credimus exivisse, quantis turbationibus & presuris Romana Ecclesiæ diutissime sit vexata. Credimus in communem notitiam devenisse, qualiter dominus Papa pro tuitione Ecclesiasticæ libertatis se ad omne discrimen objecerit, Ecclesiæque Dei persecutionibus commoriens incessanter sit afflictione propriae personæ, & debitorum onere prægravatus. Clamat itaque ad vos vestra mater Ecclesiæ, sumptibus importunis exhausta, plenamque reportans de vestra largitione fiduciam postulat, ut in vestra consolatione respiret, pro quibus desolatam se sentit & mœnore confectam. Sane schismaticæ potestatis procella jam pro parte detinuit, jam portum securiorem naviculæ Petri promittit auræ clementior, si pacis opportunitati, quam Deus abstulit, obsequia vestra liberalitatis aspirent. Eferatam siquidem Romanorum malitiam, & inexplebilem pecunia sitim domini Papæ magnificentia & consilio toties expugnatam succubuisse, certâ relatione comperimus. Nec ad omnimodam pacis & securitatis plenitudinem quidquam deest, nisi ut dominus Papa sumptibus exinanitus immensis, sibi & suis victualium sufficientiam de vestra largitione restauret. Bene valete. Reliqua hujus historiæ spectant ad annum sequentem. In litteris vero, quas misit Nuntius sancti Thomæ, certiorum eum reddens de rebus Italiae, ita habentur: (b)

In Tuscania Radicofanum cum fratre & nepotibus domini Papæ, & quædam alia castra cum parentibus Cardinalium capti sunt a Teutonicis &c. Hæc de his ibi. Rursum vero, quæ pertinent ad anni hujus res gestas Alexandri Papæ, sunt ista: (c) Hoc eodem anno millesimo centesimo sexagesimo quarto Alexander Papa viduam genere Visigotham, ob ejus egregiam vitam sanctitatem, & miraculorum insignem operationem. Quo pariter tempore idem Pontifex etiam in Albo sanctorum Martyrum adscribendum curavit S. Canutum Regem Daniæ, patrem Waldemari Regis, ut testatur (d) Saxo

De collecta in Galliis pro Papa faciendâ.

(b) Codice Vat. 1.2. c. 13.

(c) Joan. Ola. 1.9. c. 7. Canonizatio S. Helenæ Gothæ. (d) Saxo Gram. 1. 14.

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 10.
MANUELIS IMP. 22.

Canonizatio S. Canuti Reg. junioris.

his verbis: *Per idem tempus Legati Regis, quos, ut sibi paternæ animæ sanctitatem sacris honoribus venerari liceret, Romam transmiserat, consentaneas voto litteras retulerunt. Quibus cognitis, Rex omni Danica nobilitate sub edito Ringstadium evocata, circa solemne Joannis, quod in æstivo solstitio colitur, parenti caelestes honores, & filio eidem Canuto nominato regios celebrare constituit, maxima claritatis incrementa accepturum se ratus, si una eademque luce ex iis alterum aram, alterum corona donasset: ut & hujus infantiam regnum reciperet, & illius spiritum publica religio consecraret &c. Habes eodem auctore duos Canutos Reges avum alterum, alterum vero patrem ipsius Waldemari Regis. De seniori nempe habetur ab eodem auctore recensita historia libro undecimo rerum Danicarum, de quo idem meminit in præfatione scriptæ a se historiæ; de juniore vero libro ejusdem historiæ decimotertio. Et cum plura sint quæ eos distinguant ab invicem: illud modo satis esse debet, quod senioris natalis agitur die septima Ja-*

RAGIUS venerari permittebatur. Quocirca Rex omni Danica nobilitate sub Editio Ringstadium evocata circa solemne divi Joannis, quod in æstivum solstitium incidit & parenti caelestes honores & filio Regis celebrare constituit, &c. Exhibitum tunc quoque ejusdem Pontificis breve, ut vocant, in quo ille Rugia insulam, quod ad Ecclesiasticam jurisdictionem, Diocesis Roschildensis, cui tum in Dania præerat Episcopus Absolon, in totum subiciendam decernit. [1]

XIII. Literæ Absoloni Roschildensis Episcopo ab Alexandro III. inscriptæ sunt, in quibus ait: Ex literis siquidem charissimi filii nostri Waldemari, illustris Danorum Regis, & plurium aliorum manifeste comperimus, quod quadam insula Ryo (scu Rugia) nomine dicta, juxta regnum ejus posita tanta idololatria & superstitioni a primitivis Catholica fidei fuisset temporibus dedita, ut circumjacentem regionem sibi efficeret censualem, & eidem regno, & universis Christianis circumpositis, damna plurima, & crebra pericula incessanter inferret. Quod idem Rex caelesti flamine suspiratus, & armis Christi munitus, scuto fidei armatus considerans, divino munere profectus, cum brachio forti & extento dextrâ hominum illius insula expugnatis, & exprobrationem atque immanitatem il-

nuarii, junioris mense Junii tempore solemnitatis S. Joannis Baptistæ.

Porro ista pro patre curavit Waldemarus Rex Daniæ, ubi (ut idem Saxo testatur) conterminos Rugios populos bello vicit, eorumque inexpugnabilem civitatem, Arkon dictam, ad deditionem coegit, his conditionibus, ut idolum, quod ab universo ejus gentis Populo cultu celeberrimo frequentabatur, securibus conciderent, atque Fidem susciperent Christianam. Quod plane ibi factum, & in aliis ejusdem provinciæ locis, ubi idolorum monstruosa simulacra adhuc ipsius cultu veneranda persisterent, quæ omnia Christianus Jeroboal dejecit, comminuitque in frustra, adjuvante magnopere Absalone Episcopo Roschildensi, de quo sæpe superius dictum. Porro ista omnia eleganti describuntur stylo a Saxone (a) Grammatico, quem pro arbitrio consulas.

Hoc eodem anno Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis scientia clarus, cujus sunt libri quatuor Sententiarum, ex hac vita decessit. Habuit correctorem virum

lorum ad fidem & legem Christi tam potenter & valide magnanimiterque revocavit, ut sua quoque subjecerit dominationi. Sane quia Potentes ac populus terra angustam insulam habet (legendum, habent), itaque nec possunt proprium Episcopum & Pastorem habere, Rex eorum precibus & supplicatione devictus, necessitate inspecta, nos satis suppliciter & affectuose rogavit, ut tibi curam & administrationem istius insula committeremus, quantum ad spiritualia. Subdit Alexander III. te ejusdem Regis petitionibus, interventu quoque Eschilli Lundensis Archiepiscopi, Apostolicæ Sedis Legati, & Episcoporum & Principum Regni, etiam instantia Upsalensis Archiepiscopi & aliorum ibidem nominatorum, Magisterium & prælationem ejusdem insula in spiritualibus Absaloni indulgere in perpetuum. Datum Beneventi II. Nonas Novemb. anno MCLXVIII. Cum itaque canonizationis Sancti Canuti literæ cum præfatis ad Absolonem Roschildensem Episcopum anno MCLXVIII. emissæ fuerint, eo pariter anno Sanctus Canutus Junior in Sanctorum numerum relatus. Cumque Pontanus hujus canonizationis literas non producat, perspicuum est eas usque ad nos non pervenisse.

Ad num. LI. Pontanus libro laudato pag. 248. & seq.

II.

(a) Ibid.

LII.

(a) Ant. par. 3. tit. 15. n. 6. S. Helena Suena a cognatis occisa, ab Alexand. Pap. inter sanctos relata.

PAGIUS & feqq. varias Waldemari Regis expeditiones adversus Vandalos & Slavos anno MCLXVIII. susceptas narrat, atque Rugianos ob Regis longiorem absentiam rebellasse, Regem vero duobus Pomeranis Principibus in belli societatem adscitis, cum variis Rugiæ partes esset adortus, præcipue circa Arconam castra locasse, urbemque obsidione aggressum esse. Erat ea gentis ac pene totius Vandalia tum caput, quamvis hodie nusquam ejus supersint vestigia. Media urbe planities patebat, in qua visebatur delubrum simulachri in eo collocati rumore ac numine venerandum. Hoc simulachrum Sancti Viti vocabulo censebatur, olim a Sancto Ansgario Insulanis commendati, qui postmodum religionem superstitione commutantes pro Martyre & vero Christi Confessore idolum venerati sunt. Nam, ut illud Helmoldus lib. I. Chron. Slavorum cap. 6. præsertimque Saxo Grammaticus lib. 14. describunt, omnem humani corporis habitum sua mole excedebat, quatuor gerens capita, totidemque cervices, quibus duo pedes, totidem tergam ad similitudinem scilicet Jani bifrontis respicere videbantur. Helmoldus ait, Sanctum Vitum, quem nos Martyrem ac servum Christi confitemur, Rugiani pro Deo venerantur, creaturam anteponebant Creatori. Non est aliqua sub celo barbaries, qua Christianos ac Sacerdotes magis exhorreat. Solo nomine S. Viti gloriantur; cui

XIV.

NOTÆ [1] Mnes quotquot consului Danorum tabulæ S. Canuti canonizationem referunt in annum 1171. quam in rem consentiunt tria vetusta chronica Danorum inter vulgata a Ludevig Reliquiar. to. IX. Quod numero I. paret ita habet ad eum annum: *Translatum est corpus S. Canuti ducis Ringstadii filii Erici Eyygotba. Die illo Danis omnibus gaudium duplicatur, ex parte una pater regis canonizatur, ex parte altera quod regis filius Canutus in regem inungitur. Interfuerunt diei illius solemnitati rex ille Waldemarus, archiepiscopus Eschillus de Lundis, archiepiscopus simul de Suecia; Stephanus lektor litterarum martyrem sanctum autorizandum auctoritate domini papa Alexandri, & cum iis Absolon Roschildensis, Simon Othoniensis, Sueño Arusensis, Ruff Ripensis, Tucho Burglanensis, Nicolaus Viburgensis, Fridericus Hethbyensis, Hellius electus de Norvegia qui die eodem pronunciauit pacem inter Daniam, & Norvegiam. Idem de anno canonizationis S. Canuti habet chronicon aliud numer. VI. item aliud numer. XII. MANSÉ*

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. 10.
MANUELIS IMP. 22.

rum insignem Willelmum Archiepiscopum Senonensem, ad quem extant literæ Alexandri Papæ ex Concilio Lateranensi, de quibus inferius. Passus est etiam accusatorem Joachinum Abbatem monasterii Florentis, sed damnatus accusator in Concilio Romano sub Innocentio Tertio. Extat ejusdem Petri sepulcri epitaphium, quod legitur Parisiis in Ecclesia sancti Marcelli, ubi & ejus scripta recensentur. Sic se habet:

Hic jacet Magister Petrus Lombardus Parisiensis Episcopus, qui composuit librum Sententiarum, glossas Psalmorum, & Epistolaram, cujus obitus est dies decimus tertius Kal. Aug. Subjungitur annus Redemptoris modo notatus a Mafone in Annalibus Francorum. Qui dicunt ejus germanum fuisse Petrum Comestorem, nec non Gratianum, puro errasse: siquidem Petrus iste Lombardus patria fuit Novariensis, Gratianus Tuscanus, & Comestor Trecentis fuere. Reprobat & sanctus (a) Antoninus fabulam istam vulgo sparsam.

Hoc eodem anno S. Helena Suena, vidua miræ sanctitatis, postquam a Sepulcro Domini, quod petierat, est reversa: de nece generi sui per calumniam accusata, ea de causa innocens ab ejus cognatis occisa est. Quæ dicto anno ab Alexandro Papa Tertio instante Carolo Rege Suenonum atque Gothorum, ob vitam sanctissime ductam, mortemque violentam injuste acceptam, additis miraculis multiplicibus, inter Sanctos relata est. Hæc vetus Chronicon scriptum apud nos manens.

(a) Ant. par. 3. tit. 15. n. 6. S. Helena Suena a cognatis occisa, ab Alexand. Pap. inter sanctos relata.

& feqq. varias Waldemari Regis expeditiones adversus Vandalos & Slavos anno MCLXVIII. susceptas narrat, atque Rugianos ob Regis longiorem absentiam rebellasse, Regem vero duobus Pomeranis Principibus in belli societatem adscitis, cum variis Rugiæ partes esset adortus, præcipue circa Arconam castra locasse, urbemque obsidione aggressum esse. Erat ea gentis ac pene totius Vandalia tum caput, quamvis hodie nusquam ejus supersint vestigia. Media urbe planities patebat, in qua visebatur delubrum simulachri in eo collocati rumore ac numine venerandum. Hoc simulachrum Sancti Viti vocabulo censebatur, olim a Sancto Ansgario Insulanis commendati, qui postmodum religionem superstitione commutantes pro Martyre & vero Christi Confessore idolum venerati sunt. Nam, ut illud Helmoldus lib. I. Chron. Slavorum cap. 6. præsertimque Saxo Grammaticus lib. 14. describunt, omnem humani corporis habitum sua mole excedebat, quatuor gerens capita, totidemque cervices, quibus duo pedes, totidem tergam ad similitudinem scilicet Jani bifrontis respicere videbantur. Helmoldus ait, Sanctum Vitum, quem nos Martyrem ac servum Christi confitemur, Rugiani pro Deo venerantur, creaturam anteponebant Creatori. Non est aliqua sub celo barbaries, qua Christianos ac Sacerdotes magis exhorreat. Solo nomine S. Viti gloriantur; cui

Moritur hoc anno S. Eberardus Archiepiscopus Salzburchensis, de quo plura summa cum laude superius: e cujus sacris reliquiis, ad ostensionem, & confirmationem Catholicæ Fidei, plura signa manarunt, quæ post vitam ejus scripta (b) leguntur. Sed accipe datas tunc litteras ab Episcopo Bambergensi ad viduatam tanto pastore Ecclesiam Salzburchensem, ibidem affixas his verbis:

Babenbergensis Ecclesiæ qualiscumque minister venerabilibus, & in Christo plurimum dilectis fratribus & amicis Hugoni Salzburchensi, Udalrico Kinnfensi Præpositis coronam pro cinere, oleum gaudii pro lactu, pallium laudis pro spiritu mæroris.

In commemoratione beatissimi Patris nostri ac domini Archiepiscopi jugiter in mentem venit, immo a memoria nostra non recedit, quod diviso a se domino suo, & curru igneo, subvecto, vernaculus & individuus ille comes Prophetæ post eum clamavit, dicens: (c) Pater mi, pater mi, currus ille Israel, & auriga ejus. Numquid enim magnus iste sacerdos noster, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus? Currus enim fuit, dum necessitates, & infirmitates alienas, præsertim onera peccatorum, & inopiam pauperum paterna consolatione & compassione sublevavit. Quasi diceret: Quis infirmatur, & ego non infirmor? vel numquid auriga non fuit, qui creditos sibi rexit & direxit in viam veritatis exemplis pariter & documentis? Oculus fuit cæcus, & pes claudus. Manus ejus non est averfa ab ullo paupere, cum quo cor-

etiam templum ac simulachrum amplissimo cultu dedicaverunt, ei scorsim divinitatem tribuentes. De omnibus quoque Provinciis Slavorum illic responsa petuntur, & sacrificiorum exhibentur annua solutiones. Sed nec mercatores, qui ad illas Sedes appulerint, patet ulla facultas vendendi, vel emendi, nisi prius de mercibus suis Deo ipsorum pretiosa quaque libaverint, & tunc demum mercimonia foro publicantur.

Saxo Grammaticus lib. 14. hujus temporis Scriptor hanc oppugnationem fufe describit, narratque qua alacritate ac perseverantia Rex eam peregerit, quo ingenio ac labore eam diu concussam suæ potestatis fecerit, quo ardore templum genti sanctissimum subverterit, idolumque, frendentibus Barbaris, contrafactum cremaverit, populum impositis Sacerdotibus erudiri, ac Sacris Christianis imbui curaverit. Porro pacis conditiones fuere, ut sancti Viti simulachro cum omni sacra pecunia tradito, captivos absque redemptione liberos dimitterent, & Christianam religionem ritu, qui apud nos erat usitatus, susciperent. Quin etiam & agros & latifundia, quæ cultui idolorum destinaverant, in usum eorum, qui Verbi Divini præconio erant invigilaturi, converterent; seque quoties res posceret, Danicarum expeditionum comites sifterent, nec unquam vocati Regis militiam detrectarent.

S. Eber. Archiep. Salzburch. obitus.

(b) Canif. Antiq. lect. 1. 2. p. 300. 303.

(c) 4. Reg. 13.

XV. Vincuntur a Waldemaro Dania Rege.

di erat joculari, conrixari, & tandem ab invalida manu exuperari. Insuper ut o-

mnibus omnia fieret, etiam supra legem, non contra legem, habitum leprosi, & ta-

PAGIUS XVI. Helmoldus lib. 2. cap. 12. Valdemari in Vandalos expeditiones enarrans, addit inter cetera, prater Rugianos superatos, idolum ipsorum ab eodem eversum, Svanewith five Santevith, idest, Sanctum Vitum appellatum, tum etiam Jaremarum Rugianorum Principem Christo per baptismum una cum suis nomen dedisse: Prosperatum est ergo, inquit, opus in manibus Regis Danorum, & obtinuit terram Rugianorum in manu potenti, & dederunt ei pro sui redemptione quicquid Rex imposuisset. Et fecit produci simulacrum illud antiquissimum Svanewith, quod colebatur ab omni natione Slavorum, & iussit mitti funem in collum ejus, & trahi per medium exercitum in oculis Slavorum, & frustratum concisum in ignem mitti. Et destruxit fanum cum omni religione sua, & agrarium locuples diripuit. Et precepit, ut decederent ab erroribus suis, in quibus nati fuerant, & assumerent cultum veri Dei. Et dedit sumptus in adificia Ecclesiarum, & recta sunt duodecim Ecclesie in terra Rugianorum, & constituti sunt Sacerdotes, qui gerebant populi curam in his qua Dei sunt. Et affuerunt illi Pontifices Absolon de Roskilde & Beruo de Magnopoli. Hi adjuverunt manus Regis cum omni diligentia, ut fundaretur cultus Dei nostri in natione prava & perversa.

XVII. Erat autem tunc temporis Princeps Rugianorum vir nobilis Jaremarus, qui audita vera Dei cultura & fide Catholica alacriter ad baptismum convolvit, precipiens etiam omnibus suis secum sacro baptismo renovari. Ipse vero factus Christianus, tam in fide firmus, tam in predicatione erat stabilis, ut secundum Paulum jam a Christo vocatum videres, qui fungens vice Apostoli, gentem rudem & belluina rabie savientem, partim predicatione assidua, partim minus ab innata sibi feritate ad nova conversationis religionem convertibat. De omni enim natione Slavorum, qua dividitur in Provincias, & Principatus, sola Rugianorum gens durior easteris, in tenebris infidelitatis usque ad nostra tempora perduravit, omnibus inaccessibilis propter maris circumjacentia. Tenuis autem fama commemorat, Ludovicum, Caroli filium (nempe Caroli Magni) olim terram Rugianorum obtulisse B. Vito in Corburgia, eo quod ipse fundator extiterit Conobii illius. Inde enim predicatorum gentem Rugianorum, sive Ranorum, ad fidem convertisse feruntur, illique oratorium fundasse in honorem Viti Martyris, cujus veneratione Provincia insignita est. Postmodum vero, ubi Rugiani, mutatis rebus, a luce veritatis aberrarunt, factus est error peior priore: nam sanctum Vitum, quem nos servum Dei confite-

mur, pro Deo colere ceperunt, fingentes ei simulacrum maximum, & servierunt creatura potius quam Creatori. Adeo autem huc superstitio apud eos invaluit ut Zuantevith Deus terra Rugianorum inter omnia numina Slavorum primus obtinuerit, clarus in victoriis, efficax in responsis. Post paucula addit Helmoldus cap. 13. Anno ergo Incarnati Verbi MCLXVIII. fundatum est opus nova plantationis in terra Rugianorum, & adificata sunt Ecclesia, & presentia Sacerdotum illustrata. Servieruntque Regi Danorum sub tributo, & accepit filios nobilium obseques, & abduxit eos secum in terram suam. Hac autem facta sunt tempore, quo Saxones bella civilia gerebant.

Petrus Lombardus Parisiensis Episcopus hoc anno mortuus est juxta Epitaphium, quod legitur in Suburbana Sancti Marcelli Ecclesia Parisiensi sita, litteris partim Romanis, partim Gothicis, ut tunc ferebat usus, scriptum, in quo dicitur obitum ejus fuisse diem XIII. Kal. Augusti. Ex variis tamen instrumentis Mauricii ejus in Episcopatum Parisiensem successoris tempore exaratis inferitur, Mauricium Archidiaconum Ecclesie Parisiensis anno MCLXI. jam fuisse Episcopum Parisiensem, quod & Robertus de Monte in Chron. ad illum Christi annum diserte asserit. Adhuc inter Epistolas Alexandri III. ad Ludovicum Francie Regem data una legitur data Turonis VI. Idus Decemb. anno MCLXII. ante celebrationem Concilii Turonensis, in qua meminit Mauricii Episcopi Parisiensis. Denique anno MCLXII. num. VIII. reulimus verba Hugonis Pichavini hoc tempore viventis, in Historia Vizeliacensi, in qua Mauricium Episcopum Parisiensem eo anno fuisse dicit. Potuit quidem error irrepere in Instrumenta publica a nobis mox laudata; sed nec Alexander III. nec Petrus Pichavinus ea in re errare potuerunt. [1] Ex quibus sequitur, Petrum Lombardum aliquot ante mortem annis Episcopatum abdicasse.

Ceterum ut Gratianus, (inquit Miræus in Henrico Gandavensi,) Petro Lombardo Coarctis, sacros Canones unum in corpus collegit, & Canonistarum quasi Magister fuit; sic Lombardus veterum Patrum sententias collegit, & Theologorum Scholasticorum, ac Sententiarum Magister dici meruit. Falluntur tamen qui Gratianum, Petrum Lombardum, & Petrum Comestorem Germanos fratres fuisse asserunt. Gratianus enim Etruscus ex oppido Clusio, Lombardus Insuber, Novariensis, ut paulo ante diximus; Comestor vero Gallus, patria Trecentis. De Operibus a Petro Lombardo & Mauricio ejus successore editis legendus idem Miræus.

XVIII. Moritur Petrus Lombardus.

XIX. Ejus pariter.

Etum lepra non abhorruit. Raptus, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne flectio deciperet animam ejus. Sed consummatus in brevi, explevit tempora multa. Equidem sicut scriptum est: malitia remanentium meretur, ut hi qui prodesse poterant, festine subtrahantur. Atqui memorabilis ille affecta Prophetæ magnificentiam duplicis spiritus habuit consolationem. Nobis autem in transtu viri sanctissimi prater luctum nihil amplius deditum est, nisi forte digni essemus, apud Deum tanto sublevari patrocinio. Talis decebat ut nobis esset pontifex, cui vivere Christum, & mori erat lucrum. Propositum quidem nobis erat festinandum, eum videre; sed prob dolor! peccatis nostris exigentibus extremum hoc beneficium percipiendæ ab eo benedictionis nobis divinitus denegatum esse lamentamur. Ann. Eccl. Tom. XIX.

biliter & inconsolabiliter conquerimur. Et infra: Consolemur invicem, Pater noster piissimus intravit in gaudium Domini sui, ipse autem Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis consoletur vos, & absterget omnem lacrymam ab oculis vestris. Hæc serenissimus Babenbergensis Episcopus.

Succesit autem eidem in Archiepiscopatu Conradus junior, qui & ipse adversus Fridericum Imperatorem inhæsit Alexandro Papa; de ipso autem hæc ibidem: (a) Post cujus decessum Pralati cum Clero, & ministris Ecclesie consilio habito, elegerunt dominum Conradum Pataviensem Episcopum ad Salzburgensem Metropolitanam, anno quo supra videlicet Incarnationis Domini MCLXIV. III. Kal. Julii, virum sane regio genere, scientia quoque, & morum probitate nobis.

(a) Canis. Antiq. lect. t. 6. p. 1247. Conradus Eberardo in Arch. succedit.

PAGIUS XX. Obitus S. Eberhardi Archiep. Saltzburgerensis.

Baronius in Appendice ad hunc annum monet, num. L. addendam esse canonizationem Sanctæ Helene Sueviæ ab Alexandro III. factam. Præterea memorat mortem S. Ebrardi Archiepiscopi Saltzburgerensis ex Canisio Tom. II. Antiq. Lect. narratque ex eodem Tom. VI. mortem beati Hartmanni Brixinensis Episcopi, non vero Brixienensis, ut ibidem Librarium errore dicitur. Quibus ex Chronico Reicherspergensis ad hunc Christi annum hæc adiicio: Eodem quoque anno sancta memoria Eberhardus Saltzburgerensis Archiepiscopus feliciter migravit ad Dominum apud Rouva Canonium X. Kal. Julii. Corpus ejus ad Episcopalem Sedem delatum cum luctu omnium honorabiliter tamen in monasterio III. Kal. ejusdem mensis est humatum. In cujus locum successit dominus Chvonradus Patavienfis Episcopus ab omni Clero & populo unanimiter electus cum gaudio omnium, ea cautione, ut cum Alexandro successit sicut prædecessor suus. Subdit Chronographus Conradum profectum esse ad Imperatorem fratrualem suum pro Regalibus ab eo suscipiendis, sed cum Paschalem Papam agnoscere nollet, sine Regalibus, cum gratia tamen & pace, ab Imperatore dimissum esse. Erat Conradus frater Ottonis quondam Frisingensis Episcopi, scientia & pietate clarus.

XXI. Puritati Theologia prospicit Alexand. III.

His addit Chronographus: Ipso anno, cum per totam Franciam multa & varia sententia haberentur de fide inter Magistros Francigenas Alexander Papa, convocatis in unum Scholasticis, & quibusque literatis, in ipsa vigilia Nativitatis Domini usque ad tria, ut fertur, millia vel ultra, cum assentientibus sibi dominis Cardinalibus condemnavit, & omnino interdixit omnes tropos & indisciplinatas questiones in Theologia, Parisiensique Episcopo sub obedientia precepit, ut per totam Franciam eas compesceret. Sententia autem de gloria hominis in Deum assumpti, & in Deum nati approbata est ibi coram Papa ac roborata, conscriptis inde centum quinquaginta & amplius autoritatibus.

XXII. Obitus Hartmanni Episcopi Brixinensis.

In fine ipsius anni felicitis memoria Hartmannus Brixinensis Episcopus canonice vita ex hac vita ad aeterna migravit X. Kal. Januarii. Ita Chronographus Reicherspergensis. Alexander III. qui ut anno superiori num. X. diximus, Senonis hoc anno die XIX. men-

sis Aprilis versabatur, Parisios, urbem XXIV Alexander duntaxat leucis inde distitam, ante festa Paschalia venit, ante diem nempe ejusdem mensis duodecimum. San-Marthani enim in Episcopis Parisiensibus, & Bulcus Tom. II. Hist. Universit. Paris. pag. 326. hæc iidem fere verbis ex quadam membrana archivi Parisiensis referunt. Anno MCLXIV. mense Aprili in Palatio Parisiensi Quadragesimali tempore agitata est causa secularis, quæ intercedebat inter Mauricium Episcopum & Odonem Abbatem Sancti Dionysii, præsentem Alexandro Pontifice, ob Ecclesiam Argentolii. Contendebat enim Episcopus Abbatissam ibi cum Virginum Collegio iuxta veterem consuetudinem a Sugerio interruptam collocari debere; contra Odo Monachos ibi recte a Sugerio prædecessore suo constitutos asserbat, quod non fuissent Moniales illæ satis castigatæ vitæ. Hæc ibi. Alexandro III. Parisiis existente Fastradus seu Fastradus septimus Abbas Generalis Cistercii animam Deo reddidit, ut refert Auditor exordii Magni, ut vocant, lib. I. cap. 38. Cum Parisiis pro negotiis Monasterii atque totius Ordinis sui, Domino Papa Alexandro III. adisset, & correctus agitudine, lecto decubisset, infra quintum diem sancto sine requievit. Huic autem decedenti tota Romana Curia dignitas adstitit; ita ut ipse quoque Dominus Papa propriis manibus eum ungens, atque Apostolica benedictione communiens, magno pietatis affectu morienti compateretur, & mortuo congratularetur. Et non solum vir Apostolicus, verum etiam piissimus Rex Francorum Ludovicus, qui & ipse præsens erat, cum sua nihilominus Curia plinctu magno sanctissimum virum, quasi patrem charissimum planxit, multasque lacrymas super eum fudit. Ita synchronus Auditor, qui cunctis adfuit, & sanctæ vitæ ac mortis testis fuit.

Manricus anno MCLXIII. cap. I. hæc verba recitat, atque de anno obitus ejus, quem eo anno collocat, nullam esse controversiam. Verum Fastradum communis hæc opinio nullum aliud fundamentum habet, quam accessum Alexandri Cistercii ad urbem Parisiensem, antequam Concilium Turonense celebraret. Eam tamen amplius sustinendam non esse demonstrat Chronographus Claravallensis, Auditor coævus, a Petro Francisco Chiffetio in lucem emissus, qui ait:

NOTÆ [1] Petri Lombardi Parisiensis Episcopi obitus ab anno 1160. retrahendus non est. Id enim perspicue docet Joannes Parisiensis cujus opus: Memoriale historiarum usque ad 1322. perductum MS. in multis per Galliam bibliothecis servatur, laudaturque quoad obitum ejusdem Petri anno 1160. illigandum a Gerardo Dubois in II. tomo Historiæ Ecclesiasticæ Parisiensis, qui post authoris obitum anno 1710. Lutetiæ prodit. Insuper idem docent chartæ plures apud eundem Dubois, sicut & aliæ quarum meminit Pagius hic; quibus perspicue demonstratur successore ejus Mauritiu anno 1160. cepisse. Ita inter cæteras prodit charta venditionis apud eundem Dubois data anno Incarnationis dominicæ MCLXIX. episcopatus vero (Mauritii) anno IX. Nec est cur comminiscamur, anno quidem 1160. dimissum fuisse a Petro episcopatum, obiisse vero anno 1164. id enim nemo Veterum docuit. Quoad epitaphium in quo Petri obitus consignatur anno 1164. anni notam recentiori atate adjectam habere idem Dubois pag. 122. testatur. MANSI

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. IO.
MANUELIS IMP. 22.

bilissimum. Patre namque bonae memoriae, clarissimo regni Principe Liupoldo, Marchione Austriae, ac matre Agneta, filia Henrici * Quarti Imperat. progenitus fuerat: germanus etiam Conradi Regis Romanorum, sed & duorum Ducum illustrium Leopoldi & Henrici, Friderici vero Caesaris patris, Sororis autem Henrici * Quinti Imperat. habens sorores Gertrudem Ducissam Bobemiae, & Berchtam. Ducissam Polanorum, ac Itam Marchionissam de Monteferrato, & consobrinam Imperatricem Hispaniae Gertrudem. De tam, inquam, illustri parentela proles ipsa nobilissima traxit originem. Sed tantae praedictus Antistes Conradus nobilitatis lineam moribus extulit, probis artibus decoravit. De Patavienis namque Ecclesia, cui XVI. annis praefuit, ad Salzburgensem, ut diximus, sedem translatus, quidquid prius in se notabile reprobenderat, nunc quasi novum hominem indutus, cepit corrigere, & formam gregi sibi commisso se non solum nomine, sed & re & opere non segniter exhibere. Pergit vero idem auctor de Conradi Con-

stantia inherendo Catholicis: Eo tempore Octaviano schismatico mortuo, cum jam finem illius execrandi schismatis Ecclesia praestolaretur, alter pro dolor! pro jam dicto Octaviano, Guido dictus, a fautoribus Caesaris intruditur potius, quam intronizatur, & novissimus error pejor effectus est prior. Itaque omnibus * cum pene Germania, & Italiae Praelatis tali schismate sese, tum timore, tum etiam favore Principis commaculantibus, & quod dictu horrendum est, sacramento, ut postea dicitur, ne ab hoc recederent, se obligantibus: praetaxatus Praesul immobilitatis columna veritatis, sed & aequivocus ejus Conradus Moguntinae sedis Archiepiscopus praclarissimus, nec non & Hartmannus Brixinensis Ecclesiae sanctissimus Episcopus, murum se pro domo Israel opponbant, & pro conservanda fide B. Petro & ejus Vicario viriliter agonizabant. Praedictus tamen S. Hartmannus, mensibus VI. Archiepiscopatus ipsius domini Conradi evoluitis, postquam tam ei, quam praedecessori ejus S. Eberardo fidelissime commisitaverat, X. Kal. Januarii migravit

Octaviano schismatico defuncto, Guido intruditur.

Hartmannus Brixinensis Episcopus obitus.

* al. Tertii.

* al. Quarti.

Conradi nobilitas & virtus.

PAGIUS

Anno Domini MCLXIV. obiit Parisiis in praesentia Papa, Sanctus Abbas Fastraudus Cisterciensis. Manricus ibidem num. IX. existimat, Fastradam die XXI. mensis Aprilis demortuum, quia Henricus in Menologio ac Ignacius Firminus in suis ad Exordium Magnum notis, ex Martyrologio Cisterciensi obitum Fastradi cum die illo copulant. Haec ejusdem Martyrologii verba: XI. Kalend. Maii, anno MCLXIII. dominus Fastradus obiit, septimus Cistercii Abbas. Quibus iunxit Manricus putat, opinionem suam certam, & Hugonem Menardum, qui in suo Martyrologio eam mortem retulit ad diem XIX. Maii, deceptum esse, alioque in errorem decimum non mensis Aprilis demortuum oportet; cum eo die post suum Parisiis reditum Alexander III. Senonis hoc anno fuerit, ut mox diximus. Adhuc dies in Martyrologiis notati plerumque diversi sunt a diebus Sanctorum emortalibus, ut milles insinuavi ad vulgarem, quae invaluerat, opinionem penitus profligandam. Denique cum in Martyrologio Cisterciensi Fastradi emortalis annus male consignetur, ei in Chronologia non multum fidendum.

XXV. Alexander III. Remis Concil. celebravit.

Post haec arbitrator, Alexandrum III. celebrasse Concilium Remense, cujus nulla quidem mentio in Collect. Concil. sed cujus meminit Vasseburgus, asserens illud post Turonense habitum fuisse, Christianorum rebus in arcum redactis in Palaestina, & in eo actum de suppetiis ferendis, & collecta per totam Europam facienda, vestigali a Rege Franciae ob id imposito, quo quilibet tam Nobilis, quam Clericus per quatuor annos ex viginti solidis annui redditus unum pendere tenebatur. Memoratur istud Concilium a Monacho Anonymo Sancti Vitoni Viridunensis, qui continuavit Historiam Viridunensium Episc. a Laurentio Leodiensi ad Sanctum Laurentium Monacho scriptam, Tom. XII. Spicilegii Dacheriani recitatum. Ibi enim pag. 337. de Conone Abbate Sancti Vitoni Viridunensis dicitur: Nec silendum arbitrator; quantum honoris domnus Papa ei impenderit, quantum-

que gratia ipsi accreverit; quia cum idem dominus Papa (scilicet Alexander III.) Concilii gratia de more celebrandi Remos advenisset, & omnes tam Abbates, quam Episcopi in suis sedibus & subselliis resedissent, contigit tandem venerabilem patrem nostrum Abbatem Cononem illo tardius adventare, qui cum indutus sacris vestibus Concilium introisset, nec haberet sedem in qua potuisset residere, humi resedit. Ad quem cum dominus Papa oculos inclinasset; Hic est, inquit, qui gratia majoris honorem & reverentia potioris favorem omnibus, ex quo Cisterciensis nobis exhibuit: & e vestigio misit ei in argumentum dilectionis curulem, in qua solitus erat residere, qua ille humiliter & cum gratiarum actione recepta, desuper resedit. Ita Scriptor ille aequalis.

Concilium illud praesenti anno congregatum oportet. Meyerus enim lib. 5. Annal. Flandriae ad annum MCLXIII. scribit: In Tetrarchibus Antiochenis male a nostris cum Norradino (Sultano Alepensi) pugnatum. Capti summi viri Boemundus tertius Antiochenus Princeps, Raimundus Comes Tripolitanus Raimundi filius Joscelinus III. Joscelini Comitis Edessani filius, Calamus Praefes Sicilia, Hugo Lusitanus, ac tales praeterea alii. Quod praelium factum est tradit Episcopus Florentinus (scilicet S. Antoninus) Idibus Augusti. Rediit & Almericus Rex (Hierosolymorum) ex Aegypto Antiochiam magna diligentia consilium secutus Theodorici Principis Flandriae, regni negotia administravit, nec multo post Principem Antiochia liberavit, quod & Tyrius lib. XIX. num. IX. & seq. narrat, subditque Proceres illos vinculis tanquam vilia mancipia alligatos, & Alapiam traductos spectaculum factos esse populis Infidelibus, & carceribus mancipatos, ac castrum Harenc, quod Christiani in finibus Antiochenis obtinebant, a Norradino antea obsessum potenter occupatum fuisse. Tum Tyrius ait: Factum est hoc anno ab Incarnat. Domini MCLXV. regno vero (legendum, regni vero) Domini Amalrici anno secundo, quarto Idus Au-

XXVI. Ejus causa & tempus.

CHRISTI
1164.ALEXANDRI III. PAP.
5.FRIDERICI IMP. IO.
MANUELIS IMP. 22.

vit ad Dominum. Conradus denique Deo dignus pontifex, primo constitutionis sua anno ad dominum Imperatorem Papiae po- Ann. Eccl. Tom. XIX.

fitum accedens regalia requisivit, sed obtinere non potuit, quia schismatici communicare noluit. Haftenus de his ibi. H h 2 Re-

PAGIUS

gusti. Sed locus ille ex Meyero citato corrigendus; legendumque, anno ab Incarnat. Domini MCLXIII. quo, mense Augusto annus secundus Amalrici Regis in cursu erat. Norradinus, ait Tyrius rebus secundis, & casu prosperiore factus sublimior, videns regnum solitis carere solatiis, & majoribus regni Principibus, quos ipse captivos tenebat, destitutum, ad hoc & dominum Regem & militiae robur adesse universum, obsedit Paneadensem civitatem, a Turcis Belinas vocatam, eamque recepit anno ab Incarnat. Domini MCLXVII. regni vero domini Regis Amalrici anno secundo, XV. Kal. Novembris. Qui locus etiam corruptus; legendum enim, MCLXIII. quod & ipsemet Tyrius ostendit, dum cap. XI. ait, industria Theodorici Comitis Flandriae qui illuc advenit, Boemundum Antiochia Principem in eadem astitit, multo tamen interveniente pretio, vix per annum integrum apud hostes detentum, liberati simul & honori pristino restitutum esse, anno videlicet millesimo centesimo sexagesimo quarto. [1] Porro Panca olim etiam Caesarea Philippi dicta, & nunc excisa, ad ortum Jordanis El. sita erat.

XXVII. Ejus celebrationis causa magis explicatur.

Amalricus Hierosolymorum Rex Ludovico Franciae Regi scripsit Epistolam CCCLVIII. Tom. IV. Duchesni pag. 696. recitatum, in qua ait: Per praesentia scripta defendam omnibus Christianorum, qui in Terra Sancta Jerusalem sunt, erectis Turcorum cornibus, depressionem Sublimitati Vestra, licet eam jam forte audieritis, exponere dignum duximus. Nobis apud Aegyptum cum Syracuino dimicantibus, & per virtutem dominica Crucis, inde cum maxime, si ibi permansisset, universitati Christianitatis nociturum expellentibus, factum est, ut Comes Tripolitanus, & Princeps Antiochenus cum multo exercitu ad liberandum castellum prope Antiochiam situm, nomine Haring, quod Norradinus cum innumera multitudine obsederat, irent, & auxilio divino hostibus eorum adventui cedentibus liberarent. Accidit autem, ut dum praefati, Princeps scilicet & Comes non contenti tanto Dei beneficio superbe hostes ad loca naturaliter munitissima insequerentur, ipsos ab hostibus capi, & omnem fere eorum exercitum partim capi, partim occidi. Additus est praeterea huic dolor dolori. Nam traditorum manus

praefato Norradino, cum adhuc in Aegypto essemus, Panadium, quod vulgo Belinas dicitur, tradiderunt. Sic itaque quasi in angustia pendulo sancta laborans Terra, vestrum & vestrorum potissimum, quod sibi efficacissimum fore speramus, nobiscum implorat auxilium. Valete. Datum Antiochia II. Idus Januarii. Quas literas cum Ludovicus Rex accepisset, & cum Alexandro III. communicasset, Concilium Remense ad auxilium Terrae Sanctae convocatum est.

Ad Terrae Sanctae subsidium non solum in XXVIII. Francia; sed & in Anglia pecunia collecta, ut Rex Angliae Terrae ubi refertur scriptum Henrico Rege praecipiente sancta compositum, in quo is ait: Proxima tertia feria succurrit. post Dominicam, qua cantatur, Misericordia Domini, primo cum ibi adessent Archiepisc. Rotomagensis, & tres Episcopi Normanniae, & Episcopus Cenomannensis, & quidam Barones mei. Iterato apud Cenomanniam tertia feria post sequentem Dominicam cum adessent pariter tres Archiepiscopi Rotomagensis, Turonensis, Burdegalenensis, & Episcopi plures; Bajacensis, Luxoviensis, Sagiensis, Cenomannensis, Andegavensis, Vanetensis, Pittavensis, Engolismensis, Petragoricensis, Agennensis, Befacensis, (vox illa corrupta), & multi Barones mei de Normannia, de Cenomannia, de Turona, de Andegavia, de Britannia, de Guafconia, consilio & assensu omnium, petitione & precibus Domini Regis Francorum & exemplo suo, qui per terram suam similiter statuit fieri, statui ut ad defensionem & juvamen Ecclesiae Terrae Orientalis unusquisque de terris suis, de omni mobili quod habet, sive sit aurum sive argentum absque lapidibus, sive animalia, sive nummi, sive quidquid sit absque vestibus, incisis, & de redditibus similiter de hoc anno MCLXVI. de unaquaque libra duos denarios. Deinde quatuor sequentibus annis de singulis libris singulos denarios. Hoc quoque faciat de culturis & vineis &c. Condonata est tertia pars poenitentiae sua omnibus, qui fideliter de rebus suis hanc elemosynam persolverint. Hac acta sunt anno ab Incarnat. Domini MCLXVI. Haec collecta per annos quinque continuata, quo in periculo Terra Sancta versaretur, ostendit.

NOTAE [1]

Sed locus ex Meyero corrigendus, legendumque anno ab Incarnatione Domini MCLXIII. &c. Locus quidem mendosus est, sed & erravit Meyerus dum pro LXIV. legit LXIII. nam Almarici annus secundus juxta chronologiam nostram, de qua in Nota ad A. 1173. 6. non nisi a februario anni 1163. occurrat. His vero constitutis Boemundi Antiocheni captivitas in praesentem annum referenda est, nec libertati nisi anno sequenti 1165. restitutus fuit. Ad longe plures annos captivitatem suam prorogavit Raimundus Tripolitanus, nam illius adhuc captivitate detenti res curans Amalricus rex, oppida quaedam comitatus Tripolitani hospitali Hierosolymitano concessit anno 1170. ut ex diplomate ejusdem in codice Meliteni to. I. pag. 51. docemur. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 1165.

ALEXANDRI PAP. III. ANNUS 6.

FRIDERICI IMP. II. MANUELIS IMP. 23.

CHRISTI 1165.

ALEXANDRI III. PAP. 6.

FRIDERICI IMP. II. MANUELIS IMP. 23.

I. Legatio ad Alex. Pap. ab Imperatrice.

Redemptoris annus millesimus centesimus sexagesimus quintus, Indictione decimatertia sequitur ordine temporis, cujus exordium missa est legatio a Mathilde Imperatrice matre Henrici Anglorum Regis ad Alexandrum Papam, qua rogavit, ut jungeret foedere Reges Francie atque Anglie: quod si faceret, fore etiam, ut pax sequeretur ejusdem Regis Anglie cum S. Thoma. Ista cum accepisset manens in Curia apud Alexandrum Joannes Saresberienfis, suis litteris reddidit certiore S. Thomam sic ipsarum exordium: Cum, inquit, dominum papam nuper sollicitarem, & animarem, & viam illi, quam mihi videbar intellexisse ad pacem sibi & vobis reformandam, studiosus intimarem: respondit, se spem concepisse pacis ex verbis Imperatricis, qui Abbatem S. Marie de voto tunc transmiserat, promittens Regem Anglie facile posse induci ad quacumque vellet dominus, si ipse Papa, Reges, ut d'u petitum est vellet confederare. Ad quod quia dominus Papa pronus est, & Rex Francorum facilis inclinari: ex colloquio suo & Regum certus etiam videbatur. Et jam Regem Francorum evocaverat, ut Purificationis festum ageret secum. Hac de concepta spe pacis. Additque se locutum cum Rege Francorum, quem timentem invenit, ne ex ejusmodi occasione distraheretur ab Ecclesie Romanae communione atque relicto Alexandro, esset schismatico inhæsurus.

II. His significatis, rogat ipse Saresberienfis eundem S. Thomam, magis precibus quam studio litterarum debere incumbere. Cur autem ista de litteris, accipe, quæ in Quadripartita de eodem sancto Thoma leguntur ex Hereberto, dum adhuc moraretur in Pontiniaco monaste-

rio: Tantus siquidem divinarum Scripturarum amator erat, ut post horas regulares quotidie sacri codices vix de manu ejus discederent. Unde ex amore hoc Scripturarum & operum adeo in brevi profecit, ut sepius in scrupulis & nodosis Scripturarum sententiis & super docentes se intelligeret. Sed & in evolvendis canonum libris totus erat. Quod quidem his periculosis temporibus fieri minime probavit Joannes ipse, cujus haud mediocris erat apud sanctum Thomam æstimatio ob insignem viri probitatem atque doctrinam; qui & ea qua pollebat fiducia apud ipsum, iisdem litteris (a) ista, memoria quidem digna commouit, dicens: Consilium meum, & desiderium, & summa precum, ut vos tota mente convertatis ad Dominum & orationum suffragia; quia (ut in Proverbiis (b) scriptum est:) Turris fortissima nomen Domini. Ad quam si quis confugerit, de omnia angustia liberabitur. Differte interim omnes alias occupationes quantum poteritis, quia licet necessaria plurimum videantur, quod suadeo prælegendum est, eo quod magis est necessarium. Profunt quidem leges & canones; sed mihi credite, quia nunc non erat his opus. Non hoc ista sibi tempus spectacula poscunt. Si quidem non tam devotionem excitant, quam curiositatem. Nonne recollitis, quia in angustia populi (ut scriptum (c) est) inter vestibulum & altare plorabant sacerdotes & ministri, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo? Exercitabar (inquit (d) Propheta) & scopulam spiritum meum, in die tribulationis (e) Dominum exquirens manibus, ut doceat, quia spiritualis exercitium, & mundatrix discussio conscientie avertit flagellum, & impetrat misericordiam Dei. Quis a lectione legum aut etiam canonum compunctus sur-

(a) Cod. Vat. l. 1. c. 31.

(b) Prov. 18. Utilis admonitio amici ad S. Thom.

(c) Joel. 2.

(d) Psal. 76.

(e) Ibid.

ascari, totamque cognationem suam & omnes, qui eum quovis titulo contingebant, exilio damnari. Nulli igitur atati, fortuna vel ordini pepercit ista crudelitas. Nam mulieres in puerperio decubantes, pueri quoque vagientes in cunis aucti sunt in exilium. Senes cum junioribus propulsi sunt, domibus eorum & rebus in exterminium datis. Adulti quoque coacti sunt jurare quod absque dilatione vel diverticulo Pontiniacum peterent (præfatum coenobium in Burgundia situm, ubi sanctus Præful a festo Sancti Andreæ proximo post exilium, per duos fere annos in multa humilitate & spiritualibus exercitiis conversatus est, ut scribit idem Gervasius ad annum MCLXIV.) & Archiepiscopo suo, Regis autem proditori se presentarent, ut ipse solus tot angustias cordis sustineret, quod causa sui coexules egentes videret. Processit ulterius furor immanis, nam publice terrore laico prohibitum est, ne quis eum, non dico donis vel scriptis visitaret, sed ne quis pro eo in Angli-

Henricus II. propinquos S. Thoma Cantuar. & amicos vexat.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6658.

SÆC. XII. © 26. C. D 7. P. 4. April. Indict. 13.

An. Eræ Hipp. M. CCIII. Anno Hegiræ DLXI. inchoato die 7. Nov. fer. 1.

JESU CHRISTI 1165.

ALEXANDRI III. PAPÆ 7.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 14. IMP. 11.

MANUELIS COMNENI IMP. 22.

Num. I. ad IX. Rex Anglia Henricus, inquit Gervasius in Chron. ad hunc Christi annum admodum & supra modum iratus, eo quod ipse in Nunciis suis & petitionibus tam a Rege Francia, quam a Domino Papa esset repulsus, justis furore plenus res & redditus Archiepiscopi (id est, S. Thomæ Cantuariensis) & omnium suorum con-

git? plus dico. Scholares exercitatio interdum scientiam auget ad tumorem, sed devotionem aut raro, aut numquam inflamat. Mallem vos Psalmos ruminare, & beati Gregorii Morales libros evolere, quam scholastico more philosophari. Expedit conferre de moribus cum aliquo spirituali, cujus & exemplo accendami, quam inspicere & discutere litigiosos articulos secularium litterarum. Novit Dominus qua mente, qua devotione ista proponam: vos accipietis ut placet. Si autem ista feceritis, vobis erit adjutor Deus, ut timeri non oporteat, quid machinetur homo. Ipse novit, quod in nullo mortali nobis, ut opinor, sperandum est in præfenti angustia &c. Ista ad sanctum Thomam Joannes maxime opportune.

III. Inter hæc autem idem sanctus Thomas summis angustiis pressus, absens scriptis rem agit, scribens ad ipsum Anglorum Regem, itemque ad Episcopos Anglie, qui eundem Regem hortari, monereque debeant. Ad Regem enim has decedit litteras, quas suis Annalibus Rogerius inserit istis verbis:

Reverendissimo domino suo, Henrico Dei gratia illustri Anglorum Regi, Duci Northmannorum & Aquitanorum, & Comiti Andegavorum, Thomas eadem gratia Cantuariensis Ecclesie humilis minister salutem, & utinam per omnia benefacere.

Loqui de Deo, libera & quietæ mentis est valde. Inde est quod loquor ad dominum meum, & utinam ad omnes pacifice. Obsecro (mi domine) ut sufferatis cum animi patientia modicum quid commotionis, conferentis per gratiam Dei, quæ nunquam vacua est ad animæ vestre salutem & meæ liberationem. Angustia mihi sunt undique: tribulatio enim & angustia invenerunt me, inter duo gravissima & timenda constitutum. Et inter duo constituta gravissima, timendum silentium, loquor, & commotionem. Si autem siluero, mors mihi est, nec effugiam manus Domini dicentis: (a) Si non annuntiaveris delinquenti peccatum suum, & moriatur in peccato suo, sanguinem ejus de manu tua requiram. Si commonuero,

* vacuata.

(a) Ezec. 3.

PAGIUS glicana Ecclesia oraret. Exercebantur ista, & ejusmodi enormitates per quendam filium perditionis Randulfum Delbroc, cui Rex ad custodiendum, imo ad destruendum commendaverat Archiepiscopatum. Hic itaque accepta potestate asfociatis sibi nequioribus se circumquaque grassabatur. Oderat enim Archiepiscopum ex antiquo, ideo crudelitate non poterat satiari. Res autem & redditus Monachorum Cantuariensium semper servavit illatas, nullamque rerum suarum eis subripuit potestatem. Factum est hoc, ut credi potest, nutu Dei & industria prudentis VViberti Prioris. Pergit Gervasius: Rex autem Henricus, quo facilius Domini Pa-

II.

timeo, ne non effugiam domini mei (quod absit) indignationem: nec accidat mihi, quod sapiens ille dixit: Cum is, qui non placet, ad intercedendum vel commovendum accedit vel mittit, verendum est, ne irati animus ad deteriora provocetur. Quid ergo faciam? loquar, an silcam? Utrobique certe periculum. Veruntamen, quoniam tutius (b) est incidere in hominis indignationem, quam in manus Dei viventis: confusus de misericordia Altissimi, in cujus manu sunt corda Regum, & quo voluerit inclinabit ea (& utinam in partem meliorem) loquar ad dominum meum, quia semel coepi. Multotiens enim bona parantur invitis, maxime cum eorum potius salutis consulitur quam voluntati.

In terra vestra captiva tenetur filia Sion: Sponsa Regis magni oppressa a multis, afflicta ab his, qui a tempore longo oderunt eam, & a quibus potius honoranda esset quam affligenda, maxime a vobis. Habita igitur vobiscum recordatione beneficiorum singulorum, quæ vobis contulit Deus in initio regni vestri, in medio, & fere usque modo: solvite eam, & permittite conregnare Sponso suo, ut bene faciat vobis Deus, & incipiat statim convalescere regnum vestrum, & auferatur opprobrium de generatione vestra, fiatque summa pax in diebus vestris. Credite mihi dilectissime domine, serenissime Princeps, patiens enim retributor est Dominus, longanimis expectator, sed ultor gravissimus. Audite me, & benefacite: sin autem, verendum est (quod absit) ne accingatur gladio suo super femur suum potentissimus, & veniat in manu valida cum militia multa liberare Sponsam suam non sine grandi plaga de oppensione & servitute tribulantis. Si vero me audieritis, quoniam necesse habet Dominus in hoc instanti obsequium vestrum experiri, tamquam strenui militis sui: benefaciet vobis Deus & addet gloriam gloriæ vestre in progeniem filiorum, & filiarum vestrarum usque in tempora longa. Alioquin, vereor (quod tibi Deus avertat) ne non deficiat gladius de domo vestra, donec veniat, qui ulciscatur de pla-

(b) Dan. 13.

IV. Admonitio de statu Ecclesie.

pa, vel etiam Cantuariensis Archiepiscopi, si forte promulgaretur, declinaret sententiam, coadunato exercitu copioso ad debellandam VValliam profectus est. Illis vero valide resistentibus, parum vel nihil profecit, multos tamen ex suis tam milites quam pedites perdidit, & reversus est. Porro est hic annus secundus exilii S. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis. Idem narrat de hac expeditione Neubrigenfis lib. 2. cap. 18.

Rogerius Hovedenus in parte posteriori pag. 503. & seq. refert Epistolam a Divo Thomæ Archiep. Cantuariæ ad Henricum II. Angliæ Regem scriptam, cujus initium: Loqui de Deo, &c.

III.

plano suam & suorum injuriam, Altissimi. Sicut nec de domo Salomonis, a quo licet eum Deus elegisset, & contulisset ei tantam sapientiam & pacem, ut diceretur ab omnibus; Hic est filius sapientiae, & pacis: & quoniam recessit a via Dei, & ambulavit in iniquitate super iniquitatem, scidit Deus regnum suum, & dedit illud servo suo; maxime quia non quaesivit subito post delictum placare Dominum. Sicut & David pater suus, qui statim post offensam humiliavit se Domino, emendavit culpam, petiit misericordiam, & obtinuit veniam. Utinam & vos cum Dei gratia similiter faciatis? Hec vobis ad praesens scribo, caetera in oratoris praesentium, viri religiosi & magnae opinionis, fidelis etiam (ut credimus) vestri posuimus. Quibus quaeso, si placet, fideliter credatis: potius tamen desidero cum gratia vestra benigno vestro uti colloquio. Bene valeat semel & semper dominus meus. Ita ad Regem, cum & eidem Nuntio has auditu dignas dedit litteras ad Episcopum Herefordiae istis verbis:

V. Thomas Dei gratia Cantuariensis Ecclesiae minister humilis venerabili fratri Roberto eadem gratia Herefordensi Episcopo salutem, & per omnia benefacere.

Ad Ep. Hereford. S. Thomas. Si litterae nostrae fraternitatis tuae excitaverit sollicitudinem: utinam non affectu desiderium reperissem, nec circa officii suscepti debitum effectum minus vigilem. Elegi abjectus esse, anathema pro omnibus opprobrium hominum & abjectio plebis ne viderem mala Sanctorum, & dissimularem injuriam gentis nostrae: expectans si quis forte ex omnibus vobis zelans legem Dei, & Ecclesiae libertatem affectans, exiret post me, & veniret, ut non darem cornua peccatoribus. Et ecce tu, quem credebam mihi a Domino datum esse, ut mecum edificares, evelleres, & plantares, propinas mihi stimulum in ruinam, solatium in desperationem, praedicans humiliationem immo de-

PAGIUS &c. qua eum hortatur, ne Ecclesiam diu captivam teneat, ut benefaciat, inquit, vobis Deus, & incipiat statim convalescere regnum vestrum, & auferatur opprobrium de generatione vestra, fiatque summa pax in diebus vestris, &c. Tum recitat aliam Epistolam ejusdem Sancti ad Robertum Herefordiensem Episcopum, cujus initium: Si littera nostra Fraternitatis, &c. in qua inter alia ei significat, ut officium suum fortius & validius exerceat. Extat utraque Epistola apud Baronium a num. III. ad VIII. quas dicit se ex Hovedeno exscripsisse. Verum is utramque cum anno sequenti connectit, subbitque: Eodem anno Henricus Rex Angliae, post reditum de Gallia, transfretavit de Anglia in Normanniam, & Guillelmus Rex Scotorum secutus est eum. Sed, ut mox dicemus, Guillelmus hoc tantum anno in Vigilia

jectionem, annuntians bonum, cum undique sit turbatio in perniciem Ecclesiae Dei & clericorum: & cum deberes animi vacillantis firmare constantiam, sustinere mecum congressum ad defendendum patrimonium Crucifixi, ad reprimendos & expugnandos hostes Ecclesiae, instillare auribus meis, inspirare animo meo, ut obsecrarem instantius, arguerem arctius, increparem durius. Quod si me non audient, exclamare certe debueras contra me: Exurge, quare obdormis? Exere gladium sancti Petri, vindica sanguinem servorum Christi, qui effusus est; injurias Ecclesiae, quae in nobis & nostri fiunt tota die.

Exciditne a memoria tua, quantis sim injuriis afflictus, quibus contumeliis affectus, cum in persona mea contra omnem auctoritatem, & contra omnem juris formam, iterum judicaretur Christus ante tribunal Principis? Non revoco certe ad animum propriae personae injuriam, etsi Ecclesiae. Attende diligentius, altius in corde tuo reponere, quid ageret ante exitum meum, quid in exitu, quid postea, quid etiam agatur singulis diebus in terra illa circa Ecclesiam Dei, & ejus ministros. Qua animi conscientia ista dissimulare poteris tu, de quo sperabatur, quod esses redempturus Israel, liberaturus a servitute Ecclesiam? Et nunc quia tanto tempore tacuisti, doleo super te, fili mi primogenite. Timeo ne succedat tibi, qui tollat primogenita tua, & auferat benedictionem primogeniti (quod absit) a te. Verumtamen etsi haecenus tacuisti, resume vires, fili charissime, clama, necesses, exalta vocem tuam contra eos, immitte eis timorem, incute contritionem, excute satisfactionem, ne ira Dei descendat super eos, & tota gens pereat, vel (quod absit) majores in gente. Ultio enim divina jam in januis est. Hec tibi scribo non ad confusionem tuam, sed ad cautelam: ut sultus auctoritate Dei & nostra de caetero valeas, & velis officii tui necessitates fortius & validius exercere.

Hoc

Nativitatis Domini in Regem elevatus est. Quare ea littera anno sequenti datae, non vero currenti. Porro Hovedenus Gallia nomine Walliam intelligit, Gallia enim loco Gualliae ibi legitur.

Extat Tom. II. Spicilegii Dacheriani pag. 485. Epistola Arnulphi Lexoviensis Episcopi ad S. Thomam Cantuariensem, quando exulabat in Galliis, in cujus fine cum afferat hostes Henricum II. Angliae Regem ad concordiam impulsuros esse, eam sub hujus anni finem scriptam existimo. Hec ejus verba: Proposuit primo cum Rege Francorum quibusdam conditionibus convenire, ut suo & ipsius terrore convicto, facilius possit caetera complanare. Disposuit etiam, sicut ajunt, in plerisque mitius agere, ut in pacem omnia dissimulatis revocentur injuriis, & ipse celeri reditu ad reprimendam Galensium

VI.

* filii

Hoc unum in summa te volo scire per misericordiam Dei: non extorquebitur a me Ecclesiae confusio. Praterca gratias tibi ago, quod vel nunc visitasti me, & solatio tuo confortasti.

VII. Quid plura? unum est, quod sine multa animi mei amaritudine sustinere non valeo. Fleo equidem super dilectissimo domino nostro Rege. Timor (a) enim & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae, eo quod videam domino meo Regi tribulationem & angustiam imminere. Nec mirum. Commovit enim Ecclesiam Dei, & conturbavit eam, ostendens Clero suo dura, & potans eum vino mœroris. Propterea dicit ei Dominus:

(b) Ubi sunt nunc sapientes Consiliarii tui, qui dederunt tibi consilium insipientes, qui dicebant, filius sapientum tu es, filius Regum antiquorum, quorum consuetudines observanda in Anglia: quas qui non observaverit, non est amicus Caesaris, hostis est coronae, reus judicio? Sed certe quod magis est, amicus est Crucis Christi: quoniam vobis qui condunt leges iniquas, & scribentes scripserunt injustitias, ut opprimerent pauperes in judicio, & vim facerent causae humilium populi mei; ut essent Ecclesiae & viduae praeda eorum, & clericorum, aliorumque diriperent bona. Qui facient in die visitationis & calamitatis de longe venientis? ad cujus confugient auxilium, & ubi derelinquent glorias suas, ne incarventur sub judicio, & cadant cum interfectis? Ubi sunt nunc sapientes ejus? procedant, annuntient ei, & indicent, quid cogitaverit Dominus exercituum super Angliam. Stulti facti sunt (c) sapientes ejus, & emarcuerunt Principes ejus, de ceperunt Angliam angulum populorum. Dominus immiscuit in medio ejus spiritum vertiginis. Errare fecerunt Angliam in opere suo, sicut errat ebrius vomens, tremens, & non erit Angliae opus, quod faciet caput aut caudam, quia comederunt

(d) Jacob, & locum ejus desolaverunt, & dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium Dei, exprobrando sacerdotibus, & eorum principibus dicentes: quo con-

revertatur audaciam, priusquam eum eis Scoti, Britonesque conveniant. Paulo antea dixerat Arnulphus: Consolamini, quia de adventu ejus ad partes istas (ad Normanniam scilicet) plurima nobis commoditas incipit apparere, quia praesens efficacius ab his, qui vos diligunt, poterit eorum auctoritati cedere, adquirere consilium, precibus inclinari. Henricus autem Rex hoc anno expeditionem in Walliam suscepit, uti mox ostendimus, & anno sequenti sub initium Quadragesimae in Normanniam perrexit.

In ea Epistola, proluxa & amoris plena, laudata Sancti Praesulis constantia, qua causam Ecclesiae tuebatur, admonet ne cum de pace agatur, minutis insistat, neve subtiliter & anxie singula discutiat. In ea inter alia plura

V. Agit in ea de pace cum Henrico Rege.

fugietis e manibus nostris? aut in quo est vobis fiducia? Quare recessistis, & obstitistis praeceptis meis? O quam inanes cogitationes istae, quam pessimae operationes in conspectu Domini! Videt quidem quoniam vanae sunt. Ipse enim iridebit sic cogitantem, sic operantem, prospiciens, quod prope veniat dies ejus, & jam in januis sit, & dicit: (e) Ecce homines qui non posuerunt Deum adiutorem suum, sed speraverunt in multitudine divitiarum suarum, & praevaluerunt in vanitate sua. Sed frustra haec faciunt. Non relinquet Dominus Ecclesiam suam, Clerum suum sine defensore, sine ultione gravissima. Fundata est enim supra firmam petram: petra autem ipse est Christus, qui eam proprio sanguine suo fundavit. Certe si non ista emendaverint, non ferent ea impune, quoniam conculcaverunt sancta Sanctorum, domum Dei, sacerdotes ejus injuriis afficiendo, verbisque probrosis. Hi sunt quibus Dominus ipse ut: (f) Dixi dii estis & filii excelsi omnes. Et alibi: (g) Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: & qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Revertantur ad cor, abiciant mala ista a se, agant poenitentiam cum summa humilitate. Alioquin verendum est, ne Dominus vos cito (quod absit) veniat, adducens super eos & terram eorum grandem tribulationem, & ultionem retributionis gravissimam. Ecce veniet Dominus vester, & non tardabit, & ipse salvabit nos. Ipse nunquam derelinquit servantes in se. Propheta enim dicit: (h) Spera in Domino, & fac bonitatem, & pascaris in divitiis ejus. Et alibi: (i) Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum, citoque liberaberis a laqueo venantium, & a verbo aspero. Et ut caetera omnia debito fine concludam, quoniam ostendit nobis Dominus, quae & quanta oporteat nos pati pro nomine suo, & pro defensione suae Ecclesiae: necesse habemus, ut ores tu, & tota Ecclesia tibi commissa instanter pro nobis: ut quod nostris meritis non vale-

mus, haec habet: Adversus eum vobis agendum est, cujus astutiam remoti, vicini potentiam, severitatem subditi reformidant: quem adeo crebri successus & fortuna fecit gratia delicatam, ut quidquid non obsequitur, ducat injuriam: quem quanto moveri facilius, tanto sit difficilius mitigari; apud quem temeritatem non fovet impunitas, sed in dilatat dilectis irrogat ultionem. Verum humilitati & patientia preparat, se quandoque tractabilem; viribus non sustinet expugnari, sed plane quidquid fecerit, de voluntate videatur, non de impotentia provenisse. Multis interpositis subdit: Si quid vobis serenitatis coeperit apparere, occasionem vestra sapientia non repellat, sed oblatam pleno colligatis amplexu. Super quo si quid tractandum

(e) Ps. 51.

(f) Ps. 81.
(g) Luc. 10.

(h) Ps. 26.
(i) Ps. 36.
Ad futurum martirium preparatio.

mus, tua & sanctorum virorum interces-
sione, qui in ditione tua sunt, sustine-
re valeamus, & ob id gratiam sempiter-
nam consequi mereamur. Vale & confor-
zare. Valeat tota Anglicana Ecclesia,
& confortetur in Domino; ut & nos be-
ne valeamus. Hæc sanctus Thomas e Gal-
liis, ubi erat, in Angliam. At quid in-
ter hæc Rex ipse Anglorum?

VIII.
Legati
Regis
Anglor.
quid Pe-
tant a Pa-
pa.

Antequam vero Alexander e Galliis
recedens Romam versus pararet iter
(quod contigit hoc anno, Paschali tem-
pore) Legati Regis Angliæ ad Alexan-
dram Papam venerunt. Quidnam autem at-
tulerint, ex Albano in Quadripartita sic
accipere: Discurrebant interim hinc inde,
& etiam a domino Papa mittebantur Nun-
tium ad pacis reformationem. Tandem ve-
ro placuit utrobique dominum Papam,
& Regem statuto die & loco ad invi-
cem convenire, ut per mutuum eorum
colloquium via pacis posset facilius in-
veniri. Rex ait ad id se venturum, sed
in Archiepiscopi absentia, quia eo præ-
sente, demandat nec domini Papæ faci-
ciem se visurum. Domino Papæ Archie-
piscopus significat nulla ratione Regis
uti colloquio sine sua præsentia, cui mo-
res noti illius fuissent. Citius enim, ait,
poterit Apostolica circumveniri religio
ex varietate verborum Regis, si non ad-
esbet sedulus interpres, qui regie mentis
propositum ex ipsius animi possit latebris
elicere. Hæc ad Papam Thomas. Quo ac-
cepit (pergit Alanus) moderata respon-
sione Regi renuntiat dominus Papa, hoc
inauditum a sæculo, Romanam Ecclesiam
ad alicujus Principis nutum, quemquam
a suo conductu recedere, maxime pro ju-
stitia exultantem. Sed & id privilegi &
auctoritatis desuper esse indultum Apo-
stolicæ Sedi, ut exulibus & oppressis sub-
veniat, etiam contra Principum iras, &
violentos impetus malignorum. Indignant-
es ergo Nuntii recesserunt, hæc Regi nun-
tiant. Dominus vero Papa Romam re-
versurus iter ingreditur. Hæc Alanus.
Sed jam Alexandri Papæ redeuntis ve-
rigia affectemur.

* f. con-
spectu.

PAGIUS

dum incidit, nolite singulos articulos nimia
subtilitate discutere; quia subtilitas contentio-
nem parit, contentio vero sopitos odiorum ignes
quasi quibusdam flatibus excitat, & accendit.
Non erit vobis ad singularia decurrendum, sed
quasi generalibus studiosius inhaerete, quia salva
res est, nisi passionibus specialiter expressa peri-
mant libertatem. Si enim nos fidei prostemur,
& reverentia, & obsequii debitores, si bona &
personas nostras honori & utilitatibus ejus offer-
rimus impendendas, sed Regias dignitates, &
antiquas consuetudines, in quibus legi Dei non
obviant, promittimus observare, non laedit, quia
in his omnibus contra debitum nullatenus obli-
gamur. Eadem etiam Epist. est ordine LXXXV.
libri I. Epistoliarum divi Thomæ.

VI.

Obiti memoria pia Malcolmus Rex Scotia (hu-

Urgebant Romani Alexandri Papæ
adventum post obitum Octaviani nullo
pacto recepturi Guidonem, quem Imper-
ator in locum ipsius subrogarat. Perge-
bant frequentioribus litteris id ipsum
petere, & quodammodo etiam violenter
exigere, minitantes, nisi hoc anno Ro-
mam rediret ante festum diem S. Mi-
chaelis Archangeli excepturus se fore
Guidonem. Sed accipere ista ex litteris
Joannis Saresberienfis ad S. Thomam
tunc datis, quibus & alia scitu digna
significantur; ait enim post multa (a):
Et si quid de domino Papa vobis innotuit
postquam reversurus Romam venit ad mon-
tem Pessulanum. Desidero autem de eo au-
dire prospera, eo magis, quo illi ex ma-
gna parte inter quos moror vaticinantur
adversa. Dicunt enim, quod Pisani &
Genuenses, & etiam Arelatenses mare
ingressi sunt ex mandato Teutonicis tyran-
ni, ut ei tendant insidias: & piraticam
exercent, ut sine manu ductione eorum
nulli omnino liceat navigare in illo mari.

IX.
Romani
revocant
Alex.
Pap. in
Urb.

(a) Cod.
Vat. l. 1.
p. 33.

Admittunt etiam, quod in Ecclesiam
Moguntinam idem tyrannus vellet intru-
dere illum non Christianum (hoc namque
illi proprium nomen erat) sed Antichri-
stum apostatam suum, qui Reginaldo suc-
cessit in officio Cancellariæ, & persecu-
tione Ecclesiæ, & collisione & strage ge-
nium, & everfione civitatum. Dicitur
enim hoc promeruisse in eo, quod Tusciam
totam Teutonicis subdidit & Campaniam
ut Romanis nihil relictum sit, nec in-
agris, nec in olivetis, aut vineis extra
mœnia Urbis. Unde, ajunt, inclusus po-
pulus, & quasi affectus inedia obtinuit
multis præciibus & pecunia data inducias
usque ad festum S. Michaelis: tunc nisi
dominus Papa interim venerit & subven-
erit recepturi Guidonem Cremensem, & in
verba Teutonicorum juraturi. Et ne quid
subtraham, asserunt nescio quas prophe-
tissas Teutonicas vaticinatas esse, unde
furor Teutonicorum potest amplius inflam-
mari, & unde schismatici ammantur. Sed
profecto potens est Deus conterere su-
perbiam Moab, valdeque adversus (b)

Christia-
nus malus
designatur
Archiep.
Mogunt.

(b) Jer. 48.

Do-

Malcolmus
IV. Scotia
XXV. regni-
que ejus anno
XII. & dimidio,
&c. Regi suc-
cedit Willelmus
frater ejus, in
vigilia Natalis
Domini more
Regio elevatus
in Regem, lelmus
inquit Annalista
Mailroensis ad
hunc annum.
Guillelmus nup-
tiarum bono, cui
frater pia, san-
ctaque præposuit
virginitatis opti-
mum: multo
quidem tempore
uti, vel ad sobolem
vel pro reme-
dio incontinentiæ
disulit. Tandem
vero sa-
lubrioris instin-
ctus consilii de
Transmarinis cu-
jusdam Primarii
filiam duxit uxorem,
& de
cetero non solum
vixit correctius,
verum etiam
regnavit feliciter,
inquit Neubrigen-
sis lib. 2. cap. 21.

VII.

Ad num. IX. & seq. Postquam Arnoldus Ar-
chiepiscopus Moguntinus a suis Moguntinis
tru-

(a) lib. 1.
p. 51.
X.
Laus Janu-
enium.

Dominum superbientis, & arrogantia e-
jus major est quam fortitudo. Unde in-
tanto rerum turbine nihil salubrius ar-
bitror, quam ut confugiamus ad clemen-
tiam Christi, qui etsi iterum crucifigitur,
non occiditur; sed crucifixores suos in
ultionem columbæ faciet acerbius crucifi-
gi, & jam crucifigit pro parte convocans
adversus eos pestem & gladium, &c. Sed
audiendæ sunt litteræ Ottonis Cardina-
lis, ad ipsum S. Thomam de his ista scri-
bentis hoc eodem tempore professionis
Papæ Alexandri Italiam versus. Sic se
habent: (a)

Significamus vobis, dominum Papam,
Curiam totam, & nos bene per Dei gra-
tiam valere. Litteræ nuper venerunt ad
Curiam de Janua. Dicunt, quia Guido
Cremensis Pisis receptus est, Archiepisco-
pus recessit, Clerus aufugit, populus to-
tus ipsum Guidonem contemnit. Dominus
Papa mandaverat Januæ pro galeis. Et
quidem Januenses ipsi fideles, & devoti
sunt domino Papæ & Curia: sed qui-
putant, & timent Imperatorem cum Pisa-
nis pro receptione Guidonis Cremensis
magnas conventiones & promissiones fe-
cisse: dubitant adhuc. Unde (quod vo-
bis solis confitemur) hoc ex litteris per-
pendimus, quod si civitates Longobar-
diæ confederata fuerint contra Impera-
torem, & galeas, & alia obsequia exhi-
beant: sin autem, subsistere videntur.
Confederationem autem, si futura est,
in proximo audiemus.

Electus Moguntinus (Conradus erat
iste, ut dictum est, sed adversus Im-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS
Fridericus
Imp. Pon-
tificis in-
Italia per-
sequitur.

trucidatus fuit, Christianus Cancellarius (in-
quit Joannes de Ceccano in Chron. loquens de
Christiano Comite e Buche Cancellario Impe-
ratoris, qui anno superiori in Archiepiscopa-
tum Moguntinum intrusus fuerat) & Comes
Gotholinus ceperunt Maritima & Campaniam
præter Anagninam, quam devastaverunt, & in-
cenderunt, Cisternam & Castrum, & fecerunt
jurare totam terram ad fidelitatem Paschalis &
Imperatoris, & sic redierunt in Tusciam. Post
reversionem illorum Comes Gilbertus & Richar-
dus de Gaja venerunt cum exercitu Regis Sici-
liæ, & intraverunt in Campaniam, & Verula-
ni se reddiderunt. Postea possederunt (id est,
juxta hujus Auctoris loquendi modum, obli-
dione cinxerunt) eum Romanis Alatrum, Ci-
ceanum & Arenarium (hæc oppida Antipa-
pæ partes tuebantur, & Siculi ab Alexandro
III. stabant), & non potuerunt illum capere.
Et sic intraverunt in vallem Sancti Laurentii,
& incenderunt castrum Sancti Stephani & Pres-
sei, & unusquisque postea rediit ad propria.
Hoc autem Ripe Turrice & castrum Sancti Lau-
rentii, & insula cremata sunt, & Alexander
Papa reversus est Romam.

VIII.
Alexander
III. in Si-
ciliam ve-
nit.

Sed non tantum Joannes de Ceccano narrat,
Italos a Germanis afflictos; verum etiam A-
cerbus Morena fuscæ agit de deprædationibus
ab illis factis, quæ Longobardorum animos in
eos accenderunt. Trifstanus Chalvus in Chron.
asserit, Marchoaldum Mediolanensium Præfectum

peratori, licet affinis ejus) qui nuper re-
cessit a domino Papa & a Curia, Nun-
tium Guidonis ad se venientem de terra
sua ejecit, & comminatus est ei, quod
si ipse, vel alius Nuntius ex parte sibi-
maticorum ad se ulterius perveniret: o-
culos sibi erui faceret. Nomen domini
Papæ manifeste prædicat. Hoc novit Im-
perator, & multum dolet. Et quia cer-
tum habetur in terra, quod prædictus
Maguntinus ad pedes domini Papæ ac-
cesserit; eidem Maguntino concordant
per omnia Trevirensis, Saltzburgerensis, &
fere reliqui Principes omnes, sicut dicunt
tam sæculares, quam Ecclesiastici, exce-
pto Imperatore & Colonienfi, & Duce
Saxoniæ. Magdeburgerensis nuper rediit de
Hierosolyma; & captus a Sarracenis vo-
vit, quod si liberaretur, domino Papæ
manifeste adhereret, & ita manifeste
facit. Hucusque litteræ Ottonis Cardi-
nalis ad sanctum Thomam. Quod au-
tem ad electum Moguntinum pertinet
Conradum, cum advertaretur Imperato-
ri schismatis causa, & adhereret Ale-
xandro; qui substitutus est ab eo, idem
qui superius, nomine Christianus Can-
cellarius, non est receptus vivente Con-
rado; sicque schisma in ea Ecclesia con-
flatum est, quod annis decem & octo, ut
tradit alius Conradus Episcopus, qui
scripsit Chronicon Moguntinum, dura-
vit, qui & deplorat cladem ejus Ec-
clesiæ.

Episcopi
German.
ad Alex.
Pap. ve-
niunt.

Ut ad Alexandrum redeamus, itinera-
rium ejus describitur in actis vitæ ipsius
apud citatum sæpe codicem Vaticanum
I i his

XB

eos tributis onerasse, & variis modis vexas-
se. Quare cum Itali a Frederico Imp. abhor-
rerent, Alexander Papa cum Oberto Archiepi-
scopo Mediolanensi navem conscendit, & reli-
cta Gallia in Siciliam venit, quarto secessus
sui in Franciam anno jam profecto. Hinc Au-
ctor Anonymus Vitæ Sancti Galdini Archie-
piscopi Mediolanensis in Actis SS. Bollandia-
nis ad diem XVIII. mensis Aprilis ait: Exi-
lium igitur beatus Galdinus & labores non mo-
dicos suo cum Pontifice (nempe Oberto), præ-
fatusque Papa (Alexandro III.) ac alii qui-
busdam pariter perpeffus, cum per quadriennium
circiter in Gallicana exulasset Ecclesia, demum
navigio Palermum, postea Beneventum pervene-
runt. Non autem multum post temporis a præ-
fato summo Pontifice Romam evocatus, ibi suis
suffragantibus meritis, sancta Sabina Cardina-
lis Presbyter ordinatur.

Ad num. XI. & seqq. In Codice Vaticano a
Baronio laudato legitur: Celebrato Pascha ex-
iit Senonis (nempe Alexander III.) & trans-
iens per Parisios & Bituriges & Anicium, post
festum Apostolorum ad Montepessulanum incolu-
mis per Dei gratiam remeavit. Addit Au-
ctor iste Anonymus Alexandrum III. ibi man-
sisse usque ad Octavam Assumptionis. Hoc ita-
que anno tertium Alexander III. Parisios ve-
nit, quam in rem extat ejus Rescriptum da-
tum Parisiis per manum Hermannii S. Romana
Ecclesiæ Subdiaconi & Notarii XII. Kal. Maii
ad.

IX.
Romam
redit.

Iter. A-lex. Papæ Romam versus.

his verbis: Celebrato itaque Pascha exiit Senonis, & transiens per Parisos & Bituriges, & Anicium, post festum Apostolorum, ad montem Pessulanum incolumis per Dei gratiam remeavit. Ubi mansit usque ad octavam Assumptionis, postea navigavit. De sancto vero Thoma cum comitante Alanus in Quadripartita hæc ait: Dominus vero Papa Romam reversurus iter ingreditur, quem prosequatur Thomas Archiepiscopus usque Bituricum, ubi accepta licentia, & benedictione, regreditur Pontiniacum, amplius faciem domini Papæ in carne ista non visurus. Pergunt Acta: Paratis ergo navibus, & aliis quæ ad navigandum necessaria videbantur, infra octavam Assumptionis beatæ Mariæ Virginis unacum fratribus suis mare intravit, & immensam pelagi vastitatem non sine multo discrimine transcendens, ad civitatem Messanam prosperis ventis applicuit. Quod postquam in auribus recolendæ memoriæ VVillemi Christianissimi Regis Siciliæ apud Panormum insonuit: eundem Pontificem tanquam patrem & dominum suum, a quo patrimonium Siciliæ, & totam aliam terram suam tenere dignoscitur, digno cum honore tractare, & magnificam ipsi præsentare studuit. Ad vebendam quoque ipsius venerandam personam, galeam unam rubeam; pro Episcopis autem & Cardinalibus quatuor iussit studiosissime præparari. Remigium quoque Archiepiscopum... & alios magnates cum ipso Pontifice destinavit, qui cum gloriose conducerent, splendide associarent, atque ad Romanam Urbem gloriose deferrent.

XII. Alexand. Papæ venit Rom.

Movit ergo a Messana beatus Alexander Papa in mense Novembris, & transiens Salernum & Cajetam, per fauces Tiberis suffragantibus beatorum Apostolorum Petri & Pauli meritis, ingressus est Ostiam, ubi ea nocte, auctore Domino, cum fratribus suis incolumis remansit. Mane autem facto, Senatores cum nobilibus & magna Cleri & populi multitudo ex Urbe honorifice occurrerunt illi, exhibentes ei tanquam animarum suarum Pastori, obedientiam debitam, & consuetam reverentiam.

PAGIUS

ad Clementem Decanum & universum Capitulum Parisiense, cujus meminit Bulaus Tom. II. Hist. Universit. Parisiensis pag. 334. Inde Monspe- lium petiit, ubi adhuc agebat XIV. Kal. Septemb. ut ostendit Epistola eo die ab eo data ad Willelmum Carnotensem Electum, & concitata Tom. X. Concil. pag. 1347. Tandem mari Romam profectus est, quo ubi pervenit, felicem suum adventum Henrico Archiep. Remensi, & suffraganeis eius per literas significavit, Tom. X. Concil. pag. 1370. relatas: Quia vos prosperitatibus Ecclesiæ, inquit, congaudere, & plurimum congratulari cognoscimus, presentium significatione, Fraternalitas vestra cognoscat, quod nos diversa maris pericula, & graves hostium & iniquorum incurfus divina potentia & Apo-

& exinde eum cum ramis olivarum usque ad portam Lateranensem cum omni gaudio & lætitia conduxerunt. Ubi totus Urbis Clerus de more solemniter indutus, ejusdem Pontificis tam diu desideratum præsolabatur adventum. Ibi & convenerant Judæi, de more Legem suam deferentes in brachiis, & concurrerunt Signiferi cum bandis, Stratores, Scriniarii, Judices cum Advocatis, & non modica ejusdem populi multitudo. Quid plura? Inchoata processione, undique alternis vocibus cum tanta gloria & exultatione deductus est ad Patriarchium sancti Salvatoris in Lateranense palatium, cum quanta nullus Romanus Pontifex a longis retro temporibus recollitur fuisse receptus. Acta sunt hæc omnia anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo quinto, Indictione tertiadecima, undecimo Kal. Decembris, Pontificatus vero ipsius anno sexto. Hactenus ex Alexandri vitæ Actis de reditu ipsius Pontificis ex Gallia in Urbem.

Quæ autem in his desiderari videntur, ex auctoribus temporis hujus supplenda erunt, atque primum ex (a) Neubrigensi; qui ex eo tempore, quo in civitate montis Pessulani morabatur Alexander, navigandi opportunitatem expectans, Imperatorem nihil non tentasse scribit, ut redeuntem in Italiam caperet Alexandrum ait enim: Imperator vero non quiescens, secretis (ut dicitur) litteris & promissis amplissimis apud VVilhelmum ejusdem urbis dominum agere studuit, ut proderet hospitem. At vir memorabilis integre fides inventus est, & insignem hospitem decensissime honoravit. Cumque Cardinales multitudine virorum fortium, qui Hierosolymam properabant, dromonem Hospitalis Hierosolymitani ingressi, dominum Papam mox secuturum jactis in alio mari anchoris expectarent: contigit dromonem a prætereunte classe piratica infestari. Advehebatur Pontifex ex triverni ingressurus dromonem: sed conspectis circa dromonem piratis, mox remis retortis in Magalonensem se portum recepit. At si qui erant in dromone, tam viriliter resistere piratis, ut confusos nec illosos abi-

XIII.

(a) Neubr. l. 2. c. 17. Imp. studium capiendi Alex. Pap.

solorum meritis evadentes, tandem ad portum salutis pervenimus, & a Senatoribus, populoque Rom. devotissime invitati nono Kal. Decemb. urbem intravimus in omni pace & tranquillitate suscepti, & illam nobis & fratribus nostris reverentiam, honorem & devotionem præditi Senatores, Nobiles civitatis, Clerus, populusque Rom. exhibuerunt, qua nulla major alicui antecessorum nostrorum, sicut omnia ora testantur, aliquando exhibita fuisse probatur.

Anno ab Incarnat. Dom. MCLXV. Ludovico Regi (Franciæ hujus nominis septimo) natus filius, Philippus nomine XI. Kal. Septemb. inquit Continuator Chronici Sancti Petri Vivi, cui varii Francorum Historici suffragantur. Continuatur Aimoini lib. 5. qui in natiuitate hujus filii

X. Natiuitas Philippi Augusti Francia Regis.

XIV. Pisani male ferunt Imp. contra Alex.

gerent. Itaque dominum Papam non ulterius cum periculo expectandum censes: cursu prospero fines regni Siculi attingerunt. Idem vero Pontifex post dies aliquot in alia navi mari se credidit, & secundus in Apuliam statibus nullo prorsus obsistente transiit. Susceptusque reverenter a Rege Siculo, & quotquot ejus erant ditioni subjecti, &c.

Romualdus autem Salernitanus Archiepiscopus, qui Salernum appellentem ipsum Alexandrum excepit, ita relegit ipsius Papæ navigationem ex Gallia Romam: Alexander Papa Magalonem venit, & præparata quadam magna navi, quæ erat Hospitalis, nempe Hospitaliariorum militum, cum eam pene omnes Cardinales intrassent, & Papa cum paucis Cardinalibus in galea Narbonensium eandem navim ascensurus veniret: galea Pisanorum Imperatori servientium, quibus illi paraverant insidias, repente apparuerunt: quibus visis, Papa cum galea sua festinans Magalonem rediit. Galea autem Pisanorum navim, in qua erant Cardinales, circumdederunt, & non invento ibi Apostolico, eam in pace liberam abire permiserunt. Quæ vento flante secundo, primo Panormum, deinde Messanam applicuit. Non multo post Alexander Papa cum Cardinalibus, qui remanserant, & Moguntino Archiepiscopo quadam minorem navim intravit, & alto se committens pelago, licet multis exagitatus procellis, salvus tamen cum omnibus Messanam Domino ducente pervenit. Quo cognito Rex VVilhelmus, qui tunc erat Panormi, Nuntios suos cum muneribus ad Papam transmissit, & eum cum quinque galeis usque Romam conduci præcepit. Qui Salernum veniens, a Romualdo Salernitano Archiepiscopo & toto populo civitatis cum debita est reverentia, & honore susceptus: qui postmodum cum eisdem galeis usque ad Tiberim, & per Tiberim usque ad S. Paulum cum omnibus Cardinalibus venit. Tunc Clerus Romanus & populus obviantes, ipsum cum magno honore & gloria usque ad Lateranum unanimiter adduxerunt.

XV. Longobardi contra Imp. pro Alexand. perstant.

Dum autem in Urbe hæc agerentur, & dominus Alexander Papa in B. Petri Cathedra, tanquam Christi Vicarius resideret: Guido Cremensis & ejus complices valde sunt commoti atque confusi: quoniam timor & tremor apprehenderunt Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

filius Philippi Augusti appellati Historiam suam absolvit, ait eum natum anno Incarnat. Dominicæ MCLXV. Sabbato in octava Assumptionis B. Mariæ Virginis, nocte dum matutina Synaxis celebraretur. Vides hunc Historicum ideo die uno ab illo Chronographo differre, quia puer nocte inter diem XXI. & XXII. interjecta in lucem prodiit, qui loquendi modus non observatus erroris causa non semel fuit.

XI. Moritur Schonau-gien-sis.

cos. Catholici vero licet a Friderico Imperatore multas tribulationes toleraverint pro justitia: lætabantur tamen de prosperis Ecclesiæ successibus ex nimia confusione schismaticorum. Lombardorum quoque societas contra Ecclesiæ adversarios & libertatis sæ impugnatores intrepida persistebat, disponens universa, quæ ad retentionem sui utiliora esse proficiebat & ut Imperatoris calliditates & machinamenta, quæ in Lombardorum confusione juraverat, destrueret, operam & studium pro viribus impendebant. Unde factum est, quod Veronenses & Paduani tamquam viri bellicosi, & libertatis propriæ amatores, ut Imperatoris adventum per partes suas penitus disturbarent, & ut in posterum sibi consulere, Appendicium arcem in manu forti aggressi sunt, & viriliter expugnaverunt, & eam funditus destruxerunt. Hactenus acta de his ibi, quæ spectant ad præsentem annum: reliqua suis locis.

Dum adventu veri Pontificis Roma triumphat, in Imperatorem persecutorem passim jaciuntur maledictiones a populo, a Curialibus & a Clero in eundem (ut fieri solet) multiplicatur. Quam ob causam ab eodem Imperatore ista tunc sunt scripta turbato stomacho, sed stylo melle linito, etfi felle mixto ad S. R. E. Cardinales.

Fridericus Dei gratia Romanus Imper. semper Augustus clericis Romanæ Ecclesiæ cum Lazaro quondam paupere eternam habere requiem.

Loquar (a) ad dominos meos, quamvis sit pulvis & cinis, & Ut (b) jumentum factus sum apud vos; tamen (c) homines & jumenta salvabit Deus. Multiplicavit Deus misericordiam suam super vos, qui congregavit, vos a quatuor ventis cæli, ut recumbatis cum Abraham in sinu patris sui. Fidelis ille cum tota domo Ægypti (Moyseu dico) qui de vestra vos Ægypto extraxit, ut evitaretis ollas carnium, & ut possitis clamare in deserto: (d) Manhu. Quid est hoc? a regione deserti manna venit ad viatores: cum & jure dicitis: Quid est hoc? Quid, inquam, est, quod famem expellit, & desiderium satiat, & satiando accendit? rapuit etiam vos manus illa inexhaustæ clementiæ, & fecit vos lucem de luto, & in diademate (e) Salom. quo coronavit eum mater sua, (e) Gant. vos coronavit, fecit vos aurum de luto. 3.

(a) Gen. 17. (b) Psal. 72. (c) Psal. 25. (d) Exod. 16.

I i 2 Sed

Sancta Elisabetha Abbatissa Sanctimonialium in Schonaugia, Ordinis Sancti Benedicti in Diocesi Trevirensi, soror Egberti Schonaugiensis S. Elisabethæ scriptis clari, die XVIII. mensis Junii mortua est, uti narrat Trithemius in Chron. Schonau-gien-sis. Hæc sancta Virgo cum esset annorum ætatis trium atque viginti cœpit revelationes & visiones multas habere, quas postea Egbertus frater ornatiore stylo, in eam formam qua

XVI. Frid. Imper. ad Card. Catholic. epist. (a) Gen. 17. (b) Psal. 72. (c) Psal. 25.

(d) Exod. 16.

XI. Moritur Schonau-gien-sis.

CHRISTI
1165.

ALEXANDRI III. PAP.
6.

FRIDERICI IMP. II.
MANUELIS IMP. 23.

* al. aurei
fici

Sed nescio, quo pacto aurum in lutum rediit, & in ferri utilitatem * aurei seculi moneta degenerat. Levastis corpora vestra in montes, sed mentes in convallibus remanserunt. Unde ergo veniet auxilium vobis? Sperabamus enim, quod in cacuminibus montium pennas tenderetis, quæ veberent * nos ad dexteram Dei Patris. Seduxit nos opinio lubrica, & quod valde gemimus, alarum nudato remige, in plumbi modum gravitas corporis vos pessumdat.

* al. vos

XVII.
Quæ jactata in schismaticos.

(a) 1f. 32.

Putabatis, quod Deus esset tantum Romanorum; sed & valles Theutonicorum frumento abundant. Suscipite montes pacem populo, ut linguæ spicula abscondatis. Non solum in Imperium, sed & in Deum cultus justitiæ, teste (a) Propheta, silentium. Super nubes volatis aquilæ, & tandem ad nostrum cadaver carpendum vestra rostra deponitis. Abstinetis vos a carnibus pecudum, & carnes Imperiales sine sale voratis; vere cultus justitiæ silentium. Quod nondum est, finxit; & nondum venit in linguam, jam penes vos constat esse patratum, ait enim: Quis hic Papa schismaticus injustus: hæc Imperatrix prægnans; sed non de semine Imperiali: hic Archiepiscopus ter in die carnibus ventrem confundit: hic Episcopus ructu * fetenti æra sædat: hic Abbas exhaurit scutellam usque ad vomitum. Vacatis otio cameris concipitur, & in Curia evomitur. Non est Curia cælum, non est Curia paradysus, sed adhuc est Curia inter flumina Babylonis. Vestrum ostium omnibus patet, cum quis per illud ingreditur;

* al. frequenti

PAGIUS

qua hædie leguntur, redegit. Egbertus librum scripsit de Transitu seu Obitu S. Elisabethæ sororis suæ, & Tom. XII. Biblioth. Patrum medi-

non palpatur, sed cæditur; non curatur, sed maceratur; non justificatur, sed damnatur. Et (ut breviter dicam) nihil sine crimine apud vos, sed cum venerit (b) Filius hominis in sede majestatis suæ, quæso dicite. Ubi sedebitis? hic & ibi?

(b) Luc. 9.

Clementes medici non orationibus ægros curant, sed eorum vulnera suscipere student, ut cum eis pariter & agrosent. Nos non poteramus ascendere ad vestra licita; sed vos vestra pietate commoti ad nostra illicita descendistis, & facti estis hujusmodi. Quid prodest in deserto exire, & in deserto Ægyptium habitare, & in deserto murmuratione perire? En qui sub Pharaone languistis, sub Mose suspiratis. Emptores vitæ nolite * decipere venditores margaritæ. Ecce qui dedistis manus & oculos, & alia membra, ut Evangelicam margaritam possitis comparare, ea nondum estis digni. Hac autem ad salutis fructum utimini. Reddite Deo linguam & accipite margaritam. Si vero hæc epistola vobis placuerit; nostra erit sententia illa Sapientis: (d) Argue justum, & diliget te. Si vero successi fueritis, non ideo Diogenes amittet cornua. Valet, & si Deum dilexeritis, linguas vestras Dei gladio amputate, & in Catholicum Papam consentietis. Hactenus Imperatoris epistola ex fragmentis Vaticanis mendosa valde. An autem ad ista rescripserint Cardinales, nobis incomperum. Sed quænam exæstians ira idem Imperator post hæc molitus sit, dicitur anno sequenti.

XVIII.

(c) Exod. 8.

* al. decipere

(d) Prov. 9.

Mil.

tionis Colon. Extant Sermones ejus XIII. adversus Catharos hereticos, & Excerptum ex Sancto Augustino, de Manichæis.

JESU CHRISTI
ANNUS
1166.

ALEXANDRI PAP. III.
ANNUS
7.

FRIDERICI IMP. 12.
MANUELIS IMP. 24.

I.
Conciliabulum ab Imp. indictum Herbipolis.

Millesimus centesimus sexagesimus sextus sequitur annus, Indictione decimaquarta, quo Fridericus Imperator videns res Catholici Pontificis Alexandri magis ac magis invalescere, ipsumque pacifice Romæ federe: ira percitus & invidia, indicit conventiculum Wirtzburgi (dicitur alio nomine Herbipolis) ad Pentecosten, ubi ipse cum suis interfuit Episcopis & Principibus ad confirmandas res sui Antipapæ Guidonis. Quamobrem Rex Angl. ab Imp. ad schisma pellectus. Quod enim expertus esset, proclivior in S. Thomam ipsum Alexandrum Pontificem: hac opportuna occasione captata, ad sui excusationem Legatos decernit in Urbem ad Alexandrum, a quo nisi consequeretur quod postularet, deficeret ad Guidonem. Cujus rei agendæ causa pro tuto conductu eorumdem Legatorum in Urbem, has dedit litteras ad Archiepsc. Coloniensem schismatis antesignanum: (a)

(a) lib. 1. sp. 69.

Litteræ Henrici Regis Angl. ad Colon. schismatic.

Diu desideravi justam habere occasionem recedendi a Papa Alexandro, & a perfidis Cardinalibus ejus, qui proditorum meum Thomam quondam Cantuariensem Archiepsc. contra me manutenerent, præsumunt. Unde cum consilio omnium Baronum meorum, & cum consensu Cleri, magnos viros de regno meo, scilicet Eboracensem Archiepsc. Londoniensem Episcopum, Archidiaconum Pictaviensem, Joannem de Oxeneford, Richardum de Luci Romam missurus sum qui publice & manifeste ex parte mea & totius regni mei & omnium aliarum terrarum quas habeo, proponant & denuntiabunt Papæ Alexandro, & Cardinalibus suis, ne ulterius proditorum meum manuteneant, sed ita liberent me ab eo ut alium cum Consilio Cleri in Ecclesia Cantuariensi possim instituire. Denuntiabunt

etiam quod quidquid Thomas fecit, in irritum revocent. Hoc etiam postulabunt, quod coram eis Papa jurari faciat publice, quod ipse & successores sui & mihi & omnibus successoribus meis regias consuetudines Henrici avi mei inconcussas & inviolatas, quantum ad se, conservabunt in perpetuum. Quod si forte alicui petitionum mearum contradicere voluerint: neque ego, neque Barones mei, neque Clerus meus aliquam ei ulterius servabimus obedientiam; immo manifeste eum, & omnes suos impugnabimus. Et quicumque in terra mea inventus fuerit, qui ei post hæc adhaerere voluerit, expelletur.

II.

Ea propter rogamus vos, sicut charissimum amicum quatenus Fratrem Ernoldum, vel fratrem Radulphum Hospitalarium, omni occasione remota, cito ad me mittatis, qui ex parte Imperatoris & vestra prædictis Nuntiis meis ducatum præbeat cundo & redeundo per terram Imperatoris. Hactenus Regis epistola. Missa est legatio ad Alexandrum Papam, functique ea reperiuntur solum Londoniensis atque Oxenefordensis Episcopi. At tantum abest, ut Alexander five terroribus per litteras Regis, incussis, five minis per Legatos nomine Regis expressis commoveretur, ut cum eos redarguisset, increpationibus plenas litteras ad Regem ipsum Anglorum reddiderit, quibus ille concussus a malo proposito resilierit, & gratias egerit ea monenti Pontifici eidemque parere in omnibus prompte promiserit. Testantur ista Anglorum Episcopi in epistola data anno sequenti ad Alexandrum, quam nos inferius suo loco reddituri sumus. Interea vero (pergit auctor) consulit Colonienfis Imperatorem, quid Regi Angliæ sit respondendum. Rescripsit Imperator

PAGIUS SÆC. XII. An. Eræ Hisp. MCCIV. An. Hegiræ DLXII. inchoato die 28. Octob. fer. 6. An. C. 1166.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6659.

© 27. B. D 8. P. 24. April. Indiç. 14.

JESU CHRISTI 1166.

ALEXANDRI III. PAPÆ 8.

FRIDERICI ENOBARBI REG. 15. IMP. 12.

MANUELIS COMNENI IMP. 23.

I.
Conventus Herbipolis.

Num. I. ad XVI. Chronographus Reicherpergensis, qui hoc tempore vivebat, ad annum MCLXV. hæc narrat, quæ ad præsentem male revocat Baronius num. I. & seqq. Mense Maio ejusdem anni, in diebus Pentecostes, quod evenerat tunc in X. Kal. Julii (le-

gendum X. Kal. Junii, in quem diem anno MCLXV. festum illud incidit) Imperator Curiam celebravit in civitate Wurzburgenfi, quæ etiam Herbipolis dicitur, ubi Episcopi & Electi fere numero XL. de regno Teutonico juraverunt obedientiam Paschali (Pseudo-Pontifici), & ejus successoribus, ipso Imperatore primo & ante omnes jurante id ipsum super Evangelia & Reliquias: postea Episcopis, & inde omnibus regni Principibus, qui præsentem aderant. Postea autem multi Episc. & Principes, qui ibi non aderant, idem juraverunt. Tenor autem juramenti hic erat, ut videlicet decedente Paschali nullum in Papam reciperent, nisi unum de ipsius fautoribus aliquem. Et ut obeunte Imperatore, nullus in Regem aut Imperatorem levaretur, nisi qui illam partem defenderet, & manu tenet contra Romanam Ecclesiam. Et ut Episcopi, & Prælati & subditis exigent: & quicumque

voluntati Regis Angliæ esse annuendum, quia quanto solemnus ista fient, si con-ferretur Papa Alexander; tanto major sua erit confusio: & forte in occulto per alium Templarium vel Hospitalarium, vel aliquem alium, a quo caveri non possit, Rex Angliæ pro pecunia sua idem obtineret. Missus itaque est Frater Radulphus Hospitalarius ad Regem Angliæ, qui Nuntios quos Rex ad Curiam mittere disposuit, ducatum præbuit per terram Imperatoris. Hæc ibi. Contigit autem eisdem Regis Nuntios antea pervenire in Germaniam, & interesse conciliabulo Herbipolensi. At quænam ibi acta sint, litteræ universales Friderici Imp. tunc datæ significant, quæ sic se habent: (a)

(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 70.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus cunctis populis, quos clementiæ nostræ regit Imperium.

III. Literæ Frid Imp. de rebus gestis in Concil. Herbip.

Jam dudum innotuisse credimus, qualiter exorta quondam inter Ecclesiæ Romanæ Cardinales de Apostolatu discordia, inter Reges, & regna impetu pestifero est diffusa. Pro qua ad optabile bonum pacis revocanda quantos post beatæ memoriæ Papæ Victoris electionem ac confirmationem Catholicam Papiæ, Mediolani, Laone, atque in diversis Imperii finibus in corpore nostro labores tam nos quam invicem Principes nostri pertulerimus; quantas rerum copias zelo justitiæ impenderimus; in extremis quoque mundi partibus, jam auditum non dubitamus. Denique beatissimo Papæ Victore in paradisi gaudia feliciter assumpto, & in ejus locum ab Episcopis ac Cardinalibus almæ Sedis Apostolicæ domino Paschali viro Christianissimo in præsentia Episcoporum & religiosorum Lombardiæ ac Tusciæ, il-

* al. Lau-de.

PAGIUS

nov juraret, omni Ecclesiastico honore & beneficio, postremo & omnibus bonis & possessionibus privaretur. Ibi etiam precipiente Imperatore quidam Electi sub hoc juramento consecrati sunt in Episcopos, & alii in Presbyteros, & alios ordines ordinati ab his, qui etiam juraverunt. Baronii quidem sententiam Labbeus Tom. X. Concil. passimque recentiores amplexi sunt; sed hunc Conventum coactum anno præcedenti Sigonius lib. XIII. de Regn. Ital. & Trithemius in Chron. Hirsaug. etiam viderunt. De eo in Vita Sancti Thomæ Cantuariensis lib. 2. cap. 20. habetur: Beato Thoma Senonis sic residente, Rex Anglorum indignissime ferens, quod in petitionibus suis protegeretur Adversarius (sc. Sanctus Thomas), Presbyterorum bona, per Diocæsim Cantuariensem decedentium, & vacantes Ecclesias occupavit, & pro voluntate personas instituit, & se ab Alexandro Papa, quem jam Dominus, Romana miseratus Ecclesia, in Sedem suam revocavit, abalienavit. Unde dolorem suum in fide vindicaturus, Clericos duos, Joannem videlicet de Oxenfordia, & Richardum de Iluestria, misit ad Imperatorem Alemanniæ Fridericum, qui coacto Concilio (Her-

II. Henricus Il. Angliæ Rex Legator ad illum mittit.

lustris quoque Urbis Præfetti Romæ, ac multorum nobilium Romanorum catholice substituto: ipsum etiam dominum Paschalem & Ecclesiæ ac Principum Imperii iudicio atque consilio in Papam & Patrem Catholicum solemniter recepimus, debitoque honore venerari semper intendimus. Proinde obstinata schismaticorum perfidia mortem viri iusti suis successibus aperta fronte adscribens, Sirenæis tuis blanditiis quorundam fidelium nostrorum animos adeo molita est denuo immutare, ut nisi morbis novis nova remedia obicerentur, pars nostrorum non modica videretur ex fiducia nostræ lenitatis seducenda.

Igitur zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accensi, cum Regem Francorum, qui nulla nostra culpa præeunte, una cum Rolando Imperii nostri hoste publico, ejusque sequentibus Imperialem nostrum honorem manifeste molitur auferre, post multos nostros admonitus irrevocabilem persensivimus: universis Imperii Principibus in sancta Pentecoste Curiam Wirzburg generalem indiximus. Quorum cœtu celeberrimo ibidem solemniter præsidente, Ecclesiæ Dei statum ac domini Papæ Paschalis negotium serio ac magnifice duximus roborandum. Invocata igitur Spiritus sancti gratia, & universorum qui aderant, consilio communicato ad removendam pro parte nostra omnem ambiguitatem, prorsus ipsi nos manu propria super Sanctorum reliquias juramentum publice præstitimus, quod Rolandum schismaticum, vel ejus successorem, quem pars ipsius elegerit, in Papam nunquam recipiemus, nec ad eum recipiendum, assensum umquam alicui præbebimus. Nulli etiam fautorum ejus gratiam umquam nostram reddemus, nisi ab errore viæ suæ ad

IV.

bipoli nempe) de pace Romana Ecclesia tractabat, mandans quod si nomen & obedientiam Alexandri Papa abjuraret, participem se Schismatis haberet cum Episcopis. Ille cum schismatis fautores haberet, de consilio Colonienfis Archiepiscopi, (nempe Reginaldi), qui Octaviano extimato successorem jam suscitaverat (sc. Paschalem III.), consensit. Jurantibus itaque cum Imperatore Optimatibus & Episcopis, quibusdam obtrectantibus, & usque in lacrymas renitentibus, Nuntii quoque Regis & persona ipsius consimilem formam jurarunt. Et tanquam si minus adhuc peccavisset, Rex Portus diligentissime custodiri præcepit, feralia in eor statuens Edicta, qui vel Papa mandata, vel literas in Angliam deferrent, vel delatas recipere. Præcepit etiam publice, & compulit per vicos, per castella, per civitates, ab homine sene usque ad puerum duodennem B. Petri successorem Alexandrum abjurare.

Anno quidem MCLXV. nonnisi mense Novembri Alexander III. in Sedem suam restitutus est, & Conciliabulum Herbipolense in festo Pentecostes celebratum; sed quia jam tunc Alexander III. in Gallia existens suum Romanam

III. Sed anno præcedenti.

ad unitatem Ecclesiæ fuerit conversus. Dominum vero Papam Paschalem manebimus semper & promovebimus; eique tamquam Patri Catholico & universali Pontifici obedientiam, honorem, & reverentiam exhibebimus: & ab ipso, ejusque parte, vita comite, nunquam recedemus. Electos quoque, qui sub eo, aut ejus successore, quem pars ipsius elegerit, consecrationem receperunt, vel adhuc recipiunt, honore aut ordinibus suis per ejus obedientiam privari nunquam permittemus; & hujus absolutionem sacramenti nunquam requiremus, nec oblatam recipiemus.

V.

Præterea nos in Imperio successor, quem Principes universi elegerint, hunc honorem Ecclesiæ Dei & Imperii, & hanc partem nostram sub eodem juramento tuebitur semper atque tenebit. Idem quoque juramentum Archiepiscopi, & omnes Episcopi, atque electi, qui interfuerint, numero quadraginta, super sancta Dei Evangelia propria manu unusquisque sub stola sua præstiterunt, & publice firmarunt. Nihilominus universi Principes sæculares, Dux videlicet Saxonia, & Brandeburgensis Marchio Albertus senior, Conradus Palatinus de Cbevo, & Ludovicus Lantgravius, & reliqui omnes super Sanctorum reliquias id ipsum juraverunt. Repente autem Spiritus sanctus mentes omnium adeo unius effecit voluntatis, quod electi omnes in sabbato Quatuor temporum ad laudem Dei & honorem Imperii sacros ordines devotissime susceperunt. Firmiter quoque a nobis, & ab universis decretum est, ut quicumque supersunt ordinandi, in primis Quatuor temporibus similiter exequantur, alioquin dignitatis ad quam electi sunt honore, omni remota dilatione, priventur.

VI.

Ad hæc honorabiles Legati illustris amici nostri Henrici gloriosi Anglorum Re-

PAGIUS

mam reditum decreverat; dici potest eum eo tempore jam Sedem suam recuperasse; sed sine errore dici non potest, quod tamen in ea Vita legitur, Angliæ Regem Clericos illos duos ad Fridericum Imp. seu ad Conventum Herbipolensem destinasse, Beato Thoma Senonis residente, quia Sanctus Præsul ad festum usque Martini currentis anni Pontiniaci moratus est, indeque Senonas venit. Hic error, ad quem non video aliquem animum advertisse, manifestus est: alioquin Conventus Herbipolensis nonnisi in festo Pentecostes sequentis Christi anni coactus fuisset, & duo illi Clerici illuc missi, quia tunc revera Sanctus Thomas Senonis residebat, non vero anno currenti, quod ex infra dicendis perspicuum erit. Præterea Joannes de Oxenfordia & Richardus de Iluestria ab Henrico Rege Legati ad illum Conventum missi, hoc anno ante festum Ascensionis Christi excommunicati sunt a Sancto Thoma, quod cum Schismaticis in illo Conciliabulo communicassent, ideoque illud in festo Pentecostes præcedenti Christi anno habitum fuerat. Utrum

gis ad nos ab ipso transmissi, in totius Curia nostræ præsentia super Sanctorum reliquias ex parte Regis Angliæ publice juraverant nobis, quod Rex ipse cum toto regno suo in parte nostra fideliter stabit, dominum Paschalem, quem nos tenemus, nobiscum semper tenebit. De Rolando autem schismatico manutenendo, nullatenus se de cætero intromittet. Quia vero justitiæ examen, quam hostes Ecclesiæ Dei & nostri sive ex superbia, sive ex causæ diffidentia devitarunt, nos semper hætenus stare parati, nunc tandem ad insolita sacramenta ex eorum manifesta obstinatione sumus impulsus: a schismaticorum communionem omnis homo, omnisque ordo caveat. Furor enim eorum etsi hætenus aliquo modo visus est venialis; in posterum prorsus erit irremissibilis. Ad perfectum quoque hujus negotii firmamentum, ex totius Herbipolensis concilii decreto firmissime præcipimus, ut si quis ad sui mandatum Antistitis sacramentum supra scriptum non præstiterit: si clericus sit, aut monachus, Ecclesiastico privetur honore ac beneficio: si laicus, alodia & beneficia quæcumque possidet, nostra ipsi auctoritate a suo iudice vel domino prorsus adimantur. Data Wirzburg Kalend. Julii.

Porro quod fecerunt Nuntii Regis Anglorum, jurando Regis nomine inhære schismatico: nequaquam ex præcepto ejus fecisse, excusatum est ab Archiepiscopo Rothomagensi, cujus istæ sunt litteræ ad Henricum tituli sanctorum Nerei & Achillei presbyterum Cardinalem: (a)

(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 102.

Pro domino Rege Anglorum omnem exhibebimus securitatem, quod Imperatori nec per se, nec per Nuncios juramentum præstiterit aut promissionem, quod schismatico adhaerere velit, Ecclesiam relicturnus. Immo certi sumus, quod in illis qualibuscumque de matrimonio pactationibus, licet Teu-

Præter Regis Anglor. sententiam Nuntii subscripserunt & juraverunt.

que excommunicatum fuisse, quod in Conciliabulo Herbipolensi excommunicatis communicasset, docet S. Thomas Episc. CXXXVIII. Libri primi ad Alexandrum III. data: Nominatim etiam excommunicavi Joannem de Oxenford, qui communicavit Schismatico & excommunicato illi Reginaldo Colonienfi, qui contra mandatum Domini & vestrum usurpavit sibi Decanatum Saresberienfis Ecclesiæ, & in Curia Imperatoris, quale ipse audistis, præstitit juramentum (anno sc. elapso) similiter etiam Ribardum de Wlcheffre, qui eidem Schismatico communicavit.

Nec ullus, opinor, qui gesta in eo & post illud contulerit cum iis, quæ in Anglia hoc anno contigere, dubitare poterit, quin Conventus Herbipolensis per aliquot saltem menses præcesserit excommunicationes a Sancto Præsule hoc anno & contra duos illos Clericos, & contra multos Præfules Angliæ vibratas. Hoc enim anno, ut infra contra communem sententiam demonstrobo, duo Conciliabula Henrici Regis jussu celebrata; unum apud Chinionem, sen Chi-

IV. Conventus Chinionensis hoc anno.

Teutonici super hoc laborarent per tri-
dium: nihil unquam concedere voluit,
nisi praeunte in omnibus fidelitate domi-
ni Papae, & Ecclesiae, & Regis Franciae.
Ipsi vero litteris nostris mandavimus do-
mina Imperatrix & nos, ut ab hac nota
se quam citius excuset. Nos quidem
cum Rothomagi essemus, & illic essent
Nuntii Imperatoris, de illis quidem audi-
vimus, sed eos non vidimus, &c. Sic igi-
tur regii Nuntii non ex mandato Re-
gis facere id potuerunt, de quo nullum
intercedebat, ut ex recitatis superius lit-
teris satis apparet. Porro ipsos Nuntios
ita turpiter lapsos ipse sanctus Thomas
excommunicasse reperitur, scribens ad
omnes suos (a) Suffraganeos anno se-
quenti, ut suo loco dicturi sumus.

(a) lib. 1. ep. 102. VII.

Sed redeamus ad Fridericum Impera-
torem, qui laborans pro schismatico &
pseudopapa Guidone, Paschali dicto, lit-
teras dedit pro firmitate omnium, quae
gesta essent in illo conventiculo Herbi-
polensi. Extant illae, quas dedit ad Ab-
batem (b) Stabulensem, in quibus ista
post alia: Ipse cum omnibus Ecclesiae tuae
fidelibus publice jures & observas, &
singulis Dominicis diebus & festis in pu-
blica Missa, sicut edictum est, & sanc-
tum a nobis, & a Principibus, publicam
orationem pro domino Papa Paschali no-
minatim & assidue intus & foris praeci-
pias recitari. Edictum quoque & sta-
tutum est, ut haec omnia juramenta infra
sex hebdomadas ab omnibus compleantur.
Quod si aliquis monachorum, clericorum
laicorum, in Imperio nostro huic confir-
mationi & edicto nostro aliquo modo se-

(b) lib. 1. ep. 71. Promulgatio schismatici Papae ex Concilio Herbipolensi.

PAGIUS nonium in provincia Turonensi, & versus Picta-
vensem tractum positum, alterumque Londo-
niae. De priori loquitur Joannes Salisberien-
sis in Epistola ad Exoniensem Episcopum, quae est
CXI. libri primi Epistolarum divi Thomae, vel
juxta Baronium, qui eam anno sequenti num.
XXXVI. & seq. recitat, Epistola CXXXIX.
In ea Salisberien-
sis ait: Studiosus inquisivit
(nempe Henricus Rex) cum prae-
missis minis &
obtestatione quamplurima, quoniam consilio sibi
utendum esset adversus Ecclesiam de Cantuariensi
Archiepiscopo, gravissime conquerens, non sine
gemitibus & suspiriis multis: & ut tunc praes-
entes postea retulerunt, lacrymatus est, dicens
quod idem Cantuariensis ei corpus & animam
pariter auferret, &c. Erat autem dolor acer-
bior urgente metu, quem conceperat ex literis,
quas dicitur Cantuariensis illi, & matri suae
(nempe Mathildi Imperatrici) transmisserat.
Timebat quidem, & merito, ne in terram ejus,
interdicti, & in personam ejus anathematis sen-
tentia ferretur. Cum igitur his angustis pre-
meretur, Lexoviensis Episcopus (scilicet Arnul-
phus) unum dixit esse remedium, imminentem
sententiam appellationis obstaculo praepedire, &c.
Ab illo ergo consilio egressi sunt a facie Dei, &
Regis sui, Lexoviensis & Sagiensis Episcopi,
ut appellatione interposita usque ad octavas Pa-
scha suspenderent ejus sententiam. Paucis in-
terpositis: Sic ergo Domino faciente delusa est

opponendo contradixerit: certum sit apud
te, quod sicut publicus hostis Imperii,
absque omni spe recuperationis judicatus
est & damnatus, & ab omni officio, &
honore & beneficio destitutus, &c. Sic igi-
tur iisdem formulis scriptae sunt ab eo-
dem Imperatore litterae ad omnes Anti-
stites & Abbates, & Principes, longe
lateque per Orbem Romano sub Impe-
rio constitutos.

At vero ut haec omnia de conciliabulo
Herbipolensi plenius innotescant, reci-
tandae sunt hic litterae, ab amico quo-
dam (cujus nomen nec inditum litte-
ris) ad Alexandrum Pontificem datae,
quae in eodem codice ita scriptae (c) le-
guntur:

Alexandro Papae quidam amicus suus.
Imperator cum Principes suos ad Cu-
riam, quam eis in festo Pentecostes indi-
xerat, adunasset, & Principes ipsi sub-
bato ante festum, atque subsequenti se-
cunda feria, de pace inter vos & eum
reformanda tractare coepissent: Reginal-
dus dictus Colonien-
sis Archiepiscopus ad-
venit, publice asserens & proponens, quod
nihil contra vos ad honorem sui labor &
studium Imperatoris proficeret, nisi ejus
tunc penitus assentiret consiliis. Dicebat
enim, quod potior pars Imperii vobiscum
erat, commemorans scilicet Saltzburgen-
sem, Maguntinum, & alios de Aleman-
nia, qui vestrae obtemperant sanctitati.
Verumtamen ad magnificandum seipsum,
plures, inquit, quam vos sumus, ad o-
bedientiam Apostolici nostri conquesti,
quos et Rex Anglorum numero quinquaginta
& plures juxta domini Imperatoris bene-

(c) Cod. Vat. l. 1. ep. 72. VIII.

sollicitudo Episcoporum Regalium: quia cum ve-
nissent Pontiniacum, Archiepiscopum, quem ap-
pellerent, non invenerunt, sed frustrati a pro-
posito suo reversi sunt queruli, quod sua con-
sumperant, laboraverant & non profecerant.

Ideo autem Sanctum Thomam Pontiniaci,
ubi toto hoc anno usque ad festum Sancti Mar-
tini moratus est, non invenerunt, quia Sues-
sionas profectus erat. Jam enim dixerat Joannes
Salisberien-
sis: Archiepiscopus vero noster in pro-
cinctu ferenda sententia constitutus, iter arripue-
rat ad urbem Sues-
sionum orationis causa, ut
B. Virgini, cujus ibi memoria celebris est, &
B. Drausio (legendum, Drausio) ad quem con-
fugiunt pugnaturi, & B. Gregorio Anglicana
Ecclesia fundatori, qui in eadem urbe requie-
scit, agonem suum precibus commendaret. San-
ctus Drausius Episcopus Sues-
sionensis medio cir-
citer saeculo septimo floruit, & Sues-
sionenses dicunt se caput S. Gregorii M. possidere. In
fine Epistolae habetur: Et Rex, quod ad vestram
notitiam venisse non ambigo, virum bonum Ma-
gistrum G... de Insula misit in Angliam cum
litteris a Colloquio Chinonensi, ut insulanos su-
per facta appellatione praeveniret, & portus &
transitus faceret diligentius observari, & Cle-
rum ab obediendo suspenderet.

De Concilio vero Londoniensi in Vita Sancti
Thomae lib. 2. cap. 21. legitur: Post modicum tem-
pus (a legatione Joannis de Oxenfordia & Ri-
chardi

V. In eo ad Alex. III. appella-
tum.

VI.

beneficium exhibebit. Cum igitur ei ta-
lia promittenti, & ad certitudinem hu-
jus rei duos Nuntios praedicti Regis praes-
entialiter exhibenti, de proseguendo e-
jus consilio suum Imperator polliceretur
assensum: in audientia cunctorum Princi-
pum hujusmodi consilium Imperatori for-
mavit.

Quod ipse videlicet Imperator in com-
spectu totius Curiae propria manu jura-
ret, quod nullo unquam totius vitae suae
tempore vos, vel aliquem, qui ex parte
vestra sit, in Pontificem Rom. reciperet;
sed devotioni Papae sui Paschalis inconcus-
se semper & inseparabiliter adhaereret: si
vero mori illi ante contingeret: hos ipsum
juramentum sui successores observarent.
Principes vero suos hoc ipsum jurare com-
pelleret, adjecto in eorundem Principum
juramento, quod si prius Imperator obi-
ret, Principes ipsi nullum antea corona-
rent in Regem, quem is qui coronandus
esset, de tenendo & fovendo eodem schis-
matico & ejus successoribus idem faceret
juramentum. Et quod Principes infra sex
hebdomadas, postquam de Curia ad prop-
ria loca redissent, omnes Abbates,
Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Concilia-
bulum London-
ense hoc anno coa-
ctum.

chardi de Ilvestria, de qua sermo est capite an-
tecedenti) convenientibus ad urbem Londonias
ex mandato Regis Episcopis & Abbatibus non-
nullis, visum est contra Archiepiscopum appel-
lari. Timebatur enim ne ipse in enormia, quae
per regnum praesumebantur, manum correctionis
extenderet. Appellarunt itaque primi Londonien-
sis & Salisberien-
sis, provocationis & pravari-
cationis fomites. Sanctus Thomas hoc anno scri-
psit Rotrodo Rotomagensi Archiepiscopo Episto-
lam LXX. libri tertii, in qua ait, se ex
justis & manifestis causis aliquos excommuni-
casse, quos faciat a cunctis fidelibus evitari,
& subjungit: Sunt & alii solemniter citati a
nobis, quos auctore Deo, in die Dominica Ascen-
sionis excommunicabimus, nisi interim condigne
satisfacere curaverint Ecclesiae Dei, quam lese-
runt, & nobis: Gausfredus Cantuariensis Archi-
diaconus, Robertus Vicarius ejus, Richardus de
WVilchestre, Richardus de Luci, Adam de Che-
ringis, Willelmus Giffard. Qui duo Conven-
tus cum hoc anno congregati fuerint ad ap-
pellandum contra illas excommunicationes,
Herbipolensis anno MCLXV. non potest non
celebratus fuisse.

VII. Post Ca-
trum Her-
bipolens.
Henricus
Rex lega-
tus ad Pa-
pam mit-
tit.

Baronius hoc anno num. I. refert Epistolam
Henrici Regis Reginaldo Schismatico Colonien-
si datam, quae ordine est LXIX. libri primi,
atque eam anno celebrationis Concilii Herbi-
polensis datam, in qua Henricus Rex dicit:
Diu desideravi justam habere occasionem receden-
di a Papa Alexandro, & a perfidis Cardinali-
bus ejus, qui proditorem meum Thomam, quon-
dam Cantuariensem Archiep. contra me manu-
tenere praesumunt. Unde cum consilio omnium
Baronum meorum, & cum consensu Cleri ma-
gnos viros de regno meo, scilicet Eboracensem,
Londoniensem, Archidiaconum Pictaviensem, Jo-
annem de Oxenford, Richardum de Luci, Ro-
mam missurus sum, qui publice & manifeste
ex parte mea, & totius regni mei, & omnium
aliarum terrarum quas habeo, proponunt & de-
nunciabunt Papa Alexandro & Cardinalibus e-

Prapostros, & alios Ecclesiarum Praela-
tos, milites quoque & alios omnes, qui
in locis eorum aliquos honores obtinerent,
hoc jurare compellerent: & eos qui nol-
lent hoc facere rebus eorum penitus con-
fiscatis, depositos, & honoris sui cingulo
spoliatos; vel si privati homines fuerint,
in membris propriis crudeliter mutilatos
a toto Imperio compellerent exulare. Pla-
cuit Imperatori forma consilii.

Sed Archiepiscopo Magdeburgensi & a-
liis, qui praesentes erant, Episcopis, du-
ra visa est admodum & molesta, ita-
quod idem Magdeburgensis nullum jura-
mentum se praestare velle respondit, nisi
prius Colonien-
sis ordinis & consecratio-
nem reciperet, per quam omnem dubitatio-
nem ab ejus & aliorum pectoribus remo-
veret. Unde cum ille id promittere de-
trectaret, acriter eum aggressus Impera-
tor, suamque ipsi malignitatem imprope-
rans, in eum verba ista est profecutus:
Ecce, inquit, manifeste apparet, quod si-
cut traditor & deceptor, in periculum
meum Papam mihi praefeceris ignoranti,
cum etiam ante receptionem litterarum
mearum, ne de susstituendi Pontif. electio-
ne

IX.

ne ulterius proditorem meum manutene-
ant, sed ita liberent me ab eo, ut alium cum
consilio Cleri in Ecclesia Cantuariensi possim in-
stituere. Sed ex dictis sequitur hanc Epistolam
ad annum praecedentem retrahendam esse. Ger-
vasius Dorobernensis in Chronico ad annum
MCLXVIII. gesta in hoc Conventu Herbipo-
lensi perperam adscripsit alteri in eadem urbe
eo anno congregato, in quem errorem etiam
incidit Radolphus de Diceto in Imag. Hist.
pag. 547. loquens de gestis anno MCLXVIII.
Ea itaque recte Baronius num. VIII. & duobus
sequentibus ad istum Conventum Herbipolen-
sem retulit.

Baronius num. II. ait, ex Conventu Her-
bipolensi ad Alexandrum Papam Legatos mis-
sos esse ab Henrico Angliae Rege Londonien-
sem atque Oxenfordensem Episcopos, sed ni-
hil a Pontifice impetrasse. Verum Alfordus
hoc anno num. III. recte advertit, Oxoniam
seu Oxenfordiam civitatem Episcopalem non
fuisse ante Henricum VIII. & Joannem de Ox-
enfordia fuisse tantum Clericum Regis, (ut
eum vocat Joannes Saresberien-
sis in Epist. CLXIX.) sed perperam scribit alterum
Legatum fuisse Bartholomaeum Episcopum Exo-
niensem; plures enim a nobis mox memoratos
Episcopos in Urbem direxit. Literas de gestis
in Concilio Herbipolensi a Baronio num. III.
& seqq. recitatas scripsit Fridericus, in qui-
bus ait, neminem latere quae ad pacem revo-
candam ipse egisset Papae, Mediolani, Laone,
atque in diversis imperii sinibus. Loco, Laone,
Baronius, & Labbeus Tom. X. Concil. pag.
1438. in margine legunt, Laude; sed non de
Lauda in Italia, verum de Latona in dioecesi
Bisuntinensi, Gallice Saint Jean de Laone, lo-
quitur Fridericus, qui eo in oppido anno
MCLXII. Conventum celebravit, ut Ostavia-
num Antipapam ab omnibus recipiendum co-
naretur, de quibus Conventu & urbe ibidem
locuti sumus. Vox itaque Laone non corre-
ptione, sed explicatione indiget.

VIII. Non duo, sed quin-
que Legati a Rege
Anglia Romam
missi.

ne tractares, tu statim, cum Te Deum laudamus, & juxta beneplacitum tuum novum mihi Pontificem elegeris: plus mihi proditor factus quam Maguntinus Electus, quem reum hujus criminis deferebas. Præsertim cum ille dederit mihi salubre consilium; ut ex quo Deus me a prioris periculo liberavit, nullatenus me obnoxium facerem successori. Nunc vero necessario te noveris compellendum, ut laqueum quem parasti, primus incurras. Et aliis etiam id facere recusantibus, solus habebis subire periculum, quod in malitia tua noscitur cæteris præparatum.

X. Sic ergo ille vehementer astrictus, non potuit evadere, quin cum maximo fletu primus juxta prædictam formam faceret juramentum; & susceptis ordinibus, consecrationem quoque se promitteret recepturum. Exhibuit etiam prædictos Nuntios Regi Angliæ, qui in persona Regis Angliæ publice coram omnibus juraverunt, quod quidquid Imperator super hoc se servaturum juraverit: ipse quoque tenebit firmiter & servabit. Sic ergo propria manu Imperator supradictum præstitit juramentum, eo tamen ad verbum Archiepiscopi Magdeburgensis determinato, ut si vos & schismaticum illum eodem tempore obire contingeret; & Cardinales utriusque partis in aliquem unanimiter convenirent; liberum sibi esset, eum recipere, sitamen (quod quidem Colonienfis fecit apponi) de Imperatoris assensu eadem electio proveniret.

XI. Deinde qui præsentés erant Principes sicut supra dictum est, suum præstitere singuli juramentum. Cum vero ad Episcopos ventum esset, dicerentque omnes, excepto Verdenfis, velle se potius regalibus cedere, quam hujusmodi sacramenta præstare; responsum est eis, oportere eos vellent, nolent, juramentum facere & regalia retinere. Sicque cum fletu & planctu maximo juravit primus Magdeburgensis, sub ea tamen conditione, si omnes alii qui aberant, essent juraturi; & quod solutus esset a juramento, quocumque tempore desineret regalia possidere. Babenbergensis vero Episcopus post multas & varias excusationes ita ipsi Imperatori juravit; quod quamdiu voluerit regalia retinere, secundum quod ei proprius sensus dictaverit, eidem Imperatori super negotio auxilium & consilium ministrabit. Verdenfis etiam intrusus, * Haldelstaldus absolute, sicut Colonienfis juraverunt. Viridunensis & * Frisenfis propter suorum Archiepiscoporum absentiam excusati, juramentum facere minime sunt coacti, sed habita licentia, libere ad propria redierunt, usque ad festum beatorum Apostolorum Petri & Pauli sibi licentiam impetrantes.

* f. & Halberstadenfis.
* Frisingensis.

Hi tantummodo Principes juraverunt Dux Saxonienfis, Marchio Albertus, Comes Palatinus frater Imperatoris, & quidam sororius Imperatoris.

Hi sunt Archiepiscopi qui juraverunt, Magdeburgensis & Babenbergensis, sub conditione tamen prænominata. Colonienfis autem, & duo Suffraganei ejus absolute juraverunt.

Filius vero Conradi, qui ad Curiam cum mille quingentis militibus venit, ut audiret fieri mentionem de juramento, recessit. Patriarcha Aquilejensis non affuit, neque aliquis Suffraganeorum suorum. Similiter nec Saltzburgensis, vel aliquis suorum. Neque Trevirensis, vel aliquis suorum, & multi de Principibus non affuerunt. Hucusque ad Alexandrum Papam litteræ amici, qui interfuit, ista significantis. Ex quibus prope intelligis, Lector, quam exigua fuerit conventiculi istius auctoritas, quæ litteris illis quas audisti Imperatoris, adeo sublimatur. Sed & si dixerim, quod nec unus ex corde senserit, quod in gratiam Imperatoris subscripsit; plane non mentiar. Siquidem qui videbatur signifer Archiepiscopus Colonienfis, ad oculum inferviens Imperatori, conscientia sua Alexandro erat inhærens, quod postea, cum se occasio dedit, patefecit. Nam audi quæ hoc eodem anno (a) scripserit de eo Joannes Saresberienfis ad S. Thomam: Sed & Colonienfis, cum convocatis militibus accinctus esset ad eundem in Italiam: arreptus est duplici tertiana, & ea adeo laborat, ut quasi certum sit, eum ante hiemem ire non posse. Promisit autem mihi in hac ægritudine sua, quod si ipse in Italiam non iverit, sive Imperator ierit, sive non; consilio Cisterciensium, & Regis Francorum & vestro se committeret de faciendâ pace cum Papa Alexandro. Et ita proponit ordinare, ut quodammodo cogatur a Clero suo id facere. Istud in confessione vobis, sicut patri & domino scribo, ut sit absconditum penes vos donec videamus, si res aliquem habitura sit effectum. Hæc ipse. Sed infelix Colonienfis, qui non cognoscens tempus vocationis suæ differens converti ad Dominum, anno sequenti in eadem expeditione perseverans cum Imperatore, una cum aliis plurimis iuste sublatus interiit, ut suo loco dicetur.

XIII. His in Germania (ut audisti) per Imperatorem violenter rebus gestis; ut quem promovisset tot artibus Antipapam, eundem quoque in Sedem Apostolicam, in ipsam Petri Cathedram intruderet: cum exercitu descendit in Italiam. Quod hac autem mente expeditionem hanc paraverit Imperator: ita Joannes Saresberienfis declarat in epistola ad Gerardum: Eo

XII.

De Colonienfi inre infectus Alexander inhærens.

(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 111.

XIII.

(a) Ib. ep. 69. Imp. Frider. venit in Italiam.

(a) Eo enim (ut ajunt) proposito in Italiam profecti sunt, ut Cremensem hæresiarcham intrudant in Sedem Petri, & Vicarium Christi aut comprehendant, aut eiciant, aut occidant. Veruntamen sine intermissione fit oratio ab Ecclesia ad Deum pro eo, ut supra modum timere non debeat a duabus caudis fumigantium tititionum Friderico Imp. & Reginaldo Colonienfi, qui ponentes carnem brachium suum, sanctum Israel blasphemare non cessant. Profecto ubi humanum deest, divinum auxilium necessitatibus Ecclesiæ suffragatur.

At quid post hæc egerit Imperator, Acta Alexandri Papæ a nobis sæpe citata sic produnt in rebus gestis ipsius Alexandri Papæ anni hujus: Eodem tempore idem Imperator exercitum congregavit, & terra vice per * Falconicum ex insperato Lombardiam ingressus, castrametatus est in territorio Brixienfi. Et licet Lombardorum civitates valde haberet exolas, & nulla ratione in ipsis consideret: quia tamen contra omnes similiter non erat ei tutum offensionem quamlibet eis, vel molestiam irrogare; ideo feritatem quam gerebat in corde dissimulans, blandum se omnibus & hilarem demonstrabat, & ad ejus præsentiam, sicut ad tanti Principis aspectum, nobilium civium permulti (ut fieri solet) jugiter accedebant, & honorem sibi debitum & consuetam reverentiam exhibebant. Processit itaque versus Ferrariam, & cum omni pace venit juxta Bononiam, ubi aliquamdiu pro sui exercitus lassitudine morari disposuit. Interim vero aliquos de magnatibus suis præmisit in Tusciam, ut auxilium & vires præstarent Guidoni Cremensi, quem denuo in idolum contra Deum erexerat, & Papæ Alexandro, atque Romanis gravamina & læsiones quas possent, inferre studerent.

XIV. Ancona civitas obsidetur a Frid.

Ipse vero cum exercitu suo ad Anconam descendit, quia Imperator Græcorum data magna pecunia civibus ejusdem loci, civitatem ipsam detinebat per violentiam occupatam; & ut injuriam sibi & Imperio suo illatam posset ulcisci, eam obsedit, & expugnare omnino intendit. Porro ipsius Imperatoris barbarus, quem in Tusciam destinaverat propter dissensiones & guerras, quæ inter Lucenses & Pisanos emerferant, ita universos perterruit, & Imperiali dominio subjugavit, adeo quod in Urbe Romana nullus fere reperiretur, qui resistere Imperatoris jussui auderet. Circumpositæ etiam civitates a Capitaneis Teutonicis invasæ sunt, & a consuetâ beati Petri fidelitate atque dominio separatæ. Sic itaque totam terram Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Ad num. XVI. Willelmus Siciliae Rex, qui Rogerio patri anno MCLIV. successerat, hoc

ipsam multis deprædationibus & incendiis, & aliis oppressionibus prædicti nefarii vastaverunt. Ipsam quoque Civitatem, matrem Ecclesiæ Romanam cum jure armorum subicere Imperatori non possent: pecuniarum largitione, ut impleteretur antiquorum scriptum: Quod Roma si inveniret emptiorem, se venalem præberet. Non desuerunt multi ex populo, qui suscepta pecunia, Guidoni hæresiarchæ atque Imperatori contra omnem fidelitatem jurare præsumerent.

His itaque malis gravibus undique increbrescentibus, benignus Pontifex Alexander eundem populum affectu paterno frequenter commonuit, ut cum ipso & Ecclesia sentirent, & vicinas civitates atque Capitaneos pacifice revocarent, & sibi astringerent, atque pro defendendâ Ecclesiæ & Civitate contra fortissimum adversarium unanimiter starent. Ostulit etiam eidem populo Ecclesiæ pecuniam expendendam in ipso facto secundum Ecclesiæ utilitatem & facultatem. Sed peccatis exigentibus, nihil cum eo potuit efficere, qui se utrique parti simulabat placere, & cum nulla fidelitate ambulabat. Quia ergo neque pastoris vocem intelligere, nec superventuras calamitates voluit præcavere, divinam ultionem iuste incurrit, cum personarum simul & rerum proprietatem meruit perdere.

In diebus illis, cum adhuc Fridericus Imperator obsideret Anconam, societas Lombardorum in libertatis suæ soliditate fortius roborata, dignum duxit, ut Mediolanum civitatem suam, Domino auxiliante, & diruta mœnia suffragantibus B. Ambrosii meritis studiosius repararet. Ad majorem quoque operationis stabilitatem Laudem, quam ipse Imperator in oppressionem aliarum civitatum noviter transfulerat in loco munitissimo, eidem Mediolanensibus amabiliter foedere sociavit, & ætioris vinculi amore adstringit. Præterea Episcopos, & alios Ecclesiarum Prælatos, schismaticis & intrusis cum opprobrio expulsis per omnes Episcopatus & civitates, Domino cooperante, suos instituit. Unde licet Imperator in præcordiis contristaretur: potius elegit hoc ad tempus dissimulanter præterire quam ob causam vacillantem in præsentem moram facere.

Eodem tempore devotus & fidelis Ecclesiæ Romanæ filius Willelmus illustris & gloriosus Rex Siciliae, cujus animam Deo commendamus, apud Panormum in pace defunctus est. Cui itaque sicut in regno, ita & in eadem fidelitate & devotione Willelmus major ejus filius, Domi-

XV. Alexand. Papa Romæ laborat.

Confœderati Longobardi pro Alex. contra Imp. laborant.

XVI. Willelm. Primus Rex Siciliae moritur.

K k 2 mi-

anno e vivis excessit; Anonymus enim Casinensis ad hunc Christi annum habet: Rex Guilel-

CHRISTI
1166.ALEXANDRI III. PAP.
7.FRIDERICI IMP. 12.
MANUELIS IMP. 24.

mino auctore successit. Hæc Acta. Dies autem obitus ejus esse contigit hoc anno pridie Kal. Maii cum regnasset annos tredecim, & menses duos, & dies tres, ætatis suæ anno quadragesimosexto: cui eadem die successit Willelmus filius, cognomento Bonus, agens annum ætatis duodecimium. Meminit & de obitu ejusdem Willelmi Regis Joannes Saresberienensis in (a) epistola ad Episcopum Exoniensem his verbis: *Obiit quoque Willelmus Rex Siculus, cui successerunt filii sui, alter in regnum, alter in Ducatum Apuliae, & in extremis agens, quadragesima millia Sterlingorum Joanni Neapolitano tradi fecit, ad usum domini Papæ. Filius quoque ejus, qui ei successit in regnum toridem misit. Sed anno sequenti, ut suo loco dicitur. Pergunt Acta Alexandri:*

(a) Cod.
Vat. l. 1.
ep. 139.XVII.
Legatio
Missæ ab
Imp.
Constit. ad
Alex.
Pap.

Per idem quoque tempus Emmanuel magnus & excelsus Constantinopoleos Imperator, sciens molestias & gravamina, quæ prædictus Fridericus venerando Episcopo Alexandro contra Deum & omnem justitiam minabatur inferre: misit ad Urbem Romam Jordanum Imperii sui Sebastum, filiumque Roberti Capuani Principis ad subventionem & servitium ejusdem Pontificis. Vides, Lector, miracula, cum deficit Occident. Imperator, & persequitur Romanum Pontificem: excitat Deus Orientis Imperatorem, qui legationem mittat & opem ferat: & cum ille sese prorsus ab eadem Sede Apostolica diero schismate scidit; iste summo conatu ejusdem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ quærat avidissime communionem & unitatem. Nam audi quæ iis subiciuntur: *Veniens autem idem Sebastus, humiliter se inclinavit eidem Pontifici, & oblatis ad pedes ejus magnis & pretiosis muneribus, omnia quæ acceperat in mandatis, diligenter ipsi exposuit.*

Emma-
nuel Oc-
cid. Imp.
repetit.

Et inter cætera unum principaliter continebatur, quod Deo & hominibus appareret valde acceptum. Afferuit enim, quod idem Imperator Ecclesiam suam uni-

PAGIUS

lelmus obiit decima quarta die mensis Maii, & Guillelmus filius ejus coronatus est mense Julii. [1] Joannes vero de Ceccano in Chron. ad eundem annum; Indiæ. XIV. Guillelmus Rex obiit mense Majo, & filius ejus Guillelmus successit in regnum cum matre sua Margarita Regina. Necrologium Casinense apud Caraciolum habet, Guillelmum Iobum Maii, die sc. XV. ejusdem mensis vita functum esse, ex quo apparet eum nocte inter diem XIV. & XV. Maii mortuum esse. Cumque in Indiculo Principum Beneven-

re volebat, sicut melius antiquitus fuit, cum ipsa matre omnium Ecclesiarum sacrosanctæ Romana Ecclesia, ut sub una divina legis observantia, & uno Ecclesiæ capite uterque populus & Clerus, Latinus & Græcus, perpetua unitate subsisterent. Nihilominus petebat, ut quia occasio justa & tempus opportunum & acceptabile se obtulerat, Romani corona imperii a Sede Apostolica redderetur, quoniam non ad Friderici Alemanni, sed ad suum jus assereret pertinere. Ad quod opus faciendum tantas auri, argentique opes, & fortium virorum potentiam se largiturum firmiter spondebat, quod non solum Romam, sed etiam totam Italiam ad Ecclesiæ servitium, & restituendam sibi Ecclesiæ coronam, absque dubio sufficere poterit. Quod verbum, licet nimis difficile videretur ei, & multa deliberatione opus habere: utile tamen visum est, ut Pontifex habito cum fratribus suis consilio, Episcopum Ostiensem, & Cardinalem sanctorum Joannis & Pauli pro causa ipsa tractanda e latere suo cum prædicto Sebastiano ad ejusdem Imperatoris præsentiam desinaret. Atque hætenus de rebus gestis anni hujus eodem Actorum libro contentis, reliqua in futurum,

Adhuc insuper schismaticus Imperator Fridericus ex falsitate patrociniū captans, in vulgus spargendum curavit, a prophetis quibusdam, quos dicebat Spiritu divino afflatos, esse prænuntiatum, fore ut caperetur Alexander Papa ab ipso Imperatore, a quo omnia subjuganda essent. Ita autem tantam sibi fidem pepererant, ut non modo vulgus ipsum, sed Principes in certam credulitatem adduxerit, & inter alios ipsum Regem Anglorum rei eventum præstolantem, de quo Joannes Saresberienensis hæc habet in epistola ad magistrum Radulphum Nigrum: (b) *Rex, Angliæ scilicet, in Imperatore confidit, & in captione domini Papæ, quam ei vaticinantur prophætæ Belial, falsa videntur & stulta, quia non loquuntur a Domino. Sed*

XVIII.
Falsis va-
ticiniis
rem agit
Frid.

tanorum anno MCLIV. laudato scriptum sit, Guillelmum I. annis duodecim regnasse, manifestum est Rogerii patris mortem pertinere ad annum MCLIV. de Margarita Regina egimus anno MCXIV. Guillelmus autem filius ejus, Bonus cognominatus, jam fere XIV. annum ætatis attigerat, inquit Falcanus in Hist. de Sicilia Calamit. pag. 671. & Legatis ad Alexandrum III. missis, ejus se majorum suorum exemplo fiduciarium dixit.

A num.

NOTÆ

[1] Willelmus Bonus vix credi potest coronatus hoc anno mense Julio, nam ejus diploma apud Rocchum Pyrrhum Sicil. Sac. tom. II. in Notit. Montis regal. pag. 413. edit. Panorm. An. 1694. consignatum est anno 1183. mense madio, Indiæ. l. regni D. Willelmi XVIII. ex quo patet hoc mense jam coronatum fuisse regem; nisi forte annos ab obitu patris non a coronatione supputarit. MANSI.

CHRISTI
1166.ALEXANDRI III. PAP.
7.FRIDERICI IMP. 12.
MANUELIS IMP. 24.

Sed ita Achab deceptum esse meminervis, & dum speraret victoriam, hostium gladiis corruisse. Sapiens interim audiat a Catone.

In morte alterius spem tu ibi ponere noli,

præsertim innocentis & domini, cujus diem prævenire vel voto parricidii instar est. Sed Deo auctore, dominus Papa prosperatur, & capto nuper Albano, sicut certissime constat, dilatati sunt gressus ejus. Cum e contra Teutonici tyranni & heresarchæ sui vias sepiat dominus quotidie spinis, & quod dissimulare non possunt, eorum minuantur vires, & evanescat auctoritas. Hæc Saresberienensis. At quomodo idem Fridericus relinquens obsidionem Anconæ, universis viribus suis invasit Urbem, sed pugnante Deo adversus eum, immissa peste, inglorius undique pulsus, coactus sit redire in Germaniam, dicemus anno sequenti.

XIX.
Alexand.
Pap. re-
darguit
Regem
Angl.

His enarratis de rebus gestis Friderici Imperatoris adversus Alexandrum Papam: reliquum est, ut quæ in causa S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi sunt transacta hoc anno, noscamus. Cum audisset idem Pontifex Alexander ignominiosam, & impiam professionem Nuntiorum Regis Angliæ exhibitam in conciliabulo Herbipolensi, quo se, Regemque suum addixerunt schismatico Papæ Paschali: voluit per sacrum collegium Cardinalium ipsam Regem Anglorum moneri litteris. Non extant illæ quidem, sed tantum.

PAGIUS

X.
Thomas
Henricum
Reg. com-
monet, &
commina-
tur.

A num. XIX. ad XLI. Agit Baronius de reliquis, quæ hoc anno in causa Sancti Thomæ Cantuariensis transacta sunt, quæ ex Gervasio Dorobernensi in Chronico, quod ejus tempore lucem non viderat, magis illustrabo. Gervasius hoc anno scribit: *Degebat interea Thomas Cantuariensis Archiepiscopus & jam Apostolica Sedis Legatus, in canobio Pontiniacensi (ab urbe Senonensi paucis leucis distito) spiritualibus disciplinis & studiis caelestibus intentus, &c. In se autem reversus, cum jam ulterius tot illatas injurias dissimulare non auderet, secundo exilii sui anno (ideoque currenti) per Abbatem Ordinis Cisterciensis Regi Anglorum commonitoriam dulcem & suavem mittit Epistolam, nil correptionis vel amaritudinis habentem. Nuncius vero in brevi reversus, pro mollibus aspera, pro dulcibus amara, pro commonitione duram revulit objurgationem. Quod audiens Archiepiscopus, secundo commonuit Regem per alios viros Religiosos, asperiores eidem dirigens literas: sed & hi nihil penitus præter contumelias reportaverunt. Zelus itaque justitiae apprehendit eum, ut jam non commonitorias sed comminatorias proferre decrevisset actiones. Accessit igitur ad Eccl. S. Mariæ Magdalena in festivitate ipsius, & post elegantem ad populum sermocinationem, in Reg. Angl. emisit comminatorium. Priorem Epistolam eam esse non dubito, quæ incipit: *Desiderio desideravi faciem vestram, &c.* quam Hovedenus part. I. pag. 496. Matthæus Parisiensis*

(b) Cod.
Vat. l. 1.
ep. 109.

quas ad eos apologeticas ipse Rex Henricus sacro collegio Cardinalium rescripsit (a) verbis istis:

Super his, quæ dominus Papa nobis significavit, scilicet, quod ab amore & devotione Romana Ecclesiæ mentem & animum averteramus: in primis respondemus, quod prudentia vestra plenissime cognovit, quam sincero affectu & Ecclesiam Romanam, & personam domini Papæ semper dilexerimus, & quanta pro eo fecerimus, & sustinuerimus. Siquidem (ut cætera silentio prætereamus) cum de ipsius susceptione controversia haberetur, ipsum non tantum recepimus, sed ad eum recipiendum alios licet invito traximus & compulimus. Nec nos animum nostrum a dilectionis elongavimus plenitudine; sed ipse, qui, ut nobis liquet, a retroactis temporibus nobis præter modum molestus existit, sicut operum inquam plurimis declaravit executio, & nunc maxime, verbo, opere, scripto, & nostram (quod summopere Principum lædit animos) non desistit infamare personam, cum scripto suo & verbo nos Ecclesiæ persecutorem nominet, & gravatorem appellet. Attendat autem dominus Papa, quam paterne erga nos egerit, qui nobis significavit, quod summa Princ. debet esse cautela & sollicitudo, famam suam conservare illasam. Nec paternum circa nos gerere videtur affectum, qui famæ nostræ adeo opere & sermone derogat.

(a) Cod.
Vat. l. 2.
ep. 41.
Henrici
Regis a-
pologia
ad Card.

Universitati itaque vestra constare volumus, quod quidquid bonoris, celsitudinis, & potestatis habemus, regnum etiam,

XX.

& Radulphus de Diceto pag. 541. hoc anno recitant: *Audiat, inquit S. Thomas, si placet, Dominus consilium fidelis sui, commonitionem Episcopi sui, &c.* Aliæ Epistolæ duæ hujus Sancti Præfatis, de quibus anno superiori num. III. huc etiam revocandæ.

Literas Legationis ab Alexandro III. Sancto Thomæ directas refert Baronius anno MCLXVII. Anno prænum. XVIII. in quibus ait Pontifex: *Nos tibi cedenti Legationem totius Angliæ, excepto Episcopatu Eboracensi benigno favore concedimus, &c.* Datum Anagnia septimo Idus Octobris. Manricus hoc anno cap. I. num. VIII. hunc Baronii lapsum animadvertit; quia, inquit, anno sequenti appellatum a sententia, a divo Thoma vi commissæ sibi Legationis lata, ut saltem usque ad Octavam Paschæ suspenderetur. Præterea Sanctus Thomas eo anno dicitur *Vizeliacum* perrexisse, ut ibi in die Pentecostes in Regem ipsum anathema proferret. Non potuit autem quiddam horum contingere, nisi jam hoc anno Legatio decreta fuerit. Verum non hoc anno, ut putavit Manricus, sed antecedenti literæ illæ ad divum Thomam missæ, & ab earum executione præsentis anno appellatum; & quæ tam Baronius ac Manricus, quam alii gesta in causa divi Thomæ fuisse anno sequenti referunt, ad currentem pertinent; recteque Gervasius Dorobernensis, cujus verba mox retulimus, de ea Legatione hoc anno agit, sicuti & Matthæus Parisiensis in Chron. Hovedenus pag.

XI.

Anno præ-
num. XVIII.
in quibus ait
Pontifex: Nos
tibi cedenti
Legationem
totius Angliæ,
excepto Episco-
pato Eboracensi
benigno favore
concedimus, &c.
Datum Anagnia
septimo Idus
Octobris. Man-
ricus hoc anno
cap. I. num. VIII.
hunc Baronii
lapsum animad-
vertit; quia, in-
quit, anno sequen-
ti appellatum a
sententia, a divo
Thoma vi com-
missæ sibi Lega-
tionis lata, ut
saltem usque ad
Octavam Paschæ
suspenderetur.
Præterea Sanctus
Thomas eo anno
dicitur Vizeliacum
perrexisse, ut ibi
in die Pentecostes
in Regem ipsum
anathema proferret.
Non potuit autem
quiddam horum
contingere, nisi
jam hoc anno
Legatio decreta
fuerit. Verum non
hoc anno, ut
putavit Manricus,
sed antecedenti
literæ illæ ad
divum Thomam
missæ, & ab earum
executione præ-
sentis anno ap-
pellatum; & quæ
tam Baronius ac
Manricus, quam
alii gesta in
causa divi Thomæ
fuisse anno sequen-
ti referunt, ad
currentem perti-
nent; recteque
Gervasius Dorober-
nensis, cujus verba
mox retulimus,
de ea Legatione
hoc anno agit, sicuti
& Matthæus Parisien-
sis in Chron. Hovede-
nus pag.

CHRISTI
1166.ALEXANDRI III. PAP.
7.FRIDERICI IMP. 12.
MANUELIS IMP. 24.

riam, & cetera, quæ nostro commissa sunt regimini: singula a Domino & Creatore nostro nobis collata scimus & profitemur, & ipsi soli non quantas debemus (quoniam ad id non sufficimus) sed quas possumus, gratiarum referimus actiones. Et utinam dominus Papa pro nobis Dominum deprecetur, ut Domino & Creatori nostro debitam exhibere possimus & sciamus devotionem & reverentiam, & ut ipsi servire, & ipsum diligere interna saltem qua debemus portione valeamus. Sane licet, quantum ex debito tenemur, ipsum diligere & venerari non possumus: affectum tamen & devotionem habemus ipsi in singulis deservire, in omnibus obsequi, in universis obedire. In integritate autem gratiæ & dilectionis domini Papæ libenter perseverare volumus & affectamus, si nobis & regno nostro eundem honorem, & honoris & dignitatis conservationem observaverit, quam sancti & honesti Romani Pontifices viris nobilibus & potentibus prædecessoribus nostris exhibuerunt.

Verumta men appellationes, quas proponit nos pro hibuisse, & ne quis de regno nostro Curiam Romanam visiteret, nos asserit inhibuisse: vestram nolumus latere prudentiam, quod nec appellationes, nec visitationes aliquatenus impedivimus, quin eo modo, ea ratione, eo ordine,

fiant, quo temporibus prædecessorum nostrorum, virorum illustrium, juxta regni nostri consuetudines & dignitates solebant fieri; & sicut antiquiores & prudentiores regni nostri tam clerici quam laici recolunt & retractant.

Quod vero confederationis factæ cum excommunicatis nos arguit; in hoc non æstimamus nos Deum offendisse, nec oviasse rationi: quia sicut ex ore domini Papæ accepimus, ipsum dominum Fridericum Romanum Imperatorem nunquam pro excommunicato habuit, nec postea ipsum excommunicatum fuisse, alicujus relatione cognovimus. Verum etsi filiam nostram filio Imperatoris in matrimonio concesserimus: nec in minimo nos deliquisse credimus, sed id nobis licitum esse, non dubitamus. Quoniam (ut a simili sumamus exempla) idem excellentissimo & potentissimo Regi Henrico avo nostro licuisse recolimus, qui filiam suam Henrico bonæ memoriæ Romano Imperatori matrimonio copulavit. Nos etiam a prædecessoribus nostris sumpta ratione, communicato consilio prudentium, inter filium Imperatoris & filiam nostram contrahi concessimus.

Præterea quod nobis scripsit, ut Cantuariensem Archiepiscopum, quem a regno nostro nos asserit expulisse, in statum a quo recessit, revocemus, & ad sedem suam

Sed redeo ad Gervasium Dorobernensem, Auctorem hoc sæculo viventem, qui postquam narravit Sanctum Præfulem in festivitate Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Regem Angliæ comminatoriam emisisse, pergit: Unde fama divulgante pramunitus Rex, citissime misit in Angliam, mandans Ricardo de Luci, qui Præfecturam agebat in Anglia, ut Episcopos & personas Angliæ, sed & Monachos Cantuarie contra Archiepiscopum compelleret appellare. Hoc ipsum a domino Rege in Normannia factum est (convocato scilicet Conventu Chinonensi). Cum igitur Episcopi & Abbates Angliæ apud Londoniam convenirent, & appellarent (de eo Conventu, quem Labbeus Tom. X. Concil. pag. 1444. cum anno sequenti male alligat, neque melius Anglicanum appellat, mox egimus) Cantuarienses Monachi prudenti consilio erepti sunt, petitis & acceptis induciis ad Regis præsentiam veniendi. Hac igitur celebri celebrata & accelerata appellatione, misit Rex, misit & Archiepiscopus Nuncios ad Dominum Papam, a quo tandem hoc a Regis Nunciis impetratum est, ut ad pacem reformandam inter Regem & Archiepiscopum duos a latere mitteret Legatos.

Interea videns & invidens hostis antiquus Thomam de virtute in virtutem in dies procedere, misit in cor Regis per linguas malignantium toxicatas, ut Archiepiscopum de tam grato propelleret hospitio (sc. de Monasterio Pontiniacensi). Misit igitur literas comminatorias generali Capitulo Cisterciensi, significans quod quendam de inimicis suis suscepissent, & secum haberent, Thomam videlicet Cantuariensem Archiepiscopum; unde & mandavit, quod sicut charum habebant quiddam in terra sua cismarina aut transmarina possidebant, ne cum amplius te-

XXI.

XXII.

XIII.

Varii Ep.
Angliæ ap-
pellant ad
S. Sedem.

XIV.

S. Thomæ
& Pontiniacensi
Monasterio
expellitur.

CHRISTI
1166.ALEXANDRI III. PAP.
7.FRIDERICI IMP. 12.
MANUELIS IMP. 24.

suam reducamus: evidentissime novimus universitati vestræ liquido constare quod ipsum nunquam expulimus, nec a regno nostro exire coegimus; sed ipse suæ magis levitatis & pravitatis impulsu, quam aliqua ratione ad hoc ipsum inducente, fugam arripuit intentione & proposito adversum nos malignandi, & nobis & famæ nostræ (quod nequaquam, ut omnibus liquet, promerueramus) maligne derogandi. Si autem idem Archiepiscopus, sicut ex propria voluntate aufugit, eodem modo voluntarie reverti voluerit, & nobis fecerit, quod domino & Principi facere debuerit: nos eidem juxta clericorum & laicorum consilium tam regni nostri, quam transmarinorum, quod debemus, exequemur. Verum ipsum per nos revocandum non censemus, quem a regno nostro exire non coegimus. Itaque si nobis constiterit, nos in aliquo deliquisse & excessisse, consilio Cleri & Baronum nostrorum juxta consuetudines & dignitates, & celsitudines regni nostri, quidquid debuerimus, animo libenti faciemus. Si vero aliquis jura & consuetudines & dignitates regni nostri impedire attentaverit, seu diminuerit: ipsum publicum hostem & manifestum nominis nostri, & honoris, & regni æstimabimus inimicum. Et nos, visa comite, dignitatum & consuetudinum regni nostri diminutionem nullatenus sustinebimus, quas illustres viri prædecessores nostri habuerunt & tenuerunt temporibus sanctorum Romanorum Pontificum. De cetero, quod mandavit per vos nobis insinuandum, ne scilicet Ecclesias vel personas Ecclesiasticas regni & terræ nostræ gravaremus vel gravari permetteremus: Deus nobis testis est, & mea conscientia, quod id usque in hodiernum diem nec a nobis actum est, nec permissum. Hactenus Apologia Regis ad Cardinales.

PAGIUS

nerent secum. Expleto igitur Capitulo venerunt ad Archiepiscopum Abbas ipse Cisterciensis, Episcopus Papiensis, Ordinis illius quondam Monachus (Willelmus appellatus,) & ejusdem Ordinis quidam Abbates. Et venerunt festinantes, nomine Capituli nunciantes se tales Regis literas, & tale in eis suscepisse mandatum. Subiit Gervasius, idem significatum fuisse sancto Præfule & Francorum Regi Ludovico, qui gavissus est se ad obsequium tanti viri gratam invenisse opportunitatem, ac misisse quendam ex Proceribus suis, qui eum a Pontiniaco deduceret in Franciam, & sanctum Archiepiscopum circa diem festum sancti Martini Pontiniacensibus vale dixisse: Profectus itaque Thomas Cantuariensis Archiepiscopus in die sancti Martini secundo exilii sui (anno MCLXIV. cæpti) anno, a Pontiniaco, cum honore multo, ab Hugone tunc Senonensi Archiepiscopo, Clero quoque & populo Senonis receptus, in cœnobio sancta Columba per quatuor continuos annos pervendit. Idem legitur in Vita Sancti Thomæ. Pergit Gervasius;

At sicut quævis turpis, deformis & horrendi monstri imago coloribus superinductis, transformari potest in effigiem pulcherrimæ & honestissimæ virginis, cum tamen subtus lateat quod pavendum reddebatur oculis intuentium, & foris ostenditur quod delectat: ita plane execranda ejus facinora stylo mendaci hic ab eo esse transmutata sentias in virtutes. Sed quid de ipso sentiendum, quæ dicta sunt, atque dicentur, fatis superque palam facient.

Extant adhuc aliæ litteræ, quæ intercurrerunt hoc anno in causa ejusdem Regis Anglorum de controversia cum S. Thoma, & quidem magni momenti, at quæ in primis, quas scripsit Alexander Papa ad Londoniensem Episcopum, quæ descriptæ a Rogerio sic se habent:

Alexander Episc. servus servorum Dei venerabili fratri Gileberto Londoniensi Episc. salutem & Apostolicam benedictionem.

Quod circa ea, quæ tuæ injunximus fraternitati, efficax studium & diligentiam impendisti, & charissimum in Christo filium nostrum Henricum illustrem Regem Angliæ, super incremento & exaltatione Ecclesiæ, ac nostræ fideliter sollicitare ac commone curasti: gratum omnimodis & acceptum habemus, & tibi ex inde gratias uberrimas exolventes, sollicitudinis tuæ prudentiam magnificis super hoc laudibus in Domino commendamus. Quoniam vero eundem Regem tamquam filium charissimum, & inclitum Principem arctiori charitate diligimus, idcirco per te & per venerabiles fratres nostros, Rothomagensis Archiepiscopum, & Herefordensem Episcopum, nec non per charissimam filiam nostram in Christo illustrem quondam Romanorum Imperatricem, matrem ejus, sæpe ac sæpe ipsum sollicitandum duximus, & ad Ecclesiæ devo-

Post paucos autem dies reversi sunt Nuncii Archiepiscopi dicentes, Cardinales duos ad faciendam pacem, si possent, in proximo esse venturos. Reversus est etiam quidam Regis Clericus Joannes de Oxenfordia nomine, quem Archiepiscopus denunciaverat excommunicatum, eo quod conventionem quadam cum Schismaticis facta eorum incurrisset contagium (in Conventu nempe Herbipolensi). Hic a Romano rediens Pontifice (ad quem a Rege Angliæ missus fuerat) predicabat superbe dominum Papam Legatos misisse ad honorem Regis Angliæ, & Archiepiscopi Cantuariensis confusionem, ipsoque Legatos jam in proximo esse venturos. Discessum sancti Thomæ a Pontiniaco, & destinationem Willelmi Papiensis ac Otronis Cardinalium in Normanniam, ubi Rex Angliæ agebat, Baronius, alique post eum omnes in annum sequentem differunt, sed ex dicendis certo constabit, utrumque ad præsentem pertinere.

De hac Legatione in tribus prioribus Epistolis libri secundi Epistolarum divi Thomæ sermo

XXIII.

XXIV.
Alexand.
Pap. literæ
ad
Lond.
Episc.

XXV.
Destinatur a Pap. duo Legati in Normanniam.

XXVI.

PAGIUS pag. 498. & seqq. & Radulphus de Dico Auctor hujus temporis pag. 512. ad an. MCLXVI. scribens: Thomas Archiepiscopus venit Vicetiam die Ascensionis, & observatores consuetudinum, quas avitas appellant in Anglia solemniter excommunicavit. Suffraganei Cantuarienses scripserunt Archiepiscopo. Thomas Archiepiscopus scripsit Gileberto Londoniensi Episcopo. Quare hæc omnia Baronius ad annum sequentem male differt. In iis num. XX. & seqq. Sanctus Thomas Londoniensi Episcopo significat se Consuetudines illas publice condemnasse; & num. XXX. ac seqq. referunt etiam litteræ suffraganeorum, quibus protestantur se ad summum Pontificem appellare de iis, quæ ab eo adversus Saresberiensem Episcopum & Decanum ejus, in quos suspensionis aut damnationis poenam intorserat, gesta essent. Quæ tamen hoc anno gesta, ut sequenti certum fiet.

Quare subscriptio Epistolæ memoratæ Alexandri III. ad Thomam Cantuariensem Archiepiscopum corrupta est tam in exemplari Vaticano, a Baronio viso, quam in omnibus impressis, & loco, septimo Idus Octobris, legendum septimo Idus Decembris. Quam correctionem certam esse demonstrant Acta Alexandri III. an. MCLXV. num. XII. a Baronio recitata, in quibus dicitur: Movit ergo a Messana beatus Alexander Papa in mense Novembris, & transiens Salernum & Caietanam Romam venit. Quomodo enim eo anno Alexander III. Septimo Idus Octob. Anagninæ ab urbe Romana paucis leucis distitæ literas illas dare potuit, & postea mense Novembri Romam Messana venire? Nostra itaque emendatio certa, quam extra omnem dubium ponent, quæ duobus annis sequentibus, Baronii ordinem sequentes, in medium adducemus.

XII.
Non vero
currenti
aut sequenti an.

tionem multimodis provocandum. Gaudemus autem & exultamus in Domino super ea devotione ejusdem Regis quam tuis litteris nobis significasti.

XXV.

Ceterum, quoniam eum volumus devotum esse Ecclesie Dei & nobis, sicut ab ipso principio consuevit existere; rogamus fraternitatem tuam, monemus, atque mandamus, quatenus ipsum sollicitè ac diligenter saepe & saepius per te & alios commoneas, hortaris modis omnibus, & inducas, ut ad ejusdem Ecclesie honorem pariter & exaltationem solito modo intendat, & causam ipsius strenue foveat, & manuteneat, atque defendat: Ecclesias vero, & Ecclesiasticas personas diligit & honoret, & eorum jura conservet. Venerabile quoque fratrem nostrum Cantuariensem Archiepiscopum in amorem & gratiam suam reducat. Nos enim, si eam, quam incepit, beato Petro & nobis reverentiam exhibuerit & honorem, eum ferventi affectione diligemus, & ad honorem, & exaltationem ipsius, & conservationem regni sibi commissi, modis omnibus, prout decuerit, intendemus. Malumus enim ipsum in patientia & mansuetudine vincere, quam cum aliquo modo gravare, quamdiu ad poterimus sustinere. Datum in Gradu Mercurii undecimo Kal. Septembris. Ita Alexander ad Londoniensem Episcopum, qui ista rescripsit ad ipsum:

Patri suo & domino summo Pontifici Alexandro Frater Gilebertus Londoniensis Ecclesie minister debitum sincere charitatis humilisque obedientie famulatum.

XXVI. Ad Alex. Pap. ep. London. Episc.

Mandatum vestrum (Pater in Christo charissime) debita veneratione suscipientes, ilico filium vestrum, dominumque nostrum, charissimum, illustremque Anglorum Regem, in ipsa jam Gallie finibus agentem exercitum, adivimus, & adjuncto nobis, venerabili fratre nostro Roberto Herefordensi Episcopo, juxta vestri formam mandati diligenter & intente convenimus. Cui singula, quae vestris nobis sunt expressa litteris, ante oculos ponentes, ipsum obsecrando, & quantum regiam decebat majestatem, arguendo constanter & instanter hortati sumus, ut de propositis sibi satisfaceret, & si a rationis tramite deviaverat, ad viam veritatis & justitiae redire, vestra per nos revocatur admonitione non tardaret; a patre pie commonitus, a pravis actibus omnino de-

sisteret: Deum puro corde diligeret, & matrem suam sanctam Romanam Ecclesiam solita veneratione respiceret: nec eam visitare volentes inbiberet, appellationes ad eam factas non impediret, & * fratrem nostrum dominum Cantuariensem benigne revocans & reducens, in beati Petri & vestra reverentia firmus immobilisque persisteret, & pietatis intendens operibus, Ecclesias, & Ecclesiasticas personas tam regni, quam terrae suae non gravaret, nec per se, nec per alium gravari permitteret: sed ipsa diligens regia protectione conservaret, ut ille, per quem Reges regnant temporale regnum sibi conservaret in terris, & aeternum largiretur in caelis. Alioquin nisi monitis salutaribus acquiesceret, sanctitas vestra, quae hucusque patienter sustinuit, ulterius in patientia sustinere non posset. Ad haec adjecimus, timendum sibi fore, ne si errata non corrigeret, iram omnipotentis Dei cito incurreret, ut nec regnum ejus diu staret, nec suos prosperari permitteret: sed qui humilem exaltaverat, jamjam exaltatum ab ipso regni culmine durius allidendo deiiceret.

* Patrem

Ipsa vero correptionem vestram multa gratiarum actione suscipiens, multa animi temperantia, multaque modestia, consequenter respondit ad singula. In primis asserens, mentem suam a vobis se nullatenus avertisse, nec id unquam propositi mente concepisse, quin dum paternam sibi gratiam exhibueritis, vos ut Patrem diligit, & sanctam Romanam Ecclesiam ut matrem veneretur & foveat, & sacris jussionibus vestris, salva sibi sua regni-que sui dignitate, humiliter obtemperet & obediatur. Quod si vos aliqua jam diu reverentia non respexit, hanc hujus rei causam asserit, quod cum vobis in necessitate toto corde, tota mente, totis viribus assiterit, sibi postmodum per Nuntios in necessitate recurrenti ad vos, digne pro meritis sanctitas vestra non respondit: sed in omni fere petitione sua se repulsam sustinuisse conqueritur & erubescit. De paterna tamen confusus gratia, quae filium cum volet exaudiet, vultus sperans & expectans letiores, in beati Petri & vestra (ut dictum est) fidelitate, immobili constantia perseverat. Inde est, quod sanctitatem vestram visitare volentem nullum impedit: sed nec haecenus, ut asserit, impediit.

XXVII. Regis responsiones.

dem Papa Laterani Kalendis Decembris data. In hac ultima ait, se accepisse eos ad se appellasse, & proximam Ascensionis Dominicam appellationi terminum praefixisse, seque Legatos ad causam istam canonice terminandam destinare. Porro Legatos post Kalendas Januarii anni sequentis, non vero anni MCLXVIII. ut Baronius, aliique crediderunt, in Normanniam adventasse, infra planum fiet.

In appellationibus ex antiqua sui regni institutione id sibi vendicat honoris & oneris, ut ob civilem causam nullus clericorum, regni sui ejusdem regni fines exeat, nisi, an ipse auctoritate & mandato jus suum obtinere queat, prius experiendo cognoscat. Quod si nec sic obtinuerit, ad excellentiam vestram, ipso in nullo reclamante, cum volet, quilibet appellabit. In quo si juri vestro, vel honori praedjudicatur in aliquo, id se totius Ecclesie regni sui consilio correcturum in proximo, Domino juvante, pollicetur.

XXVIII.

Imperatorem illum, etsi schismaticum noverit, a vobis tamen excommunicatum esse usque hodie non rescivit. Quod si denuntiatione nostra rescierit, si foedus illicitum cum ipso aut aliquo alio quolibet inicit, & hoc Ecclesie regni sui iudicio similiter & consilio se correcturum promittit.

* al. juravit.

Patrem nostrum dominum Cantuariensem suo se regno nequaquam expulisse asserit. Unde sicut abscessit ultroneus, sic ad Ecclesiam suam, cum sibi sederit in animo, plena pace sua revertendi sibi liberum erit: dum tamen in satisfaciendo sibi super his, unde conqueritur, regias sibi & in quas ipse * juratus est, velit dignitates integre conservare.

* al. fati-facere

Si qua vero Ecclesia, vel Ecclesiastica persona ab ipso vel a suis se gravatam ostenderit, * satisfactione plene totius Ecclesie iudicio paratus erit. Haec a domino nostro Rege in responsis accepimus, qui utinam ad omnem voluntatem vestram uberius aliquid accepissemus. Eadem vero sublimitati vestrae notificanda duximus, ut ex responsis ipsius advertat discretio vestra, quo negotium hoc sine concludat. Causam namque suam dominus Rex plurimum sibi iustificare videtur, cum in omnibus, quae dicta sunt, Ecclesie regni sui consilio simul & iudicio se pariturum, & Patris nostri domini Cantuariensis reditum, juxta quod dictum est, se nullatenus impediturum pollicetur. Unde vestra supplicandum existimavimus excellentiae, quatenus illud praeculis habentes (a):

(a) If. 42.

Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, zelum illum, qui ad alciscendam omnem quae Ecclesie Dei irrogatur injuriam, laudabiliter igne divini Spiritus accensus est, si placet, ad tempus intra fines modestiae cohibeatis ne vel interdicti sententiam, vel ultimum illud praecisionis elogium proferendo Ecclesias innumeras subverti misere roleretis, & tam Regem ipsum, quam innumeros cum eo populos a vestra, quod absit, obedientia irrevocabiliter avertatis. Bonum est magis membrum capiti coherere vel saucium, quam a corpore proijci jam praecisum, redeunt ad sanitatem saucia, vix corpori coalescant jam Ann. Eccl. Tom. XIX.

praecisa. Adducit desperationem praecisio, cum sanet vulnus sepiissime caute medicantis operatio. Unde si placet, bonum est, ut sanando vulnere, si quod est, ad praesens operam detis, quam Ecclesie Dei partem nobilissimam praecidendo, quae turbata sunt hoc tempore, longe supra quam possit exprimi, perturbetis. Quid enim? si sermo vester nondum plene capit aut capitur: numquid divina desperatione est gratia, quia tempore acceptio & capiat & capiat? Numquid (b) abbreviata, (b) Ib. 59. est manus Domini, ut salvare nequeat? aut auris ejus aggravata, ut non exaudiat? Currens ille sermo velociter, potenter cum vult, immutat omnia, & dat Sanctorum precibus etiam insperata. Sanguis regius tunc scit demum vinci, cum vicerit; nec erubescit cedere, cum superaverit. Mansuetudine leniendus est, monitis & patientia superandus. Quid enim, si jacturam quamdam temporalium infert vel exhibita, vel in tempus exhibenda adhuc etiam patientia? Numquid non severitati retrahendum est, cum strages imminet populorum? Numquid non in mare multa jactanda sunt, cum jam spondet interitum confusio terrae, maris & fluctuum?

XXIX.

Inspicienter, attamen in charitate non ficta loquimur: si hic rei finis extiterit, ut amissis suis dominus Cantuariensis exilium jure sustineat, & vestris (quod absit) mandatis ulterius Anglia non obediatur, fuisset satius patienter in tempus sustinuisse, quam tanto zelo severitatis partibus instituisse. Quid enim, si plures e nobis ab obedientia vestra persecutio separare non possit? Non deerit tamen, qui genua curvet ad Baal, & de manu idoli pallium Cantuarie, non habito religionis & justitiae delictu, suscipiat. Nec deerunt, qui sedes nostras occupantes, & cathedras insidentes ipsi tota mentis devotione obediant. Jam multi praemasticant ad talia, optantes, ut veniant scandala, & directa ponantur in prava. Unde non propria, Pater, plangimus, aut ploramus incommoda: sed nisi his malis occurreritis, foedum Ecclesie Dei subversionem imminere cernentes pertimescimus, ne citius ob vitae tedium optemus perisse diem, qua ad spectacula hujusmodi nati sumus. Conservet incolumitatem vestram in tempora longa omnipotens Deus in Christo dilecte Pater. Haecenus ad Alexandrum Papam Londoniensis Episcopus.

At qui per Londoniensem Episcopum curari Regem petiit ipse Pontifex Alexander: perfici ista per ipsum proprium pastorem S. Thomam magis expetiit. Qui non defuit officio, & ut alias eum suis litteris commonuisset: plenioribus tamen adhuc scriptis ipsum Regem ex-

L I citan-

PAGIUS Et quidem hoc anno, non vero sequenti.

mo est. Prior data ab Alexandro III. ad sanctum Thomam, qua ei significat se Villielmum tituli S. Petri ad vincula Presbyterum, & Ortonem S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconum Cardinalem, ad Regem Angliae, ut Legatione in terra sua cismarina fungantur, & specialiter ut inter eum & eundem Regem amicam faciant compositionem, misisse. Idem scribit Alexander III. in Epistola II. ad Regem Angliae, & in Epistola III. Episcopis Angliae ab eo-

(a) lib. 1. ep. 65. S. Thomæ epist. ad Henric. Reg. Angl.

citandum putavit, quæ sic se habent (a) : Domino suo & amico Henrico Dei gratia illustri Regi Anglorum, Duci Northmanniæ & Aquitaniæ, & Comiti Andegavensi Thomas eadem gratia Ecclesiæ Cantuariensis humilis minister suus olim temporaliter, nunc autem multo magis, salutem in Domino, & veram cum emendatione penitentiam.

XXX.

Expectans expectavi, ut intenderet vobis Dominus, & conversi ageritis penitentiam, recedentes a via perversa, & abscinderetis a vobis latera vestra prava, quorum, ut creditur, instinctu & consilio tam fere lapsi estis in profundum; sed absit ut in profundum illud, de quo dicitur: (b) Peccator cum venerit in profundum, contemnet. Et licet hucusque frustra sustinuerimus, taciti considerantes & expectantes affectuosissime, si veniret nuntius qui diceret: Filius tuus Rex & dominus tuus jamdiu dolo circumventus, tractus in perniciem Ecclesiæ, inspirante divina clementia, in abundantia humilitatis magnæ festinat ad liberationem Ecclesiæ, ad omnem satisfactionem, & emendationem: sed licet istud non fiat, non tamen Omnipotentem supplici devotione singulis diebus interpellare cessamus, ut quod diu voto celebravimus de vobis & pro vobis, celeri & fructuoso consequamur effectu. Et ecce inde est, quod Ecclesiæ Cantuariensis, cui Dominus nostrum sacerdotium licet indignum, vobis res humanas hujus regni regentibus, ad præsens deputavit, nos cura constringit eo maxime, quod adhuc exilii incommoditate detineamur, majestati vestræ commonitorias, exhortatorias, correctorias litteras destinare, ne excessuum vestrorum, si qui sunt, qui revera sunt (unde non minimum dolemus) illorum maxime dico, qui circa Ecclesiam Dei & personas Ecclesiasticas a vobis passim, nulla habita dignitatis seu personæ reverentia aguntur, nimis dissimulato existant; ne nimis negligens in animæ meæ discrimen appaream. Facientis proculdubio culpam habet, qui quod debet corrigere, negligit emendare. Scriptum quippe est: Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiant, participes judicantur. Consentiant quidem, qui cum possint & debeant, non resistunt, vel saltem redarguant. Error enim, cui non resistitur, approbatur, & veritas cum minime defensatur, opprimitur: nec caret occultæ societatis scrupulo, qui desinit obviare manifesto facinori.

XXXI. Quæ sint Sacerdotum, quæve Regum.

Sicut enim, serenissime Princeps, parva civitas prerogativam regni presentis non minuit: sic regia vestra potestas religiose dispensationis mensuram minime concutere debet vel mutare. Semper vero de jure effectum est, sacerdotali consilio Dei sacerdotibus judicia provenire.

Nam qualescumque pontifices, etsi errore humanitus accedente, non tamen conscientia religionem fidei ullatenus excedentes, nullatenus videntur a potestate seculari posse vel debere percelli. Boni quidem & religiosi Principis est, Ecclesias contritas & consessas restaurare, novasque adificare, sacerdotes Dei honorare, & cum summa tueri reverentia, ad instar felicissimæ recordationis & pii Principis Constantini, dicentis, cum ad eum deferretur questio clericorum: Vos a nemine judicari potestatis, secularium scilicet judicium, qui solius Dei judicio reservamini. Et sanctos Apostolos, eorumque successores sub divina attestazione constitutos præcepisse legimus: non debere persecutiones fieri, nec fluctuationes, nec invadere laborantibus in agro Dominico, nec a suis sedibus æterni Regis expelli dispensatores.

Quis enim dubitet, sacerdotes Christi, Regum, & Principum, omniumque Fidelium patres & magistros censerit? Nonne miserabilis insanie esse dignoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subjugare, & iniquis obligationibus illum potestati suæ subicere, a quo credere debet, non solum in terra, sed & in cælis se ligari posse & solvi? Si Rex bonus es & Catholicus, & vis esse quod credimus, quodque magis optamus, ut salva pace tua dixerim, filius es Ecclesiæ, non Præsul; discere vos convenit a Sacerdotibus non eos docere, sequi vos convenit sacerdotes in Ecclesiasticis, non eos præcedere. Habetis potestatis vestræ privilegia, quæ ad administrandas leges publicas a Deo consecuti estis, ut ejus beneficiis non ingrati, contra dispositionem cælestis ordinis nihil usurpetis, sed ut salubriori fruamini ingenio his, quæ contra eam malitioso consilio magis forsitan quam animo vestro minus bene usurpatis: cum omni humilitate & multumoda satisfactione citissime cedatis, ne manus Altissimi adversum vos extenta mittat in vos, quasi ad signum sagittam. Tetendit enim arcum suum Altissimus, ut sagittet in aperto vos nolentem penitere.

Nec erubescatis (quidquid suggerant vobis maligni, quidquid submurmurent proditores, non vestri tantum sed Dei) humiliari sub potenti manu Dei. Ipse quidem est qui exultat humiles, & superbos deticit; qui in suam & suorum ultionem aufert spiritum Principum; quoniam terribilis est, & quis resistet ei? Non debuisse excidisse a memoria vestra, in quo articulo vos Deus repererit, quantumque promoverit, honoraverit, sublimaverit, in liberorum susceptione beatificaverit, solumque Regni vestri firmaverit, in invidiâ omnium inimicorum vestrorum amplis

* al. potestis,

XXXII.

(a) Luc. 10.

plis possessionibus ditaverit: adeo ut hucusque cum admiratione omnes fere proclamaverint: Hic est, quem elegit Dominus. Et vos quid ei retribuētis, vel retribuere poteritis pro his omnibus quæ vobis fecit? An ad eorum instinctum & instantiam, qui circa vos persequuntur Ecclesiam, virosque Ecclesiasticos, & semper prout potuerunt, persecuti sunt, reddetis mala pro bonis, oppressiones, tribulationes, injurias, afflictiones Ecclesiis & Ecclesiasticis personis? Nonne isti sunt, de quibus dicit Dominus: (a) Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit: qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei? Certe etsi relictis omnibus quæ possidetis, tollatis crucem vestram, & sequamini Dominum nostrum JESUM Christum: vix erit, aut non erit, ut fidelis & gratus acceptorum ab eo benefactorum retributor appareatis.

XXXIII. (b) 1. Reg. 15.

Inquirete Scripturas a scientibus, & invenietis quod (b) Saul, licet electus fuerit a Domino: quoniam a vis ejus recessit, periit ipse & domus ejus tota. Ozæ (c) quoque Regis Juda, cujus nomen late divulgatum est, & procul egressum propter crebras sibi a Domino collatas victorias, adeo cor elevatum est in suum interitum, eo quod ubique auxiliaretur Dominus & corroboraret illum, ut spreta Domini reverentia, usurpare sibi voluerit, quod sui officii non erat, sed sacerdotum, id est, adolere incensum super altare Domini. Et ob hoc a Domino lepra percussus est, & ejectus per manus sacerdotum a templo Domini, & sic mansit usque ad diem mortis suæ plenus lepra, ob quam ejectus fuerat de domo Domini. Multique alii Reges facti viri immensarum divitiarum quoniam ambulaverunt super se in mirabilibus mundi, præsumentes rebellare Deo, in suis miseris perierunt, & ad ultimum nihil invenerunt divitiarum suarum, in manibus suis. Rex quoque Azarias (d) quoniam & ipse officium sacerdotale usurpavit: similiter a Deo lepra percussus est, quoniam Arcam Domini tetigit, & tenuit nutantem ad præcipitium, bobus calcitrantibus: quia ad eum non pertinebat, sed ad templi ministros, indignatione Domini percussus, juxta Arcam Domini corruit mortuus. Rex, proverbialiter celebre est, castigatus de alterius infortunio melius sibi prospicit.

(d) 4. Reg. 15.

(e) 2. Reg. 6.

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet.

XXXIV.

Ad sacerdotes, Rex dilectissime, suos voluit Deus quæ Ecclesiæ suæ sunt disponenda pertinere, non ad potestates seculari. Quas, si fideles sunt, Ecclesiæ suæ Ann. Eccl. Tom. XIX.

sacerdotibus voluit esse subjectas. Non vobis ergo vendicetis jus alienum, & ministerium quod alteri deputatum est, neque contra eum contendatis, a quo omnia sunt constituta: ne contrari illius beneficia pugnare videamini, a quo vestram consecuti estis potestatem. Non a legibus publicis, non a sæculi potestatibus, sed a pontificibus & sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis clericos voluit ordinari & discuti. Christiani Reges subdere debent executiones suas Ecclesiasticis Præsulibus, non præferre. Scriptum quippe est, nullam de sacerdotibus nisi Ecclesiam judicare debere: nec esse humanarum legum de talibus ferre sententiam. Obsequi solere Principes Christianos statuti Ecclesiæ, non suam potestatem præponere; Episcopis caput Principes subdere non de Episcopis judicare. Duo quippe sunt, quibus principaliter regitur mundus, auctoritas sacra Pontificis, & Regalis potestas, in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto & de ipsis Regibus sunt in divino reddituri examine rationem.

XXXV.

Nosse certe debueratis, ex illorum vos debere pendere judicio, non illos ad vestram posse redigi voluntatem. Plurimi namque pontificum, alii Reges, alii Imperatores excommunicaverunt, & si speciale aliquid de personis Principum inquiratis, B. Innocentius Arcadium Imperatorem excommunicavit, quia consentit S. Joannem Chryostomum a sua sede expelli. S. Ambrosius pro culpa, quæ aliis sacerdotibus non adeo videbatur gravis, Theodosium M. Imperatorem excommunicavit, & ab Ecclesia exclusit: qui tandem satisfactione condigna meruit absolvi. Et multa alia in hunc modum. David (f) etiam cum adulterium & homicidium commisisset: missus est ad eum propheta Nathan a Deo, ut eum redargueret & corrigeret. Correptus est, & citissime correctus. Rex enim deposito diademate capitis sui, abjectaque majestate imperiali, non erubuit humiliari ante faciem Prophetæ, peccatum suum confiteri, veniam postulare de commisso. Quid plura? penitentia ductus, misericordiam petivit, & obtinuit veniam. Et vos, fili dilectissime, serenissime Rex, reverendissime domine, ad exemplum excellentissimi David Regis piissimi, de quo dixit Dominus: (g) Inveni virum secundum cor meum: corde contrito & humili convertimini ad Dominum Deum vestrum, exactamque de excessibus vestris agite penitentiam. Corruptis enim & errastis in multis, quæ adhuc taceo, expectans, si forte inspiraverit vobis Dominus, ut dicatis cum Prophetâ: (b) Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, quoniam multum transgressus sum.

(f) 2. Reg. 12.

(g) 1. Reg. 13.

CHRISTI 1166.

ALEXANDRI III. PAP. 7.

FRIDERICI IMP. 12. MANUELIS IMP. 24.

CHRISTI 1166.

ALEXANDRI III. PAP. 7.

FRIDERICI IMP. 12. MANUELIS IMP. 24.

(a) Ps. 33. *bi peccavi, & malum coram te feci. (a) Contestatio metuenda S. Thomæ ad Reg.* *Juxta est enim Dominus iis, qui recto sunt corde, & humiles spiritus salvabit. Hæc ad præsens, domine mi, vobis scribo, cætera silentio præteriens, donec videam, utrum sermo meus capiat in vobis: si reportaverit mihi a vobis fructus dignos pœnitentiæ, & audiam a nuntiantibus, & congaudeam dicentibus: Filius tuus Rex mortuus fuerat, sed revixit, perierat & inventus est. Quod si me non audieritis, qui solitus sum ante majestatem Corporis Christi in abundantia lacrymarum, & gemitibus non minimis orare pro vobis: certe ibidem clamabo contra vos & dicam: Exurge Deus, judica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum eorum & injuriarum, quæ a Rege Anglorum & suis tibi & tuis fiunt tota die. Ne obliviscaris ignominiarum Ecclesiæ tuæ, quam tuo fundasti sanguine. Vindica Domine sanguinem servorum tuorum qui effusus est. Vindica Domine servorum tuorum afflictiones, quarum infinitus est numerus. Superbia eorum, qui te & tuos oderunt & persequuntur, in tantum ascendit, ut ulterius non valeamus eos sustinere. Rex, quidquid agant vestri, hæc omnia de manibus vestris requirentur. Damnum enim dedisse videtur, qui causam damni dedit. Ipse revera Filius Altissimi, nisi continueritis manus a conturbatione hominum, ad gemitus compeditorum, ad gemitus clamantium ad se, veniet in virga furoris sui; quoniam jam tempus est judicare adversum vos justitias in equitate, & severitate Spiritus sui. Ipse enim novit auferre spiritum Principum, & terribilis est apud Reges terræ.*

XXXVI. *Non vobis hæc dicimus, ut faciem vestram confundamus, vel provocemus vos ad majorem indignationem & iram, sicut forsitan maligni, qui circa vos sunt, qui die ac nocte insidiantur animæ vestræ, & nituntur avertere animum vestrum a nobis, pravis & iniquis suggestionibus submurmurant (det illis Deus secundum opera sua, & secundum nequitiam ad inventionem ipsorum) sed ut vos reddam cautiore ad provisionem animæ vestræ & curam, & ad evitandum periculum, quod jam in foribus est. Et quia nostra specialiter interest, providere animæ vestræ, utpote cujus cura & sollicitudo nobis commissa est, cujusque rationem redditori sumus in examine districto: hæc audite benigne, & utimini servitio nostro, prout vobis placuerit, dummodo Deum non offendamus, nec operemur agendo, vel dissimulando in animæ vestræ dispendium & nostræ. Quid enim vobis proderit totum mundum lucrari cum animæ vestræ periculo? Attendite ubi sunt Imperatores, ubi Reges & alii Principes, ubi Archiepiscopi, & Episcopi, qui nos præcesserunt. Ipsi quidem laboraverunt,*

& alii in eorum labores introierunt. Quid ultra? sic transit mundus & ejus gloria. (b) Eccl. 7. *(b) Memorare ergo novissima tua, & in æternum non peccabis: & si peccaveris, pœnitentiam ages. Valeat mihi chara gratia vestra, si in vera humilitate & festinata pœnitentia conversi fueritis ad Dominum Deum vestrum. Valeatis sic iterum & semper. Hactenus Sanctus Thomas.*

Ad Episcopos autem alias dedit litteras de ordine hierarchico & unitate Ecclesiæ Catholicæ, quarum hoc est exordium:

Thomas (c) Dei gratia Cantuariensis Ecclesiæ minister humilis venerabilibus fratribus Cantie provinciæ Episcopis universis salutem. Si curamus esse quod dicimur. Et post nonnulla, hæc de Ecclesiæ Catholicæ in uno capite visibili unitate: In initio nascentis Ecclesiæ, sicut beatus docet (d) Apostolus, Christus cælos ascendens, ut impleret omnia, quosdam quidem dedit Apostolos, quosdam Prophetas, alios Evangelistas, alios pastores & magistros ad instructionem Sanctorum, in opus ministerii, in edificationem corporis Christi. Neque enim omnia uni committenda erant officia, sed unumquodque membrum suo donandum erat officio, ita tamen, ut caput, in quo, velut in arce & quodam Capitolio, virtutum omnes congeruntur sensus universis & singulis provideret; & ei vicissim omnia famularentur pro ratione conditionis suæ. Doctor (e) Gentium qui gloriatur se non ab homine, neque per hominem Evangelium didicisse, sed instructum a Christo, ascendit Hierosolymam, & cum Ecclesiarum Principe de Fide contulit, ne forte in vacuum curreret, vel cucurrisset. Et ut plurimis patet exemplis singula Evangelii flumina ad mare, unde orta sunt redeunt, ut iterum fluant. Si quidem fons (f) paradisi unus est, sed in plura scinditur flumina, ut undique irriget terram. Quis Romanam Ecclesiam caput omnium Ecclesiarum, & fontem Catholicæ doctrinæ ambigit esse? Quis claves regni cælorum Petro traditas esse ignorat? Nonne in fide & doctrina Petri totius Ecclesiæ structura consurgit, donec occurramus omnes Christo in virum perfectum in unitatem Fidei, & agnitionem Filii Dei? Et infra: Sed quicumque sit qui rigat aut plantat: Dominus nulli dat incrementum, nisi illi, qui plantavit in fide Petri, & doctrinæ ipsius acquiescit. Sane ad eum maxima populi judicia referuntur, a Romano examinanda Pontifice, & dispositi sub eo in atriis Ecclesiæ magistratus, quatenus qui in partem sollicitudinis acciti sunt, creditam exercerent potestatem. Ut sacerdos, quod in plebe sibi commissa expedire

XXXVII. (c) Cod. Vat. l. 1. ep. 97. S. Thomæ ad Episc. Angl. ep.

(d) Eph. 4.

(e) Gal. 1.

(f) Gen. 2.

XXXVIII.

* attentatur * f. anis. etc.

XXXIX.

PAGIUS

Obitus Luca Chrysoberges Ep. Constantinop.

NOTÆ

dire non potest, ad Episcopum referat, qui negotia supra se ad Archiepiscopum reducit, aut Primatem: a quibus, quidquid maximum fuerit, Romano Pontifici reservatur. Ordinem hunc Petrus docuit hunc usque modo Catholica servavit Ecclesia, nec umquam, auctore Domino, quidquid molitur iniquitas, subvertetur.

In regno autem Anglorum (quod sine dolore multo ad mentem reducere, aut sine lacrymis dicere non valeamus) multum præsumitur adversus Petrum. Sedis Apostolicæ (quantum in pervertis potestati-bus est) attentatur & periclitatur auctoritas, dum illi, quos necessitas pro compendio pœnitentiæ, vel remedio cavere aut visitationis debito compellit ad dominum Papam iter arripere: ab itinere suo præpediuntur, spoliantur, trahuntur acriter, & transfretare prohibentur: vel ab iis, qui occasiones quaerunt, ut faciant mala, vel coacti illicita de præpediendis clericis & pœnitentibus præstiterunt sacramenta. Manus itaque violentas mittentes in clericos, facti suo anathematis condemnationem incurrunt. Inde est, quod nos S. R. E. auctoritate utentes, fraternitati vestræ Apostolica auctoritate in virtute obedientiæ, in periculo ordinis vestri præcipiendo mandamus, quatenus de cætero hoc fieri inibeatis; & eos, qui in clericos manus violentas iniiciunt, publice excommunicatos denuntiatis, & per Episcopatum vestrum denunciari faciatis, & conterminalibus vestris Coepiscopis, ut hoc ipsum in Episcop. faciant suis, domini Papæ & nostra præcipiatis auctoritate.

Ad hæc eodem modo, & sub eadem interminatione præcipimus, ut iis, qui appellantes aut pœnitentes ad dominum Papam, vel ad nos tendentes impediunt, aut redeunt a domino, vel a nobis; denuntiatis, quoniam sententiam anathematis incurrunt, tam hi qui hoc faciunt in propria persona, quam Regis officiales, qui ad hoc facinus impellunt alios. Illos autem, qui coacti de transeuntibus impediendis juramenta illicita præstiterunt, ab hoc juramento ab-

Ad num. XLI. Allatus lib. 2. de Consens. Eccles. Occident. & Orient. cap. 12. num. 4. meminit Synodi, & Principum & Patriarcharum, Metropolitanarum, Episcoporum, & aliorum Ecclesiasticorum numero spectatissimæ, anno XXIII. Manuelis, ab Orbe condito 674. præfenti scilicet Christi anno celebratæ, cui interfuere Lucas Chrysoberges Patriarcha Con-

[1] Insigniter errat hic Pagius nam ex catalogo exactissimo Nicephori apud Bandurium Imp. Orient. tom. II. pag. 638. edit. Venet. dicitur Lucas, qui in locum Constantini anno 1155. successus fuit, sedisse annis quindecim, mensibus tribus; adeoque non prius quam 12-bente anno 1169. vita cessit. MANSI

solvimus, ut a tanta iniquitate desistant postmodum, & pœnitentes de commisso, Deo discant potius quam homini obedire. Si quis Ecclesiæ suæ justitiam promovens, & Apostolicæ Sedi fidem servans dispendia reformidat: meminerit quoniam Ecclesia virtutes, quam momentaneas oper longè tutius & utilius thesaurizat. Christus, qui Ecclesiæ Romanæ præsidet, amnes adversarias cohibet potestates. Et qui potentes potenter punit, omnem decrevit puniri inobedientiam, non humiles tantum adducens in judicium, sed gloriosos terræ humiliat Ecclesiæ ministerio, adversus quam nec portæ inferi prævallebunt.

Pudeat vos, dilectissimi iniqua exercere judicia, ut (juxta quod in nos insultant proceres regni) si pauper offendit in minimo, ilico a vobis & officialibus vestris ab Ecclesiâ excludatur: si dives, committit crimina, non conveniatur vel verbo. Ut in sic decernentes possit illud & hinc retorqueri: Et tantum miseris irasci numina possunt. Providete vobis & Ecclesiis vestris, ne si hanc injuriam Romanæ Ecclesiæ dissimulaveritis, merito videamini adversus eam cum impiis conspirasse, & appellantium præclusisse vias, ut de dispendio ejus vestrum quaeratis compendium. Mementote potius, quomodo salvi facti sunt patres nostri, quomodo & quibus tribulationibus Ecclesiâ creverit & dilatata sit, quas procellas evaserit navis Petri, que Christum habet rectorem &c. Hæc S. Thomas ad suos. Sed ad res Orientales jam convertamus orationem.

Hoc anno, Indictione decimaquarta, Constantinopoli a Luca Chrysoberge Patriarcha Constantinopolitano Synodus celebrata est, cujus nos superius in ejus creatione meminimus ex Theodoro Balsamone, & emendavimus mendum in notam numeri illapsam. Post hæc autem haud diutius Lucam oportuit fuisse superstitem, sed ex hac vita migrasse, in locumque ipsius subrogatum fuisse Michaellem Anchialum magnum philosophum.

Ita

stantinop. Athanasius Theopolitanus, alique, quorum nomina recitat Allatus, qui Synodum illam MS. se se habere asserit. Lucas usque ad annum sequentem vixit, eique Michael III. Diaconus, & Sacelli Præfectus, & summus Philosophorum, ut in Catalogo Patriarcharum Constantinop. dicitur, successit, ut alibi dictum. [1]

Ad

XL.

XLI. De Nomocanone Theodori Balsamon.

Ita in ferie Græca Patriarcharum Constantinopolitanorum. Vixisse quidem Michaellem hunc tertium ejus nominis Patriarcham sub Emmanuele testatur Theodorus Balsamon in præfatione ad commentarium suum in Nomocanonem Photii, cum ait, ab utroque se in mandatis accepisse, ut eum in canones commentarium elaboraret; ait enim: Cum itaque a sancto Imperatore divinitus coronato domino Emmanuele Comneno, & sanctissimo domino nostro & Patriarcha œcumenico, qui fuit summus philosophorum, domino Michaelle Auchiato nobis mandatum esset, ut sanctos canones considerarem, & que essent in eis obscura, & legibus viderentur esse contraria, aperiremus, & interpretaremur, &c. Elaboravit & absolvit opus, quod obtulit Georgio Xyphilino Constantinopolitano Patriarchæ, qui sedit sub Isacio Angelo Imperatore, & Alexio Angelo ejus successore. At de hujusmodi elucubratione Balsamonis quid sentiendum, dicemus inferius suo loco. Laudat idem Balsamon hunc Patriarcham Michaellem sapius, & inter alia, quod superstitionem quamdam, quæ fiebat per divinationes dæmonum, & ibidem inolevisset, penitus sustulit. Ita ipse in canonis Trullani sexagesimiquinti interpretatione pluribus. Sed & ex decreto quod promulgavit, ne clerici sæcularia obirent munera, dato sub quarta Indictio-

ne, nempe anno millesimo centesimo septuagesimo primo, cum detegit, quando fedit. Extat in commentario super canones Concilii Carthaginensis canone decimo sexto. Sedisse autem annos octo, habet series Græca Patriarcharum Constantinopolitanorum.

Hoc eodem anno ab Imperatore Manuele promulgata est constitutio de Feriis, sive juridicis diebus, quam intexuit in suo Nomocanone Theodorus, ad eamque ista est præfatus:

Si accurate cognoscere vis, quoniam die tribunalibus feriæ sint: lege publicatam mense Martio, Indictione * decimaquarta, anno mundi VICIIO. * VIIO. LXXIV. venerandam Novellam coronati divinitus præstantissimi sacrique Imperatoris nostri domini Manuelis Comneni, quæ post exordium hæc tradit:

Sancimus, ut illi dies feriatii sint, quos in presenti constitutione nominatim enumerabimus, & ut alii quidem eorum ferias in universum habeant; ut nequaquam toto ipsorum durante spatio constitutum iudicium possit, nisi fortassis Imperator per dispensationis modum, vel ob necessitatem (ut multa sæpenumero subita quadam rerum varietas licentius novare solet) in iis quoque iudicium constituere voluerit: alii vero ex parte a iudiciis vacent, ut ea videlicet exerceantur a matutino tempore usque ad tempus sacri cultus, quo ju-

XLII.

* Theod. Balsamon x. * VD. LXX.

III. e Pontificatu deiiceretur. Quam male expeditio hæc ei cesserit, anno sequenti videbimus.

Alphonfus VIII. Castellæ Rex Toletum a Ferdinando patruo Legionis Rege post Sanctii Desiderati mortem occupatum, hoc anno recuperavit, sed post mensem Augustum; cum enim Maqueda prope Matritum ageret, dedit Communitati Hispalensi castellum Olmos dictum, ut patet ex Charta, quæ extat apud Colmenarem in Historia Segovienfi cap. 17. num. 8. In Maqueda in mense Augusti era MCCIV. regnante me Aldephonso in Castella, in Extramadura, & in Naxara, & in Asturiis, & citra Serram (citra montem, quo utraque Castella dividitur) excepto Toletis. Contra vero in Charta hoc anno scripta, & ibidem num. 10. a Colmenare recitata, Alphonfus VIII. dicit, se regnare Toleti: Era MCCIV. regnante me Rege Aldephonso in Toletis, & in Castella, & in Extramadura, &c. Hinc apparet Ferdinandum seu Ferdinandum Legionis Regem per annos ad summum octo Toletum tenuisse; cum illud non occupaverit ante mortem Sandii, quæ die XXXI. mensis Augusti anno MCLVIII. contigit. Fallitur itaque Rodericus lib. 7. capp. 16. & 18. ubi tradit Ferdinandum per annos duodecim Toletum obtinuisse.

Hoc anno, seu anno Hegiræ DLXI. juxta Noweirium, cum Humires Africae populi adversus Josephum Almohadum Imperatorem rebellassent, ab eo sub jugum missi sunt, & gravibus poenis affecti, quod tantum timorem Africae populis incussit, ut universa se se ejus dominationi summissent.

XX. Toletum ab Alphonso VIII. recuperatum.

XXI. Progressus Josephi Almohadum.

Fre.

judicibus tam precatiori, quam celebrationi divini numinis intentis esse liceat, ac peracto sacro, justitiæ curam gerant, & injurias perpeffis juxta vigorem legum succurrant. Sed tamen ii, quibus in hunc modum post cultum sacrum jus dicere permiffum est, in conficiendis ab se notationibus ac instrumentis mentionem temporis faciant, quo consecra sint. Ac primo quidem de omnino feriatis agendum erit.

Itaque dies natalis inviolatæ Domine Deique Genitricis, qui celebratur a die VI. Id. Septemb. feriatius est. Consimiliter & XIV. dies vivifica Crucis exaltationis dicatur. Item XXVI. propter Apostoli & Evangelistæ Joannis Theologi migrationem.

Octobris dies VI. quod in eo sancti Apostoli Thomæ memoria celebretur. Item IX. propter Jacobum Alphaï F. Apostolum, & X. propter Lucam Apostolum & Evangelistam.

Novembris dies XIII. quod in eo memoria Chrysofomi celebretur, & XIV. quod Philippo Apostolo festus sit, & XVI. in Evangelistæ & Apostoli Matthæi honorem. Et XXI. quod tum Dei Genitricis introitus in templum celebretur, & XXX. propterea, quod Andrea Apostolo sit festus.

Decemb. dies IX. in quo scilicet Conceptionis sanctissimæ Matris Dei nostri celebratur, & XX. dies usque ad VI. Januarii, quod in eis dies natalis, stemque baptismi Domini Deique ac Servatoris nostri JESU Christi festa celebrantur.

Januarii dies XIX. propter divinos Patres ac Doctores, Athanasium & Cyrillum, XXV. ejusdem mensis, propter memoriam magni Patris Gregorii Theologi.

Februarii dies II. propterea, quod obviam Servatori sit itum, & III. propter celebrationem memoriæ Simeonis, qui Christum excepit.

Martii dies XXV. propter allatum Deiparæ lætum illum nuntium. Item dies Paschales ab ipsa resurrectione Lazari, usque ad diem post sanctum Pascha octavum.

Aprilis dies XXV. propter Apostolum & Evangelistam Marcum, & XXX. propter Apostolum Jacobum, illius Theologi & Evangelistæ fratrem.

Maii dies VIII. propter memoriam Evangelistæ Joannis Theologi, & X. propter Simonis Zelotæ Apostoli memoriam, & XXI. propter memoriam sanctorum & Apostolis parium magnorum Principum Constantini & Helene, & XXVI. propter me-

PAGIUS. XXII. Canonizatio S. Caroli Magni. Fredericus Imp. Natale Domini in Palatio suo celebravit Aquis, ad ejus Curiam omnes Primates regni, sive Ecclesiastici, seu sæculares, ab ipso submoniti conveniunt, & corpus domini Caroli Magni Imp. in Basilica B. Mariæ semper Virginis quiescebat, de tumulo marmoreo levantes, in locello ligneo in medio ejusdem Basilica reposerunt, inquit Scriptor Audarii Aquicinctini ad annum MCLXIV. quibus non dissimilia scribit Auditor magni Chronici Belgici ad præsentem annum pag. 45. & pag. 191. licet Bollandus ad diem XXVIII. Januarii, ubi recitat Vitam sancti Caroli Magni Imp. pag. 888. asserat ultimum locum, de quo solo loquitur, in magno Chronico Belgico se non reperisse. Verum tam is Auditor, quam Scriptor Audarii Aquicinctensis in anno hallucinati sunt. Bollandus enim ibidem refert Diploma Friderici Imp. de Elevatione & Canonizatione sancti Caroli, in quo Imperator ait, se petitione Henrici Regis Angliæ inductum, assensu & auctoritate domini Paschalis, & ex consilio universorum Principum, tam sæcularium quam Ecclesiasticorum; pro elevatione & exaltatione sanctissimi corporis ejus atque Canonizatione, solemnem Curiam in Natale Domini celebrasse, & illud in hymnis & canticis spiritualibus elevarit & exaltasse IV. Kalendas Januarii. In fine Diplomatis legitur: Datum Aquisgranum anno Dom. Incarnat. MCLXVI. indict. XIV. sexto Idus Januarii, regnante domino Friderico Romanorum Imperatore, anno regni ejus XIV. imperii vero XI. Quare Canonizatio Caroli Magni anno præcedenti facta fuerat.

XXIII. Facta Paschali III. sed ab Ecclesia Rom. tolerata. Auditor Magni Chronici Belgici priori loco laudato ait: Ejus vero (nempe sancti Caroli) III. sed ab dies festi celebres bis in anno habentur, dies scilicet Ecclesia licet ejus natalis IV. Kal. Februarii, Translatio vero dies V. Kal. Aug. Quem utrumque Clericus & populus spiritualium gaudiorum tripudio celebrant. Cantantur enim in Ecclesia Aquensi de S. Carolo vicibus alternatis suffragando certa Antiphona cum Collectis, de quibus unam exhibet. Etiamnum, teste Bollandus, Translatio S. Caroli Magni V. Kal. Augusti Treviris celebrari solet. Vide quæ de hac Canonizatione anno M. num. III. jam diximus, ubi solvimus Bollandi dubium, an ante istam canonizationem divini honores Carolo M. delati fuerint, & ibi dictis adde locum Gaufredi Prioris Vossensis, qui pag. 314. ait: Fredericus corpus Caroli M. elevans a terra, in capsula aurea infiniti pretii lapidibus decorata collocavit. Ex tunc auctoritate Metropolitanæ Colonienfis (nempe Reginaldi) Aquisgranum solemnitas de eodem Casare Augusto orthodoxo, sicut de Sancto, agitur, qua prius fiebat de fidei defuncto. Porro errat Auditor Magni Chronici Belgici, qui ait Fridericum Imp. assensu & auctoritate D. Papa Alexandri & Sedis Apostolicæ adductum solemnem Curiam in Natali Domini apud Aquisgranum celebrasse; his enim temporibus Fridericus, non Alexandrum III. sed Paschalem Pontificem agnoscebat: Recte Spondanus ad annum DCCCXIV. num. V. de Paschali III. & de hac canonizatione verba faciens, ait; Sed quod is haud legitimus fuit Pontifex; ejusmodi Canonizatio non est recepta ab Ecclesia Rom. Quod tamen reperiantur legitimi Pontifices eam impugnasse, res sic tacita permissione five tolerantia perseveravit, ut in præcipua Ecclesia, ubi sepultus fuit, coleretur. Ita enim Canonum præcipui Interpretes declararunt. Propagatus autem postea ea nocitur ei cultus, in alias Ecclesiis Gallicæ, Belgii atque Germaniæ, in quibus idem Carolus Sanctitatis titulo colitur, faventque scripta plurimorum rerum Francicarum Historicorum.

Clericus & populus spiritualium gaudiorum tripudio celebrant. Cantantur enim in Ecclesia Aquensi de S. Carolo vicibus alternatis suffragando certa Antiphona cum Collectis, de quibus unam exhibet. Etiamnum, teste Bollandus, Translatio S. Caroli Magni V. Kal. Augusti Treviris celebrari solet. Vide quæ de hac Canonizatione anno M. num. III. jam diximus, ubi solvimus Bollandi dubium, an ante istam canonizationem divini honores Carolo M. delati fuerint, & ibi dictis adde locum Gaufredi Prioris Vossensis, qui pag. 314. ait: Fredericus corpus Caroli M. elevans a terra, in capsula aurea infiniti pretii lapidibus decorata collocavit. Ex tunc auctoritate Metropolitanæ Colonienfis (nempe Reginaldi) Aquisgranum solemnitas de eodem Casare Augusto orthodoxo, sicut de Sancto, agitur, qua prius fiebat de fidei defuncto. Porro errat Auditor Magni Chronici Belgici, qui ait Fridericum Imp. assensu & auctoritate D. Papa Alexandri & Sedis Apostolicæ adductum solemnem Curiam in Natali Domini apud Aquisgranum celebrasse; his enim temporibus Fridericus, non Alexandrum III. sed Paschalem Pontificem agnoscebat: Recte Spondanus ad annum DCCCXIV. num. V. de Paschali III. & de hac canonizatione verba faciens, ait; Sed quod is haud legitimus fuit Pontifex; ejusmodi Canonizatio non est recepta ab Ecclesia Rom. Quod tamen reperiantur legitimi Pontifices eam impugnasse, res sic tacita permissione five tolerantia perseveravit, ut in præcipua Ecclesia, ubi sepultus fuit, coleretur. Ita enim Canonum præcipui Interpretes declararunt. Propagatus autem postea ea nocitur ei cultus, in alias Ecclesiis Gallicæ, Belgii atque Germaniæ, in quibus idem Carolus Sanctitatis titulo colitur, faventque scripta plurimorum rerum Francicarum Historicorum.

PAGIUS. XVIII. Novella de Feriis a Manuele Imp. data.

Ad num. XLII. Promulgata hoc anno a Manuele Imp. constitutio de feriis seu diebus juridicis, quam integram Baronius refert, & de qua videnda, quæ anno MCLVIII. ex Cinnamo in medium adduximus. Publicata fuit, ut in ea legitur, anno mundi 6674. mense Martio, indict. XIV. ideoque hoc Christi anno, quo mense Martio indictio illa in cursu fuit. Inter dies, in quibus tribunalia vacare debent, numeratur Decembris dies IX. in quo scilicet Conceptionis sanctissimæ Matris Dei nostri celebratur. Idem festum legitur in Ordine Divini Officii Gothici, & in Fastis sacris Ecclesiæ Æthiopicæ in Comment. Jobi Ludolfi ad suam Hist. Æthiopicam pag. 402. sed utrobique ad alios dies. Ex iis porro locis quidam deduxere Græcos, Mixto-Arabas, & Æthiopas antiquitus festum Conceptionis immaculatæ Virginis coluisse, quod alii negant, quia in Menologio ad diem XXIV. Septemb. habetur: Conceptio Joannis Baptista, & in citatis Fastis sacris Ecclesiæ Æthiopicæ ad diem XXIII. mensis Septemb. legitur: Conceptio Joannis in utero Elisabethæ, & constat sanctum Joannem Baptistam in peccato conceptum fuisse.

XIX. Expeditio Italica Friderici Imp.

Fridericus Imp. veritus ne totius Italici Regni possessionem amitteret, expeditionem in Italiam decrevit, ac statim Rainaldum Coloniensem, & Christianum Moguntinum Antistites cum ingentibus copiis in Italiam matura vit. Ipse vero, uti refert Acerbus Morena, mense Novembri Italiam profectus Conventum generalem Longobardiæ apud Roncaliam coegit, in quo decretum, ut Paschalis III. Antipapa ab omnibus defendretur, & Alexander

CHRISTI
1166.ALEXANDRI III. PAP.
7.FRIDERICI IMP. 12.
MANUELIS IMP. 24.

memoriam Judæ Alpbæi Apostoli.

Junii dies XI. propter Bartholomæum Apostolum, & XIX. propter Judam Apostolum, cognomento Thaddæum, & Lebaeam, & Jacobum. Item XXIV. propter natalem Præcursoris, & XXIX. propter Apostolorum principum Petri & Pauli solemnitatem; & XXX. propter memoriam Apostolorum XII.

Julii dies XXV. propter obdormitionem sanctæ Annæ Deiparæ.

Augusti dies VI. propter Servatoris nostri JESU Christi transformationem, & IX. propter memoriam sancti Apostoli Matthiæ, & XV. propter gloriosissimam sanctæ Deiparæ migrationem, & XX. propter memoriam sancti Apostoli Thaddæi, & XXIV. propter Bartholomæi Apostoli memoriam, & XXIX. propter venerandi Præcursoris decollationem.

Inter hos omnino feriatis dies computabuntur & medietates jejunii quadraginta dierum & Pentecostes, & Servatoris Assumptio, & omnes in anno dies a Domino nuncupati. Ita ut hisce diebus omnis ad tribunal aditus præclusus sit, nec ullus eorum, qui jus dicunt, quidquam ad jurisdictionem pertinens peragat.

Cæterum a quibus ex parte vacationem tribunal habet, quique non insolidum (veluti jam antea diximus) feriati sunt, hi sane fuerint, dies VI. mensis Septembris, quod tunc Michaelis summi copiarum ducis factum Chonis miraculum prodigiose commemoretur. Octob. XXIII. quod Jacobi Christi fratris memoriam recolamus, & XXVI. quod is magno & unguentis scaturienti Demetrio festus agatur. Novembris I. ob edentium prodigia, & gratis olim medicinam facientium, Cosmæ ac Damiani festum. Et VIII. quod corporis expertum conventus celebretur. Et XXVIII. propter sancti martyris Stephani junioris solemnitatem. Decembris IV. propter egregiam martyrem Barbaram. Et VI. propter celebrem miraculis & unguentis scaturientem Nicolaum. Januarii X.

propter Nyssæ pontificem divum Gregorium. Et XVI. propter venerationem pretiosæ principis Apostolorum Petri catena. Et XIX. propter reportationem pretiosi cadaveris Gregorii Theologi. Et XXVII. propter reportationem venerabilium reliquiarum Chrysofomi. Februarii VII. propter insignem martyrem magistrum militum Theodorum. Et XVII. propter victorem certaminum Theodorum Tironem. Martii IX. quod sanctorum Christi XL. Martyrum memoria tunc recolatur. Aprilis XXIII. in honorem magni martyris Georgii destinatus. Maii II. propter magnum illum Athanasium. Junii VIII. propter magnum martyrem Theodorum magistrum militum. Et IX. propter sanctum Patrem nostrum Cyrillum pontificem Alexandrinum. Et XXVII. propter sanctum & edentem prodigia Sampsonem. Julii I. quod tunc Sanctorum & miracula designantium, & argento carentium memoriam celebremus. Et II. quod depositionem pretiosæ vestis Deiparæ mentionem faciamus. Et VIII. ob magni martyris Procopii festum. Et XI. quod egregiam martyrem Euphemiam concelebremus. Et XX. ad Eliæ vatis honorem. Et XXVII. quod victori certaminum & miraculorum auctori Joanni misericordie festus sit. Augusti XXXI. propter depositionem pretiosi cinguli labis expertis Deiparæ.

Atque hi sunt dies illi partim feriati, partim juridici. Quibus vero diebus propter natalem vel renuntiationem Principis cessatur, eos dies inter juridicos majestas mea refert, a sese præsentem sanctionem inchoans, & per ea quæ ipsamet facit, alios instituens. Quippe non perinde præsentis constitutionis oratio quam tumvis in illam attentos impellet, ut ipsum majestatis meæ factum. Nam illos ipsos dies majestas mea, quibus diebus tum in banc lucem est edita, tum in Imperatorem per Dei providentiam renuntata, juridicos esse sancit, nec in eis ulla judicis inducias esse. Omnes quidem

cer-

PAGIUS
XXIV.
Moritur
Gozuinus
Aquicinctensis
Abbas.

quis oculos mentis, & intueatur quos & quales adversarios ei Dominus suscitaverit, ex quo adversus Deum in depressione Ecclesie erexit calcaneum suum: & plane mirabitur, & si prudens est, venerabitur iudicium Dei qui non Imperatores, non Reges, non Principes nationum, ut ipsum domarent, elegit, sed extremos hominum Britones nivicolinos primo, & postea illos ad contradictionem, & solemne certamen animavit, qui vestigia pedum ejus consueverant adorare. Et hoc quidem, ut non gloriatur omnis caro, sed nomen Domini sit benedictum in secula. Sic sic ad puniendam ingratitude Salomonis recedentis a Domino, non tam Principes erexit, quam latrunculos, & servos abiectos, &c. Ita de his Joannes Saresberiensis prudenter est philosophatus.

Sic accidit, ut Friderico iusto iudicio Dei depresso, Mediolanenses auxilio, & hortatione confederatorum populorum Longobardiae vera sunt Mediolanum,

XVII. S. Galdinus creatus Archiep. Mediolan.

PAGIUS

scialibus, Mediolano factus est propinquior. Occurrunt summa exultatione universi cum toto Clero cives, eumque digna veneratione, ut par erat, suscipientes usque ad Beati Ambrosii Basilicam cum hymnis deduxerunt anno Nativit. Dom. MCLXVII. quinto die Septembris.

Fridericus Imp. decrevit conjurationem civitatum ad rationem revocare, atque eas, quancumque ad praesens ratione posset ulcisci. Continuator Acerbi Morenae refert Imperatorem, cum Pontremulum venisset, ibi a Pontremulensibus transire Appenninum prohibitum fuisse, ita ut per terras Obizonis Marchionis Malepinae transire coactus fuerit, ipso Marchione eum ducente iter arripuit, & in die Martis, undecima Septembris, eadem indictione (nempe XV. ex quo apparet hunc Auctorem, indictionem non a die prima Septembris, sed a die XXIV. ejusdem mensis inchoare) Papiam intravit. Postea vero eodem mense Septembris eadem indictione, quadam die Jovis, qua fuit decima dies ante Kalendas Octobres, in festo S. Matthaei Apostoli, in anno MCLXVIII. (sed legendum, MCLXVII. ut Puricellus advertit, qui ex ipomet Auctore errorem hunc Librarium corrigat; Continuator enim affirmat acta hac esse eodem anno, quo Fridericus Romanam perrexit, & festum S. Matthaei cum die Jovis connectit. Corius in Historia Mediolanensi, quia ad hunc Librarium lapsum animum non advertit, hac anno sequenti contigisse credidit) posuit predictus Imperator palam in concione omnes civitates Lombardia, qua sibi erant contraria, & adversus eum juraverant, in banno, projecto ibi coram omnibus quanto, excepto Laude & Cremona. Imperator Papiam egressus in Placentinum agrum excurrit, sed a Longobardis foderatis expulsus est.

XIII. A Mediol. in fugam coniciatur.

Inde Mediolanenses aggressus haud meliorem fortunam nactus est. Lib. enim 2. Epistolarum Sancti Thomae Cantuariensis Epistola XXVI. Joanni Pictaviensi Episcopo a Joanne Salisberienensi scripta id, aliaque quadam scitu digna, quae hoc anno contigere, nos edocet: Lugdunensis Archiepiscopus Ecclesiam & civitatem suam cum honore & latitia omnium recepit in festo

Sancti Martini (est is Guichardus, ab Alexandro III. inauguratus die dominico ante festum Sancti Laurentii apud Montempeffulanum). Eadem die congressus Fridericus Exaugustus cum Mediolanensibus, amissis viginti quinque militibus, in fugam versus est. Dominus Papa receptis Nunciis, qui Constantinopolim profecti fuerant, cum muneribus & honore, & similiter Legatis Regis Siculi (de qua legatione vide quae refert Baronius ex Actis Alexandri III. num. III.) prosperatur in viis Domini, moram faciens Beneventi. Baronius anno MCLXVIII. num. LVII. de hac Friderici fuga & Epistola Joannis Salisberienensis verba faciens, putavit eam anno illo a Joanne Salisberienensi datam, & Fridericum tunc in fugam coniectum. Praeterea loco, amissis viginti quinque militibus, legit, amissis viginti quinque millibus. Verum Lupus, qui dum Romae esset, Epistolas Sancti Thomae Cantuariensis ex Codice Vaticano excerpit, easque postea Bruxellis publicavit, rectius habet, amissis viginti quinque militibus. Et Puricellus laudatus num. 497. ait, loco millibus, nos militibus legendum potius arbitramur; nec tanta illi (sc. Friderico) militum copia in praesenti suppeditabat, quae conjectura certa videtur. Joannes enim Salisberienensis, non de iusto, sed de leviori praelio, ac velitatione aliqua intelligendus. Ad dit Puricellus ex Salisberienensi, & ante eum Baronius ibidem, Fridericum intra Papiam clausum tenemus obsessum. Verum in editione curata a Christiano Lupo hic ultimus locus non legitur. Caeterum has literas currenti anno, eoque exeunte, vel ad summum sequentis initio scriptas certum & indubitatum; Fridericus enim anno MCLXVIII. mense Martio Italiam reliquit, & festum Sancti Martini die XI. mensis Novembris celebratur; quare Salisberienensis de festo Sancti Martini currentis anni verba facit. Quanti momenti sit hanc Epistolam anno suo reddidisse, mox liquebit ex iis, quae dicemus gesta hoc anno fuisse in causa Sancti Thomae Cantuariensis.

A num. XVII. ad XX. In Vita quadripartita D. Thomae lib. 2. cap. 23. legitur: Obi-

XIV. S. Thomae multos excommunicat.

munierintque eandem quam restaurarant civitatem. Tunc & Galdinus nobilis Mediolanensis pietate insignis, ut qui pro religione Catholica factus extorris, se contulerat ipso exordio schismatis ad Alexandrum Pap. quem & euntem in Gallias secutus fuit & redeuntem, a quo & S. R. E. creatus fuit presbyter Cardinalis tituli S. Susannae: hic, inquam, rediens electus fuit Mediolanensis Archiepiscopus, hoc ipso Redemptoris anno millesimo centesimo sexagesimo septimo Kal. Maii, ubi mansit sedens usque ad decennium, totus intentus ad collapsam restituendam Ecclesiam. Extant (a) Acta vitae ipsius, ex quibus sincere ista depromimus. Sed jam prosequamur anni hujus res gestas Alexandri Papae cum sancto Thoma Archiepiscopo Cantuariensi, eas ita narrante Joanne Saresberien-

(a) Apud Momb. t. 2. vit SS. prope fin.

Alexand. Pap. Legatum creat S. Thom. Cant. Archiep.

Cum autem Alexander Papa ex litteris tum Anglorum Regis, tum etiam Episcoporum suffraganeorum S. Thomae intellexisset, eundem ab eis contendere exagitari, & ejus egregie facta existimari portenta: ut hunc erigeret super persecutores suos, hos autem humiliaret, illud statuit laude dignissimum, ut sancto Archiepiscopo munus Apostolicae legationis injungeret plenissima potestate. Extant de his ejusdem Pontificis litterae datae verbis istis: (b)

(b) Cod. Vat. l. 1. ep. 155.

Alexander servus servorum Dei dilecto fratri Thomae Archiepiscopo Cantuariensi salutem & Apostolicam benedictionem.

XVIII.

Sacrosancta Romana Ecclesia digniores personas, & eas maxime, quas honestate, prudentia, & literatura, & eminentia virtutum praesulgere cognoscit: ampliori consuevit charitate amplecti gloria & honore praeveneri. Attendentes itaque devotionis & fidei constantiam, qua pro Ecclesia Dei, sicut columna immobilis persististi; honestatis & literaturae, ac discretionis prudentiam, qua praeminere dignosceris, nihilominus con-

PAGIUS

Ann. Eccl. Tom. XIX. nuerat a viro Apostolico Apostolicae sedis Legationem super Angliam, & quidem ad cautelam, ut videlicet firmior & magis authentica Ecclesiastica quavis sententia haberetur, si deinceps ab eo aut in regnum, aut in regni personas ferretur. Et imprimis quosdam de Aulicis Clericis, qui ratione Ordinis seu Beneficii Ecclesiastici obligati sibi fuerant, & obedientiam exhibere tenebantur, distinctissime citavit, ut ad ipsum venire non differrent. Quibusdam etiam in virtute obedientiae sub Ordinis sui & Beneficii periculo nonnulla praecepit: sed non venerunt illi, nec paruerunt illi. Unde appellationi (ad iis interiectae) non deferens ipsos publice anathematizavit, & anathematizatos denunciari fecit. Et non solum de Aulicis Clericis, sed & de Laicis Aulicis; & ob varias causas. Paulo post: Unde & fere jam quotquot in Aula erant, aut

siderantes: dignum duximus, personam tuam tantarum virtutum insignibus decoratam quodam speciali privilegio, & singulari prerogativa diligere, & honorare, tuoque utilitati solita benignitate prospicere, & attentiori sollicitudine providere. Inde est, quod nos tibi legationem totius Angliae, excepto Episcopatu Eboracensi, benigno favore concedimus, ut ibi vice nostra corrigas quae invenaris corrigenda; & ad honorem Dei & sacrosanctae Romanae Ecclesiae, & salutem animarum statuas, aedifices, & plantes, quae statuenda fuerint, & plantanda. Quapropter monemus fraternitatem tuam, atque mandamus, quatenus cuncta cum providentia & discretionem, secundum quod Deus tibi administraverit, agas, vitia extirpes, & virtutes in vinea Domini studeas complantare. Datum Anagninae septimo Idus Octobris. His additae aliae ejusdem Alexandri Papae litterae, ad Clerum provinciae Cantiae eodem argumento conscriptae, (c) additae & aliae de exactioe denarii S. Petri, quam inhibuerat antea (ut vidimus) ipse Rex. Quae omnes allatae sunt in Angliam, & acceptae ab Episcopo Londoniensi, qui de omnibus ipsum Regem reddidit certioem, his ad eum datis litteris: (d)

(c) lib. 3. ep. 116.

(d) lib. 3. ep. 131.

Henrico Regi Angliae Gilebertus Londoniensis Episcopus.

XIX. Litterae London. Episc. de mandatis Pap.

Tanta nos domine mandatorum moles ad praesens opprimit, tanta se nobis auxilium a vobis expetere, summa compellamur necessitate. Nam quod auctoritas Apostolica praecipit, hoc appellatio non suspendit; nec adversus ejus mandatum ullum potest esse remedium. Cum quod praecipitur, implere necesse sit, aut inobedientiae reatum incurrere. Die namque beati Pauli cum Londonis ad altare consistereamus, litteras domini Papae de manu cujusdam nobis penitus ignoti suscepimus, quibus legatio in totam Angliam, excepto Eboracensi Episcopatu, domino N n 2. Can-

nominatim excommunicati erant, aut excommunicatis communicando, quos evitare nec poterant, nec licebat, adeo ut vix in Capella Regis esset, qui in Missa pacis illud osculum Sacramentale Regi afferret, nisi excommunicatus ex nomine, vel ex participatione. Baronius num. XVIII. recitat literas Alexandri III. Legationem illam continentes, quae dicuntur datae Anagninae VII. Idus Octobris. Tum num. XIX. refert alias literas a Gileberto Londoniensi Episcopo ad Henricum Angliae Regem datas, quibus ei significat, die beati Pauli eandem Legationem Sedis Apostolicae sibi intimatam fuisse, die nempe XXV. mensis Januarii divo Paulo sacro.

Manricus in Annal. Cisterc. a nobis citatus anno praecedenti num. XI. animadvertens Baronium non bene utramque Epistolam huic anno

XV.

CHRISTI
1167.

ALEXANDRI III. PAP.
8.

FRIDERICI IMP. 13.
MANUELIS IMP. 25.

Cantuariensi conceditur, & auctoritate confirmatur. Omnibus etiam nobis regni ipsius Episcopis ejusdem auctoritate injungitur, quatenus ei, tamquam Apostolica Sedis Legato humiliter obediamus, & ad ejus vocationem absque contradictione conveniamus, & super iis, quae ad nostrum spectant officium, ei plane respondeamus, & quae statuerit, firmiter observanda suscipiamus. Adicitur etiam, ut omnes, qui beneficia clericorum Archiepiscopi in eorum absentia mandato vestro perceperunt, ad plenam eorum infra duos menses restitutionem, anathematis sententia, omni appellatione remota, compellamus.

Denarium etiam beati Petri a fratribus & Coepiscopis nostris praecipitur exigere, & Nuntiis destinandis ad nos integre consignare. Litteras etiam legationis jam dictae, & litteras Archiepiscopi, quas ad plures transmittit Episcopus, ipsis aut mitti aut praesentare praecipitur, si in nostri status & ordinis integritate ulterius perseverare curamus.

Ad pedes itaque sublimitatis vestrae corde prostrati deposcimus, ne ob magna negotia, quae cura Regia subministrat, respicere desinat ad nos: sed ne in summam nostri ignominiam ex toto redigamur in nihilum, pietate regia provideatis. Quod quidem bene facietis, si mandatis Apostolicis pace vestra obedire concesseritis, & reddito denario beati Petri, & clericis, quae sua sunt, in misericordia vestra restituti, Episcopis omnibus mandaveritis, ut si in litteris Archiepiscopi adversus regni consuetudinem gravamen aliquod intellexerint, ad dominum Papam statim, vel ad Legatos qui diriguntur ad nos, confidenter appellent. Sic enim opus misericordiae perficietis, & nos ab inobedientia reatu conservabitis, & causae nostrae, ne in aliquo detrimentum accipiat, communi omnium appellatione providebitis. Doceat vos Dominus facere.

voluntatem suam, & eam sublevare moveat, quam ad praesens experimur angustiam. Valete dominus meus in Christo charissimus. Ista Londoniensis, delinens parietem absque temperamento, dum remedio appellationis non plena obedientia Regi consulit fore subveniendum.

Thomas autem legationis Apostolicae auctus amplissima potestate, absque mora quae succidenda succidit, & evulsit, quae jam praeter jus falque altas radices fixerant plantae adulterinae: factusque ventilabrum in manu Domini, paleas segregandas a tritico, magno labore suscepit; cum in omnibus non solum Regem ipsum, sed Episcopos tenerit adversarios infensissimos, quos neque beneficiis, neque admonitionibus unquam potuit ad meliorem frugem convertere, sed pateretur contra se apud Regem ipsum pessimos delatores. Ne igitur suo deesse videretur officio; desides excitavit, devios coercuit; quos vero indignos ob patrata facinora invenit Catholicae Ecclesiae communicatione, ut membra putrida a sano corpore secuit. Quae omnia significant litterae ab ipso hoc anno scriptae e Gallia in Angliam ad sibi subiectos Episcopos, quae inter alias ejus epistolas descriptae leguntur. Sic enim se habent: (a)

Thomas Dei gratia Cantuariensis Ecclesiae minister humilis venerabilibus fratribus suis, Londoniensi, ceterisque totius Cantiae provinciae Episcopis, sic transire per bona temporalia, ut non amittant aeterna.

Fratres mei dilectissimi, quare non surgitis mihi adversus malignantes? Ut quid non statis mecum adversus operantes iniquitatem? An ignoratis, quoniam (b) dissipabit Dominus ossa eorum qui bonis placent? confundentur, quoniam Dominus sprevit eos. Satis novis discretio vestra, quoniam error, cui non resistitur, approbatur; & veritas cum minime

XX.
S. Thom.
officium
Legationis implet.

(a) Cod.
Var. l. 1.
p. 96.

S. Thom.
ad suos
epist. correctoria.
(b) Pjal.
52.

strae emendationis argumentum nobis exhibent litterae Joannis Salisberienensis numero penultimo a nobis memoratae, quae, ut probavimus, ipso huius anni exitu scriptae sunt; in iis enim de gestis ab utroque Legato plurima mentio, sicuti & de Colloquio inter Angliae Episcopos & eisdem Legatos inter Gisfortium & Triam habito, de quo tantum sermo est in Annalibus anno sequenti; cum tamen currenti contigerit: Processit Episcopus Londoniensis, inquit Joannes Salisberienensis, & cum in Archiepiscopum suum veneni multum evomisset, obtulit causam suam & aliorum Episcoporum, qui contra memoratum Cantuariensem appellaverant, instans nomine regni & Sacerdotii, ut audiretur & finiretur, & caetera ibidem legenda.

A num. XX. ad XXVI. Baronius refert duas divi Thomae Epistolas, priorae Gilberto Londoniensi, caeterisque Cantiae provinciae Episcopis

XVI.

CHRISTI
1167.

ALEXANDRI III. PAP.
8.

FRIDERICI IMP. 13.
MANUELIS IMP. 25.

me defenditur, opprimitur, videturque recte Gregorio, consentire erranti, qui ad rescanda, quae corrigi debent, non occurrit. Inde est, quod dominum Regem Angliae satis superque sustinimus; nec ullum ex eo sustentiae nostrae affecuta est Ecclesia Dei compendium. Periculosum & intolerabile de caetero nobis visum est, tantos illius, officialiumque suorum circa Ecclesiam Dei & Ecclesiasticas personas excessus, ut hactenus, impunitos relinquere, praesertim cum saepissime Nuntiis & litteris, modisque aliis, prout decuit, studuerimus eum a perverso proposito suo revocare. Et quoniam vix ab eo auditi sumus, nullatenus tamen exauditi: scriptum illud, in quo illae non consuetudines, sed pravitates potius, quibus perturbatur, & confunditur Anglicana Ecclesia, continentur, ipsiusque scripti auctoritatem, invocata Spiritus sancti gratia, publice condemnavimus & cassavimus, universos etiam observatores, exactores, consiliarios, adjutores, seu defensores eorum excommunicavimus: omnesque vos Episcopos a promissione, qua contra constitutionem ecclesiasticam ad earum observationem tenebamini, auctoritate Dei & nostra absolvimus.

Quis enim dubitat, sacerdotes Christi, Regum & Principum, & omnium Fidelium patres & magistros censeret? Nonne miserabilis insaniae esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi constat subjugare? & iniquis obligationibus illum potestati suae subicere, a quo credit non solum in terra, sed & in caelis ligari posse & solvi? Proinde ne in hujus sententiae commissum incidatis: auctoritatem ipsius scripti, ipsumque scriptum cum pravitatibus, quae in ea continentur, irritum duximus & cassavimus, praesertim in his:

1. Quod non appelletur ad Sedem Apostolicam super aliqua causa, nisi licentia Regis.
2. Quod non liceat Archiepiscopo, vel Episcopo exire de regno, & venire ad vocationem domini Papae sine licentia domini Regis.
3. Quod non liceat Episcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in capite, sine licentia Regis, vel terram ipsius, vel officialium suorum sub interdicto ponere.
4. Quod non liceat Episcopo coercere aliquem de perjurio vel fide laesa.

PAGIUS
Eodem anno excommunicati Joannes de Oxenfordia, Richardus de Vellestre & alii.

5. Quod clerici teneantur ad secularia iudicia.

6. Quod laici, sive Rex, sive alii tractent causas de Ecclesiis, vel decimis, & alia in hunc modum.

Denuntiavimus etiam excommunicatum, & ex nomine excommunicavimus Joannem de Oxenford, qui in haeresim damnatam incidit, praestando juramentum schismaticis, quo schisma jam fere emortuum in Alemannia revixit, communicando illi nominatissimo schismatico Reginaldo Coloniae Archiepiscopo. Et quia contra mandatum domini Papae & nostrum, Decanatum Saresberienensis Ecclesiae sibi usurpavit: quod quidem factum tum juri contrarium, tum Ecclesiae Dei exemplo perniciosum, penitus cassavimus, & reddidimus irritum, praecipientes Episcopo Saresberienensi, & Capitulo in virtute obedientiae, & in periculo ordinis sui, ne de caetero visis litteris nostris, ex eo facto cum Decanum haberent.

Similiter Richardum de * Ibelis denunciavimus excommunicatum, & excommunicavimus, ex eo quod in eandem haeresim damnatam incidit, communicando cum Reginaldo Coloniaensi schismatico, machinando etiam & fabricando omnia mala cum schismaticis & Teutonicis illis in perniciem Dei & Ecclesiae, & praesertim Ecclesiae Romanae, ex pactis contractis inter dominum Regem & ipsos.

Excommunicavimus etiam Richardum de Luci, & Jocelinum de * Baillis, qui pravitate illarum auctores & fabricatores extiterunt. Ranulphum etiam de Broc, qui bona Ecclesiae Cantuariensis, quae alimenta de jure sunt pauperum, occupavit, & detinet, hominesque nostros tam Ecclesiasticos quam laicos cepit, & in captione tenet. Hugonem quoque de sancto Claro, & Thomam filium Bernardi, qui ejusdem quoque Ecclesiae Cantuariensis bona & possessiones absque nostra conventia occupaverunt, & tenent, omnesque etiam, qui de caetero in possessiones & bona Ecclesiae Cantuariensis contra voluntatem nostram & consensum manus violentas extendent, eadem excommunicationis sententia innodavimus. Post haec decreta Romanorum Pontificum, quibus ejusmodi excommunicatione damnati perhibentur, & sententia a se lata comprobatur, interferit. Quibus recitatis, ista subjungit: Tibi autem frater Episcopo Londoniensi.

iam excommunicatum, & excommunicavimus, eo quod in eandem haeresim damnatam incidit, communicando eidem Reginaldo Coloniaensi Schismatico. Nominat & aliquos alios a se etiam excommunicatos, quod & in literis ad Alexandrum III. etiam habet. Verum utraque Epistola post mensem Januarii anni superioris, quo mense Legationem suam Episcopo Londoniensi intimavit, data, & praeterea in Episcopo

S. Thom.
excommunicat delinquentes.

XXII.
* Ivice-
stre legit
Roger.

* de Baillol, Roger.

De denario S. Petri.

Lond. Ep. implorat auxilium Regis.

PAGIUS Sed anno elapso, non vero praesenti.

mens in virtute obedientie injungimus, quatenus litteras presentes alitis venerabilibus fratribus & Coepiscopis nostris omnibus de provincia nostra manifeste ostendas. Valete in Christo, & pro nobis orate instanter. Hæc ad Londoniensem, & alios comprovinciales Episcopos. De eadem excommunicatione a se lata idem sanctus Thomas scripsit ad Rothomagensem (a) Archiepiscopum. Insuper & ad ipsum Alexandrum Papam de iisdem (b) litteras dedit, rogans ab ipso confirmari sententiam, quam adversus eos promulgavit: nec non ad Conradum Archiepiscopum Moguntinum, & Episcopum Sabinum scripsit, itemque ad Hyacinthum, & Henricum Pisanum Cardinales. Extant & aliæ litteræ ad Londoniensem Episcopum, aliæ ad Capitulum Londoniense, insuper aliæ ad Robertum Herefordensem Episcopum de eorumdem excommunicatione; eas recitat Rogerius in Annalibus Angliæ anno sequenti. Quas autem ad Alexandrum Papam litteras dedit de Rege Angliæ excommunicando, sic se habent: (c)

(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 142.
(b) Ib. ep. 238.

(c) Id. ib. XXIV.

S. Thomæ litteræ ad Alexand. Pap.

Amantissimo Patri & domino Alexandro Dei gratia summo Pontifici Thomas Cantuariensis Ecclesiæ humilis minister debitam & devotam obedientiam. Satis superque satis sustinui, Pater amantissime, correctionem Regis Angliæ expectans, nec ullum omnino patientiæ meæ fructum obtinui: quin potius detrimentum & exterminium auctoritatis & libertatis Ecclesiæ Dei, dum incaute sustineo, cumulo. Conveni eum multoties per Nuntios religiosos & idoneos, & ad debitam satisfactionem frequenter invitavi: litteris etiam quarum transcripta vobis misi, divinam ei severitatem & ultionem, nisi respiceret, intimavi. Ipse vero magis ac magis procedit in deterius, conculcans & deprimens Ecclesiæ Dei: sed & personam meam, & eos qui mecum exulant, adeo persequens, ut etiam beneficia servorum Dei, qui nobis Dei & vestri causa vicualia provident, minis & terroribus suis auferre conetur. Scripsit enim Abbati Cisterciensi, quod sicut Abbatis Ordinis que in ipsius potestate sunt, diligit: ita nos a beneficio & familiaritate Ordinis faciat alienos. Quid multis? Eo usque sub patientia nostra tam ipsius Regis quam officialium suorum profecit duritia, ut si multitudo virorum quantumlibet religiosorum rem vobis, ut est, interpositis etiam juramenti assereret: miror, si vel sic eorum assertioni credulitatem aliquam vestra sanctitas adhiberet. Hæc igitur cum an-

PAGIUS

Epistola ad Episcopum Londoniensem loco, Richardi de Ibes, in editione Lupi nominati, legendum, ut in Epistola ad Alexandrum III. vel Richardum de Velcestre, vel Richardum sue-

setate mentis attendens, & periculum tam Regis, quam vestrum considerans, perniciosas illas non tam consuetudines, quam perversitates, vel pravitates, quibus perturbatur & confunditur Anglicana Ecclesia, scriptum & auctoritatem scripti quo fuerant confirmata, publice condemnavi, tam observatores, quam exactores, & patronos earum fautores etiam & consiliarios, seu adjutores quicumque fuerint, sive clerici, sive laici, generaliter excommunicans, & Episcopos nostros a juramento, quo ad earum observantiam violenter astricti fuerant, absolvens. Sunt autem hæc, quæ in scripto illo specialiter condemnavi.

1. Quod non appelletur ad Sedem Apostolicam, qualicumque de causa, absque assensu Regis.
2. Quod non liceat Episcopo coercere aliquem de perjurio, vel fide lesa.
3. Quod non liceat Episcopo excommunicare aliquem, qui tenet aliquid de Rege in capite, vel terram ejus, vel officialium suorum sub interdicto ponere absque licentia Regis.
4. Quod clerici vel viri religiosi trahantur ad secularia judicia.
5. Quod laici sive Rex, sive alii, trahant causas de Ecclesiis vel decimis.
6. Quod non liceat Archiepiscopo, vel Episcopo exire de regno, & venire ad vocationem domini Papæ sine licentia Regis & alia in hunc modum.

Nominatim autem excommunicavi Joannem de Oxeneford, qui communicavit schismatico, & excommunicato illi Reginaldo Colonienfi: quique contra mandatum domini Papæ & nostrum, usurpavit sibi Decanatum Saresberienfis Ecclesiæ, & in Curia Imperatoris pro schismate renovando præstitit juramentum. Similiter & Richardum de Iwecestre denuntiavimus & excommunicavimus, eo quod inciderit in eandem heresim damnatam, communicando famosissimo illi schismatico Colonienfi; machinando & fabricando omnia mala cum schismaticis & Teutonicis illis, in perniciem Ecclesiæ Dei, maxime Ecclesiæ Romanæ, ex pactis contractis inter Regem Angliæ & ipsos, & Richardum de Luci, & Jocelinum de Biliol, qui regie tyrannidis fautores, & hereticarum pravitatum illarum fabricatores extiterunt. Ranulphum etiam de Broc, & Hugonem de sancto Claro, & Thomam filium Bernardi, qui possessiones & bona Ecclesiæ Cantuariæ, absque licentia & consensu nostro sibi usurpaverunt. Excommunicavimus etiam omnes, qui in possessiones & bona Ecclesiæ Cantuariæ manus contra voluntatem

XXXV. Nomina item excommunicatorum.

cestre, ut Baronius num. XXII. ex Rogerio Hovedeno recte observat; nomen enim illud varie corruptum fuisse comperimus.

tem & assensum nostrum extendant. Ipsam tamen Regem nondum personaliter excommunicavimus, adhuc expectantes correctionem ejus; quem tamen excommunicare non differemus, nisi celeriter resipuerit, & ex his qua fecerit, apprehenderit disciplinam. Ut ergo, beatissime Pater, Apostolica Sedis auctoritas, & Ecclesiæ Dei libertas, quæ in partibus nostris tota fere deperit, utcumque valeat instaurari: necesse est & modis omnibus expedit, ut quod a nobis gestum est, ratum omnimodis habeatis, & litteris vestris confirmetis. Valeat & vigeat sanctitas vestra.

XXXVI.

(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 139. Cur S. Thom. paratus excommunicare Reg. de-stitit.

Cur autem sanctus Thomas non excommunicaverit Regem, jam paratus id facere, & id ipsum timentem magnopere, Joannes Saresberienfis in epistola (a) ad Episcopum Oxoniensem ita describit: Accitis nuper ad colloquium Chionense magnatibus suis cum familiaribus, qui rerum malarum industriam habere dignoscuntur & usum, & sapientes sunt, ut dissent & faciant mala: studiosus inquisivit cum præmissis minis, & obtestatione quamplurima, quoniam consilio sibi utendum esset adversus Ecclesiam, de Cantuariensi Archiepiscopo gravissime conquerens non sine gemitibus & suspiriis multis, & (ut tunc præsentibus postea retulerunt) lacrymatus est dicens, quod idem Cantuariensis ei corpus & animam pariter aufurret. Tandem dixit, quod omnes proditores erant qui eum adhibita opera & diligentia, ab unius hominis infestatione volebant expedire. Ad hæc dominus Rothomagensis aliquantulum excanduit, adversus hæc corripuens eum, mitius tamen, more suo, in spiritu lenitatis, cum causa Dei magis exigeret, severitatem & auctoritatem pontificis, verbo languescentis rationis & fidei fuisse adhibitam. Erat autem dolor acerbior urgente metu, quem conceperat ex litteris, quas dictus Cantuariensis illi & matri suæ transmiserat, quarum exemplum vobis transmittitur. Timebat quidem, & merito, ne in terram ejus interdicti, & in personam ejus anathematis sententia citissime ferretur & auctoritate & manda-

PAGIUS XVII. Colloquium Chionense anno præcedenti habitum.

A num. XXVI. ad XXX. Epistola Joannis Salisberienfis a Baronio recitata in editione Lupi est ordine CXL. libri primi; & in Baronio CXXXIX. ejusdem libri; dataque non ad Episcopum Oxoniensem, ut legitur apud Baronium, sed ad Episcopum Exoniensem, Bartholomæum appellatam, cujus frequens mentio in Epistolis divi Thomæ. Neque, ut videre est apud Goduinum in Præfationibus Angliæ, Oxonium ante Henricum VIII. Angliæ Regem, civitas Episcopalis fuit. In ea Epistola I. Salisberienfis loquitur de Colloquio Chionensi, in quo Angliæ Rex, veritus a S. Thoma excommunicari, ad Papam appellavit, missique Lexoviensis & Sagiensis Episcopi ad Sanctum Thomam, ut appellatione interposita, usque ad

to summi Pontificis. Cum ergo his angustiis premeretur, Lexoviensis, Episcopus unum dixit esse remedium, imminens sententiam appellationis obstacula præpedire.

Et ita nescio quo pacto (nisi quia veritas ventilata plus pollet, & justitia, quo magis concutitur, eo amplius convalescit) dum Rex per avitas consuetudines appellationum jus evacuare conatur; magis confirmat, dum ipsemet pro capite suo ad appellandi refugium cogitur evolare.

Ab illo ergo consilio egressi sunt a facie Dei & Regis sui Lexoviensis & Sagiensis Episcopi, ad sæpe dictum Cantuariensem properantes, ut appellatione interposita, usque ad octavas Paschæ suspenderent sententiam ejus. Rothomagensis quoque cum eis profectus est, non quidem appellaturus, ut ait, sed de pace, quam desiderabat, tractaturus. Archiepiscopus vero noster in procipectu ferenda sententia constitutus, iter arripuit ad urbem Suesionum orationis causa, ut beate Virginis, cujus ibi memoria celebris est, & beato Dransio, ad quem confugiunt pugnant, & beato Gregorio Anglicanæ Ecclesiæ fundatori; qui in eadem urbe requiescit, agonem suum precibus commendarent. Est autem beatus Dransius gloriosissimus Confessor, qui sicut Franci & Lotharingi credunt, pugiles, qui ad memoriam ejus pernoctant, reddunt invictos; ut & de Burgundia, & Italia in tali necessitate confugiatur ad ipsum: nam & Robertus de Momfort ibi pernoctavit adversum Henricum de Essex dimicaturus. Sic ergo Domino facente, elusa est sollicitudo regum Episcoporum: quia cum venissent Pontiniacum, Archiepiscopum, quem appellarent, non intulerunt, sed frustrati a proposito suo reversi sunt, queruli quod sua consumperant, laborarant, & non profecerant.

Archiepiscopus vero cum in præfatis Sanctorum memoris triduo pernoctasset, die prima post Ascensionem versus Vitzelliacum properabat, ut ibi in die Pentecostes in Regem & suos anathematis sententiam daret. Sed nutu divino contigit, ut

octavas Paschæ suspenderent sententiam ejus. Verum Epistola illa anno superiori data, eodemque conventus Chionensis, de quo ibidem num. IV. & seq. egimus, celebratus. Ad annum etiam superiorem, & ad conventum Chionensem pertinet Epistola CLXVII. libri primi a Baronio num. XXIX. memorata, in qua Joannes Salisberienfis Bartholomæo Exoniensi Episcopo scribit, Divum Thomam locutum esse cum clerico Joannis de Oxeneford apud Pontiniacum, qui se Regis ad Archiepiscopum verbum habere dixit: appellans ex parte & nomine Regis, & mandato ejus, ut ajebat, eundem Archiepiscopum ad audientiam Domini Papæ Alexandri, & per eum appellabat, diem præfigens, qua cantabitur; Ego sum Pastor bo-

Appellat Rex ad Papam iusto Dei iudicio.

XXVII.

Suesionem peregrinatur S. Thom.

XXVIII.

ut dum esset in Ecclesia Reginatensi, sexta feria jam dictam precedente solemnitate, nuntiatum ei esset certissime & verissime, quod Rex Angliæ gravissima laborabat infirmitate: qui & ad colloquium Regis Francorum, quod miro desiderio & magnis muneribus expetierat, non venerit, sed miserit excusatores Richardum Pictaviensem, & R. de Humaz, qui hanc causam absentiae ejus, praestito juramento, volebant astruere. Hac ergo ratione, cum hoc per Nuntios Regis Franciæ, innotuisset Archiepiscopo, in Regem ferre sententiam distulit. Hæc Joannes Saresberienfis de dilata excommunicatione in Regem. Pergit vero dicere de excommunicatione tunc ab eo lata adversus eos, quos legitimus in litteris ad Londoniensem nominatos, & de pravis consuetudinibus ab eo ibidem condemnatis, & quod rursus ultimo & peremptorio Regem commonuerit, iteratis ad eum litteris: Regem vero, inquit, quem ante per litteras & Nuntios secundum regiam dignitatem, & morem Ecclesiæ vocaverat ad satisfactionem, publica vocatione ad fructum penitentiae invitavit, comminans se in eum laturum sententiam anathematis in brevi, nisi respuerit, & de tantis adversus Ecclesiam ausis satisfecerit: quod tamen non nisi invitatus faceret, nec esse aliquem domesticorum suorum, qui ad latonem hujus sententiæ pronus sit. De qua sententia adhuc suspensa idem S. Thomas in epistola (a) ad Alexandrum Papam habet ista: In personam Regis nondum sententiam dedimus, daturi forsitan, nisi respuerit, & ex his quæ fecimus, apprehenderit disciplinam. Hæc ipse.

(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 138.

XXIX. (b) lb. ep. 166. De appellatione interposita ab Episc.

At quomodo idem Rex hoc timens, appellationem interposuit, indicant (b) litteræ Joannis Saresberienfis ad Episcopum Exoniensem, qui his verbis incipit ab appellatione Episcoporum: Quod ad publicum vero statum, hæc postea multorum assertione vulgata sunt, omnes Episcopos Angliæ ex mandato Regis convenisse, & ne sententia, quam dominus Papa dictaverat, locum haberet, appellasse contra Archiepiscopum suum, qui pro salute eorum & libertate Ecclesiæ facultates raptoribus . . . fortunam non erubescit aut timet. Venerunt ad eum nuper clerici duo (sicut mihi pro certo relatum est ab eo qui tunc erat Pontiniaci) hæc

PAGIUS

num. ., Dominica illa secunda est post Pascha, annoque precedenti, quo Epistola illa scripta, incidebat in diem octavum mensis Maii. A num. XXX. ad XLVIII. Episcopi D. Thomæ Cantuariensis suffraganei Conc. Londoniæ coacto ad Alexandrum III. de sententiis a divo Thoma latis appellarunt, datis ad eundem Sanctum Præfulem literis a Baronio

publicantes, & appellantes, unus ex parte domini Saresberienfis Episcopi, alter ex parte Decani sui, inficiantes omnino, se juramentum aliquod præstitisse Imperatori, vel Reginaldo Colonienfi schismatico in aliquo communicasse. Idem etiam, confitens se clericum familiarem de mensa magistri Joannis de Oxeneford, qui clericus Regis est, se Regis ad Archiepiscopum verbum habere dixit, appellans ex parte & nomine Regis, & mandato ejus (ut agebat) eundem Archiepiscopum ad audientiam domini Papæ Alexandri, & per eum appellabat, diem præstigans, qua cantabitur: Ego sum pastor bonus. Archiepiscopus vero in hæc verba respondit: Tu cum ignotus nobis sis, nec mandatum nec litteras Regis habeas, & ex communicatione domini tui Joannis de Oxeneford, quem excommunicatum esse constat per litteras domini Papæ, excommunicatus sis: appellantis officium implere non potes. Nos autem mandatum Apostolicum exequemur, & Deo auctore, implebimus. Et paulo post: Cæterum factum istud Episcoporum Francia tota miratur, dicens, eos oportuisse convenire, ut tractarent de salute Regis sui, quem sicut Imperatores ex causa schismatis, ita propter Clerum & Ecclesiam quam collidit, quotidie labefactari conspiciunt. Hæc ipse.

De appellatione interposita a Rege

Episcopi autem Angliæ suffraganei sancti Thomæ litteris ejusdem sui Archiepiscopi, Apostolica legatione fungentis exagitati, resilientes; haud (ut par erat) parere mandatis, salubres admonitiones suscipere, Catholica Ecclesiæ utilitati consulere, vendicantes eam a miserrima servitute, studuerunt; sed ex adverso oppositi, pro Rege contra ipsum scriptis, verbis, factisque repugnant. Ac tantum abest, ut (quod eorum muneris erat, ad quod & suis eos litteris concitaverat ipse Sanctus) adversus Regem pro Ecclesia starent, redarguerent, & comminarentur, ostentantes quæ in arcu sagittæ paratæ erant ad feriendum, censuras nimirum Ecclesiasticas ab Ecclesia Romana vigore Apostolico prodeuntes: ut potius adversus eundem pro Ecclesiastica libertate pugnantem sanctissimum virum bella cierent, telis appeterent jurgiorum in scandalum omnium ista audientium orthodoxorum Episcoporum, præsertim vero prope existentium Francorum Antistitum, penes quos idem glorio-

XXX. Episcopi Angliæ adversantur S. Thomæ.

a num. XXXI. ad XLIII. relatis. Reliqui Angliæ Episcopi appellarunt etiam Romanum Pontificem adversus Sanctum Thomam, quorum litteras ad eundem Papam datas recitat Baronius num. XLIII. & seqq. Verum utraque appellatio ad annum precedentem retrahenda, quo jam de Concilio Londoniensi egimus.

Concil. London. ad an. superiorem pertinet.

(a) Psal. 130.

riofus Confessor Thomas securus ageret. Egerunt isti primum omnium litteris, & quidem ejusmodi, ut de illis illud Davidicum dici possit: (a) Venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Cum tamen videri voluerint pii atque pacifici, charitatis studiosi, solliciti fraternæ concordia, illos opere imitantes, de quibus (b) Psalmus occinit: Molliti sunt sermone ejus super oleum, & ipsi sunt jacula. Senties tu ista melius ex lectione epistolarum ipsorum, quas hoc anno scripsere. Erat omnium coryphæus Londoniensis Episcopus, ipseque auctor epistolarum, licet scriberet nomine omnium suffraganeorum Antistitum. Extant ipse sive a Rogerio in Anglorum Annalibus recitata, sive ex volumine epistolarum, quas codex Vaticanus exhibet copiosas, acceptæ; atque primum omnium accipe eas, quæ primo loco post recitatas superius litteras scriptæ esse noscuntur: sic enim se habent:

(b) Psal. 134.

XXXI. Angliæ Episc. ad S. Thom.

Venerabili patri ac domino Thomæ Dei gratia Cantuariensi Archiepiscopo suffraganei ejusdem Ecclesiæ Episcopi, & personæ per eorumdem dioceses locis variis constitutæ, debitam subiectionem, & obedientiam.

Quæ vestro, Pater discessu in longinqua, inopinata rei ipsius novitate turbata sunt, vestra sperabamus humilitate, & prudentia in pacis pristina serenitate, cooperante divina gratia, revocari. Erat quidem nobis solatio, quod post discessum vestrum ad omnes, fama divulgante pervenit: vos scilicet in transmariis agentem, nil altum sapere: vos in dominum nostrum Regem, aut regnum ejus nulla machinatione insurgere, sed sponte susceptum paupertatis onus cum modestia sustinere, lectioni & orationi insistere, præteritorumque jacturam temporum jejuniis, vigiliis, lacrymisque redimere, & spiritualibus occupatum studiis, ad perfectum beatis virtutum incrementis ascendere. Ad pacis bona reformanda vos studiis hujusmodi gaudebamus insistere: ex quibus spes erat, vos in cor domini Regis nostri hanc posse gratiam desuper evocare, ut vobis iram suam regia pietate remitteret, & illatas in discessu, & ex discessu vestro injurias ad cor de cætero non revocaret. Erat amicis vestris & benevolis ad ipsum aliquis accessus, dum hæc de vobis audirentur, & ob conciliandam vobis gratiam supplicantes benigne quemque sustinuit. Jam vero quorundam relatione didicimus quod ad memoriam anxie revocamus, vos scilicet in eum comminatorium emisisse, quo salutationem omittitis, quo non ad obtentam gratiæ consilium, precesve porrigitis, Ann. Eccl. Tom. XIX.

quo non amicum quid sentitis, aut scribitis, sed intentatis minis interdictum, aut præcisionis elogium in eum jam dicendum fore multa severitate proponitis. Quod si quam dure dictum est, tam fuerit severe completum: quæ turbata sunt, non jam speramus ad pacem redigi, sed in perenne quoddam odium & inexorabile pertimescimus inflammari. Rerum vero finem prudentia sancta considerat, dans operam sollicitè, ut quod prudenter incubat, bono quoque sine concludat.

Advertat itaque (si placet) discretio vestra, quo tendat, an conatibus hujusmodi finem queat obtinere, quem optat. Nos quidem bis ausis a spe magna cecidimus & qui pacis obtinendæ spem quandoque concepimus, ab ipsis jam spei luminibus gravi quadam desperatione repellimur. Et dum velut extracto gladio pugna confertur, pro vobis supplicandi locus utique non invenitur. Unde patri scribimus ex charitate consilium, ne labores laboribus, injurias superaddat iniuriis: sed ommissis minis, patientiæ & humilitati inferviat, causam suam divinæ clementiæ, domini sui gratiæ & misericordiæ committat, & sic agendo carbonem ignis in multorum capita coaceruet & congerat. Accenderetur hoc modo charitas, & quod minæ non poterant, inspirante Domino, bonorumque consilio suadente, sola fortasse pietas obtineret. Bonum magis erat de paupertate voluntaria gloriose laudari, quam de beneficii ingratitude ab omnibus in commune notari. Infedit alte cunctorum mentibus, quam benignus dominus noster Rex vobis extiterit, in quam vos gloriam ab exili protulerit, & in familiarum gratiam tam læta vos mente susceperit, ut dominationis suæ loca, quæ a boreali Oceano Pireneum usque porrecta sunt, adeo potestati vestra cuncta subjecerit, ut in his solum hos beatos reputaret opinio, qui in vestris oculis poterant complacere. Et ne vestram gloriam mobilitas posset mundana conterere, vos in his, quæ Dei sunt, voluit immobiliter radicare. Et disjuncta matre sua, regno reclamante, Ecclesia Dei, quoad licuit, suspirante & ingemiscente, vos in eam, qua præestis, dignitatem modis omnibus studuit sublimare, sperans se de cætero regnare feliciter, & ope vestra & consilio summa securitate gaudere. Si ergo securim accipit, unde securitatem sperabat, quæ de vobis erit in cunctorum ore narratio? Quæ retributionis hæcenus inaudita remuneratio vel rememoratio? Parcatis ergo (si placet) famæ vestræ, parcatis & gloriæ, & humilitate dominum nostrum, filiumque vestrum charitate vincere studeatis. Ad quod si nostra vos monita movere nequeunt, debet saltem summi Pontificis & sanctæ Romanæ Ecclesiæ

XXXII.

XX

dilectio & fidelitas inclinare. Vobis enim suaderi debet e facili, ne quid attentare velitis, quod laboranti jam diu matri vestra labores augeat, quo ne mul- torum inobedientiam deploranti, in eorum, qui obediunt, amissione dolor accrescat.

Quid enim si vestra (quod absit) exacerbatione, vel opera dominus noster, quem largiente Domino, populi sequuntur & regna, a domino Papa receperit, ipsun- que fortassis adversum vos solatia denegantem, sequi de cetero declinaverit? Ipsum namque in hoc, quae supplicationes, quae dona, quot quantave promissa sollicitant? In petra cum bucusque firmus persistit, & totum, quod mundum offerre potest, victor alta mente calcavit: unum nobis timori est, ut quem oblata divitiae, & totum quod in hominum gloria pretiosum est, flectere nequiverunt: animi sui valeat indignatio sola subvertere. Quod si per vos acciderit, in threnos Jeremiae totus ire, & lacrymarum fontem oculis vestris de cetero negare nulla quidem ratione poteritis.

XXXIII.

Revocetis itaque, si placet sublimitati vestrae, consilium, domino quidem Papa, & S. R. E. vobis etiam si placet advertere, modis omnibus, si proceperit, obfuratorum. Sed qui penes vos alta sapiunt, vos forte hac via progredi non permittunt. Hortantur experiri in dominum nostrum Regem, quis sitis, & in omnia quae sua sunt, potestatem exercere qua praestis. Quae nimirum potestas peccanti timenda est, satisfacere nolenti formidanda. Dominum vero Regem non quidem peccasse numquam dicimus; sed semper Domino paratum satisfacere, confidenter dicimus, & praedicamus. Rex a Domino constitutus paci providet subditorum per omnia: ut hanc conservet Ecclesiam & commissis sibi populis, dignitates Regibus ante se debitas & exhibitas sibi vult exhiberi & exigit. In quo si inter ipsum & vos aliqua oborta est contentio, a summo super hoc Pontifice paterna gratia per venerabiles fratres nostros Londoniensem, & Herefordensem Episcopos conventus & commonitus, non in caelum os suum posuit, sed de omnibus in quibus Ecclesia, vel Ecclesiastica persona quaecumque se gravatam ostenderet, se non alienum querere, sed Ecclesiae regni sui pariturum iudicio humiliter & mansuete respondit. Quod quidem & factis implere paratus est, & dulce reputat obsequium, cum monetur, ut corrigat, si quid offenderit in Deum. Nec solum satisfacere, sed & si jus exigat, in hoc satisfacere paratus est. Sed & satisfacere, satisque facere volentem Ecclesiae se iudicio in bis, quae Ecclesiae sunt, nec in modico subtrahentem, colla Christi iugo subdentem: quo jure, qua lege, quo-

ve canone, aut interdicto gravabitur, aut securi, quod absit, Evangelica praecideris? Non impetu quidem ferri, sed iudicio prudenter regi, laudabile est. Unde nostrum omnium una est in commune petitio, ne consilio praecipiti mactare pergatis, & perdere: sed commissis ovibus, ut vitam, ut pacem, ut securitatem habeant, paterna studeatis gratia providere.

Movet quidem nos omnes, quod in XXXIV.

fratrem nostrum dominum Saresberiensem Episcopum, & Decanum ejus praepostere, ut quidam aestimant, nuper actum audivimus. In quos suspensionis, aut damnationis poenam ante motam de culpa controversam, calorem, ut videtur, iracundiae, plusquam iustitiae secuti tramitem, intorsistis. Ordo iudiciorum novus hic est, bucusque legibus & canonibus, ut speramus, incognitus, damnare primum, & de culpa postremo cognoscere. Quem, ne in dominum nostrum Regem, & regnum ejus, nec in nos & commissas nobis Ecclesias & parochias, in domini Papae damnationem & S. R. E. dedecus & detrimentum, vestraeque confusionis augmentum non modicum exercere tentetis & extendere, remedium vobis appellationis opponimus: & qui contra metum gravaminum, in facie Ecclesiae, viva jam dudum voce, ad dominum Papam appellavimus; iterato jam nunc ad ipsum scripto etiam appellamus, & appellationi terminum diem Ascensionis Dominicae designamus: quanta quidem possumus devotione supplicantes ut inuito salubriori consilio vestris, ac nostris laboribus, expensisque parcatis, causamque vestram, in hoc, ut remedium habere queat, ponere studeatis. Valere vos optamus in Domino Pater.

Hactenus Londoniensis Episcopus cum collegis comprovincialibus; quibus S. Thomas ista rescripsit: (a)

Thomas Cantuariensis Ecclesiae humilis minister Gileberto Episcopo Londoniensi, quod semel, hoc iterum, sic transire per bona temporalia, ut non amittat aeterna.

Mirandum & vehementer stupendum est, virum prudentem, sacris litteris eruditum, praesertim religionem habitu praeferentem, adeo manifeste, ne dicam irreverenter, & timore Dei postposito, adversari veritati, iustitiae resistere, & ad omne fas nefasque confundendum, statum sanctae Ecclesiae, quam ipse fundavit Altissimus, velle evertere. Veritas enim est, quae dicit: (b) Porta inferi non praevalebunt adversus eam. Non sani igitur capitis esse dignoscitur, qui intendat ei ruinam, & homini similis, montem magnum sive circumligatum tentanti deicere. Sed numquid ira vel odio deferbuit, ut exacerbatus jaculari compellar bujusmodi verba in fratrem meum & collegam, & coc-

(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 108.

XXXV. S. Thomae ad London. Ep. respon- sio.

(b) Mat. 16.

& coepiscopum meum? absit. Sed de libertis tuis, quas per Archidiaconum tuum destinatas accepi, talia colloqui. Neque enim de spinis uvas, aut de tribulis ficus colligere potui. Ut clareat an ita sit, proponamus eas, & continentiam earum in lucem proferamus. Finis collatus principio, similitudinem scorpionis conformat. Illud blandiens ad nos ingreditur; ille pungens nos acerbe, silentium nobis imponere machinatur. Quid enim aliud est, primo recognoscere debitam nobis subiectionem, & subiectioni coherentem obedientiam promittere, demum ne obedire debeas, ad appellationem convolare? Numquid apud me sunt, est, & non, dicit Apostolus? Sed neque apud Apostoli deberent esse discipulum. Necessario acceperunt Discipuli a Domino potestatem calcandi super serpentes & scorpiones. Habitat (a) Ezechiel & hodie cum scorpionibus.

(a) Ezech. 2. XXXVI.

Et illud vide quo sensu dixeris: Ad appellationis remedium confugimus. Christi sequelam te dicis. In hoc dicto secus invenieris. Omnium enim malorum nostrorum efficax, immo efficacissimum remedium commendavit nobis (b) Christus obedientiam, non solum verbo, sed evidentissimo exemplo, factus obediens Patri suo usque ad mortem: & tu qua fronte appellas remedium, obedientiae impedimentum? quod non remedium, sed detrimentum rectius habet nominari. Sed & hoc qua fiducia praesumis. Sperasne te habiturum defensorem ad non obediendum illi, qui vindicandi in omnem inobedientiam & officium accepit & praecipit? Male hoc est sperare de eo, & in ipsum graviter offendere. Poterant & retardare ab hujusmodi praesumptione, quas jam passus es, prima, & secunda repulsio. Viva quippe vox tua primum, & deinde litterae tuae ad persuadendum compositae expertae sunt, quam firmiter stet, quam veraciter sit Vicarius Petri, quem non precibus, non donis, nec commonitionibus, vel promissis movere potuisti. Sed tertio attentandus est, ut domini sui exemplo (c) tertia attentatione triumphum reportet.

(b) Phil. 2.

(c) Joan. 21.

Porro ut nihil deesset gravaminis, defixisti terminum tuae appellationi, anni fere spatium. Nec misertus es nostri exilii, vel laboris sanctae Ecclesiae Sponsae Christi, quam ipse suo sanguine acquisivit. Et ut haec mittam (non omittenda tamen) providere debueras, cui te favore dicis, domino nostro Regi, qui quam diu sic ager in nos, vel in Ecclesiam Christi, nec ad bella procedere, nec in pace degere sine periculo animae suae poterit. Ad reliqua transeamus.

XXXVII.

Quadam turbata esse commemoras in discessu, & ex discessu nostro. Timeant Ann. Eccl. Tom. XIX.

hujus perturbationis auctores & consiliarii, ne & ipsi perturbentur. Magnis me laudibus extollis, quasi de bono principio meae peregrinationis. Et quidem sapientis est, famam non negligere: sed discreti est, nulli magis de se, quam sibi credere. De injuriis insimulor quasi illatis domino nostro Regi. Sed quia nullam designas ex nomine, nec ego scio cui respondere debeam. Quia ergo superficie tenus accusor, superficie tenus in hac parte me excuso. Hoc tamen interim accipe responsum: Quia nullius mihi conscius sum, nec propterea justificatus sum. De comminatorio miraris, quod nos in eum emisimus. Quis pater videt filium aberrare, & tacet? Quis virga non percutit, ne gladium incurrat? Desperat pater de filio, quem comminatione non corripit, vel flagello. Absit autem, ut tecum sentiamus, dominum nostrum impatientem correptionis, ad exterminationem apostasiae lapsurum. Non enim Patris caelestis plantatio eradicabitur. Navem concutit severissima tempestas: clavum teneo; & ad somnum me vocas?

XXXVIII.

Congeris & statuis ante oculos nostros beneficia nobis a domino nostro Rege collata & de exili me commemoras ad summa provehctum. Ut autem hinc aliquantisper respondeam, in insipientia mea tamen de quam exili putas? Si tempus, quo ministerio suo me praestituit, respicias, Archidiaconatus Cantuariensis, Praepositura Beverlaci, plurimae Ecclesiae, praebendae nonnullae; alia etiam non pauca, quae nominis mei erant possessio, tunc temporis, adeo tenuem, ut dicis, quantum ad ea quae mundi sunt, contradicunt me fuisse. Quod si ad generis mei radicem, & progenitores meos intenderis, cives quidem fuerunt Londoniae in medio concivium suorum habitantes sine querela, nec omnino infirmi. Sed ut aliquando mundi tenebris semotis judicemur a lumine veritatis: quid gloriosius, nasci de mediocribus vel etiam infirmis, an de mundi magnatibus & honoratis? cum dicat Apostolus: (d) In- vestitura corporis nostri membra abundantiori circumdamus honore; stemmata quid faciunt, ait Gentilis poeta. Quid habes dicere Christianus Episcopus litteratus & religiosus?

(d) 1. Cor. 12.

Sed fortassis de exiguitatis meae memoria notam confusionis mihi obicere voluisti: confundere autem patrem quantum cedit in reatum, ipse videris ex (e) pra-

(e) Exod. 20.

cepto Domini, quod de honorando patre accepisti. Pro gratia vero Regis nobis commendanda, commemoratione beneficiorum ejus non multum fuit laborandum. Testem enim Dominum invoco, nihil sub Sole me gratiae ipsius, & saluti praepone; tantum salva sint, quae Dei sunt & sanctae Ecclesiae. Non enim aliter feliciter regna-

XXXIX.

re poterit, vel secure. Esto, quia ita est. Multo sunt plura & ampliora, quam tua explicet oratio, beneficia ejus erga me: debuine pro his omnibus vel etiam, si conduplicarentur, Ecclesie Dei libertatem exponere? Quanto minus pro fama mea, qua sapius a vero deviat, conseruatione. Si mitius in alios egi: in hoc nec tibi, nec aliis parco, neque Angelo, si descenderit de caelo, sed statim ut audiret talia commonentem, audiet ex me: (a) Vide retro Satbana, non sapius, qua Dei sunt. Absit a me ista dementia: avertat a me Dominus amentiam istam, ut aliquatenus persuadeat aliquibus tergiversationibus inire commercium de Corpore Christi, unde ego Judae venditori, & Dominus meus Judaeis assimilatur emptoribus Christi.

De promotione vero mea, quam scribis factam, matre domini nostri dissuadente, regno reclamante, Ecclesia Dei, quoad licuit, suspirante; haec tibi respondeo. Quod ad regni reclamationem, non audiuimus, sed potius acclamationem. Dissuasio vero genitricis domini nostri si fuit, usque ad publicum non prodit. Potuit autem fieri, aliquas Ecclesiasticas personas, ad eandem promotionem, ut solet, aspirantes suspirasse, cum se sentirent ab ea, quam conceperant spe decidere. Qui & hodie fortassis in ultionem sui casus, praesentis dissensionis auctores sunt & consiliarii. Sed vae illi per quem scandalum venit. Praetaxatis vero obstaculis, & aliis, si qua fuerunt, divina praevaluit dispensatio, ut est hodie cernere. Exigor itaque ab eo, qui est ipsa justitia, nulli omnino eum postponere, qui me statuit in gradu isto sua miseratione. Illud etiam, quod ad justificandum dominum regem videris proposuisse, judicavimus non praetereundum leviter, vel absque discussione. Et utinam a justitia non dissentiret, & nostra adversus eum minus justa appareret querela!

Dicis enim ipsum esse ad satisfaciendum, & semper fuisse paratum. Hoc te confidenter dicere, hoc te asseris predicare. Sustine igitur paulisper, & ad interrogata responde. Illud quod dicis, paratum esse ad satisfaciendum, quo sensu intelligis? Illos, quorum se Deus dicit patrem, & judicem, orphanos, viduas, pupillos, innocentes, & omnino hujus, qua nos movet, controversia ignaros, vides proscrubi, & taces: clericos exterminari, & non reclamari: alios bonis suis spoliari, & contumeliosis affici, & non contradicis: servientes meos in vincula conici, & teneri, & obmutescis: matris tuae Cantuariensis Ecclesiae bona diripi, & non resistis: me patrem tuum gladios cervicibus meis jamjam imminentes vix evasisse, & non doles: sed quod deterius est, cum

persecutoribus meis, & in me, Deo & Ecclesiae ipsius, & hoc non in occulto stare non erubescis. Estne hoc satisfacere, perpetrata mala non corrigere, & malis deteriora de die in diem adicere? Sed fortassis illud in contrarium intelligis, ut sit hoc satisfacere, voluntati impiorum deservire, secundum illud: (b) Inebriabo sagittas meas sanguine. Sed dicis mihi: Pater mi, de quibus me calumniaris? absolvo me paucis: tunica mea timeo. Verum est, mi fili, & nimis verum, quod respondes, & ideo gladium non habes.

Quod enim scribis, ipsum paratum stare judicio regni sui, quasi condigna satisfactio sit haec: quis est in terra, vel etiam in caelo, qui de divina dispensatione praesumat judicare? Humana judicentur; divina penitus inconcussa remaneant, & relinquuntur. Quanto melius, frater mi, illi subrius, tibi securius, intimare ei, persuadere omnibus modis elaborares voluntatem Dei de conservanda pace Ecclesiae suae, de non appetendis his, qua concessa non sunt ejus administrationi, de honorandis sacerdotibus Dei, nec qui sunt attendat, sed cuius servi sunt. In Saresberiensem Episcopum, & Joannem Oxensfordensem, non Decanum, ut dicis, sed Decanatus invasorem, me praesudicio absum calumniaris: sed meminisse debuisti, quaedam manifesta praecedere ad iudicium. Et motum te dicis, quid ni? Ucalegon trepidat, paries cum proximus ardet. Et utinam bene movearis ab eo, in quo non bene stetit. Sciat ergo, & intelligat, te intimante, dominus meus, quod qui dominatur in regno hominum, sed & Angelorum, duas sub se potestates ordinavit, Principes & Sacerdotes; unam terrenam, alteram spirituales; unam ministrantem, alteram praeminentem; unam cui potentiam concessit, alteram cui reverentiam exhiberi voluit. Qui vero his, vel illis de suo jure subtrahit, Dei ordinationi resistit. Non indignetur itaque dominus noster deferre illis, quibus omnium summus deferre non dedignatur, deos appellans eos saepius in sacris litteris; sic enim dicit: (c) Ego dixi, dii estis, &c. Et iterum: (d) Constitui te deum Pharaonis. Et: (e) Diis non detrahes, id est sacerdotibus. Et de eo qui juraturus erat, loquens per Moysen ait: (f) Applica illum ad deos, id est ad sacerdotes. Nec praesumat dominus noster iudices suos velle judicare: terrenis enim potestatibus non sunt commissae claves regni caelorum, sed sacerdotibus. Ideo scriptum est: (g) Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini est. Et Paulus etiam dicit: (h) Nonne angelos judicabimus, quanto magis homines?

(b) Deut. 32.

XLI.

* vicinis

(c) Ps. 81.

(d) Exod. 7.

(e) Ib. 22.

(f) Ibid.

(g) Malac. 2.

(h) 1. Cor. 6.

Illud

Illud etiam te suggerente commemoretur domino nostro dignum memoria, & imitatione, quod in Ecclesiastica legimus historia de Constantino Imperatore, cui cum oblata fuissent scripto accusationes contra Episcopos, accusationis quidem libellos accepit, & accusatos convocans, in eorum conspectu eosdem incendit, dicens: vos dii estis, a vero Deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, ut nos homines judicemus deos. O magnum Imperatorem! o discrete regnantem in terra, qua aliena sunt fraude non usurpantem, & regnum aeternum in caelo promerentem! Studeat itaque dominus noster tantum, tam discretum, tam felicem imitari Principem: cujus & memoria laudabilis frequentatur in terris, & vita perpetua & gloriosa habetur in caelis. Alioquin timeat quod in Deuteronomio Dominus minatus est dicens: (a) Homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem: ante iudicem morietur. Ad hoc enim vocatus est, & in hoc ipsum temporalis regni pax & magnificentia, de qua nos communes, ministratur ei de caelo. Alioquin non (b) salvatur Rex per multam virtutem suam, etsi subdantur ei regna, & inclinentur nationes. Sed haec haecenus. Quoscumque autem praetaxatarum habuisti conscriptores litterarum, quod tibi responsum est, noverint sibi esse responsum. De caetero, fratres, commoneo vos, rogo & obsecro, ut nos non separent schismata, nec obnubilent similitudines; sed sit nobis in Domino cor unum, & anima una, & audiamus illum, qui dixit: (c) Pro justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Non obliviscamur illum districtum Iudicem, ante cujus tribunal constitutos sola nos veritas judicabit, amoto timore, & fiducia omnis terrena potestatis. Valeat in domino fraternitas vestra. Haec quidem hoc anno, reliqua suis locis redentur sequentibus annis.

(a) Deut. 17.

(b) Ps. 32.

(c) Eccl. 4.

XLIII. Ep. Angl. Episc. ad Alexand. Pap.

Vestram, Pater, meminisse credimus excellentiam, vos devotum filium vestrum, dominumque nostrum charissimum illustrem-

que Regem Anglorum per venerabiles fratres nostros Londoniensem, & Herefordensem Episcopos, directis jamdudum litteris convenisse, & de corrigendis quibusdam, qua sanctitati vestrae in ipsius regno corrigenda videbantur, paternae gratia commouisse. Qui mandatum vestrum debita reverentia suscipiens, ut factis notum est, ad vestra quidem mandata non iratus intumuit, non elatus obedire contempsit; verum gratias agens paternae correctioni, Ecclesiae se statim submisit examini: asserens de singulis, qua juxta vestri formam mandati sibi diligenter expressa fuerunt, Ecclesiae regni sui se pariturum iudicio, & qua corrigenda decerneret, ipsius se consilio laudabili quidem & in Principe digne commendabili devotione correcturum. Ab hoc vero non recedit proposito, nec mentem revocat a promissa, sed qui sedeat, qui cognoscat & judicet: ipse divini reverentiae timoris non majestatem praeserens, sed ut filius obediens iudicio sistere, legitimaque parere sententia, seque legibus alligatum Principem praesto est in omnibus exhibere filius obediens. Unde nec interdicto, nec minis, nec maledictionum aculeis ad satisfactionem urgere necesse est divinarum se legum examini subdentem. Ejus enim opera nequaquam se luci subtrahunt, nec occultari tenebris aliqua ratione deposcunt. Rex namque fide Christianissimus, in copula castimoniae conjugalis honestissimus, pacis & justitiae conservator & dilatator incomparabiliter strenuissimus, hoc votis agit totis, in his fervet desideriis, ut de regno suo tollantur scandala cum spurcitis suis eliminentur peccata, pax totum obtineat atque justitia, & alta securitate & quiete placita sub ipso gaudeant & reflorescant universa.

Laudes Regis.

XLIV. Excusant Regem.

Qui cum pacem regni sui enormi insolentium quorundam clericorum excessu non mediocriter aliquando turbati cognosceret: Clero debitam exhibens reverentiam, eorumdem excessus ad Ecclesiam iudices retulit Episcopos, ut gladius gladio subveniret, & pacem quam regebat & fovebat in populo, spiritualis potestas fundaret & solidaret in Clero. Qua in re partis utriusque zelus innotuit, Episcoporum in hoc stante iudicio, ut homicidium, & si quid ejusmodi est, exauditione sola puniretur in Clero. Rege vero existimante, poenam hanc non condigne respondere flagitio, nec stabilendam paci bene prospici, si Lector, aut Acoluthus perimat, quam praecleara nitentem vitam religionem, vel dignitatem, ut sola jam dicti ordinis amissione tutus existat. Clero itaque statuto coelitus ordini deferente, domino vero Regis peccatum iusto, (sicut sperat) odio persequente, & pacem al-

altius radicare intendente, sancta quaedam oborta est contentio, quam excusat (ut credimus) apud Dominum simplex utriusque partis intentio. Hinc non dominationis ambitu, non opprimenda Ecclesiastica libertatis intuitu, sed solidanda pacis affectu eo progressus est, ut regni sui consuetudines & dignitates Regibus ante se in regno Angliæ a personis Ecclesiasticis observatas, & pacifice & reverenter exhibitas, dominus noster Rex deduci vellet in medium: & ne super his contentiois funis traheretur in posterum, notitia publica delegari. Adjuratis itaque per fidem, & per eam, quæ in Deum spes est majoribus natu Episcopis, aliisque regni majoribus retroacti temporis insinuato statu, dignitates requisitæ palam prolata sunt, & summorum in regno virorum testimoniis propalata. Hæc est domini nostri Regis in Ecclesiam Dei toto Orbe declamata crudelitas, hæc ab eo persecutio, hæc opera ejus, inter nos, vel undique divulgata malignitas.

XLV. Querelæ in S. Thomam.

In his tamen omnibus si quid periculosum animæ, si quid ignominiosum Ecclesiæ continetur, id vestra monitis atque motus auctoritate, ob reverentiam Christi, ob Ecclesiæ sanctæ, quam sibi matrem profitetur, honorificentiam, ob animæ suæ remedium, Ecclesiæ regni sui consilio se correcturum devotione sanctissima jamdiu pollicitus est, & constantissime pollicetur. Et quidem pacis optatum finem * noster Pater, ut speramus, obtinisset jam postulatio, si non iras jam sopitas, & ferre prorsus extinctas, patris nostri domini Cantuariensis de novo suscitasset exacerbatio. Verum hic, de cujus patientia pacem, de cujus modestia redintegrationem hucusque gratiæ sperabamus; ipsum, quem monitis emollire, quem meritis & mansuetudine superare dibuerat, per tristes, & terribiles litteras, devotionem patris, aut pontificis patientiam minime redolentes, cum in pacis perturbatores exercitum nuper ageret, satis & irreverenter aggressus est, in ipsum excommunicationis sententiam, in regnum ejus interdicti pœnam accerrime comminando. Cujus si sic remuneratur humilitas, quid in contumacem statuetur? si sic estimatur obediendi prompta devotio, in obstinatum perverstatem quonam modo vindicabitur? Minis quoque gravibus superaddita sunt graviora. Quosdam namque fideles & familiares domini Regis, primarios regni proceres, regis specialiter assistentes secretis, in quorum manu consilia Regis & regni negotia diriguntur, non citatos, non defensores, non, ut ajunt, culpæ sibi conscios, non convictos

* nostra

aut confessos excommunicationis innodavit sententia, & excommunicatos publice denuntiavit.

XLVI.

Adiecit etiam, ut venerabilem fratrem nostrum Saresberiensem Episcopum, absentem & indefensum, non confessum aut convictum, sacerdotali prius & Episcopali suspenderet officio, quam suspensionis ejus causa comprovincialium, aut aliquorum etiam fuisse arbitrio comprobata. Si hic itaque judiciorum ordo circa Regem, circa regnum, tam prapostere, ne dicamus, inordinate processerit: quidnam confesqui posse putabimus (Dies enim mali sunt, & occasionem habentes malignandæ quam plurimam) nisi ut tenor pacis & gratiæ, quo regnum & sacerdotium usque modo coherens, abruptatur, & nos cum commissio nobis Clero in dispersionem habeamus, exilit, aut a vestra, quod absit, fidelitate recedentes ad schismatis malum in abyssum iniquitatis & inobedientiæ provolvamur? Compendiosissima quippe via hæc est ad omne religionis dispendium, ad Cleri pariter, populi que subversionem & interitum.

XLVII. Appellant Rom. Pont.

Unde ne Apostolatus vestri tempore tam misere subvertatur Ecclesia: ne dominus noster Rex & servientes ei populi a vestra, quod absit, avertantur obedientia: ne totum, quod privatorum consilio machinatur, possit in nos domini Cantuariensis iracundia, adversus eum, & ejus mandata, domino nostro Regi aut regno, nobis aut commissis nobis Ecclesiis gravamen aliquod importantia: ad sublimitatem vestram voce & scripto appellavimus, & appellationi terminum diem Ascensionis Dominicæ designavimus: eligentes apud vos in omni, quod sanctitati vestræ placuerit, humiliari, quam ad sublimes ipsius animi motus, nostris non id exigentibus meritis, de die in diem tardiosissime prægravari. Conservet incolumitatem vestram Ecclesiæ suæ in longa tempora profuturam omnipotens Dominus in Christo dilecte Pater. Hucusque Episcopi.

Cæterum Alexander Papa perstans in sententia, ubi appellationem Episcoporum frustratam sensit, iidem qui appellaverant, ad certam diem non comparentibus confirmavit sententiam, quæ per S. Thomam in ipsos prolata fuerat. Testatur hoc idem Saresberienensis ad eundem sanctum Thomam scribens, cum ait: (a) Sicut mihi ab Urbe significatum est, & ego vobis scripsisse me memini, dominus Papa jam vestram sententiam confirmavit, immo suam vendicavit injuriam. Extant & ipsius Alexandri Papæ de his litteræ (b) ad eundem sanctum Thomam datæ, ubi vidit Episcopos non prosequi interpositam appellationem, his verbis:

(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 149. (b) Ib. ep. 147.

Ex

XLVIII. Alexand. Pap. confirmat sententiam S. Thomæ.

Ex litteris tuis jam pridem, & certâ multorum relatione cognovimus quod tu in Jocelinum Saresberiensem, Episcopum, quoniam tibi inobediens fuit, interdicti sententiam protulisti. Ipse vero licet super hoc ad nostram audientiam appellasset, & Dominicam, qua cantatur, Ego sum pastor bonus, proxime tunc venturam appellationi suæ terminum præfixisset, eodem instante nec venit, nec ad nos aliquem pro se responsalem transmisit. Quocirca nos eum in contumacia & rebellionis sua contra te fovere nolentes: sententiam, quam in eum propter hoc tuleris, auctore Domino, ratam & firmam habebimus, & totam causam ejus tuæ discretionis arbitrio duximus relinquendam: quod inde canonice feceris, ratum cessante appellationis obstaculo, habituri. Et ad omnes Episcopos Angliæ idem Pontifex Alexander in hæc verba: (a)

(a) lib. 1. ep. 150. Alexand. Pap. cohibet Episc. Angl. de iisdem.

Quamquam ex injuncto nobis officio de universonum jure in sua integritate servando, curam tenemur & sollicitudinem gerere: ad illorum justitias, qui in parte sollicitudinis nobis commissæ a Domino sunt vocati, quanto in gradu sublimiori existunt, tanto frequentius retorqueri debemus, & super his majorem diligentiam & curam propensorem habere. Hac siquidem consideratione inducti fraternitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, & in vi obedientiæ injungimus, quatenus super his, quæ ad Ecclesiæ Cantuariensis jura dignitates, aut etiam libertates spectare noscuntur, vos sine conscientia & assensu venerabilis fratris nostri Thomæ ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopi intramittere nullatenus præsumatis, nec occasione appellationis, quam contra eum ad nos fecistis, id aliquatenus attentetis. Quod si aliquis vestrum contra hoc præceptum nostrum quolibet ausu venire præsumperit, ita in eo excessum istum studebimus, Domino auctore, graviter vindicare, quod pœna docente, cognoscet, quam periculosam fuerit, Apostolicis contraire præceptis. Datum Laterani quinto Kalendas Februarii.

XLIX.

Rex vero adhuc timens ab eodem S. Thoma excommunicari, vel ejus regnum

PAGIUS XIX. Rex An glia obtinet ab Alexandro III. Legatos a latere.

A num. XLVIII. ad LIV. Episcopis, qui ad Papam appellaverant, ad certum diem non comparentibus, Alexander III. confirmavit, quæ a divo Thoma gesta fuerant. Rex vero metuens ab eodem Sancto Præfule excommunicari, Joannem Oxeneford cum aliis Romam misit, ut Legationem a latere impetraret. Obtinuit Joannes Oxenefordensis Willelmum Cardinalem Papiensem, Regi amicissimum, & ab eo postulatam. Joanni de Oxenfordia adjunctus fuit alter Diaconus Cardinalis Otto nuncupatus, & plus avaritia quam justitia studio, & nisi delegarentur a domino Papa, potius

subiici interdicto; ubi appellationem, qualemcumque, ut vidimus, interposuit: dirigit legationem ad Alexandrum Pontificem, non tam ut appellationem interpositam proficeretur, quam ut ab eodem Pontifice legationem a latere impetraret, hoc consilio, ut ita labefactaret, & enervaret vires legationis creditæ S. Thomæ. Sed & ad id muneris Rege Anobundum, petiit a Papa certum Legatum mitti, nempe Willelmum Cardinalem Papiensem tituli S. Petri ad Vincula, quem haberet amicitia conjunctissimum. Delectus vero est ad hoc opus a Rege clericus ille regius, quem nuper diximus excommunicatum a S. Thoma: ob juramentum præstitum Colonienfi Archiepiscopo, pro confirmatione Papæ schismatici, Joannes Oxenefordensis, cui & alii additi sunt ejusdem legationis collegæ. Quid autem per eos apud Alexandrum Pontificem gestum fuerit, inferius suo loco dicuri sumus.

Legatio missa a Rege Anglorum ad Alex Papam.

Tunc autem eundem Regem post appellationem interpositam, tradit idem (b) Saresberienensis Nuntium misisse in Angliam (morabatur enim inter hæc in Northmannia) litterasque dedisse pro custodiendis maritimis locis; egisseque cum Abbate Cisterciense contra Thomam, ut ex Pontiniaco monasterio pelleretur. Quem quidem, cum ibi biennio commoratum esse dicant, qui res ab eo gestas sunt profecuti: cum inde hoc anno exactum fuisse dicere opus est. Usque enim in hunc annum eum ibi perseverasse, litteræ recitatae declarant; sicque integros ibi ipsum annos duos egisse numerat recte in Quadripartita Willelmum; quem anno Domini millesimo sexagesimoquarto ibi degere cœpisse, vidimus. Quantum autem scandali intulerit bonis omnibus ejusmodi expulsio tanti hospitis, idem auctor pluribus narrat, additque Ludovicum Francorum Regem ubi ista ex litteris Thomæ accepisset, id publice exclamasse: O religio, o religio, ubi es! Ecce enim, quos credebamus saculo mortuos, saculi ruinas timent, & pro rebus caducis quas propter Dominum contempsisse profitentur, a Dei opere quod imperant, convertuntur retrorsum, Dei causa,

(b) Cod. Vat. l. 1. ep. 139.

S. Thomæ expellitur Pontiniaco Monast.

relegatione, quam Legatione digni. Acceperunt autem plenariam potestatem decidendi quæstiones, quæ vertebantur inter Regem & Archiepiscopum, & debitum eis finem imponendi, remoto appellationis obstaculo. Archiepiscopus vero sciens Regis amicissimum alterum, & instanter ab ipso petitum, alterum autem ex aliis causis suspectum habens, recusavit utrumque, ut dicitur in ejus Vita lib. 2. cap. 22. fufte narrat hæc Baronius, sed ea omnia ad annum præcedentem revocanda, nisi quod recusatio ista ad hunc an. pertineat; cum uterque Legatus post mensem Januarii hujus anni in Normanniam per-

sa, exultantem efficientes a se. Addit in super exceptum Thomam a Rege Francorum, Senonis ad habitandum concessis. Eo tempore idem auctor tradit accidisse, ut eidem sancto Thomae a Deo per visum fuerit suum martyrium revelatum.

L. Post hæc autem idem S. Thomas, ne quid præteritis videretur officii, quem censuris perterrisset & perturbasset Regem, eundem placidioribus litteris mansuefacere atque mollire quæsit. Extant ipsæ tunc datæ, istis verbis: (a)

(a) Ibid. ep. 66.

Dilectissimo domino suo Henrico Dei gratia Regi Anglorum, Duci Northmanniæ & Aquitaniæ, & Comiti Andegavensi, Thomas eadem gratia sanctæ Cantuariensis Ecclesiæ minister humilis salutem, omnique tempore perseverare in bono, ac reniti viriliter suggestionibus malignis.

Placabilior ad Regem admonitio S. Thomæ.

Breviloquio utimur ad vos, ne in multitudine sermonis efficiamur amplius tediosus, qui utinam essemus vobis magis accepti, sicut ad dominum nostrum dilectissimum. Novit hoc ille, qui scrutator est cordium, quidquid inimici vestri aliter ac falso murmurent, & susurrent, & certe, ut verius dicam, magis vestri, quam nostri. Hortamur itaque vos adhuc ex parte omnipotentis Dei, & in virtute Spiritus sancti adjuramus, & in remissionem peccatorum vestrorum, a vobis requirimus gratiæ vestræ, & pacis veræ, & securitatis bonæ nobis & nostris sine malo ingenio restitutionem, & similiter Ecclesiæ Cantuariensi, in ea plenitudine & libertate, in quam melius & plenius habuerunt decessores nostri & nos, postquam facti sumus Archiepiscopus, & possessionum & Ecclesiarum & Præbendarum ad eandem Ecclesiam pertinentium, quæ vacaverunt, postquam orta est dissensio ista inter vos & nos, & similiter nostros, ut sub dominio vestro ita libere eis valeamus frui & uti, sicut melius & libertius usi sunt eis antecessores nostri, & nos post nostram promotionem, & gaudere debeat Ecclesiæ de nostra reverentia, quæ multis ex causis periculo animæ vestræ & nostræ (sicut credimus) tanto tempore caruit præsentia nostra, & dolere potuit de absentia incommodo. Hoc facite, benigne

PAGIUS

pervenerit. Ad hunc etiam annum spectat Epistola Alexandri III. ad Episcopos Angliæ missa, & a Baronio num. XLVIII. exhibita, qua Papa eis prohibet, ne se se intromittere præsumant in iis quæ ad Ecclesiam Cantuariensem pertinent, occasione appellationis. Cum enim in ejus fine legatur: Datum Laterani V. Kal. Februarii, & eo die anno superiori Episcopi nondum ad Papam appellassent, ea Epistola a currenti anno removeri non potest.

XX.

Verum expulsio Sancti Thomæ a Monasterio Pontiniacensi, in Burgundia, quæ ditionis Imperialis erat, posito, cum anno superiori o-

domine mi, corde jucundo & hilari, quatenus concedat vobis Deus & heredibus vestris, & restituat illam pacem, quam desiderat cor vestrum ad salutem animæ vestræ, & populi a Domino vobis commisi. Et nos profecto parati sumus & erimus ad omne obsequium vestrum ferventius, & devotius quam unquam ante fuerimus, dummodo non offendamus Deum, neque ordinem nostrum.

De mobilibus autem ablatiis Ecclesiæ Cantuariensi, & nobis & nostris, secure vobis affirmamus coram Deo & toto mundo, etiam si præsens esset, quia nullo modo, nulla ratione dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si habuerit, qui abstulit, vel auferri fecit, unde restituat. Unde beatus Augustinus: Si res ablata cum reddi possit, non redditur: non agitur penitentia, sed simulatur. Et alibi: Illud fidentissime dixerim, eum qui pro homine ad hoc intervenit, ne ablata restituat, & eum qui ad se confugientem, quantum honeste poterit, ad restitutionem non compellit, socium esse fraudis & criminis; nam hujusmodi hominibus misericordius opem nostram subtrahimus, quam impendimus. Hoc certum tenete, hoc nulla ratione dubitate. Et si quis vobis contrarium prædicaverit, etiam Angelus de cælo, anathema sit, & erit, quando in hac sententia perseveraverit. Videte ergo, domine mi, quomodo in hac parte caute ambuletis, ne detentio rei male acquisitæ, quæ non est nisi cinis & vermis, impellat vos, quod abstrit, in impoenitentiam, & subiiciat discrimini, quod a vobis purgari non potest nec oratione neque jejunio.

LI.

Præterea nosse debet vestra discretio, quoniam etsi omnes Episcopi sancti non sunt, locum tamen Sanctorum obtinent, qui etsi vitæ merito non elucescunt, esse tamen debent eorum imitatores, quatenus eis divina contulerit clementia. Inde igitur, quoniam sancti viri pro lege Dei sui certaverunt usque ad mortem, & a verbis & minis persecutorum non timuerunt, (ille enim amplius timendus est, qui potest animam & corpus mittere in gehennam) necesse habemus & nos, prout Dominus inspiraverit, leges suas custodire, fovere & de-

LIII.

mnino alliganda ut ibidem num. XIV. ex Gervasio Dorobernensi narravimus, cui suffragatur Mattheus Paris. in Chron. Hovedenus in parte posteriori ad annum MCLXVI. pag. 500. & Radulphus de Diceto pag. 547. Neque Acta Sancti Thomæ juxta accuratam Chronologiam digerere potuissem, nisi obstinato studio detexissem, Legationem Sancto Thoma Anagnina anno MCLXV. directam fuisse, huncque anno infrequenti seu anno MCLXVI. e Monasterio Pontiniacensi ejectum; his enim duobus fundamentis, quæ certa sunt, universa hæc chronotaxis innixa.

S. Thomæ anno superior Pontiniaco expulsus.

(a) Mat. 5.

& defendere. Nec hoc nobis imputandum est ad superbiam, vel malignitatem, sed ad nostri necessitatem officii. Sic enim Dominus ait: Leges meas custodite. Et iterum in Evangelio: (a) Si quis solverit unum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum. Satis credimus, te dominum esse sapientem, & idcirco postulamus a vobis, sicut a domino charissimo in nomine Domini nostri JESU Christi audiri & exaudiri benigne, quatenus audiat & exaudiat vos Deus in districto examine, & recipiat inter electos suos. Quandoquidem neque fortitudo, neque potentia, nec imperium, nec divitiæ, nec leges seculares, vel consuetudines poterunt juvare quemquam, nec aliud quidquam, nisi divina clementia & præcedentium operum fructus. Quod utinam omni die firmissime resideat in animo vestro, nec unquam mentem vestram excedat! Hujus rei consiliarios libenter admittat, & audiat dominus noster, & exaudiat semper; ut bene faciat ei Dominus, & auget sibi & heredibus suis vitam & pacem in tempora longa. Nec prætereant temporaliter impuniti, qui dolis suis & fraudibus exquisitis nisi sunt bonum domini mei propositum pervertere & perturbare, quod infra septem annos regni sui de exhibendo honore Ecclesiæ & Ecclesiasticis viris, justa, ut credimus, animi devotione conceperat. Valeat dominus meus in æternum, & ut melius sit inde Ecclesiæ Dei & nobis: vivat in tempora longa. Ita sanctus Thomas non iudex, judicialibus urgens eum mandatis, sed ut pater hortatur, & monet filium, quem velit a judicio subtrahere damnationis. Sed frustra, malis consiliariis obstitentibus.

EIII.

Porro quam audisti querelam sancti Thomæ de Regis consiliariis eandem plane ingerit Joannes Saresberienis, scribens ad Nicolaum de Monte, Rothomagensis, sancti Thomæ studiosissimum; quam quidem brevem epistolam, cum contineat plura quæ ad hæc tempora spectant, iis insuendam merito judicamus; sic enim se habet: (b)

(b) Cod. Vat. l. 1. ep. 140. De disperdendis malis consiliariis Regis epistola.

Dissipat Dominus gentes quæ bella volunt; & qui se a pace Dei elongant, indubitanter peribunt. Quis persecutorum Ecclesiæ ultricem dexteram Dei, qui potentius potentius punit, legitur evasisse? Unde domino nostro Regi Anglorum, quem Deus, si in beneplacito suo est, optimum facies, & heredibus suis (quod sine dolore non dico) plurimum timendum est, ne scindatur regnum eorum, & infirmum Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS XXI.

A num. LIV. ad LIX. Henricus Angliæ Rex, ut sententiam excommunicationis eluderet, juxta Baronium novam Legationem adornavit, qua falsis adhibitis juramentis Alexan-

drum III. deciperet, & auro ac muneribus Cardinales, quos posset, corrumperet. Delectus ad hoc scelus Joannes de Oxensford, qui obtinuit, Willelmum Papiensem Presbyterum Card-

(c) Dan. 6.

tur potestas, qua contra Ecclesiam abutuntur. Quod si differretur ultio ad correctionem & probationem filiorum, quos pater misericors castigat ut coronet, non tamen aufertur, sed post Sanctorum patientiam in impios acerbius excandescit. Quare quæso vir sapientissimus, & tantis virtutibus, & potestate amplissima, & fere omnibus bonis donatus a Domino, non redit ad cor; & qui tot & tantarum urbium dominator est, intemperantiam hanc domare non potest? Cur Ecclesiam persequens unice dilectam Sponso, iram illius provocat, qui aufert spiritum Principum, & sublimem colla propria calcat virtute? Præfetto si superet, in eos retorqueret indignationis suæ aculeos, qui eum circumventientes, in hoc non consilium, sed præcipitum impulerunt; & saltem Babylonis Regem, ut eo non invenitur crudelior, imitaretur, qui illos conjecit (c) in lacum leonum, quorum consilio illic detruserat & incluserat Danielelem, ut pœna, quam intentaverat innocenti, consiliarii nocentes exciperent. Subiicit denique exemplum Episcoporum, a Regibus in suas sedes restitutorum, his verbis: Archiepiscopus sancti Jacobi diu proscribitus jam a multo tempore, revocatus est a Rege suo. Rex Danorum suum revocans Archiepiscopum, consilio ejus agit omnia, compefcit inimicos, & eum colit ut patrem. Lugdunensis Archiepiscopus suam recepit sedem, & provinciam Catholica reddidit unitati. Urbes Italiæ, ejecto Friderico schismatico, Catholicos Episcopos receperunt. Deo teste, nisi dominus Rex suum revocet: quid de illo timeo dicere, reformido. Et si eum revocaverit, & Ecclesiæ Dei reddiderit pacem: confido spe haud dubia, quia circa eum & suos antiquorum gratia successuum precibus Ecclesiæ refloreat. Quid multa? Una via patet consilio, ut pravos & inimicos Ecclesiæ excludat consiliarios, & Deum quem offendit, placare studeat; quo invito, regnare non potest, nec principari. Sustinuit eum hactenus multa patientia; sed nisi caveat, adversus immoderationem ejus, ut parturiens, loquetur in brevi. Hucusque Joannes hoc anno, ut ex dictis apparet. At post hæc magna facta est rerum mutatio.

De Episc. in suas sedes restituitis.

LIV. Nova tentat Angliæ Rex.

Inter hæc enim ipse Anglorum Rex suasionem pessimorum consiliariorum, ut imminentem sententiam excommunicationis eludat, ad alia remedia se convertit, novas, easdemque subdolas, sed potentiores excogitat artes, nempe novam adornare legationem, Simonem alterum-

P p R o-

drum III. deciperet, & auro ac muneribus Cardinales, quos posset, corrumperet. Delectus ad hoc scelus Joannes de Oxensford, qui obtinuit, Willelmum Papiensem Presbyterum Card-

CHRISTI
1167.ALEXANDRI III. PAP.
8.FRIDERICI IMP. 13.
MANUELIS IMP. 25.

Romam mittere, qui falsis adhibitis juramentis decipiat Alexandrum, & auro corruptum quos poterit Cardinales. Delectus est ad scelus nequissimus omnium hominum, perjurus, excommunicatus Joannes de Oxeneford, Decanatus in vasor de quo superius mentio facta est, qui mendaciis, falsisque promissionibus suffarcinatus, & auro, judicium totum inverteret, atque primum ad inferendis sententiis excommunicationis & interdicti Alex. Pap. revocet, deceptum firmis propositis promissionibus pacis, & integra restitutione omnium a Rege in vasorum Ecclesie jurium. Jurato nuntio creditit Alexander, suspendit judicium inchoatum, atque decernit petitam ad hæc agenda legationem. Sed etsi quem Rex petierat, Willelmum Papiensem presbyterum Cardinalem tituli S. Petri ad Vincula Legatum decreverit, quem putaret ad promovendum amicum Regem idoneum valde ad componendam pacem inter Regem Anglorum & sanctum Thomam Cantuariensem Archiepiscopum: tamen quod ipse ob amicitiam Regis suspicionem non modicum laborare posset penes eos, qui partis essent adversæ: collegam adjecit, virum penitus incorruptibilem, magnique nominis, ex integritate vitæ in Romana Ecclesia & ubique terrarum in Orbe Christiano notissimum, Ottonem diaconum Cardinalem sancti Nicolai in Carcere Tulliano, qui virtute sua collegam, si opus esset, cohiberet, & intra justitiæ arctos limites contineret. At quantumque ista prudentem Alexander Papa de legatione mittenda statuerit: nihilominus, quæ laude digna videri poterant, ex præcurrentis nuntii evulgatis ubique mendaciis reddita sunt credentibus tanti nominis indigna Pontifice, ita ut in eum etiam ab ejus amicis, & Catholici nominis studiosis fuerit verbis, atque scriptis ab omnibus conclamatum. Quam autem ista vera sint, ex litteris ejusdem Pontificis inferius recitandis intelliges. Quod autem, quousque ista non innotuerunt, fuerint in ipsum conversæ linguæ etiam sapientum: disces ex iis quæ proxime dicturi sumus, quibus plane intelligas, etiam quemlibet, licet sanctissimum, in signum positum, in quem detractio sagittas inimici jactant pari-

PAGIUS dinalem, cui Alexander III. Ottonem Diaconum Cardinalem Sancti Nicolai in carcere Tulliano adjunxit. Quæ Baronius fuisse prosequitur. Verum Cardinalis eruditissimus unam Regis Angliæ ad Papam Legationem in duas dispersit. Cum enim Sanctus Thomas, non hoc anno, sed præcedenti Legationem suam executioni mandare cœperit, Episcopi qui excommunicati fuerant, vel excommunicari metuebant, eodem anno ad Papam appellarunt, & paulo post Henricus Rex Joannem de Oxenefordia

ter & amici. Nam audi quæ vindex Ecclesiasticæ libertatis, & jurium Romanæ Ecclesiæ propugnator licet ex corde puro, verba tamen depromat amarulenta, ipse inquam Thomas Cantuariensis Episcopus: cum videlicet Nuntius Regis Joannes Oxeneford ex Urbe in Angliam rediens gloriaretur ubique locorum, se quæcumque petiisset, obtinuisse ab Alexandro Pontifice tam pro Rege, quam pro se ipso, de collata Regi auctoritate multa falsa commiscens veris, quibus pervulgatis, & creditis, idem sanctus Thomas has summo dolore affectus scripsit ad Joannem gentilem suum:

Thomas (a) Dei gratia Cantuariensis Ecclesiæ minister humilis Joanni Cantuariensi salutem.

LV.
(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 164.

Quomodo de novo facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & insulto iis non modo, qui in circuitu nostro sunt, verum etiam omnibus fere gentibus utriusque regni, & Francorum & Anglorum, & forte Imperii; qualisque fama, ne dicamus, infamia & scandalum circumvolat per aures & ora omnium in dominum Papam, unde magis dolemus (Deus novit) quam de propria persona; & in totam Curiam graviter frementium & insultantium, & impropria inexpressibilia impropertium, ex subscriptis poteris aliquatenus perpendere, & domino Papæ, & amicis (si qui tamen sunt) secretius intimare; subicit his quæ fidei relatione ex Anglia essent nuper allata; ait enim:

Ecce Joannes de Oxeneford, & alii Regis Nuntii a Curia redierunt, extollentes se super id omne quod dicitur, aut quod colitur Deus, dicentes se impetrasse a Curia quidquid desideraverunt. Videlicet, quod Rex exemptus sit a potestate omnium Episcoporum, præterquam domini Papæ, quoad excommunicationis inodationem. Et quod habiturus sit Legatum quem petivit, Willelmum scilicet Papiensem, qui inimicus noster est plusquam manifestus, cum plenitudine potestatis in omnem terram Regis, ut adificet & plantet, & præsertim eradicet & evellat, omni remedio appellationis sublato; & maxime ad decidendam principalem, quæ inter Regem & nos vertitur, causam, & omnia

Clericum suum Legatum Romam misit, qui postquam duos præfatos Legatos ab Alexandro III. impetravit, ipso anno in Normanniam, ubi Rex versabatur, rediit; neque postea aliam Legationem obiit, cum initio currentis anni Willelmus Papiensis & Otto Cardinales Legati in Normanniam adventarint, & ad finem fere currentis anni morati fuerint. Quare hanc in rem unica Legatio ab Angliæ Rege Romam directâ.

CHRISTI
1167.ALEXANDRI III. PAP.
8.FRIDERICI IMP. 13.
MANUELIS IMP. 25.

omnia incidentia, omni exceptioni & omni de cætero, ut dicitur, præjudicium allaturum. Et cum hac pompa, & cum hoc fastu rediit Joannes de Oxeneford in Angliam. Et cum applicuisset in portu quodam: invenit ibi fratrem nostrum Herefordensem Episcopum, auram prosperam ad transfretandum furtim saltem expectantem, quia palam non poterat, prohibitus a ministris regis, ex parte Regis, & litteris ejus. Quo invento, inbibuit ei primo ex parte Regis, ne transfretaret, deinde ex parte domini Papæ. Episcopo autem quærente (sicut nuntius suus, qui ad nos postea venit, dominum suum excusaturus nobis retulit) utrum super hoc domini Papæ litteras haberet. Dixit se habere, quibus inbibebat dominus Papa & ei, & omnibus Episcopis Angliæ, ne venirent ad vocationem nostram, atque in aliquo obedirent, quousque veniret Legatus de latere domini Papæ a Rege impetratus. Qui & causam super appellationem, quam fecerunt, & causam etiam principalem inter Regem & nos, & omnes alias incidentes, cum plenitudine potestatis, amoto omni appellationis obstaculo, terminaret.

LVI.

Cum instaret Episcopus, ut litteras inspiceret: dixit se non habere præ manibus, quia miserat eas cum expedimento suo usque Wintoniam, quæ distat a portu Hantonæ per duodecim milliaria. Misit Episcopus, habitu consilio cum suis, Wintoniam cum Joanne magistrum Eduardum clericum suum, virum probum (ut credimus) & fidelem, qui vidit litteras una cum Londoniensi Episcopo similiter transfretare volente. Qui Londoniensis visis litteris, prorupit in vocem gratulandus, dicens: De cætero Thomas meus non erit Archiepiscopus. Adjecit etiam Joannes, quia ipse privilegiata erat persona, nec de cætero posset a nobis excommunicari, nec etiam conveniri, nisi in præsentia domini Papæ, & liberam se habere potestatem donandi Decanatum Saresberienfis Ecclesiæ cui vellet; & in omnibus immunitam nostram dignitatem usque in adventu Legati venturi. Hæc omnia mandavit nobis Episcopus per Capellanum suum Canonicum regularem, virum religiosum, quem misit ad nos excusaturum, quare non venerit ad vocationem nostram. Vocaveramus enim eum semel & secundo, & tandem tertio cum peremptorio edito, quatenus infra Purificationem exhiberet nobis præsentiam suam, tamquam vir magnæ auctoritatis & familiaris Regis, tractaturus de pace inter Regem & nos, si quomodo fieri posset. Hæc omnia paratus erat Canonicus jurare, se ita accepisse ab ore Episcopi, nobis ex parte ejus significanda.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

Quæ si vera sunt, tunc proculdubio suffocavit & strangulavit dominus Papa non modo personam nostram, sed & se, & omnes Ecclesiasticas personas utriusque regni, immo etiam utramque Ecclesiam, tam Gallicanam, quam Anglican. Quid enim exemplo hoc pessimo non audebant cæteri Principes terrarum adversus Ecclesiasticas personas? Ad quem recurrent? Quomodo confidere poterunt de Ecclesia Romana, quæ nos pro ipsa stantes, & usque ad sanguinem decertantes ita deseruit & destituit? Quid erit, si manentibus his inauditis & detestandis privilegiis, & emancipationibus tam personæ Regis, quam aliorum, sub quocumque prætextu contingat (quod Deus avertat) ut decedat Papa, velut in Urbe turbata fuerint omnia? transferentur hæc in heredes, nec poterunt avelli a manibus eorum. Et quod deterius est, alii Principes hoc exemplo similia extorquebunt privilegia, & emancipationes ab Ecclesiis, velut, nolit ipsa, & sic peribit omnis Ecclesiæ libertas, & Episcoporum jurisdictio atque potestas, cum non sit, qui cohibere possit & coercere tyrannorum flagitia, quorum tota intentio est hodie, grassari in Ecclesiam Dei & ejus ministros; nec desistent, quousque eos sicut & alios, in servitutem redegerint.

Quis tandem erit finis, adhuc nescimus. Verum id scimus, quia supra modum gravamur, si vera sint, si vera non, quæ proponuntur. Non enim obediunt nobis, nec respiciunt nos in aliquo, sicut solent, vel Episcopi, vel Abbates, vel alii de Clero Angliæ, jam quasi certi de depositione nostra. Verum securus sit dominus Papa, quod nulla ratione intrabimus terram Regis litigaturi, nec stabimus iudicio inimicorum nostrorum, & præsertim Papiensis, qui non sinit nisi sanguinem nostrum, ut obtineat sedem nostram, quæ revera (ut accepimus) ei promissa est, dummodo a nobis Rex possit liberari.

Est & aliud, in quo gravamur, quia nobiles viri tam proceres, quam Episcopi & alii Prælati de regno Francorum jam quasi desperati de nobis, coexules nostros, quos misericorditer sustentabant, nobis remiserunt. Qui frigore & fame de carcere peribunt, sicut & quidam jam perierunt. Hæc omnia domino Papæ diligenter insinua, ut remedium aliquod contra hæc mala nobis provideat, sicut petimus, si quid zeli Dei in eo remansit, quod adhuc speramus, & utinam spes non confundat. Vale & quam citius poteris, nuntium nobis istum remitte, per quem de his & aliis certiores mur, utpote in arcto constituti, si vera sunt quæ proponuntur. Hucusque S. Thomæ litteræ in Urbem missæ ad suum ibi degentem Apocrisarium. At non hic finis querelarum in-

LVII.

LVIII.

CHRISTI
1167.ALEXANDRI III. PAP.
8.FRIDERICI IMP. 13.
MANUELIS IMP. 25.CHRISTI
1167.ALEXANDRI III. PAP.
8.FRIDERICI IMP. 13.
MANUELIS IMP. 25.(a) Cod.
Vat. l. 1.
ep. 165.

Alexandrum Pontificem ingesturum: recitanda hic est adhuc epistola (a) Lombardi Sedis Apostolicæ subdiaconi hoc tempore agentis in Galliis, ad eundem Pontificem data: nam ei primo præficitur titulus iste: *Alexandro Papæ Lombardus Rom. Eccl. subdiaconus*. Moxque sic incipit:

LIX.

Reverendo Patri ac domino Alexandro Dei gratia summo Pontifici Lombardus ejus clericus fidelis obedientiæ famulatum.

Cum vestra sanctitatis puer, & vestrarum manuum opus in Christo sim: quæ in vestra fama sugillationem, atque vestri nominis derogationem celebriter dicuntur, quæque in totius Ecclesiæ detrimentum, callide struuntur, dissimulare nec possum nec deo. Joannes siquidem Oxenefordensis cum Decanatus honore & gratiæ vestrae plenitudine Roma rediisse insolenter se jactat, nihilominus arroganter adiciens, se privilegio fore munitum adversus dominum Cantuariensem, & omnem Episcopum, & quasi paulo minus a Cardinalium ordine constitutum vobis soli & Apostolatu vestro se subjectum assirit.

Quid de Rege Franc. in-
fruct.

Præterea, quod regnum nullum unquam obtinere valuit, pro Rege obtinuisse gloriando superbe loquitur, scilicet inter Regis filium & filiam Comitis Britannicæ in tertio gradu consanguineos matrimonium vestra auctoritate firmatum. Adde quoque a Rege Legatos specialiter postulatos destinari qui appellationis remedio sublato, audiant & desinant quidquid Regi adversus dominum Archiepiscopum placuerit proponere. Hæc sanctissime Pater, Joanne Roma redeunte, divulgata sunt. Quæ tanto magis inusitata, quanto rarius fieri solent, tanto vehementius audientium animos perculerunt. Quibus auditis, Francorum Rex, vester, & Ecclesiæ filius devotus ita vehementer turbatus est, ut confestim se velle Nuntios dirigere, qui vestris Legatis regni sui ingressum inibiberent, diceret; plus aliquid fecit, quod in ore latoris posui. Convocare etiam Archiepiscopos & Episco-

pos se velle dixit, quatenus eis exponeret, atque proponeret, quomodo Romanæ Ecclesiæ adversus se & eam malignantes exaltat, cum autem deprimere querit, dicens: *An non laborat me inbonorare, qui sanguinem Cantuariensis Archiepiscopi viri innocentis, pro justitia & Ecclesiæ libertate exulantis callide effundere querit, impie tradens ipsum in manus inimicorum & persecutorum ejus, quem non obsequiorum obtentu... cum nobis magis injurias intulerit obsequendo tamen ei qui nunc ipsum persequitur, sed potius justissimæ causæ quam fovet intuitu ejus probitatis contemplatione, amore etiam domini Papæ, qui satis instanter me pro eo rogavit, exhibere honorifice & decenter, quam diu in exilio fuerit, & quasi in sinu meo confovere constanter disposui, sicut & jam cepti? Denuntians etiam, & manifeste protestans, non esse sibi minus molestum, quod pro hac causâ Legatos mittitis, quam si ad coronam sibi auferendam eos destinaretis. Ejus animimum adeo concitatum non defuerunt qui magis incenderent.*

Data est occasio adversus nos, & Dei Ecclesiæ malignandi, atque plurima molendi itis, quibus ab initio animus & nocendi vobis conatus fuit, quorum malevolum propositum vestra non mutavit indulgentia, etsi horum conatum repræssit auctoritas. Hæc per quemdam clericum vobis fidelem & devotum, presentem dum hæc agerentur, mihi ea privatim referentem didici. Illud unum, Pater sanctissime, verissime scio (quod tamen absque lacrymis non scribo) quia vestri nominis odor ex aliqua parte offuscatur, quoniam famæ vestræ derogatio quasi cibus est & potus detrahentium & maledicorum, qui velut vino potati & inebriati, vestram famam discerpunt, & quasi vos totum maledictionis dentibus corrodunt, tam faventes domino Cantuariensi, quam eum odio persequentes, maxime cum prope esset dies victoriæ ejus & vestræ, sicut a multis credebatur. Timebat enim Rex adeo, die appellationis elapso, excommunicari, uni-

LX.

Baronius num. LXI. sententiæ tamen dubius existimat, Lombardum hunc diversum non esse a Petro Lombardo, qui Parisiis floruit. At hic Petrus Lombardus, non Subdiaconus, sed Episcopus Parisiensis fuit, annoque MCLXIV. vitam cum morte commutavit. Lombardus itaque, qui eam Epistolam scripsit, fuit S. Thomæ domesticus, de quo in Catalogo Eruditorum S. Thomæ, qui in calce Vitæ ejus a Lupo editæ extat pag. 157. legitur: *Herbertus Bosianensis inter Eruditos Thomæ eruditissimus, præclarus quidam fuit, natione & nomine Lombardus, de præclara civitate Placentia oriundus, &c. Hic discipulus tempore, quo vacabat, quietis & otii (legendum, quieti & otio) Magistrum in exilio Canones edocuit; qui etiam semper comes erat individuus, quousque tandem*

ob

LXI.

universamque terram suam interdici, ut manifeste diceret, se Episcopis appellare nec persuasisse, nec compulsisse; ideoque partes suas in ea re non esset interpositurus. Episcopi vero in tantum angebantur & interdici metuebant, ut quidam ad dominum Cantuariensem nuntios mitterent, quidam ad ejus vocationem parati essent.

Cum Joannes de Oxeneford velut Legatus vester universos Episcopos convocans, eis auctoritate vestra, sicut fama est in Gallia, ne ad domini Cantuariensis vocationem venirent, præcepit, qua occasione magister Robertus Herefordensis Episcopus, cum jam ad mare venisset, transfretaturus revocatus est, sicut ipse coram domino Cantuariensi per Nuntios suos viros religiosos & bene notos, me præsentem, se excusavit. Propterea tanta est in multorum animis perturbatio: verentur enim Regis revocatus, & ex his Anglicanæ atque omnium Ecclesiarum terræ suæ ruinam, & libertatis subversionem, ac prolixiorum, vehementiorumque Archiepiscopi persecutionem. Quippe cum a multis & sæpe, quod Rex in diversa fortuna, & obitu vestro (quem Deus sua benignissima clementia in longa tempora differat) omnem spem suam locasse dicatur, firmissime asserens (sicut a pluribus fertur) successorem vestrum nequaquam suscepturum, nisi prius omnes dignitates & consuetudines regni sui confirmaverit. Ea propter dolose & fraudulentè creditur, Legatos postulasse, ad suam voluntatem non solum adversus dominum Cantuariensem, verum etiam adversus omnes Episcopos terræ suæ complendam, vel ut saltem sic ejus excommunicat. & terræ interdictum differatur. Quatenus hoc modo frustrando tempora, domini Cantuariensis auctoritatem evacuare possit, ut si forte vestro tempore non ligetur, a successore vestro ligari non metuat, cum nec facile (sicut a multis dicitur) proposuerit eum suscepturum. Itaque prudentissime Pater, qui spiritum Dei habent, & pacem Ecclesiæ desiderant, spiritum Danielis (a) in vobis excitari ad Belis astutias deprehendendas, & draconem interficiendum, summa animi affectu optant, super quo Deum

(a) Dan.
4.

PAGIUS.

ob præclara ipsius merita ad Romanam Ecclesiam ab exilio vocatus, & S. Rom. Ecclesia Cardinalis effectus, demum per Romanum Pontificem in Beneventanum promotus est; Cardinalis quidem ab Alexandro III. a Lucio vero III. Archiepiscopus, & varia Opera composuit, ut prodit Oldoinus in Hist. Card. qui tamen male eum Anglum facit, quia sc. laudatum Catalogum non viderat. Baronius an. MCLXXII. nu. XIII. de isto Lombardo postea Cardinali ex præfato Catalogo agit, supponitque eum diversum fuisse ab eo de quo agimus, cum tamen unus & idem sit.

XXIII.

A num. LXII. ad LXX. Baronius pluribus diluit calumnias in Alexandrum Papam per

assiduis & cumulatis precibus exorant. Valeat sanctitas vestra in tempora multa. Hucusque Lombardus, quem dicit aliquis Theologum illum insignem, qui Parisiis claruit, dictum proprio nomine Petrum Lombardum, his enim temporibus vixit.

LXII.

Audisti Regis Francorum querelas & aliorum, quas Lombardi litteræ prodiderunt: audi modo Regis Anglorum superbam exultationem cum insultatione ex eodem casu deproptam, quæ bonis luctum haud mediocrem afferret. Extat enim de his epistola Joannis Saresberienensis ad Joannem Episcopum Pictaviensem, in qua post alia, ista de Rege Anglorum habet: (a) Ipse quoque Rex dixit Episcopo VVigornensi, quod ipse & alii omnes Episcopi exempti sunt a potestate domini Cantuariensis, præcepitque non timere minas aliquas, quia nunc dominum Papam & omnes Cardinales habet in bursa sua: adeoque gloriatur, ut palam dicat se nunc demum avi sui consecutum privilegium, quia in terra sua erat Rex, Legatus Apostolicus, Patriarcha, Imperator, & omnia quæ volebat: & fere (quod ad Ecclesiam Romanam) probabile est quod dicit. Quid enim ei amplius consulisset Octavianus, vel Cremenfis hæresiarca? Quid aliud fecissent Cardinales eorum, quam præfati illi domini Alexandri Cardinales, qui excacuerunt linguas Angliæ, & ignem & venenum fecerunt vomere, ut terrerent dominum Papam, & inclinarent ad libitum suum? Hæc in Ecclesiæ Romanæ scribentur Annalibus, & certe, Deo procurante, qui describant, non deserunt.

LXIII.

Quod ad petitionem & comminationem Regis Angliæ, cujus intolerabiles excessus tanto tempore sustinuerat, præconem veritatis, libertatis asserentem, prædicatorem justitiæ pro causâ Domini cum infinita multitudine innocentium jam quadriennio exulantem, neglecto rationis & juris ordine, velut criminis, officii sui potestate privavit, non quidem quia ille meruerit, sed quia placuit tyranno. Et tamen patentibus litteris, quæ apud nos sunt, concesserat, ut officii sui potestate pleno jure uteretur. In quibus hoc express-

Saresb. in
Alexand.
Pap. mi-
nus æquus
inventus.

Joannem Oxenefordensem in Angliam jactatas, Legati in & quod Willelmus Papiensis S. Thomæ inimicus esset, ac munerum & Regis gratiæ appetentissimus, a pluribus creditas. Ipse Sanctus Præsul, ubi accepit sibi talem Judicem datum, scripsit Epistolam XIV. libri II. ad Hiacyinthum Cardinalem, in qua ait: *Non credebamus, nec penes Curiam Romanam hoc promerimus, ut ipsius subiceremur arbitrii judicio, quem Curia Universitas nobiscum pariter benovit nostrum esse inimicum & Ecclesiæ nostræ, nec non & hostem plusquam manifestum. Ostendit Baronius Alexandrum III. in hac delegatone culpa vacasse, deceptum fuisse, ac Legatorum dein potestatem limitasse.*

pressit, quod ipsum Regem excommunicandi nec mandatum dabit, nec prohibebat. Deus bone, quid novitatis accidit? Dicit Spiritus sanctus in Lege sua: (a) Clama, ne cesses: & ecce nescio quis spiritus ab Urbe in Orbem exiens, prædicatoribus dicit: Tace, ne clames. Præcipit Apostolus Episcopum instituens: (b) Ministerium tuum imple: & ecce Apostolicus præcipit: Ab officii tui ministerio desiste. Sed forte suspicatur, quod hominem possit per patientiam emollire: sed numquid hoc non expertus est in Episcopo Cantuariensi, qui fere quadriennio sede sua privatus, & Apostolicæ Sedis remissionem, & illusterrandem sentit, expositus ventis? Pudeat quæso dominum Papam conscientia suæ, provideat famæ, & honori, & salutis Ecclesiæ. Et vos hæc ei diligentius intimate, & persuadete dominis Cardinalibus, ut meminerint Judicii Dei, quod jugiter implorant pauperes Christi contra omnes libertatis Ecclesiæ inimicos. Hucusque Joannes Saresberienfis, qui paulo solutior tanti Pontificis æstimationem carpit, cujus est in suis epistolis sæpe laudator, excusator, atque defensor.

LXIII.

Sed ut discas, Lector, valde periculosum esse, de summo Pontifice perperam loqui & temere judicare: audi quæso pro Alexandro justam defensionem, sine qua haud ista digne Romanæ Ecclesiæ intextuntur Annalibus: siquidem nec numeros suscepti muneris elucidandæ historicæ veritatis implebo; si quæ præter veritatem inveniuntur asserta, non vendicavero a mendaciorum involucris, quibus perstringitur, dum falso jactata in eum sunt tamquam vera recepta absque diligentiori examine veritatis, quam nos ex diverforum litteris tunc scriptis, quibus arguuntur falsitatis divulgata per Joannem de Oxeneford, proferemus in lucem. Jam, Lector, attende.

Vendicator Alex. Pap. ab illatis in eum calumniis.

Vidisti quadriennii ferme temporis spatium, nimirum triennio cum dimidio jam exacto, ejusmodi controversiam de Ecclesiastica libertate inter Regem & sanctum Thomam, & una cum eo inter Romanam Ecclesiam agitatam, in dies magis in deterius prolapsam, nullatenus acquiescente Rege, sive Episcopis, judicio subijci ejusdem Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, a quo (ut vidisti) idem Rex una cum Episcopis ad Sedem Apostolicam appellaverat, atque per suos Nuntios appellationem fuerat prosequutus, petens adhuc per eosdem legationem in Angliam mitti. De qua quidem petitione in primis falsum est, quod asseritur, a Rege Willelmo Papiensem Legatum dumtaxat esse petentem. Nam audi eundem Saresberiensem: Querit, inquit, Rex noster, ut Willelmus Papiensis, &

alius Cardinalis mittantur Legati &c. Qui &, ne ex eo, quod alter illorum esset amicus Regis, inferretur aliquod adversæ parti damnum, idem Pontifex alterum Legatorum talem elegit, qui eminenti probitate collegæ, si quid præter jus factæ tentaret, resistere posset, quem & sciret erga ipsum sanctum Thomam esse propensorem. Nam audi, quæ Episcopus Pictaviensis de ambobus agens, litteris (c) ad sanctum Thomam datis scribit: Huc, inquit, Willelmo Papiensi adiunctus esse narratur dominus Oddo diaconus Cardinalis de Carcere Tulliano, & utinam, Stellæ namque unius malitiam si non extinguat, temperat tamen & attenuat sibi adiuncta magis propitia stella & benevola.

Præterea, quod non ad causam judicandam (ut vulgo, auctore Joanne ferrebatur) sed ad pacem componendam, ejusmodi legationem Alexander Papa diceret, litteræ ipsius, (d) quæ adhuc extant, aperte significant. Sed & ne S. Thomas de eodem Willelmo Legato posset esse sollicitus: idem Alexander ante omnia ab ipso promissionem acceperat, illum haud quidquam adversus Cantuariensem Archiepiscopum moliturum. Reddam ipsa verba Alexandri Papæ scribentis ad S. Thomam: (e) Verum, inquit, in jam dictos Cardinales potes omnino confidere, nec de memorato Willelmo oportet te quomodolibet dubitare, quoniam nos ei, ut ad pacem tuam viribus totis intendere, firmiter & districte injunximus: & ipse in tantum nobis promisit, quod nos inde nullatenus dubitemus. Quin etiam re bene perspecta, familiaritatem Willelmi cum Rege pacis negotio profuturam, idem Saresberienfis concepit animo, atque scriptis prodidit, dicens ad ipsum: (f) Cæterum ego interim spero, quod hæc vestri & domini Regis familiaritas, quæ multis adeo suspecta est, fructuosa erit Ecclesiæ, necessaria nobis, salubris illi, & vobis gloriosa.

Præterea procurans pacem Alexander inter Archiepiscopum atque Regem, non (ut turpiter mentitus est Nuntius ipsius Regis) aliquo Ecclesiasticæ libertatis dispendio fieri debere mandavit, sed ante omnia juribus Ecclesiæ voluit esse consultum; ut plane hæc ex parte S. Thomæ dubitandum minime fuerit, ex ea legatione Ecclesiasticam libertatem pati potuisse aliquod detrimentum, quod iidem litteris idem Pontifex declaravit. Insuper nihil concessum excommunicatis a sancto Thomæ Episcopis ab Alexandro (quod mentiebatur Oxenefordensis) nisi ut instante morte absolvi possent, præstita juratoria cautione, (g) litteræ Alexandri ad Angliæ Episcopos per eosdem Legatos datæ manifeste docent. Sed nec etiam verum quod

(c) Cod. Vat. l. 1. ep. 163.

LXIV.

(d) lib. 2. ep. 1. 2. 3.

(e) lb. ep. 1. Suspensa non dempta S. Thomæ potestas.

(f) lb. ep. 8.

LXV.

(g) Cod. Vat. l. 2. ep. 3.

quod summa jactantia idem mentitus Oxenefordensis sparserat in vulgus, Regem exemptum fuisse ab Archiepiscopi potestate: sed ejusdem auctoritatem in eum ad tempus dumtaxat fuisse suspensam, dum per Legatos pacis causa tractaretur, quo tempore etiam ab inimicis exercitibus suspensio fit armorum. Cæterum, pace non secuta, ut in Regem suo utatur jure sanctus Thomas, idem Alexander litteris (a) ad eum datis ita expresse demonstrat: Cæterum si forte: (quod Dominus avertat) Rex in sua duxerit obstinatione indurato animo persistendum: neque hac saltem vice in reconciliatione tua, & tuorum atque Ecclesiæ pace voluntati divinæ, admonitioni nostræ, & honori suo deferre voluerit: ex tunc si in regnum & regni personas, tuæ jurisdictioni vel metropolis aut legationis jure subditos ultionis debita severitatem duxeris exercendam, & tuas, & Ecclesiæ tuæ injurias, pontificali gravitate ac maturitate servata, prout expedire noveris, vindicabis.

(a) lb. ep. 7.

LXVI.

(b) lb. ib.

(c) lib. 1. ep. 163.

(d) lib. 2. ep. 23.

LXVII.

Ad illud vero, quod de ipso Nuntio Regis Joanne de Oxeneford Romam veniente Alexander Papa visus sit bene mereri, datus ei Decanatum Saresberienfis Ecclesiæ, quem extortum ab Episcopo suo, Romæ renunciavit prius in (b) manibus Papæ, & deinde ab eo accepit eundem homo perversus, ac profus indignus: ad excusationem ejusdem Pontificis ita habet Joannes Pictaviensis in litteris (c) suis ad sanctum Thomam: Joannes de Oxeneford plus gratiæ & favoris in oculis domini Papæ promeruit ex hoc, quod suggestit ei, pacem inter vos & Regem posse reformari, si esset qui de ea fideliter tractaret. Promisitque se ad hoc omnimodam operam daturum. Additque, sic ab Alexandro fuisse excommunicatione absolutum asseri, eo quod regias illas abjuraverit consuetudines, quarum causa esset omnis illa conflata discordia. Sic igitur his promissis, additisque istiusmodi promissioni pacis illecebris, Alexander Papa deceptus ab eo fuit. Qui & egregie mentitus esse invenitur, cum rediens, illud sparsit in vulgus, se privilegio Papæ exemptum fuisse a potestate Cantuariensis Archiepiscopi: nam suspensam tantum ad tempus usque legationis illius e latere missæ fuisse S. Thomæ auctoritatem, non autem abrogatam, quæ dicta sunt superius, docent. Porro adversus eundem Joannem Oxenefordensem, qui adeo falsa sparsisset in vulgus, Alexander Papa (d) scribens ad Legatos anno sequenti, eum districto judicio puniri præcepit. Reddemus easdem litteras suo loco.

Etatas in Angliā calumnias, easdemque Saresberienſi ad tempus male acceptas, & creditas. Nam licet (ut audiſti) in Alexandrum Pontificem fuerit oblocutus; rurſum laudat ipſum, & aliqua ex parte excuſat quod fecerat urgente neceſſitate, ait enim ſcribens (e) ad ſanctum Thomam: Nec de Eccleſia Romana, cuius mores & neceſſitates nobis innotuerunt, multum conſido. Utrique Alexander Papa vir ſanctus & juſtus eſt, ſed ejuſ ſunt tot neceſſitates, & tanta aviditas & improbitas Romanorum, ut interdum utatur licentia poteſtatis, procuretque diſpenſatione, quod Reipublicæ dicitur expedire, eſſi non expediat religioni. Ac (f) rurſus: Nec retardet vos, ſi in Eccleſia Romana videtis aliquid reprehendiſſibile, qui meministi in Evangelio (g) mandatum eſſe Fidelibus, ut non imitentur opera ſedentium in cathedra Moysi, ſed doctrinam eorum operibus impleant. At iſta & alia omnia omnino correxit ſuis poſtremis litteris de his datis poſt res bene exploratas, dum brevi compendio univerſam hanc cauſam ab adventu peſſimi illius Joannis Oxenefordeniſis tractat, hæc ſcribens ad (h) Milonem Morinenſium Episcopum: Si quis ea quæ Romæ geſta ſunt, diligentius recolat: plane videbit, quod Romanus Pontifex etiam circumventus, cauſam Eccleſiæ & noſtram fideliffime procuravit. Jam dictus enim Joannes Oxenefordeniſis ſcilicet, tandem præſtito juramento, de more abſolutus, idem publice juravit, quod nihil in præſato ſchiſmaticorum conventu fecerat contra ſitem Eccleſiæ, & honorem & utilitatem domini Papæ, & utinam non pejeriſſet! Poſtmodum commendaticias & deprecatorias porrexit ex parte domini Regis, quibus inſertum erat, ut illi tamquam Regi ipſi in omnibus crederetur. Deinde tanta ſultus auctoritate, cauſam, quæ, inter Regem & Archiepiscopum ſuper pravos conſuetudinibus vertitur, domini Papæ committit arbitrio, ut illæ ad nutum ejuſ roborarentur, aut caderent, & Archiepiscopum ad formam mandati ejuſ pax omnimoda reformaretur. Et hoc item confirmando juramento obtinuit, ut dominus Papa concederet, ſe ad hoc Legatos eſſe miſſurum. Hæc ipſe. Quibus vides, hominem tanta pollicentem, haud vane, ſed litteris regiis, ſi vera fuiſſent, & cuncta juramenti confirmantem, haud irremuneratum a Pontifice debuiſſe dimitti. Quod & præſtitit, ut idem teſtatur auctor ſequenti (i) epiſtola: Nam anulo donatum, & beneficio Decanatus auctum remiſit in Angliam, unde in poſterum crevit fallendi fiducia, & decipiendi parta major occaſio. At utinam Cardinales quosdam auro corruptos, poſſem ſicut Pontificem excuſare! Verum ablit

(e) lib. 1. ep. 160. in fin.

(f) lb. ep. 167 in fin. (g) Mat. 23.

(h) lib. 2. ep. 97.

Omnis de Alexand. Pap. ſuſpicio tollitur.

(i) Cod. Vat. l. 2. ep. 98.

abst ut, quod fuit reprehensione maxima dignum, velim excusatione purgatum; immo mufcas istas mortuas perdetes odorem unguenti, semper dixerim in vestivis acerbissimis insectandas.

LXVIII. Rex Angl. auro curat corrumpere Cardinales. Per eundem igitur Legatum suum, nonnullas auri libras Romam Rex Anglorum misit erogandas in Cardinales. Acceperunt complures turpiter; alii autem laudabiliter abstinerunt omnino, quod ejusmodi munera Regum in ignominiam cederent Apostolicæ Sedis. Quod & contigit. Ejus enim rei causa, gravissima illata sunt scandala, & denigrata valde facies Sponsæ Christi, Ecclesiæ Sanctæ; nam audi quæso S. Thomæ justas de his querelas, (a) scriptas ad Archiepiscopum Moguntinum: Ego, inquit, dolendo dico rem dolendam nimis. Capta est Urbs inclita, quæ jam fere totum subegerat Orbem, subversa humana gratiæ cupiditate: & quæ gladio perire non poterat, occidentali veneno infecta succumbit. Proh dolor, ipsius casu fit undique dispendium libertatis Ecclesiæ compendium temporalium. Itur in ipsius ruinam per anfractus divitiarum: prostituta est ut fornicaria, quæ multorum libidini patet in platea: fornicantur cum ea quilibet potentum. Hæc & alia magna animi sui amaritudine S. Thomas jam martyrii candidatus in amici fidelis aures infudit, occasione utique missi auri ab Anglorum Rege ad corrumpendam Romanam Ecclesiam. De quo audi etiam querelas Pictaviensis Episcopi, ita scribentis ad Lombardum: (b) Gloriatu est etiam Rex, se tales amicos habere in Curia, qui omnes conatus Archiepiscopi Cantuariensis evacuabunt, & ita seduli sunt in promovendis negotiis ejus, ut nec unam petitionem porrigere possit, vel aliquid impetrare, quod per amicos non mittatur ad ipsum. Scimus & nomina eorum, quorum consilio utitur & qui nuper egerunt in Curia: ut causa Dei, & pauperes Christi vili pretio venderentur. Neque enim fuit multitudo in commutationibus eorum. Numquid fuissent illæ unciæ auri, quibus impulsæ sunt ut caderent, quos Ecclesiæ columnas oportuerat esse! Adeoque de triumpho suo elatus est Rex, ut in domo sua taceri non possit, qui Cardinales de illo pestifero & infami auro nihil acceperint, quive procuraverint quomodo dispensaretur, aliis plus, aliis minus, secundum quod magis aut minus quis promeruerat ad justitiæ subversionem. Hæc de his ipse.

(a) Id. ep. 21.

(b) Id. ep. 32.

PAGIUS XXIV. Ad num. LXX. & seq. Joannes Neapolitanus Cardinalis, cujus cognomen ac titulus ignorantur, Legatus Sanctæ Sedis in Sicilia erat anno superiori, ut eruitur ex Falcando in

Ex iis autem qui accipere noluerunt fuere inter alios Humbaldus & Hyacinthus S. R. E. laudatissimi Cardinales, S. Thomæ faventes, de quibus extat ejusdem S. Thomæ (c) epistola, ubi de auro ab ipsis contempto ingeritur honorifica mentio, cum ipsi non solum ab auro Angliæ Regis se laudabiliter abstinerint, sed suum quod haberent, profuderint in Anglos ipsos, pauperes exules causa Ecclesiæ laborantes. Ait enim S. Thomas: Nos alti verbis, sed vestra rebus & * operibus benignitas consolatur. Doluistis vicem nostram & calamitatem Ecclesiæ, pauperum Christi coexulantium, angustias hic habuistis ut vestras. Præmia fraternæ charitatis & veræ compassionis fructum vobis in illa die tribuat justus Judex, qui misericordibus in gratia uberi misericordiam pollicetur. Non abiistis post aurum, quo nuper ad lesionem nostram, & Apostolicæ Sedis confusionem capti sunt quidam, quorum patrocinio receptis litteris Apostolicis, quas lectitari facit in utriusque regni compitis Rex Anglorum, se de Romana Ecclesiâ gloriatu est triumphasse, nec immerito: voti siquidem compos effectus est. Et nunc in Ecclesia Dei nemine contradicente pro libito debacchatur, sperans (quod Deus avertat) dominum Papam, vel me, pro voto suo interim moriturum. Et inferius, post ærumnas suas recensitas, hæc rursus de auro Romæ erogato: Novit utique Dominus qui sunt ejus & Ecclesia jam scivit ex parte qui non sunt ejus. Nam Rex Anglorum prædicat qui sui sunt, nec tacitum est, quot & quibus erogatum est aurum: sed munera ejus spolia nostra, spolia pauperum Crucifixi, immo ipsius Christi spolia sunt, immo minima portuuncula spoliatorum. Hæc idcirco, quod redditus Cantuariensis Archiepiscopatus amplissimos ipse Rex sacrilege caperet. Hæc, inquam, adeo turpia & detestabilia excusare non possumus nec debemus. Nam qui sic regio capiuntur auro, plumbei ipsi redduntur, deformes existimatione, flexibiles levitate, graves pondere conscientiæ, Deo invisî, hominibus expositi subannandi, & conculcandi, ut sal infatuatum, quod ad nihilum valet ultra. Perdat hos Deus, ne inficiant Sanctam Ecclesiam non habentem maculam neque rugam: perdat hos Deus antequam prodant ipsi Ecclesiam in manum laicam. Sint ista errata majorum major cautela successorum. At præsens annus aliud magis detestandum de alio Cardinali in Siciliam misso ab

LXIX. Qui auri abstinentes fuerint Cardinales. (c) Id. ep. 54.

* opibus

LXX.

Hist. de Sicilia Calamit. pag. 673. & 677. qui postea etiam de eo verba facit pag. 678. dum loquitur de Gestis, emenso post mortem Regis annis (sc. Willelmi primi) annuo fere spatium. Pri-

Vituperabilis Legatio Joannis Neapolitani.

Joan. Card. Neap. auri cupidus Legationes in Siciliam.

ab Alexandro Papa Legato ministrat exemplum, de Joanne Neapolitano scilicet, qui missus est ab Alexandro Legatus, in Siciliam ad novum Regem Wilhelmum Secundum, ut electos Episcopos Romam mitteret consecrandos, & ad cognoscendam causam electi Syracusani. Quod enim lucri causa homo iste frequenter ejusmodi munus legationis in Siciliam extorquere consueverit ab Alexandro Pontifice: dictorio curre publice non absque dignitatis amplissimæ dedecore est fugillatus. Rem gestam Hugo Falcandus, qui tunc ista præsens existens scribebat, ita narrat: Nec illud reticendum arbitror, quod cum ad Cardinalem magnates Curie die quadam ceterique proceres & Episcopi convenissent: aderat inter eos nota loquacitatis & urbana quidam insania, qui ob stultitiam suam libere in seipsum & nimis quandoque mordaciter in ipsos etiam familiares, Regis scilicet, invehi consueverat, & assidue Curiam sequebatur. Hic cum universos solitis verborum contumeliis afficiens, ad risum singulos permovisset: tandem omissis ceteris, Joannem Neapolitanum intuitus: Quot inquit, o Cardinalis, videtur tibi milliariis Panormum ab Urbe Roma distare? cumque responsum esset, quindecim dierum itinere. At ego, inquit, te videns toties, tamque securre tanti difficultatem itineris quasi negligendo discurre, non ampliori spatio ab Romanis esse, quam viginti milliariis arbitrabar. Nunc autem intelligo, quia spe lucri ductus, pericula tanta contemnis, sentiens in manus stultorum thesauros palatii devenisse. Quod si Willelmus senior viveret, nequaquam Romam redires ita suffarcinatus auro Sicilia, neque Panormum toties recurre, ut contentiones & rixas in Curia suscitares. Hoc illius dictum cum astantibus placuisset, subito dispersum in populo, multam adversus Cardinalem plebis invidiam excitavit, versumque est in proverbium: Joannem Neapolitanum ab Urbe Roma usque Panormum viginti milliaria computare. Hæc ipse. Sed unde corraderet perverfor jurium iste pecuniam, ex iis quæ inferius idem auctor subiicit, nosces; ait enim: De solvendo quoque matrimonio præ-

LXXI.

PAGIUS

XXV.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

mo itaque Willelmi II. Sicilia Regis anno, quidam e Proceribus in hunc Cardinalem invehens ait: Si Willelmus senior viveret, neque Romam redires ita suffarcinatus auro Sicilia, neque Panormum toties recurre, ut contentiones & rixas in Curia suscitares. Quare jure merito Baronius eum inter Legatos, qui auctoritate sibi commissa abusi sunt, numerat. Ad num. LXXII. & seq. Cum Petrus Blesensis, Vir eruditissimus, sacrarum literarum, & Juris Canonici peritissimus anno secundo Wil-

pit Regina Curie familiaribus, ut convocatis Episcopis, aliisque personis Ecclesiasticis, & auditis utriusque partis allegationibus, quod inde distaret equitas expedirent. At illi rogaverunt Cardinales, ut ejusmodi interessent examinationi negotii, eo quod ipsi promptiorem harum rerum haberent notitiam, cum Romana Curia frequenter super hujusmodi causis cognosceret. Joannes ergo Neapolitanus eorum facile petitioni consensit: Episcopus autem Ostiensis, vir honestatis non dubiæ, cum socium suum vidisset muneribus & gratia esse corruptam, eoque ipso recte judicandi libertatem sublatam, nullis precibus adduci potuit, ut eorum vellet judiciis interesse. Causa vero, propter quam prædictus Richardus putabat oportere solvi conjugium, hæc erat, quod se dudum ante prædictum matrimonium cum quadam uxoris suæ consobrina rem habuisse dicebat. Cujus rei testes processerant duo milites, hoc se vidisse certissime protestantes. Quod cum adversa pars denegaret, essentque qui falsum eos perhibere testimonium probaturi assererent; causam ejusmodi crederent, etsi constaret, ad solvendum matrimonium posse sufficere, sed ut objecti consanguinea suæ criminis injuriam propulsarent: Cardinalis rem breviter satagens desinire; prædictos testes jurare præcepit. Inde soluto matrimonio, & ab utraque parte de non coeundo deinceps, præstito sacramento: Richardo potestatem dedit ad secundas nuptias licite transgredi; illam autem jussit sine spe conjugii permanere. In quo licet eum Eccl. viri qui aderant, Richardi de Sagio & amicorum ejus gratiam sequutum fuisse, non ambigerent: illud tamen propensius mirabantur, quod viro qui deliquerat, absoluto mulieri, quæ nihil admiserat, perpetuam continentiam indixisset. Cumque laenter ejus impudentiam arguentes, tentandi gratia peterent ab eodem, Utrum in causis paribus idem jus consequenter admitterent? Respondit sibi licere, quod eis non liceret, neque nunc id se fecisse, ut id consequendum aliis traderetur. Hucusque Hugo Falcandus de scandalis, quæ amore auri Cardinalis venalis inferret.

Detestandum judicium Joan. Card. auro corrupti.

LXXII.

Sed quod in Sicilia sumus & tempus exigit de Petro Blesensi fama notissimo ali-

Floret Petrus Blesensis.

elmi II. Sicilia Regis in Siciliam missus fuisset futurus Magister Regis, videns æmulos quarere se e medio tollere, petiit a Rege licentiam recedendi, recessitque anno, quo Catania submersa est, quoque Willelmus Cancellarius natione Francus, penes quem rerum summa erat, ob atroces in se conjurationes Siciliam relinquere coactus fuit. Narrat hæc Baronius ex Epistolis XC. & XLVI. Petri Blesensis, recteque concludit, Petrum Blesensem a natali solo ita cognominatum, (a castro nempe Blesensi, hodie civitate Episcopali) in

De tem-
pore ad-
ventus
Petri
Bles. in
Sicil.

aliquid dicendum. Hoc ipso anno, nempe sequenti a coronatione Willelmi junioris (ut idem qui supra testatur Hugo Falcandus) petente Margarita Regina Regis matre ab avunculo suo Rotomagensi Archiepiscopo, ad curam novi Regis mitti aliquem ex consanguineis: mittitur ab eo in Siciliam cum Stephano filio Comitibus Perticensis, inter alios tringitaseptem, quos secum ex Gallis duxit, præ cæteris scientia clarus, moribus honestissimis probe compositus idem qui supra Petrus Blesensis, futurus magister Regis, quem hætenus litteris imbuisset Gualterius Agrigentinus, postea factus Panormitanus Archiepiscopus, ut idem. Petrus testatur in epistola ad ipsum tunc scripta, cum ad idem culmen honoris evedctus esset, moratusque ibi per annum in magisterio; ait enim: (a) Scitis, quod dominus Rex Sicilia per annum discipulus meus fuit, & qui a vobis verficatoria atque litteratoria artis primitias habuerat: per industriam & sollicitudinem meam beneficium scientiæ plenioris obtinuit. Quam cito autem egressus sum regnum, ipse Rex scilicet, libris abiectis, ad otium se contulit palatinum. Hæc Petrus: qui passus est æmulos, qui non conjuratione ad necem parata quærenter e medio eum tollere, sed majoris prætextu honoris a Curia dimovere: nam audi ipsum: (b) Tu vero frequenter ex ipso Papa, qui nunc sedet, ac plerisque

(a) Pet.
Bles. ep.
66.

(b) Id. ep.
131.

PAGIUS Galliam & Angliam venisse anno MCLXIX. quo excidium Catanense accidit, ut eo anno videbimus. Porro Petrus Blesensis, qui Guillelmi II. Sicilia Regis præceptor ac Sigillarius fuerat, ut ipsemet testatur in Epist. CXXXI. in Angliam ab Henrico II. vocatus, ab eo ad Regem Francorum ob gravia negotia non semel missus fuit. Recufatis Archiepiscopatu Neapolitano & Rossensi Episcopatu, Bathoniensi Archidiaconatu, & deinde Londinensi, exiguis nempe rebus contentus fuit vixitque usque ad initium sæculi sequentis, anno incerto demortuus. De ejus Operibus legendus Oadinus in Supplem. Script. Eccles.

XXVI.
Obitus
Mathildis
Imperatricis.

Hoc anno obiit Mathildis quondam Romanorum Imperatrix, mater Henrici II. Angliæ Regis, ut Hovedenus pag. 505. aliique Angliæ Historici docent. Diem ejus emortualem notavit Arnulphus Lexoviensis Episcopus, decimum nempe Septembris, quem epitaphio ejus inscripsit. Sape nominata Mathildis Imperatrix, inquit Gemmeticensis lib. 7. cap. 27. dum quidam vice apud Rotomagum infirmaretur, sufficiens argumentum sua prudentia & religionis, tam præsentibus, quam futuris ostendit. Gætas enim non solum Imperatorias, quas secum de Italia incomparabiles attulerat; verum etiam quas Regalis, imo paterna munificentia, de inexhaustis Anglorum thesauris sibi contulerat, tam devota manu Ecclesiis diversarum provinciarum & utriusque sexus religiosis pauperibus, viduis, orphanis distribuit: ut neca culcitra serica, super quam in ipsa infirmitate decumbebat, abstergeret: quin ipsa distracta, prævium ejus leprosis erogari juberet.

Cardinalibus ejus, qui in diebus meis legatione functi sunt, fratris etiam mei, & Abbatis sancti Dionysii, aliquorum magnatum qui in terra sunt, relatione cognoscere potuisti, quod cum in Sicilia essem Sigillarius & doctor Regis Willelmi secundi tunc pueri, atque post Reginam & Panormitanum electum dispositio regni factis ad meum penderet arbitrium: quidam mei ænuli, machinantes me a familiaritate Regi excludere, procuraverunt, ut Ecclesia Neapolitana me in Archiepiscopum eligeret, ac per majores Capituli ordinationem meam communi decreto & voto unanimi postularet. Vocatus autem, non sui: rogatus & tractus multipliciter, non consensit.

Porro turbæ Siculæ & frequentes conjurationes adversus Stephanum Archiep. & Cancellarium, qui secum ipsum duxerat, quæ copiose admodum describuntur ab Hugone Falcando, quibus tandem coactus est navigio impositus, si vivere vellet, recedere e Sicilia, in causa fuisse videntur, ne ipse involveretur in illis, ut recedendi quamprimum e Sicilia optimum consilium inierit, de quo ipse in epistola ad Willelmum fratrem suum hæc habet, sic exordiens: (c) Quam atrociter conjuraverint in exitum domini Stephani Panormitani electi & regis Cancellarii Siculi proditores, relatione non indiget. His enim & aliis durioribus, quæ frequenter auditis, tinnierunt aures nostræ. Ego autem

LXXIII.

(c) Id. ep.
90.
De tem-
pore e-
gressus
Petri
Bles. ex
Sicilia.

Joannes Saresberienfis in Epist. XLVIII. libri secundi demonstrat tumultus, quibus sub Henrico Remorum Archiepiscopo, Ludovici VII. Francorum Regis fratre, civitas Remensis concussa fuit, hoc anno finem accepisse; ait enim: Obierunt Consilarii Imperatoris, Reginaldus Colonienfis Archiepiscopus & Moguntinus, intrusus Leodiensis, &c. Est & relevationis (idest, Solatii) argumentum, quod seditio Remensis, pacificata est, & Urbis soluta obsidio. Hanc enim sibi germanitatem, ut ajunt, ha dua exhibent civitates, ut eisdem subiaceant fatiis, & simul patientes gaudeant simul. Quare cum certum sit, Reginaldum Coloniensem, & Alexandrum Leodiensem currenti anno mortalitatem expleffe, ut jam probavimus, ac Fridericum. Imp. ab urbe Romana, quam ceperat, recessisse, certum, pariter hoc anno tumultus Remenses cessasse & Philippum Comitem Flandriæ, qui Remos obsidione cinxerat, ad petitionem Archiepiscopi ut refert idem Saresberienfis Epist. XXXI. lib. II. ab eadem recessisse. Marlotus Tom. II. Metrop. Remensis lib. 3. cap. 3. literas horum tumultuum occasione ab Alexandro Papa Henrico Archiepiscopo, & Ludovico VII. Francorum Regi datas recitat, quibus utrumque hortatur, ne ita dure Canonicos Remenses tractent; sed male tam illas literas, quam tumultus ad annum MCLXIV. revocat.

XXVII.
Civitas
Remensis
ab Henrico
Archiep.
dure ha-
bita.

XXVIII.

Guillelmus Nivernensis Comes hujus nominis IV. accepit apud Caritatem (Abbatiam haud procul ab urbe Nivernensi positam) signum vivifica Crucis gratia Jerosolymitana peregrinationis ab Hugone Senonensi Archiepiscopo, inquit Hu-

sem cum in illa turbatione & egressu domini, medio hemitratæ laborarem: de mandato domini Regis, cura & custodia Salernitani Archiepiscopi commissus sum, qui non minorem circa me diligentiam exhibuit, quam si dominus aut filius ejus essem. Ex quo autem convalesci, accessi ad dominum Regem, petens ab eo & magnatibus Curia licentiam recedendi. Rex autem per dominum Salernitanum, & per Ricardum electum Syracusanum me sollicitari multipliciter fecit, ut in Curia ejus, & in sigilli officio remanerem: sed non potui ad hoc precibus, aut promissis, aut muneribus inclinari. Terra siquidem illa devorat habitatores suos; timentisque a malitia inhabitantium in ea, in hoc redegeram meorum desideriorum summam, ut haberem licentiam, & cum securitate recessum. Quia igitur exire Siciliam in equis, & proficisci per Calabriam mihi & omnibus qui mecum erant, suspectissimum videbatur: ibi quamdam Genuensium na-

PAGIUS
Poplicani
hæretici
in Bur-
gundia
grassan-
tur.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

Hugo Pictavinus, Guillelmi Abbatis Vizeliacensis Notarius, in Historia Vizeliacensi ab anno MCLVI. inchoata, & currenti absoluta, ac Tomo III. Spicilegii relata, in cuius calce post laudata verba subdit: Eo tempore deprehensi sunt apud Vizeliacum quidam hæretici qui dicuntur Deonarii seu Poplicani & additi in quæstionem per ambages & circuitus verborum tentabant velare fedissimam sectam hæresis suæ. Separatos itaque Abbas (nempe Guillelmus) jussit recludi, donec a supervenientibus Episcopis, honestisque personis convincerentur, &c. Tandem cum frustra multo tempore laboratum fuisset, mediatis Archiepiscopis, videlicet Lugdunensi & Narbonensi, cum Episcopo Nivernensi, & Abbatibus, aliisque peritissimis viris quampluribus, convicti sunt quod solum divinitatis essentiam ore confitentur, omnia penitus Ecclesia Catholica sacramenta evacuarent, Baptismum scilicet parvulorum, Eucharistiam, vivificæ Crucis impressionem, exorcizata atque asperionem, Basilicarum aedificia, decimarum & oblationum remedia, conjugatorum connubia, Monachorum instituta, Clericorum & Sacerdotum omnia officia. Et, cum inflaret Paschalis solemnitas, adducti sunt in medium maxima multitudinis, qua totum Claustrum occupabat, stante Guichardo Lugdunensi Archiep. & Bernardo Nivernensium Episc. Magistro quoque Galterio Lugdunensi Episc. cum Willelmo Vizeliacensi Abbate. Itaque requisiti de fide per singula capita, sic se credere dixerunt, sicut Catholica credit Ecclesia. Subjungit eos, qui in sua perseverarunt obstinatione, igni traditos fuisse. Quæ hoc anno contigisse testatur etiam Chronographus Vizeliacensis Tom. I. Biblioth. Labbei pag. 397.

XXIX.
Sed magis
in Flan-
dria.

Eadem hæreticorum secta hoc tempore in Flandria grassabatur; extat enim Tom. IV. Duchesnii pag. 729. Epistola Ludovici VII. Francorum Regis ad Alexandrum III. data, in qua ait: Archiepiscopus Remensis H. (nempe Henricus) frater meus nuper in Flandriarum Terrarum profectus, ibi invenit homines depravatos, erroris pessimi sectatores, in Manichæorum lapsos hæresim, qui vulgo Poplicani vocantur, & per quasdam observationes, quas habent, meliores apparent, quam sint. Et si forte prosperati fuerint, dispendium magnum erit nostræ fidei, præ-

vem, quam ceperant Siculi pirata cum hominibus & mercibus, dedit mihi dominus Rex munitam omni genere victualium, cum mattis, cum culcitis, cum tapetis. Præstito itaque a Genuensibus juramento de exhibenda mihi fidelitate ac tutela mei corporis & meorum, qui circiter quadraginta poterant æstimari, ut evaderem mortem terræ, me morti maris exposui, &c. Appulsum Genuam post moras narrat. Hætenus de accessu suo & recessu e Sicilia ipse Blesensis, qui cum dicat tunc contigisse ejus egressum, cum dominus ejus, nempe Cancellarius, est egressus in turbatione illa: plane significat, permanisse in Sicilia usque ad tempus illud turbulentum invalescentium conjuratorum, quod a Falcando descriptum habes quam exactissime: qui cum affirmet, eodem anno, quo est coactus Stephanus Cancellarius, & Archiepiscopus Panormitanus egredi e Sicilia, contigisse cladem illam memorandam excidii Catanensis

XXX.
Alex. III.
Conradum
Electum
Moguntinensem
beneficis
cumulat.

sertim in partibus illis, ubi iniquitas pullulavit, & radices altius fixit. Si voluisset Archiepiscopus solummodo, ut parceret iniquis istis, & toleraret pravitatem hanc pro hujusmodi redemptione habuisset pecuniam magnam nominatam, videlicet sexcentas argenti marcas. Quia apud eum non patebat illis refugium, proclamaverunt ad audientiam vestram. Sed rem tam venenosam, tam perniciosam attendat diligentius vestra sapientia, & velitis ut tanta pestis potius evellatur, quam pullulet.

Joannes de Ceccano in Chron. ad hunc annum ait; Hoc anno Episcopatus Sora concessus est Conrado qui fuerat Archiepiscopus Moguntina civitatis. Hæc urbs vulgo Sora, alias Episcopalis, & in Campania confinio sita, nunc est in provincia Terræ laboris, & Ducatus titulo insignitur. Quoad Conradum Moguntinum Episcopum, is cognominatus fuit de Wittelsbach, e qua familia hodierni Bavariæ Duces, & Palatini Rheni Comites originem ducunt, de quo duo notanda. Primum quod cum anno MCLXV. Moguntiam deferere coactus fuisset, quod ab Alexandri partibus staret, venit in Galliam ad eundem Alexandrum III. qui eum Presbyterum Cardinalem tit. S. Marcelli creavit. Quare primus fuit, qui ex Archiepiscopo Presbyter Cardinalis dictus sit. Secundum, quod non multo post idem Papa eum Episcopum Sabinensem, retento Archiepiscopatus Moguntinensis titulo instituit. Tum idem Pontifex eadem etiam Episcopatum Soranum concessit abique eo quod unquam Episcopatum Sabinensem reliquerit. Et tandem post Christiani in Archiepiscopatum Moguntinensem intrusi mortem, in eundem Archiepiscopatum restitutus fuit, retentis nihilominus Episcopatibus Sabinensi & Sorano, ita ut fuerit primus Cardinalis plurium Episcopatum titularis quod postea Pontifices Romani Cardinalibus sæpe concessere. Trithemius ait se vidisse MS. Moguntinum, in quo legitur eundem Conradum fuisse etiam Archiepiscopum Saltzburgensem; & id postea retractans, scribit, loco Saltzburgenfis, legendum esse Sabinensem, quod Serarius in Hist. Præfulum Moguntia qui id pag. 822. refert, in medio relinquit & alii ple-

CHRISTI 1167.

ALEXANDRI III. PAP. 8.

FRIDERICI IMP. 13. MANUELIS IMP. 25.

his, factam anno Redemptoris millesimo centesimo sexagesimonono (ut suo loco dicitur) dicere necesse est ad eundem usque annum (a) Petrum Blesensem in Sicilia permanisse, recessisse, uno tantum superstitie socio ex omnibus qui ex Galliis cum eodem Stephano venerant in Sicilia. Nam audi ipsam scribentem ista ad Archiepiscopum Syracusanum :

(a) Pet. Bles. ep. 46.

Triginta & septem anima cum domino Stephano Siciliam sunt ingressa, omnesque morte confusa sunt praeter me & magistrum Rogerium Northmannum virum literatum industrium atque modestum. Nos solos eduxit Dominus per misericordiam suam de medio umbrae mortis in fortitudine manus sua. De Petro Blesensi ex ipso met haecenus dictum velim.

Mil-

PAGIUS plerique rem obscuram obscuriorem reddunt. At eum fuisse etiam Archiepiscopi Saltzburghensem, ex iis, quae de Archiepiscopis Saltzburghensibus suis locis dicemus, certo constabit.

XXXI. Audiendus itaque Chronographus Reicherspergensis, qui ad annum MCLXVIII. scribit: Conradus Saltzburghensis Archiep. post multa gravamina qua passus est a fratre suo Imp. Friderico ob defensionem S. Ecclesiae, & post plurimas infestationes iniquorum hominum contra eum & Ecclesiam suam pro jussu & voluntate Imperatoris savientium tandem adjutorio Dei, ejusque nobili providentia ac industria, sopitis omnibus majoribus & minoribus, qui adversus eum arma tulerant, & in gratiam receptis, ab excommunicatione quoque, qua eus alligaverat, absolutis, ipse dolore calculi laborans feliciter obiit IV. Kal. Octob. &c. Tum communi electione Cleri, & ministerialium, totiusque plebis electus est in locum ejus sororius ejusdem Episcopi filius Regis Bohemorum Adalbertus nomine, Diaconus adolescens, & in die festivitatis omnium Sanctorum in cathedrali Ecclesia, cum gaudio omnium inthronizatus est. Quid postea contigerit, anno MCLXIX. referemus. Porro Conradus filius fuit Sancti Leopoldi hujus nominis IV. Marchionis Austriae, ac frater Ottonis Frisingensis Episcopi, cui doctrina & pietate per similibus fuit.

XXXII. Willelmus Tyrius lib. XIX. cap. XXIV. & seqq. pluribus refert, Amalricum III. Jerusalemorum Regem Alexandriam obsidione circumcinctam tandemque Soldano in sua administratione

confirmato eam occupasse hoc anno ante XII. Rex Jerusalem Alex. Alexandriam capiti. Robertus de Monte in Chron. rem paucis narrat ad annum MCLXVIII. quia plerumque in Chronologiam peccat. Haec ejus verba: Amalricus Rex Jerusalem evocatus ab Amir. alio Babylonia (seu Procuratore & Praefecto, Syracono Tyrio appellato), cui confederatus erat, obsedit Alexandriam, qua caput est Egypti, & cepit & reddidit eam Amiralio, qui pepigit ei singulis annis tributum de eadem civitate quinquaginta septem millibus, quos habet de Babylone. Idem etiam Rex duxit uxorem neptem Manuel Imperatoris Constantinopolitani cum infinitis thesauris, ubi post haec verba, quinquaginta septem millibus, videtur deesse, aureis Byzantiis, & forte legendum esse, centum & septem millibus aureis Byzantiis. Ita Amalricus Turcos iterum Regno Babylonico expulit, inquit Neubrigenis lib. 2. cap. 24.

Hovedenus pag. 562. & seq. refert pacta & conventiones quae factae sunt inter Alphonsum VIII. Regem Castellae & Sanctium Regem Navarrae. Prior Charta ab Hovedeno recitata continet conventionem inter utrumque Regem factam, qua querelas, quas inter se habebant iudicio Regis Angliae committant. Tum recitat Chartam pacis & concordiae inter utrumque Regem, in qua dicitur: Placuit utrique Regum, ut fieret pax & concordia, inter eos per decem annos, qua facta est, &c. Facta Charta Gra. (legendum Era) MCCV. mense Octobri. De his induciis legendus etiam Moretus in Investig. Navarricis pag. 665.

XXXIII. Inducia decennales inter Reges Castellae & Navarrae.

JESU CHRISTI ANNUS 1168.

ALEXANDRI PAP. III. ANNUS 9.

FRIDERICI IMP. 14. MANUELIS IMP. 26.

I. Legatio missa ad Regem Angliae.

(a) Cod. Vat. l. I. ep. 163.

(b) l. 2. ep. 1.

II. Litterae Alex. ad S. Thomam.

* Ottonem.

Millesimus centesimus sexagesimus-octavus, Indictione prima incipit annus, cujus exordio ipsis Kalendis Januarii, decreta legatio a latere ad Angliae Regem ab Urbe proficiscitur. Docent ista de profectioe litterae Joannis Pictaviensis Episcopi, datae ad sanctum Thomam Archiepiscopum Cantuariensem his verbis: (a) Hi siquidem duo Legati Willelmus Papiensis tituli sancti Petri ad Vincula presbyter cardinalis, & Odo diaconus Cardinalis sancti Nicolai in Carcere Tulliano egressi sunt Kalendis Januarii, ad partes nostras properantes, &c. At licet una simul egressi sint ab Urbe Legati, non junctim tamen, sed seorsum ab invicem diverso itinere se contulerunt in Gallias, conventuri in unum apud civitatem, Montem Pessulanum nominatam.

Sed antequam ulterius progrediamur, quas iisdem Legatis Alexander Pontifex litteras dederit, videamus, ut ad quid iidem ab eo missi sint, intelligatur. Extant litterae ipsius legationis; harum aliae datae sunt ad sanctum Thomam, & aliae seorsum ad Regem Anglorum, quae hic sunt ex eodem scripto codice recitandae; atque primum quae ad sanctum Thomam ab ipso sunt scriptae, his verbis: (b)

Quod personam tuam litteris nostris non saepius visitamus, inde provenire cognoscas, quod per Nuntios tuos ea, quae non duximus scriptis committere, cogitationi tuae viva voce curavimus frequentius intimare. Nunc autem ad tuae discretionis notitiam volumus pervenire, quod nos pacem tuam votivis cordis affectibus exoptantes, dilectos filios nostros, Willelmum tituli sancti Petri ad Vincula presbyterum, & * Oddonem sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum Cardinalem ad charissimum in Christo filium nostrum illustrem Anglorum Regem, ut legatione in terra sua cismarina fungantur, transmissimus, & specialiter, ut inter te, & eum-

dem Regem concordiam, & pacem reforment, & cooperante Domino, amicabilem faciant compositionem. Unde quoniam nos pacem tuam & Ecclesiae omnimode unam repatamus, nec magis, nisi quia ipsam majorem Ecclesiae universali collaturam credimus utilitatem, optamus: Fraternalitatem tuam per Apostolica scripta rogamus, monemus, consulimus, & mandamus, quatenus, quam periculosus praesentis temporis status existat, & quantum Ecclesiae tibi commissa praesentia & consilio tuo indigeat, consideres diligentius & attendas ad pacem & concordiam inter te & memoratum Regem fundandam, quantumcumque salva tua & Ecclesiae honestate fieri possit, animum & voluntatem tuam inclines.

III.

Et si tibi in his non omnia secundum beneplacitum tuum succedant; ad praesens dissimules, quae corrigenda fuerint, ad statum pristinum, processu temporis, auctore Domino, reducturus. Nec pro verbo, quod nos in Christo charissimo filio nostro illustri Francorum Regi secundum petitionem tuam significavimus, te a pace & concordiae bono quoquo modo retardes, aut ab his animum & voluntatem tuam & Ecclesiae (sicut diximus) honestatem valeas conservare. Quoniam multa poteris in posterum paulatim, habita discretionem avellere, quae si modo exprimeres, viderentur aliquid magni continere. Verum in jam dictos Cardinales potes omnino confidere, nec de memorato Willelmo oportet te quomodolibet dubitare: quoniam nos ei, ut ad pacem tuam viribus totis intenderet, firmiter & distincte injunximus; & ipse tantum nobis promisit, quod nos inde nullatenus dubitamus.

De caetero fraternalitatem tuam rogamus, Subventionem atque monemus, ut dilectum filium nobis dilectum virum Comitem Flandrensem ex parte nostra diligenter convenias, & instantius

PAGIUS SÆC. XII. An. Erae Hisp. M. CCVI. Anno Hegiræ DLXIV. inchoato die 5. Octob. ser. 7. An. C. 1168. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6661.

⊙ I. GF. ☽ IO. P. 31. Mart. Indiæt. 1.

JESU CHRISTI 1168.

ALEXANDRI III. PAPÆ 10.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 17. IMP. 14.

MANUELIS COMNENI IMP. 26.

Num. I. ad XIII. Baronius, qui anno superiori, quae ad antecedentem pertinebant, narravit, hic refert quae ad annum

MCLXVII. gesta sunt in causa Sancti Thomae Cantuariensis Willelmus Papiensis & Otto Diaconus Cardinales Legati missi sunt in Normanniam & Angliam, ut pacem inter Henricum II. Angliae Regem, & Sanctum Thomam Cantuariensem sancirent. Die Purificationis Beatae Mariae Legati nondum in Galliam adventarant, ut liquet ex Epistola Joannis Pictaviensis Episc. Sancto Thomae data, quae secundum Baronium est CLXIII. & secundum Lupum CLXIV. Libri primi. In ea enim Joannes Pictaviensis ait, se eo die literas ejus accepisse, additque: Hi siquidem duo Urbem egressi sunt in Kalendis Januarii ad partes nostras properantes, in eam scilicet Galliae partem, quae Regi Angliae parebat.

Legatio in causa S. Thomae missa a Papa.

tius exhorteris, ut nostra, & Ecclesie necessitate inspecta, nobis in aliquo liberaliter studeat subvenire. Non enim credimus, quod acceptiorem Deo elemosynam possit facere, quam si nobis ad presens ad tuendam Ecclesie libertatem, digna subventionis solatium satagat exhibere. Hæc ad sanctum Thomam Alexand. Papa. Ad Henricum autem Anglorum Regem per eisdem Legatos sic: (a)

(a) Cod. Vat. l. 2. ep. 2. IV. Alexand. Pap. litteræ ad Regem Angl. * Ottone- nem

Magnificentia tua petitionibus gratanter admissis, & voluntati tuæ in omnibus (quantum cum Deo & iustitia possumus) satisfacere cupientes, & tibi, & honori tuo deferre: dilectos filios nostros, Willelmum tituli sancti Petri ad Vincula presbyterum, & * Odonem Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum Cardinalem, viros siquidem litteratos, discretos pariter & honestos, & magnum in Ecclesia Dei locum habentes, & tibi, & regno tuo devotos, quos nos inter alios fratres nostros charos admodum acceptosque tenemus, cum plenitudine potestatis causas, quas tibi in aliis litteris expressimus, & alias quas expedire viderint, cognoscendi, in terram tuam cismarinam excellentiæ tuæ Legatos duximus destinandos, quibus vices nostras in omnibus, ita plane commisimus exequendas, sicut illis, vel aliis Apostolicæ Sedis Legatis Ecclesia Romana committere consuevit. Ea propter serenitati tuæ per Apostolica scripta rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatenus ipsos, sicut tantos viros & Apostolicæ Sedis decet Legatos, honorifice & benigne recipias, & mansuete (prout congruit regio honoris) pertractes, ut antiquam devotionem tuam in filiis suis sancta Romana Ecclesia recognoscat, & excellentiæ tuæ ac toti terræ tuæ gubernationi commissæ incrementum inde non modicum valeat, cooperante Domino, provenire. Ea vero que sublimitati tuæ ex parte nostra proponunt, ita graviter admittas, & prompto animo acquiescas, quod Dominus in his & Ecclesia sua dignis præveniatur honoribus, & tu ipse ac universi terra tuæ gubernationi commissæ fructum inde multiplicem, & a Deo præmium, & coram hominibus laudem & gloriam suscipere valeas. Hoc vero transcriptum nulli mortalium revelas, nisi soli magistro Gunterio, & ad hoc dem meam super hoc magistro Galtero ita scripsisse, ut voluit dedi. Hæc ad Regem Alexander. Aliam vero ad Episcopos Angliæ ejusdem argumenti epistolam dedit, quæ incipit: (b) Ad aures nostras, &c. Eademque data Kalendis Decembris anno superiori. Quibus omnibus evidenter appareat, sic Pontificem Alexandrum suaviter pacem, ut tamen nullum inferret detrimentum Ecclesiæ.

(b) lb. ep. 3.

Scriptis pariter Alexander Papa per eisdem Legatos ad Regem Francorum, cui inter alia de S. Thoma honore digno prosequendo, aperit animi sui consilium, decernendo nimirum eidem sanctissimo viro legationem totius Ecclesiæ Gallicanæ, si tamen id placeret Gallicanis Episcopis. Ipsius Pontificis litteræ sic se habent: (c)

(c) lb. ep. 43.

Inter cetera magnificentia tuæ & devotionis insignia illud specialiter animum nostrum vehementer accendit, quod venerabilem fratrem nostrum Thomam Archiepiscopum Cantuariensem, virum siquidem religiosum, discretum pariter & honestum, & nobis & universæ Ecclesiæ Dei charum omnimodis & acceptum, & tot & tantis honoribus prævenisti, & ei tam ampla & tam magnifica humanitatis beneficia, regia munificentia dignatus es largius erogare. Super quo utique serenitati tuæ quantas & quas possumus gratias exhibemus, & clementiam tuam exinde immensis in domino laudibus commendamus, id sicut Deo, cui hæc potius in persona illius fecisti, gratissimum, ita nobis acceptum putantes, tamquam, si hoc persona nostra specialiter impendisses. Et quoniam ejusdem Archiepiscopi pacem totis cordis affectibus exoptamus: dilectos filios nostros Willelmum tituli sancti Petri ad Vincula, & Odonem sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum Cardinalem ad charissimum in Christo filium nostrum Henricum illustrem Anglorum Regem duximus destinandos, ut inter eundem Regem & præfatum Archiepiscopum ad utriusque honorem pariter, & perfectam concordiam & pacem, Domino cooperante, reforment & in ipsius Regis terra transmarina causas emergentes audiant & cognoscant, & ibidem Apostolicæ Sedis legatione fungantur.

VI.

Ea propter magnificentiam tuam per Apostolica scripta rogando monemus & exhortamur in Domino quatenus pro Ecclesiæ Dei reverentia, & honore B. Petri, & nostro, apud jam dictum Regem & Archiepiscopum partes tuas efficaciter interponas, & studiosius elaboras, quod ad honorem Dei & Ecclesiæ & sui etiam commodum & augmentum amicabiliter inter se & pacifice conveniant, & ad hoc animos & voluntates suas, salvo ipsius Archiepiscopi & Ecclesiæ honestate, omnimodis inclinent. Quod si per studium jam dictorum Cardinalium & laborem, & operam tuam pax inter eos & concordia poterit reformari: Ecclesia, quæ tuo post Deum est specialiter adiutorio fulta, non modicum inde suscipiet incrementum, & tu ab omnipotente Deo in illa felici retributione iustorum speciale propter hoc præmium obtinebis. Si autem

(quod

(quod Deus avertat) convenire non possint, summodo regie voluntati sederet & beneplacito tuo, nobis per omnem modum complaceret, & gratum valde existeret & acceptum, quod si absque gravi scandalo personarum regni tui fieri posset, ut nos prænominatum Archiepiscopum specialis honoris prærogativa inter ceteros donaremus, & sibi vices nostras committeremus in illis partibus exequendas. Unde serenitatem tuam, quanta possumus prece rogamus, ut si pacem, salvo honestate sua & Ecclesiæ, quod omnimodis optaremus, habere non possit: nobis super his voluntatem tuam sub omni celeritate studeas intimare. Et hoc interim habeas omnino secretum. Hæc ad Regem Francorum Papa. Legati igitur ubi Gallias attigerunt, singuli suis litteris S. Thomam prævenierunt. Willelmus autem Cardinalis Papiensis has ad ipsum litteras dedit. (a)

(a) Cod. Vat. l. 2. ep. 9. VII. Willelm. Legatus prævenit litteris S. Thom.

Licet temporum qualitate variata, ne Romana Ecclesia schismate laborans, graviora detrimenta incurreret, in varia erga vos juxta quorundam opinionem, videamur declinasse propostia: novit tamen qui inspector est cordium dilectionem vestri nostro in pectore continue resedisse. Sicut autem vigilantia vestra sæpe nos recolimus intinasse suspicionem domini Regis Angliæ, quatenus licuit, vitare curavimus, ut procedente tempore, inter vos & ipsum amica interventione, efficacius mediare possimus, & tanti Principis devotionem Sedi Apostolicæ conservare. Nunc autem ad questionem, quæ inter vos & ipsum vertuntur (sicut Ecclesia Dei magis expedire viderimus) terminandas in terram suam una cum venerabili fratre nostro Oddone Cardinali diacono destinati: vigilantiam vestram exhortamur & suademus attentius, his, quæ amplioris dissidii causas generare solent, quantum in vobis est, evitatis ad ea quæ concordie cooperari valeant, studiosius curetis attendere. Nos enim & paci & profectibus vestris, quatenus gratia divina indulserit, remota personarum acceptione, studebimus cooperari, nihil studii relicturi, sicut auctore Domino, rerum argumenta monstrabunt, quod ad honorem Dei & Ecclesiæ suæ valeamus impendere. Hæc ad S. Thomam Willelmum Cardinalis Legatus. Quæ quidem ea ex parte, qua dixerat se missum ad questionem, quæ vertuntur inter ipsum Thomam, & Regem, terminandas: magnopere animum sancti viri exulcerarunt, cum sciret, ipsum cum collega ab Alexandro non ad iudicandum sanctum Archiepiscopum, sed ad concordandum esse legatum; quamobrem animo subinfenso ad ipsum ista rescripsit, (b) sed non dedit, antequam fideli amico Joan-

(b) lb. ep. 10.

ni Saresberienfi legendas ipsas litteras miserit & considerandas. Deest inscriptio usque ad salutationem, quæ sequitur, Salutem, & contra Principum insolentiam fortitudinem:

Litteras celsitudinis vestra nuper accepimus, speciem mellis in initio propinantes, venenum in medio, oleum in fine. In quibus continetur, vos ad partes istas nunc temporis descendisse, ad terminandas questiones inter dominum Regem Angliæ & nos, prout expedire videbitis. Non credimus vos ad hoc venisse: nec certe vos ad hoc suscipimus multis ex causis, quas loco & tempore opportuna manifestabimus. Veruntamen si quid boni & pacis per manum vestram nobis acciderit, Deo gratias & vobis. Valeat celsitudo vestra, ut nobis inde sit melius. Hæc sanctus Thomas ad dictum Willelmum Legatum, & (ut cognosci potest) non absque aliqua animi amaritudine. Qua de causa Joannes Saresberienfis, qui ipsi erat a secretis, amicus fidelis, idemque ex eadem causa coexul, atque proscriptus, ut has legit, continuo datis litteris ad eundem sanctum Thomam, (c) eum commouit istis verbis ea libertate, qua consuevit apud ipsum uti:

VIII. Quid S. Thomas ad ipsum rescripserit.

(c) Cod. Vat. l. 2. ep. 10.

Inspectis litteris, quas domino Willelmo Papiensi mittere decreviski, et si mentem scribentis iudicare non audeam, ista tamen formam probare non possum. Non enim sonare videntur humilitatem, aut processisse de mente hominis, qui Apostolum audierit exhortantem discipulos Christi: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus prope est. Si enim litterarum vestrarum & ipsi articuli singulis considerantur: ex amaritudine potius & rancore animi, quam ex charitatis sinceritate videbitur processisse responsio. Quid autem scripsit, ut laceratis & scommata, id est patentes morsus, & figuratos taceam, ut cum recte dicatis in medio litterarum vestrarum vobis propinare venenum. Numquid vobis visus est Cardinalis presbyter immo & Apostolicæ Sedis Legatus in prima salutatione suspicionibus inurendus, & gratis exacerbandus contra consilium domini Papæ, & contra Romanæ Ecclesiæ reverentiam debonestandus convitiis? profecto nec domini Papæ Cursorem sic alloquendum esse arbitror. Si suas & vestras Domino Papæ remiserit litteras: Regis causam iustificasse videbitur attestatio scripti vestri, & propriam contumaciam convicisse. Esto quod fuerit, & sit adhuc Willelmus inimicus: dissimulandum puto, donec opera ejus in lucem prodeant. Et paulo post: Si se dixit missum ad terminandas questiones, prout Ecclesiæ Dei viderit expedire; in quo vos læsit? nonne possunt sicut per sententiam ita & per compositionis benignitatem remi-

IX. Joan. Saresb. litteras S. Thomæ non probat.

minari? Si exhortatus est, ut evitatis, quantum in vobis est, ea quae solent amplioris dissidii causas generare: non video quid peccavit, cum hoc ipsum sapientissimi & sanctissimi consulant, monentes, ut quatenus salva honestate Ecclesiae & personae vestrae licuerit, paci diligentius intendatis, &c. Haec amicus fidelis. Qua reprehensione indigent etiam viri sancti, praesertim in causa propria, in qua tractanda ex eo, quod omnes proprii affectus debeant nobis esse suspecti, monemur nos exemplo sancti Thomae consulere sapientes, nec propriae pertinaciter inhærere sententiae, sed alienae potius consentire: quod fecit ipse Thomas, priores a se scriptas litteras retinens, posteriores has ad ipsum mittens: (a)

(a) lb. ep. xi.

X. Venerabili domino & amico de meritis diligendo Willelmo Dei gratia tituli S. Petri ad Vincula presbytero Cardinali & Apostol. Sedis Legato Thomas eadem gratia Cantuariensis Ecclesiae minister humilis salutem, & contra Principum insolentiam fortitudinem.

Posterioribus litteris S. Thom. ad Willelm. Legatum.

Gratias habemus dilectioni vestrae, quod litteris celsitudinis vestrae parvitatem nostram nunc tandem visitare dignati estis, quae quidem ex praesentis temporis statu pensatur a multis, non ex praeterito, quam Deus in futuro de misericordia sua, cum voluerit & dignum iudicaverit, erigere poterit in meliorem. Quod dicitis (sicut videtur multis) vos in varia propostia circa dilectionem nostram esse distractum, hoc factum fuisse utilitatis nostrae causa, ne haberemini suspecti a Rege, quo minus fieret devotus Sanctae Rom. Ecclesiae minusque benignus ad faciendam vobiscum pacem: novit Dominus qui inspector est cordium; ipseque rei manifestabit effectum. Si vero nunc temporis descenderit in terram suam (prout litterarum vestrarum habet continentia) ad decidendas quaestiones, quae inter nos & ipsum vertuntur, sicut magis expedire videritis Ecclesiae: hoc certe possibile est. Verumtamen credimus nos pro certo nosse, ad quid veneritis, & ad quid debeamus suscipere. Unde est, quod discretionem vestram quamplurimum exhortatam cupimus esse in Domino, ut sic vos in hoc negotio habeatis, ut inde sit honor Deo, relevamen Ecclesiae, gloria nobis in populo, & gente. Si vero aliquid boni & pacis nobis & Anglicanae Ecclesiae operam vestram & industriam acciderit: gratias Deo & vestrae sollicitudini. Et utinam pro compassionis attendatis affectu quanta nos & Ecclesia Anglicana sustinerimus gravamina, & adhuc sustineamus, quantumque ledatur universalis Ecclesia in nostro gravamine. Ad hoc quidem negotium universorum respiciunt oculi, ipsiusque sinem expectant, in quo sumes si-

bi cornua Principum insolentia, vel (quod dignius est) sustinebit defectum. Et utinam magis patitur defectum, quam ex adventu vestro resumat vires. Valete, & ut nobis sit melius & Ecclesiae, valete semper. Haec posteriores litterae sancti Thomae.

Quod vero tum in litteris, quas ad sanctum Thomam Willelmus Legatus scripserat, & ad alios, nec non verbis palam iactaret, se venisse iudicem ipsius causae, idque non sine magno fastu atque iactantia effutire soleret: idem sanctus Thomas misso Nuntio Romam, mox litteris conquestus est apud ipsum Romanum Pontificem Alexandrum. Extant (b) ipsae quidem, quibus cum in primis ob oculos ponat, quanta ipsi Deus contulerit in comprimenda superbia Imperatoris, universo Orbi terrarum formidabilis: ex iis, Dei auxilium pro tuenda Ecclesia adversus quoscumque tyrannos atque cum esset expertus, didicerit non timere. Demum vere ad Willelmum Legatum ita descendit: Praeterea noscat sanctitas vestra, accidisse nobis, quod verebatur, quod praedicabatur, lucidum esse de praesumptione & insolentia domini Willelmi Papae; sicut ex litteris nobis statim in ipso adventu suo transmissis potestis perpendere. A quo magis sperabamus, juxta tenorem mandati vestri, ad dominum Regem Francorum, & ad nos emissi, solatium de consolatione pacis, quam confusionem de quaestione decisione inter Regem Anglorum & nos. Non enim ipse est talis, cujus in hac causa subdi debeamus ditioni, praesertim cum instantia Regis magis coegerit vos ad eum mittendum, quam ipse coactus & missus venerit a vobis. Credimus quidem non esse juri consentaneum, nos ejus subire iudicium vel examen, qui quaerit commercium sibi facere de sanguine nostro. De pretio utinam non iniquitatis quaerat sibi nomen & gloriam. Haec idcirco, quod (ut apparet ex aliis litteris) pro constanti haberetur, Regem ipsum Anglorum pollicitum esse eidem Willelmo Archiepiscopatum Cantuariensem, si eo privaret Thomam ipsum. Pergit vero: Proinde supplicamus paternitati vestrae affectuose (si ei cura est de nobis) ut evacuetur potestas ejus, si quam tamen habet circa nos, & negotia nostra. Transferatur malleus iste a nobis, qui potius elegit esse malleator clericorum, obsequendo Principi, quam Regum offensorem, consequendo gratiam divinam &c.

XI. S. Thom. querela ad Alex. Pap. adversus Willelm. Legatum.

(b) Cod. Vat. l. 2. ep. 22.

Sed videamus, quae ad sanctum Thomam scripserit tunc Oddo diaconus Cardinalis Legatus, qui pauca per litteras eademque notissimas de itinere suo significavit, secrete autem per Nuntium referenda, quem misit. Litterae autem sic se habent: (c)

XII.

(c) lb. ep. 4.

Oddonis legati litterae ad S. Thom.

Anabili Patri & fratri charissimo Thomae Dei gratia Cantuariensi Archiepiscopo Oddo eadem gratia S. R. E. diaconus Cardinalis & Apostolicae Sedis Legatus salutem.

Notificamus charissime dilectioni vestrae, quod ex mandato domini Papae procedentes, per insidiosa & plurimum periculosa usque ad Venetiam, Domino ducente, pervenimus, inimicis nostris, schismaticis scilicet, undique in insidiis excubantibus, quorum laquei, Domino favente, contriti sunt, & nos liberati sumus. A Venetia autem non clam, sed manifeste cum plurimo gaudio & amicorum nostrorum multo solatio per Marchiam, & per Veronam, & per patriam nostram Brixiam (ubi plurimum fuimus commorati) per Bergomum, per Mediolanum, juxta Novariam, per Vercellas, juxta Taurinum transcentes, usque ad sanctum Michaelem de Clusa, & exinde per Provinciam usque ad sanctum Aegidium incolentes & illuc pervenimus, inde ad Montem Pessulanum transituri: veniente domino Willelmo amico nostro per alias partes, sicut credimus, prout vos novistis, quem dominus Papa destinavit, profecturi. Mittimus ad vos clericum nostrum praesentium latorem, cui super his, quae vobis ex parte nostra dixerit, tamquam nobis ipsis firmiter credatis; & quod nobis significare volueritis, tamquam per vosmetipsos indubitanter renuntiatis. Haec Oddo Legatus ad sanctum Thomam.

XIII.

(a) lb. ep. 18. S. Thom. ad Oddonem legatum episc.

Qui antequam has accepisset litteras, simul ac de ejusdem Oddonis in Gallias adventu cognovit, has ad eum litteras officii plenas dedit: (a) Audito adventu magnitudinis vestrae, proscriptorum Christi coexulantium nobis exhilaratus est cœtus, & quasi ad consolationem Ecclesiae, & Cleri liberationem de caelo missus sit Angelus, exultavit, & gratias egit omnis Ecclesia Sanctorum. Et licet multis suspectus sit collega vester, dicentibus, quod acceptor est personarum & munerum, domini Regis intimus fautor, & ei velit in omnibus patrocinari, & nos, immo Ecclesiam Dei confodere & jugulare spoliis nostris: nominis tamen vestri, virtutum (rectius dixerim) clarificatio opinio, ut Angelum Domini cum Moysa, id est Spiritum sanctum in Lege praevidimus habere, qui custodiat Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS II. Legati finita estate in Franc. perveniunt.

A num. XIII. ad XX. Nihil boni ex hac Legatione sperabat divus Thomas, ut ex ejus Epistola ad Oddonem Cardinalem data, & a Baronio relata, aliisque pluribus liquet. Legatus injunxerat Alexander III. uti Anglorum & Francorum Reges, qui in bello erant, inter se reconciliare conarentur; quod quia ei plurimum cordi erat, ad eisdem Legatos eam in rem litteras dedit a Baronio num. XIV. reci-

vos semper, & Deum (b) recentem habere non patiat, ut verbo Dei aut minus, aut personam praeseratis, aut causam, &c. Quid autem dicerent de Willelmo collega, ita inferius Thomas: Insultant nobis plurimi, & praecipue nostri, immo Ecclesiae adversarii, dicentes, re-ete contra nos missum esse Cardinalem sancti Petri ad Vincula, ut ministerio ejus Petrus denuo vinculetur, &c.

(b) Ps. 86.

Ut autem Legati non simulac in Gallias venerunt, susceptae legationis munus obirent, nempe de ineunda concordia inter Regem Anglorum & S. Thomam; intercessit impedimentum belli conflati inter Reges Anglorum atque Francorum. De quibus bellicis tumultibus haec Joannes (c) Saresberienensis ad Joannem Pictaviensem Episcopum: Regnorum collisiones & terramotus magni imminentium periculorum me calamum suspendere diutius coegerunt, & commodiora scribendi tempora expectare. Bellici namque tumultus astate fere tota ferventes intermeandi facultatem portitoribus pracluserunt, & in urbe Rhemensi orid-seditio sic turbavit provinciam, ut vix tutum fuerit ingredi & egredi civitatem, &c. Agit de bello civili Rhemensis, quod est progressum ad Reges. His auditis Alexander Papa ad Legatos has litteras dedit: (d)

(c) Cod. Vat. l. 2. ep. 31.

(d) lb. ep. 34. XIV.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Willelmo sancti Petri ad Vincula presbytero, & Oddoni sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono, Cardinalibus, & Apostolicae Sedis Legatis salutem & Apostolicam benedictionem. Quanta universae Dei Ecclesiae, & praesertim Romanae & Orientali detrimenta & incommoda ex discordia & dissensione, quae inter charissimos in Christo filios nostros illustres Francorum & Anglorum Reges per humani generis contigit inimicum, potuerint evenire nostram decem discretionem advertere, & tanto diligentius ad ea extinguenda intendere, quanto exinde majora (quod Deus avertat) pericula formidamus. Quocirca discretionem vestram per Apostolica scripta monemus, mandamus, atque praecipimus quatenus ad pacem inter eos & concordiam reformandam, modis omnibus per vos & per alios religiosos & discretos viros utriusque regni intendere studetis, R r

Alexand. Pap. ad legatos litterae.

tatas, dataeque Beneventi XI. Kalendas Septembris; ex quibus discimus, jam eo die, anno elapso, Alexandrum III. Beneventum pervenisse. Haec enim ad eum annum pertinere non semel monuimus, & demonstrant litterae Joannis Saresberienensis ad Joannem Pictaviensem Episcopi scriptae, quarum meminit Baronius num. XIII. & extant inter Epistolas D. Thomae lib. 1. Epist. 31. In iis Saresberienensis ait: Ad partes vestras

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

tis, & ad hoc tota diligentia, & totis viribus laboretis, vobis omnimodis præcaventis, ne ad petitionem, vel favorem unius alicuius statuat, unde alter scandalizari debeat, aut quoquo modo turbari. Ad hæc vobis districtius prohibemus, ne uterque vestrum, vel alter, regnum Anglorum intrare, vel de negotiis ejusdem regni tractare, & præsertim de consecrationibus Episcoporum aliquid unquam efficere vel ordinare præsumat, nisi prius venerabilis frater noster Thomas Cantuariensis Archiepiscopus jam dicto Anglorum Regi ex integro reconcilietur. Quod per studium & operam vestram, operante Domino, ad effectum posse perducere, confidimus & omnino speramus; sicut enim ex litteris multorum discretorum virorum accepimus, nihil est unde præfatus Francorum Rex & tota terra ipsius amplius commota fuerit, vel turbata, quam ex his, quæ Joannes Saresberienensis Decanus a nobis rediens, in partibus illis dicitur disseminasse. Datum Beneventi undecimo Kalend. Septembris. Ita quidem, quod pax semel & iterum contracta, rursus fuerit labefacta.

XV.
Pacis conventiones iterum confirmatae.
(a) Ib. ep. 61.

At quæ præcesserunt hoc anno conventiones & conditiones ineundæ pacis inter duos Reges, hic describamus. De his enim agit in epistola Joannis Saresberienensis, data ad Archidiaconum Exoniensem, (a) in qua de iisdem conditionibus pacis iterum confirmatis habetur in conventu Sueffionensi ita transactum esse: Rex Angliæ debebat redire in hominum Regis Francorum, & fide corporaliter & publice data, coram omnibus profiteri, quod ei tamquam domino suo de Ducatu Northmanniæ serviret, sicut prædecessores sui Duces consueverunt servire Francorum Regibus. Comitatum vero Andegavensem & Cenomanensem, & fidelitatem procerum ad memoratos honores pertinentium cedere tenebatur domino Henrico filio suo, qui inde hominum & fidelitatem Regi Francorum contra omnes homines facturus erat; neque aliquid debiturus patri, vel fratribus, nisi quod exigit ratio meriti vel naturæ. Ducatum vero Aquitaniæ lege simili Rex Francorum Richardo filio Regis Angliæ concedebat, dans ei in matrimonio filiam suam, sed sine dote, quæ tamen erat pro libitu parentis donationem propter nuptias acceptura. Fuerunt istæ pacis conditiones tunc stabili-

PAGIUS accepimus venisse Legatos, de quibus adhuc incertum est, quid nobis sperari oportet, quid timeri. Hoc autem certissime constat, quod Dominus Cantuariensis iudicium Cardinalis ad Vincula non subire disposuit, multis, ut puto, & iustis suspicionibus motus, quia manifestus adversarius ejus hætenus extitit. In iisdem jam

tæ Paschali tempore, sed nova occasione iterum itum ad arma, unde oportuit eas post Domini Ascensionem iterum confirmari, excepto quod Rex Francorum noluit teneri dare filiam suam Richardo filio Regis Anglorum. Hæc ibi pluribus.

At licet Alexander Papa (ut dictum est) Legatos suos in Gallias missos litteris monuisset, ut ommissis cæteris, illud unum intenderent, ut pacem uniarent bellantes Reges: alter tamen Legatorum, Willelmus scilicet Papiensis, non (ut par erat) mediatoris implens officium, medius stetit, in neutrius partem affectu declinans; sed mox amico suo Henrico Anglorum Regi totus inhaesit; cujus rei causa Rex Francorum in ipsum nonnihil commotus est. Extat de his omnibus tunc scripta relatio, quæ alia continet scitu digna. Habentur ista in Joannis Saresberienensis epistola (b), data ad magistrum Lombardum his verbis:

Cum ad loca destinata colloquio Reges accederent, Eudo Britonum Comes & Rolandus Dinamensis multas & graves de Rege Angliæ apud Regem Christianissimum quærelas deposuerunt. Sed Eudo specialiter deploravit, quod filiam ejus virginem, quam illi pacis obsidem dederat, imprægnavit, ut proditor, ut adulter, & incestuosus. Rex enim & uxor Eudonis, de duabus sororibus nati sunt. Pictaviensis vero, Engolismensis, & Marchiæ Comes, & Vicecomes Duacensis, & Robertus de Silli, & Gausfredus de Leziniaco, & Hemericus de Rancone, & Abbas Carroffii exegerunt, ut ei resarcirentur damna, quæ Rex Angliæ & sui post treguam illis intulerant. Abbas enim monasterium suum ad jus Regis Franciæ a tempore Caroli Magni, qui illud fundaverat, pertinere dicebat. Et paulo post: Rex vero Francorum cum audisset ibi Cardinalem esse in consilio Regis Angliæ: motus est dicens, se non meruisse ab Ecclesia Romana, ut Cardinalis sicut hætenus semper fecerat, foveret, hostes suos, & se non recepturum hac vice quidquam pro amore Comitum vel Cardinalis, sed pro jure suo, &c. Subiicit enim post multa, quod soluto Regum colloquio, magno fastu ostentasset Rex Anglorum litteras Papæ, quibus inhibuisset sancto Thomæ, ne excommunicationem vel interdictum in Regem, vel alios Anglos faceret, quousque

XVI.
Willelm. legatus Henrico Regi inhaesit.

(b) Cod. Vat. l. 2. ep. 32. Relatio de congressu Regum.

fe-

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

Legati ibi essent, sicque suspenderet eum a potestate sua jactans, quod ipse Rex quodammodo de Ecclesia Romana triumphans, obtineret a Pontifice quicquid peteret. Harum autem scribendarum litterarum auctor fuit alter Legatorum, nempe Willelmus Papiensis. Rem detegit & describit Joannes (a) Saresberienensis in epistola ad Archidiaconum Exoniensem, in qua ista leguntur:

(a) Ib. ep. 103.

XVII.

Litteras illas, de quibus Rex gloriatur, domini Cantuariensis potestatem cohibentes, donec redeat in gratiam ejus: constat, hac arte fuisse impetratas. Noverat memoratus Papiensis, dominum Cantuariensem obtinuisse ab Apostolica Sede, ut ei liceret in caput Regis anathematis, & in regnum interdicti promulgare sententiam, nisi Rex infra terminum litteris comprehensum, Ecclesiam ablata cum integritate restitueret, & condigne satisfaceret. Scripsit ergo domino Papæ, lacryabili supplicatione deprecans, ut cum Rege mitius ageretur, ne tam ipsum, quam Oddonem collegam suum ad ignominiam & opprobrium sempiternum Ecclesie Romanæ Rex (sicut jam disposuerat, si in ipsum asperius ageretur) coniceret in vincula & carcerem, ubi morte ipsa durior miseram & brevem transigerent vitam. Cum ergo Regem hoc facturum esse persuasisset, obtinuit ad consolationem Regis, & quasi suam & socii liberationem, quo facilius egrederentur, rescriptum Apostolicum, quod tam vestri quam omnium fidelium mentes exulceravit. Hæc ipse Saresberienensis de surrepto ab altero Legatorum, nempe Willelmo, Papæ rescripto.

XVIII.

Hujus rei causa ipse Francorum Rex admodum turbatus est adversus Alexandrum Pontificem. Quod intelligens electus Episcopus Carnotensis, de his scripsit (b) ad ipsum Alexandrum, in quibus hæc de ipso Rege Francorum: Inter omnia regna mundi non est, ex animi mei sententia regnum, quod fidem sinceriores, charitatem ferventiores, devotionem uberiores Apostolicæ Sedi semper exhibuit, quam Francorum. Non est inter Reges & Principes, qui benignius exaudiat præces ve-

(b) Ib. ep. 57.

Laudes regni Fran. Regis & Eccl. Gallic.

PAGIUS

festo Purificationis B. M. Legati nondum adventarant, ut mox probavimus, sed nec æstate, nisi ea jam multum provecta aut verius finita. Rupta est pax & concordia, inquit Gervasius Dorobernenis in Chron. ad annum MCLXVII. & bella reparata sunt inter Ludovicum Regem Franciæ & Henricum Regem Angliæ propter Tolosam civitatem, & varias hic inde causas, & maxime, ut credi potest, propter Thomam Cantuariensem Archiep. unde præter alia mala Comitatus Augensis, & pagus Vilcastinus (vulgo le pays d' Auge & le Vexin, regiunculæ Normanniæ) rapinis & incendiis maxime va-

III.
De pace inter Regem Angliæ & S. Thom. agunt.

stas, qui mandatis obediatis humiliter, quæ Ecclesiam & viros Ecclesiasticos devotius honoret, & studiosus tueatur Christianissimo Rege nostro. Non est Ecclesia, quæ Ecclesie Romanæ fuerit utilior in omnibus angustiis suis quam Gallicana. Supplicaverunt vobis Ecclesia Gallicana, & Rex pro domino Cantuariensi, qui pro libertate Ecclesie & majestatis vestrae dignitate tuenda exul & proscripius jam quartum explet annum. Agit apud vos contra eum tyrannus, Ecclesie persecutor, manifestus hostis regni Francorum, cuius iniquitas omnibus nota est: & tamen (quod dicere verecundor, & doleo accidisse) prævaluit hætenus malitia in vanitate sua. Siquidem nuper cum ad colloquium Christianissimi Regis accederet, & per Comitem Flandrensem, qui illuc dominum Cantuariensem traxerat, de pace Ecclesie reformanda sollicitaret: litteras Apostolicas in audientia Episcoporum suorum & procerum legi fecit, quibus statuebatur, ne præfatus Cantuariensis in ipsum, aut terram suam sententiam ferre possit, aut aliquod gravamen alicui personæ de terra sua inferre, donec redeat in gratiam ejus. Quo audito Christianissimus Rex confusus est, & totum regnum, omnesque filii Ecclesie doluerunt, virum justum, pontificem reverendum sine causa suspendi, & ab Apostolica Sede manasse scriptum tam perniciosum exemplo. Hæc Willelmus electus Carnotensis, cujus ista præconia Joannes Saresberienensis habet in epistola (c) ad Joannem Episcopum Pictaviensem: Vir quidem magnæ spei, & famæ clarissimæ, & magnæ auctoritatis. Et paulo post: Non est in Clero Francorum (ex animi sententia loquor) qui eum prudentia & eloquentia antecedit. Scripsit & tunc de iisdem ipse Rex Francorum ad Papam. Sed & ipsius sancti Thomæ extant de his ad (d) Manfredum Cardinalem, & ad Bernardum (e) Episcopum Portuensem litteræ, aliæ insuper ad (f) Humbaldum & Hyacinthum itidem Cardinales.

Reg. Angl. de facta suspensione jactantia.

(c) Cod. Vat. l. 2. ep. 60.

(d) Ib. ep. 52.
(e) Ib. ep. 54.
(f) Ib. ep. 55.

At ista quidem de suspensione concesserat Alexander Papa antequam rescisset fraudes Joannis de Oxenford, de quibus

XIX.

R r 2

A num.

bus superius dictum est. Quibus comper- tis, adeo zelo lætæ veritatis excanduit, ut ipsorum Legatorum suspenderit adven- tum; ipsum vero sanctum Thomam litte- ris sit consolatus. Testatur id quidem Jo- annes Saresberienfis in epistola (a) ad Silvestrum, in qua ista primum habet de munificentissimo Regis Francorum officio, quo prosequeretur sanctum Thomam; ait enim:

Dominum Cantuariensem Christianissi- mus Rex Francorum Senonis excepit regia magnificentia in Ecclesia beata Columba, eumque in omnibus sic veneratur & colit, ut Christum Domini decet a Christianissi- mo honorari. Eidem quoque fidelissimo Principi (sicut ipse fateatur) pauci viden- tur esse dies, & parvi sumptus pro amo- ris magnitudine, quos sacerdotis Christi & Apostolici viri impendit obsequiis. Sed & fidem ejus (quod satis humiliter reco- lit) condigna mercede remunerat Deus. Cujus muneris est, ut sine cruore & tu- multu in medio hostium degens & prospere- tur in omnibus, & quod maximum re- putat, ametur & honoretur a subditis. Sicut (b) Obededom Gethæus Arca Do- mini recepta, in ancillarum fecunditate & gregum, & totius præssionis multipli- catione divina benedictionis expertus est fructum. Et Oida (c) per eisdem Ar- ca receptionem, quando eam impius (d) Achaz eiecerat e templo Domini, assecu- ta est in silentio pontificum & sacerdotum gratiam prophetiæ. Hic Rex Christiani- ssimus, recepta in regno suo Ecclesia Romana, in Alexandro Pontifice scilicet: de uxore suscepit filium, fidei, auctore Domino, & regni heredem, quem data sibi omnium expetibilem optone, fuerat petiturus. Nunc pro humanitate Ecclesiæ exhibita Anglicanæ, novam, quam pro arbitrio suo dabit Dominus gratiam, confidenter expectat. Dominus Papa Can- tuariensem Archiepiscopum verbis & scri- ptis nuper consolatus est, & utinam om- nibus innotescat, quibus pactionibus & cautionibus obtinuerit ille jurator insi- gnis ea de quibus adversarii Ecclesiæ gloriantur. Et paulo post: Silentur hæc interim necessitate obedientiæ, sed spes est, in brevi omnia propalanda esse. Quia ut pro certo didicimus, Legatorum qui

sperabatur adventus, suspensus est, aut omnino seblatus, juratoris Oxenforden- sis scilicet fraude comperta. Hæc Sares- berienfis. Porro suspensus ad tempus Legatorum ad Angliæ Regem adventus usque ad extremum ferme Autumni tem- pus non est permissus adesse.

Cum autem Alexander Papa tot acce- pissit de suspensione S. Thomæ ingestas litteris diversorum querelas: nonnihil commotus, litteras ad Legatos dedit, qui- bus significavit, nihil a se demptum ju- rium S. Thomæ, magis autem se suspen- disse Legatorum ipsorum auctoritate, ne se immiscerent judiciaria potestate in de- cisione causarum. Ita enim se habent lit- teræ, quas ad Legatos a se missos (e) a latere dedit, Nonis Maii.

Post discessum vestrum graves ad nos rumores fuerunt perlati, dilectum scilicet filium nostrum Joannem Saresberiensem De- canum publice proposuisse, quod cum Epi- scopos, & alias personas Ecclesiasticas, & sæculares de regno Anglorum a jurisdic- tione & potestate venerabilis fratris nos- tri Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi exemerimus, juxta beneplacitum & volun- tatem Regis Anglorum, ad ejus disposi- tionem pariter & condemnationem in- tenderemus, & vos pro hac re specialiter mittere deberemus. Aliud quoque nobis insinuatum est, quod Joannes Cumin de Oxenford omnia rescripta litterarum nos- trarum, quas a nobis obtinuit, Guidoni Cremensi Antipapæ monstravit, & ipsi secreta nostra detexit. Unde idem Ar-chiepiscopus erubescens & dolore confun- ditur, & charissimus in Christo filius nos- ter Ludovicus illustris Rex Franciæ, & Principes ejus non parum sunt de ejusmo- di rumoribus conturbati & vehementius commoti. Licet autem a pluribus nobis proponatur, & quodammodo credibile vi- deatur, quod prædictus Joannes pro ho- nore & exultatione prædicti Archiepisco- pi & Ecclesiæ suæ, & pro libertate Ec- clesiæ tantum & ita fideliter laboraverit, quod studio & sollicitudine sua, postquam ad propria rediit, viros Ecclesiasticos, qui regia captione detinebantur, ab ergastulo carceris fecerit liberari: & etiam idem Joannes per litteras suas nobis si- gnificaverit, Regem publice cum multis

XX.

(e) lb. ep. 23. Alex. Pap. ad Legatos de scan- dalo obor- to diluen- do.

(a) lb. ep. 90.

(b) 2. Reg. 6.

(c) 2. Par. 34. & 35. (d) lb. 28. Rex Fran- cor. erga S. Thom. munificus a Deo ma- gna rece- pit.

PAGIUS IV. Sed fru- strâ.

A num. XX. ad LIII. Fufe recitat Baronius litteras, quæ ad præfatum colloquium & ad causam divi Thomæ spectant; sed quas certum est anno MCLXVII. datas esse. Subdit quippe Gervasius citatus Auctor æqualis: Suggesterat enim eisdem Legatis Rex, quod hæc omnia mala de consilio & suggestione Cantuarien- sis Archiepiscopi procellerant, asserens eum in propria persona ad loca guerrarum accessisse, & tam Regem Francia, quam Comitem Flandriæ, nil rancoris habentem pro viribus suis in ip- sum animasse. Sed Rex Francia prædictos Lega-

tos ad suum admittens colloquium, Archiepi- scopi purgavit innocentiam, etiam cum jura- mento dicens, quod ei semper consilium dederat, ut pax servaretur, salvo honore utriusque Re- gis. Ipsi autem ne nil egisse viderentur, inter Gisfortium (oppidum Normanniæ ad Eptam Fl.) & Triam (in Vexino, seu Vilcassino Gallico castrum positum) in Octavis Sancti Martini cum Archiepiscopo loquentes, quaestionibus plu- rimis ipsius animum scrutari ceperunt. Sed immobilem reperientes, & ejus invincibiles ra- tiones attendentes, de quibus audierant, con- tu-

dixisse, se velle clericis suæ terræ illam li- bertatem, quam habebant tempore Henrici avi sui, servare: quia tamen hujusmodi fama usque adeo crevit, quod in parti- tibus illis opinionem nostram sinistra fa- ciat aestimatione corrodi: discretionem vestram monemus atque mandamus, qua- tenus continuo per litteras vestras præ- dictum Archiepiscopum consolari curetis, & omnem ab animo ejus amaritudinem & suspicionem tollentes, cum cum prædicto Rege in primis reconciliare, & plenam inter eos pacem componere omnimodis in- tendatis, & quanta poteritis, ad hoc sol- licitudine & diligentia elaboratis; ita quod sibi & Ecclesiæ suæ antiqua jura, & libertates integre & illibate servetis. Nec in terra ipsius Regis aliquid quod magnum sit faciatis, & in regnum ejus si vos intrare vellet, nulla ratione in- tretis, nisi Archiepiscopus sibi primitus integre reconcilietur. Quia super his no- bis & vobis detraberetur plurimum, & communis vox omnium honestatem vestram sinistris detractionibus laceraret. De Joanne vero Cumin si ita esse inveneritis, di- strictam justitiam faciatis, ita quod alii debeant a similibus deterri. Volumus autem, ut in omnibus actibus & opera- tionibus vestris circumspicite & mature & provide vos habeatis, ita quod adver- sus vos nulla possit detractionis materia subrogari, & devotio utriusque regni per- studium & conversationem vestram circa nos & Ecclesiam debeat incessanter auge- ri, & vobis exinde perpetua valeat laus & gloria comparari. Datum Laterani Nonis Maii. His acceptis litteris, & in Galliis evulgatis, magna piorum omnium facta est exultatio, prout diversorum (a) litteræ testantur. Sed & earumdem ipso- rum Alexandri sæpe contigit meminisse Legatos, cum excusantur de apud Re- gem Anglorum, suam ipsorum auctori- tatem a Pontifice diminutam. De his e- nim et si litteræ ipsius Alexandri non ex- tent: certum est tamen, id eisdem pro- fessos esse Legatos, tum coram Anglo- rum, tum etiam coram Francorum Re- ge, ut apparet ex (b) epistolis inferius recitandis.

(a) Cod. Vat. l. 2. ep. 36. & 95.

(b) lb. ep. 26. & 30. XXI.

PAGIUS

tulerunt, & sic demum omni penitus infesto negotio Romam redierunt. Eadem autem nocte, cujus in crastino conveniendus erat, vidit Ar-chiepiscopus ipse somnium, quod in calice au- roo propinaretur ei venenum. Et quidem sic ac- cidit; illi etenim verba Regis composita eidem offerebant: qua palliatione proterva audientium subverterent intellectum, & faciendâ concordia facerent dilationem. Sed Legati, Sagacis Ar-chiepiscopi (Regis animum noscentis & mores) audita prudentia redierunt ad Curiam. Viden- tes autem fautores Regis, quod in omnibus de- fecisset eorum versutia, iterum generalem innova-

quamvis ejus potestas litteris Apostolicis fuerit magnopere diminuta, non cessaret tamen omnem volvere lapidem, ut Rex Anglorum in omnibus fieret voti compos & Thomas causa penitus caderet: ejus proterviam acrioribus litteris opportu- nius retundere idem S. Thomas non præ- termisit. Ita namque scribens ad ipsum fecundum illud Apostoli: (c) Corripite inquietos, acerbiores has litteras dedit: 19.

Venerabili domino & fratri Willelmo Dei gratia S. R. E. Cardinali presby- tero Thomas eadem gratia Cantuarien- sis minister humilis & miserabilis e- xul, salutem, & sic agere ut vivat in Domino.

Non credebam me tibi venalem propo- nendum emptoribus, ut de sanguine meo comparares tibi nomen & gloriam. Alius tibi curandus esset proventus, si non statu- tus tui nimis periculose oblitus, fortuna ludibria pensares dissimiliter. Sed forte ut id ageres efficacius fortunam meam præsentem in consilio habuisti, cujus dum tristitia spectas, latiora quoque sperare debueras. Alternæ enim sunt rerum vicissitudines, & sicut de successibus prosperis lapsus est facilis, sic & in contra- rium. Nec prudentiam tuam latere credo licet hoc experimento non senseris, nihil esse tam firmum, cui non sit periculum e vicino, sic & versa vice. Hæc idcirco tibi scribo, ut subitos fortunæ casus dili- gentius de cætero examines, examinatos observes, observatis indulgeas. His cer- te exponenda non fuerat Petri navicula, quæ & sæpius concuti, convelli non novit; ut quæ etsi pluries jactata fluctibus, non submersa consurgit. Hujus itaque si veri Piscatoris, si optimi gubernatoris verus vis esse discipulus, nauta bonus: sicut se- renitatis gratiam multoties tibi fecit a- ra serena; sic impetuoso turbini, inva- lescente tempestate, omnes ingenii tui vi- res, te ipsum etiam animo forti sub omni discrimine opposuisse debueras. Si enim de manu ejus gratanter suscepisti paci- fica: cur non patienter tolerabis adver- sa, forte ad momentum expiratura? Sic & magister ille tuus Princeps Apostolo- rum resistendo Principibus, non cedendo, sed dissipando pacem iniquitatis, sangui- ne

(c) lb. ep. 19.

S. Thom. in Wil- lelm. Leg. justæ que- relæ.

verunt appellationem, an. scilicet illo MCLXVII. Recitat Baronius num. XLV. & seqq. Rela- tionem cujusdam familiaris Sancti Thomæ, quam eidem Sancto Præsuli misit, quæ tam apud eum, quam apud Lupum est Epistola VI. Li- bri secundi; sed apud utrumque characteres temporum quibusdam in locis corrupti. Ea summarie continet, quæ gesta sunt a proximâ quinta feria post Octavam Sancti Martini, usque ad discessum Cardinalium a Rege, tertia feria post, Ad te levavi, seu post Dominicam pri- mam Adventus. Legati itaque mense Decem- bri Romam rediere, & quidem an. MCLXVII.

V. Romanæ redeunt.

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

ne suo nomen meruit in terris, & in cœlis gloriari. Sic crevit vigor Ecclesie, cum crederetur extingui. Hæc etiam in summa tibi opto: sic agas feliciter, ut vivas in Domino. Vale, ut & inde melius valeam. Hucusque epistola S. Thomæ ad hominem timore Principum circumactum, in eorum gratiam perpetuam agitantem, cum ipse Thomas corroboratus esset his litteris Alexandri Pontificis: (a)

(a) Cod. Vat. l. 2. ep. 89.

XXII.
Alia ep. Alexand. Pap. ad S. Thom.

Etsi adversitatum & laborum angustia tibi acris incumbere & invalescere videantur: plurima tamen sanctorum Patrum tibi exempla proponas, qui sicut tu, multas zelo justitiæ calamitates & angustias passi, immarcescibilem coronam & cœlestis regnum meruerunt feliciter adipisci. Quapropter rogamus prudentiam tuam, atque monemus, quatenus semper illud præ oculis habens: Beati scilicet, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: tuum nullis adversis animum frangas, nec ulla tribulatione deponas sed cum fortitudinis & constantiæ virtute confirmes. Ubi vero justitiam & libertatem Ecclesie deperire cognoveris, cum Rege Anglorum in depressionem & diminutionem Ecclesiasticæ dignitatis pacem reformare nullo modo labores. Veruntamen, quantum salvo honore officii tui & libertate Ecclesie fieri poterit: te ipsum humiles, & ad gratiam & amorem suum recuperandum modis omnibus evitabis. Neque plus justo de eo timeas, neque majores quam oporteat, securitates requiras, quia (sicut credimus) ex quo se tibi reconciliaverit, minime te offenderet, nec a quoquam pateretur offendi. Nos enim (sicut tibi sæpe viva voce ac litteris proposuimus) te tanquam charissimum, sinceram caritate diligere volumus, & ad conservationem honoris, libertatis, & dignitatis tuæ augmentum, quantum divina gratia concesserit, aspirare. Hæc Alexandri epistola, tanto Pontifice digna. Sed quod ad causam pertinet, quænam hæc sequuta sint, videamus.

Post longas ambages & perplexitates vix tandem qui progressi sunt ab Urbe Legati Kalendis Januarii ad tractandum negotium, cujus causa missi sunt, simul ad Anglorum Regem venerunt tempore autumnali. Quæ autem cum eo transacta sint, (b) relatio ipsorum nomine Legatorum Apostolicæ Sedis missa ad Alexandrum Papam docet, sed quæ ab altero Legatorum Willelmo Papiensi animo in Archiepiscopum infensissimo scripta omnem in sanctum Thomam culpam convertat, ut de ipsa ratio nulla haberi debeat, nisi eo audito, qui innoxie vocatur in culpam. Sed audi ipsam relationem, immo acerbissimam in sanctum Thomam accusationem:

(b) lib. 2. ep. 28.

Beatissimo Patri ac domino Alexandro Dei gratia summo Pontifici Willelmo & Oddo eadem gratia Cardinales salutem & subiectionis obsequia tam devota quam debita.

Venientes ad terram illustrissimi Regis Anglorum, controversiam, quæ inter ipsum & Cantuariensem vertitur, vehementius quam vellemus, crede, invenimus aggravatam. Asserebat enim Rex, & suorum pars melior, quod idem Archiepiscopus serenissimum Regem Francorum in eum graviter incitaverat, & Comitem Flandrensem consanguineum suum, qui nullum prius gerebat rancorem, ad ipsum subito diffidendum, & guerram pro posse faciendam induxerat, sicut sibi pro certo constabat, & evidentibus apparebat indicis. Siquidem cum idem Comes ab ipso Rege amicabiliter discessisset: Archiepiscopus in propria provincia ad loca guerrarum accedens, tam Regem Franciæ, quam memoratum Comitem ad guerram pro viribus incitavit. Cum igitur apud Cadomum primo jam dicto Regis Angliæ colloquio fruere, paternitatis vestra litteras (sicut decuit) manibus Regi reddidimus. Quibus diligenter consideratis, & perlectis in medio, cum ab aliis, quas pro eodem negotio prius a vobis receperat, minus convenientes & aliquatenus dissentire viderentur: Rex acris cepit indignatione peruri, & eo gravius, quod se proculdubio scire dicebat, præfatum Archiepiscopum, postquam a vobis divertimus, litteras recepisse, quibus a nostro penitus fuerat exscriptus iudicio, ut in nullo cogeretur respondere.

XXIII.
Relatio Willelm. Leg. ad Alexand. Pap.

Affirmabat insuper, quod ea, quæ vobis de antiquis consuetudinibus Angliæ fuerant intimata, falsitati potius subjacebant, quam veritati possent inniti: quod utique viva voce attestabantur Episcopi. Offerebat etiam, quod si quæ tempore suo consuetudines in regno Angliæ viderentur adjectæ, quæ statutis Ecclesiasticis obviarent, vestro libenter arbitrio irritum revocaret.

Nos vero Archiepiscopis, & Episcopis, & Abbatibus terræ suæ nobis adjunctis, cum omni diligentia studuimus facere, ne Rex nobis spem pacis omnino subtraheret, sed ad id potius se permitteret inclinari, ut cum Archiepiscopo tam de pace, quam de iudicio loqueremur. Sic proprios clericos nostros ad eum cum litteris dirigentes, certum locum & tutum indicimus, ubi in festo sancti Martini secum possemus commiscere sermonem. Ipse tamen quasdam excusationes prætextans, diem festi transtulit in Octavas, quod utique in cor Regis altius quam crederemus, ascendit. Cum autem sæpe dictus Archiepiscopus, (licet nos ei offerremus ducatum) in exitu terræ Regis Angliæ

Indicitur congregatus cum S. Thom.

* exemptus.

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

glia versus Franciam, nullatenus nobis vellet occurrere: nos sibi deferre cupientes, in terram Regis Franciæ ad locum, quem ipse mandavit, accessimus, ne per nos stare, quod in suum debeat redundare profectum.

XXIV. Congregatus Legatorum cum S. Thom.
Cumque jam nuntiatum esset colloquium: in primis ei cum multa sedulitate cepimus suadere, & attentius exhortari, quatenus erga dominum Regem, quippe qui multa in eum concesserat beneficia, eam humilitatis ostenderet speciem, quæ nobis querendæ pacis opportunam materiam ministraret. Ad hæc autem ipse cum suis in partem recedens, habito tandem consilio, nobis proposuit, quod se satis apud Regem humiliaret, salvo honore Dei, & Ecclesie libertate, & salva etiam honestate personæ suæ, & possessionibus Ecclesiasticis, & amplius sua & suorum salva justitia. Quibus taliter enumeratis, nos ei diligentius suadentes, quod necessarium erat, ad specialia descendere; cum ipse nec certum aliquid, nec speciale proferret; subsequenter ab eo quaesivimus, Utrum super rationibus, quæ vestris erant litteris annotatæ, nostrum vellet subire iudicium, sicut Rex & Episcopi prius promiserant se facturos. Ad quod ipse nobis querentibus in promptu respondit, se non a vobis inde recepisse mandatum. Sed si prius ipse cum omnibus suis integre restitueret, tunc secundum quod ab Apostolica Sede reciperet in mandatis, in hac parte procederet.

XXV. Reditus Legatorum ad Reg. Angli.
Sic ergo a colloquio redeuntes, cum verba ipsius nec ad iudicium provenirent, nec ad concordiam, nec aliqua ratione vellet causam intrare: ea quæ nobis innoverant, Regi manifeste curavimus, plura quidem (prout decuit) reticentes, & temperantes audita. Nobis itaque locutioni finem facientibus; Rex & magnates, qui secum aderant, ceperunt asserere, quod esset deinceps absolutus, ex quo Archiepiscopus recusabat iudicium. Cum ergo post multam Regis turbationem Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates regni Angliæ cum non paucis etiam clericis instanter perquirerent, utrum prænotatum Archiepiscopo; seu ex aliquo speciali mandato, seu ratione legationis ad iudicium possemus distringere; & cum in hac parte facultatem nobis deesse cognoscerent: timentes, ne prætaxatus Archiepiscopus, abjecto iudicario ordine, sicut alia vice fecerat, aliquibus regni personis gravamen inferret; quoniam nostra sibi taliter inutilis erat presentia, & ad tutelam contra Archiepiscopum minus sufficiens: unanimi sumpto consilio ad vestram pariter audientiam appellarunt, appellationi terminum præfigentes in hiemali festo sancti Martini sequentis anni: interim se & sua sub Apostolica protectione

ponentes, & quasi bet regni personas, nec non & universum regnum sub ejusdem appellationis includentes edicto. Denique nos negotium istud in maximum Ecclesie detrimentum vergere cognoscentes, supra dicto Archiepiscopo auctoritate vestra & nostra prohibendo mandavimus, ne de cætero (tum quia vestris erat inhibitorium, litteris, tum quia solemniter fuerat appellatum) in præscriptum regnum, vel personas, vel Ecclesie regni aliquid gravaminis attentaret. Apostolicæ itaque circumspeditionis erit, attentius providere, ne idem negotium in grave damnum Ecclesie vertatur, sicut ii, qui attendunt profectus Ecclesie verentur & timent. Hucusque relatio Legatorum Apostolicæ Sedis ad Alexandrum Papam. Sed reddenda hic est pariter relatio S. Thomæ de his ad Alexandrum Papam, quæ sic se habet: (a)

(a) Cod. Vat. l. 2. ep. 30.

XXVI.
Relatio S. Thom. ad Alex. Pap.

Miseriarum cumulus & dolorum acerbissimas nostrorum & coexulantium nobis corda perculerat, & Christianissimum Regem & optimates regni Francorum compassionem Ecclesie, datæ (ut videbatur) in adventu Joannis de Oxeneford, in manus eorum, qui querunt animam ejus, ut auferant eam: gravissimo læserat scandalo, ut exulceratus animus quereretur fidem & veritatem sublatam esse de terra. Sed quod pietati vestræ retribuatur. Pater misericordiarum, sanctissime iudex, amantissime Pater, & Ecclesie Dei fidelissime custos, secundum multitudinem dolorum in cordibus nostris, consolationes vestras lætificaverunt animas nostras. Jam enim spe salvi facti sumus, & Christianissimus Rex & regnum ejus Apostolatus vestro, quem Deus optimum faciat, & in tempora longa protendat, innumeras agentes gratias, totam indignationem suam retorquent in illos, qui se de majestate vestra juramentis suis triumphasse gloriabantur. Rex enim ipse, postquam dignationis vestræ excusatorias recepit litteras, prudentiæ, justitiæ, sanctitatis, & beatitudinis vestræ gratiam prædicat & extollit; & malitiam & fraudes eorum, quæ falsis rumoribus scandalizaverant Ecclesiam Gallicanam, obloquentibus gaudenter exponit, & interdum in vitis adversæ partis (si forte adsunt) ingerit auribus. Amplius tamen lætatus est post vestrorum colloquium Legatorum, quos reverenter admittens, ab eis (sicut ipse fatetur) didicit, se non venisse, ut libertati Ecclesie præjudicent, aut nobis: sed componant inter Regem Angliæ, & nos, & si fieri potest, inter ipsum & Ecclesiam faciant pacem. Et utinam, Deo auctore, prosperentur in via ista: in qua nos promptissimos ad honorem Dei & libertatem Ecclesie habebunt adjuutores!

Et

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

non est nobis tutum aut possibile subire iudicium, nisi in presentia sanctitatis vestrae, & sub vestro ipsius examine. Licet enim de sinceritate alterius Legatorum sperare debeat Ecclesia, & nos de eo confidamus, praesertim in his quae Dei sunt: tamen non est homo praeter vos, cui hanc causam Domini committere audeamus. Alterum vero Legatum talem faciat Deus, qualem salutis suae esse expedit, & qualem esse decet Romana Ecclesia presbyterum Cardinalem. Veremur autem ne contingat, quod (si reminisci placet) praemonuimus eventurum, si forte prudentiam, eloquentiam, & auctoritatem domini VVilhelmi cum potestate & voluntate dura regis Anglia accideret convenire: veremur, inquam, ne tales nobis, formato consilio, porrigantur petitiones, quarum vobis molestus sit auditus, effectus impossibilis, aut displicens Deo, & mundo odiosus.

XXXIII. Et quia vobis omnium Ecclesiarum sollicitudo incubabit: circumferte, si placet, oculos in Occidentem. Attendite, & videte, qualiter ibi tractetur Ecclesia, indicet vobis dominus Otto, quem spiritu Dei agi credimus, quid viderit & cognoverit de Ecclesia & provincia Turonensis, quid de Anglicana audierit, quid expertus sit in Northmannia; & credimus vos dicturos cum lacrymis: Quia non est dolor sicut dolor iste. Ut enim de Cantuariensi & Turonensi Ecclesiis taceamus, quas * territis, ut audistis, & utinam plenius sciretis: septem Episcopatus vacantes in provincia nostra & Rothomagensi jam multo tempore tenet in manu sua, nec aliquos ibi patitur ordinari pastores. Clerus regni datus est satellitibus suis in conculcationem, & praedam. Si ista, Pater optime, dissimulamus, quid in die iudicii respondebimus Christo? Quis Antichristo resistet venienti, si tantam patientiam vitiorum & criminum jam accomodamus praerambulis ejus? Talibus enim dissimulationibus insolent potestates, Reges gentium transiunt in tyrannos, ut Ecclesiae nullum jus, nullum privilegium, nisi de eorum arbitrio censeant relinquendum. Sed beatus qui tenet & allidit pavulos eorum ad petram. Nam si Judas ex mandato Legis non exterminat Chanaanum: ei in hostem & stimulum perpetuo coalescit. Confortare, Pater, & esto robustus, plures nobiscum sunt, quam cum illis. Contrivit Dominus malleum impiorum Fridericum, percussurus & alios in brevi, nisi respiciant, & cum Ecclesia Dei pacem habeant.

XXXIV. Et ut tandem verbis faciamus finem vestri oris duntaxat expectamus iudicium, aut illius, qui spiritum Principum auferre consuevit, & liberare pauperem a potente. Nuntiorum vox plura supplebit, quae scripto non credidimus commissenda.

Hoc certum habeat vestra serenitas, quia si voluissimus a principio pravis consuetudinibus acquiescere: non esset alicujus Cardinalis, immo vero hominis alicujus necessarius interventus. Frustraque nobis, auctore Domino, Siculorum, aut Hungarorum proponantur exempla, quae nos in die iudicii minime excusarent, si tyrannorum barbariem praeseremus Apostolicis institutis, & saecularium insolentiam potestatum crederemus potius formam esse vivendi, quam testamentum aeternum confirmatum sanguine & morte Filii Dei.

Ut igitur praedicta omnia sine lacrymabili concludam, attendat sanctitas vestra, si iste debet esse fructus laboris & operis, ac exilii nostri, ut iudicemur nudi, miseri, privati omnibus bonis, ac subeamus causarum angustias, eo quod ausi sumus nos opponere ferocissimo oppressori in Eccl. in defensionem libertatis ipsius, qui expectabamus in dies de desolatione nostra solatium, de exacta miseria gaudium, de injuria Christi dignam a Deo & a vobis in oppressores Ecclesiae ultionem. Nonne sufficere poterat, iis qui quaerunt animas nostras, quod quosdam morte affecerunt ex nostris? Paupertas quoque & calamitas nostra, in qua vix agimus vitam, alienis elemosynis viventes, nisi auctoritate legationis istius, quae nunquam fuisset, frustra trahamur & protrahimur, per annos & annos a dolore in dolorem, a miseria in confusionem, jus etiam nostrum, & justitia convertatur in ruinam nostram & miserorum nostrorum? Deus bone, quis erit hujus doloris finis? Exurge Deus judica causam tuam; vindicanda sanguinem servorum tuorum, qui nequiter extincti sunt, & aliorum, qui intolerabiliter afflicti deficiunt, cum sit nemo qui de manu inimicorum nostrorum praeter dominum Papam, & perpaucos secum velint nos eripere. Vivat & valeat sanctitas vestra in tempora longa, ut vivamus & convalescamus nos & miseri nostri. Haecenus ad Alexandrum Papam relatio S. Thomae. Inter haec autem Legati Cardinales significaverunt S. Thomae, quod Rex Anglorum obtinisset a Papa, quod & summa instantia (ut vidimus) divulgaret, nimirum quod omnis interdicta esset auctoritas ipsi Thomae de rebus Ecclesiae Anglicanae. Extat inhibitio hujusmodi per eos ad eundem S. Thomam missa, his verbis conscripta:

Venerabili & dilectissimo (a) fratri Cantuariensi Archiep. Vvillielmus & Odo Cardinales salutem.

Innotuit Regi, quid super concordia, quid etiam super causa, si contra vos agere vellet, respondistis. Et cum prius scitis (sicut agebat) ex praecedentibus actibus

XXXV.
(a) Cod. Vat. l. 2. ep. 29. Legatorum praecipuum nomine Papae ad S. Thom.

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

vestris, & supra quam satis, fuisset commotus: ampliori & vehementiori fuit nunc indignatione permotus; vestri cordis altitudinem, & domini Papae incuriam, erga ipsum indubitanter accusans. Episcopi vero & Abbates regni Anglorum audientes, quia vos nihil cum eis agere, neque nostro iudicio vos supponere velletis: in nostra presentia litteras domini Papae, quibus vobis mandasse se dicit, ne vos regnum Anglorum interdicto supponatis, coram perlegerunt. Requisierunt etiam a nobis, si ab utroque nostrum vel altero accepta legatione in Anglia possent a vestris gravaminibus defendi. Cum autem respondissemus, nos de negotiis regni Anglorum nullatenus habere potestatem: ibidem in continenti tam pro se ipsis, quam pro toto regno ad dominum Papam appellaverunt, & in protectione domini Papae, & nostra se ipsos, & regnum ponentes, diem quoque ad festum sancti Martini constituentes. Unde mandamus dilectioni vestrae, & ex parte domini Papae & nostra praecipimus, quatenus deferentes appellationi praedictae, inhibitionem etiam, quam dominus Papa se vobis fecisse testatur, attendentes, nullum interdictum, nullam excommunicationem in regnum Anglorum interdatis, quousque presentia Apostolica adaeatur, & quid domino Papae & Romanae Ecclesiae super his placeat, cognoscatur. Ipsi quoque Episcopi & Abbates Nuntios proprios ad vos transmittant, qui appellationem in nostra presentia factam & diem vobis denuntient. Hucusque mandatum Legatorum. Cumque ista de inhibitione auctoritatis S. Thomae non ad ipsum tantum per litteras scripta essent, sed circumquaque (ut audisti superius) divulgata, magno scandalo bonorum omnium, faventium Ecclesiasticae libertati: idem S. Thomas magnopere excruciatum, litteras de his scripsit querulas valde ad ipsum Romanum Pontificem Alexandrum, necnon alias ad omnes S. R. Ecclesiae Cardinales, magna amaritudine referatas, quas omnes reddere in promptu est. Extant enim in fine ejusdem saepe citati codicis epistolarum, cum errore librarii scribi omiffae sunt libro secundo post epistolam quadragesimam quintam, prout qui emendavit errorem, admonuit. Epistola ipsa S. Thomae ad Alexandrum sic se habet:

XXXVI. Amantissimo domino & Patri sanctissimo Alexandro Dei gratia summo Pontifici Thomas Cantuariensis Ecclesiae minister humilis, miser ac miserabilis exul cum suis exulibus salutem & omne bonum.

Mittimus sanctitati vestrae latores praesentium fideles nostros, duos videlicet de miseris & coexulibus nostris, quos tamen ad praesens possumus, & sicut * possumus, ut per eos audiat & intelligat certior

* possumus

ri & miserabili ratione, quae circa nos noviter acta sunt his diebus: miseriarum etiam nostrarum & nostrorum angustias, quae quidem immanes sunt, & suscipiamus a sanctitate vestra, si placet, celeviter debitam & diu dilatam oppressionis Ecclesiae & nostrae liberationem. Dolorum etiam nostrorum per manum misericordiae vestrae levamen accipiamus, ne immaniter & multipliciter depressi deficiamus in tribulatione, qua non fuit a diebus * dolorum districtior. Protracti enim sumus, jam diu est, sicut novit excellentia vestra, trahimur etiam, & protrahimur non minus crudeliter quam inique per tempus, & tempora in miseria & dolore, ut vel sic infra longi temporis metas afflictione deficiat anima nostra, extingamur attriti, deficiamus penitus exacti miseriarum angustias, exiret interim auctoritas vestra, quod absit, quae per Dei misericordiam contra iniquorum desiderium, contra malignantium fraudem revelatura est miseriam nostram & aliorum, antequam finiat. Inclina igitur domine auream tuam, & audi; aperi oculos tuos, & vide, si fuit iniquitas sicut ista; attende diligentius si est dolor, sicut dolor noster & nostrorum qui dati sumus in direptionem, nisi subito subveniat nobis per manum vestram Dei misericordia. Facti sumus in subsannationem & derisum his qui in circuitu nostro sunt, auctoritate Legatorum vestrorum, qui utinam non magis enormiter, quam praesumptuose egissent circa nos & Ecclesiae negotia! Si enim haec facta sunt nobis ab ipsis in viridi, quid fiet in arido, si duratura est ista legatio, quae nunquam fuisset? Suspenderunt ipsi nos, quantum in eis est, ab omni auctoritate quam habebamus in Ecclesiis Angliae & personis quod nunquam gratia Dei & vestri ad alicujus Principis, vel alterius instantiam factum est a vobis, nec fiet per Dei misericordiam, sicut ex certa promissione indulget nobis vestra sublimitas. Ut quid, domine, tribuisti legationem homini, de cuius introitu attendisse debuerat dominus meus (ut salva pace ejus loquar) quis deberet esse futurus legationis hujus fructus; pensasse etiam ejusdem exitum, cujus anima tota effusa fuit ab initio & est in ruinam Ecclesiasticae dignitatis, & vestram, ut vel sic fiat Principi gratus?

Domine, domine, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. Adjuva nos domine, & fac nobiscum secundum promissiones tuas, quae utinam non in vanum letificaverint animas nostras. Sustinimus enim ad vestrae celsitudinis mandatum; sustinimus, inquam, pacem, & non venis. Expectavimus per manuum opera Legatorum vestrorum bonum, & ecce nobis major afflictio, turbatio ferventior. Miserere etiam

go nostri domine, miserere nostri; cum sit nemo post Deum, qui pugnet pro nobis, nisi tu solus cum fidelibus tuis. Miserere, inquam, nostri, ut misereatur vestri Deus in districto examine, cum redditurus fueritis rationem villicationis vestrae. Non est enim ad quem habeamus refugium post Deum, nisi ad te. Cum etiam ipsi opponant, se nobis favore hominum, qui intuitu pietatis & justitiae ob reverentiam etiam sacrosanctae Ecclesiae Romanae, nobiscum stare debuerant, & pugnare pro nobis. Exhaustis siquidem sumptibus, & vexationibus innumeris urgentibus, non est nobis certe de caetero quomodo prosequamur vexationum istarum vel minimam partem. Succurrat itaque nobis & Ecclesiae nostrae, si placet, celeriter tua sublimitas, & imponat finem huic malitiae, ne protrahatur ulterius, quoniam jam tempus est. Vix enim est, ut etiam praenimiis angustiis spirare valeamus. Accelera ergo, ut sentiamus gratiae tuae beneficium, antequam moriamur. Valeat & vivat in tempora longa dilecta nobis & super omnia post Dei amorem necessaria tua sancta benignitas, ut tua munificentia incipiamus, & nos reviviscere, qui jam inceptimus mori.

XXXVIII. Praeterea noscat discretio vestra, quod tribus diebus, antequam supervenirent nobis mala ista, exierant Nuntia nobis cum litteris nostris quibus nuntiabamus sanctitati vestrae, qualiter a Legatis vestris discesseramus. Scribebat enim vobis Rex Francorum Christianissimus & Regina, & quidam de Principibus & Episcopis regni sui, quidamque minores amici vestri, latantes & glorificantes Deum, gratiasque Deo & vobis agentes, eo quod manifestum erat ex adventu Legatorum vestrorum, sicut id ipsi domino Regi ore ad os insinuaverant, falsa esse ac mendacissima, quae Joannes ille jurator de Oxeneford, & alii Nuntii Regis praedicaverant de gravamine & dejectione nostra, futura per Legatos, unde scandalum ineffabile ortum erat in toto regno Francorum, & apud omnes, ad quos rumor ille pervenerat, praeterquam adversarios Ecclesiae & nostros. Sed versa est cuthura ista in luctum, & letitia ista in moerorem, factusque est error iste peior pejore. Petimus itaque, ut placeat sanctitati vestrae, supervenienti morbo celerem adhibere medicinam, quatenus fiat omnibus in manifesto (sicut rei veritas se habet) citra conscientiam vestram & mandatum ista fuisse praesumpta. Valeat iterum sanctitas vestra & in aeternum. Haecenus epistola sancti Thomae ad Alexandrum Pontificem. At non his contentus, querelas suas inferri voluit in Cardinalem sacrum Collegium, quos mirum in modum (ut decet Sanctos) summa animi

libertate, haud veritus eminentiam amplissimae dignitatis redarguit. Nos autem considerantes quanto sit utilius ab amantibus verberari, quam ab odio habentibus oculis appeti: ipsam hic integram describemus epistolam, quae sic se habet: (a)

Venerabilibus dominis suis & Patribus universis, Episcopis, presbyteris, diaconibus S. R. E. Dei gratia Cardinalibus Thomas eadem gratia Cantuariensis ecclesiae minister humilis, miser ac miserabilis exul salutem ac debitum per omnia famulatum.

Misero verba facere gratia haud est facile; miserabili servare modum in dicendo, sane difficile. Detur ergo, petimus, indulgentia misero, miserabili venia. Credimus vos, Patres sanctissimi, divina inspirantia ad hoc in summo fastigio constitutos, ut removeatis injustitias, praesumptiones abscondatis, laborantibus in sacerdotio benigne subveniatis, opprobriisque & calamitatibus eorum nullatenus locum exhibeatis; sed oppressis gravatisque feratis auxilium, calumniantes reprimatis, durius opprimentes gravissime puniatis. Non enim perturbare perversos, non resistere persequentibus Ecclesiam: nihil aliud est, quam fovere. Consentire namque videtur occulte, qui manifesto facinori non obviam. Intelligimus inde, non aliter vobis licere, quam ut omnes conatus vestros huic cause nostrae, quae inter Regem nostrum & nos, immo inter vos & ipsum praecipue versatur, in qua universalis salus infestatur Ecclesiae, officiosissime de caetero impendatis. Interatis cum ipso certamen, erat vobis jam in limine victoria, si non religionis vestrae circumvenisset auctoritatem, sicut creditur a peritis, praedicatur a transeuntibus, affirmatur ab iis, qui Regis intima non verunt arcibus, captiosa calliditas, falsa spes pacis, quae potius extorquetur a tyrannis preparatione certaminis, quam legationis tractatione; preparatione enim belli pax obtinetur. Digna certe poena, huic miserationis vestrae viscera claudi, qui libertatem Ecclesiae quaerit extinguere. Decet ergo vos esse vacuos ab omni offensa, ab aliena gratia penitus liberos: si recte tractatis aliena negotia, si loquimini veritatem in populo, si diligitis justitiam, qui facitis judicium in gente. Dominus enim dicit: (b) Diligite justitiam, qui judicatis terram. Ipsa utique ubique diligenda, ubique est observanda. Sola enim ipsa operatur pacem & conservat. Unde Isaias: (c) Erit opus justitiae pax. Et David in Psalmo: (d) Justitia & pax osculatae sunt. Amant enim se haec duo eatenus, ut qui facit justitiam, pacem inveniat, nec aliter. Sic ergo agite, sic observate justitiam, quibus judicandi po-

(a) Cod. Vat. in Append. ep. 1.

XXXIX. Epist. S. Thom. ad Cardin. S. R. E.

(b) Sap. 1.

(c) Is. 32. (d) Psal. 84.

testas credita est, ut cum venerit justus Judex, reddens unicuique juxta merita sua, pro bene observata justitia dignos vos mercede remuneret.

XL.

Quid plura? Haec in summa reduco vobis ad memoriam: quoniam Arrius parva scintilla fuit in Alexandria, sed quia dissimulante justitia, non est statim oppressus, ejus totum Orbem ferens flamma populata est. Et ut veniam ad rem: dicite, Patres sanctissimi: Quae conscientia dissimulatis injuriam Christo illatam in me; immo certe in vobis, qui Christi vicem gerere debetis in terra? Nonne causa mea simul vestra est? immo penitus vestra? An simulatis vos ignorare, quod Rex Anglorum occupavit, & singulis diebus occupat possessiones Ecclesiasticas, libertatem Ecclesiae subvertit? Extendit manus suas in christos Domini, passim & sine delectu in clericos, alios incarcerando, alios truncando, aliis eruendo oculos, cogendo alios ad duellum, alios ad examinationem ignis vel aquae, Episcopos etiam non servare Metropolitanis suo obedientiam, minores clericos Praelatis suis non obedire, non habere se excommunicatos; cum rite fuerit excommunicati immo (quod deterius est) commodam tollat Ecclesiae libertatem ad instar grandis illius schismatici, oppressoris vestri, nempe Friderici, qui quaerit funditus eviscerare Ecclesiam? Si haec sunt impune a Rege nostro, quid fiet ab ejus haeredibus? Quid sustinebitur a successoribus vestris? Attendite quoniam crescunt quotidie mala, crescunt occasiones & ingenia malorum.

XLII.

Deus bone, faciet ne ista impune? Non hac via Christus incescit, non Apostoli, quorum imitatores esse debetis, & nos vobiscum. Quare receditis a visis Domini in quo est vobis fiducia? Verendum est, ne quod absit, contritio & infelicitas sit in visis vestris: ne viam salutis non agnoveritis: quod non sit timor Domini in vestris oculis. Quis eripiet vos de manu tribulantis? Quis liberabit vos de belluae faucibus, quae jam in januis est, ut vos absorbeat omnes, si non Deus ipse? Certe non argentum, non aurum, non humana gratia, non favor Principum. Nolite ergo, nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Maledictus enim qui confidit in homine qui ponit carnem brachium suum. Facite, domini mei, facite aliis, quod vobis desideratis a Christo fieri, ut evadatis periculum, quod est e vicino. Eadem enim mensura remetietur vobis, qua ipsi mensi fueritis. An nescitis, quoniam argentum vestrum proicietur foras, aurum vestrum erit in sterquilinum? argentum & aurum non poterit vos liberare in die furoris Domini.

Nolite ergo, nolite thesaurizare vobis iram in die irae, sed thesaurizate vobis in caelo, resistendo oppressoribus, subveniendo oppressis. Alioquin judicet inter vos & me, & coexules meos, orphanos, viduas, infantes in cunabulis, caeterosque omnes clericos, & laicos Deus ipse apud quem non est personarum acceptio. Requirit ipse sanguinem mortuorum meorum de manibus vestris, vindicet simulationem istam, qui sedet in excelso, justus Judex considerans dissimulationes vestras & injustitias, redditurus unicuique vestrum prout gesserit necum sive bonum sive malum. Exposuistis quippe nos equidem immeritos signum ad sagittam, ut nec jacula jaculantis undique in nos, pressi valeamus elidere, nec evadere possimus, nisi in potenti manu Dei jacentium sagittas. Fecistis opprobrium omni transeunti, subsannationem vicinis nostris, derisum his qui in circuitu nostro sunt. Utinam non vobis ipsis.

XLII.

Deus bone, quis erit de caetero vigor in membris, si capitis ipsius robur emarcuerit? Jam certe clamatur in plateis, praedicatur per civitates & vicos, quia non sit justitia Romae de potentibus. Ut quid sepitis vias nostras spinis? cur obicitis nobis offensivis lapidem? Ut quid tollitis nobis omnem nostram auctoritatem, ne vindicemus injuriam Christi, ne redimamus damna dierum nostrorum, quibus nemo succurrit, ne compensem Ecclesiae jacturam, prout nunc possumus, Ecclesiastica saltem censura; ne silentio convalescat inconcussa impunitas, sed prodeat in lucem tanta concussionis auctoritas, tam affectata praesumptionis ultio merita, ut appareat tempore postero, tam enormia, tam detestabilia nullatenus impune, sed merito attentata fuisse? Certum tenete, expectatio ista plurimum habet periculi, salutis nihil. * Alias curandus est is morbus, si non per dissimulationem vestram vultis interfici Reges universae terrae. Dulcis enim est omni tyranno amara servitus Ecclesiae, nec tolli facilis, si non sit ei citissime ipsa sua dulcedo amara severitate justitia. Eo jam perventum est, ut sequatur Rex noster etiam Siculos, immo certe praecedat. Curritur undique a clericis Angliae ad suam Curiam: sunt curiales Capellani, sub obtentu isto astringuntur jusjurandi necessitate, ut vel sic in terra sua libertus obtineat de caetero, quod hoc tempore de voluntate sua pro jure constituit. Itur cursim in dispendium Ecclesiae non reparabile, cum sit nemo qui currentem non cedat, qui redarguat delinquentem efficaciter, qui puniat ejus viriliter * accessum. Quid erit nobis & vobis * f. excessum. ulterius in terra illa, si celerius non accurratur huic tanto periculo? Si non retundatur acrius hujus tam enormis negligentis periculosa praesumptio? vos ipsi videritis.

* Aliter

* f. excessum.

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

XLIII.

Disposueram certe animam meam in hac parte liberare, viriliter subvenire periculo, si non hujus facti me, sicut credimus, immerito aestimassetis indignum. Indulgeat Deus hoc facientibus. Erat mihi quippe cum ipso facilior accessus, si (quod absit) sine vobis Ecclesie discrimina dissimulare curassem. Verum quidquid mecum egeritis, quidquid agatis: per misericordiam Dei nihil fiet a me sine vobis, nihil in prejudicium Ecclesie, si vita comes mihi succurrit. Hanc viam elegi, hanc, Christo duce, non mutabo sententiam. Hec est enim mihi via salubris. Hec vobis scribo non ad indignationem aliquam (novit Deus qui scrutator est cordium) sed ad cautelam, ne veniat super vos dies Domini sicut fur, dies ultionis qui nemini parcat. Credite ergo mihi fideli vestro per omnia, dilectissimi domini: Resumite vires, accingimini gladio verbi Dei potentissimi, exerite gladium beati Petri, injuriam Christi vindicate & suorum, nulli parcat oculus vester: Facite judicium & justitiam sine dilatione omni patienti injuriam. Hec est via regia, hac est via que ducit ad vitam. Hac vobis incedendum est, ut sequamini vestigia Christi, vestigia Apostolorum, quorum estis Vicarii. NON SIMULATIONE, NON INGENIO REGENDA EST ECCLESIA, SED JUSTITIA ET VERITATE. QUAE SE OBSERVANTEM LIBERAT AB OMNI PERICULO. Hoc facite, & habebitis pro certo Deum adiutorem, nec timeatis de cetero, quid faciat mihi homo. Bene valete, ut bene sit nobis & toti Ecclesie. Hactenus ipse, qui usu loquendi, quod ait, non ingenio regendam esse Ecclesiam Dei, idem voluit significare, ac si dixisset: Non prudentia carnis, quae est inimica Deo (ut (a) dixit Apostolus) illam esse administrandam, qua una simul periclitatur justitia cum veritate.

(a) Rom.
8.

XLIV.

His igitur tum ad Alexandrum Pontificem, tum ad S. R. E. Cardinales Romanam allatis litteris, tanti viri auctoritate, magis autem veritate, una cum sacro fratrum Collegio permotus est Alexander, ut Legatos ipsos, quos tot viri sanctissimi querelae perstringerent, quantocyus revocaret in Urbem, id in primis curante Nuntio sancti Thomae Romae degente, & Apocrifarii munere perfungente, quem ad hoc ipsum peragendum apud Pontificem monuisse reperitur idem sanctus (b) Thomas suis litteris, in quibus haec inter alia leguntur: Et ideo omnimodis expedit, immo plusquam necessarium est, ut omnem quam poteritis, operam adhibeatis, & pro viribus apud dominum Papam efficiatis, quatenus saepe dicti Cardinales revocentur, & a terra tota ipsius Regis sub poenae interminatio-

(b) Cod.
Vat. l. 2.
ep. 104.

ne exire compellantur. Haec de Legatis revocandis sanctus Thomas. Qui ut diximus, a Papa exauditus in omnibus fuit. Nam suis Pontifex litteris mox eos revocavit in Urbem, omni eos statim nudans auctoritate. Qui antequam inde recederent, Regem Angliae invisendum esse duxerunt. Quenam autem inter eos transacta sint, relatio tunc scripta nos docet, quae sic se habet: (c)

Proxima quinta feria post octavam sancti Martini venerunt Cardinales ad Becense monasterium, sequenti die Lexovium, tertia die ad sanctum Petrum super Divam, quarta item die, quae praecedit Adventum Domini, venerunt Argenteon. Ea die occurrit eis Rex per duas leucas, hilarem eis vultum exhibens, & utrumque Cardinalem comitatus est usque ad hospitium suum. Sequenti die, id est secunda die, post Missam, satis mane vocati, venerunt ad Regem, & intraverunt in cameram ad consilium cum Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus, qui admissi sunt. Cum autem quasi sub spatio duarum horarum moram fecissent intus, egressi sunt, & Rex cum eis usque ad ostium capellae exterius, & ibi in eundo dixit dominus Rex hoc verbum publice, & ipsis etiam audientibus Cardinalibus: Utinam amplius numquam videat oculus meus aliquem Cardinalem. Cum tanta autem festinatione dimittebat eos, quod cum hospitium eorum satis vicinum esset, non fuerunt expectati, ut venirent equi eorum proprii, sed traditi sunt eis ad exeundum equi, qui ante capellam casu proximi inventi sunt; & exierunt Cardines cum quatuor comitantibus ad plus. Remanserunt autem Archiepiscopi, & Episcopi, & Abbates cum Rege, & intraverunt in cameram ad consilium. Ubi cum moram fecissent usque ad horam fere vespertinam, venerunt ad Cardinales, & omnium eorum facies videbatur esse turbata. Cum aliquantam moram fecissent apud

Cardinales, reversi sunt ad hospitium. Crastina die cum moram fecissent apud Regem usque ad horam sextam, venerunt ad Cardinales, & postea ad Regem: reversi sunt postea ad Cardinales, responsa hinc inde secreta portantes. Sequenti die, id est in Vigilia S. Andreae, Rex summo diluculo surrexit, & exivit ludere in cantibus & avibus caeli, sicut creditum & aestimatum est, de industria sui faciens absentiam. Episcopi vero satis mane convenerunt ad capellam Regis, & statim ad cameram: ibi absente Rege habita deliberatione, exierunt ad Ecclesiam, juxta quam Cardinales hospitium habebant. Ubi cum Cardinales sedissent vocati ut audirent, quae ab eis proponerentur, assidentibus hinc inde Rothomagensi, Eboracensi Archiepiscopis, Vii-

(c) Id. ep.
6.XLV.
Relatio
de ultimo
congressu
Legatorum
cum Reg.

XLVI.

De Nuntio a
Rege &
Legatis
missis ad
Alexand.
Pap.(a) Cod.
Vat. l. 2.
ep. 26.XLVII.
De appellatione
facta
denuntiatio non
admissa.CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

gorniensis, Saresberiensis, Bajocensis, Londoniensis, Cicestrensis, & Engolismensis Episcopis, Abbatibus quampluribus, & laicorum ampla multitudo: surrexit Londoniensis, & cum turbatae mentis esse, insipida & parum venusta oratio argumento fuit, & sic exorsus est: Vos audistis, &c. Quae superius in relatione Legatorum de appellatione interposita ab Episcopis Angliae audivimus. Et post orationem: Facta itaque, inquit, appellatione, petierunt apostolos a Cardinalibus & dati sunt eis appellatorii, sicut creditur. Discesserunt autem Card. a Rege feria tertia post Dominicam, Ad te levavi. Sed in discessu cum multa humilitate petiit Rex Cardinales, quod pro eo intercederent apud dominum Papam, ut liberaret eum a nobis omnino. Et in continentem coram Cardinalibus & aliis lacrymatus est, & dominus Willelmus Cardinalis visus est lacrymari. Sed dominus Oddo vix a cacinno se potuit abstinere. Summa autem negotii haec est, quod dominus Willelmus Papiensis mittit quemdam clericum suum, qui cognatus creditur magistri Lombardi, cum festinatione ad dominum Papam, & Rex mittit duos Nuntios scilicet quemdam Londoniensis Episcopi, qui vocatur, magister Henricus Pizim, & cum eo Reginaldum filium Saresberiensis Episcopi. Praeterea sabbato ante secundam diem Dominicam Adventus a Cardinalibus, qui erant apud Ebroicas, egressi sunt magister Jocelinus Cicestrensis, & Cantor Saresberiensis, venturi ad vos, ut denuntient, factam esse contra vos appellationem a personis Angliae. Et paulo post: Dominus Oddo Cardinalis mandat domino Papae secreto, quod depositionis vestrae nec auctor erit, nec consentiens, quamvis Rex nihil aliud petere videatur, nisi caput vestrum in disco. Valete. Hactenus amici relatio ad sanctum Thomam. In ea quae extat alia de his relatio Joannes Saresberiensis (a) ad Joannem Pictaviensem Episcopum, habet ista de irato Rege in hoc ultimo congressu: Cardinales adeo turbatum Regem invenerunt, ut palam quereretur, se proditum esse a domino Papa, & minaretur se ab eo recessurum, nisi de Cantuariensi Archiepiscopo justitiam faceret exhiberi. Et inferius quae secuta sunt post interpositam appellationem his verbis:

Episcopi quoque duos Nuntios miserunt de nuntiis Legatorum ad Archiepiscopum Cantuariensem, scilicet Walterum Cantorem Saresberiensem, & magistrum Jocelinum Cancellarium Cicestrensem, ut factam denuntiarent appellationem, & eam coram Archiepiscopo innovarent. Sed Archiepiscopus Episcoporum nuntios ad colloquium non admisit, eo quod inter alios, Episcopi Londoniensis nomine veni-

rent, quem Archiepiscopus excommunicatum habet, & Cardinalibus denuntiaverat, quod qui legatione fungebantur, communicaverat excommunicationis ejus, & si in fraudem Apostolici mandati, viderentur minus prudentibus absoluti. Hoc enim tandem, & tantum indulserat dominus Papa, ut si essent in periculo mortis absolventur, praestito antea juramento, quod starent mandato domini Papae si convalescerent. Illi autem, simulantes se in periculo mortis constitutos, quia oportebat eos ex mandato domini nunc transfretare, nunc in Valliam proficisci, a quodam Episcopo Gualensi utriusque juris prorsus aut fere ignaro, Lanlweni scilicet, qui monasterium Abendonie, utpote quaestuosus, pro Episcopatu receperat de manu Regis, absolutionem impetraverunt. Et ne de mandato domini Papae possit ambigi, litteras Apostolicas misit Archiepiscopus Legatis, quibus districte praeciperentur illos sic absolutos reponere in anteriorem excommunicationis sententiam, nisi possessiones Archiepiscopi, & suorum & omnia ablata cum integritate restituant, nullius appellationis obstaculo Apostolicum hoc impediende mandatum. Et inferius: Rogavit etiam attentius, ut juxta mandatum domini Papae, Legati excommunicatos suos urgerent ad satisfactionem, vel in sententiam anathematis revocarent, &c. Adhuc hac ex parte Legatos infirmos esse inventos, ut flecterentur ad auram impellentem. Porro adversus eos, qui suffragabantur absolutionem, eo, quod essent navigaturi, extat epistola Joannis Saresberiensis (b) ad Alexandrum Papam, qua ostendit, eos nullo modo absolutos dici posse.

Postquam autem Willelmus Legatus vidit, sanctum Thomam non recepisse nuntios Episcoporum, tamquam non bene absolutorum ab excommunicatione, quam incurrisset: idem ipse tam suo quam collegae nomine de absolvendis excommunicatis has litteras (c) dedit ad Episcopos Angliae, quibus ista commisit, Norvicensem & Cicestrensem:

Discretionem vestram praesenti significatione mandamus, quatenus personas illas, quae a Cantuariensi Archiepiscopo excommunicationis vinculo dictae sunt innodatae, in manu vestra, promissione recepta, quod nostro debeant stare mandato, postquam istas videritis litteras, absolvatis. Quod vobis moderatum videbitur. Hac autem occasione postposita, prosequi studeat & adimplere, quicumque vestrum apices istos primus receperit. Ex quo vestrum receperint mandatum, significetis eos juramento praestito absolutos. Haec nomine Legatorum scripta fuere.

Meminit harum litterarum Saresberien-

(b) Cod.
Vat. l. 2.
ep. 98.

XLVIII.

(c) Ibid.

Willelm.
Papiens.
agit pro
absolut.
excommu-
nicatorum.

(a) lb. ep. 101.

sis in epistola (a) ad Archidiaconum Exoniensem verbis istis: Recepturus est enim, si nondum recepit litteras Legatorum precipientes ut absolvat excommunicatos domini Cantuariensis. Cum tamen ipsi precipiendi nullam habeant potestatem, sed inhibiti sint litteris Apostolicis Angliam ingredi, vel se de regni negotiis intrromittere, nisi prius pax plenissima reformetur. Et inferius: Dicaturque eis, quod absolutio non proderit eis ad salutem, nisi quam precedit poenitentia & confessio & satisfactio pro facultate, &c. Scripsit & de his idem Saresberienfis ad Alexandrum Pontificem (h) litteras, in quibus hæc inter alia in amaritudine animi sui: Os meum in celum ponere non præsumo. Fateor & verum est, omnia Romano licere Pontifici, sed eadumtaxat, quæ de jure divino Ecclesiastica concessa sunt potestati. Liceat ei nova jura condere, vetera abrogare, dum tamen illa, quæ a Dei verbo in Evangelio vel lege perpetuam causam habent, mutare non possit. Ausim dicere, quod nec Petrus ipse quemquam perseverantem in scelere & voluntate peccandi possit absolvere: nec claves accepit, quibus januam regni possit impotentibus aperire, &c. Hæc & alia Saresberienfis. Ex cujus itidem aliis litteris ad Alexandrum audi rursus proscriptorum pro Ecclesiastica libertate tuenda querelas de iisdem: (c)

(b) lb. ep. 56. Querela de male absolutis.

(c) lb. ep. 100. XLIX.

Anima nostra, Pater, in amaritudine est, ut (quod in conspectu vestro timeo plurimum) verbo modestiam subtrahat vis doloris, & patientia, præ miseriarum cumulo, querelas omnino nequeat cohibere. Alii enim nostrum pro defensione justitiæ morientes, a Deo, & ab Ecclesia expectant innocentis sanguinis ultionem; alii variis affliguntur suppliciis, omnes exulamus, & diu proscripti sumus, ut vel sic nefarias hominum traditiones compellamur præferre lege Dei, & sanctionibus Patrum. Sed unicum est Fidelibus in tribulatione remedium, precibus aures pulsare Majestatis, & totius mentis arcana retexere, ut sic Patris clementiam moveant, & miseriæ solatium consequantur. Hoc quoties filii Israel usi sunt, toties de necessitatibus & angustiis leguntur erepti. Recurrebant illi ad tabernaculum fœderis, ubi sancta Sanctorum servabatur, id est mandata Dei, quæ cunctis justificationibus antecellunt. In opportunitatibus suis conveniebant Moysen & Aaron sanctos Domini. Et miseris Cantuariensibus ad quos inter Dominum & se mediatores confugiendum est nisi ad Romanam Ecclesiam, ubi viget divina legis custodia, & totius sacerdotii principatus? Nam si illa post Dominum decreverit salvare nos, continuo libera-

De Alex. querelæ exultantium Anglor.

bimur: si manus creveritis, destruetur Amalech: & qui vos Pharaoni dedit in Deum, deiciet omnes adversarios Ecclesiæ a facie nostra, &c. Hæc ipse querelas subiiciens de male absolutis excommunicatis, de quibus superius dictum est. Porro Alexander Papa ubi ista cognovit adversus eos, qui absque prævia satisfactione absoluti fuissent, ita (d) rescripsit ad ipsos Cardinales Legatos:

Suggestum est nobis, quod quidam eorum, quos venerabilis frater noster Thomas Archiepiscopus Cantuariensis excommunicationi subiecerat, Ecclesiæ suæ, nec non & clericorum ejus bona & possessiones detinere, & iisdem incubare præsumunt. Unde quoniam indignum est, ut bonis & possessionibus illis detentis a vinculo debeant, quo tenentur, absolvi: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si jam sicut audivimus, per aliquos sunt absoluti, ipsis ex parte nostra virtute juramenti firmiter injungatis, quod præsumptas possessiones & bona personis & Ecclesiis, de quarum jure existunt, in continentem relinquunt, nec eas tenere, aut se in his de cætero intrromittere, qualibet occasione præsumant. Quod si ad vestrum præceptum non fecerint: vos eos omni delatione & appellatione cessante, in priorem excommunicationis sententiam usque ad satisfactionem plenariam reducat. Si vero a vobis fuerint absoluti: id nihilominus, sicut prædiximus, efficiatis. Hæc Alexander, sed anno sequenti (ut apparet ex dictis) quo ista contigit ipsum audisse Pontificem. Quas Papæ litteras ut acceperunt Legati per Nuntium S. Thomæ, ad eum rescribentes se excusare, eos, dum essent apud Regem, non posse talia exequi contra illos, quibus bona ipsa idem Rex dederat: quod & de mente Papæ effet, ne dum ibi Legati essent, aliquid operarentur contra ipsum Regem, ne quid indignum Apostolica Sede paterentur ab ipso. Sed prosequamur Legatos redeuntes, de quorum reversione hæc Joannes Saresberienfis in (e) epistola ad Archidiaconum Exoniensem: Cardinales redeunt revocati non sine confusione, poenitentes & conquerentes se ad Regis voluntatem nimis causam Ecclesiæ depressisse. Alter enim eorum, videlicet Papiensis, ei in omnibus assistit, altero quoque remissius agente, quam tantæ expectationis & spei hominem decussisset. Hæc ipse. Qui & inferius post multa, quid cum Rege idem Legatus Oddo profecerit, ita narrat:

Præterieram, quod minime esset prætereundum, scilicet, dominum Oddonem, paucis diebus antequam recederet a Rege, ipsum diligentius convenisse, ut pacem cum Archiepiscopo reformaret. Ille vero respondit, se amore domini Papæ & Car-

(d) Cod. Vat. l. 1. p. 99. L. Quid Alex. rescripserit de absolutis ab excommunic.

(e) lb. ep. 105.

LI. Ante diffensionem quid Legati cum Reg. Angl. di-

dinalium permissurum, ut Archiepiscopus in pace redeat ad sedem suam, & disponat Ecclesiæ & rebus suis. Et quia de consuetudinibus jurgia diutius protraxerunt: dixit se & liberos suos illis solis esse contentos, quas antecessores suos habuisse constiterit juramento centum hominum de Anglia, & centum de Northmania, & centum de Andegavia, & aliis terris suis. Si vero hæc conditio pacis Archiepiscopo displicuerit: se paratum esse dixit stare arbitrio tum Episcoporum Angliæ, tum cismarinorum, videlicet Rothomagensis, Bajocensis, & Cenomanensis. Quod si nec istud sufficeret, domini Papæ judicio staret, eo salvo, ut non exberedarentur liberi ejus: nam in diebus suis facile sustinebit, ut dominus Papa quod voluerit, reprobet.

LII.

Quæsitum est ab eo, quidnam Archiepiscopo & suis facturus erat de restitutione, quæ ab ipso petitur, & debetur. At ille respondit, jurans multis & exquisitis juramentis, quod omnia, quæ inde perceperat, solis Ecclesiis & pauperibus erogavit; sed hoc credat Judæus apella; non ego. Cardinalis autem subintulit, quod nisi alio utatur consilio, & cum Ecclesia Dei mitius agat, omnia districtius & citius quam credit, ab illo requirit Deus & Ecclesia ejus: & sic accepta licentia, recessit ab eo. Deinde convenit eum Vivilhelmus Papiensis eodem fere modo: sed semen verbi ejus cecidit super arenam. Facientes autem transitum per Christianissimum Regem Franciæ, redierunt in gratiam ejus, intervenientibus patris, quæ vobis harum litterarum bajulus intimabit. Hucusque Saresberienfis, qui & de his quæ postea acciderunt, aliis litteris hæc amplius: Quintus annus exilii mei evoluitur, & ecce cum mihi nihil ante defuerit, solatii cumulus est, quod Ecclesiæ libertas videtur astare pro foribus, & Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS. VI. Frideric. Imp. a Papa excommunicatus.

Ad num. LIII. & seq. Baronius hic & Labbeus Tom. X. Concil. ut ostendat Concilium Romanum, vel Lateranense, in quo Fridericus Imp. exauctoratus, & omnes qui ei ex causa Imperii & Regni religione jurejurando tenebantur adstricti, a fidelitate ejus absoluti, hoc anno celebratum fuisse, producit Epistolam Joannis Saresberienfis Willelmo Subpriori Cantix datam, quæ juxta Baronium est LXXXIV. Libri II. & juxta Lupum LXXXIX. ejusdem libri, ex qua memorata verba descripta. Verum ex aliis ejusdem Epistolæ verbis perspicuum fit, eam anno superiori scriptam, ideoque & ad eum Concilium istud retrahendum esse. Hæc ibi Joannes Saresberienfis: Absoluti ei etiam Regiam dignitatem: ipsumque anathematizavit, &c. In quo secutus est excommunicatum Gregorii VII. qui nostra aetate Henricum Imp. Ecclesiæ Privilegia convellentem, deponens in Concilio Romano, simili sententia condemnavit. Et quidem illa sententia effectum sortita est, & hæc de privilegio Petri latam videtur ipse dominus confirmasse. Hoc enim Itali au-

pro parte jam pedem fixit in insula. Renuntiavit enim Rex (sicut Nuntius Cardinalium attestantur) quibusdam consuetudinibus pessimis, quas tamen ante consueverat vendicare, cum juramento detestans illas, & auctores earum, consentiens ut liberum sit ad Sedem Apostolicam appellare, ut clerici ad secularia judicia non trahantur, & quedam alia, quæ sic utinam probaret facta, sicut firmat eloquio. Hæc de his ipse. Atque hic demum finis legationis hujus: reliqua autem inferius in fine præsentis anni.

LIII.

Interim ad res Italiæ convertamur orationem, dicturi de his, quæ ad Fridericum Imperatorem & ejus schismaticum Antipapam, & alia quæ ad Urbem statumque Ecclesiæ Romanæ spectant, quæ collegimus ex Joannis Saresberienfis epistolis hoc anno datis, in eodem codice Vaticano descriptis, atque primum quæ habentur in litteris ad Joannem Pitaviensem Episcopum paucis istis (a):

(a) Cod. Vat. l. 1. ep. 60.

Fridericus ille schismaticus insignis, dum in Ecclesiam malitiosus & crudelius sævit, factus est exaugustus, & eo perditus est, ut jam optaverit Italiam perdidisse, quam retinere non potest. At cur exaugustus, alia declarat epistola, ipsum nempe ab Alexandro Papa anathematizata sententia condemnatum, Imperiali dignitate exauctoratum fuisse in Concilio Lateranensi. Sed audi ipsum Joannem ista scribentem ad Cantix Subpriorum (b):

(b) lb. ep. 84. In Conc. Lateran. Frid. excommunicatus ab Alex. Papa.

Reflorescit status, auctore Domino, universalis Ecclesiæ, & schismaticorum impetus frustratus est, & superbia Moab in dies infirmatur. Nec de nocte vastatus est nunc, ut ab initio, sed in meridie suffossa est ara, & muri ejus dejecti sunt: funditus, ut exaltatio Moab ex necessitate Petro cedens, de cætero conquiescat. Unde spes est in Domino, ut vicif-

Arbitratus est Baronius ex hoc Concilio Romano creditam esse Legationem Sancto Galdino Mediolanensi Archiepiscopo, ut Catholicos Episcopos a suis Ecclesiis pullos restitueret. Idem scribit Labbeus citatus, & uterque ad id probandum refert verba Historiæ seu Chronici rerum Laudensium per Ottonem Morentium & Acerbum ejus filium conscripti. At verba illa non in eo Chronico, sed in ejus Continuatore Anonymo extant, & uterque Historicus ante præsentem annum demortuus, ut suis

VII. S. Galdino S. Galdino S. Sedis Legatus creatus.

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

ferantibus tubis sacerdotalibus, in proximo corrumpat Hiericho, & regnum proprio sanguine acquisitum obtineat triumphator JESUS, & in pace possideat, quod sui juris est, Sponsus & Justus Ecclesie Christi. Cum enim Romanus Pontifex per patientiam Teutonicum tyrannum diutius expectasset, ut vel sic provocaretur ad poenitentiam, & schismaticus abutens patientia ejus, peccata peccatis adderet jugiter, ut error in amentiam verteretur: Vicarius Petri a Domino constitutus super Gentes & super regna, Italos, & omnes, qui ei ex causa Imperii religione jurisurandi tenebantur astricti, a fidelitate ejus absolvit, & Italiam fere totam a facie furentis & presentis tanta felicitate & celeritate excussit, ut in ea nihil habere videatur, nisi tortores, quos evitat, interdam & angustiarum, quas evitare non potest, iuge supplicium.

LIV. Frid. Imper. ex-auctoratus Imperio. Abtulit ei etiam regiam dignitatem, ipsumque anathemate condemnavit, & inhibuit auctoritate Dei, ne vires ullas a modo in bellicis congressionibus habeat, aut de Christiano aliquo victoriam consequatur, aut alicubi quiete & pace gaudeat, donec fructus poenitentiae condignus operetur. In quo secutus est exemplum Gregorii Septimi decessoris sui, qui nostra aetate Henricum Imperatorem Ecclesie privilegia convellentem deponens, in Concilio Romano simili sententia condemnavit. Et quidem illa sententia effectum sortita est, & hanc de privilegio Petri latam videtur ipse Dominus confirmasse. Hoc enim Itali audito, ab eo discedentes readificaverunt Mediolanum, schismaticos expulerunt, Catholicos reduxerunt Episcopos, & Apostolicæ Sedi unanimiter adhaeserunt. Sed quid nota recenseo? Hoc ubique locorum fama, quasi præconis voce concelebrat, nec aliquibus dubium puero, ne forte lateat illos, qui soli tempestate hac exulant domo sua. Quia ergo ab Oriente jam radius serenitatis illuxit per Christum, & incolumitas Ecclesie in capite reparatur: superest spes fidei certissima, quod unguentum a capite in Apostolicam barbam exuberans, descendat in caput & oram Anglicanæ ecclesie, &c.

PAGIUS locis insinuavimus. Sanctus autem Galdinus in hoc Concilio Romano Legatus Sanctæ Sedis creari non potuit; cum illud ante urbis Mediolanensis readificationem seu Mediolanensium reditum ad patriam coactum fuerit, ut statim dixi, & Sanctus Galdinus de reditu ad Sedem suam Mediolanensem cogitare non potuerit ante urbis readificationem. Quare hæc Legatio anno superiori Sancto Præsuli data post mensis Aprilis, & postquam acceptit urbis suæ restitutionem, ut ibidem ex Auctore Anonymo ejus Vitæ ostendimus.

VIII. Ad num LV. & seq. Refert Baronius ex Con-

Ex eodem quoque Lateranensi Concilio credita est legatio Galdino Archiepiscopo Mediolanensi, ut Catholicos ab ecclesiis suis pulsos restituat Episcopos, & schismaticos intrusos sedibus pellat. Qui quomodo id sit operatus in Ecclesia Laudensi addita schismaticis: his verbis in Laudensi tunc scripto Chronico per Ottonem Morenam describitur:

Interea dominus Galdinus De la Schola, Mediolanensis civis & clericus, qui quidem Cancellarius domini Ribaldi, & domini Huberti de Pirovano Mediolanensium Archiepiscoporum per annos multos fuerat, & in locum jam dicti Huberti ad Archiepiscopatum Mediolani fuerat sublimatus a domino Alexandro Papa in Lombardia ipse tunc Legatus constitutus, suos Nuntios, scilicet, Abbatem S. Ambrosii, & Abbatem S. Vincentii de Mediolano, misit domino Alberto de Cazanano majoris Ecclesie Laudensis tunc Præposito cæterisque Præpositis, Abbat. presbyt. & clericis, & etiam Consulibus de Laude, dicendo atque monendo, quod ipsi partem Papæ Paschalis, & domini Friderici Imperatoris omnino relinquere, & prædicto Papæ Alexandro faverent, & ipsi Papæ de injuriis sibi factis satisfacerent, atque Episcopum Catholicum eligerent: & nisi hoc facerent, ab officio & beneficio Ecclesiastico abstinere. Dicitur vero Præpositus, cæterique clerici hoc audientes, mæsti valde fuere, tum quia magna pars eorum mandato Imperatoris juraverat, se Papam Paschalem pro Papa in perpetuum tenere; tum etiam, quia omnes fere fidelitatem juraverant domino Alberto de Merlino, tunc temporis, ut eis videbatur, Laudensi Episcopo Catholico, nec adhuc canonico jure deposito, hoc facere timebant valde, & sibi in maximum dedecus reputabant. Inter se etiam conferentes, quod si dicti Papa Paschalis & Imperator victores adhuc existerent, ipsi in perpetuum se damnarent, & qualibet eorum dignitate & gratia privarent: formidabant nimis mandatis domini Galdini obedire. Hoc etiam recusare, quod eis mandaverat * decus prædicti domini Galdini, stupebant plures, tum propter

tinuatore Acerbi Morenæ, quæ gessit hoc anno Gestæ Mediolani & Papiæ a S. Galdino. Sanctus Galdinus Legatus Apostolicus, ut Laudenses Schisma deponeret & Episcopum Catholicum eligerent, qui quarto Kal. April. in dict. I. MCLVIII. anno Albertum Presbyterum in Laudensem Episcopum elegere. Gestæ tunc Laudæ illustrari possunt ex his quæ Puricellus in Monum. Basilicæ Ambrosianæ num. 441. ex Chronico, cui titulus, Flor Florum, in medium adducit: Beatus Galdinus, inquit Chronographus, fecit fieri Palatium Archiepiscopatus a fundamentis: & quantum Legatus Ecclesie (Romanæ) civitatem Papiam interdicto sup-

LIV. S. Galdinus Legatus Apostolicus agit cum Laudens. pro Alex. Pap.

LVI.

Laudenses recipiunt Alex. Pap.

pter Papam Alexandrum, & prædictum dominum Galdinum Archiepiscopum, qui quasi, in illis partibus victores existerent; tum propter civitates Lombardiæ fere omnes insimul conjurantes: quia sciebant, quod si de Laude expellerentur, in Lombardia habitaculum, aut locum, in quo se possent reducere, non haberent.

Tandem dubiis angustiis hinc inde satis diu revolutis, cum nullam misericordiam a dicto Archiepiscopo invenire possent, nisi quod eis mandaverat, adimplerent; eligentes potius vivere quam mori, magisque etiam stare in sua patria, quam in aliena vagari: in Papam Alexandrum credere, ejusque parti favere, & Episcopum novum secundum voluntatem Archiepiscopi eligere disposuerunt. Igitur die Jovis sancto, quæ fuit tunc quarto Kal. Aprilis, Indictione prima, MCLXVIII. anno, prædictus dominus Albertus Laudensis Ecclesie majoris Præpositus, communicato insimul consilio tam Laudensis civitatis, Abbatum, Præpositorum, presbyterorum, aliorumque clericorum, quam etiam illorum, qui extra civitatem in Episcopatu Laudensi fuerant: ad honorem Dei & beatissime Virginis Mariæ, atque beati pretiosi Confessoris Bassiani, dominum Albertum presbyterum, & tunc temporis Ecclesie de Ripalta Præpositum, virum honestum & religiosum elegit in Laudensem Episcopum, & pastorem. Proximo vero die Mercurii post Pascha Laudenses Abbates, Præpositi, presbyteri, alique clerici multi, Consules etiam Laudenses, multique iudices & sapientes de Laude Bergomum, ubi tunc dictus Electus erat, ierunt, & ipsum in sequenti die Jovis proximo Laudem cum ineffabili gaudio conduxerunt, qui ibi honorifice nimis ab omnibus tam clericis quam laicis est susceptus. Hucusque historia seu Chronicon Laudensium rerum per Ottonem patrem & filium Acerbum Morenam conscriptum:

LVII.

At quod factum est cum Ecclesia Laudensi, idem cum aliis schismaticorum Ecclesiis esse agitatum, nullum dubium esse Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

posuit Ecclesiastico, donec satisfaceret de Turri Ecclesie Majoris Mediolani, quam Papienses dejecerant. Quod ipsi fecerunt (sed anno tantum MCLXXV.), quia restituerunt XVII. (legendum cum Galvano Flamma in Chron. XVIII.) mille libras grosse moneta. Imperator enim quod ab Oberto Archiep. Mediolanensi abhorreret, Palatium Episcopale evertendum iusserat.

IX.

A num. LVII. ad LXII. Imperator itaque in Lombardia, quandoque in partibus Papiæ, quandoque Novaria & Vercellarum aut Montisferrati, vel Astensis fere per totam hyemem stetit; sequenti vero mense Martii privatim, ita quod nec ipsi Lombardi, qui cum eo fuerant, nisi forte paucissimi sciverunt. Per terram Comitatus Uberti de Saxonia, filii quondam Comitatus Amodei, qui dicitur Comes de Moriana, iter ar-

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

potest, tunc præsertim, cum Fridericus posteriores in bello tulit, atque in fugam conversus, Papiam se contulit, ubi & obsidione conclusus est; de qua clade & obsidione hæc Joannes Saresberienensis in suis litteris: (a) Eadem die, nempe in festo S. Martini, congressus Fridericus exaugustus cum Mediolanensibus, amissis viginti quinque millibus, in fugam conversus est. Hæc de clade accepta. De obsidione autem sic: Fridericum intra Papiam clausum tenemus, & obsessum, ejectos a schismaticis Episcopos reduximus in sedes suas, & atrito capite impiorum, membra sibi coherentia facile dissolventur. Quomodo autem Papiam tandem fugiens, se contulerit in Germaniam, audi ex alia epistola ejusdem Saresberienensis, de his ita scribentis ad eundem: (b) Cum enim Teutonicus tyrannus sentiret se militum presidio destitutum, & Italia civitates in ipsum irruere properarent, & ipse temeritate suorum, qui nobilem quemdam Papiensem excœcaverant, Papiæ minime tutus esset, neque Mauricenses, sed nec Lombardorum manus ulla ratione posse evadere videretur: ipse Comitatus Blandratensis, & Marchionis Montisferrati fretus auxilio, divertit in terram Marchionis relictis triginta obsidibus Lombardorum apud Blandratum; alios autem obsides, quos acceperat, per Castra Marchionis divisit custodiendos. Et ipse cum præfato Comite & Marchione (quia eum Lombardi congregato exercitu viginti millium militum persequerentur, & obsidere decreverant) per castella quasi in umbra mortis latitans fugitabat, ut vix (sicut ajunt prohi viri pleni fide & auctoritate qui interfuerunt) duobus diebus aut tribus auderet in eodem hospitio pernoctare. Hanc miseriam tyranni, aut potius gloriam Dei, & Ecclesie consolationem de nostratibus quidam viderunt Canonici Noviomenses, & Nuntii Comitatus Henrici; de vestratibus autem Legati illustri Regis Anglorum illuc profecti variis ex causis. Noviomenses enim Ar-

ripiens in Alemanniam est profectus, inquit Continuator Acerbi Morenæ. Ubertus ille de Saxonia diversus non est ab Humberto Comite Morienæ & Sabaudia, ideoque, quod notatu dignum, constans hæc apud omnes opinio hoc tempore erat, hos clarissimos Principes e familia Saxonica originem ducere. Idem Comes Humbertus hucusque Friderico Imp. confederatus fuerat, neque is de eius amicitia dubitabat, cum paucis comitantibus se se apud eum receperit. Verum hoc in transitu Imperator cum eo similitates suscepit. Cum enim quendam nobilem Brixientem obsidem suspenderit, alioque obsides secum Segusium oppidum Gallie Subalpinæ, Secutiam a Joanne Sarisberienis appellatum, duxisset, cives ne eos in Germaniam abduceret, impedire, & neminem egredi-

T t 2 cbi-

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

ebidiaconum suum Bonifacium Italiae Marchionem, quem elegerant in Episcopum, virum honestum & tota schismatis tempestate Catholicum, reducere querebant. Comes Henricus statum explorabat Imperii. Nuntii vero Regis Angliæ juramenta præstiterunt de matrimonio contrahendo inter filium præfati Marchionis & sororem Regis Scotiæ, & ad sæpe dictum tyrannum legatione functi sunt; ut de opinione multorum loquar, quo sic vires & familiaritatem prætententes Imperii terrent Francos. Sed calliditas hæc in contrarium prorsus exitum pergit. Franci siquidem magis animantur, dum vident hostes quasi desolatos, immo desperatos emendicata suffragia queritare, & illos implorare patronos, quibus opus est defensore.

LXVIII.
Frideric.
eludit re-
ligiosos
viros.

Dum itaque in tantis versaretur Imperator angustiis, & omnino desperaret de exitu: tractatum habuit cum viris religiosis, quos constabat esse fideles domini Papæ, simulans se cum Ecclesia Dei pacem esse facturum. Est autem in domo Carthusiensi vir admodum religiosus quondam familiarissimus Imperatori, qui ab eo pridem recesserat ob conscientiam schismatis, & ei plurimo compatiebatur affectu. Hic ergo accessit ad eum cum lacrymis, sibi pro certo innotuisse asserens, quod pacem non erat habiturus, nisi Ecclesiæ Dei redderet pacem. Institit autem & obtinuit, ut revocaret per litteras suas Priorem Carthusiensem, Abbatem Cisterciensem, & Episcopum Papiensem, quem expulerat, & promitteret se confilio eorum in omnibus acquiesciturum, dummodo illi in se reciperent periculum juramenti, quod contra Alexandrum fieri fecerat, scilicet (ut dictum est superius) numquam ipsum omnino recepturum. Omnes, qui hæc verba audierunt, exilarati sunt, & Lombardi jam ceperunt mitius agere, sperantes hominem esse conversum.

PAGIUS

di permiffere, uti refert Baronius num. LX. ex Epistola LXII. Libri secundi Epistolarum divi Thomæ, quæ in editione Lupi est ordine LXVI. ejusdem libri, dataque Bartholomæo Exoniensi Archidiacono a Joanne Sarisberienfi, qui narrata hac injuria Imperatori facta, subdit: Imperator autem assumpto habitu servientis, quasi ut alicujus magni viri procuraret hospitium cum aliis quinque servientibus noctu egressus est, latus quod ei concefferant Italiam perdere, quam demeruerat diutius retinere. Inde transiens Chrysolim, suam turbavit Burgundiam, precibus intentans minas. Et progrediens Alemanniam & Saxoniam supra modum turbatas reperit.

X.

Baronius num. LVII. ex eadem Sarisberienfi Epistola narrat Imperatorem militum præsidio destitutum Papiam fugere coactum fuisse. Verum male ad hunc annum ibidem ex Sarisberienfi lib. 2. Epist. XXVI. revocat congressum Friderici cum Mediolanensibus; cum is hoc an-

Interim sæpe dictus Marchio egit cum cognato suo Comite Mauriensi, ut Imperatorem permetteret egredi, promittens ei non modo restitutionem ablatorum; sed montes aureos, & cum honore & gloria Imperii gratiam sempiternam. Viri autem religiosi, quos evocaverat, arripuerunt iter, excepto Abbate Cisterciensi, qui gravi detentus infirmitate, vice sua misit dominum Gaufridum Antisiodorensis Episcopum, qui Clarevallis fuerat Abbas, præmittentes Fratrem quemdam, qui a tyranno exploraret, ubi vel quando eorum vellet uti colloquio. At ille, audito adventu eorum ex litteris: jam de exitu suo certus, inducis imperatis, respondit, eos ob hanc causam frustra venturos esse, nisi Angelum de cælis secum patenter adducant, aut veniant in potestate faciendi miracula ut possint mundare leprofos, & suscitare mortuos, & sic illi ad propria reversi sunt. Hæc mihi idem Conversus Carthusiæ, qui legationem gesserat, retulit.

Imperator, autem collectis obsidibus quos disperferat, ad reditum properans, venit ad S. Ambrosiam, habens circiter triginta milites in comitatu suo, & inde mane festinanter egrediens, prope Secutiam in eminentia cujusdam montis suspendit obsidem quemdam nobilem Brixientem, imponens, ei quod conjurationis Italarum confcius fuerat, & (quod plus est) artifex congregati exercitus, qui eum ab Italia expellebat. Alios vero obsides secum duxit in Secutiam. Cives autem & incolæ loci portas claudi fecerunt, appositis custodiibus armatis, & tyranno obsides abstulerunt, dicentes, sibi ab aliis civitatibus excidium & exterminium imminere, si vicinos & amicos nobilissimos sic paterentur abduci in Alemanniam occidendos, præsertim cum adhuc in Italia suspenderit virum potentem & generosum, & suis exitum patere pro-

no die Sancti Martini, quo congressus ille habitus, non in Italia, sed in Germania fuerit, fugam ut ex dictis numero superiori patet. Porro Continuator Acerbi Morenæ asserit, Lombardorum foedus post Imperatoris ex Italia discessum valde corroboratum fuisse. Ipso initio illud amplexi sunt Cremonenses, Brixiani, Bergomates, Parmenses, Placentini, Mediolanenses & Laudenses: post cujus (nempe Friderici Imp.) recessum civitates, quæ simul juraverant, inprimis cum Novariensibus & Vercellensibus, postea cum Cremonensibus, & illis de Belforte, & cum Sepriensibus convenerunt; & pacem omnes inter se facientes, unum corpus sunt effecti. Cum vero Cremonenses inter primos foedus Lombardicum jurarint, incredibile est eos inter ultimos fuisse, qui eidem adhaerent. Quare licet tam apud Chalcum & Corium in Hist. Mediolan. quam in duobus MSS. Bibliothecæ Ambrosianæ, legatur, postea cum Cremonensibus, recte tamen Puricellus in Mo-

LIX.

LXI.
Quid in
vindictam
Longob.

LX.

(a) Cod.
Vat. l. 2.
ep. 61.

LXII.
Antipapa
vacillat.

libitu. Tantam quidem addibuerunt diligentiam in obsidibus retinendis, ut neminem permetteret egredi, qui Italice loqueretur. Imperator autem assumpto habitu servientis, quasi ut alicujus magni viri procuraret hospitium, cum aliis quinque servientibus noctu egressus est, latus quod ei concefferant Italiam perdere, quam demeruerat diutius retinere. Inde transiens Chrysolim, suam turbavit Burgundiam, proceribus intentans minas: & progrediens, Alemanniam & Saxoniam supra modum turbatas reperit, & fratrem suum præ cæteris inimicum, cum tamen ei plurimi adversarentur.

Porro Lombardi post egressum ejus Blandratum diruerunt, extractis inde obsidibus, qui ibi relictis erant, & interfectis Teutonicis fere omnibus, quos ad custodiam castris deseruerat Imperator. Decem autem nobilissimos & ditissimos Alemanos dederunt in solatium uxori mariti illius Brixientis, quem supra prope Secutiam suspensum retulit, ut illa prout libuerit, eos aut suspendat, aut perpetua subiciat servituti, vel redemptionem accipiat. Exinde damna multa Marchioni dicuntur intulisse, & nunc rumor est, eos obsidere Papiam. Et certum est, quod Papienses jam in Alemanniam Nuntios miserunt Imperatori, denuntiantes, quod nisi redierit, & opem tulerit, nulla ratione poterunt diutius resistere civitatibus. Hactenus de rebus Friderici unicum excommunicatione, abque Imperio ab Italia profugi. De rebus vero Urbanis ista ex epistola (a) superioriori:

Hæresiarcha Cremonensis, nempe Paschalis Antipapa, Romæ est apud sanctum Petrum, ubi eum Romani morari patiuntur, inito commercio de reddendis captivis suis, si tamen (ut ajunt) recedere non paterentur. Episcopus Albanensis domini Papæ vices agit in Urbe. Et si Lombardi Papiam ceperint: spes est, Guidonem Cremonensem captum iri: & quod non modo Romani omnes, sed & Tuscia tota schismaticos impugnabit. Atque autem incertum est, an dominus Papa Lombardorum velit audire preces, se transferendo ad illos; creditur tamen. Prosperatur autem adhuc Beneventi, ubi Nuntii Regis Angliæ, & Nuntii domini Cantuariensis in ipsius præsentia convenerunt. Et quidem utriusque benigne & honorifice recepti

PAGIUS nument. Ambros. num. 503. legendum censet, cum Comensibus, loco, Cremonensibus.

XI. Ad num. LXII. & seq. Baronius Epistolam Rex Angl. LXVI. libri secundi a Joanne Salisberienfi ad & S. Thomæ Bartholomæum Exoniensem Archidiaconum datam, quæ juxta eum est ordine LXI. ejusdem libri, exacte cum hoc anno connexuit, ut ex iis, quæ in ea narrantur, extra omne dubium ponitur. Quare Guido Cremonensis, seu

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

sunt. Sed regalium Nuntiorum sicut justitia minor, sic pompa & ostentatio divitiarum major. Cum autem dominum Papiam blanditiis & promissis deicere non prævalerent: ad minas conversi sunt, mentientes, quod Rex coram Norandini citius sequeretur errores (erat iste Princeps Mahometanorum) & profana religionis iniret consortium, quam in Ecclesiæ Cantuariensi Thomam pateretur diutius episcopari. At vir Dei nec terrore concuti, nec seduci potuit blandimentis; eisque duas proponens vias, alteram vitæ, alteram mortis: respondit, eos (ut ceperant) facile posse, contempta gratia & patientia Dei, pereuntium præeligere viam; sed se, Domino propitiante non recessurum a via recta. Detumuit ergo in brevi spes eorum, & videntes se hac via contra justitiam non posse proficere: miserunt in Siciliam Nuntios & litteras Regis sui, quibus muniti venerant, ut ope Siculi Regis & Reginæ possent aliquid a domino Papa adversus Ecclesiam impetrare. Sed Christianissimus Rex Francorum præfagiens hanc versutiam malignantium, Panormitano Electo causam Ecclesiæ & domini Cantuariensis commendavit ut propriam. Quis alterutrius legationis profectus sit, hactenus ignoratur.

Supervenerunt interim nuntii Legatorum, quos Rex Angliæ impetraverat, minime coarantes. Nam quidquid cecinerat alius, alius in Curia decantabat. Sed nec de istis certum est, quid sint ad dominos suos relaturi. Supplicatum est ergo ex parte Regis & Legatorum, adhibitis multis intercessoribus, domino Papæ pro Episcopo Sarisberienfi. Et tandem obtentum est, ut et summus Pontifex suam remitteret injuriam & offensam, & domino Cantuariensi scriberet, rogans, & consulens, ut et dimitteret injuriam suam, & ipsum a suspensionis sententia relaxans, in gratiam reciperet, & amorem, si tamen ei in propria persona de satisfactione sufficientem præstiterit cautionem, aut duos de majoribus clericis Ecclesiæ suæ, excepto Decano, transmiserint, qui jurent, quoniam Episcopus eis mandavit hoc præstare juramentum, quo ipsius Episcopi nomine & vice jurabunt, quod Archiepiscopo de injuria & contumacia satisfaciatur. Ex quo probabiliter colligi potest, quod dominus Papa sententiam Legatorum, quæ jam dictum Episcopum absolverant, aut

Quid Legati Regis Angliæ Romæ.

LXIII.

De causa Sarisb. Episc.

igno-

Paschalis III. Antipapa anno MCLXVII. mortuus non est, uti Otto a Sancto Blasio, qui scribere desit anno MCCX. & Papebrocius in Conatu Chron. Hist. perperam credidere; Sarisberienfi enim laudatus ait: Hæresiarcha Cremonensis Romæ est apud S. Petrum, & cætera a Baronio recitata. Refert postea Salisberienfi Nuntios Regis Angliæ & Nuncios Sancti Thomæ Cantuariensis coram Alexandro III. Be-

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

ignorat, aut ratam habendam esse non credit. Obrinuerat autem idem Episcopus antea (a) litteras fere consimiles, quæ tamen ipsum & suos non onerabant aliquo juramento, sed eis nondum usus est, vel quia Regi displicuerunt, vel quia minoris efficaciae reputatae sunt. Quem vero calculum reportaturi sint alterutri, nesciebatur adhuc, quando reversus est prædictarum portitor litterarum. Sed dominus Papa rescripsit Christianissimo Regi, se Ecclesie Dei & suo Cantuariensi non

defuturum, quamdiu partem ejus, justitia comite, poterit sublevaré. Nunc ad Regum nostrorum colloquia transeamus, &c. ut supra descripta sunt hoc eodem anno. Quibus intelligas, eodem quo illa, ista tempore, anno & mense esse gesta, quo ab eodem auctore eadem scripta sunt litteræ.

Rursum vero in novissima de his data hoc anno epistola hæc habet de rebus Urbanis idem Joannes Saresberienfis, scribens ad Archidiaconum (b) Exoniensem:

LXIV.

(b) lb. ep.
105.

PAGIUS *neventi* convenisse; cumque nihil adversus justitiam priores obtinere possent, Nuncios alios in Siciliam misisse, uti habet Baronius.

XII. *Manuel Imp. Legatos ad Papam mittit.*
Ad num. LXIV. Epistolæ duæ a Baronio memoratæ, quarum prior est ordine CVIII. libri secundi, dataque Bartholomæo Exoniensi Archidiacono, & posterior ordine XXVI. ejusdem libri, dataque Joanni Pictaviensi Episcopo, & utraque a Joanne Salisberienfi missa retrahi debent ad annum superiorem, uti ibidem num. X. de priori, & num. XIII. de posteriori demonstravimus. Huc vero retrahendum, quod Baronius anno MCLXX. a num. LIV. ad LXI. narrat ex Actis Alexandri III. Legationem nempe Emmanuelis Imp. ad eundem Papam; secundo mortem Guidonis Antipapæ; & tertio Legationem aliam dolose a Friderico Imp. ad eundem Pontificem missam. Cum enim Acta illa tradant, eodem tempore quo hæc fiebant, Guidonem Antipapam interisse, & dubitari non possit, quin mors illa currenti anno acciderit, certum pariter utramque Legationem huc retrahendam esse. *Manuel Imp. Legatos Beneventum ad Alexandrum III. misit, promittens se Ecclesiam Græcam cum Romana juncturum, atque ipsum præsentem molestiam Friderici liberaturum, si se corona Im-*

perii Occidentalis donaret. Quam postulationem Alexander, inquit Sigonius hoc anno in Hist. de Regn. Ital. lib. XIV. ut parum Republicæ utilem, ex Cardinalium sententia reprobat.

Guidonem vero Crementem, seu Paschalem III. Antipapam hoc anno extinctum esse discrete tradit Joannes de Ceccano in Chron. qui ad hunc Christi annum scribit: *Mense Septembris die vigesima obiit in heresi Paschasius Papa, & pars ejus elegit Electum de Albanis in Papam Callistum, quem Callistum III. appellavit. Errarunt itaque qui scripsere, istum Antipapam, nempe Joannem Abbatem Strumiensem, ante Pseudo-Pontificatum a Paschali III. Episcopum Tusculanum dictum fuisse.* [1] Joanni de Ceccano quo ad annum emortualem Paschalis III. suffragantur Gervasius Dorobernensis in Chron. Hovedenus pag. 512. Radulphus de Diceto ad annum MCLXVIII. & Annalista Mailrosensis ad eundem Christi annum. Neque Baronius Paschalis III. interitum usque ad an. MCLXX. distulisset, nisi persuasum habuisset, quæ Acta Alexandri III. narrat de Legatione Manuelis Imp. ad Alexandrum III. ad illum Christi annum pertinere. Cum vero Paschalis III. die XX. mensis Septemb. perierit, Salisberienfis scri-

XIII.

Movitur
Paschalis
III. Pseudo-Ponti-
do-Ponti-
fex.(a) Cod.
Pat. l. 2.
ep. 26.
Legatio
a Man.
Imp. ad
Alexand.
Papam.LXV.
Alexan-
dria Ci-
vitas a-
dificata
nomine
Alexand.
Pap.

PAGIUS

XIV.
Conditur
Alexan-
dria.

sem: *Quia de statu publico Ecclesie & regi pariter sollicitamur: utraque tibi succincta brevitate perstringo. In primis ergo noveris, quod haresarcha Crementis & cremandus clausus est in turre Stephani Thebaldi; nec audeat egredi, rimetque usque ad mortem innovationem Senatorum, qui in Kalendis Novembris Urbis regimen accepturi sunt. Nam presentis anni Senatores, ut captivos suos de carcere Imperatoris eriperent, Guidonem Crementem receperunt apud sanctum Petrum in Regione trans Tiberim, ei juratoria cautione securitatem præstantes. Romani vero ei numquam subicere potuerunt, & (ut opinor) nec voluerunt Novi vero Senatores, domino Alexandro faciant fidelitatem, & (ut creditur) auctore Deo, schismati finem dabunt. Hoc enim diutius tractatum est, & multis firmatum juramentis. Hæc ibi de rebus Urbanis. At rursum de Papa in alia epistola hoc eodem anno data ad Episcopum Pictaviensem: (a) Dominus Papa receptis Nuntiis, qui Constantinopolim profecti fuerant, cum muneribus & honore, & similiter Legatis Regis Siculi, prosperatur in viis Domini, moram faciens Beneventi. Hactenus epistolæ historia de rebus anni hujus.*

Quid præterea Longobardi, pulso Friderico, ad gloriam Alexandri Catholice Ecclesie orthodoxi Pontificis operati sint: in rebus gestis ejusdem Papæ ita describitur: *Anno igitur Dominice Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo octavo, ipsis Kal. Maii, Pontificatus domini Alexandri anno nono, Cremonenses cum Mediolanensibus & Placentinis in manu valida pariter convenerunt contra rebellionem Papiensem & Marchionis Montisferrati, ad villam quæ dicitur Rovereta, ubi ad honorem Dei & B. Petri, & totius Lombardiæ, construenda civitatis ambitum designarunt, & locum ipsum spatioso fossato clauserunt. Conve-*

nerunt ergo ad habitandum illic cum familiaribus & omnibus bonis suis universi, qui morabantur in circumpositis villis, videlicet, in Marengo, Garundio, Foro, Bergalis, Sivilla, & Sebastia, & repente facta est civitas magna & fortis. Ut autem gloriosior ubique haberetur, atque famosior: placuit omnibus, ut ipsa civitas pro reverentia B. Petri & Papæ Alexandri, in perpetuum nominaretur Alexandria. Est autem postea civitas ista in terra amena & fertilissima secus stratum publicam, munita undique tribus fluviis, & abundans bonis plurimis. Et in primo quidem anno habitatores ejus inter milites, equites, & pedites bellicosos usque ad quindecim millia excrevisse asseriebantur. In sequenti quoque anno ejusdem civitatis, Consules ipsius civitatis ad præsentiam domini Alexandri Pontificis venerunt Beneventum, offerentes ei, & per eum sanctæ R. E. ipsam civitatem in jus & proprietatem; eamque tributariam B. Petro sponte fecerunt. Insuper ipsi & successoribus suis, quæ juraverant, ea annis singulis Consulatus & populus Alexandrinus sponderunt, quod innovare deberent. Quibus sic præstitis, Consules ipsi cum gratia & exultatione, ac benedictione ipsius Pontificis ad propria, auctore Domino redierunt. Hæc de his ibi. Quæ quidem hactenus nunquam facta memini me legisse, ut in honorem cujuspiam quamvis laudatissimi Romani Pontificis civitas conderetur ab exteris, ejusque nomine vocaretur. Ita quidem usitato more, ut vexationibus magis virefcet Ecclesia, & depressionibus exaltetur. Ut de Friderico illud Davidicum omnium ore versetur: (b) Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum petibit, quod conceperat potiunda Italiæ, quam jam manu ejus effluxisse vidisset.

Ad postremum vero in fine anni hujus præ-

(b) Psal.
III.

LXVI.

Salernitanus hoc anno hujus urbis conditum fuisse narrat, indeque apparet Acta Alexandri III. sincere scripta fuisse.

XV. *S. Tho-
mas alios
Nuncios
ad Papam
mittit.*
A num. LXVI. ad LXXIV. Sanctus Thomas Willelmi Papiensis & Ottonis Diaconi Sedi Cardinalium Legatorum, ad Alexandrum III. misit Nuncios suos Alexandrum & Joannem, rogavitque, ut petitiones Regis Anglorum reciperet: *His duobus articulis Coronationi filii sui, & Consecrationibus Episcoporum insistit Rex Anglorum, & valde ardebat ad pacem nostram faciendam, si constantiam domini Papa viderit, inquit divus Thomas in Epist. LXVII. libri tertii ad Nuncios suos data, quam ideo Baronius anno suo reddidit.*

XVI. *Agitur de
pace inter
Francia
& Anglia
Reges.*
Congressum vero Regis Angliæ cum Sancto Thoma Cantuariensi coram Ludovico VII. Francorum Rege habitum, quem fusc narrat Baronius ex quadripartita lib. 2. cap. 25. & seq.

NOTE [1] *U* scripserunt Joannem hunc Strumiensem creatum fuisse Tusculanum episcopum antequam Pontificiam dignitatem invaderet, illi profecto fidei suæ vadem habuerunt omni exceptione majorem. Romualdus Salernitanus, qui per hos annos Salernitanam cathedram occupabat, res anni sequentis ita exorditur: *Anno Dominice Incarnationis MCLXVIII. Ind. II. (annum a Pascha exorditur) in vigilia B. Agatha mense februarii. Interea Guido Crementis qui & Paschalis dictus est, mortuus est. Cui successit intrusus quidam Tusculanensis episcopus Joannes de Struma nomine, qui & Callistus a suis appellatus est. Hæc sufficere arbitror ad asserendam de Tusculano Joannis episcopatu veritatem. Sed adhuc discutiendum aliquid superest. Nam Romualdus obitum Guidonis in annum sequentem referre contra fidem omnium veterum censeo posse. Si tamen ejus verba sedulo expendantur, nihil habet a cæteris diversum. Non enim ait die illa februarii Guidonem decessisse; sed cum per hæc tempora obiisset; nempe die XX. septembris anni 1168. Joannem Strumiensem sequentis anni initio substitutum fuisse. Sed quid interim factum est a schismaticis toto illo temporis spatio quo pontifice caruerunt? In re obscura, suspensionem meam proferre liceat. Joannes de Ceccano narrat schismaticos extulisse Electum de Albanis in Papam Callistum. Pagius Electum hunc ipsum esse Joannem Strumiensem arbitratur. Sed non satis capio cur Ceccanus nomen Joannis fletat; cum præsertim ad annum 1178. ubi de Joannis depositione loquitur, suo illum nomine Joannis Strumienfis designet. Alius ergo censendus Electus iste a Joanne; quam suspensionem meam auget Richardus Cremonensis episcopus cujus chronicon ad exordium usque sequentis sæculi, quo & florebat, perductum in to. VII. Rerum Italic. prodit. Ita ergo ille post exactam rerum anni 1177. narrationem: *His temporibus fuit presbyter nomine Cremonensis electus, qui licet aliis meritis & scientia dignus, tamen propter schisma dejectus est.* Inducant hæc subobscuræ quæ Joannes de Ceccano planius narravit, ac demonstrant intrusum hunc alium esse a Joanne, cum vel nomen ipsum haberet diversum. Rem igitur totam ita concipio: Fatis functo Guidone anno 1168. die XX. septembris ejus successor destinatus fuit Electus qui sibi Callisti nomen dekinaverat; sed eo brevi vel decedente vel amoto Joannes Ungarus Strumienfis abbas assumptus fuit die IV. februarii anni 1169. Brevem illum pontificatum Electi Romualdus caterique neglexerunt, sive quod paucorum mensium fuerit, sive quod electionem non vero confirmationem obtinuerit. MANSI*

CHRISTI
1168.

ALEXANDRI III. PAP.
9.

FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

Legatio-
nes Regis
Anel. &
S. Thom.
ad Alex.
Pap.

(a) lib. 3.
ep. 66.

ius præter alios antea hoc anno missos, Angliæ Rex ad Alexandrum Papam duos Nuntios seorsum misit, nempe Reginaldum & Joannem Decanum Saresberien- ses; sed & eodem tempore ipse Thomas Romam misit Nuntios suos Alexandrum & Joannem, ad quos scribens, monuit de perfidia Reginaldi Nuntii Regis Angli- cæ: (a) *Contra adversarios nostros cautelam & continuam vigilantiam habeatis, & præcipue adversus illum spurium fornicarium, & Ecclesiasticæ pacis inimicum, sacerdotis filium Reginaldum de Saresberia, qui personam nostram, in quantum potest, diffamat ubique & deturpat, dicens, nos proditores esse, & sibi fidem nostram dedisse, quod patrem ejus non lederemus in aliquo.* Et paulo post: *Dicit etiam quod si dominus Papa decederet, faceret nos deleri de libro vitæ, jactans Curiam Romanam ita venalem esse, ut intervenientibus muneribus, quidquid velit, possit impetrare. Suggestit etiam Regi Anglorum hujusmodi petitiones facere domino Papæ, ut alicui Episcopo in Anglia committeret auctoritatem coronandi filium ipsius Regis, & consecrandi Episcopos, ut vel sic dominum Papam deciperet. Cui cum respon- disse Rex, se ut credebatur, a domino Papa petitiones illas non posse impetrare: respondit Reginaldus: Dominus Papa ut stolidus & fatuus agit, si petitionibus suis satisfecerit. Hæc de Nuntio Regis. Ex his videas, Lector, quale genus hominum detrahere & obloqui soleat R. E. Pontificibus. Alterum vero Nuntio- rum Joannem Decanum Saresberia isto nequiores fuisse, quæ de eo sunt dicta, superius docent. Quænam autem essent ejusmodi petitiones Regis, & quanta instantia eas exposceret, & quot quan- tisque intercessoribus: dicetur inferius suo loco. Constat insuper eundem Regem in fine pariter anni hujus per Legatos suos sollicitasse civitates omnes, quæ foedere junctæ erant Alexandro Pon- tifici, ingentemque sparsisse in eas pecuniam, Regemque Siciliae permoven- dum curasse, & nobiliores Romanorum,*

ut omnes intercessores apud Pontificem essent, ut contra sanctum Thomam suas obtineret petitiones. Quid autem egerit Alexander, audies anni sequentis exordio.

Inter hæc autem Rex Francorum, ubi Legati re infecta ex Gallia recesserunt, reassumens collapsum negotium, studuit ad mutuam colloquium congregare Regem Anglorum & sanctum Thomam, se præsentem; sic sperans posse eos simul pacis foedere copulare. Quid eo congressu factum sit, in Quadrupartita in fine libri secundi exacte describitur; & quod ista desiderari viderentur in epistolis, collector earum, ne his careat epistolaris historia, ante ipsas ista præmittit: *Sequentes vero epistole singula singulis locis ita sunt manifestæ usque ad exitum totius negotii, quod minus egere videantur historiali adminiculo, eo excepto, quod factum est in colloquio. De quo ista in Quadrilogo, sive Quadrupartita ex Hereberto: Dominus autem Rex Francorum videns dominum Papam de pace sollicitum, tamquam filium pacis, obediens viro Apostolico, operose & attente partes suas interposuit. Unde & ad plerumque colloquia, quæ inter ipsum & Regem Anglorum erat, Archiepiscopum vocavit, pacis inter eos se mediatorem interponens. Inter quæ unum colloquium fuit, in quo suggestum est Regi Angliæ Archiepiscopum Cantuariensem suo se arbitrio omnino velle committere, ideoque gratius ejus præsentiam ibi acceptabat. Multis igitur utrimque ad id convenientibus, ad pedes Regis Angliæ procidit dominus Cantuariensis, dicens: Totam causam, unde inter nos orta est dissensio tuo committo arbitrio, honore salvo Dei. Tali adiectione audita Rex vehementer scandalizatus est, multis ipsum contumeliis afficiens, multa improperans, plurima exprobrans, arguens eum tamquam superbum & elatum, & regis munificentie circa ipsum impense immemorem & ingratum. Subdit Alanus: Et ait Regi Francia: Domine mi attende, si placet. Quid quid ipsi displicuerit, dicet honori Dei esse*

LXVII.

Congres-
sus Regis
Angl.
cum S.
Thoma
coram
Rege
Francor.

PAGIUS

seq. ad annum sequentem pertinere, discimus ex Gervasio Dorobernensi in Chron. ubi illum pluribus refert. Neque currenti anno Reges congressum illum habere potuerunt; cum nonnisi sub eius finem in concordiam redierint. Hæc Gervasii verba ad annum MCLXVIII. Circa Natale Domini discurrerunt inter Reges adhuc in immensum discordes, viri religiosi utriusque fideles, verba pacis & concordia ad alterutrum deferentes. Pax itaque tandem utrunque formata est, quæ quo melius firmaretur, in Epiphania Domini mutuo sibi indixerunt colloquium. Salisberienfis in Epist. LXVI. libri secundi memorata, & uti mox diximus, hoc anno exeunte data, varia ad hanc tractationem pacis

pertinentia habet, quæ legere juvabit.

Tum Gervasius ad annum MCLXIX. subdit: *Convenerunt Reges & Principes die Epiphania apud Montem mirabilem (seu Monmiralium, Gallice Monmirail, oppidum in ipso Cenomaniensis Provinciae limite situm) de pace jam formata collocaturi, ubi post alias confirmandæ pacis allegationes Rex Angliæ Henricus Ludovico Regi Francia ita fertur dixisse. Hac die, domine mi Rex, quæ tres Reges Regi Regum munera obtulerunt, me ipsum, natos meos, & terram vestra commendo custodia. Cui respondit Rex Francia; quia vobis hoc inspiravit Rex, qui Regum munera suscepit, exhibeant nati vestri præsentiam suam, ut & mansuetudinis nostræ*

XVII.

Ea anno
tantum
sequenti
peracta.

CHRISTI
1168.

ALEXANDRI III. PAP.
9.

FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

esse contrarium, & sic sua & mea omnia sibi vendicabit. Sed ne videar honori Dei, vel sibi in aliquo velle resistere, hæc offero. Multi fuerunt Reges Angliæ ante me, majoris vel minoris auctoritatis quam sum ego. Multi fuerunt ante eum Archiepiscopi Cantuarie magni & sancti viri. Quod igitur antecessorum suorum major & sanctior fecit antecessorum meorum minimo: hoc mihi faciat, & quiesco. Acclamabatur undique: Satis Rex se humiliat.

LXVIII.
Thomæ
& suæ
causæ de
Censu.

Hic mihi dicendum, admiratione me plurimum affici, primum quomodo ausus sit Rex provocare ad exempla majorum prædecessorum, videlicet Cantuariensem Archiepiscoporum, quorum plerisque constaret magnopere restitisse Regibus libertatem Ecclesiasticam violentibus, eaque de causa plurimum annorum esse passos exilia & proscriptiones. Inter quos sanctus Anselmus, & postea Lanfrancus, qui vixit sub avo ipsius Henrici Regis, quanta ea de causa passi fuerint, Tomus superior abunde satis ostendit. Pergit vero Alanus in Quadrupartita:

* melior

Dumque Archiepiscopus aliquantulum subticisset, Rex Francia adiecit: Domine Archiepiscopo vis major esse sanctis viris, an major Petro? Quid dubitas? Ecce pax pro foribus. Ad hæc Archiepiscopus: Verum est, ait: Antecessores nostri multo meliores me fuerunt & majores, singuli autem suis temporibus, etsi non omnia adversus Dominum extollerent, quædam rescuerunt. Nam si omnia radicibus tunc extirpassent; quis nunc adversum nos ignem tentationis hujusmodi excitaret? Quo cum illis probati digni inveniamur, & cum illis laudem & gloriam multo melius nobis Deo consulente actum est, ut securi in eorum sorte, & merito laboraverimus, ita & illorum laboris & præmii simus participes. Nec si aliquis eorum tepuit, vel excessit in aliquo; ejus in hoc torporis vel excessus exemplum sequi tenemur. Petrum enim Christum negantem arguimus, sed Petrum usque ad capitis sui periculum Neronis impetum arguentem modis omnibus commendamus. Sane quia Petrus ei consentire voluit in eo, quod dissimulare sine anima sua periculo non potuit: idcirco inimicorum victor in carne occubuit, & talibus præsuris Catholica surrexit & crevit Ecclesia. Patres nostri passi sunt, quia noluerunt nomen Christi subicere: & ego

PAGIUS

titulo terras suas possideant. Accessit itaque Henricus Regis primogenitus, &c. Paulo post: Interea persuasum est Thomæ Cantuariensi Archiepiscopo a quibusdam nobilissimis viris & religiosis, ab his etiam quos dominus Papa ad pacem destinaverat reformandam, ut ipse Archiepiscopus Regis animum aliqua humilitate co-

ut hominis mihi gratia restituatur, Christi honorem deberem suppressere? Apsit, ait, Absit. Insurrexerunt itaque magnæ utriusque regni in eum, imputantes arrogantie Archiepiscopi impedimentum pacis: uno inter alios Comite palam protestante, quia Archiepiscopus utriusque regni consilio & voluntati resistit, de cætero neutrius erat dignus auxilio, sed ejectum ab Anglia non recipiat Francia. Addit Herebertus:

LXIX.
Quæ in S.
Thomam
jactata a
diveris.

Soluto igitur colloquio, non sine multorum murmure redditur ad propria, coe- xulibus Archiepiscopi in summa desperatione positus, & Reges quidem festinan- tissime in equis (mox quippe diremerant colloquium) recesserunt, nec salutantes, nec ab Archiepiscopo salutati. Quin potius Rex Anglorum adhuc in recessu, est non in facie, a conviciis Archiepiscopi non cessavit, insultando, & dicens inter alia, quod ex die de suo se ultus fuisset proditore. Pariter & Aulici, qui pacis mediatores extiterant, in recessu multa etiam in faciem Archiepiscopi objecerunt, quod videlicet licet fuisset semper superbus, elatus, sapiens in oculis suis, propriæ semper sectator voluntatis & sententiæ; adiciens, grande fuisse hoc malum & enorme Ecclesiæ damnum & periculum, quod ipse rector Ecclesiæ constitutus fuisset; & quod per ipsum ex parte jam destructa, penitus cito destrueretur Ecclesia. Sed Archiepiscopus ponens ori suo custodiam, cum consisterent peccatores adversus eum, factus est ad exprobrantes & insultantes sibi quasi non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, nisi quod uni, de Ecclesiæ destructione exprobrantes & insultantes sibi quasi non audiens, & humiliter quidem & mansuete respondit: Frater, inquit, cave ne destruat Ecclesia Dei per te; per me, favente Domino, non destruetur. Et hic erat Johannes natione Anglus, Episcopus tunc Pictaviensis, Archiepiscopo ex diuturna conversatione & societate familiaris admodum charus & acceptus. Ab aliis vero conviciatus, non reconvinciatur, illius profecto discipulus, (a) qui cum maledice- retur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Sic igitur recessit a colloquio nunc in Francia, sicut prius in Anglia apud Northantunam, factus opprobrium abundantibus, & de peccato superbis. Et recedens sic cum suis, dominum Regem Francorum sequebatur, cujus erant preparata hospitia in castro, quod

(a) i. Pet.

2.

V Mons.

Rex Franc. animo alienatus a S. Thom.

Mons mirabilis dicitur. Erat & Archiepiscopus in castro hoc pariter hospitatus cum Rege, ipso semper per Aulicos abundanter ei viaticum ministrante. Rex autem tunc non declinavit, quemadmodum in aliis colloquiis consueverat, ut Archiepiscopalem in hospitio suo videret. Unde & mox coniciebatur, cor Regis non ita cum Archiepiscopo esse, sicut veri & nudius tertius. Nihilominus tamen Archiepiscopus bilarem & jucundum se exhibuit, nec deprehendi potuit vultus ejus in diversa mutatus ob hoc. In quo adverti potest magni viri constantia, fortitudo animi invincibilis, qui mundo jam sibi contrario, nullam vel etiam modicam turbationem ex his vel solliciti ostendit speciem.

LXX. In crastino a praefato castro recedens, & ea die Carnotum veniens, plerique (ut nos est) populi occurrerunt, ut transeuntes viderent, & querebant quis esset qui transfret. Et cum cognovissent, quod Archiepiscopus hic esset Cantuariensis: ipsum mox digito notarunt, alius, qui ignorabant, indicantes, & dicentes invicem, murmurando tamen: Ecce Archiepiscopus ille, qui in hesterno colloquio Dominum propter Reges negare noluit, nec Dei honorem subicere. Postea etiam saepissime, cum iter per Franciam faceret, multi in populo eadem de eo praedicarunt. A Carnoto vero recedens, quantocumque potuit, Senonas venit. Additque ista compilator epistolarum. Tres igitur dietas cum Regis Franciam comitatu ita transit, ut nec ad eum Rex, vel aliquis ex sua parte accessit, & cum in talibus negotiis dominus Cantuariensis solitus fuit a regia liberalitate procurari: post illud colloquium, & per id quod diximus spatium exinde nihil omnino fuit exhibitum. Aliquando transeundo Senonensis Archiepiscopus, aliquando Pictaviensis Episcopus, vel aliquis alius frater ejus miseria afflictus, erga eum se habuit ut mendicum. Quod plurimum suos perterruit, quasi jam omnino humano auxilio destitutos.

LXXI. S. Thomae in adversis constantia.

Tertio vero die peracto illius itineris, dum sedentes in hospitio super bis confabularentur ad invicem, & secum querebant, quo possent divertere: dominus Cantuariensis jucundo vultu, quasi nihil adversitatis habens, & ad omnes fortunae impetus immutabilis, moderato risu condolentibus alludit, dicens: Solus, ait, imperator, & me cedente, non erit qui vos persequatur acrius, &c. Confortamini igitur & nolite expavescere. Cui, inquiunt, miseremur tui magis, dum nescimus quo possis divertere, vir tanta auctoritate a summis & ultimis derelictus amicis. Deo (inquit Cantuariensis) nostri curam committimus. Et ex quo utriusque regni nobis pracluditur aditus; nec ad

Romanos latrones consolationis gratia quis consulit nos revertere, qui miserorum spolia sine delectu diripiunt. Idcirco id de Romanis Thomas, quod federet ibi in basilica S. Petri Antipapa Guido Cremenensis, pro cujus factione anni hujus Senatores (ut vidimus) laborabant, & ad quem alendum praedae diversorum conferebantur. Pergit auctor: Alia est nobis via procedendum. Audivimus siquidem circa Ararim fluvium Burgundiae usque ad partes Provinciae liberaliores esse homines. Ad hos ego & vos mecum pedites ibimus, qui visa afflictione nostra, fortasse nostri miserebuntur, victualia ministrantes ad tempus, donec nos Dominus visitaverit. Potens est Deus & in ultimo miseriae calculo suis adesse. Infideli deterior est, qui de Dei desperat misericordia.

Et statim affuit pro foribus Dei misericordia. Accurrit enim quidam serviens Regi Franciae, qui diceret: Dominus Rex vos a d. Curiam vocat. Ad haec ait unus eorum: Ut etiamur e regno. Non es Propbeta (inquit Cantuariensis) neque filius Propbetae: noli vaticinari sinistra. Venientes ergo, invenerunt dominum Regem cum tristi vultu sedentem, & non assurgentem pro solito domino Cantuariensi. Quod factum est in principio triste praesagium. Confidentibus illis adhuc tepide vocatis, diutius facta silentio: Rex inclinato capite, quasi dolens & invitus cogitaret, ut eos de regno eiceret, & illis id ipsum timentibus: obortis lacrymis, profiliens cum singultu, proiecit se ad pedes domini Cantuariensis, obstupentibus iis qui aderant. Et domino Cantuariensi se inclinante ad erigendum Regem: vix tandem ad se reversum Rex praefatus: Vere, ait, domine mi Pater, tu solus vidisti. Et suspiria praemore congeminate: Vere, ait Pater, tu solus vidisti. Nos enim caeci fuimus, qui contra Dominum dedimus tibi confilium, ut in causa tua, immo Dei, ad nutum hominis honorem Dei remitteres: poenitet nos Pater & graviter poenitet. Ignosce rogo, & ab hac culpa me miserum absolve. Sed & Deo & tibi me ipsum & regnum meum expono, & ab hac hora promitto, quod tibi vel tuis non deero, quamdiu, Deo auctore, vixero. Rege itaque absoluto, dataque ei benedictione, dominus Cantuariensis Senonas regressus est cum suis in gaudio, ubi Rex Franciae victum regaliter exhibuit usque ad reditum in Angliam.

Quo audito, Rex Angliae Regi Franciae mandat, se mirari plurimum, quomodo vel qua ratione de jure posset contra eum fovere Cantuariensem, cum in ipsius Regis praesentia Rex Angliae ita se humiliaret, ad omnem paratus justiss-

LXXII.

Regis Franc. humilis poenitentia.

LXXIII. Regis Francorum scita responsio ad Reg. Angliae.

am, nec per ipsum steterit, quo minus Cantuariensis pacem haberet, quam ipse arroganter & contumeliose rejecit. Quocirca, ait, Regem Franciae tali de cetero in regno suo non debere prestare subsidium in sui fidelis ignominiam & ruborem. Ad haec Rex Franciae: Ite, inquit, Nuntii, Regi vestro nuntiantes: Quia si Rex Angliae avitas quas vocat consuetudines, licet minus (ut ajunt) legi divinae congruas, tamen ut ad Regiam dignitatem spectantes, non sustinet abrogari: multo minus mihi licet jus illius liberalitatis subvertere, quod cum corona regni mihi jure competit haereditario. Consuevit siquidem Francia ab antiquis temporibus omnes miseros & afflictos, & maxime pro justitia exultantes recipere, & donec pacem habuerint, fovere, tueri & defendere. Cujus honoris & excellentiae gratia, Deo propitio, me vivente, ad nullius personae suggestionem Cantuariensi exuli derogabitur. Haecenus de colloquio Regis Francorum cum Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS XVIII. Tusculi Mania & Albanum evertuntur.

Ad num. LXXIV. Narrat hoc anno Romualdus Archiep. Salernitanus, & ex eo Baronius, Alexandrum III. relicta Anagnina in Tusculanam civitatem venisse, & Romanos ei promississe se ejus mandatis libenter morem gesturos, si praedicta civitatis muros destrui pateretur. Quo facto, Romani voto suo potiti, quod Papa promiserant, adimplere noluerunt. Papa vero a Romanis se circumventum videns, Anagninam rediit, & ibi est multo tempore demoratus. Quare Pontificem hoc anno Romanos non fuisse, & ibidem Fridericum Imp. non excommunicasse, uti jam supra probavimus, certum & indubitatum. Porro huc retrahendum quod anno sequenti de everfione Albani in medium afferemus; cum praesenti gestum sit.

XIX. Moritur Guillelmus IV. Comes Nivernensis.

Tanta pestis in Jerusalem fuit, inquit Nangius in Chron. ad hunc annum, quod fere omnes peregrini mortui sunt: ibique Guillelmus Comes Nivernensis (hujus nominis IV. filius Guillelmi III. anno MCLXI. demortui, ut habent idem Nangius & Chronicon Vizeliacense) sine haerede defunctus est, cui successit Guido frater ejus. In Sicilia tunc erat quidam Francigena Regis Guillelmi (hujus nominis II.) Cancellarius quem quidem Potentes Siculi odientes, in odium ipsius litteras per Apuliam & Calabriam direxerunt, ut quotquot Franci invenirentur, capitaliter punirentur, quod & factum est; sed Rex Sicilia hoc agnoscebat, auctores illius seditionis pari sententia condemnavit. De hac lamentabili strage fustus agit Monachus Autisiodorensis apud Bulaeum Tom. II. Univerfuit. Paris. pag. 358. Tyrius lib. 20. cap. 3. ait, Guillelmum IV. in primo gratissima juventutis flore, cum multis animi suspiriis & gemitibus vitam finisse; in libro tamen ultimo Historiae Vizeliacensis dicitur, eum per satellites suos monasterium Vizeliacense diripuisse, Monachos crudeliter ab eo vexatos aufugisse, & Hugonem Archiepiscopum Senonensem coactum fuisse eum excommunicare.

XX. Ausciensium praesulum pietas.

Florebat hoc tempore Guillelmus Archiepiscopus Ausciensis, de quo Oihenartus in Notitia Valconiae pag. 452. ex veteri membrana, hujus Praesulis tempore scripta haec refert: In-

Nuntiis Regis Angliae, quod aureis exarandum notis, sapiens quisque dixerit.

Finem vero jam rebus gestis anni hujus imposituri, conveniamus Romanum Pontificem in fine anni hujus Benevento recedentem. Urgens sane causa fuit, ut Alexander Papa Benevento recedens, & Romam versus veniens, subsisteret in Tusculano, quam civitatem Romanam ad verfam studuit suam facere, pactis conventis cum Comite Tusculano. Quomodo autem ista transacta sint, rem gestam sic narrat Romualdus Archiep. Salernitanus: Post haec Alexand. Papa in Campaniam rediit, & rogante Jonatha domino Tusculani, & ejusdem loci civibus, civitatem Tusculanam in suam protectionem recepit, & ad illam cum Cardinalibus & tota Curia sua perrexit, & praenominato Jonathae contracambium pro eadem civitate tribuit. Quod factum Romanis multum displicuit. Recolentes enim damna & injurias, & mortes suorum civium, quas Tusculani cum

Tusculum recipit Alex. Papa.

* al. Reginaldo

tra fines Gasconiae tam Cisterciensis, quam Praemonstratensis Ordinis decem Monasteria, & Santhimonialium nonnulla de Ordine Fontis-Ebraldi in honore Omnipotentis Dei fundavit & plantavit. Suscepit sacram contra Mauros expeditionem, eique Idelfonfus Aragoniae & Navarrae Rex propter multa & innumerabilia servitia pericula & labores, quos Bernardus ejus in Praefulatu decessor sustinuit, insignem donationem fecit, & post ejus mortem successibus Archiepiscopis, quam ibidem recitat Oihenartus, in qua legitur, facta Charta era. MCLXVIII. in mense Augusto, anno sc. Christi MCXXX. Ejus in Actis publicis usque ad praesentem annum mentionem haberi tradunt San-Marthani in Archiep. Ausciensibus.

In Hispania Mahometes, vulgo Lupus Rex appellatus, non desittebat a Josepho Almohadum Imperatore laceffendo, & Musinudes, qui etiam adversus hunc in armis erant, ea deponebant. Quare Josephus ingentem exercitum, cui praerat Omar, adversus eum collegit, uti narrat Noveirius. Docent Historici Hispanici Mahometem, cui praesto erant Christiani ab Almohadibus ubique vexati, fortiter se se Imperatori opposuisse, & Petro Ruyzio nobili Navarrae Stellae domino in praemium navatae sibi operae urbem Sancta Mariae dedisse. Nomen illud a Christianis sine dubio urbi impositum, & a Mauris, quando illam occuparunt, non mutatum. Geographus enim Nubiensis, qui ante aliquot annos sub Rogerio Siciliae Rege floruit, hanc urbem Sanctam Mariam semper appellat. Martinus Carillo in Episcopis Aragonensibus ait se vidisse Catalogum Episcoporum ejusdem civitatis valde antiquum, in quo primus Episcopus dicitur fuisse D. Martinus. Aliqui scripsere urbem hanc diversam non esse a Lobeto nunc civitate Episcopali, vulgo Albarazin dicta. Illud certum, Lobetum fuisse oppidum Lobetianarum Celtiberis vicinum. Non multo post Valentiae & Murciae Regnum Christianis confederatum eversum fuit, & juxta Noveirium Josephus Imperator anno Hegirae DLXVI. qui Christi est MCLXX. in Hispaniam transfretavit, varias

XXI. Victoria Almohadum Christianis inferentium.

CHRISTI
1168.ALEXANDRI III. PAP.
9.FRIDERICI IMP. 14.
MANUELIS IMP. 26.

Rinaldo Imper. Cancellario eis intulerant, indignati sunt plurimum & turbati, quod Alexander Papa Tusculanam civitatem, quam ipsi destruere nitebantur, in suam protectionem receperat. Et ob hoc inter eos & prædictum Papam guerra maxima est exorta. Quæ cum aliquanto tempore perdurasset, Romani utpote callidi & dolosi, benignitatem Alexandri Papæ circumventientes, promiserunt, quod eum tamquam patrem & dominum in Urbem reciperent, & mandatis suis libenter obedirent, si prædictæ civitatis muros destrui pateretur.

Alexander autem Papa eorum promissionibus & verbis fidem adhibens, muros prædictæ civitatis passus est dirui. Quo facto, Romani voto suo potiti, quod Papæ promiserant, adimplere noluerunt. Papa vero a Romanis se circumventum, plurimum condolens, turrim Tusculanorum fossis & muris circumvallari fecit, & relicta ibi militum, ac peditum competenti custodia, Anagninam rediit, & ibi est multo tempore dimoratus. Hucusque Romualdus hoc anno, in fine ipsius.

Tuscula.
na moe-
nia diru-
ta.

Sc.

PAGIUS rias de hostibus victorias reportavit, & Christianorum finibus devastatis Marochium anno MCLXXII. reversus est.

XXII. *Rugiani Sclavorum populi, ab Erico Danorum Rege, & Finlandi ab Erico Suecorum Rege victi, Christum agnoscunt. Helmoldus Presbyter & Canonicus Butroniensis, Historiam conscripsit Honorarum sive Sclavorum ad Christum, a temporibus Caroli Magni usque ad hæc tempora perduxit, ut legitur hoc anno in additione ad Auctarium Aquicinquinum. Anno MCLXIV. de conversione Rugianorum & canonizatione Sancti Canuti Junioris, quæ ad hunc annum pertinent, verba fecimus. Chro-*

nicon Helmoldi adhuc extat.

Conanus Britannia (seu Armorica) Comes XXIII. jure successorio Comitatum utrumque Britannia Minorem recipiens, ex sorore VVillemi Regis Scotorum Britanniam reliquit heredem, inquit Radulphus de Diceto ad hunc Christi annum pag. 513. Idem habet Matthæus Parisius in Chron. qui addit sororem Regis Scotorum Constantiam dictam fuisse, & ejus filiam Henricum Angliæ Regem Gaufrido filio suo uxorem accepisse, sicque tota Britannia potitum esse.

VVillemus de Campania Archiep. Senonensis consecratus fuit, ut in fine anni sequentis probabimus.

(a) Cod.
Var. l. 3.
ep. 79.
Novi &
obtinati
conatus
Regis
Angliæ
contra S.
Thom.JESU CHRISTI
ANNUS
1169.ALEXANDRI PAP. III.
ANNUS
10.FRIDERICI IMP. 15.
MANUELIS IMP. 27.

I. SEquitur millesimus centesimus sexagesimus nonus annus Christi, Indictione secunda, quo Alexander Papa penitus recusans assentiri petitionibus Regis Angliæ, postrema legatione ingestis, constanter perseverans, ut in suam S. Thomam restitueret Ecclesiam: novam decernit ad eundem Anglorum Regem pro eodem S. Thoma restituendo legationem. De qua dicturus, primum omnium opus est, ut quæ Rex petierit ab eodem Pontifice in medium afferamus. Erant autem duæ illæ præcipue petitiones, nimirum ut S. Thomas a Galliis dimoveretur, vocareturque Romam ab ipso Papa, atque ab eodem transferretur in aliam Ecclesiam. Quinam autem fuerint ipsius Regis conatus, & quæ impensæ, ut id ab ipso Alexandro Pontifice obtinere posset, secretæ, (a) litteræ ad eum reditæ docent, quibus ista significantur:

Quod Deo propitiante, jam in eum calculus Christi & Ecclesiæ suæ causa perducta est, ut de cætero periclitari non possit, eo quod schismatis capita defece- runt, & Anglicanæ Ecclesiæ malleus comprehensus in operibus suis, de cætero cui innitatur, invenire non valet. Ventum erat ad summum, ubi constat habitudines periculosas esse, cum ille, qui sollicitando tam Curiam, quam schismaticos, Fridericum videlicet, & complices suos, videns se hac via non posse proficere adversus dominum & adversus Christum ejus: transmissa legatione, confugit ad Italiæ civitates, promittens Mediolanensibus tria millia marcharum ad murorum suorum validissimam reparationem, ut cum aliis civitatibus quas corrumpere moliebatur, impetrarent a Papa & Ecclesiæ Romanae defectionem, vel translationem Cantuariensis Archiepiscopi. Nam ob eandem causam Cremonensibus duo millia marcharum promiserat, Parmensibus mille, & totidem Bononien-

sibus. Domino vero Papæ obtulit, quod data pecunia liberaret eum ab exactio- nibus omnium Romanorum, & decem milia marcharum adiceret: concedens etiam, ut tam in Ecclesiæ Cantuariensi, quam in aliis vacantibus in Angliæ pastores ordinaret ad libitum. Sed quia fidem multa promissa levabant, & in precibus manifesta convincebatur iniquitas: repulsam passus est. At quod per se impetrare non poterat, Regis Siculi viribus conatus est extorquere. Sed nec ille, licet ad hoc toto nisu Syracusanus Episcopus, & Robertus Comes de Bassavilla, multiplicatis intercessoribus laboraverunt, exauditus est pro sua reverentia, vel potentia, vel gratia quamvis eam in Ecclesiæ Romana plurimam habeat. Dimissi sunt ergo Nuntii Regis impotes voti, hoc solum impetrato, ut dominus Papa mitteret Nuntios, qui pacem procurarent, Gratianum scilicet subdiaconum, & magistrum Vivianum urbis veteris Archidiaconum, qui munere advocacionis fungi solet in Curia. Hæc & alia secreta insinuatione: nam absque nominum expressione habet inscriptio tantum ista, Amicus Amico.

II. Hæc cum rescisset sanctus Thomas, & quod ob eam causam Romam vocandus esset ab ipso Alexandro Pontifice, mirum in modum perturbatus est: scribensque epistolam (b) ad Humbaldum Cardina-

(b) Cod.
Var. l. 3.
ep. 78.

lem Episcopum Ostiensem, post multas querelas hæc de his habet: Quia legem Dei transferre nolumus, ut ei succedat iniquitas tyrannorum; quærit, ut nos citra necessitatem, præter utilitatem, contra auctoritatem ad aliam Ecclesiam transferamur. Quia vero vocantem ad iniquitatis consortium sequi nolumus: petit nos evocari a vobis, ut in transitu possit nostri sanguinis cum iniquitatis suæ consortibus quaecumque exercere commercium.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6662.

SÆC.
XII.

☉ 2. E. ☽ 12. P. 20. April. Indict. 2.

An. Eræ
Hisp. M-
CCVII.
An. He-
giræ D-
LXV. in-
choato
die 25.
Septemb.
fer. 5.
An. C.
1169.
1.

JESU CHRISTI 1169.

ALEXANDRI III. PAPÆ 11.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 18. IMP. 15.

MANUELIS COMNENI IMP. 27.

A Num. I. ad XXXIX. Quæ hujus anni initio in causa Sancti Thomæ Cantuariensis gesta sunt coram Ludovico VII. Francorum Rege Baronius anno superiori n. LXVIII. & seqq. narrat, ut ibidem insinuavimus. Hic

vero pergit exponere nova Henrici Regis in Reconci-
liatio Re-
Sanctum Thomam machinamenta, & Legatio-
nem Gratiani Subdiaconi & Notarii Alexan-
dri III. Eugenii III. Papæ nepotis, & Vi-
cum S.
viani Cardinalium ab Alexandro III. in Gal-
Thoma
liam, ubi Henricus Rex agebat, missorum, frustra
quæ apud Baronium legenda: Radulphus de
tentata.
Diceto Decanus Sancti Pauli Londinensis, qui
hoc tempore vivebat, in Imaginibus Histo-
riarum pag. 513. gesta hoc anno in ea causa
summarie his verbis refert: Alexander Papa Re-
gi Anglorum, quam paterne, &c. Thomas Can-
tuariensis Archiepiscopus Gilberto Londoniensi
Episcopo, Excessus vestros, &c. Alexander Pa-
pa Regi Angliæ, Serenitatem tuam, &c. Inter
Angliæ Regem & Archiepiscopum paci reforman-
da multi multoties operas impenderunt. Ad ul-
timum Vivianus & Gratianus Cardinales. Rex
Anglorum & Archiepiscopus in quali con-
cor-

Tentatae contra Thomam a Rege civitates & regna.

cium. Quid enim aliud sibi vult, quod Mediolanenses, Cremonenses, & Parmenses in exterminium nostrum mercede corruptos sollicitat? Quid Papiensibus, aut aliis Italiae civitatibus nocuimus umquam, ut nostrum exilium procurarent? In quo laesimus sapientes Bononiae, qui sollicitati precibus & promissis, pernicietis causa nostra, quam audierant, voluerunt dare consensum? Certe nos Robert. de Bassavilla non proscripseramus, & tamen sollicitationibus inductus est, ut nostram apud vos procuraret proscriptionem. Dolo tamen postea cognito, poenitentia ductus rogavit, ne ipsius iniusta petitio audiretur. Ricardus Syracusanus Episcopus electus, corruptus accepta spe Lincolnensis Episcopatus, persecutores nostros iuvit opibus, armavit consilio, viribus roboravit. Nam & ipsi Regi Siculo, intra cuius fines modo consistitis, ut eum caperent in perniciem Ecclesiae & nostram, filiam Regis Angliae copulandam in matrimonium promiserunt.

III. Nonne Frangentes panem, & familiam Leontinam, & gentem Latronum, & alios Romanos potentissimos, quasi conductitios adduxerunt, ut non tam flecterent, quam frangerent Ecclesiam Romanam? Sed & pacem Imperatoris & Saxonum repromittunt: & quod omnes Romanos data pecunia inducent, ut faciant fidelitatem domino Papae, dummodo in nostra dejectione Regis Angliae satisfaciat voluntati. Patet quam securum transitum, quam jucundum comitatum nobis diligentia hominis preparabat. Profecto non satis curabat, unde satisfaceret creditoribus vestris, unde sociis, si quis tamen inveniri posset, ad proinfectum itineris necessaria ministrarentur, unde sumptus itineris procederent, & solatia proscriptionis multitudinis, quae post quinque exilium egens & afflicta erat in tantis calamitatibus deserenda. Eadem sane diligentia procurantium haec (quoniam Regis nomen in banc suspicionem deducendum esse non credimus) poterant hospitium utensilia toxicari; & difficile est, vitam servare incolumem, cui insidiatur is, qui jus habet in familiam totam. Et ne in hac parte schedula protrahatur, & verba; quoad vita comes fuerit, nos pro nulla umquam vocatione, tot & tantis periculis ingeremus. Nam si quis ex quacumque causa mortem non de-

Studium Regis Henrici ut pellat Sede S. Thom.

PAGIUS

II. Alexandri III. litera de hoc disfidio scripta.

cordia convenissent, nisi quia Rex Archiepiscopo signum pacis in osculo dare penitus abnegasset. Prior Epistola, cuius initium, quam paterne, recitatur a Baronio num. XXXI. eaque Alexander III. Henricum Regem hortatur, ut potius flecti velit, quam contra Deum & salutem suam in tanta obstinationis proposito diutius permanere. Epistola vero, cuius initium, Excessus vestros, est XXXIX. libri tertii, eaque Gilberto Episcopo Londonensi significat San-

trebat: vitam facilius poterit ferro, vel laqueo terminare. Post haec autem pergit referre ea, quae in fine anni superioris sunt enarrata, de studio Regis Angliae, ut a Regis Francorum protectione divelleret sanctum Thomam: quae ex ejus ore praestat audire; ait enim:

IV. Nuper autem misit idem Rex Angliae Nuntios suos, Episcopum videlicet Sagiensem, & G. Cantuariensem Archidiaconum ad Christianissimum Regem, sollicitans eum precibus, ut nos eiceret de terra sua. Sed vir Deo plenus respondit, se hoc jus hereditarium ab antecessoribus contraxisse, & semper fuisse consuetudinis regni Francorum, ut omnes pro justitia exulantes benigne recipiat, & eis debita humanitatis solatia impendat. Et dixit se numquam tam laudabilem hereditatem, & Deo gratam ex causa qualibet deserendum. Adjecit etiam, quod nos receperat de manu domini Papae quem solum in terris habet dominum. Et ideo nec pro Imperatore, nec pro Rege, nec pro aliqua mundi potestate dimissurum, quin foveat nos & causam nostram, quandiu necesse fuerit, quoniam Deus nobiscum est, & pro tuenda lege ipsius tot injurias & damna sustinemus. Hoc responso Legatos confusus dimisit, & nobis (quod ei Deus retribuatur) solito benignior & liberalior est, licet benignus & liberalis semper extiterit. Dicit autem se probaturum in causa nostra sinceritatem & vigorem Ecclesiae Romanae, & virtutem domini Papae, cujus fidem & constantiam in eo commendat plurimum quod Regem Angliae in petitionibus iniustis ab eo gaudet esse repulsum, &c. Haec de Rege Francorum S. Thomas, cubitalibus, iisdemque aureis omnino litteris digna.

V. At fides cum constantia Alexandri Papae qualis semper cognita est pro justitia & veritate perstans immobilis, talis in posterum usque ad finem perseveravit incorrupta: quam tamen mansuetudo cum patientia temperabat, ut nihil relinqueret intentatum, antequam excommunicatione Regem percelleret, & regnum subiceret interdicto. Delegit ergo viros praestantissimos integerrimos, atque doctrina praestantes, quos audisti Gratianum videlicet (a) nepotem Eugenii Pontificis laudatissimi (id enim epistola

Regum Franc. hereditaria virtus insignis.

Ab Alex. Pap. duo Nuntii designati ad Reg. Angl.

(a) Cod. Vat. l. 3. ep. 12.

ctus Thomas se eum ex iustis & manifestis causis excommunicasse, praecipitque, ut ab omni communione fidelium abstineat. Denique Epistola cuius initium, Severitatem tuam, Alexander Papa Henricum Regem hortatur, ut Thomam Archiepiscopum pro Deo & Ecclesia sua, & honore suo, nec non & totius regni sui in gratiam & amorem suum omni indignatione & rancore deposito, clementer recipiat.

(a) Ib. ep. 78.

Quae commissa a Papa Nuntius.

(b) Ib. ep. 1.

VI.

Litterae Papae datae Nuntio ad S. Thom.

stola Joannis (a) Saresberienensis ad Pictaviensem Episcopum habet) & Vivianum advocatione Romanae Ecclesiae bene administrata conspicuum. Quenam autem eidem fuerint ab Alexandro commissa, ita in amici relatione secreta superius recitata, in fine describitur: Eos tamen Nuntios praescripta forma pacis, sacramenti religione Papa astrinxit, quod praefinitos terminos non excederent: mandatis quoque adiciens, ut a Regis sumptibus continerent, nisi pace Ecclesiae impetrata. Et ne ultra diem, qui eis praestitutus est aliquam facerent moram. Forma autem pacis, quae Archiepiscopo expressa est, nihil inhonestum continet, vel quod Ecclesiam dedecet, aut personam, nec quod auctoritatem ejus in aliquo minuat, quin libere, omni occasione & appellatione cessante, in ipsum Regem, & regnum, & personas regni severitatem Ecclesiasticam valeat exercere, prout sibi & Ecclesiae Dei expedire cognoverit, consilio tamen amicorum virorumque sapientum. Ut dum pacis verba tractantur, mitius agat, multa dissimulet. Postea (si quod absit) non proceperit, gravius quasi resumptis viribus, persecutores Ecclesiae prostratus insurgat. Haec ibi de his, quae ab Alexandro Papa credita sunt Legatis, quibus has litteras ad S. Thomam idem Pontifex dedit (b):

VI. Illustris Regis Anglorum Nuntios & litteras accepimus. Et cum a nobis per eosdem Nuntios quaedam magna & difficilia postulasset, & super iis obtinendis apud nos Nuntii ejus vehementer & fortiter insistissent: animum nostrum ad voluntatem suam nequaquam flectere potuerunt. Sed ne possent habere ullam materiam & occasionem de nostra duritia conquerendi; & quod sibi nollemus in aliquo deferre: sequentes vestigia & exempla praedecessorum nostrorum, quos sanctos esse non dubitamus, praedictum Regem cum omni benignitate, modestia, & mansuetudine a suo revocare proposito, & ejus mitigare animum, & emollire disposuimus duritiam. Inde utique fuit, quod nos (sicut de consilio & deliberatione fratrum nostrorum processit) dilectos filios nostros Gratianum subdiaconum & Notarium nostrum virum honestum & literatum, quem ob memoriam sanctae recordationis patris & praedecessoris nostri Eugenii Papae & intuitu sincerissimae fidei & obsequii sui charum omnimodis acceptumque tenemus; & magistrum Vivianum, quem ob antiquam familiaritatem, prudentiam, & literaturam ejus sincero cordis affectu diligimus, ad praefati Regis praesentiam duximus destinandos. Per quos, & per litteras nostras ipsum cum omni studio & sollicitudine districtius quam possumus commoneamus, ut tibi pa-

cem & gratiam suam restituens, te ad Ecclesiam tuam honorifice revocet, & tibi, quam eidem Ecclesiae antiqua jura & libertates & honores integre & illibate conservet, & te & tua cum omni pace & tranquillitate esse permittat.

VII. Quapropter rogamus fraternitatem tuam atque monemus, quatenus malitiam & angustiam temporis diligenter considerans & attendens, quomodo majores nostri tempora redemerunt propter dierum malitiam: ad recuperandam gratiam & amorem superdicti Regis omnibus modis, quantum salvo ordine & officio tuo fieri potest elaborares, & ejus satagas animum mitigare, illam patientiam, mansuetudinem, & benignitatem ostendens, quod a nullo merito possit dici, per te remansisse, quominus gratiam & bonam voluntatem illius plenius deberes adipisci. Rogamus praeterea prudentiam tuam, monemus, consulimus, & volumus, ut usque ad discessum Nuntiorum nostrorum nec in Regem, nec in personas regni, aut regnum aliquam sententiam proferas; & si forte (quod non credimus) jam protulisti, ipsam usque ad tempus illud suspendas. Hoc autem ideo dicimus, ut illi omnem conquerendi occasionem & materiam tollamus, & ejus duritiam tali modo vincamus. Si enim secus (quod absit) contigerit: nos tibi auctoritatem tuam subtrahere nullatenus volumus, sed potius conservare, & auxilium & consilium nostrum diligenter conferre. Caetera vero in ore Nuntiorum nostrorum posuimus, quorum dictis fidem incunctanter adhibeas, & eorum consiliis & exhortationibus acquiescas. Haec ad sanctum Thomam Alexander. Qui per eisdem Legatos ad Regem ipsum Anglorum ista scripsit: (c)

VIII. Magnificentiae tuae litteras, quas nobis per dilectos filios nostros, primo Reginaldum Saresberiensem, & deinde Randalphum Lavensem Archidiaconos viros providos & discretos, & in commissio sibi negotio studiosos atque sollicitos transmisti: paternam benignitatem suscepimus, & earum continentiam diligenter curavimus & studiose audire. Cum autem excellentiae tuae petitiones nobis tam ex serie litterarum, quam ex Nuntiorum tuorum viva voce plenius innotuissent, & nos cum fratribus nostris exinde diutius deliberassemus: non fuit nobis visum, quod aliquam earum, juxta quod rogasti, cum honestate nostra & Ecclesiae possumus effectui mancipare. Verumtamen, ut sublimitati tuae in omnibus, quantum cum honore Dei & Ecclesiae fieri poterit, deferamus, & ne nos potius ex voluntate, quam de necessitate credas aliqua ratione fecisse: dilectos filios nostros Gratianum subdiaconum & Notarium nostrum, & magistrum Vivianum, viros quidem pro-

Suspensio ad tempus facta.

(c) Ib. ep. 3. Litterae Papae datae Nuntio ad Regem Angl.

providos & discretos, & nobis ac toti Ecclesia charos pariter & acceptos ad regia celsitudinis presentiam destinavimus, per quos magnificentia tua voluntatem & animum nostrum, & talia, quae ad honorem & exaltationem tuam spectabunt, & quae serenitati tuae merito placere debebunt, plenius significamus.

IX. Quod autem (sicut ex magnificentiae tuae litteris intelleximus) in tantum voluntatem tuam & animum tuum circa negotium venerabilis fratris nostri Thomae Cantuariensis, Archiepiscopi inclinasti, quod cum ob reverentiam Ecclesiae & nostram permitteres ad propria remeare, & Ecclesiam in pace tenere, dummodo quod tibi debet, impendere velit: gratum admodum acceptumque tenemus, & divinae clementiae, quae haec cordi tuo proculdubio inspiravit, quantas possumus laudes & gratias exhibemus; serenitatem tuam attente rogantes, & tibi in delictorum tuorum veniam injungentes, quod Deo potius quam homini praescripto negotio deferas, & ad hoc solummodo divinae pietatis respectu animum tuum inclines. Super eo vero, quod magnificentiae tuae de nobis & nostrae voluntatis mutatione significatum fuisse dicebas: non oportet discretam prudentiam tuam omni spiritui credere, cum multi detractores & corrosores existant, quorum dictis quibuslibet non est fides adhibenda aliquatenus. Nos autem voluntatem & desiderium habemus, personam tuam sicut charissimi in Christo filii nostri, toto cordis affectu diligere, nec eam in aliquo (nisi forte, quod Deus avertat, nos ad hoc tu ipse compelleres) volumus aggravare. Datum Beneventi pridie Kalendas Martii. Ex quo tu existimare possis eorumdem Nuntiorum professionem. Porro idem Pontifex eodem argumento, sed prolixiores dedit ad eundem (a) Regem sexto Idus Maii, seu Martii, ambigua namque lectio illa est.

Quando autem pervenerint Nuntii isti in Gallias, ex litteris Joannis Saresberienensis ad Exoniensem Archidiaconum, possumus intelligere, qui quo modo ipse advenientibus illis occurrerit, ista habet: (b) Nuper in festo B. Mariae Magdalenae Vizeliacum profectus sum, occurrens ibi Nuntiis domini Papae, causa sicut videbatur, addiscendi, quid Cantuarienses timere oporteat, vel sperare. Nam haec fabula omnem pene linguam & aures utriusque regni (quod ad Clerum spectat, & certe ex magna parte ad populum) creditur occupare. Desiderabam revera meum videre cognomen (eo quod ipse Joannes nominaretur, quod interpretatur gratia, unde Gratianus) & quod magis est, compatriotam, & quodammodo fratrem Gratianum, cujus tu (ut meminisse potes)

a sanctae recordationis Papa Eugenio Ferentini decretus es institutor. Illum fratrem dixerim confidenter, cum quo mihi fidei & societatis sunt jura communia. Licet nos non ediderit una civitas: patriam tamen nobis esse unam, non ambigit, qui patriam fortium, quae nobis individua est, & quam charitas ostendit, reducit ad animum. Ab illo ergo & socio ejus Viviano anice & reverenter exceptus, familiaris didici, quod dominus Papa & Ecclesia Romana Cantuariensi plurimum favent, adeo quidem, ut nisi Rex nunc eidem domino Cantuariensi juxta consilium domini Papae fecerit pacem: ei denuntiaturi sint, quod non modo in manus Archiepiscopi dabitur, sed & ipse Romanus Pontifex in eum aggraturus est manum suam. Et inferius: Et quidem illis forma praescripta est, cujus fines excedere non audebunt, qui ad haec juramento arctati sunt; adeo quidem, ut jussi sint, nisi pace formata, in tantum a Regis muneribus abstinere, ut nec sumptus ab eo accipere permittantur. De his autem, quae post haec per Nuntios gesta sunt, extat exactissima relatio amici secreti, & ut conjectura ducor, Petri Blefensis, qui apud Regem manens, cuncta quae videbat, eidem S. Thomae secretis litteris significabat. Nos hic eam totidem describemus verbis; sic enim se habet: (c)

In die Assumptionis beatae Mariae apud Argentheon perlatae sunt litterae domini Papae ex parte Nuntiorum, & perlectis illis, satis turbatus est Rex. Crastina die misit obviam Nuntiis Joannem Decanum Saresberiensem, & Reginaldum. In vigilia beati Bartholomaei venerunt Nuntii ad Danfront. Adventum quorum cum audissent G. Ridel, & Nigellus de Saccavilla, exierunt de Danfront cum subita festinatione. Quare exierunt, vobis satis, notum est. Ipsa die cum jam sero factum esset, venit Rex de nemore, & divertit ad Nuntiorum hospitium, priusquam ad suum, & eos cum multo honore & reverentia suscepit & salutavit. Et dum stans adhuc cum eis loqueretur: ecce ad ostium ejusdem hospitii venit dominus Henricus filius Regis, & multi Principum cum eo, unusquisque cum cornu venatorio buccinantes (sicut solet) de captione cervi, quem totum eis donavit, quod fecerunt, ut audiret hospes, & ad populum * phaleras. Crastina autem die, circa horam primam venit Rex ad hospitium Nuntiorum, & intraverunt cum eo cameram Sagiensis & Redonensis Episcopi. Post aliquam moram admissi sunt Joannes Decanus Saresberienensis, & Reginaldus Archidiaconus, & paulo post Archidiaconus Landavensis, & stantes usque ad horam nonam, colloquebantur aliquan-

(c) lb. ep. 6.

XI. Relatio de congressu Nuntiorum cum Rege Angl.

(a) Cod. Vat. l. 3. ep. 2. X.

(b) lb. ep. 5. Joan. Saresb. occurrit Nuntiis.

do in pace, aliquando autem in rixa & tumultu. Intentio domini Regis fuit, quod clerici excommunicati non jurarent. Aliquantulum ante occasum Solis exiit Rex multum iratus, conquerens graviter de domino Papa, quod nunquam in aliquo audiret eum, & cum quadam contumacia dixit Rex: Per oculos Dei ego faciam aliud. Et Gratianus gratiose respondit: DOMINE NOLI MINARI, NOS ENIM NULLAS MINAS TIMEMUS; QVIA DE TALI CURIA SVMVS, QVÆ CONSEVIT IMPERARE IMPERATORIBUS ET REGIBUS.

Gratiani responsio digna Legato.

XII. Tunc convocati sunt omnes Barones & monachi Albi, nempe Cistercienses, qui praesentes erant, & omnes fere de capella; & dominus Rex rogavit, ut tempore opportuno testificarentur pro eo, quanta, & qualia obtulerat, restitutionem scilicet Archiepiscopatus & pacis. In fine visus est aliquantulum pacificatus ab his discedere, & certa responsionis diem assignavit octavam.

Ad quam diem convocati Episcopi, venerunt Rothomagensis, Burdegalensis casu Cenomanum, & omnes Episcopi de Normannia. Vigornienensis die qua haec agebantur, & quae dicenda sunt, non venerat. Sed crastina die venturus sperabatur, & venit. Pictaviensis Synodi, quam tenebat, occasionem praetendebat non venendi, sed post Synodum se venturum mandavit. Pridie Kalendas Septembris Bajocis obtulerunt Nuntii domini Regi litteras domini Papae precatórias de restitutione vestra & de pace. Dominus vero Rex, proposita narratione omnium rerum, quas adversus vos solet proponere, dixit: Si quid de homine isto fecero pro precibus domini Papae, multas mihi debet habere gratias.

XIII. Crastina die cum Nuntiis convenerunt omne Episcopi ad locum quemdam, qui vocatur Lebur. Et statim ex quo venerunt, intravit dominus Rex * Partum, & omnes Episcopi cum eo, & illi tantummodo qui vocati erant ex nomine. Et statim habuit dominus Rex consilium cum Nuntiis solis, petens ab eis, quod clericos suos absolvent sine juramento. Quod cum Nuntiis se facturos instanter negarent: dominus Rex ad equum suum cucurrit & ascendit; & audientibus omnibus juravit, quod nunquam in vita sua audiret neque dominum Papam, neque alium de pace & de restitutione vestra. Quo audito, Archiepiscopi, & Episcopi quotquot erant, ad Nuntios venerunt, & supplicaverunt eis quod pro amore Dei hoc facerent; ipsi ergo cum summa difficultate concesserunt. Quo facto, descendit dominus Rex: & iterum cum eis habuit consilium; & cito post, convocatis omnibus quotquot in pace erant, incepit Rex nar-

* loci nomen.

rationem suam, & dixit, quod volebat eos scire, quod vos per eum de Anglia non existis, & quod vos multoties revocaverat, ut ventretis satisfacere super his, quae adversus vos habuit, & noluisistis. Sed modo ita se habet res, quod ipse prece & praeepto domini Papae Archiepiscopatum vobis integre reddidit, & pacem omnibus, qui de terra sua pro vobis exierunt. Istam pacis concessionem circa horam nonam fecit dominus Rex, & post haec valde laetus remansit, & quasdam alias causas in praesentia sua tractari fecit. Quibus pertractatis, iterum venit ad Nuntios, petens ab eis, quod irent Episcopi in Angliam, causa absolvendi excommunicatos, qui ibi sunt. Quod cum instanter negarent se facturos: iratus est Rex, & petiit iterum, vel quod alter illorum saltem iret, alter remaneret; vel quod unum suorum clericorum mitterent, & ipse illi clerico redditus daret antequam rediret. Quod cum iterum Gratianus, qui (ut speramus) filius est gratiae, denegaret: dominus Rex ab eis iratissimus recessit; & audientibus illis dixit: Facite quod vultis, ego neque vos, neque excommunicationes vestras appetitor, vel dubito unum ovum. Et post istud verbum equum ascendit, ut recederet. Sed secuti sunt cum Archiepiscopi, & Episcopi quotquot erant, & dixerunt ei, quod male locutus erat. Postea vero descendit, & cum eis verbum habuit. Cujus consilii summa fuit, quod Episcopi omnes scriberent domino Papae, quod audientibus illis, obtulerat vobis pacem, & paratus erat omne praeeptum facere domini Papae: & quod per Nuntios stetit, quo minus fieret.

XIV. Deinde cum in faciendis litteris nonnihil temporis perdidissent, cum multoties quasi iratissimus ab eis discessisset: accesserunt ad eum Episcopi, dicentes, quid isti Nuntii haberent. Et cum ostendissent jam mandatum domini Papae, quod omnes facerent quicquid ipsi Nuntii praeeperint: respondit Rex: scio, scio. Interdicent terram meam. Sed numquid ego, qui possum capere singulis diebus castrum fortissimum, potero capere unum clericum, si interdixerit terram meam? Verumtamen cum aliqua ad voluntatem suam se facturos promississent, cessavit omnino tempestas; & ipse rediit ad cor, & dixit: Nisi hac nocte pacem feceritis; numquam de caetero ad hunc punctum venietis. Postea cum aliquantum in verbo isto laborassent, convocatis omnibus dixit: Oportet me facere multum pro prece domini Papae, qui dominus & Pater noster est, & ideo reddo ei Archiepiscopatum suum, & pacem meam, & omnibus, qui pro eo extra terram sunt. Tunc Nuntii & omnes alii gratias egere. Et tunc Rex

Rex adjunxit : Si quid modo minus feci
cras consilio vestro supplebo.

XV.

Crastina die, idest, Kal. Septembris,
convenerunt ad eundem locum circa horam
meridianam. Et cum de absoluteione ex-
communicatorum deuius esset tractatum,
ut scilicet non jurarent: eo decursum
est, quod G. Ridel, & Nigellus de Sac-
cavilla, & Thomas filius Bernardi ex-
tenta manu ad Evangelia coram posita
dixerunt, in verbo veritatis se facturos
mandatum Nuntiorum. Tunc petitum est
a Nuntiis, quod omnes, quotquot Ec-
clesiæ vestræ dominus Rex interim do-
navit, penes eos residerent, quibus a
Rege donatæ sunt. Sed sicut audivimus,
eo decursum est, ut libere ad vestram
redeant donationem. Postea hoc actum
est, ut formam pacis, quam concesserat
Rex, Episcopi scriberent. Et ista inten-
tione agebat hoc dominus Rex quod al-
ter Nuntiorum in Angliam transfretaret
ad absolvendum excommunicatos. Et cum
discessissent jam tertia hora noctis fere
elapsa, Rex dixit, quod in forma pacis
scriberetur SALVA DIGNITATE RE-
GNI SUI. Sed Gratianus (ut audivi-
mus) instanter negavit, se ulla conces-
surum ratione. Et in isto verbo stant
adhuc, redituri die Nativitatis bea-
te Mariæ Virginis apud Cadomum, ut
hoc ipsum plenus confirment. Hactenus
de congressu Nuntiorum cum Rege.

XVI.

Laudatus est magnopere Gratianus, qui
ejusmodi formulam non admittendam pu-
tavit : de his enim ista habet Saresberien-
sis ad (a) Joannem Pictaviensem Episco-
pum: Est autem spes multorum, quod fi-
lius gratiæ, cujus ex re nomen est, & B.
Eugenii nepos, recte incedet ad veritatem
Evangelii, & Apostolicæ majestatis glo-
riam, & Ecclesiæ laborantis honestatem
& pacem. Scit enim indubitanter, quod
si hac via inceserit, æternam gloriam
coram Deo & hominibus promerebitur.
Et quia invenit paucos quibus confiden-
ter possit inniti: vos constantiam ejus,
quæso, erigatis, & roboratis in Domino.
Rex, Deo propitio, bene solvendo est,
& constat, impenitentibus quod non re-
mittitur peccatum, nisi restituatur abla-
tum, &c. De eo enim, quod non cen-
seret pacem esse conciliandam nisi resti-
tutis ablati bonis Ecclesiæ, laudans ista
Saresberienfis, hæc ait: Rex Deo propi-
tio, bene solvendo est, & constat impæ-
nitentibus peccata non posse dimitti. Si
vero res ablata cum reddi possit, non red-
ditur: non agitur pœnitentia, sed fingi-
tur. Idem de absoluteione sine promissio-
ne satisfaciendi; & de clausula illa a
Gratiano rejecta, salva dignitate regni
sui, hæc addit: Si Rex obtinuerit, ut
pactis inferatur, Regni dignitates salvas
fore: consuetudines evicit, mutato dum-

(a) Cod.
Vat. l. 3.
ep. 12.

Quod ju-
re repul-
sæ condi-
tiones
Regis
Angl.

taxat nomine, & omnem Ecclesiæ Roma-
næ auctoritatem eliminavit ab Anglia. Sed
absit, ut aliquid istorum fiat. Et certus
sum, quod dominus Cantuariensis præle-
git exulare perpetuo, quam ut propter
pacem ejus ladatur Ecclesiæ, & Sedis
Apostolicæ privilegium convellatur. Sua-
dete ergo domino Gratiano, ut in omni-
bus, & præcipue in his articulis caveat
sibi; ne cum (quod Deus avertat) deci-
pian animi sub vulpe latentes. Vidisti
inconsideratam arrogantiam. Ipse, qui
anno superiori (ut audisti) rejecit pacem,
eo quod sanctus Thomas illam formulam
scribendam esse contenderet ac diceret:
Totam causam tuo committo arbitrio,
HONORE DEI SALVO, & ob id jur-
giis & contumeliis infectus fuerit san-
ctum Thomam: modo ipse erigens se su-
per omne quod colitur; non DEI, sed
SALVA DIGNITATE REGNI SUI,
apponi voluit in conditionibus pacis.

Quod igitur electi (ut audisti) Episco-
pi a Rege ad describendam formam pacis,
suadere Nuntiis numquam potuissent, ut
eam admitterent formulam: aliam pacis
formam excogitantes, de ea ita per Ro-
thomagensem Episcopum scripserunt ad
Regem his verbis: (b):

Formam verborum, quam reliquistis no-
bis, a Legatis nequivimus impetrare
propter determinationes, quæ tam a vobis,
quam ab ipsis, hinc inde multiplices &
ambiguæ ponebantur. Eos autem abrupte,
& sine pacis spe recedere, nec honori ves-
tro, nec utilitati congruere videbatur.
Cum igitur inter nos plurima tractaren-
tur: verbum incidit, in quo dignitati ves-
træ & honori vestro non derogatur in
aliquo, nec Cantuariensi aliqua in futu-
rum litigii materia comparatur. Est au-
tem verbum hujusmodi, Ut concedatis pro
amore Dei & domini Papæ Archiepisco-
pum redire in Angliam, & Archiepisco-
patum suum ita integre habere faciatis,
sicut habuit antequam exiret, & illis,
qui cum eo vel propter eum egressi sunt,
similiter sua, reddatis scilicet. Placuit
autem nobis brevitatis & simplicitatis
hujus verbi, quia nullis artibus vel sus-
picionibus videtur involutum. Unde vo-
bis consulimus, & suademus, ut vestrum
ad hoc accomodare non dubitetis assen-
sum. Hæc Rothomagensis ad Regem.

Rex autem ubi audisset ab Episcopis,
a Nuntiis nullo penitus modo admittam
esse clausulam illam, SALVA DIGNITA-
TE REGNI SUI, magnopere commo-
tus mox duos Legatos super hac rem mi-
sit ad Alexandrum Papam, deditque
litteras querimoniis plenas; qui & Epi-
scopos, quos collegerat ad hoc ipsum,
scribere iussit per eosdem Legatos ad e-
undem Pontificem, eodem prorsus ar-
gumento, totidemque sententiis. Ex-
tant

XVII.
Nova
formula
pacis ab
Episcopis
inventæ.

(b) Cod.
Vat. l. 3.
ep. 13.

XVIII.

(a) lb. ep.
19. 20.
21. 22.

(b) lb. ep.
26.
Relatio
Viviani
usque ad
Gratiani
discessio-
nem.

tant ipsæ. (a) Sciens autem ista Vivianus,
alter Nuntiorum Romani Pontificis,
de Legatis ad Papam a Rege mis-
sis, ne quid per eos subriperetur ipsi
Romano Pontifici, quam citius decre-
vit & ipse nuntium ad ipsum mittendum,
cui & litteras dedit de cunctis quæ ha-
ctenus gesta essent, certam fidelemque
continentes relationem, ex qua præter
alia superius recitata, hic describamus
quæ postea fieri contigerunt, ex quo i-
psi Nuntii re infecta, discesserunt a Re-
ge. Sic se habent: (b)

Cum instarent Episcopi nomine Regis,
ut verbum scilicet, SALVA DIGNITA-
TE REGNI, admitteremus, respondimus:
Stet ergo verbum Regis pariter & ver-
bum Domini, id est: SALVA LIBER-
TATE ECCLESIAE. Quod non admise-
runt, sicut nec Rex, licet in honore Dei
libertatem Ecclesiæ intelligeret, ut di-
cebat; apponere tamen scripto penitus re-
cusavit. Et cum jam contra nos verbo
prevallere non possent: prælegerunt, ut
Archiepiscopus (sicut jam supra dictum
est) secure ad Ecclesiam suam accederet,
& in bona pace & securitate Ecclesiam
suam cum omni integritate, sicut habuit
antequam exiret, hinc inde nulla con-
ditione apposita, reciperet, & sui simi-
liter sua. Et ad eorum instantiam ver-
bum admisimus. Demum a Rege apud
Rothomagum vocati cum multo labore
accessimus. Tandem per Legatos suos
nobis in Curia Archiepiscopi mandavit,
quod nullatenus a verbo illo SALVA
DIGNITATE REGNI SUI, recederet:
& ita sicut nec primo, nec secundo,
a prænominatis personis verbo invenio
stare placuit. Et hoc modo, beatissime
Pater, recessimus. Archiepiscopus quo-
que sub debito fidelitatis, quo nobis ascri-
pti tenebantur, præcepimus, ut eis quos
absolvimus, sub debito juramenti, quo
nobis tenebantur, præciperent, & domi-
no Regi proponerent, ut si pax secuta
non esset ante discessum nostrum, benefi-
cio absoluteionis non fruerentur, & sen-
tentiam, quam Archiepiscopus Cantua-
riensis in eos tulerat, inviolabiliter ob-
servarent. Et hæc hactenus de his qua
cum Rege gessimus.

XIX.

Ceterum verbum Regis Cantuariensi
Archiepiscopo postea representavimus. Qui
cum prædicta omnia aequanimiter sustine-
ret, dignitatem quoque regni libenter
conservaret, salvo ordine suo, & fide-
litate Romana Ecclesiæ. De his quoque si
quid vobis aliter proposuerit: sic esse,
sicut diximus, per omnia credatis. Et
quod nomen domini Gratiani non apponi-
tur in his litteris, non ideo remansit,
quod eas non viderit, & diligenter per-
tractaverit, sed quia festinabat redire,
& longo breviores volebat fieri litteras:
Ann. Eccl. Tom. XIX.

sed ut nihil Nuntiis Regis contra nos
usque ad reditum nostrum crederetis. Sub-
dit autem, novissime tandem missum a
se ad Regem Nuntiam Petrum Archi-
diaconum Papiensem, qui licet benigne
acceptus, sed non auditus de pace, in
reditu fuerit suis rebus spoliatus, & unus
ex suis in discrimen adductus, vix ere-
ptus. Fuerat præscriptum ab Alexandro
Papa tempus pacis, nempe festa dies san-
cti Michaelis Archangeli, qua consecuta,
qui absoluti fuerant sub conditione
pacis faciendæ, in eandem inflicta a
Cantuariensi excommunicationem rein-
derent. Extant de his litteræ (c) Gra-
tiani ad ipsos excommunicatos.

Cur autem post illud tempus, ex præ-
scripto statim recedente Gratiano, re-
manferit Vivianus, hic modo dicendum
ex litteris sancti Thomæ. Peracto expe-
ctationis tempore ab Alexandro Papa
præfixo, non Gratianus tantum, sed Se-
nonensis Archiepiscopus, qui & ipse vo-
catus fuerat ad ineundam pacem inter Re-
gem & Archiepiscopum interventor, pa-
riter a Rege recessit: quod haud levem
regiæ existimationi notam inuffit. Ad
quam redimendam inops consilii Rex eo
confugit, ut Vivianum certa promissione
pacis facta, in iisdem negotiis retineret.
Qui nihil doli vel fraudis in Rege la-
tere putans, adhibens omnem fidem, jam
tamquam de pace securus, de ea congra-
tulabatur amicis. Tuncque & ista scrip-
sit ad ipsum sanctum Thomam Cantua-
riensem Archiepiscopum: (d)

Thomæ Cantuariensi Archiepiscopo ma-
gister Vivianus salutem, & de instanti
negotio ad honorem Dei & Ecclesiæ vi-
ctoriam.

Ut cum domino Turonensi, vel ejus Nun-
tiis, ad Curiam, auctore Deo, festinan-
tissime reverteremur, Turonis declinavi-
mus: & quarto Kalendas Novembris lit-
teras Regis Angliæ, Archiepiscopi Ro-
thomagensis, & Cantuariensis Archidia-
coni per Priorem Abbatie Beccensis &
quemdam alium nobilem virum recepim-
us, quarum transcriptum beatitudini ves-
træ mittimus, supplicantes, ut non ac-
quiescatis suggestioni alicujus clerici,
etiã si primarie fulgeret dignitate præ-
clara, sine apertis litteris Regis, quod
honori vestro expediat (prout sæpenum-
ero propositum est) recipiatis. Et rogamus,
ut festinatissime cursorem, vel clericum
aliquem ad nos usque mittatis, per quem
voluntatem vestram nobis, si placet, ape-
riatis. Nec tantum deferatis magistro
Gratiano, ut honorem charissimi amici
vestri præcipui defensoris, in Ecclesia Ro-
mana penitus in persona nostra conculce-
tis. Hæc ad sanctum Thomam post accep-
tas de reverfione ad Curiam litteras
Regis.

(c) Cod.
Vat. l. 3.
ep. 16.

XX.
Cur rece-
dente
Gratiano
remanse-
rit Vivianus.

(d) lb. ep.

XXI. Ubi autem ad Regem Vivianus accessit, quid cum eo egerit, plane declarant litteræ ab ipso ad eundem sanctum Thomam redditæ, cum ei apertius ac plenius gratulatur de pace confecta, hæc scribens: (a)

(a) lb. ep. 9. Vana spe Vivianus decipitur.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri JESU Christi, qui disunctos parietes suggestionis pravorum, indissolubili jam charitatis vinculo unire contra multorum opinionem paratus est. Ad presentiam Regis revocati accessimus, & ea, divina operante gratia, invenimus, in quibus honor Dei & Ecclesiæ in nullo violatur. Si ergo Nuntium Christianissimi Regis Francorum, & domini Rotbomagensis jam recepistis, sicut indubitanter credimus, gaudemus. Ita enim fuit statutum. Et si magister Joannes Saresberienfis, clericus vester, charissimus socius noster ad vos rediit, sicut speramus, quoniam nuntium recepit, letamur. Quidquid tamen, reverende Pater, fuerit, rogamus, & rogando ex parte domini Papæ & Romanæ Ecclesiæ consulimus, ut omnino cautione postposita, ad colloquium, quod inter duos Reges apud sanctum Dionysium, prima Dominica post sanctum Martinum celebrabitur, desiderantissime occurratis. Quoniam illic, auctore Deo, angelicum accipietis hymnum, GLORIA IN EXCELSIS DEO, ET IN TERRA PAX DOMINO CANTUARIENSI, &c. Ista de Pace certa Vivianus. At sanctus Thomas astutiam Regis magis perspectam habens, nec, ut par erat, fidem adhibens, magis autem timens: has prudentiores atque graviores ponderis ad eundem Vivianum litteras reddidit: (b)

* f. occidit.

(b) lb. c. 10.

XXII. S. Thom. ad Vivianum litteræ asperiores.

Thomas Dei gratia Cantuariensis Ecclesiæ minister humilis & Apostolicæ Sedis Legatus magistro Viviano fideli suo & S. R. E. Advocato salutem, & per omnia recte sapere & intelligere. Habita ratione legationis tibi commissæ, & negotii crediti, ex accessu tuo ad dominum Regem Angliæ nihil deperisset de substantia negotii, in nullo derogatum, fuisse auctoritati te mittentis, nihil attentatum, dictum, & actum dispendio nostro. Quatenus enim in hoc facto partes se extenderint, cum semel functus sis officio tibi commissio, sive bene, sive male: præstituti temporis præsentio ad legationem explendam te scientem jura professum legibus, satis per omnia cautum reddere debuerat. Vide ergo, ut prudenter sapias, & prudenter incedas, ne fias in fabulam, & magnatibus in derisum. Verum si auctoritate propria novum sortitus es ac recens legationis officium: pareat cuius interest, & inde sustineat onus, ad quem spectat emolumentum: me autem in nullo obligat jurisdictionis. Hæc idcirco, quod ejus legationis tempus jam expi-

* al. ille

raffet, nec teneretur ei amplius obedire; sed quod faciat, sponte faciat. Subdit igitur: Cæterum quod hortaris nos, ut descendamus ad colloquium Regum, quod habituri sunt die Dominica proxima apud sanctum Dionysium: qua certitudine, qua ratione, qua spe pacis cum tanta instantia hoc feceris, sicut ex mandato tuo intelligere non possumus, sic te ad nostri vocationem tam facilem fuisse, plurimum miramur. Verum ob reverentiam S. R. E. & tui dilectionem (licet in incertum, ut timemus) ad tuam instantiam die Veneris per Dei misericordiam apud castrum Curbulii tibi occurremus, ut citius audiamus per os tuum, quem laboris & operis tui fructum consequi debeamus, & tu quid honoris & gratiæ. Vale, & provideat tibi Deus, ne capiaris muscula, quam secum contrahentium vix aliquis potuit evadere. Hæc sanctus Thomas: & quidem haud falsus vates, prout posteriora demonstrabunt.

Porro de rebus gestis a tempore revocationis Viviani usque ad discessionem ejusdem post congressum Parisiensem, extant (c) litteræ S. Thomæ ad Archiepiscopum Senonensem, quibus plenissima relatio continetur; sic se habent:

XXXIII.

Reverendo Patri & amico charissimo VVillelmo Dei gratia Senonensi Archiepiscopo Thomas Cantuariensis Ecclesiæ minister humilis, quidquid devotio potest exultis & proscriptis.

(c) Cod. Vat. l. 3. ep. 60.

Impossibile est, ut animus quiescat impij quem conscientia stimulus semper exagitat, perpetuumque timorem incutit, ne per singula momenta recipiat, quod meretur. Sic æstuantem jugiter sollicitudo premit, & dum omnes homines benemeritos, etiam amicissimos suspitionibus lacerat, ex propria culpa perfidia putat aliis deesse, quam in conscientia non habet fidem. Sic Rex Anglorum audita profectione vestra, sua conscius iniquitatis, & veritus zelum legis, & perseverantiam virtutis, quam habetis, & exercetis in Domino, supra modum timet, ne in terram ejus cismarinam sanctitati vestræ legatio committatur, quia in tota Ecclesia Gallicana alius ei non occurrit, per quem malitiam ejus reprimi possit, aut conteri. Sed nec in Romana Ecclesia veretur aliquem (sicut sui testatur) præter dominum Gratianum. Quia si gloriatio ejus vera est, quotquot alii ad ipsum ex quacumque causa accesserunt, ad nutum ejus, & interdum non sine nota sinistra opinionis, convertibiles inventi sunt. Quia ergo dominum Gratianum in comitatu vestro redire didicisti, adeo turbatus est, ut animi motum dissimulare nequiverit, dicens, quod per vos cogendus erat ad pacem, aut magno fur-

Relatio S. Thomæ de congressu Viviani habito cum Rege Angl.

rumque dispendio perpetuam ignominiam subiturus. Evocavit itaque magistrum Vivianum per suas, & domini Rotbomagensis, & G. Ridel litteras: eique (sicut idem Vivianus in publica plurimorum audientia confessus est) corporaliter fidem dedit, quod in pace Ecclesiæ reformanda, Domini Papæ mandatum, & ipsius consilium sequeretur. Fecit & litteras signari suo sigillo, quas ostendit, quibus voluit, promittens in illis, quod pro amore domini Papæ nobis redderet Cantuariensem Ecclesiam, & possessiones ablatas nobis & nostris, & pacem & securitatem, ut ad tractandum pacis verbum, quam vestro & domini Gratiani metu (quidquid alius gloriatur) quærere videbatur, præfatum Vivianum validius perurgeret. Sed de ablatis non faciebat aliquam mentionem, nisi quod innuebat, quia si illius in reformatione pacis sequeremur arbitrium: nos collocaret in capite regni, & nulla ratione patereretur egere.

XXIV.

Revocato autem magistro Viviano, & verbis ejus habente fidem, simulata devotione profectus est ad S. Dionysium, re autem vera, ut faceret, quod profecerat; id est, ut Regem Christianissimum circumveniret. Convenit enim inter eos in colloquio apud sanctum Dionysium, ut ei alendum & instruendum traderet Richardum filium suum, & ut comitem S. Ægidii Turonæ evocet, eidem Richardo responsurum super Comitatu Tolosano. Siquidem locus ille prudenter commodissimus visus est, ubi subsidiarii partium tutissime conveniant; & litigantium natales libere protestentur; & qui jus dicendi sunt, quam ratio exegerit partem, sine trepidatione, vel aliqua cunctatione condemnarent. Nos ad illud colloquium compulerunt accedere dominus Rex Franciæ, & magister Vivianus, & alii sapientes, ut nobis Parisiis constitutis, & illo apud S. Dionysium existente, posset de vicino pax nostra commodius tractari. Ubi cum illum sepe dicitur Vivianus instantius & diligentius conveniret, ut impleat promissionis fidem: resiliit more suo, & talem se Viviano exhibuit, ut ad nos rediens, pluribus assidentibus palam dixerit, quod hominem adeo mendacem se vidisse, vel audisse, non poterat recordari. Sedet ipsi presentis, multis audientibus (sicut ab eis postea accepimus) quæ fuerunt dicenda, non tacuit; immo duplicitatem ejus patenter arguens, ex magna parte quam prius læserat, redemit famam suam, conquerens quod adeo captus fuerit dolis ejus. Quod quidem vobis ideo intimamus, ut si ad Ecclesiam Romanam rediens partes illusoris fovere præsumpserit, aut fraudes occulte, rei veritatem domino Papæ & Car-

dinalibus vestra devotio possit fidelius intimare. Nam sicut nutu divino contigit, ut re strenue gesta, rediret dominus Gratianus, & ut vos, quem Deus firmissimam columnam (prosperè loquimur) in Ecclesia sua posuit, & qui mores hominis plenius nostis ad Sedem Apostolicam arriperetis iter: sic ejusdem intuitu creditur accidisse, ut Vivianus præter quod haberet in animo, ad illustrandam justitiam Ecclesiæ, ad dilatandam gloriam remanserit in Francia: ut Rex Anglorum per factorem suum hominibus, quos decipere consuevit, amplius innotescat, & fallacia verborum dominum Papam & Curiam ei hucusque nimis credulam de cætero minus solito circumscribat.

XXV.

Cum vero præfatus Anglorum Rex a sancto Dionysio recedens, prope Montem Martyrum transitum faceret; illuc occurrimus, petentes ab ipso per venerabiles viros dominum Rothomagensem, & Episcopum Saginensem, & alios quosdam, qui se verbo ingesserant, quatenus nobis pacem pro amore Dei & domini Papæ, & nostris gratiam suam, pacem, securitatem, possessiones, & ablata restitueret; offerentes nos paratos esse exhibere illi quidquid Archiepiscopus Principi debet. Ille autem respondit, se ex animo libenter remittere ex parte sua offensas & querelas, si quas contra nos habuerat, & de his quæ proponere vellemus adversus eum, paratum esse stare dicto Curie domini sui Regis Francorum, vel judicio Ecclesiæ Gallicanæ, aut scholarium Parisiensium. Quo audito, respondimus: Nos Curie domini Regis, si ei placeret, aut Ecclesiæ Gallicanæ non refutare judicium; malle tamen, si illius sederet animo, cum illo amicaliter componere, quam litigare. Et si Ecclesiam & possessiones nobis & nostris ablatas vellet restituere, & gratiam & pacem, & securitatem præstare nobis in osculo pacis: parati eramus hæc recipere, postulantes, ut mobilium ablatorum medietatem Ecclesiæ redderet, ad solvenda nostra & nostrorum debita, ad facta rectorum rescindenda, ad instruenda prædicia, & reparandas varias Ecclesiæ necessitates, quæ ad summum calamitatis officialium suorum depopulatione & fraude perducta est. Et ne vota nostra modum viderentur excedere, & ut pacta, ad declinandam lubricitatem hominis, in scripturam redacta fidelius tenerentur, ei petitionem, quam vobis scriptam mittimus, ad Nuntiorum suorum arbitrium castigatam & temperatam fecimus offerri, ut omnibus innotesceret, nos nullam pacis, quæ Ecclesiæ Dei tolerabilis sit, detrectare conditionem. Sed ille, audito scripto, & ab omnibus propter nimiam modestiam approbato, materna respondit lingua: sic anfractus verborum (quod familiare habet) invertens, ut sim-

placioribus videretur, universa concedere, cautioribus autem, prolixas & non ferendas immiseret conditiones. In uno tamen consentiunt universi, quod nos in osculo pacis recipere non acquievit. Subtulit ergo Christianissimus Princeps, quod pro tanta quantitate auri, quantus ipse est, non consuleret, ut terram ipsius, nisi prius accepto pacis osculo, ingrederemur. Et Comes Theobaldus adiecit, quod stultissima esset presumptio, multis circumstantium sibi invicem dicentibus, & reducentibus ad animum, quid Roberto de Silliaco acciderit, quia nec ipsum osculum ad pacis & securitatis custodiam satis firma cautio videretur. Sed nec istud responsum suum nobis per prefatos Episcopos, pacis (ut sperabamus) mediatores, aut per alios significare curavit; immo nobis prestantibus responsionem, versus Medontam deflexit iter. Allatus est autem ei in via dominus Philippus, benedictus filius Christianissimi Regis, quem (ut ajunt qui attulerant) subtristis vidit, tenuiter allocutus est, & cum festinatione dimisit. Subdit, quod & Rex Francie, qui comitabatur ipsum, recesserit subtristis, cum ejus animum dolo agentem omnia perspectum habuisset; & inferius de Viviano ab ipso per pecuniam tentato sic ait:

XXVI.

Nos sine responso ejus ad loca consolationis nobis divinitus provisum reversi sumus, spem nostram prouocantes in eum, qui non deserit sperantes in se, & dilectionis vestre solatium prestantes. Rex autem Anglie ad magistrum Vivianum postea Nuntium misit & viginti marchas, rogans ut se iterum intrmitteret ad pacem reformandam. Sed ille (sicut pro certo accepimus) & pecuniam respuit, & respondit ei litteris, quarum dilectioni vestre exemplum mittimus. Nec est quod ad pacem ipsum tantopere urgeat, quantum metus ille, quem de vestra & domini Gratiani profectioe concepit. Nec Vivianum captat ob aliud, nisi ut in vestras, & Gratiani non incidat manus. Nobis enim relatum est, quod Aegidium Rothomagensis Archidiaconum, & Joannem de Oxeneford, & Joannem Sagiensem misit ad Curiam, ut impediatur, ne nobis in terram suam legatio concedatur, aut aliud, quod ei, vel Comiti Flandrensi possit esse molestum. Vos Nuntiorum personas ex parte novistis, sed fortasse plenus nostri, qui vestri gratia nobiscum sunt. Cum ergo de vestra sinceritate, & domini Gratiani, quam expertus est fide, tantus hominem illum, nempe Regem Anglorum, timor invaserit: luce clarius est, quod si eum dominus Papa ab initio terruisset auctoritate summi Pontificis potius, quam sustineret pia mansuetudine patris: jam Ecclesia Dei a multis diebus

serenata fuisset, & detumisset furor hominum, qui fugientes, & imbelles sine miseratione persequitur, & viriliter resistentibus cedit, &c.

Sed quod idem S. Thomas profecutus sit magno preconio Gratianum Romam redeuntem: in exemplum eorum, qui cum Regibus Apostolica Sedis causa ejusmodi coram ipsis tractanda suscipiunt; hic ex litteris ejusdem S. Thomae scriptis de his ad eum, hæc (a) pauca describimus: Impiorum molimina gratiæ filiis in finem nocere non possunt, quia Deus eos supra vires tentari non patitur, ad electorum utilitatem cuncta dirigens, & de singulis eventibus rerum, profectum mirabiliter eliciens gloriosum. Et quidem fidem vestram respexit Dominus, qui moram magistri Viviani, & quidquid post recessum gessit in Francia, convertit in gloriam nominis vestri, vos in Deum constituens Pharaoni. Et inferius: Quicumque vero familiaritatis miræ, Viviani scilicet cum Rege, viderunt exitum, aut Vivianum loquentem audierunt: publice protestabantur, solum ex omnibus, qui ad Regem Anglorum missi fuerant, sapere Gratianum, &c. Scripsit & de his idem S. Thomas (b) litteras ad Alexandrum Papam: ad quem etiam Vivianus eodem argumento (c) alias dedit. Sed quia ipse Vivianus ad Regem Anglie scripsit, cum respuit oblatam pecuniam, (quarum litterarum, ut audisti, sanctus Thomas nactus exemplum, misit ad Senonensem ipsum & Gratianum) sic accipe (d):

Serenissimo domino Henrico Dei gratia Anglorum Regi magister Vivianus S. R. E. Advocatus salutem, & salubri consilio acquiescere.

Quantum pro honore vestro laboraverim, quantum diligentiam adhibuerim, ut ad gloriam Dei, & vestram, pacem cum Ecclesia faceretur: novit Deus, & prudentia vestra ignorare non debet. Nam tantum pro vobis institi quod multorum & magnorum amisi gratiam, & fabula factus sum detractorum. Unde miror, quod me, quem in vestra utilitate & honore nolulistis audire: quasi pecunia corruptum reddere volulistis infamem. Sed quia vos obsequiis cæpi colere, & ab amicis nec facile recedere consuevi: precor, & modis omnibus consulo, ut redatis ad cor, & petitionem quam vobis scriptam misit dominus Cantuariensis, charita vestra confirmetis, hoc adiecto, ut cum recipiatis in osculo pacis; eique mittatis, & revocetis ipsum, antequam terra vestra subiciatur interdicto, & illi feriantur anathemate, quorum nomina in libro damnationis eorum concepta sunt: nam & plurimi sunt, & vobis pernecessarii, & tempus breve est. Hæc ad

XXVII.

(a) Cod. Vat. l. 3. ep. 63.

Summa laus Gratiani Nantii.

(b) lb. ep. 65. (c) lb. ep. 61.

(d) lb. ep. 62.

XXVIII.

ad Regem Anglorum Vivianus, hicque finis legationis anni hujus ab Alexandro Papa ad Regem Anglorum per Nuntios Gratianum atque Vivianum missæ.

Inter hæc autem Alexander Papa cum accepisset, ab eodem Anglorum Rege impediri in Anglia, ne Ecclesiis vacantibus Episcopi eligerentur: comminationis (a) litteras dedit ad Regem & graves admodum, ad quarum finem hanc comminationem apposuit: Et quidem si ea, quæ monentes in spiritu mansuetudinis, & cum omni humilitate prædiximus, effectui, sicut debes, mancipare curaveris: & tuæ proculdubio gloriae & saluti consules, & Deo ac nobis gratum facies omnimodis & acceptum. Alioquin, quantumcumque te sicut filium charissimum & Christianissimum Principem diligere, & tuæ magnitudini deferre velimus: manus B. Petri & nostras a tuo non poterimus gravamine continere. Et plus Deum, quam homines, sicut dignum est, metuentes, Ecclesie jura pariter & honorem, concessa nobis divinitus potestate integre curabimus atque inviolabiliter conservare. Datum Beneventi septimo Idus Octobris.

(a) Cod. Vat. l. 3. ep. 11. De vacantibus Ecclesiis Anglic.

XXIX.

Insuper hoc anno idem Pontifex constitutionem edidit adversus eos, qui de manu laica investituras sive Ecclesiarum, datam mense Maii istis verbis ad universos Episcopos Anglie:

(b) lb. 4. ep. 30. Constitutio Alex. Pap. contra investituras Laicorum.

Ad audientiam nostram, communi fama referente, & multorum etiam relatione pervenit, quod post instantemurbationem, quæ inter charissimum in Christo filium nostrum Henricum illustrem Anglorum Regem, & venerabilem fratrem nostrum Thomam Cantuariensem Archiepiscopum, exigentibus peccatis, emerisset quadam prava consuetudo in illis partibus inolevit, scilicet, quod laici Ecclesiis, & Ecclesiastica beneficia soleant passim in regno Anglorum, quibus velent, conferre, & auctoritate sua clericos investire. Unde quoniam id sanctorum Patrum institutionibus adeo cognoscitur contradicere, ut danti & accipienti de manu laica sit anathema, & hoc in Ecclesiastica libertatis perniciem non est dubium graviter redundare: nos universas donationes a laicis de Ecclesiis quibuslibet hujus turbationis tempore quibuscumque factas auctoritate B. Petri ac nostra omnino cassamus, & irritas esse decernimus.

* collationes.

Quapropter universitati vestre per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, & in virtute obedientie iniungimus, quatenus universos illos, qui Ecclesias, Præbendas, vel alia Ecclesiastica beneficia, ubicumque in Anglia de manu laica, maxime hujus turbationis tempore susceperunt, diligentius moncatis, & instanti-

us exhortari curetis, quod Ecclesias ipsas Præbendas, vel beneficia cum fructibus inde perceptis in manus vestras, omni contradictione & appellatione cessante resignent, & eis, ad quorum ordinationem jure Ecclesiastico spectant, disponendas relinquunt. Quod si ad comminationem nostram infra quadraginta dies post haurum susceptionem non fecerint: vos eos auctoritate nostra, sublato appellationis remedio, cujuscumque timore, gratia, & prohibitione postposita, excommunicationis sententia feriatis, & ab omnibus faciatis per parochias vestras sicut excommunicatos vitari, donec Ecclesias præscriptas & alia beneficia Ecclesiastica libere resignaverint illis, ad quorum donatio-

* collationem.

XXX. Nova Legatio ad Angliam Regem per Simonem & Bernardum.

(c) lb. 4. ep. 3. & 4.

(d) lb. ep. 1.

Quatuor post hæc diebus ad Regem Anglie comminatorias primum, atque inde comminatorias litteras dedit per certos Nuntios ad hoc delectos, videlicet Simonem Priorem de Monte Dei, & Bernardum de Corilo, qui primum comminatorias ad Regem darent litteras, & si opus foret deinde comminatorias adderent. Extant ambæ epistolæ (c) ad Regem Anglie, datæ hoc anno octavo Kalendas Junii, quas perferendas primo dedit Episcopo Bellicensi, & Priori Carthusianorum, ut ex ejusdem Papæ litteris apparet. Sed quod haud adeo certus esset, an ipsi eas ad Regem perferrent, delegit eundem Simonem virum laudatissimum, & Bernardum collegam, ad quos extant (d) litteræ de ejusmodi eis imposto legationis officio: ubi de litteris ad Regem scriptis hæc habet: Litteras nostras comminatorias eidem reddatis, & comminationem nostram in spiritu fortitudinis & lenitatis adjungere studeatis. Quod si vos nec sic audire voluerit, sed in sua potius duritia & obstinatione duraverit persistendum: eidem litteras nostras comminatorias porrigatis, ex nostra parte constanter addentes, quod nos prænominato Archiepiscopo os de cætero nulla ratione claudemus, nec ipsi, nisi idem Rex ante initium Quadragesimæ, quæ jam quasi instare videtur, ea quæ superius

CHRISTI
1169.ALEXANDRI III. PAP.
10.FRIDERICI IMP. 15.
MANUELIS IMP. 27.

diximus, implere voluerit, ulterius inhibitionem aliquam faciemus, quin suas & Ecclesie sibi commissæ, necnon & suorum injurias Ecclesiasticæ severitatis gladio pro sui officii debito gravius ulciscatur. Non enim credere debet, aut in mente habere, quia dormiens Dominus non aliquando excitetur, & quod beati Petri gladium ita rubigo consumpserit, quin educi valeat, & vindictam debitam exercere. Volumus autem, ut hæc (sicut prædiximus) diligentius exequamini, nisi venerabilis frater noster Bellicensis Episcopus, & dilectus filius Prior Chartusensis ea prout illis mandavimus, exequantur. Dat. Beneventi, octavo Kalendas Junii. Qua pariter die datæ leguntur (a) litteræ ab eodem Alexandro Papa ad ipsum Henricum Regem Anglorum comminatoriæ, quæ habentur in eodem codice scriptæ, datæque undecimo Kalendas Junii. Recitat eandem Rogerius in Annalibus istis verbis:

XXXI. Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Henrico illustri Anglorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem.

Quam paterne & quam benigne regiam sæpius excellentiam convenerimus, & per litteras & Nuntios frequentius exhortati fuimus, ut venerabilem fratrem nostrum Thomam Cantuariensem Archiepiscopum tibi reconciliare deberes, & sibi ac suis Ecclesiis cum cæteris ablatis restituere, sublimitatis tue prudentia nequaquam ignorat, cum id toti fere Christianitati publicum ac manifestum existat. Unde quoniam in hoc hucusque proficere minime potuimus, nec animi tui motum blandis & lenibus emollire, tristes & dolentes efficimur. Et nos spe ac fiducia nostra frustrari dolemus, præsertim cum te, sicut charissimum filium, sincerius in domino diligamus: cui hoc grave periculum imminere videmus. Et quoniam scriptum

(b) 1f. 58. est: (b) Clama ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum. Et alibi: Nisi annuntia-veris impio impietatem suam, sanguinem ipsius de manu tua requiram; & alias per Salomonem: (c) Piger homo de stercore bovm lapidari jubetur: duritiam tuam, sicut hæctenus, contra justitiam & salutem nostram non duximus ulterius supportandam: nec præfato Archiepiscopo os de cætero aliqua ratione claudemus, quin officii sui debitum libere prosequatur, & suam & Ecclesie suæ injuriam Ecclesiasticæ severitatis gladio ulciscatur. Quæ autem in litteris istis tam de his, quam de aliis minus continentur: dilecti filii nostri Prior de Monte Dei, & Frater Bernardus de Corilo, viri siquidem plus Deum, quam homines reverentes, serenitati tuæ latius viva voce proponunt. Quo-

(c) Eccl. 21.

rum admonitioni ille, cui servire regnare est, & in cujus manu corda Regum consistunt, animum & voluntatem tuam inclinet, ut potius flecti velis, quam contra Deum & salutem tuam in tantæ obstinationis proposito diutius permanere. Quod si nos in illis nec sic audire volueris, ea quæ tibi ex parte nostra proposuerint, proculdubio venturam poteris divinam ultionem in proximo timere.

Quid autem per eosdem Nuntios actum sit, docet ipsorum plena relatio ad ipsum Alexandrum Pontificem missa, quæ sic se habet: (d)

Ad illustrem Regem Angliæ cum Fratre Bernardo de Corilo nuper profecti sumus, ut auctoritate mandati vestri inter ipsum & dominum Cantuariensem pax & concordia confirmaretur. Et quo facilius tractaretur hoc verbum, dominum Cantuariensem traximus ad locum, ubi Reges, auctore Deo, reconciliati sunt. Jam

(e) lib. 3. ep. 60. in fin.

(e) vidimus in superiori congressu Parisiis habito, discessisse ab invicem Reges animo subinfecto, & quod pararetur aliud post futurum colloquium, quod hoc fuisse putamus. Pergit vero: Traditis autem commonitoriis vestris Regi Angliæ, & adhibita diligentia, quam apud eum credidimus expedire: monuimus & consulimus domino Cantuariensi, ut se coram Rege humiliaret, & rigorem ejus humilitate precum, & sedulitate obsequendi studeret emollire. Hoc ipsum Christianissimus Rex Franciæ, Archiepiscopi, Episcopi, & magni viri, qui aderant, unanimiter juadebant. Actatus Regis consilio & omnium Archiepiscoporum, & Baronum, acquievit Archiepiscopus, & coram omnibus accessit ad Regem Angliæ, & genibus flexis posuit se in Deo & Rege, ad honorem Dei & Regis, utens hac forma verborum, AD HONOREM DEI, ut sic posset pacem & gratiam ejus promereri. Rex autem propter hoc verbum, AD HONOREM DEI, noluit eum recipere, coram omnibus dicens publice; ne videretur quod Archiepiscopus Dei honorem vellet servare, & Rex minime. Sed post multa (quæ utinam siluisset) dixit, quod ab Archiepiscopo nihil aliud querebat, nisi ut ei tamquam presbyter & Episcopus coram omnibus promitteret in verbo veritatis, se sine omni malo ingenio servaturum consuetudines, quas sancti Archiepiscopi Cantuarienses observaverant Regibus suis, & quas ipse Archiepiscopus sibi alia vice promiserat.

Archiepiscopus autem respondit, quod Regi fecerat fidelitatem, quam ei præstito juramento tenebatur servare, vitam, membrum, & honorem terrenum, salvo ordine suo, & hoc fidelissime paratus erat implere, nec ab aliquo antecessorum suorum

XXXII.

(d) lb. ep. 8. Relatio de legatione postrema.

(e) lib. 3. ep. 60. in fin.

XXXIII.

CHRISTI
1169.ALEXANDRI III. PAP.
10.FRIDERICI IMP. 15.
MANUELIS IMP. 27.

rum aliquid ulterius exactum est, vel ab aliquo exigendum. Et cum Rex super hoc articulo plurimum institisset, dominus Cantuariensis adjecit: Licet nullus antecessorum hoc fecisset, vel promississet, nec ipse allatenus de jure facere deberet, tamen dixit, quod pro pace Ecclesie & gratia ejus promitteret, se consuetudines illas, quas sancti antecessores sui Regibus suis servaverant, salvo ordine suo, ei servaturum, quatenus secundum Deum posset: & faceret pro amore ejus recuperando, quidquid posset, salvo honore Dei; asserens, quod nunquam libentius ei serviret, quam ut hæc faceret, si ei placeret. Noluit autem Rex hoc recipere, sed ut præcise & absolute sub juramento ei promitteret observantiam consuetudinum, quia nihil ulterius ab eo exigebat. Quod quia Archiepiscopus, licet multi instarent, facere noluit, Rex discessit, pace infecta.

Cum vero Regem exhortaremur, ut juxta mandatum vestrum revocaret Archiepiscopum in gratiam suam, & ei pacem & Ecclesiam suam restitueret: respondit, quod fortasse consilium amicorum erit, ut Ecclesiam quandoque restituat; sed dixit, se gratiam non restitutum, quia tunc evacuaretur privilegium, quod ei dedistis, & quo potestatem Archiepiscopi suspendistis, donec redeat in gratiam ejus. Quænam fuerit ista suspensio, dicemus inferius. Pergit vero Nuntius:

XXXIV. Et quia præceperatis eum primo condempnare in spiritu lenitatis per commonitorias vestras: comminatorias vestras in aliud tempus dare distulimus. Interim vero Deum oramus, in cujus manu corda sunt Regum, ut animum ejus emolliat, & ad honorem suum, & Ecclesie utilitatem pacem faciat reformari. Quod vero de mandato vestro reliquum est, accepto tempore, per gratiam Dei cum omni diligentia exequemur, & exitum negotii, quem Deus dederit, majestati vestræ significare curabimus. Rogatus Frater Bernardus, sicut nos, ut negotii seriem vobis scriberet: respondit, quod in Ordine suo inhibitus est, ne quis Fratrum pro aliquo negotio vobis vel aliis scribat, sed dicturum se spondit coram Nuntio vestro magistro Lombardo, qui ei litteras vestras traiecit, & qui vobis rem gestam, sicut is qui præfatus interfuit, fideliter significabit. Hæctenus Simon ad Papam. Quæ autem ista secuta sint, idem Nuntius sequenti relatione ad Alexandrum Papam itidem missa patefecit, istis verbis: (a)

(a) Cod. Vat. l. 4. ep. 10. XXXV.

Juxta mandatum sanctitatis vestræ commonitorias vestras illustri Regi Angliæ porreximus, operam & diligentiam pro viribus adhibentes, ut juxta commonitionem vestram dominum Cantuariensem in gratiam revocaret, & ei sedem suam re-

stitueret & pacem, & Ecclesie suæ liberam dispositionem habere permitteret. Expectavimus diu, sperantes & orantes, ut Deus emolliret animum ejus. Sed cum non proficeremus expectantes, urgente mandato vestro, in colloquio Regum secundo ei comminatorias vestras presentavimus. Quas cum ille tandem vix recepisset ad instantiam nostram & magnorum virorum qui aderant: hoc post multa, quæ referre longum est, responsum dedit: Ego dominum Cantuariensem de regno non expulsi; & tamen pro reverentia domini Papæ, si voluerit mihi facere, quod debet, & servare mihi quod antecessores sui meis observaverunt, & ea quæ ipse promisit: redire potest in Angliam, & habere pacem. Et post varietates responsum tandem dixit: evocaturum se Episcopos Angliæ, & usum consilio eorum; sed nec diem aliquem præfixit, nec aliquid aliud ab eo reportavimus, unde possimus de pace domini Cantuariensis, & mandati vestri executione certiorari. Et quia responsa frequenter mutabat, interrogavimus eum, an liceret Archiepiscopo redire in sedem suam, & frui pace sua? Ille vero respondit, quod Archiepiscopus nunquam ingreditur terram, antequam faciat ei quod debet, & promittat se servaturum, quod alii servaverunt, & quod ipse promisit.

Deinde rogavimus eum, ut scriberet, & signaret patentibus litteris responsum suum, quia oporteret nobis rem certam vobis referre, quam nondum habebamus, quia tam frequenter responsa variabat. Ille vero noluit acquiescere. Archiep. vero respondit, dum hoc ei retulisset, se paratum esse parere Regi quidquid debet, & servare, quod ab antecessoribus suis servatum est, quatenus possit, salvo ordine suo: sed novas inire obligationes, quæ decessoribus suis præstitæ non sunt; & promittere aliquid hujusmodi, nisi salvo ordine suo, sibi esse illicitum sine auctoritate domini Papæ: tum quia novam formam in Ecclesiam inducere, perniciosum esset; tum quia a vobis inhibitus est, ne aliquam unquam tale promittat, nisi salvo honore Dei, & ordine suo. Et adjecit, quod eum increpando dixistis, quod nec pro capite suo debuisset se ad talium consuetudinum observantiam obligasse, nisi salvo ordine suo. Sed si Rex (prout mandastis) ei gratiam suam, & pacem, & Ecclesiam, & ablata sibi & suis restituerat; quidquid secundum Deum, & salvo ordine suo poterit, libenter faceret ad voluntatem ejus, & ei diligentissime, & devotissime totis viribus servare studebit. Placeat itaque sanctitati vestræ opem ferre Ecclesie laboranti, & perseverare in eo, quod laudabiliter cepistis. Quia (sicut a multis audivimus & credimus.) si

In secundo colloquio Regum datæ litteræ comminatoriæ Regi Angliæ.

perseveraveritis, Ecclesie pax & salus in januis est. Hec Simon de Monte Dei strenue ministerium suum implens. De his etiam scripsit (a) Archiepiscopus Senonensis, qui preesto fuit, ad Papam, necnon S. (b) Thomas ipse Cantuariensis Archiepiscopus.

(a) Cod. Vat. l. 4. ep. 7. (b) lb. ep. 6. xxxvii.

Egerat inter hac idem Rex Angliæ per duos Nuntios suos ad Alexandrum missos ut auctoritas S. Thomæ suspenfa esset, quousque per ejsdem Papæ Nuntios causa tractaretur, prout appareret ex litteris Alexandri Papæ ad eundem Angliæ Regem datis, quas recitat sub hoc anno Rogerius in Annalibus Anglorum, quarum est exordium: Magnificentia tuæ Nuntios, scilicet dilectos filios Joannem Cumini, &c. eisdemque (ut in eis testatur Pontifex) secretas, quas tamen Rex magna ostentatione vulgaverat. Nam in primo colloquio Regum (ut vidimus) Rex Anglorum distulit pacem (ut aiebat) ne perderet privilegium, quod a Papa se accepisse dicebat, ut auctoritas Archiepiscopi suspenfa esset, quousque pacem a Rege consecutus esset. Cujus concessionis causa scias plurimum a pluribus esse detractum ipsi Alexandro Romano Pontifici, provocante ad hoc omnes Angliæ Rege, ita odium & iracundiam excitante in ipsum, dum ipsas Alexandri litteras magna jactantia, fastu regio publice exposuit, & recitari fecit in colloquio posteriori; de quo idem (c) Thomas ad Conradum Archiepiscopum Moguntinum: Suspensionem nostram in utriusque regni compitis quasi voce præconia jactat Rex Angliæ, & in testimonium confessionis meæ. Et quo me reddat magis onerosum & odiosum hominibus, litteras Apostolicas profert. Gloriatum & terminum sibi datum donec me velit recipere in gratiam. Quod si licuerit, facturus est ad Kalendas Græcas, idest nunquam, &c. Id ea de causa, quod Alexander Papa in importuna surreptione Regis scripserat, ut S. Thomas super Regem & regnum tantisper suspenderet auctoritatem suam, quousque pacem obrineret a Rege. Qua benignitate Pontificis Rex abusus, pacem differebat dedita opera, eo quod nisi ea concessa, auctoritas Archiepiscopi suspenfa esset. Qua de causa adversus Alexandrum declamatum est, non ab ipso tantum Archiepiscopo, (d) sed & a Francorum (e) Rege, atque (f) Regina, ab (g) aliis plerisque, quibus justitiæ zelus inesset.

(c) lb. ep. 35.

(d) lb. ep. 14.

(e) lb. ep. 18. 23.

(f) lb. ep. 19.

(g) lb. ep. 20. 23. 25. 28.

(h) lb. ep. 16. xxxviii.

Tot igitur tantisque super his pulsatus querelis Alexander Papa, datis ad sanctum Thomam (b) litteris ita se excusavit: Ad discretionis tuæ notitiam credimus pervenisse, qualiter illustri Rex Anglorum Henricus nobis Nuntios suos dire-

xit, & quam dura & aspera, & quæ nostrum animum plurimum affligebant, per eos a nobis petierit, terribiles minas prætendens, nisi voluntati ejus condescenderemus. Nos vero, quia nondum persecutio Ecclesie cessavit, nec temporis serenitas adhuc nobis, sicut expediret, arrisit: impetum & motum animi sui, etsi non exaudivimus petitiones suas, mitigare curavimus, & temperare; illo nempe timore percussi, ne ad impediendam & disturbandam pacem Ecclesie se (prout olim fecit) tyranno & flagitioso inimico Ecclesie, Friderico videlicet Imperatori aliquo fœdere societatis adjungeret, vel materiam haberet ab Ecclesia, & nostra devotione recedendi. Inde est, quod nos temporis malitiam attendentes, de communi fratrum nostrorum consilio, fraternitati tuæ, sub certa quasi spe & fiducia, quod te in gratiam suam recipiat, & Cantuariensem Ecclesiam in tua libera dispositione dimittat, per Apostolica scripta mandavimus, ut nec in ipsum, nec in personas regni, aut in regnum interdicti, seu excommunicationis, vel suspensionis sententiam debeas promulgare, nisi alias nostras litteras reciperes, in quibus, si idem Rex nollet tibi gratiam suam reddere: facultatem habeas in eum & suos officium tuum exercendi. Quapropter, quia tibi tamquam fratri charissimo, & Ecclesie tuæ proprium honorem & libertatem cupimus omnibus modis conservare, nisi (quod speramus, & ei proposuimus) usque ad initium proximæ Quadragesimæ effectui mancipaverit, sed in sua fuerit obstinatione induratus: tibi ex tunc auctoritatem tuam restituimus, ut tam in personas, quam etiam in regnum, & in ipsum Regem, si tibi & Ecclesie tuæ congruere & expedire cognoveris, facultatem liberam habeas, debitum officii tui, cessante omni appellationis obstaculo, exercendi, gravitate ac maturitate pontificali adhibita, quam convenit adhiberi. Hæc Alexander ad S. Thomam. Sed & addidit adhuc aliam ad ipsum ejsdem argumenti (i) epistolam, item aliam ad Regem Francorum eodem argumento. Sic igitur Alexander emendavit illud, quo Rex non ad pacem, sed ad diffensionem abusus est concessio privilegio temporis indefinite. Porro has (k) litteras revocationis suspensionisque per duos nominatos Nuntios hoc anno Alexander voluit afferri ad ipsum Regem; qui ut vidit, magnopere commotus est, exclamans in Pontificem, quod repugnantia sibi invicem eodem anno decreta sanxisset, alterum pro ipso Rege, alterum contra ipsum, nisi pacem quamprimum concederet. Quænam autem hæc secuta sint, dicemus suo loco anno sequenti.

Revocatio suspensionis S. Thomæ.

(i) Cod. Vat. l. 4. ep. 17. & 51. 3d. Reg.

(k) lib. 3. ep. 1. & ep. 23.

Quod

XXXIX. Quod pertinet ad reliquas Alexandri Papæ res gestas anni hujus, hæc habentur in Actis ipsius: Eodem tempore idem Pontifex * Viscanem & Cajetanum Episcopos de simonia impetitos, atque convictos deposuit. Post hæc autem ista subiiciuntur de schismaticis: Accidit etiam quod Joannes presbyter Cardinalis tituli S. Martini, qui a principio bujus schismatis cum Octaviano & ejus successore Guidone Cremonensi Ecclesiam non destitit persequi, cum extra Viterbium equitaret, subito corruit, & confractis cervicibus impunitus vitam pessimam finivit morte. Ipse quoque Guido Cremonensis, qui ipsi Octaviano successerat in schismate, incurabili morbo percussus, pede necesse habuit claudicare quamdiu vixit. De Romanis ista narratur ibidem: Romani autem, cum in Teutonicos sibi illatam injuriam vindicare non possent, ad Albanos ea se occasione convertunt, quia cum Imperatore adversus eos steterant, & offedere præsumperant, & tandem hostiliter pugnaverunt, donec eorum civitatem captam funditus destruxerunt. De Tusculanis quoque, & aliis circumpositis fortioribus civitatibus pro consimili causa idem facere nihilominus laboraverunt. At quoniam eorum injustis conatibus Ecclesia non consensit: ab hujusmodi proposito destiterunt ad modicum tempus. Reliqua anno sequenti.

* Tuscanensem. Schismatici Card. miserandus interitus.

Quid Romani in Albanos.

XL.

Sed Deus mirabilis in consiliis super filios hominum fecit, ut dum pugnat Alexander Papa pro Ecclesie juribus adversus Anglorum Regem, nec proficit: alium hoc eodem anno vincat Regem, qui sponte se illi subiiciat, cedens penitentiam. Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS III. Gesta in Italia inter Pontifices & Casares.

Ad num. XXXIX. Refert Baronius ex Actis Alexandri III. Guidonem Cremonensem Antipapam incurabili morbo percussam quamdiu vixit pede claudicasse. Narrat etiam Romanos cum Albanum cepissent, funditus destruxisse, sed de Tusculanis idem facere tentantes, Ecclesiam eis non consensisse. Verum cum Guido seu Paschalis III. Antipapa anno superiori, ut ibidem ostendimus, interierit, ante presentem annum ea poena affectus fuit. Quoad Albanum hæc de eo Joannes de Ceccano in Chron. ad annum MCLXVIII. Indictione prima mense Aprilis Romani cum Cancellario Imperatoris (nempe Christiano in sedem Moguntinensem intruso) & cum Prasfeto Roma perrexerunt super civitatem Albanensem, & destruxerunt illam a fundamentis, & non sivebant eam reedificare. Prædictus Conradus Archiepiscopus (nempe Moguntinæ) voluit intrare in Campaniam cum exercitu Alexandri Papæ, ut subjugaret illam, sed non valuit, quia Comites de Ceccano resistebant ei fortiter. Huc referendum quod hoc anno in Auctario Aquicindino legitur: Nova iterum Romanis consurgit ruina: quia cum Tusculanis bellum civile ineuntes, pene usque ad interuersionem Romani delati sunt. Hac de causa discordia magna inter Alexandrum Papam & Romanos orta est. Alexander Papa

tus volens libensque detentis hætenus injuste usurpatis S. Ecclesie juribus. Nam hoc eodem anno Hungariæ Rex S. Romanam Ecclesiam in integrum restituit in iis, quæ sibi idem Rex usurpaverat adversus Ecclesiasticam libertatem, deque his ejusmodi diploma conscripsit, quod asserturatur in Vaticana Bibliotheca, libro qui inscribitur Cencii Camerialis:

H. Dei gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatia, * Rannaque eadem gratia Strigontensi * Coloniensi Archiepiscopi * Colonicis atque eorum Suffraganeis, Præpositis quoque regalibus, necnon omnibus universaliter Ecclesiasticis personis in prædictis Archiepiscopis constitutis, tam presentibus quam futuris.

Consentaneum rationi esse dignoscitur, ac sanctarum Scripturarum testimonio comprobatur, ut qui regie celsitudinis culmen ab aeterno Rege meretur, quæ ad Ecclesie & Christianitatis noscuntur profectum in aliquo pertinere, tanto teneatur providere sollicitudine, & cautela intendere, quanto pro honore a divina sibi dispositione collato debet suo Creatori devotionem uberiolem præ cæteris exhibere. Ea propter propria ratione inducitur, & saluberrimis exhortationibus M. venerabilis S. R. E. diaconi Cardinalis propensus, attentiusque communiti, devotionem quoque venerandæ memoriæ Regis G. patris vestri, quam circa sacrosanctam Romanam Ecclesiam, & sanctissimum Patrem nostrum dominum Alexandrum Secundum summum Pontificem studuit per omnia exhibere, modis omnibus quibus possumus imitari volentes, constitutionem Y y 2 su-

auxilia militum undecunque contrahens, cum Tusculanis Romanos, & Imperatori adhaerentes debellabat. Fridericus autem Imp. Christianum Archiepiscopum Moguntinum Cancellarium suum cum valido exercitu in Italiam misit; qui Imperatoris hostes invadens, munitiones eorum destruxit, & civitates cepit, magnamque partem Italia Imperatori subegit. Ubi Chronographus iste hæc omnia uno tenore refert.

Mediolanenses in urbe sua reedificanda, & munitionibus magis firmanda magnam hoc anno operam posuere; neque defuere qui eis auxilia subministrarint, uti Henricus II. Angliæ Rex quemadmodum videre est apud Baronium num. 1. & Manuel Græcorum Imperator Friderici infensus hostis. Nicetas Choniata lib. 7. de gestis ab hoc Imperatore ait, cum Italos contra Fridericum sæpe concitasse, & per Legatos hortatum, ut fortes viros se præberent, subditque: Quodam tempore Mediolani mania sunt ab Alemannis diruta; sed ci-ves jurejurando adacti, se nunquam ea instauraturos, ita victores eluserunt, ut urbem principio profunda fossa munirent, se pacta & conventa violare negantes. Deinde Imperatoris auxilio freti ipsa mania reposuerunt. Fallitur tamen Nicetas in eo quod ait, Mediolanenses jurasse se nunquam urbis suæ mœnia instauraturos;

IV. Inimici Friderici favent Mediolanensibus.

super institutione, & transmutatione Episcoporum, quod in se, & suis posteris domino Alexandro Papae, & suis successoribus noscitur concessisse, videlicet quod sine auctoritate consilioque ejus, vel successorum suorum depositionem, seu transmutationem Episcoporum non faceret, vel fieri permetteret, confirmamus, & tam in nobis, quam in posteris nostris perpetuo inviolabiliter duraturam censemus.

XLI.

Præterea antecessorum nostrorum consuetudinem retro habitam relinquentes, in nobis & in nostris posteris immobili firmitate sancimus valiturum, quod decedentibus Episcopis, in rebus Episcopalibus procuratores laicos de cætero non ponemus, atque poni ullatenus permittemus: sed honestos clericos, qui vite ac morum honestate sint comprobati, & de ipsarum Ecclesiarum rebus moderate accipiant, ibidem instituimus, qui relicta bonæ fide, & sine fraude aliqua, ad reedificationem ipsarum Ecclesiarum, & domorum Episcopatum, seu Canoniarum, ad usus quoque pauperum & orphanorum debeant observare. Nos vero, vel posteris nostri nihil unquam de eisdem rebus in usus proprios redigemus de cætero; nisi forte (quod absit) hostes intraverint, vel aliqua alia urgentissima necessitas postulaverit. Tunc quoque id sine ipsorum consilio non faciemus.

Etiā addimus, & robora inconcussa, tam in nostris, quam in posteris nostris perpetuo observandum statuimus, quod regales Præpositi, vel Abbates de suis Præposituris vel Abbatibus, seu dignitatibus non amodo deponantur (in hac par-

te consuetudini nostræ antiquæ per nos & posteros nostros renuntiantes) nisi contingeret eos super certo crimine canonico ordine convicti, vel crimen suum publice confiteri. Ad hæc C. Archiepiscopus * Colonienfis, omnes Episcopi, & Electi regales Præpositi munificentiam ac liberalitatem, pro reverentia beati Petri & sanctissimi Patris nostri domini Papæ Alexandri, necnon M. venerabilis diaconi Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati concessiones attendentes, pravam suam consuetudinem, & omnibus canonibus obviantem, quæ in instruendis & destruendis Præposituris, aliisque dignitatibus exercebant: in omnibus prædicti Cardinalis arbitrio penitus reliquerunt. Unde communi consensu, ac libera eorum omnium voluntate decernimus, & inviolabiliter præsentis privilegio valiturum perpetuo stabilimus; quod nulli Archiepiscoporum, Electorum, Præpositorum, ac Abbatum deinceps licentia pateat, de Præposituris suos Præpositos removere, vel alias Ecclesiasticas personas suis dignitatibus, aut Ecclesiasticis beneficiis privare, nisi forte fuerint de crimine convicti canonice vel confessi. Hæc autem omnia de consilio gloriosæ Reginae matris nostræ, & Archiepiscoporum, Episcoporum omnium, Electorum, Præpositorum regalium, atque Abbatum, Comitum omnium, procerum, & aliorum Principum stabilia ac firmiter roborata noscantur. Act. in civitate N. anno millesimo centesimo sexagesimo nono. His Deus Ecclesiæ triumphis Vicarium suum pressum angustiis magnopere exhilaravit, cui etiam ad lætitiæ

* Colonienfis.

CU-

PAGIUS

ros; Puricellus enim Morenæ testis oculati verba refert, qui tantum asserit Mediolanenses jurasse, quod parerent omnibus præceptis ejus, nempe Friderici, sed qui non dicit, eos in particulari jurasse se urbis suæ moenia non reedificaturos.

V. Pietas matronarum Mediolanensium.

Hoc etiam anno, uti habet Galvanus Flamma in Magno Chronico cap. 293. apud Puricellum in Monument. Basilic. Ambros. num. 441. nobiles matronæ ex devotione ad beatam Virginem, quæ ipsas in suam civitatem reduxerat, Ecclesiam B. Mariae Virginis Majorem, venditis annulis & ornamentis reedificari fecerunt;

Muneribusque datis, collectis undique turbis Amicat aula Dei Genitricis janua cæli.

Idem legitur in Chronico, cui titulus, Flores forum, ad annum MCLXX. quia quod a matronis Mediolanensibus hoc anno inchoatum, videtur sequenti continuatum fuisse.

NOTÆ

[1] S Igonium & chronographum Aquicinctinum in assignanda pro coronatione Henrici V. in regem Urbe Aquigranensi, immerito erroris arguit Pagius; nam anonymus author Annalium Bofoviensium ea de re agens electionem quidem factam asserit Bambergæ, inronizationem vero Aquigrani die festa S. Joan. Baptistæ. Huic autem, utpote cœvo & res Germaniæ suæ tradenti standum est. MANSI

Non hinc discedam, quin quæ Chronographus Reicherpergensis hoc anno de Friderico narrat, repræsentem: Imperator celebravit Curiam generalem, & valde celebrem apud Babenberg in diebus Pentecostes, quod evenerat tunc in VI. Idus Junii, cui interfuerunt Legati, quos dixerunt (legendum, direxerunt) Cardinales illius (nempe Callisti III.) quem post mortem Guidonis Cremenfis illa pars sibi quasi in Papam elegerant. Ubi ex consensu & collaudatione omnium Principum, qui aderant, filium suum (nempe Henricum hujus nominis VI.) in Regem electum & coronatum post se regnare firmavit. Errarunt itaque Chronographus Aquicinctinus & Sigonius lib. XIV. de Regn. Ital. qui volunt Henricum apud Aquigranum coronatum fuisse. [1] Pergit Reicherpergensis.

VI.

Henricus Friderici filius coronatur.

Archiepiscopus Saltzburgenfis antea ab Imperatore vocatus, cum venisset illuc cum patre suo Rege Bohemorum, & præsentiam Imperatoris, & audientiam Curia exposulasset, admiffus non

VII.

PAGIUS non est. Jam enim Imperator firmaverat faciem suam adversum Ecclesiam Saltzburgensem; & ut exequeretur, quod diu mente conceperat, venit in partes Bauvaria, & sic Saltzburg in principio mensis Augusti; propositum habens vastare Saltzburg & dissipare totum Episcopatum, si quis resistisset. Archiepiscopus autem persuasus a Principibus, maxime vero a Duce Austria avunculo suo, ut pro tempore cederet, quia dies mali essent, pensantes nimirum periculum & damnum, quod immineret claustris & aliis Eccle-

cumulum adjecit, ut magnum in Orientem Principem ex hoste converterit in Christianum.

XLII.

(a) Mat. Paris hoc anno. Soldani Iconii ad Christum conversio.

Hoc namque (a) anno baptizatus est in Cilicia clandestine Soldanus Iconii opera ipsius Alexandri Papæ. Quomodo autem ista se habuerint, enarremus. Erat huic mater Christiana, sed occulta obmerum, quæ proxime moritura filio significavit se esse Christianam, & in Christi fide constantem ex hac vita migrare, hortans eum, ut & ipse fieret Christianus. Hæc habet Matthæus Paris hoc anno, sed Robertus in Appendice ad Sigbertum, anno millesimo centesimo octuagesimo primo, ubi plura de miraculis ad Crucem ejusdem matris rogatu super ejus sepulcrum affixam refert, quæ reddituri fumus inferius. Soldanus igitur cum verbis matris, tum libris divinæ Scripturæ quos legebat, flagrans ardore Christianæ Fidei suscipiendæ, Legatos ad eundem Alexandrum Pontificem misit, petens de Christianæ Fidei mysterio plene instrui, mittique ab eo virom, a quo Christianam religionem edoceret. Accipiens Alexander ejus litteras, atque Legatos, reddidit ad eum epistolam, cui Catechismum totius Christianæ Fidei inseruit. Cujus exordio ista habentur demissa ab eodem Soldano legatione ad Apostolicam Sedem: (b)

(b) Extat apud Pet. Bles. in tract. ejusdem.

Alexander Episcopus servus servorum Dei Soldano Iconii veritatem agnoscere, & agnitam custodire.

XLIII. Alexand. Pap. ad Soldanum Iconii litteræ.

Ex tuis litteris, & Nuntiorum tuorum fidei relatione cognovimus, quod in votis babeas ad Christum converti. Cumque jam receperis (ut audivimus) Pentateuchum Moysi, prophetiam Isaia & Jeremias, Pauli etiam Epistolæ, atque Joannis Evangelium & Matthæi, postulas tibi mitti utrum aliquem orthodoxum, per quem in lege Christi, quasi vice nostra plenius instruaris. Nos autem petitioni tuæ plurimum in Domino commendabili grato concurrentes assensu, tales excellentiæ tuæ procurabimus destinare, qui apud te in doctrina sana, & salutaribus monitis vices Apostolicæ auctoritatis suppleant: quorum etiam mores & merita ab honestate & munditia eruditionis Evangelicæ non discordent. Quoniam vero nostræ Fidei seriem & tenorem litte-

ris tibi supplicas aperiri; nos tuis congratulantes desideris, illam sub quodam compendio & quasi digito tenus intinamus. Illud igitur pie credas, & fideliter teneas, quod unus est Deus, &c. Pergit cuncta Catholicæ Fidei mysteria ingerere, & elucidare. Extat epistola ipsa recitata a Matthæo Paris hoc anno, novissime cusa una cum libris Petri Blesensis, diligentia Joannis Bussei in lucem editis. Porro Paris post eandem epistolam recitatam hæc addit: Soldanus igitur bis informatus salubribus admonitionibus, Baptismi suscepit clanculo sacramentum. Primate enim sui, quia Romæ tot scaturient enormitates, dicebant: Quomodo ex uno fonte aqua dulcis & salsa poterit emanare? Ubi Christiani fontem justitiæ sentire tenerentur, inveniunt * laricem toxicatam. Hæc ipse puto ob pravos qui irreperant mores hinc perditissimis temporibus tot schismaticorum Pontificum, & ipsorum Romanorum, in legitimum Pontificem Alexandrum sæpius insurgentium.

* f. latice.

An autem Alexander quos promisit, miserit ad Soldanum viros Catechistas, & quos miserit, nobis incertum. Quibus autem præ cunctis signis potuerit Soldanus idem urgeri, ut sategerit fieri Christianus, Robertus in obitu ejusdem Soldani matris ita describit:

XLIV.

Mater Soldani de Iconio veniens, ad extrema revelavit filio suo, quod semper celaverat, quod scilicet esset Christiana, & rogavit eum, ut crederet in Christum, qui est Dominus & Rex omnium seculorum, & quod amaret Christianos. Quod ipse spondit se facturum: sed dixit, quod ipse non auderet aperte credere in Salvatorem propter Paganos. Dixit ei mater sua: Fili, cum mortua fuero, fac mihi excelsum sepulcrum, & pulchrum, sicut pyramidem, pone super eam signum Crucis Christi. Cui ille, de luce se hoc facere non posse respondit: Tu fac (inquit mater ejus) de nocte. Quod factum est. In castro autem cum Agareni viderent signum illud, indignati sunt contra Principem, & volebant eum occidere. Tunc quidam ex ipsis sublevatus super machinas, conabatur eam deponere Crucem. Qui voluntate Dei corruit & mortuus est. Similiter & alius interemptus est alia vi-

ce.

sis, si Imperator in incepto persisteret. Tunc dedit se in gratiam Imperatoris, & resignavit ipsam Episcopatum & omnia Regalia in gratiam ejus, presentibus Principibus, sicque Imperator toto Episcopio Saltzburgenfi pro velle suo potuit esse. Loquitur Chronographus de Adalberto Saltzburgenfi Electo, quem jam dixerat Urbis Martii hujus anni consecratum fuisse in Presbyterum & Archiepiscopum. De eo non semel infra sermo recurret.

... Tertia die cum convenissent multa millia hominum ad deponendum edificium illud: venerunt fulgura & coruscationes, & illo primitus perempto qui adversabatur, multa millia perierunt igne divino. Tunc apparuit Angelus Domini, & clarissimum signum Crucis posuit super pyramidem illam. Ex quo multi crediderunt in Christum, & adhuc Crucem illam venerantur & adorant. Hæc Robertus scriptor hujus temporis.

XLV. De clade ex terræ motu.

Hoc anno magnum iræ Dei peccatis provocatæ malorum in Sicilia est demonstratum exemplum quod ita describitur ab Hugone Falcando, qui ista oculis intuebatur, hocque tempore accidisse significat: Eodem, inquit, anno, quarta die Februarii, in vigiliis sanctæ Agathæ circa primam horam ejusdem diei vehementer terræ motus tanta Siciliam excussit violentia, ut in Calabria quoque, quæ circa Rhegium oppidaque proxima, sentiretur. Catanensium opulentissima civitas usque adeo subversa est, ut ne una quidem domus in urbe superstes remanserit. Viri ac mulieres circiter quindecim milia cum Episcopo ejusdem civitatis, maximaque parte monachorum sub ruina sunt edificiorum oppressi, &c. Pergit narrare de cladibus aliarum civitatum, aliisque prodigiis, quæ tunc in Sicilia acciderunt. Sed causam audi a Petro (a) Blesensi, qui in Sicilia apud Willelmum Regem juniorem vixerat. Scribens hic enim ad Richardum Syracusanum Episcopum, hæc de his habet: Cum altos fideles sibi populos flagelles Dominus in spiritu misericordie & mansuetudinis: plebem Siciliae flagellat nunc in iudicio Sodomæ, & Gommorrhæ, nunc in plaga Dathan & Abiron, nunc in spiritu iudicii & ardoris. Scitis quod Ætna mons frequenter ignes suos in immensum circumquaque diffundit & adhuc per spacium diætæ unius undique combusta & deformata est tota facies regionis. Savientis flammæ procellosa vorago omnes incolas aut expulit, aut combussit: hereditas miserorum data est in combustionem & cibum ignis: & ut expressius loquar, ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

XLVI.

In omnem terram, & in fines Orbis terræ jam exiit plaga illa, qua nuper in Sicilia percussa sunt Catanenses in vigilia beatae Agathæ, cum Episcopo ille damnatissimus, frater Matthei Notarii, qui, sicut scitis, sibi sumpsit honorem non vocatus a Domino tamquam Aaron, & qui ad sedem illam non electione canonica, sed Greziticæ venalitate intravit: cum, inquam, abominationis offerret incensum, inionuit de cælo Dominus, & ecce terræ motus magnus factus est. Angelus enim Dominus percussit Episcopum in furore

Domini, cum populo & universa civitate subvertit. Patet itaque, quia beatissima Agathæ offensam suis exigentibus peccatis incurrerant. Hæc Petrus. Eadem & Rogerius in Anglicanis Annalibus, sed non suo loco, anno videlicet millesimo centesimo sexagesimo quarto. Sed redeamus ad Petrum. Gravissima est ejusdem auctoris querela de novo Rege juniore Willelmo, quod manu laica introduceret Episcopos in Ecclesias, eisdem contra canones intrudendo, (b) scribens de his ad Regis Capellanum, qui ejusdem Regis animam curandam susceperat. At si talis Bonus (ita namque iste Willelmus Bonus cognomento dictus est respectu Mali, ipsius prædecessoris) qualis putatis fuerit Malus? Sed audi Petrum de Bono mala tanta scribentem:

Diu est, quod rumor insonuit, & publice jam crebrescit, quod dominus tuus Rex Siciliae salutis suæ, & paternæ traditionis oblitus, cum Comite Loritelli in ruinam, & desolationem Agrigentinae Ecclesiæ conjuravit, intendit episcopare fratrem Comitis; & ipsum reclamante Capitulo, violenter intrudit. Tu vero cum scias eum statuum esse, & truncum inutilem, miror, quod non ascendis ex adverso, & te pro domo Israel non opponis. Infelix ego homo, cur non habeo cupiam illius Comitis, ut aliquid persuadeam homini inhumano? O detestanda operatio! o adolescentia deploranda! Filius Ecclesiæ quare se erigit contra matrem? Cur abiecit consilium pietatis, & abiit in consilio impiorum? in una die peribunt cogitationes eorum: consilium autem Domini manet in æternum. Va terræ, cujus Rex puer est; doleo quod inter primitias dominationis suæ, & inter initia unctionis Regiæ hoc præsumit. Virtus equidem consecrationis ab hujusmodi violentiis eum utinam temperasset: magna enim est hujus efficacia sacramenti. Et inferius de alio ejusdem facinore: Et quia ille miserabilis adolescens in thesauros Ecclesiæ consilio malignorum manus rapaces iniecit, vereor ne in eum Dominus excandescat, & eveniat, quod dicit Job: (c) Thesaurus, inquit, quos devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet illos Deus. Læt quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Non decebat eum manus laicas ad sacra porrigere. Frequenter debueras ei suggestisse, qualiter Oza (d) fuit percussus a Domino, eo quod in Arcam Domini manus, devote quidem, sed indigne porrexerit. Et post multa ad eum de eodem hæc subiicit: Habet tuarum continentia litterarum, quod ipsum primo blande & amabiliter convenisti: ipse autem respondit, se non esse in culpa, sed Comitem Loritelli. Cum vero eundem iterum convenisses, te (sicut asseris) reputavit in-

(b) Pet. Bles. ep. 10.

XLVII. Willelm. Bonus valde perverfus.

(c) Job. 20.

(d) 2. Reg. 6.

sanum. Ideo ori tuo imposuisti silentium proprioque ipsum arbitrio dimisisti. Quod primo usus es blanditiis, prudentiæ adscribo: non enim litibus exasperandi sunt Principes, sed temperatius corrigendi. Et ad finem epistolæ:

XLVIII.

Utinam maturius saperet & intelligeret, utinam prudenter inter spiritualia & mundana discerneret: peremptorium enim est in Principe, vel auram adorare munerum, vel favorem querere personarum; teste siquidem Propbeta: (a) In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus: transibunt vero iniquitates in pœnam, & munera in dolorem: quia testimonio (b) Job ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Benedictus autem Dominus, qui Regem Anglorum Henricum a talibus hæcenus conservavit innoxium. Manus enim suas excussit ab omni munere, nec in Prælatibus Ecclesiæ promovendis ipsum unquam instectere potuit vel muneris oblatio, vel gratia personalis: ideo magnificavit eum Dominus in conspectu Regum, & juxta nomen magnorum, qui sunt in terra, thesaurizavit super eum gloriam & honorem. At quod respicit Siciliae Episcopos, est etiam querela ejusdem Petri in commentario, quem scripsit de institutione Episcopi adversus Episcopos ejusdem regni Siciliae, qui in obsequium Regis morarentur in Curia, ubi iusta Dei dispensatione contingeret eisdem dira pati ab ipso Rege; ait enim:

XLIX. Adversus Episcopos curiales.

Quidam tamen per usurpatas sæculi administrationes se vinculo Curiali obnoxiant, & quasi suæ renuntiaverint privilegio dignitatis, calculum durioris eventus expectant. Nam pro causa hujusmodi hodie in Sicilia mancipati sunt Episcopi

quidam carceralibus vinculis, nec aliquod expectant ab Ecclesia Romana solatium: quibus impropere a summo Pontifice, ut bibant de calice, quem sibi temere miscuerunt. Et in fine post multa, quibus hortatur Episcopos ad jura tuenda, periclitantis Ecclesiæ, & ad tuendam Ecclesiasticam libertatem, hæc habet: Duo sunt, justitia & libertas, pro quibus quisque fidelis usque ad sanguinem stare debet. Si ergo res exegerit, pro justitia & libertate Ecclesiæ non dubites facultates tuas raptoribus, famam ludibrio, fortunam periculis, & caput hostilibus gladiis objectare. Delectabile spectaculum est Angelis, &c. Quod ad Siculos Præfules spectat; locuples testis est harum rerum scriptor hujus temporis Hugo Falcandus, dum tragœdias passim Siculorum miscet Episcop. qui cum hoc appetere, ut apud Regem præcipui haberentur, regni negotia pertractarent, id consecuti, mox advertantium invidia perurgente, sive sublato veneno sunt, sive exilio pulsi, vel carcere regio coarctati. Tunc accidit, ut (quod & superius alia occasione est enarratum) Petrus Blesensis ista videns, eadem execratus, ex Sicilia recedendi consilium inivit, & perfecit quod statuit, nullisque retineri potuit dignitatum illecebris, recessit & Sicilia, venit Genuam, atque ad Henricum Regem navigavit in Angliam, a quo humanissime exceptus est, & ab eodem anno sequenti (ut suo loco dicetur) missus est Romam. Porro illud laude dignum in Petro, quod licet inter primos Regis familiares allectus fuit, ita illi fidelissime ministravit, ut tamen nequam Regis contra S. Thomam laudaverit unquam irrationabiles impetus excitatos, sed faverit potius S. Thomæ, ut

PAGIUS VIII. Excidium urbis Catanensis.

Ad num. XLIX. & seqq. In Sicilia, inquit Nangius in Chron. ad hunc Christi annum, urbs Catbina (seu Catana) terra motu subvertitur, ubi Episcopus, Clerus & Abbas de Mileto cum quadraginta Monachis, & fere quindecim millia hominum perierunt. Hanc cladem etiam huic anno illigat Continuator Sancti Petri Vivi; eam suse narrat Baronius ex Hugone Falcando, qui in ea Historiam suam de Calamitatibus Sicilia claudit, aitque eam contigisse quarto die Februarii in Vigiliis Sanctæ Agathæ. Legenda quæ de hac clade Sicula habet Petrus Blesensis in Epist. XLVI. ad Richardum Syracusanum Episcopum data, quæ ei rationem reddit, cur in Siciliam redire nollet, quam post hunc terræ motum reliquit, & in Galliam Angliamque venit.

IX.

Addit Nangius: Obiit Hugo Senonensis Archiep. cui successit Guillelmus Theobaldi Comitæ Campani defuncti filius, frater Reginae Françoia Adela, qui erat Carnotensis Electus, sed nondum Episcopus consecratus. Hunc Senonis consecravit Mauricius venerabilis Parisiorum Episcopus. Idem habet Vincentius Bellovacensis

in Spec. Hist. cap. 17. quem San-Marthani in Archiep. Senonensibus, alique passim secuti sunt. Verum Continuator Chronici Sancti Petri Vivi hoc tempore vivens hunc errorem commisit, scribens: Anno MCLXVIII. mortuus est Hugo Archiep. Senonensis, cui successit Vvillelmonensis, XI. Kal. Januarii consecratus. Cum enim anno suo Christi anno XI. Kal. Januarii seu dies XXII. mensis Decembris in Dominicam, quo die Episcoporum consecrationes de more fieri solitæ, inciderit, nullum apud me dubium, quin ea consecratio ad superiorem Christi annum pertineat. Joannes Saresberienfis in Epistola LXV. libri secundi Joanni Pictaviensi Episcopo data, & uti ex ea eruitur, initio anni MCLXIX. scripta, quantus vir fuerit Guillelmus his verbis insinuat: Dominus Vvillelmus Papiensis interfuit ordinationi Carnotensis Electi, viri quidem magna spei, & fama clarissima, & magna auctoritatis, & virum multarum in regno Francorum, qui Domino Cantuariensi & suis patrocinium, consilium & auxilium singulariter prestat. Vobis autem desiderat esse familiaris, & utinam quandoque, Deo

CHRISTI
1169.ALEXANDRI III. PAP.
10.FRIDERICI IMP. 15.
MANUELIS IMP. 27.

ut ejus litteræ sequenti anno conscriptæ

declarant, quas suo loco opportune red-
demus.

An-

PAGIUS

*Deo propitiante, amicitiam ulterius inentis. Non
est enim in Clero Francorum, ut ex animi senten-
tia loquar, qui eum prudentia & eloquentia**antecedat. Crebra Guillelmi in Annal. Eccle-
siast. mentio.*JESU CHRISTI
ANNUS
1170.ALEXANDRI PAP. III.
ANNUS
11.FRIDERICI IMP. 16.
MANUELIS IMP. 28.I.
Legatio
ultima
missa ab
Alexand.
Pap. ad
Reg. Ang.(a) Cod.
Vat. l. 5.
ep. 2. 4. 17.
(b) lb. ep.
5.

ANus sequitur Redemptoris septua-
gesimus supra millesimum centesi-
mum, Indictione tertia, quo Alexander
Papa, adhuc novam per Episcopos de-
cernit legationem ad Henricum Regem
Anglorum. Delecti fuerunt ad hoc opus
Rotocus Archiep. Rothomagensis, Ber-
nardus Episc. Nivernensis, atque Wil-
lelmus Episc. Senonensis, postea addi-
tus, probatæ fidei, & spectatæ probita-
tis Antistes, ad quos pro hujusmodi o-
beundo munere extant ipsius Alexandri
Papæ litteræ (a) seorsum ad singulos
datæ post reditum Viviani, communes
vero litteræ (b) de his, quæ cum Rege
tractanda essent, nimirum ut S. Thomas
ad suam rediret Ecclesiam, omnesque
possessiones Ecclesiæ Angliæ & inunctio ad
Cantuariensem Archiepiscopum de antiqua
Ecclesiæ suæ consuetudine & dignitate
pertineat: fraternitati vestræ præsentibus
litteris auctoritate Apostolica distri-
ctius inhibemus, ut si illustris Rex An-
glorum filium suum, dam venerabilis fra-
ter noster Thomas Cantuariensis Archie-
piscopus in exilio fuerit, coronari vo-
luerit, & in Regem inungi; nullus ve-
strum ei manum imponere præsumat, aut
se exinde aliquatenus introumittere audeat.
Quod si quis vestrum attentare præsum-
pserit: id in periculum officii & ordinis
sui noverit proculdubio graviter redun-
dare. In his vero appellationis remedium
volumus denegari, & omnem malignandi
occasionem excludi. Dat. apud Cisterna-
rium quarto Kal. Martii. Scripsit &
seorsum ad ipsos (f) Angliæ Episcopos,
nec non ad ipsum S. (g) Thomam, cu-
jus Ecclesiæ in his privilegia lædebantur.

Z z Ipse

ce data sunt, Apostolicis litteris scriptis
hoc anno Beneventi decimoquarto. Kal.
Februarii. Dedit & alias de eadem le-
gatione (c) litteras ad diversos idem
Pontifex Alexander, in primis vero ad
ipsum Regem Henricum: (d)

II.
Dum ista tractantur, nova sunt obor-
ta diffidia, eo quod ipse Rex Henricus
filium suum in Regem voluerit coro-
nari per Archiepiscopum Eboracensem,
cum id esset muneris & privilegii primæ
Anglorum sedis, nempe Cantuariensis.
Quamobrem Alexander Papa ubi audivit,
has ad Eboracensem Archiepiscopum &
alios Angliæ Episcopos litteras dedit: (e)

Quoniam ad audientiam nostram multo-
rum jam pridem relatione pervenit, quod
coronatio Regum Angliæ & inunctio ad
Cantuariensem Archiepiscopum de antiqua
Ecclesiæ suæ consuetudine & dignitate
pertineat: fraternitati vestræ præsentibus
litteris auctoritate Apostolica distri-
ctius inhibemus, ut si illustris Rex An-
glorum filium suum, dam venerabilis fra-
ter noster Thomas Cantuariensis Archie-
piscopus in exilio fuerit, coronari vo-
luerit, & in Regem inungi; nullus ve-
strum ei manum imponere præsumat, aut
se exinde aliquatenus introumittere audeat.
Quod si quis vestrum attentare præsum-
pserit: id in periculum officii & ordinis
sui noverit proculdubio graviter redun-
dare. In his vero appellationis remedium
volumus denegari, & omnem malignandi
occasionem excludi. Dat. apud Cisterna-
rium quarto Kal. Martii. Scripsit &
seorsum ad ipsos (f) Angliæ Episcopos,
nec non ad ipsum S. (g) Thomam, cu-
jus Ecclesiæ in his privilegia lædebantur.

(c) lb. ep.
7. 8. 9.
10.
(d) lb. ep.
1.(e) Cod.
Vat. l. 4.
ep. 42.
Nova ob-
orta al-
tercatio
ob coro-
nationem
filii Reg.
Angli.(f) lb. ep.
44.
(g) lb. ep.
43.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6663.

SÆC.

XII.

An. Eræ

Hisp. M-

CCVIII.

An. He-

gira D-

LXVI.

inchoato

die 14.

Septemb.

fer. 2.

An. C.

1170.

I.

Coronatio

filii An-

gl. Regis

per Ebo-

racensem

Archiep.

O 3. D. 12. P. 5. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 1170.

ALEXANDRI III. PAPÆ 12.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 19. IMP. 16.

MANUELIS COMNENI IMP. 28.

ANum. I. ad LIV. Gervasius Dorobernen-
sis quæ mortem Sancti Thomæ Cantua-
riensis Archiep. præcessere, & secuta sunt,
in Chronico suo accurate explicat, cui ma-
gna fides habenda, cum ipsemet ad annum se-
quentem scribat: *mibi Monachatum concessit eo
anno, quo ipse fuit in Archiepiscopum sacra-
tus (anno nempe MCLXII.) Et ei professionem
feci, & ipse me ad Sacros Ordines promovit.*
Rex itaque Henricus hoc anno V. Nonas Mar-
tii e Gallia in Angliam venit; quod cum ac-

cepisset Alexander III. renovavit mandatum
ad Rotomagensis & Nivernensis, præcipiens,
ut si necesse esset, in Angliam transfretarent
omnibus modis Regem de pace communituri.
Convenerunt interim die statuto ex mandato
Regis ad Londoniam totius Angliæ Episcopi;
Abbates, Comites, Barones, alique, ipsaque
die Rex Henricum filium suum in Regem un-
gi præcepit & coronari per Rogerium Ebo-
racensem Archiep. quamvis Regum Angliæ co-
ronatio ab antiquo tempore solius sit Cantua-
riensis Archiepiscopi. Facta illa consecratio
imminente solemnitate Sancti Joannis Baptista,
ut refert Baronius num. VII. ex Quadripar-
tita, seu, ut habet Annalista Mailrosensis,
XI. Kalendas Junii in die dominica, sed le-
gendum, XI. Kalendas Julii, qui in Domini-
cam incidit, post quem diem celebratum est
festum Sancti Joannis Baptistæ VIII. Kalen-
das Julii.

II.
Interim ex permisso Regis Angliæ Sanctus
Thomas in Angliam reverius est, ubi Kal. De-
cemb. cum multo honore & latitia, & dulcis-
simis lacrymis a Clero & populo, & Conven-
tu Cantuariensi susceptus est. Ipsi suspensio &
ex-
ditur.

CHRISTI
1170.ALEXANDRI III. PAP.
II.FRIDERICI IMP. 16.
MANUELIS IMP. 28.

(a) Ib. ep. Pontificis scribens ad Eboracensem Archiepiscopum, & alios Angliæ Episcopos, id iudicium faciendum inhibuit. His acceptis adeo commotus est Rex Angliæ, sive ministri ejus, ut constitutionibus Papæ, & Archiepiscopi ista vetantibus non obedire, firmare eos fecerint juramento: quod adeo execrandum nefas mox sanctus Thomas redarguit, his ad eos litteris (b) scriptis in Anglia constitutos.

(b) Ib. ep. 47.

III.
Rex Angliæ impie jurare fecit contra Papam & Arch. Can.

Scitis, charissimi, quod in multa tribulatione & angustia cordis scripsimus, non quidem ut vos contristemus, sed ut intelligatis quam charitatem habeamus abundantius in vobis. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam vos in visceribus Christi JESU. Unde cognitis, quæ tam corporis proxime, quam animæ vestræ periculo, & ad ipsius quidem injuriam, nostris inaudita temporibus gesta sunt: non modicum contristamur & confundimur propter vos. Patet siquidem, fama vulgante, qualiter dominum Papam, qui ipse Christi imaginem gerit, & me pariter, qui licet indignus, Pater tamen & Episcopus animarum vestrarum constitutus sum, abjuraveritis. Hoc & præ cæteris, quæ in exemplum justi iudicii magni Dei, jam pluribus annis sustinimus, nobis ad incredibile pressuræ nostræ augmentum accessit. Illud quippe tam detestabile, tam flagitiosum juramentum quantum jam generat scandalum mundo offensam Deo, vobis culpam, nobis afflictionem? Præpositos siquidem a Deo abjurare, ipsius qui Præpositos constituit, injuria est & nostra, qui præficimus, sed potius ejus qui præfecit, inhonoratur potestas, evacuatur obedientia. Quod profecto vitium (vobis confidenter dico, sed lacrymabiliter propter vos) idololatriæ par & simile est; nam ait Propheta: Quasi peccatum ariolandi est, repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Unde statuto veteris Legis tales tamquam vere idololatræ, corporalis mortis reportabant sententiam. Vos autem nunc fecisse videmini, quod deterius est, quod non solum repugnatis, sed etiam repugnatos vos juramento firmatis. Illud quoque quale est, oves pastores abducere?

PAGIUS excommunicati pedibus Regis provoluti malo suo pacem factam esse dixerunt, asserentes quod ipsi & omnes, qui coronationi filii sui interfuerant, per Dom. Thomam Archiep. a Dom. Papa essent excommunicati. His auditis, Rex plus quam suam deceret Majestatem iratus, & fere jam extra se passus caput se miserum conclamare, asserens se ignobiles & ignavos homines nutritur, quorum nec ullus tot sibi illatas injurias voluerit vindicare. His igitur & ejusmodi Regis lamentationibus milites quatuor irritati, in ipsa nocte Dominica Nativitatis, qua feria sexta fuit, juramento se contrinxerunt, & sic a Curia latenter in ipsa festivit.

profecto qui pastores suos deserunt, jam lupus invasit: & nisi pastor, quem abjurerunt, nunc protegat, depascat eas in finem. Multa Scripturarum testimonia & Sanctorum exempla in vestri detestationem delicti possent adduci; verum tantæ excessus enormitatis etiam extremæ intelligentiæ hominibus claret.

Si tamen non spontanei, sed invitati accessistis in parte quidem excusatur peccatum, sed non excusatur omnino. Satius fuisset corpus ipsum perdere, quam juramentum execrabile perpetrassent. Unde filii mortis universi vos. Quia (juxta quod Propheta ait de populo suo) & vos plaga inimici percussis estis, castigatione crudeli. Verum ad manifestandam sollicitudinem quam pro vobis habemus ad Deum, vulnere tam sævo fomentum, quod solum nunc superest, adhibere curavimus, & de tam illicito juramento penitentes, illos præsertim, qui non spontanei, sed coacti juraverant, vice B. Petri Apostolorum Principis & Romani Pontificis & nostra absolvimus. Venerabilibus fratribus nostris diocesanis Episcopis & etiam minoribus sacerdotibus, ubi sedes Episcopalis vacare contigit, vices nostras in exteriori satisfactione jam dictis penitentibus injungenda committentes, admonentes omnes id scire volentes, vos tali juramento nequaquam esse obnoxios, nec ut pareatis obligari, ne instar Herodis sub pretextu pietatis efficiamini impii, & juramento excusetis scelus ipso deterius, juxta quod quidam ait: Non est observandum juramentum, quo malum incaute promittitur. Et item: in malis promissis rescinde fidem, dirumpe votum, immuta decretum. Quod incaute vovisti, ne facias, & multa nimis, quibus nunc supersedeo, bis consonantia sunt.

In fine autem obsecro vos ego vinculus in Domino, obsecro quidem vos tamquam filios mihi semper in Christo amplectendos, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, ut ipsius Christi primum Fidem tenentes, postea ipsius obediat Præpositis, subjacentes esset. Ipsi enim pro vobis invigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddaturi. Scire autem volo vos fratres, quia & juramenta illicita, & cæ-

te recesserunt. Subdit Gervasius Sanctum Præsulem ab illis quatuor nobilibus, & Regi admodum familiaribus occisum fuisse. Diem mortis ejus notat Baronius num. XLIX. ex Rogerio Hovedeno, qui ait, quinta die Natalis Domini, id est, in crastino Innocentium ipse innocens occubuit, quarto sc. Kal. Januarii currentis Christi anni. Scriptores enim Anglici, qui hoc Martyrium anno MCLXXI. contigisse tradunt, annum a die Natali Christi exordiantur, ideoque die XXIX. Decembris hujus anni jam numerant annum MCLXXI. Ad quod Eræ Christianæ apud Anglos initium varii recentiores Scriptores animum non advertentes Martyrium hoc anno uno distulere. Ad.

IV.

V.

(a) Cod. Vat. l. 5. p. 18.

VI.

(b) Ib. ep. 10.

PAGIUS III. Martyrium S. Thomæ S. Godrici revelatum.

& cætera enormia multa, quæ pravis suggestionibus in oppressione justitiæ, & veritatis circa vos facta sunt, ipsa favente veritate, magis evenient ad ipsius profectum. Veritas enim claudi & ligari potest, vinci vero non potest, quæ & suorum paucitate contenta est, & multitudine hominum non tenetur. Spiritus autem consilii & sapientiæ det vobis id ipsum sapere in alterutrum, ut unanimes, uno ore honorificetis pastores & Episcopos animarum vestrarum, quos constituit ille magnus pastor ovium in Sanguine æterni testamenti JESUS Christus, & per charitatem sancti Spiritus, ut patri vestro jam naufraganti orationis vestræ manus porrigatis, ut liberer ab infidelibus, prohibentibus etiam, ne in Ecclesiis pro me in carcere fiat oratio, quæ tam commune Fidelium & Infidelium suffragium est. Gratia Domini nostri JESU Christi sit cum omnibus vobis qui a male præstito juramento respueritis, & condigne & humiliter penitueritis. Cæteros vero Deus aut cito convertat, aut temporaliter affligat, quousque respuerint, & condignam penitentiam egerint. Hactenus ad Joann. S. Thomas. Porro testificatione Joannis Saresberienensis constat, non omnes eo modo jurare voluisse, in quos tamen (a) desuper persecutio pararetur; ait enim: Fama celebris est, quod memoratus Cantuariensis Archidiaconus Regi persuasit in Angliam transfretare, ut Episcopos torqueat & Clerum, qui contra dominum Papam & matrem suam Cantuariensem Ecclesiam jurare noluerint. Undique metus & angustia undique, & c.

Procuratur interea per Regem indefesso studio, ut in octava Pentecostes coronatio fieret, sed de his quæ ista præcesserunt, extat relatio amici fidelis apud Regem manentis, qui & hæc omnia, ut alia sæpe, suis (b) litteris S. Thomæ ita significavit: Rex proxima Dominica die Londonis debet esse, eo quod Archiepiscopum Eboracensem, omnesque

Ann. Eccl. Tom. XIX.

Addit Hovedenus apud Baronium ibidem: Eodem die passio B. Thomæ revelata est B. Godrico Avachoreta per Spiritum Sanctum. Sed Hovedeni hallucinationem non vidit Baronius. In Vita enim Sancti Godrici Eremitæ Finchale in Anglia a Galfrido Monacho coævo elucubrata, & ad diem XXI. mensis Maii in Actis SS. Bollandianis recitata, num. LXIII. dicitur sanctum Thomam exequias Sancti Godrici celebrasse, & num. sequenti Sanctum Thomam ante mortem Sancti Godrici ad eum nuncium direxisse, apud ipsum exquiraturum, quem denique dolorum finem immanitas malorum inveniret, ac Godricum respondisse: Latitiam ei & tristitiam annuncio: latitiam quidem, quia Regiam ipse proximo amicitiam consequetur, & eum honore plurimo Ecclesia sua & suis relictur, & majora nascentur omnibus Anglis in ejus reditu gaudia, quam olim in exulaturi

CHRISTI
1170.ALEXANDRI III. PAP.
II.FRIDERICI IMP. 16.
MANUELIS IMP. 28.

Angliæ Episcopos & Barones ad diem illam ex omnibus terræ partibus convocavit. Sane ea die coronabit filium Regis Eboracensis uxore ejus, filia scilicet Regis Francorum, apud Londonium derelicta, & quasi repudiata in contumeliam patris & contemptum. Coronabitur certe puer ille quem diximus, & quando diximus, nisi Dominus mare clauserit navigare volenti, vel manus contraxerit Eboracensi, vel nisi Rex Francorum aliquo prohibitionis modo inbibuerit. Puer enim properat ad mare, & a patre expectatur in adverso litore, & de mandato Regis, Bajocensis, & Sagiensis Episcopi cum puero vadunt. Et de litteris Papæ ista fieri inhibentibus ista subdit: Litteræ ergo domini Papæ super prohibitione consecrationis hujus diu est quod mare transferunt, sed inutiles prorsus effectæ, in manus illius, cui tradita sunt, perierunt, nec alicui ostensæ, nec ullatenus propalata. Quid igitur profunt quæ sic occultantur, & c. Occasionibus autem emergentibus dilata est coronatio Regis usque ad natalem diem sancti Joannis Baptistæ, de qua in Quadripartita historia habet ista Willelmus ad finem libri secundi.

Imminente vero solemnitate beati Joannis Baptistæ, sub prætestu ordinandi regni, convocatis regni proceribus, primogenito filio suo regni sui commisit habenas. Et erant qui dicerent, quod successuro sibi Rex præcaverat heredi, asseverantibus aliis, quod in odium Archiepiscopi, & in lesionem dignitatis Ecclesiæ Cantuariensis hoc fieret. Imposuit autem ei manum Archiepiscopus Eboracensis in Cantuariensi diocesi, in Ecclesia videlicet beati Petri apud Westmonasterium, contra dignitatem Ecclesiæ Cantuariensis, & antiquam consuetudinem, assistentibus sibi & suffragantibus Præsulibus Londoniensi, Saresberienensi, & Rossensi, nec jus ecclesiæ Cantuariensis protestantibus ad cuius dignitatem & jus Regum Anglorum coronatio ab antiquo tempore pertinere digno-

ZZ 2 sci-

egressu resonabant lamenta. Tristitiam autem; quia facta serenitas illa, inaudita iniquitatis & crudelitatis repente obducatur nebula: & tunc Godricus non erit in carne victurus. Replica etiam & sæpius repete, quia infra novem mensum terminum finis cum eo finietur ex omni parte. Tum in fine Vitæ Godrici Galfridus ait: Transiit vir domini Godricus anno Dom. Incarnat. MCLXX. conversationis sue in vita eremitica anno LX. duodecimo Kalendas Junii, feria quinta, octava die Ascensionis Domini. Guillelmus Neubrigenensis lib. 2. cap. 20. dicit se sanctum Godricum vidisse, & allocutum esse in Oratorio suo juxta sacrum altare jugiter decumbentem, narrataque ejus morte, subdit: Idem loci spatium ejus nunc corpus occupat, quod vel orans procumbere, vel agrotus decumbere consueverat.

VII.

scitur. Post coronationem celebrato convivio, Rex Regi, pater filio dignatus est ministrare, & se Regem non esse protestari. Sed quod queritur Deus: (a) Regnant & non ex me, quam manifeste declarant eventa, non benedictionem, sed maledictionem per spuriam consecrationem illam, per excommunicatum factam, & maledictum esse consecutum, puerum Regem. De quibus idem auctor mox ista subdit: Sed modicum attendere libeat, quam profana unctio, quam odiosa, quam inivoca fuerit hæc consecratio (si tamen consecratio magis quam execratio dici debeat, Apostolica benedictione destituta, immo in transgressione contra virum Apostolicum facta) quæ & ex merito odio, ira, & indignatione processit, in odium patris spiritualis a patre carnali excogitata. Probant hæc lugubres in omnibus post futuris sæculis detestandi, qui ex hac consecratione provenerunt, eventus, sacerdotum & delictet suspensio, anathematizatio, Archipresulis occisio, semel & iterum inter patrem & filium rebellio, & in fine egregia illius pueri consecrati sic in adolescentia omnibus post futuris sæculis præmaturæ mortis detestanda præventio, &c. Idem vero amicus (b) fidelis relationem ad eundem misit de coronatione facta his verbis:

(a) Osee 8.
(b) Cod. Vat. l. 5. ep. 33. VIII.

Transacta Dominica Rex apud Londonias filium suum cingulo militiæ donavit, eundemque statim Eboracensis in Regem inunxit: ibique Rex filiis suis terras suas divisit, cunctis admirantibus, quid de cætero sit facturus. Adventum suum in Northmanniam quotidie facit prædicari, ut magis timeatur. Sed non veniet, quam diu filiam Regis Francorum Cadomi cum Regina morantem vestibus, equitaturis, & familia decenter instrueret ad transfretandum, quando ipse mandaret. Hoc autem factum est, ut audiat Rex Francorum, & ab indignatione, quam de contemptu filia concepit, aliquantisper quiescat, &c.

Querelæ S. Thomæ de absolut. London. Ep.

(c) lb. ep. 21.

(d) lb. ep. 20.

His peractis, sanctus Thomas cum de omnibus, quæ in sui, & Ecclesiæ Cantuariensis contemptum facta essent, certum accepit nuntium (quod idem testatur auctor) litteras lugubres, querimoniis plenas ad Alexandrum Romanum Pontificem dedit; aliis etiam (c) permixtas querelis, nimirum quod per Senonensem Episcopum Legatum Apostolicæ Sedis jam antea excommunicatus, ab ipso Alexandro Pontifice fuerit ab excommunicationis vinculis absolutus totius schismatis antesignanus, & ei haud dissimilis Episcopus Saresberienfis, in opprobrium totius Ecclesiæ; de his quidem in primis conquestus est S. Thomas litteris apud Albertum Cardinalem, in quibus ista ipsarum, exordio amaritudine plena: (d)

Utinam, dilecte mi, aures vestrae sint ad ora nostrarum, & audiant illa, quæ in ignominiam Ecclesiæ Romanæ cantantur in compitis Ascalonis. Aliquid consolationis Nuntii nostri novissimi videbantur a Sede Apostolica retulisse in litteris domini Papæ: sed earum auctoritas evacuata est, missis a latere litteris, ut in vituperationem Ecclesiæ satanas absoluteretur. Soluti sunt Apostolico mandato Londoniensis & Saresberienfis Episcopi, quorum alter inventor schismatis, & totius malitiæ artifex ab initio dignoscitur extitisse, & tam Saresberiensem, quam omnes quos potuit, in crimen inobedientiæ impegiße. Nescio quo pacto pars Domini semper tractatur in Curia, ut Barabbas evadat, & Christus occidatur. Auctoritate Curia jam ad finem sexti anni proscriptio nostra & Ecclesiæ calamitas protractata est, &c. At ista quam injuste, licet a sancto viro iustissime (ut putabat) depromi visa sint; litteræ ipsius Alexandri Papæ ad Senonensem Episcopum Legatum Apostolicæ Sedis significant. Sed prius quid idem Legatus, eodem argumento eadem referens, ad ipsum Papam scripserit, hic reddamus: (e)

(e) lb. ep. 25. IX.

Audiat, sanctissime Pater, excellentia vestra patienter, quod loquimur, quia in amaritudine moratur animi nostra, & tam devotus filius vester Christianissimus Rex Francorum, quam tota Gallicana Ecclesiæ turbatur a scandalis, quæ in diebus Apostolatus vestri manant ab Apostolica Sede. Siquidem (ut nostrates ajunt) ibi solvitur satanas in perniciem totius Ecclesiæ, iterato crucifigitur Christus, & qui manifestus sacrilegus est & homicida, dimittitur. Procuravimus apud vos causam Ecclesiæ Anglicanæ, & in discessu nostro ei credebamus aliquatenus esse subventum. Verum ubi Londonensem Episcopum nobis ignorantibus fecistis absolutum, res in contrarium lapsa est, & cornua data sunt peccatori. Ecce enim Rex ille, cui nimis fuisse propitius, filium suum consecrari fecit in Regem, si tamen consecratio est, quæ ab excommunicatis, & Spiritui sancto invisis, & Ecclesiæ impugnantibus datur, & hoc in injuriam Cantuariensis Ecclesiæ, & domini Regis Franciæ, cujus filiam noluit ille Deo & hominibus inimicus consecrationis hujus esse participem. Hanc consecrationem, seu potius execrationem fecit ille Eboracensis vestra, ut dicunt, auctoritate, assistentibus sibi Londonensibus, & quibusdam aliis nomine tenus Episcopis, quorum memoria in maledictione est. Vos ergo Pater de cætero providete Ecclesiæ illi quæ perit in manibus nostris, ne sanguis ejus requiratur a vobis. Quod aliter fieri posse non credimus ad redimendam famam & conscientiam vestram, nisi præfatos malefactores virtu-

te Apostolica conteratis. Hactenus Senonensis ad Papam. Extant ipsæ litteræ nomine Papæ ad Rothomagensem datæ de absolvendo Londonensi sub certis conditionibus: & insuper aliæ (a) ipsius Rothomagensis ad Alexandrum Papam de eo absoluto die Paschæ. Sed extant litteræ (b) sancti Thomæ ad Rothomagensem, qui frustra impertitam absolutionem non impletis conditionibus ipsius Alexandri Papæ affirmat. Sed adhuc insuper præter hæc omnia extant aliæ ejusdem S. Thomæ datæ (c) litteræ, quibus apud ipsum Papam conquestus est de his ipsis. Sed scias ista omnia calumniose conficta, atque primum, sicut quod diceretur Eboracensis Archiepiscopus consecrasset Regem Anglorum auctoritate Romani Pontificis, falsum fuit, ut recitatæ superius litteræ tam ipsius Alexandri, quam aliæ ab amico ad sanctum Thomam datæ docent: ita non dubites, probari mendacium patens esse illud, quo asserbatur, Londonensem & collegam esse absolutos Alexandri Papæ mandato. Accipe igitur de his ejusdem (d) Alexandri epistolam apologeticam ad eundem Senonensem Episcopum ita conscriptam:

(a) Cod. Vat. l. 5. ep. 16. (b) lb. ep. 19.

(c) lb. ep. 24.

(d) lb. ep. 26.

X. Sc purgat litteris Alex. Pap.

Litteras quas nobis super negotio venerabilis fratris nostri Cantuariensis Archiepiscopi devotio tua transmisit, grater admissimus, & eas diligenter curavimus ac studiose audire. Verum quoniam Londoniensis Episcopus ad nos nequaquam accessit, nihil de causa sua statuimus. Sed si ad nos venisset, nos jam dicto Archiepiscopo Cantuariensi videlicet, quantum salva conscientia nostra fieri posset, suam justitiam studeremus conservare. Qualiter autem in causa ista processimus, et jam ex parte, necnon & charissimo in Christo filio nostro Ludovico illustri Francorum Regi (sicut tibi viva voce injunximus) satis credimus innotuisse. Nos enim nihil inde post discessum tuum mutavimus, nec in posterum duximus immutandum, licet præfatus Anglorum Rex nos exinde per Consules Lombardiæ, qui una cum Nuntio coram nobis presentes erant; necnon & per Nuntios charissimi in Christo filii nostri Manuelis illustris Constantinopolitani Imperatoris instantissime sollicitaret, ut ei tempus deberemus aliquantulum prolongare. Et quoniam ipsius Archiepiscopi causam nostram & Ecclesiæ reputamus, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus venerabiles fratres nostros Rothomagensem Archiepiscopum, & Nivernensem Episcopum super diligenti ac festinanti executione præcepti nostri studiose commoneas, & viva voce vel litteris, si utrumque non poteris presentem habere, instantius exhorteris. Quod si adhuc in negotio illo nullatenus processerunt: tu ipsos ex parte

nostra durius increpes, & gravius redarguere non omittas. Si autem eos in prælibati Regis terram sententiam interdixit juxta præceptum nostrum proferre contigerit: tu eam per ejusdem Regis terram, quam in tua provincia habere dignoscitur, omni excusatione & appellatione remota firmam & inconcussam observes, & ab omnibus facias (quantum in se est) irrefragabiliter observari. Hactenus ad Senonensem purgatio Alexandri Papæ. Qui licet excommunicatum Londonensem absolvi præcepisset ad hoc, ut alibi ait, quo minister pacis esset, quid peccavit, cum præsertim certis conditionibus id faciendum præcepisset? Nonne & ipse S. Thomas hoc ipso anno, cum Alexander excommunicationem in eundem Londonensem & Saresberiensem revocandam fore mandavit, rogavit (e) Papam, ne id faceret, ob periculum turbandæ pacis jam cœptæ? ut appareat, ex diversis occasionibus excommunicatos solvi & stringi, tam Alexander, quam S. Thomas, ipse præceperit, iste suaserit. Sunt hæc verba sancti Thomæ: Quamquam Londoniensis Episcopus totius hujus seditionis, ne dicamus schismatis, signifer extitit, rogamus ut nobis tam illi, quam Saresberienfi Episcopo liceat misereri, si sine schismatis instauratione, juxta mandatum vestrum puniri non possunt.

(e) lb. ep. 52.

XI. Alexand. Pap. mansuetudo.

Sed admiranda sane modestia Alexandri Papæ, qui licet calumniarum mole se prægravatum fenserit, & a viro sanctissimo per Legatum Apostolicæ Sedis, immo Regis & populi, atque totius ferme (ut auctori) Gallicanæ Ecclesiæ conclamantis in eum querelis fuerit injustissime verberatus; factus tamquam homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones, sic modestissime causam agit, ut abstineat omnino a recriminatione, vel quavis redargutione, licet aculeis acerbissimarum litterarum acriter stimulatus; ut plane de eo quod olim de Moyse dictum, quod mitissimus esset super omnes homines, asseri absque controversia possit. Sed unde dicis, emerit istiusmodi assertio ore omnium pervulgata, ut Londoniensis Episcopus a Papa fuerit absolutus? aperit Joannes Saresberienfis, qui fuit sancto Thomæ a secretis, qui in (f) epistola ad Archidiaconum Exonensem hoc anno data, inter alia quæ habet de rebus gestis temporis hujus, hæc de his ingerit: Jactitabatur, tunc Regis Nuntios absolutionem Episcopi Londoniensis, & omnium aliorum obtinuisse, & quod Archiepiscopo subtracta erat potestas animadvertendæ in Regem & terram suam, sive regni personas; sed mendacia ilico detecta sunt, supervenientibus litteris domini Papæ, etiam antequam Londoniensis Episcopus ad Curiam iter arripere. Qui proculdubio

(f) Cod. Vat. l. 5. ep. 18.

labori pepercisset & sumptibus, si ut quidam mentiti sunt, sine tanta difficultate absolvi potuisset. Hæc Saresberienfis ad purgationem Alexandri Pontificis ex confatis per nuntios Regis Anglorum calumniis. Quibus addas testimonium ipsius Thomæ expositantis apud Henricum Regem: Domine, si substitutionem filii & consecrationem properabatis implere: cur eos, quos ab ore summi Pontif. nominatim & a nobis excommunicatos esse constabat, a tanti sacramenti solemnitate non curastis excludere? numquid consecratio sine participatione non videbatur implenda? At si Londoniensis & Saresberienfis absoluti fuissent, qui ore Pontif. & S. Thomæ fuerant excommunicati: nequaquam poterant ita obici ab ipso Thoma in eo congressu, in quo non alii quam dicti Episcopi excommunicati interfuerunt.

XII.

Ad purgationem vero alterius calumnie de consecrato per Eboracensem Archiepiscopum filio Regis Anglorum voluntate ipsius Papæ, accipe ejusdem Pontificis (a) litteras ad ipsum sanctum Thomam datas:

(a) lb. ep. 34. Purgatio alterius calumnie.

Virtutis & fidei constantiam & fortitudinis animum, quem pro libertate Ecclesie tue conservanda induisse cognosceris, studiosius attendentes, tibi tamquam fratri charissimo, super his que ad conservationem & augmentum Ecclesie tue spectare noscuntur, libenti animo consilium & auxilium impendimus, & contra eos, qui jura & dignitatem ejusdem Ecclesie minuerent, vel perturbare nituntur, Apostolica tuitionis presidium diligenter studio volumus ministrare. Audivimus autem & certa relatione comperimus, quod Eboracensis Archiepiscopus contra prohibitionem & interdictum nostrum Henrico filio illustri Anglorum Regis in provincia tua coronam imposuit. Quia vero ex hoc juri & dignitati Ecclesie tue immoderate asseris & enormiter derogatum: nos in hac parte tam tibi, quam Ecclesie providere volentes, auctoritate Apostolica statuimus, ut factum prædicti Archiepiscopi vobis nulla ratione præjudicium possit in posterum generare, quo minus jus coronationis & inunctionis Regum Anglie possessionaliter habeatis, sicut antecessores tui & eadem Ecclesia a quadraginta annis retro habuisse noscuntur. Haftenus ad Cantuariensem Archiepiscopum, cui consentit alia (b) epistola conscripta ad alios etiam Episcopos, qui coronationi interfuerunt, atque in primis illa ab eodem Pontifice data ad ipsum Rogerum Archiepiscopum Eboracensem, & Hugonem Dunelmensem, que sic se habet:

(b) lb. ep. 67.

XIII.

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Rogero Eboracensi Archiepiscopo, & Hugoni Dunelmensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Licet commendabiles & grati nobis in plurimis existatis, & sincera vos complectamur brachiis charitatis: propter hoc tamen non debemus omittere, quin ea que perpetrata & incorrecta generant mortem, & requiramus in vobis, & zelo rectitudinis corrigamus: dicente (c) Domino per Prophetam: Si loquente me ad impium, morte morieris, non annuntiaveris ei, neque locutus fueris; ipse quidem in peccato suo morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Depressio siquidem Anglicana Ecclesie, & diminutio libertatis illius, que per Regem vestrum, sive proprio motu, sive potius aliis suggerentibus facta dignoscitur, plurimum jam pridem animum nostrum afflixit, & non modicum nobis sollicitudinis & doloris ingessit. Cum enim oportuerit eum de corrigendis his, que ab antecessoribus suis male commissæ fuerant, cogitare: ipse potius prævaricationibus prævaricationes adiciens, tam iniqua constituta sub regie dignitatis obtentu & posuit, & firmavit, sub quibus & libertas perit Ecclesie & Apostolicorum virorum statuta, quantum in eo est, suo robore vacuantur. Nec credidit debere sufficere, si sub eo divinae leges in regno Anglie silentium & vacationem suscipere, nisi peccatum transmitteret ad hæredes, & longo tempore faceret suum regnum sine ephod, & sine superhumerali sedere. Inde fuit, quod illas iniquas usurpationes absque ulla exceptione, vestro & aliorum fratrum, & Coepiscoporum vestrorum juramento fecerit firmare, & plectendum judicavit ut hostem quicumque vellet ab iniquis illis constitutionibus dissentire. Indicat hoc venerabilis fratris nostri Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi exilium, demonstrat & hoc clericorum & consanguineorum ejus, illorum etiam, qui adhuc pendentes ab uberibus matris vagiebant in cunis, miseranda proscriptio. Et metus mortis incutitur, si ad hoc cujusquam animus erigatur, ut contra statuta illa divinis velit legibus obedire. Nos ipsi quorum judicio prævaricationes illæ corrigendæ fuerant, aut plectendæ, ad confirmationem illarum sub occasione temporis impati, multa futimus instantia provocati, & laboratum est exactione non modica, ut usurpationibus illis, cum nondum nobis expressæ fuissent, auctoritatis conferremus Apostolicæ confirmationem; & hoc quidem a principio.

XIV.

Processu vero temporis exulante pro debito pastoralis officii jam dicto Archiepiscopo, & consuetum Romanæ Ecclesie subsidium ab officio nostro sæpius requirente, misimus ad jam dictum Regem de melioribus & majoribus fratribus nostris; misimus & alias Ecclesiasticas personas & putavimus, quod duritia ejus in nostra

ha-

(a) Prov. 25.
(b) lb. 15.

humilitate, & mansuetudine frangeretur & fieret quod Salomon dicit: (a) Patientia lenietur Princeps, & (b) lingua molliis frangit iram. Ipse vero differentiam nostram multiplici Legatorum arte deludens usque adeo contra monita nostra videtur animum obdurasse, ut nec contra prænominatum Archiepiscopum deferreat, nec de perverfis statutis illis quidquam minui pattatur: immo & ipsam Cantuariensem Ecclesiam plurimo detrimento possessionum suarum afficiat, & in ipso eam Ecclesiastico ministerio antiqua spoliat dignitate. Nuper enim, cum filium suum coronari voluerit, contempto eodem Archiepiscopo, ad cujus hoc officium de antiquo jure dicitur pertinere, per manum tuam, frater Archiepiscopo, ei in aliena provincia diadema regni fecit imponi. In coronatione autem illius nulla ex more de conservanda Ecclesie libertate cautio est præstita, vel sicut ajunt, exacta: sed juramento potius asseritur confirmatum, ut regni consuetudines, quas avitas dicunt, sub quibus dignitas periclitatur Ecclesia, illibatas debeat omni tempore conservare. In quo etsi multum prænominati Regis nos vehementia conturbat; amplius tamen de vestra & aliorum Coepiscoporum vestrorum possumus infirmitate moveri, qui (quod dolentes dicimus) facti sicut ardetes non habentes cornus, ab istis (c) absque fortitudine ante faciem subsequentis. Etsi enim hoc tibi licere forte, frater Archiepiscopo, in propria provincia potuisset: quomodo tamen hoc in provincia aliena, & illius præcipue, qui exulare pro justitia, & fere solus exire voluit, & dare gloriam Deo, tibi licuit: nec de ratione possumus, nec de sanctorum Patrum constitutionibus invenire.

(c) Thren. 1.

XV.

Quod si ad excusationem tantæ prævaricationis quisquam obiciat, in alius quoque regnis gravia plurima & enormia perpetrari: in veritate possumus respondere, quod nullum adhuc regnum in tantum divinæ legis contemptum invenimus corruisse, ut scriptis & juramentis Episcoporum tam manifestas enormitates fecerit communiti. Nisi quisquam illud impudenter alleget, quod schismatici postmodum a Fidelium communionem præcisi inaudita & damnabili superbia commiserunt. Unde quia juxta verbum Prophetæ: (d) A vobis judicium egressum est perversum, in vobis factum est perversum: quid ultra omnes alias provincias in usurpationibus suis, & post tam iniquas consuetudines juramento firmatas, non adjecistis resumere scutum Fides, ut staretis pro domo Domini in die prelii: sed prostravistis corpus vestrum in terram, ut per vos fieret via transeuntis? Et ne, si diutius tacuerimus, una vobiscum in die Judicii damnationis sententia involvamus: aucto-

(d) Habac. 1.

ritate sacrosanctæ Romanæ, cui auctore Domino ministramus, Ecclesie, ab omni officio Episcopalis vos suspendimus dignitatis; sperantes, quod sub disciplina salutem, & paterno verberare constituti, redire tandem ad cor, & de tuenda debeatis Ecclesie libertate satagere. Si vero nec sic zelum Episcopalis officii resumpseritis, nos adhuc, auctore Domino, quod nobis imminet, faciemus. Vos videte, ne illud vobis dicatur, quod cuidam dictum per Prophetam dicitur: (e) Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Nos enim, quia locum illius tenere (Deo prout ipsi placuit disponente) conspicimur, qui a prædicatione verbi Dei nec verberibus poterat, nec vinculis coerceri, non debemus sub ambigua expectatione pacis creditam vobis divini verbi pecuniam in sudario reponere, & alligatam eam tam diu conservare, donec paulatim lucrandi hora occurrat, & creditor veniens de reddenda acerbe nos conveniat ratione. Hucusque Alexander, quibus redarguitur mendacium patens, quo ejusdem Pontificis fama nonnihil obscurabatur.

(e) Osee 4.

XVI.

Porro eodem tempore Petrus Blefensis de iisdem litteras dedit ad Joannem Saresberiensem, æstuans & ipse zelo pro Ecclesiastica libertate, quam S. Thomas tuebatur: pro quo, ne in tot tribulationibus deficeret, ad roborandum ipsum, admonet pluribus eundem Joannem, ad quem scribit. Est plane digna auctore epistola, que sic se habet: (f)

(f) Pet. Blef. ep. 22.

Charissimo amico suo magistro Joanni de Saresberis Petrus Blefensis Bathoniensis Archidiaconus salutem in auctore Salutis.

Quoties communes Ecclesie Anglicanæ pressuras, dominique vestri Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis exilium diligenter attendo: plurimum mihi cedit ad solatium, quod pro justitia Dei, & pro Ecclesie libertate se murum opponit, & ex ipsa persecutione hac finem merebitur gloriosum. Video, quia positi estis inter malleum & incudem, & assidue supra dorsum vestrum fabricant peccatores. Verumtamen, si in Christo, & pro Christo pugnat: ipse non permittet vos tentari supra id, quod potestis ferre; sed faciet cum tentatione preventum, tolletque Dominum virgam peccatorum desuper sortem justorum, ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas. Si veritas non mentitur, vestra persecutionis exitus beatitudo interminabilis erit: (g) Beati, inquit, qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Petrus Apostolus dicit: (h) Nemo ex vobis patietur, quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Martyrium enim facit non poena, sed causa, sicut Apostolus ait: (i) Sed & si quid pa-

(g) Mat. 5.

(h) 1. Pet. 4.

(i) lb. 3. 11.

timini propter justitiam, beati. Donum quidem Dei est in eum credere, sed & donum optimum, pro Christo contumelias sustinere. Vobis (inquit, (a) Apostolus) donatum est pro Christo, non solum ut in illum credatis, sed ut etiam pro ipso patiamini. Vobis itaque congratulor, quia justitiam in judicium convertistis, quia quorundam rebellionem atque contumaciam suspensionis animadversione reprimistis: si tamen hoc facitis rationis & justitiae motu, non zelo ultionis, aut alienae injuriae appetitu. Nihil quaeso faciatis ex rancore vel odio, sed omnia vestra in charitate fiant: nec enim ex persecutione hac salutis manipulos colligatis, nisi tota intentio vestra procedat ex intimo charitatis. Porro cum per clibanum iracundia, sive persecutio in sacra pagina designetur: in (b) Levitico docemur sacrificium, quod in clibano coquendum est, prius aspergere oleo charitatis, ne comburatur. Illius enim animus, qui ad tolerantiam persecutionis se praeparat, prius demulcendus est oleo charitatis, ut nec in adversis a charitate deficiat, nec adversus fratrem suum zelo ultionis aut odio inardescat. Meritorium igitur vobis est, atque apud Deum & homines commendabile, si inobedientiam subreptorum, justitia mediante, compescitis. (c) Beati enim qui custodiunt iudicium & faciunt justitiam omni tempore.

XVII. In executione quidem justitiae non debet esse personarum acceptio, aut delectus, si sit frater, aut filius; si sit Praelatus aut subditus: semper quaeratur fructus justitiae, semper iuste iudicent, qui iudicant Orbem terrae. Nam cum Levitae occiderent fratres & filios suos,ulti essent peccatum idololatriae, ait illis Moyses (d): Consecratis manus vestras hodie unusquisque in filio suo, & in fratre suo, ut detur vobis benedictio. Salomon quoque dicit: (e) Qui arguunt, laudabuntur, & super eos veniet benedictio. Plurimum quidem commendabile est in domino vestro, quod sic solus ascendit ex adverso, quod opponit se murum pro domo Israel, & arguit pro mansuetis terrae. * Justum habemus hodie, singularem & unicum inter filios excussorum. Pro patribus nostris natus est nobis filius, qui exemplo Apostolorum solus hodie facit vindictam in nationibus, increpationes in populis. Et sicut illi Principes populorum, qui modo congregati sunt cum Deo Abraham pro justitia Christi, tamquam dii fortes terra vehementer elevati sunt: sic & honor istius, si in exhibitione justitiae perseveraverit, elevabitur in immensum. Quod enim nunc exulat; quod multa in ejus contumeliam attentantur: ei totum hoc in gloriam beneficio patientiae convertetur. Quod leve est & momentaneum

(a) Phil. 2.

(b) Levit. 2.

(c) Psal. 105.

(d) Exod. 32.

(e) Prov. 24.

* Istum

tribulationis nostrae dicit (f) Apostolus, inmensum pondus gloriae operatur in nobis: exhibeatis vosmetipsos tamquam Dei ministros in multa patientia. Nam vidua est virtus, quam non patientia firmat. Et quis a primitivis Ecclesiae cunabulis sine patientia triumphavit? Sane licet plurimum habeat de spiritu fortitudinis dominus vester: dicitur tamen, quod propter coronationem novae Regis Anglorum ab Eboracensi factam, atque ob quaedam privilegia (sicut dicunt) contra ipsum subrepticie impetrata, adeo turbatus est, quod a pusillanimitate spiritus & tempestate pene moti sunt pedes ejus, pene effusi sunt gressus sui. Verum tamen vos qui estis manus Archiepiscopi, & oculus ejus, sanctis exhortationibus vestris confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Non est mirum, si turbetur tribulationibus & pressuris. Verum tamen, si totus innitatur, & inhaereat ei, qui in electis suis mittit radices, omnem ventum tentationis & turbinis securus excipiet.

Certe, Patres antiqui, cum essent quandoque inter angustias, frequenter taedio sunt affecti. Unde & forti illa tolerantia passionum, qua fervebant in Domino, repere & torpere videbantur ad tempus, donec virtute induti ex alto, per gratiam divinae consolationis in spiritu fortitudinis resurgebant. (g) Elias fugiens a facie J-zabel, & affectus taedio hujus vitae, projecit se subter unam juniperum, petiitque animae suae, ut moreretur: Sufficit, inquit, mihi: tolle animam meam. Apostolus (h) etiam simili taedio intabescens, supra modum, inquit, gravatus sum, ita ut taderet nos vivere. (i) Prophetam haec taedia frequenter expertus dicit: A fortitudine manus tuae ego defeci & tabescere fecisti, sicut araneam, animam meam. Porro charitas in eis invalescebat ex taedio, & ex ipsa infirmitate fortitudo crescebat. Quod alicui forte incredibile videretur, nisi Apostolus, (k) qui frequenter haec in libro experientiae legerat, testimonium super hoc ferret: Quando enim, inquit, infirmior, tunc fortior sum. Sed & ei dictum est: Quia virtus in infirmitate perficitur. Si ergo propter ingruentiam malorum, quae sustinet dominus noster, aut pro suorum desolatione, aut pro exiliis hujus diuturnitate videritis ei torporem mentis obrepere: sitis ipsi solatio, ne desperet, ne titubet; in proximo est enim tempus visitationis suae. Nam si (l) mirabiles sunt elationes maris, mirabilis est & in altis Dominus: qui procellam convertit in auram, & indignationem Regis in gratiam.

Per Legatos Sedis Apostolicae intellexi, cum quibus a Romana Curia usque ad

(f) 2. Cor. 4.

XVIII.

(g) 3. Reg. 19.

(h) 2. Cor. 1.

(i) Psal. 31.

(k) 2. Cor. 12.

(l) Psal. 92.

XIX.

Bononiam veni, quod vel Anglorum Regi in proximo firmissime reconciliabitur, vel ad majoris Patriarchatus eminentiam transferetur. Sane qualitercumque voluerit Dominus negotium ejus disponere: si talis perseverat, qualis est hodie; securus expectet exitum hujus pugnae: ideoque voces palpantium non attendat, sed sequatur spiritum Dei, qui in eo est, & quocumque ibit (a) spiritus, & rotae pariter gradientur. Scio enim, quod gloriosus erit sui certaminis cursus, si tantummodo perseveret in eo, quem coepit, fortitudinis & constantiae casu. (b) Qui enim legitime certaverit, coronabitur. Cumque omnes virtutes currant ad bravium, sola perseverantia coronatur. Rogo autem vos, tamquam dominum & magistrum meum, ut me de vestro & ipsius statu frequentius instruatis. Nam cum aliud non possim, oro jugiter pro vobis, ut praeviente Altissimi gratia, Regis Anglorum gratiam, vestrarum rerum liberam administrationem obtinere possitis: librum vestrum de Nugis curialibus legi, & mirabiliter me refecit: nam & ibi optima forma eruditionis est, & propter artificiosam sententiarum varietatem inestimabilis materia voluptatis. Bene valete. Haec Petrus, cujus tempus ex iis aperitur, quo ex Urbe rediit in Angliam ad Regem ipsum, nempe post coronationem filii Regis, factam per Archiepiscopum Eboracensem.

XX. Rex autem Anglorum accepit inter haec acerbiores Alexandri Papae litteras, quibus peremptorio termino praecipiebatur dare pacem S. Thomae: alioquin si obedire contemneret, expectaret ab eadem tententiam, quam tulerat in Fridericum Imperatorem. Quibus perterritus ipse Anglorum Rex, scribens ex Anglia ad Sedis Apostolicae Legatos, ipsos importunius coepit urgere de pace, timens urgentes comminationes Alexandri Pontificis. Cujus litterae etsi desiderentur in codice, de iisdem tamen frequens est mentio in aliis ipsius Thomae epistolis. Sic igitur ex his percussus Rex Angliae, sollicitus de pace agens, ad Rothomagensem Archiepiscopum, unum ex Legatis, has perbreves pro pace litteras dedit: (c)

De vestro aliorumque fidelium Baronum meorum consilio pacis reformandae inter me & Archiepiscopum Cantuariensem susceptam formam domino Papae Nuntiis & litteris meis insinuavi: Ipse sicut per suas mihi litteras significavit, eam cum tenore, quo a vestro prodit consilio, etique ex parte vestra fuerat significata, suscepit cum gratiarum actione, palmam mandans, monens, & supplicans, & suadens attentius, ut illam exquar mediatione vestra & Nivernensis

(a) Ezech. 10.

(b) 2. Tim. 2.

XX. Rex Anglorum a Papa terretur.

(c) Cod. Vat. l. 5. ep. 14.

Episcopi. Illam itaque vobis mediantibus plene & libenter complebo, nullatenus declinaturus formam vestro consilio propositam, teste Richardo de Luci apud Vvestmonasterium. Haec Rex. Interea vero sanctus Thomas litteras interdicti in Anglia infra dies quindecim promulgandi, nisi pax sequeretur, ad Anglicanos Episcopos misit, quae adhuc (d) extant. Sed praeveniens Rex terminum, pacem dare pollicitus est Legatis, quorum arbitrio ejusdem pacis capitula scriberentur. Porro iidem Apostolicae Sedis Legati Thomae Cantuariensi Archiepiscopo detulerunt, ut idem ipse pacis statuendae capitula constitueret. Quod & praestitit, colligens ea ex praeteritis congressibus cum Rege habitis, necnon ex litteris Apostolicis, quae servanda Regi Anglorum praescriberentur. Extat de his omnibus ejusdem sancti Thomae epistola (e) ad Nivernensem Episcopum, & ejus collegam, quae primum monet, quomodo agendum sit cum Rege, cujus mores concinne describit; sic incipit:

Dirigat Dominus gressus vestros, ut in causa Ecclesiae, cujus executio vobis pro parte est commissa non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram, sed via regia incedatis, ut nec sollicitationibus, nec minis, nec exquisitis dolis praevalcat adversus prudentiam & sinceritatem vestram. Cujus tendiculas nullus unquam evasit, qui cum ipso contraxerit, & (nisi fallor) vobis pugnandum erit ad bestias, cum ipse Episcopus, Abbatibus, & viros discretos producturus sit, ut per eos expugnet constantiam vestram, si persenserit, quod vos promissis & blandiloquio circumvenire non possit. Quia ergo multiplices illius prodigii fucos non est facile deprehendere: quidquid dixerit quamcunque figuram induat, tamen omnia ejus vobis suspecta sint, & fallaciae plena esse credantur, nisi quorum fidem manifesta operis exhibitio comprobabit. Si vero senserit, quod vos aut promissis corrumpere valeat, aut minis deterere, aut aliquid obtineat contra honestatem vestram, & cause indemnitate: ilico vestra apud eum prorsus evanescent auctoritas, & eritis tam illi, quam suis in contemptum, in fabulam, in derisum. Sin autem viderit, quod vos a proposito flectere nequeat, furorem simulabit. In primis jurabit, & dejerabit, ut Prohibeus mutabitur, & tandem revertetur in se. Et nisi per vos steterit, exinde semper eritis in Deum Pbaraoni. Ita Thomas, haec & alia insinuans, quibus Legatos ipsos vincere Regem doceat, quod & reliqui attendant, quibus agendum cum Regibus erit legatio demandata. Addit demum articulos, quos vocat, de pace facienda cum Rege.

(d) Cod. Vat. l. 5. ep. 35. 36. 37. 38. 39.

(e) Ib. ep. 12.

XXI. S. Thomae ad Legatos pacis admonitio.

XXII. At quid tandem? Ita admonitionibus S. Thomæ instructi Legati conventuri Regem, secum ipsum S. Thomam perduxerunt ad eum, qui in loco amœnissimo morabatur, quique ab incolis (ut habet Quadripartita de S. Thoma historia) Pratum proditorum, dicebatur, ut sic conveniret loci nomen effectui, ubi sanguinis iusti proditio facta est. Ibi post multas contentiones & disceptationes effectum, ut Rex ipse hilari (ut apparebat) animo pacem ipsi Thomæ concesserit. Quomodo autem ista tractata sint, extat (a) relatio ejusdem S. Thomæ ad Alexandrum Pontificem, prolixa quidem, sed nos ea tantum, quæ necessaria sunt ac scitu digna, hic describemus; incipit epistola: *Miserationis oculo respexit Deus Ecclesiam suam. Et infra: Ecce enim ad novissimas litteras vestras, quibus denuo Regi Anglorum innotuit, quod ei ulterius non parceretis, sicut nec pepercistis Friderico dicto Imperatori: Cum intellexisset, terram ejus, amotis omnibus subterfugiis, interdicto subiciendam esse, & Episcopos, si qui forte non obediret, suspendendos & excommunicandos: ilico nobiscum pacem fecit ad honorem Dei, & maximam (ut speramus) Ecclesie utilitatem. Nam de consuetudinibus, quas tanta pertinacia vindicare consueverat, nec mutare præsumpsit, nullum a nobis vel ab aliquo nostrorum juramentum exegit, possessiones, quas occasione dissensionis hujus Ecclesie nostræ abstulerat, prout eas in chartula expresseramus, nobis concessit, pacem & securitatem omnibus nostris promisit & osculum, si tamen vellemus eum eatenus perurgere, ut non modo in omnibus articulis victus appareret; sed ut perjurus diceretur ab his, qui audierant ipsum jurasse ea die, quod non erat nos osculo excepturus.*

XXIII. Nos autem habito plurium sapientum Rex Ang. confilio, & maxime domini Senonensis, recipit S. Thom. ad pacem. qui pacem nostram ceteris sollicitius & efficacius procurabat, cum ipso ad colloquium Regis accessimus. Quem Deo faciente (qui omnes illos amoverat, qui sanctitatem vestram variis dolis circumvenire soliti sunt) adeo immutatum invenimus ut (quod sine circumstantium admiratione non contigit) animus ejus in nullo videretur a quietis consiliis abhorreere. Nam ut nos procul venientes conspexit, a circumfusa turba exiliens, accurrit propeius, & capite detecto, nos in salutationis verba prorumpere gestientes, salutatione prævenit, & habitis paucis sermonibus, solis nobis presentibus cum domino Senonensi: nos, illo divertente, stupentibus universis, traxit in partem, & diu tanta familiaritate allocutus est, ut videri posset, nunquam inter nos aliquan-

do fuisse discordiam. Omnes fere quotquot aderant, lætissima admiratione stupentes, plurimorum gens lacrymarum inundatione madentibus, glorificabant Deum, & benedicebant beatam Magdalenam, in cuius solemnitate Rex conversus est a viis pristinis, ut toti terræ suæ lætitiā reformaret, & Ecclesie redderet pacem.

Corripuimus eum, adhibita moderatione, quam oportuit adhiberi, viis quibus incesserat, & pericula quæ undique imminuebant, patenter ostendimus. Rogavimus & monuimus, ut rediret ad cor, ut dignos fructus pœnitentiæ faciens, & Ecclesie, quam non mediocriter læserat, manifesta boni compensatione satisfaciens, purgaret conscientiam, ut redimeret famam: nam ab iniquis consiliariis potius quam propria voluntatis instinctu, grave utriusque dispendium patiebatur. Cum autem hæc omnia non modo patienter, sed & benigne audiret, & emendationem promitteret, adjecimus, sibi necessarium esse ad salutem, & liberis suis ad incolunitatem & indemnitate concessæ divinitus potestatis, ut in eo sanctæ Cantuariensis Ecclesie satisfaceret, in quo eam nuper gravissime læserat. Nam filium suum contra jus antiquissimum Ecclesie nostræ fecerat enormiter coronari, &c. Subiicit prolixam de his habitam cum Rege disceptationem, quem tandem eo redegerit, ut polliceretur, consecrationem ab excommunicatis a Papa habitam cum Eboracensi irritam reddere, iteratamque faciendam canonicam consecrationem filii, quem una cum Regina conjuge ipsius idem Cantuariensis consecraret. Sed de his alibi. Pergit autem de ceteris singulis, quæ in eo congressu per Regem fieri contigerunt, ut illud: *Cum ergo equo desiliens, me humiliarem ad pedes ejus: ille arrepto scanfili, me coegit ascendere, & visus illacrymari, ait: Quid multa? domine Archiepiscopo, restituamus nobis invicem veteres affectiones; & alter alteri, quod poterit, bonum exhibeat, & præcedentis odii prorsus simus immemores. Sed mihi quæso coram illis, qui procul aspiciunt, honorem exhibeatis. Ita plane Saul ad Samuelem (b) Honora me coram populo. Pergit:*

Et transiens ad illos (quia paucos ibi, quos later presentium indicabit, videbat amatores discordiæ, & odii incentores) ait, ut tam illorum, quam omnium, ne quid maledicerent, ora præcluderet: Si ego, cum Archiepiscopum ad omne bonum paratum inveniam, ei vicissim bonus non fuero: tunc ero nequior ceteris hominibus, & mala, quæ de me dicuntur, vera esse probabo. Nec aliud consilium honestius aut utilius crediderim, quam ut ipsum studeam benignitate præcedere, & tam charitate quam beneficiis superare.

XXIV. S. Thom. præfens admonet Reg.

(b) i. Reg. 15.

XXV. Que Rex ad suos de S. Thoma.

Sermonem Regis cum summa gratulatione fere quotquot aderant, exceperunt. Misit ergo ad nos Episcopos suos, qui monerent, ut petitionem nostram coram omnibus faceremus. Et si quorundam ex ipsis consilio credidissimus: in arbitrium ejus contulissimus & nos prorsus, & totam causam Ecclesie; nam ab initio usque nunc a Scribis & Phariseis suis egressa est iniquitas, & de auctoritate seniorum invaluit, qui debuerant regere populum. Sed benedictus Deus, qui non permisit, ut in consilium illorum transfret anima nostra, nec Ecclesie libertatem, & justitiam Dei exponeremus uniuscujusque hominis voluntati. Illis autem dimissis, habita deliberatione cum domino Senonensi, & Christi pauperibus sociis peregrinationis nostræ, in eo firmavimus propositum, ut nec questionem consuetudinum, nec damnorum, quæ Ecclesie nostræ intulerat, nec usurpate consecrationis querelam, nec Ecclesiasticæ libertatis, aut honoris nostri dispendium aliquo modo conferremus in arbitrium ejus.

XXVI. De restitutione possessionum Eccl. Can. Et sic accedentes ad Regem, & suos, cum omni humilitate rogavimus per os domini Senonensis, qui verbi nostri badius erat, ut nobis gratiam suam restitueret, & pacem & securitatem tam nobis quam nostris, & Cantuariensem Ecclesiam, & possessiones Ecclesie, quas in charta positas legerat; & ut misericorditer emendaret, quod contra nos & Ecclesiam nostram fuerat in filii sui consecratione præsumptum, promittentes ei amorem & honorem, & quidquid obsequii Regi, & Principi potest ab Archiepiscopo exhiberi in Domino. Ille verbum acceptans, annuit, & nos & nostros, qui aderant, recepit in gratiam suam. Et quia non præceperatis, ut ipse nobis, & nostris ablata restitueret, neque a nobis poterat impetrari, aut poterit, Deo auctore, fieri, ut ea remittamus: juxta mandatum vestrum repetitio eorum dilata est, non sublata. Nam si præcepissetis eo vigore, quem in novissimis litteris expressistis, ut restituerentur, haud dubium, quin satisfecisset, & posteris dedisset exemplum, toti Ecclesie Dei & maxime Apostolicæ Sedi perpetuo profuturum. Tandem itaque nobiscum multa & diu conferens, cum nos duo soli fere usque ad vesperam collocuti essemus secundum morem familiaritatis antique, in hoc convenimus, ut eo discendente rediremus, gratias acturi Christianissimo Regi & aliis benefactoribus nostris, reversuri ad ipsum rebus compositis, & aliquamdiu moraturi circa eum antequam rediremus in Angliam, ut omnibus innotescat in quantam familiaritatem & gratiam nos receperit. Expectabimus autem in Francia, donec redeant Nuntii nostri, quos ad accipiendas possessiones

nostras destinabimus, quia non est in animo, ut redeamus ad ipsum, quamdiu de terra Ecclesie passum pedis abstulerit. Nam in restitutione possessionum facile advertemus, qua sinceritate agatur nobiscum, &c. Hæc quæ spectant ad congressum, quo pax est inita inter eos. Extat in eodem codice epistolaru alia de iisdem relatio, (a) sed quæ ex auditu tantum, non visu, ut superior, accepta, superiori fide minor apparet.

Quod autem verbis promisit Rex Henricus sancto Thomæ, confirmavit & scriptis, datis his (b) litteris ad filium Regem:

Sciatis quod Thomas Archiepiscopus Cantuariensis pacem mecum fecit ad voluntatem meam. Et ideo præcipio, quod ipse & omnes sui pacem habeant, & faciatis habere ipsi Archiepiscopo, & omnibus suis, qui cum eo extierunt ab Anglia, res suas bene & in pace, & honorifice, sicut habuerunt tribus mensibus, antequam ipse Archiepiscopus recessisset ab Anglia. Et faciatis venire coram vobis de legalioribus & antiquioribus militibus de Lyore de * Salisbunde, & eorum sacramento faciatis recognosci, quod ibi habeatur de feudo Archiepiscopatus Cantuariensis, & quod recognitum fuerit de feudo ejus esse, ipsi Archiepiscopo habere faciatis. Hæc Rex ad filium. His cum litteris sanctus Thomas Nuntios misit in Angliam; sed quot adversantes sint passis, redditus ad Thomam (c) litteris, idem significarunt, quæ incipiunt: *Mindatum vestrum, juxta quod potuimus, adimplevimus, &c.* Ita rebus compositis S. Thomas de his litteras dedit (ut audisti) ad Alexandrum Romanum Pontificem.

Sed & scripsit de his idem S. Thomas ad Cardinalem Episcopum (d) Otiensem, & Albanensem, insuper & ad Cardinalem (e) Papiensem, necnon ad Hyacinthum Cardinalem scorum singulis. Sed & per eundem quoque Nuntium, tunc ipse scripsit & ad Gratianum (f) subdiaconum, quem fideliorum haberet amicam, ob idque paulo liberius agens tarditatem cum timiditate ejus Ecclesie ministrorum sugillans, hæc ait confideratione digna ad omnium nostrum salubrem commotionem: *Verum quia Romana Ecclesia (quod pace omnium in aure vestra dixerim) posuit fundamentum suum formidinem, aut res captat, aut personas accipit, auctoritate qua præeminet iniqua gerentibus non occurrit: propterea flagella Dei gravia & toti mundo vix portabilia veniunt super eam ut instabilis facta, fugiat a facie persequentis, & in tribulationibus vix subsistat. Sed apud quem rectius ista deploro, quam apud eum qui a præfatis vitiis per gratiam Dei*

(a) Cod. Vat. l. 5. ep. 45. XXVII.

(b) lb. ep. 43.

De pace inita litteræ Regis ad filium.

(c) lb. ep. 53.

XXVIII. (d) lb. ep. 48. 49.

(e) lb. ep. 50.

(f) lb. ep. 47.

Admonitio S. Thomæ de optimo Rom. Eccl. regimine.

immunis, solus miseris compassus est, & solatium tulit, & tanto Regi, & omnibus complicibus suis in faciem restitit? Hæc S. Thomas in amici aures, sed hic palam exposita, quod suis (a) Dominus jubeat, ut quæ audiuntur aure, prædicari debeant super tecta, ut admoneantur, qui præfunt, intrepide & secure agere apud Reges & contra Reges, cum primum necres, nec personas, sed Deum tantum respiciunt in Apo tolico munere exercendo, de victoria certi, cum fecerint, quod faciendum monet vir sanctissimi, martyr jam designatus.

(a) Mat. 10.

(b) lb. ep. 52. At quid post hæc? Inrelliges ex (b) litteris ejusdem sancti Thomæ ad Alexandrum Pontificem datis in hæc verba:

XXIX. Ex quo, Pater, in auribus Regis Anglorum comminationis Apostolica tuba personuit; & tam sibi quam terræ suæ severitatem Ecclesiæ credidit imminere: nobiscum pacem fecit, promittens firmiter, quod de tota mandati vestri continentia, non iota præteriret aut apicem, quin eam penitus adimpleret. Cum autem sic declinasset turbem sententiæ imminens, in quibusdam articulis a pactione resiliit, subtrahens nobis adhuc quasdam possessiones Ecclesiæ, quas decessor noster omnibus diebus vite suæ inconcusse possedit, & nos exinde, donec in Anglicanam Ecclesiam tempestatis hujus procella surrexit. Et inferius: Captabimus autem gratiam hominis quantumcumque salva libertate & honestate Ecclesiæ poterimus, & testimonio conscientiæ nostræ experimentum facturum, an vel sic valeat ad mansuetudinem revocari. Misit nobis clementia vestra litteras, ad correctionem & correptionem tam Eboracensis Archiepiscopi, quam Coepiscoporum nostrorum, quas certum est & dictatas & conceptas a Spiritu sancto, & quæ Regis excessus auctoritate, quam successorem Petri & Vicarium Christi decet, redarguunt. Extant adhuc ipsæ (c) paulo inferius positæ, dicendum de ipsis suo loco. His litteris idem sanctus Thomas addidit illas, quas accepit a procuratoribus in Angliam missis ad vendicanda Ecclesiastica bona, quæ in eodem codice descripta (d) leguntur. Sunt & de his ejusdem S. Thomæ (e) quæ ad Regem, modestia plurima conditæ & mansuetudine dulcoratæ.

(c) Cod. Vat. l. 5. ep. 66.

(d) lb. ep. 53.

(e) lb. ep. 54.

XXX. Inter hæc autem, antequam Alexander Papa de pace cum Rege Anglorum inita S. Thomæ litteras accepisset, recedens Benevento Romam versus, cum Verulis in Herculis civitatem pervenisset, inde (f) litteras dedit ad ipsum Cantuariensem Archiepiscopum, quarum est exordium: Inter multiplices curas, &c. Inferius vero excusans, cur non ex voto ipsius Thomæ in ea causa velociori gradu processisset visus sit, ista subii-

cit: Unde, frater charissime, si nos in causa tua, & Ecclesiæ Anglicanæ remissus egisse videmur, nec ad petitiones tuas pro tua voluntate respondimus: non ex eo processit, quod causam ipsam nobis tecum & cum Anglicana Ecclesia non credamus esse communem, aut quod tibi deesse ulla ratione velimus; sed quia patientia, utendum esse credidimus, ut in bono malum superare possimus. Timuimus etiam, ne si major scissura fieret in Ecclesia, nostræ posset duritiæ deputari. Nunc autem quia turbatores pacis, & libertatis Ecclesiasticæ depressores ad corrigenda mala præterita nulla videntur compunctione moveri, immo trahentes peccata sicut restem longam, tam in gravamen tuum, quam in depressionem Ecclesiæ Cantuariensis magis ac magis exæstuant, ut omnem fere vobis spem videantur poenitentiae præcidisse: nos in fratrem vestrum R. Eboracensem Archiepiscopum, & reliquos Episcopos, qui juramentum conservandis consuetudinibus præstiterunt, & tanta sunt malitiæ incentores; sententiam canonicam jaculamur, & ab Apostolica eos suspendimus dignitate. Saresberiensem autem & Londoniensem Episcopos, qui majoris videbantur gratiæ debitores, & pro gratia dicuntur ingratitude rependisse, si coronando novo Regi contra Cantuariensis Ecclesiæ dignitatem, præsentiam suam & ministerium præbuerunt: in sententiam anathematis, de qua soluti fuerant, revocamus, &c. In fine autem de loco & tempore datæ epistolæ hæc habet: Dat. Verulis quarto Idus Septembris.

Recedens autem Verulis Ferentinum venit civitatem septem milliariis Romam versus distantem Verulis, ubi datæ habentur excommunicationis litteræ (g) ad dictos Episcopos Angliæ, Londoniensem, Saresberiensem, & alios in eis nominatos, seorsum vero alias ad Eboracensem Archiepiscopum de sua ipsius suspensione, datæ utraq; (ut in fine ipsarum legitur) Ferentini decimosexto Kal. Octobris. Laudat eas litteras tamquam zelo Apostolico efficaces ipse S. Thomas (b) in reddita de his epistola ad ipsum Alexandrum Papam. Porro in datis litteris ad Eboracensem Archiepiscopum, non eam tantum ponit causam suspensionis suæ, coronationem filii Regis, sed quod in eadem coronatione præfari solitam, cautionem de tuenda Ecclesiastica libertate, vel saltem loco ipsius exhiberi solitum juramentum exigere omiserit; & (quod deterius) de consuetudinibus avitis contra Ecclesiam militantibus conservandis illibatis, jurandum fuerit interpositum.

Ferentino autem recedens, itinere brevi quinque duantaxat milliarium, venit idem Pontifex Anagninam: quod indicant da-

XXXI. Quæ Verulis Pap. (g) lb. ep. 66, 67.

Quæ Ferentini.

(b) lb. ep. 52.

XXXII.

(a) lb. ep. 28. Quæ Anagninæ.

(b) lb. ep. 41.

(c) Cod. Vat. l. 5. ep. 31.

(d) lb. ep. 40.

XXXIII.

(e) lb. ep. 32.

(f) lb. ep. 22.

datæ (a) ibi ab eo plures epistolæ eodem argumento, nempe de revocando in excommunicationem tam clericos quam laicos, qui jam excommunicati fuerant absoluti, si non (ut promiserant) satisfecissent, restituendo Ecclesiis ablatas possessiones, dato termino dierum quindecim ad satisfaciendum. Datæ sunt litteræ (ut diximus) Anagninæ octavo Idus Octobris, eademque die aliæ (b) ad ipsum sanctum Thomam, & alios Angliæ Episcopos de interdicto servando, quamdiu Ecclesiæ non fuerit satisfactum. Rursus sequenti die ibidem datæ habentur litteræ aliæ ad Rothomagensem & Senonensem Episcopos, ubi hæc post alia de servandis iis, quæ fuerant in conventionibus pacis a Rege promissa: (c)

Fraternitati vestra per Apostolica scripta præcipiendum mandamus, & in virtute obedientiæ præcipimus, quatenus infra viginti dies post harum susceptionem eundem Regem ex parte nostra diligenter conveniatis, commonere propensus, & exhortari curetis, ut pacem, quamcum eodem Archiepiscopo verbo tenuit fecit, executione operis compleat. Nihil minus etiam eidem suggeratis, ut postmodum ablata omnia restituat, damna data resarciat, pravas & execrabiles consuetudines omnino præcidat. Si autem intra viginti dies post commonitionem vestram, pacem quam statuit & promisit, consummare noluerit: in tota terra ejus cismarina omnia divina præter baptismata parvulorum & penitentias morientium, remoto appellationis obstaculo, prohibeatis officia celebrari, & sententiam ipsam usque ad condignam satisfactionem faciatis inviolabiliter observari. Quod si alter vestrum, aliqua necessitate obstante hujus rei executioni non potuerit interesse (quod tamen nollemus, nec expediret) alter non minus id, quod dictum est, exequatur. Datum Anagninæ septimo Idus Octobris. Eodem quoque loco & die alias dedit litteras (d) ad Rothomagensem & Nivernensem adversus eos, qui detinentes Ecclesiæ possessiones non restituerent, quos excommunicatione plebæ jubet, nisi infra dies quindecim satisfecerint.

Recedens vero Anagnia Alexander Papa, Signiam septem milliariis distantem civitatem venit; quo in loco tertio Idus Octobris datæ habentur (e) litteræ ipsius ad Præsules omnes provinciarum cismare positarum, quæ Regi Anglorum subditæ essent, de executione interdicti, nisi Rex plenam pacem cum restitutione possessionum sancto Thomæ præstiterit. Eodemque die, ibidem loci scriptæ leguntur ejusdem Pontificis litteræ (f) ad sanctum Thomam in hæc verba:

Anxietate cordis & amaritudine pre-

mimur, cum angustias, onera, & gravamina, quæ zelo justitiæ, & pro libertate Ecclesiæ manutenenda æquo animo & invicta fortitudine tolerasti, ad memoriam nostram reducimus, & sedula meditatione cogitamus. Verumtamen quod in te virtutis perfectionem adimpleres, non potuisti frangi in adversis, nec a tuæ constantiæ proposito removeri: tuam super hoc commendamus admirandam virtutem, & tibi super tanta patientia in Domino congaudemus. Cæterum, quoniam dilectum in Christo filium nostrum Henricum illustrem Anglorum Regem diutius in patientia & benignitate expectavimus, & blandis, & dulcibus verbis, interdum duris & asperis, ut ad seipsum rediret, sæpe monuimus: si pacem, quam tecum fecit, executione operis non adimpleverit, & tibi ac tuis, & Ecclesiæ tuæ possessiones & honores ablatos non restituerit: tibi plenam auctoritatem concedimus in personas & loca, quæ ad tuam legationem pertinent, excepta persona Regis, uxoris quoque & filiorum suorum, Ecclesiasticam justitiam, secundum officii tui debitum nullius obstante appellationis obstaculo exercendi, prudentia tamen, & circumspectione adhibita, quam modestia sacerdotalis requirat. Dat. Signiæ tertio Idus Octobris. Scripsere iisdem diebus per eundem Nuntium Cardinales ad quos ipse S. Thomas de pace inita scripserat, eidem gratulantes, (g) sed non sine trepidatione, ob nondum restituta Ecclesiæ bona.

Signia autem recedens Alexander Pontifex, venit Tusculum, ubi longiorem moram nectens, substitit aliquandiu, quod declarant litteræ (b) ipsius ibidem datæ octavo Kal. Decembris, quibus tam Londoniensem, quam etiam Saresberiensem Episcopos Romam vocat ad satisfaciendum: hæcque nisi pax plenum in omnibus consequeretur effectum.

Scripsit tunc & per eundem Nuntium, cui superius recentitas litteras dedit, etiam ipsi Anglorum Regi his verbis: (i)

Cognito ex litteris venerabilis fratris nostri Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, quod ei, omni turbatione & rancore deposito, gratiam & amorem tuum restituisset: tanto letitiam & gaudium concepimus, quanto id Deo gratum, & magis acceptum existere, & tibi amplius honorificum, & tuæ consideramus fructuosum saluti. Tanta enim eundem Archiepiscopum religione, prudentia, & honestate & fidei virtute præminere cognoscimus, quod ipsum tibi & regno tuo fidelem & devotum existere, honori & incremento tuo pro viribus, & posse & animo se intrudere, & pro augmento gloriæ & exaltationis tuæ fideliter & sollicito vigilare non da-

(g) lb. ep. 57, 58, 59, 60, 61, 62. XXXIV.

(b) lb. ep. 68, 69.

(i) lb. ep. 55. Alexand. Papæ litteræ ad Reg. Anglorum.

dubitamus. Cæterum, quoniam non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: & licet idem Archiepiscopus propatentia ac dilectione, quam erga te habet, hoc facere subiceat: nos tamen, qui salutem tuam summopere cupimus, id minime reticere debemus, nec tuam decet magnificentiam, quem Dominus ita magnum & potentem constituit, jura & bona Cantuariensis Ecclesiæ retinere: regis serenitatis clementiam rogando monemus, & exhortamur attentius, quatenus exemplo Zachari, de quo legitur in Evangelio: (a) Domine, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si aliquem defraudavi, reddo quadruplum: prædicto Archiepiscopo & Ecclesiæ suæ ablata restituere, damna & detrimenta quæ illis intulisti, in brevi studeas emendare, ut in eo quod deliquisti, Deum sic possis placare, & nos tibi tantam offensam digne indulgere possimus, & idem Archiepiscopo ad obsequium, & devotionem tuam, ad augmentum honoris tui & heredum tuorum debeat promptissimus inveniri. Volentibus autem inter te & ipsum pacem reformari, benigno favore acquiescas. Quos vero hujus dissensionis noveris hactenus fuisse incutores, de cætero non exaudias. Nihilominus & filium tuum super articulo juramenti, quod prætermisit, de servando jure & libertate Cantuariensis Ecclesiæ, secundum quod Reges, & Principes Angliæ fecisse noscuntur, eidem Archiepiscopo & Ecclesiæ suæ condigne satisfacere moneas, & hortaris: & quod prætermisum est, facias adimplere. Ordinationes quoque Ecclesiasticas, & alia, quæ ad viros Ecclesiasticos pertinent, prædicto Archiepiscopo & aliis viris Ecclesiasticis, tam tu, quam filius tuus libere & pacifice relinquatis. Ut sic agendo, hostiam laudis Domino digne immolare possitis, & vobis regnum comparare æternum. Hucusque ad Regem Alexander Papa. Qui & his addidit (b) alias ad Clerum & populum Angliæ, monens omnes, ne quis pacis perturbator existeret.

(a) Luc. 19.
(b) Cod. Vat. l. 5. ep. 56.
XXXV.
Congregatus S. Thomæ cum Rege Turonis
(c) lib. 3. Quadrip. c. 3.

Inter hæc autem, quæ transacta sunt inter Regem & sanctum Thomam, ex Quadripartita de sancto Thoma (c) historia inferamus, quæ sic se habet: Cum Rex nutaret, immo renueret ablatas Ecclesiæ Cantuariensi possessiones restituere, ut didicerat ab eo quem præmisit Joannem Saresberiensem una cum Hereberto ad Regem: audiens Archiepiscopus inter Regem & nobilem virum Blesensem Comitem Theobaldum colloquium futurum in proximo, pridie ante colloquium Turonis ad Regem processit. Audiens autem Rex Archiepiscopalis adventum, quosdam de aulicis in occursum præmisit, & ipsemet civitatem exiit & occurrit. At cum convenirent, non oculi, sed vultus Regis

(sicut vocari poterat) erat super eum. Unde (quod multi notabant qui cum Archiepiscopo erant) nocte illa Archiepiscopum in hospitio suo nec Rex respexit, nec suorum aliquis. Quin potius summo mane Rex in Capella sua celebrari Missam fecit pro Defunctis, suspicans (ut dicebatur) ne si forte Archiepiscopus in Missa osculum pacis sibi offerret, & quod ibi negare non esset Christiani, sed plene inimici Christi. Et Missa celebrata, mox Rex civitatem exiit, ad colloquium properans, &c. Post colloquium cum comite habitu, contulisse sanctum Thomam cum Rege, rogasseque ut ante suum in Angliam regressum possessiones restituerentur, Rege negante, sed dicente, sibi antea revertendum in Angliam fore, & sic ipsi restitutionem possessionum faciendum. Hucusque ibi de congressu Turonensi.

Adiisse eum rursus apud Calvum montem prope Blesas idem subjungit Herebertus in Quadripartita, ubi non nisi promissiones inanes effectu carentes ab eo S. Thomas accepit. Cum ipse Thomas Senonas reversus, salutato Francorum Rege, venit ad portum Vuitand nomine, navigaturus in Angliam. Ubi (inquit Herebertus) Archiepiscopus, antequam naves ascenderet, domini Papæ litteras, quæ (ut supra diximus) erant de generalis Episcoporum per Angliam suspensione, & quorundam anathemate, præmisit, quorum aliqui, Rogerus Eboracensis, Gilbertus Londoniensis, & Jocelinus Saresberienensis, transfretare volentes, in ipso portu suspensionis suæ & anathematis litteras susceperunt. At quamvis per Comitem Boloniensem, & per eos qui ex Anglia venerant, annuntiaretur ei, non nisi vincula, carceres, proditiones in Anglia ipsi parari, hæc respondisse fertur: Nec si membratim discerpendus sum, ab incepto itinere desisterem; non metus, non vis, non cruciatus degenerem revocabit ulterius. Sufficiat dominicum gregem pastoris sui absentiam luxisse septennem. Porro hoc idem ipsum quod verbis professus est, idem Sanctus litteris confirmavit, scribens postremas has ad Regem ipsum dignas Apostolico viro, qui oppetere mortem pro suo grege non timeat; sic enim se habent: (d)

Novit inspector cordium, animarum, judex, & vindex culparum Christus, quanta animi puritate & sinceritate amoris vobiscum fecerimus pacem, credentes quod simpliciter & bona fide vobiscum ageretur. Quid enim serenissime domine, aliud concipere debebamus ex verbis vestris, quæ vel arguendo, vel mulcendo nobis vestræ benignitatis communicabat humanitas? Litteræ vestræ, quas ad dominum nostrum Regem filium vestrum des-

(d) Cod. Vat. l. 5. ep. 54.
XXXVI.
S. Thomæ ad Regem ultimam epist.

stinastis, ut nobis, & nostris omnia quæ habueramus, antequam recederemus ab Anglia, restituerentur: quid aliud quam benevolentiam, pacem & securitatem omnimodam prætendebant? Sed ecce (quod Deus novit) nobis, pro honoris vestri periculo quam pro utilitatis nostræ dispendio gravius reputamus rerum exhibitio, non simplicitatem prætendit, aut bonam fidem. Nam restitutio, quam nobis & nostris fieri præcepistis, dilata est in diem decimum, sub obtentu Ranulphi, quem consiliarium domini nostri filii vestri interim conveniendum, ut mandatum vestrum impleretur, censuerunt. Qui sint illi, & quomodo, & qua fide res gestasit, vos cum placuerit, requiretis. Nobis autem persuasum est, hæc fieri in dispendium Ecclesiæ, & salutis vestræ, & honoris, nisi diligentius corrigantur a vobis. Nam præfatus Ranulphus interim in bona Ecclesiæ debacchatur, & vicualia nostra in castrum de Saltzede etiam nunc palam congerit, sicut accepimus ab his, qui (si id vobis placuerit) probare parati sunt. Multis audientibus gloriatus est, quod non diu gaudebitur de pace vestra, quia non comedemus panem integrum in Anglia, antequam (ut ille minatur) nobis auferat vitam. Scitis autem serenissime domine, quia culpæ particeps est qui cum possit corrigere, negligit emendare. Et quid præfatus Ranulphus possit, nisi vestra voluntatis fretus & armatus sit auctoritate? Quid litteris domini Regis filii vestri responderit, super hoc negotio scribentis ad ipsum, audiet, & judicabit beneplacito suo discretio vestra. Et quia, sicut nunc ex perspicuis apparet indicis, sancta Cantuariensis Ecclesia Britanniarum mater in ipso perit odio capitis nostri: ne illa pereat, sed evadat, tam prædicto Ranulpho, quam complicitibus suis Ecclesiæ persecutoribus caput pro ipsa, Deo propitio, exponemus, parati pro Christo non modo mori, sed & mille mortes & omnia tormenta excipere, si ille per gratiam suam dignatus fuerit patientiæ largiri vires. Ad vos, domine, redire propofueram, sed me miserum ad miseram Ecclesiam necessitas trahit, ad illam vestra licentia & gratia rediturus, & fortasse ne illa pereat, periturus, nisi vestra pietas aliam nobis consolationem celerius præstare dignetur. Sed si ve vivimus, si ve morimur, vestri sumus, & erimus semper in Domino, & quidquid nobis contingat, & nostris, benefaciat vobis Deus & liberis vestris. Hactenus pastor bonus positurus animam pro ovibus suis, ex corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, imitator Christi, Christiana mansuetudine ea deprompsit, quæ mansuefacere potuissent durissimum cor Pharaonis.

Invidiam constantis S. Thomæ.

Quod autem (ut dictum est superius) antequam se conferret in Angliam, præmiserit litteras excommunicationis & suspensionis a Pontifice missas contra Episcopos: nemo existimet imprudenter factum turbandæ pacis causa, sed ipsius Anglorum Regis consilio & voluntate, prout palam idem Thomas contestatus est, cum ea de causa adversarii in Anglia in ipsum insurgerent, cujus ea ipsa totidem describenda sunt verba ab Hereberto in Quadripartita relata; sic se habent: Porro super Episcopos, quos a me vel per me suspensos asseritis, vel excommunicatos: certo noverit vestra discretio, quod quidquid actum est, regio actum est consensu atque consilio. Cum enim in festo beate Mariæ Magdalene reformata inter nos pace, in pristinam me gratiam recepisset, & super injuriis & insolentiis in me, meisque illatis, maxime vero super Episcopis, qui in matris suæ Cantuariensis Ecclesiæ despectum, quod mei erat officii, usurpare non timuerunt, querimoniam apud ipsum deposuissim: ille sui gratia, ut a domino Papa juris & æqui vindictam qualemcumque possem impetrare, concessit, adeo ut non solum ad consensum inclinaret, sed & spondere mihi dignaretur auxilium. Hæc sanctus Thomas coram regis satellitibus publice est testatus.

Sed prosequamur cætera, atque in primis de tempore quo navim ingressus est navigaturus in Angliam, de quo habet ista idem Herebertus in eadem Quadripartita de S. Thoma historia: Anno igitur ab Incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo, exilii vero sui septimo inchoato secundo, tertioque die in Domini Adventu, gloriosus Dei amicus & propugnator Ecclesiæ constantissimus Thomas Cantuariensis Archiepiscopus nocte cum suis mare intravit, & ad votum auro prospera usus pervenit in Angliam. Hæc de navigatione & appulso ejus. Porro Joannes Saresberienensis, quem præmiserat in Angliam ipse S. Thomas, ad occursum sui pastoris litteris, quæ (a) extant, exhortatus est populum exemplo majorum suorum, qui obviam exiissent S. Anselmo ab exilio redeunti. At id ne facerent, invidia & odium adversantium impediunt. Porro de his quæ gesta sunt ab eo postquam pervenit in Angliam, locuples est (b) relatio ejusdem Joannis Saresberienensis ad Petrum Abbatem S. Remigii. Nos vero audiamus de his omnibus certiore relationem litteris mandatam ab eodem ipso S. Thoma ad Alexand. Pontificem: est omnium (c) novissima ipsius epistola: nam haud post multos dies contigit ipsum a regis satellitibus occidi. Epistola igitur ipsa ad Alexandrum Papa sic se habet: Quam

Quam

(a) Cod. Vat. l. 5. ep. 63.

(b) Ib. ep. 64.

(c) Ib. ep. 73.

XXXIX.

XXXVII.

CHRISTI
1170.ALEXANDRI III. PAP.
II.FRIDERICI IMP. 16.
MANUELIS IMP. 28.

XI.
Novissima
epistola
S. Thomæ
ad Alex.
Papam.

Quam justis, & quam honestis conditionibus cum domino nostro Rege Anglorum pacem fecerimus: ad vestram notitiam, tam ex nostra, quam multorum itinerantium relatione credimus pervenisse: & qualiter idem dominus noster resisterit a patris & promissionibus suis. Quod tamen non tam illi credimus imputandum, quam sacerdotibus Baal, & falsorum filii prophetarum, qui totius discordiæ incentores ab initio extiterunt. Sed horum omnium præcipui sunt Eboracensis ille, & Episcopus Londoniensis, qui quondam, cum essetis Senonis, a vobis redeuntes, domino Rege nondum, adito, vel audito, nos in Curia clementiæ vestræ pedibus assistentes, possessionibus nostris spoliare non timerunt, cum illis indubitanter constaret, nos duarum appellationum causas apud vos exercere, utpote qui appellati. Cum ergo in Baalamitarum signiferi nos cum domino Rege pacem fecisse audissent: accitis sibi Saresberiensis & aliis complicibus suis circumjerunt mare, & aridam, ut initam pacis rescinderent unitatem, per se & per alios domino Regi, & suis suadentes, concordiam regno inutilem & inhonestam esse, nisi donationes Ecclesiarum nostrarum, quas Rex fecerat, stabiles permanerent, & nos cogere regni consuetudines, super quibus inter nos est orta contentio, observare; adeoque profecerunt in perveritatibus suis, ut eorum iustinctu dominus Rex omnes redditus nostros & nostrorum post pacem in festo B. Magdalene factam usque ad festum B. Martini abstulerit. Tunc demum nobis cedens domos vacuas, & horrea demolita. Clerici tamen sui, scilicet G. Ridel Archidiaconus noster, & Nigellus de Saccaver duas Ecclesias nostras, quas de manu laica receperunt, adhuc detinent occupatas; & ipse plures Ecclesiarum nostrarum possessiones, quas in pacis reformatione se promiserat redditurum, contradidit. Et licet aliter quam ipsum deceret, contra pacta sua, ut pluribus notum est, versaretur: nos tamen enormia damna Ecclesie & irreparabilia videntes & præcaventes graviora, nostro & dominorum Cardinalium præeunte consilio, ad Ecclesiam nostram laceratam & conculcatam redire decrevimus; & si eam non possemus erigere & reformare, saltem cum ipsa pereuntes, confidentius pro ipsa præsentis spiritum redderemus. Quod cum illi inimici nostri certius didicissent; ambiguum est, quid veriti, consilium iniurunt cum officialibus Regis, & scelerrimo illo filio perditionis Ranulpho de Broc, qui in Ecclesiam Dei publicæ potestatis abutens viribus, jam per septem annos licentius debacchatus est.

XLI. Decreverunt ergo, ut armata manu portus maris, ad quos nos venturos suspica-

bantur, militum & satellitum custodia & diligentia observarent, ne terram possemus intrare, quin omnem suppellectilem nostram curiosius perscrutarentur, & omnes litteras, quas impetravimus a maiestate vestra, nobis auferrent. Sed nutu divino contigit, ut machinamenta eorum nobis per amicos innotesceret, qui impudentiam eorum ex nimia præsumptione non paterentur esse absconditam. Nam satellites, quos prædiximus, armati litora circuibant, gressus suos dirigentes, prout eis jam dicti Eboracensis, Londoniensis, & Saresberiensis Episcopi dictabant. Elegerant enim ad executionem huius malitiæ, quos nobis noverant maxime esse infestos, Ranulphum de Broc, Reginaldum de Vvarenne, Gervasium Cantia Vicecomitem, qui palam minabantur, si forte præsumeremus applicare, nobis caput amputaturos. Sæpediti vero Episcopi Cantuariam venerunt, ut si satellites publicæ potestatis non insaniebant satis, eos amplius instigarent. Itaque consiliis eorum diligentius exploratis, una die antequam mare ingrederemur, præmissæ sunt litteræ vestræ, sed & illæ, quibus Eboracensis suspendebatur, & Londoniensis & Saresberiensis revocabantur, in sententiam anathematis, eis traditæ sunt.

Die sequenti navem ascendimus, & in Angliam pervenimus navigatione felici adducto nobiscum ex mandato domini Regis Joanne Decano Saresberiensis. Qui armatos, quos prædiximus, vidit non sine dolore & rubore accelerantes ad navigium nostrum, ut adventantibus vim inferrent. Præfatus ergo Decanus timens, ne si quid nobis, aut nostris mali inferretur, in domini Regis redundaret infamiam: obviam processit armatis, denuntians eis ex parte domini Regis, ne nos, aut nostros læderent, quia hoc contra ipsum Regem, cum quo pacem feceramus, notam prodicionis inureret, persuasique eis, ut ad nos accederent inarmati. Illi tamen, quia Simonem Senonensem Archidiaconum nobiscum adduxeramus, qui amicos, quos habet in Anglia, decreverat visitare, exegerunt ab eo juramento fidelitatis, quo se Regibus nostris, patri & filio, contra omnes homines obligaret, nec nos excipientes, nec alium: sed non nos permisimus, ut talis obligatio præstaretur, veriti ne Clerus regni ad simile juramentum cogere- retur auctoritate exempli, si domestici nostri obligationes huiusmodi præstitissent. Quod utique in dispendium Sedis Apostolicæ, ut auctoritas ejus evacuetur, aut minueretur in regno, moliantur sæpediti Eboracensis, Londoniensis, Saresberiensis, & complices sui. Officiales vero qui juramentum exegerant, pauciores erant, quam ut possent contra voluntatem nostram in eo loco ad aliquid co-

Quid in
appellu
contige-
rit S.
Thomæ.

Episcopi
adversan-
tur S.
Thomæ.

CHRISTI
1170.ALEXANDRI III. PAP.
II.FRIDERICI IMP. 16.
MANUELIS IMP. 28.

gere, eo quod populus de reditu nostro gaudens, si vires pararentur, fortior erat.

XLII. Inde ad Ecclesiam nostram venientes, cum magna devotione a Clero & populo excepti sumus licet intrusi adhuc violenter incubent Ecclesie nostris. In quibus in omni peste & vexatione Ecclesie præcipui sunt Gausfredus Ridel Archidiaconus noster, & Nigellus de Saccavilla clericus ejus, quorum alter scilicet Gausfredus occupat Ecclesiam de Otteford, alter videlicet N. de Saccavilla Ecclesiam de Berges, quas cum fructibus perceptis, nobis, & clericis nostris, quorum sunt, ex mandato vestro reddere debuerant. Præcepit enim domino Rotbomagensi, & Episcopo Nivernensi, ut eos absolvent, accepto secundum morem Ecclesie sacramento, & præciperent auctoritate vestra nobis Ecclesiam cum fructibus resignari.

Postquam vero ad Ecclesiam nostram venimus, incontinenti nos adierunt officiales Regis, denuntiantes ex parte ipsius (sicut eos dominus Eboracensis, & Londoniensis, & Saresberiensis Episcopi informaverant) ut suspensos Episc. & excommunicatos absolveremus, quia quod contra eos factum fuerat, in Regis injuriam redundabat, & in eversionem consuetudinum regni, promittentes Episcopos provincie nostræ post absolutionem venturos esse ad nos, & juri, salvo honore Regis, libenter parituros. Nos autem respondimus, non esse iudicis inferioris, ut superioris sententiam solvat, & quod nulli hominum licet infirmare, quod Apostolica Sedes decrevit. Quia tamen illi instantius perurgebant, & minabantur, dominum Regem, nisi eis acquiesceremus, mira & stupenda facturum: diximus eis, si Londoniensis, & Saresberiensis Episcopi jurarent coram nobis in forma Ecclesie, se vestro mandato parituros: nos pro pace Ecclesie, & reverentia domini Regis cum consilio ipsius, & domini Vintoniensis, & aliorum fratrum nostrorum subiiceremus periculo, & faceremus inde quidquid possemus, salva reverentia vestra, & eos tanquam fratres charissimos diligeremus, & omni mansuetudine, & humanitate tractaremus. Quod cum Episcopis ab itinerantibus referretur: respondit Eboracensis, quarens seditionis occasiones, & schismatis incentores, juramentum huiusmodi nisi de voluntate Regis non debere præstari, præsertim ab Episcopis, quia erat contra dignitatem Principis, & consuetudines regni. Et vero ex parte nostra responsum est, quod iidem Episcopi antea a nobis excommunicati fuerant, & non nisi præstito juramento, cum nos multis sollicitationibus interpellassent, absolvi meruerunt. Et si nostra sententia sine juramento ipsorum

Ann. Eccl. Tom. XIX.

solvi non debuit; multo minus vestra, quæ longe fortior est, & incomparabili nobis, & mortalibus cunctis auctoritate subnixæ.

Ad quam responsonem (sicut nobis retulere qui præsentibus aderant) Episcopi adeo moti sunt, ut decreverint venire ad nos, & secundum morem Ecclesie recipere absolutionem, non ducentes tutum, ut pro conservandis regni consuetudinibus Ecclesie se opponerent, & impugnant Apostolicas sanctiones. Sed homo pacis inimicus, & Ecclesie turbator Eboracensis dissuasit, consulens, ut potius adirent dominum Regem, qui eis semper patrocinator est, & Nuntios mitterent ad novum Regem, qui persuaderent ei, quod eum deponere volumus; cum nos, Deo teste, si ipse Ecclesie profuturus est, malle eum non modo unum possidere, sed amplissima, & plura regna terrarum. Hujus vero legationis signifer est Archidiaconus noster. Nam Eboracensis, & duo præfati Episcopi citius transfretaverunt, ut (quod Deus avertat) circumveniant dominum Regem, & adversus Ecclesiam exacerbent iram ejus. Fecerunt autem evocari senas personas vacantium Ecclesiarum, ut consilio eorum contra canones contra Regem in alieno regno, fratribus suis absentibus, celebrent electionem Episcoporum provincie nostræ. Quod si sic electos noluerimus consecrare; videntur sibi habere causam seminandi discordiam inter nos & dominum Regem. Nihil est enim, quod magis timeant, quam pacem Ecclesie, ne forte videantur opera eorum, & corrigantur excessus. Cætera plura supplebit Nuntius, quæ ne tedium parerent, schedulæ non censuimus inserenda. Vos, si placet, preces nostras clementer audite. Hucusque postrema ad Alexandrum Papam epistola, ultimique per litteras affatus ejus.

XLIV. Quibus in primis cum adeo amplis notis sig illata remanent pessimorum nequitia sacerdotum, præcipue vero Eboracensis, ejus potentissimi & impudentissimi adversarii, malorum horum omnium instigatoris & propagatoris, quo Rex consiliario usus & moderatore, per abrupta discordiæ tractus est ad mala omnia & distractus ab omni via pacis & tranquillitatis: de eo, antequam cætera funestissima prosequamur, sunt repetenda primordia, qualis fuerit. Hæc enim a Joanne Saresberiensis scriptore hujus temporis accuratissimo sunt accipienda, ex epistola inquam ipsius, quam (a) scripsit ad Senonensem Episcopum post martyrium consummatum ejusdem S. Thomæ, in qua eadem refricans, habet ista: *Horum caput est ille Eboracensis, quem vidistis & audistis palam in Curia Archiepiscopum persequente. Et infra: Novi-*

XLIII.
Eboracensis
causa ma-
lorum.

XLIV.

(a) Cod.
Vat. l. 50
ep. 91.
Qualis
fuerit
Archiep.
Eborac.

B b b

ffis

CHRISTI
1170.ALEXANDRI III. PAP.
II.FRIDERICI IMP. 16.
MANUELIS IMP. 28.

stis & istum Caipham temporis nostri, qui sub specie conquerentis, persuasit expedit, ut unus moreretur, aut caperetur, ne tota gens periret. Eratis in Anglia cum patruo vestro domino Vintoniensi, quando idem nunc Caiphas, tunc Archidia-bolus, Walterum illum, cujus adolescentis admodum venusta facie captus, nefario concubitu nimis consueverat delectari bispidum, & procaciori lingua evomentem probra, quæ in contumeliam naturæ perpessus fuerat, oculis orbare fecit, & postmodum scelus arguentem idem Archidia-bolus, iudicibus, qui secularia negotia exercebant, corruptis, adegit suspensio. Sic vir ille non minus benignus quam pudicus columbi sui acceptavit affectum, sic veteris amasit diu exhibitum obsequium remuneravit, ut primo stuprum inferret misero, deinde miseriori (quia de consensu tam sordide immunditiæ pœnitebat) vapulationem, & oculorum avulsionem infligeret; & tandem miserimum, quia clamore, ut poterat, suas protestabatur angustias, suspensum in patibulo fecerit jugulari. Hæc non fingimus, sed in vestram studuimus revocare memoriam, si tamen excidere potuerunt, quæ velut ungue adamantino multis & magnis & plenis fide viris sapius referentibus, in pectore vestro profundius resederunt. Nam usque in hodiernum diem, in opprobrium Ecclesiæ, Deique contemptum tristis hæc historia cantitatur. Sed fortasse quæret aliquis, quomodo tantum flagitium, & tam manifestum impune pertulerit, præsertim B. Eugenio tunc summum administrante Pontificatus? Et quidem (ut indubitanter credimus) nullo modo evasisset, nisi per Beati Thomæ industriam, qui per venerabiles viros Hilarium Cælestrensem, & Joannem Vintoniensem Episcopos effecit, ut ejus a bonæ memoriæ Theobaldo Cantuariensi Archiepiscopo purgatio reciperetur. Deinde sentiens Ecclesiam Romanam indignatam esse super exhibitione purgationis factæ clam, ut in Capitulo monachorum, non in solemnibus conventu præstitæ, statui suo consulens, Romam profectus est ad illum famosissimum negotiatorem, quem semper odio hibuit anima nostra, Gregorium sancti Angeli Cardinalem, & per illum in multitudine sparsorum in Curia munerum obtinuit, ut justificatus rediret in domum suam, incertum qua Dei dispensatione reservatus ad majora flagitia perpetranda, sicut præsens testatur dies, qua sanguine innocentis purpuratur Ecclesia. Hæc Joannes Saresberienfis de homine nefandissimo, quem Archidia-bolum pro Archidiacono nominat & factum Archiepiscopum novum Caipham hujus temporis, vere carnificem S. Thomæ jure appellat, qui forte plus satis illi favisset.

Sed quid egerint apud Regem adversus S. Thomam ipsa vasa bellantia iniquitatis, in Quadripartita ita describit Herbertus, nimirum adeo commotum & contristatum fuisse Regem accusationibus Episcoporum contra sanctum Thomam, quem turbatorem regni, persecutorem Episcoporum, omnium bonorum destructorem, Regis inimicum inclamabant: ut æstu furoris in verba proflerit aspera valde; quibus commoti fuere satellites illi, qui se ad necem viri sanctissimi accinxerunt; ait enim: Sæpe sæpius ex ira inflammatus, in funestam vocem erumpens, omnes quos nutrierat, qui familiaritatis gratia, & beneficiorum collatione sibi obnoxii fuerant, maledixit, quod ipsum de uno sacerdote non vindicarent, qui ipsum & regnum suum sic turbabat, & suis dignitatibus exauktorare, & exheredare quærebat. Hæc & alia id genus repetens, & inculcans, commovit in eum plane suos omnes; quorum quatuor ex militibus audaciores, junctis dextris, in necem Archiepiscopi conspirarunt; moxque in Angliam profecti Archiepiscopum convenerunt, miscentesque jurgia, atque rixam excitantes, captarunt, quam optabant, occasionem ex libertate Archiepiscopi in dicendo. Cum ad postremum, post diem sanctorum Innocentium, eum perfolventem vespertinum officium gladii in Ecclesia appeterent: primum Sanctus ædituos arguit, eos velle obice portarum illos excludere, dicens: Quod non esset Ecclesia castrorum more custodienda. Rem gestam quæ præcesserint, quæve fuerint subsecuta martyrium, plenissima narratione in Quadripartita scribuntur, multaque ponuntur, quæ desiderantur in aliis Scriptoribus, qui in eodem argumento laudabiliter sunt versati. Redegit vero ea omnia in compendium Rogerius in Annalibus Anglicanis, quæ suo tempore facta novit, & ita scriptis mandavit:

Vix ergo Pater in Ecclesia sua per mentem moram fecerat, & ecce quinta die Natalis Domini venerunt Cantuariam quatuor milites, immo savanæ conditi satellites, quorum nomina sunt hæc, Vvillelm. de Traci, Hugo de Moreville, Richardus Brito, Reginaldus filius Urff: viri quidem generis præ eminentia conspicui, sed enormis sceleris ausu militiæ gloriam & stemmatis titulum perpetua ignominia mox damnaturi. Hi ergo introeuntes ad Archiepiscopum: & quia non directæ in manu eorum salus, ex concepta malitia salutationis eloquium prætermittentes, cum fustu & superbia alloquuntur. Accipiunt, redduntque, minas minis adiciunt, responsum. Denique probra & contumelias post se relinquentes exierunt. Continuoque revertentes, claustrum monachorum in-

XLV.

Rex incaute parat exitum S. Thom.

XLVII.

rumpunt cum multa armatorum sequela, & ipsi armati. Jam Præsul cum modestia & gravitate præcesserat eos in Oratorium, suadentibus, immo & compellentibus monachis propter solemnem, ad peragendam vespertinam synaxim, cum eos a tergo respiceret in medio claustrum armatos, arcere eos templo debuit propria malignitas; sed nec facinus dissuasit solemnitatis reverentia, nec a sanguine cohibuit Patriarchæ innocentia: usque adeo occupavit & excæcavit eos impudorata patrandi facinoris voluntas; ut nec militiæ jacturam recogitarent, nec ullius discriminis haberent estimationem. Præcipientes ergo & stupidi insequentes Archiepiscopum, extractis gladiis intrant Ecclesiam, furiose clamantes: Ubi est proditor ille? Nemino vero respondente ingeminant illi: Ubi est Archiepiscopus? Sciens itaque Christi Confessor & Martyr mox futurus priori nomine se falso impeti, alterum vero sibi pro officio competere, a gradibus obviam illis progrediens, ecce inquit, adsum.

In tanta autem se exhibebat constantia ut nec animas ejus pavore, nec corpus horrore concuti videretur. Cui unus sanctorum militum in spiritu furoris insulit: Tu modo morieris; impossibile enim est, ut ulterius vivas. Respondit autem Archiepiscopus non minori constantia verbi quam animi: Ego pro Deo mori paratus sum & pro assertionem justitiæ, & Ecclesiæ libertate: sed si caput meum queritis, prohibeo ex parte omnipotentis Dei & sub anathemate, ne cuiquam alii sive monacho, sive clerico, sive laico majori vel minori in aliquo noceatis; sed sint a pœna immunes, sicut extiterunt a causa. Verba ejus nomine Christum exprimere videntur in passione dicentem: Si me queritis, sinite hos abire. Cui statim iniciantes manus milites tenuerunt, ut extra Ecclesiam ad peragendum propositum traherent, sed non potuerunt. Videns ergo Archiepiscopus carnifices eductis gladiis, in modum orantis inclinavit caput, hæc novissima proferens verba: Deo, & sanctæ Mariæ, & sanctis hujus Ecclesiæ patronis, & beato Dionysio commendo meipsum, & Ecclesiæ causam. Tunc in omnibus his cruciatibus invicti animi & admirande constantiæ Martyr, non verbum vel clamorem emisit, nec edidit gemitum, nec brachium opposuit ferienti: sed caput inclinatum, quod gladiis exposuerat, donec consummaretur, tenebat immobile.

XLVIII.
Cruentis occiso S. Thom.

Prædicti igitur milites, timentes concurrentium undique utriusque sexus multitudinem, ne forte voto infesto eriperetur, facinus acceleraverunt. Cumque unus ex eis extendens vibraret gladium in caput Archiepiscopi, brachium ejusdam clerici, qui dicebatur Eduardus Grim-

CHRISTI
1170.ALEXANDRI III. PAP.
II.FRIDERICI IMP. 16.
MANUELIS IMP. 28.

fere, abscidit, & ipsum pariter in capite vulneravit christum Domini. Extenderas enim idem clericus brachium super caput Patris, ut ferientis exciperet, vel potius elideret ictum. Stabat adhuc justus pro justitia patiens, velut agnus innocens, sine murmure, sine querimonia; & seipsum holocaustum offerens Domino, Sanctorum patrocinia implorabat. Et ne quis sanctorum satellitem, intacto Præsule, inscelestus argui posset, secundus & tertius gladios suos vertici constantis athlete atrociter illiserunt, confregerunt, & Spiritus S. victimam solo tenus præcipitaverunt. Quartus plusquam ferali, immo furiali crudelitate debacchatus, jam prostrato, jam expiranti coronam rasilem abscidit, testam capitis dissipavit, & mucrone vertici intruso, cerebrum cum sanguine super pavementum lapideum effudit.

Discolor mixtura utriusque substantiæ bifariam discreta Martyris merita pie inventem docere videbatur. Candebat namque in cerebro byssus innocentiae, purpura martyrii rubebat in sanguine; utroque martyr Thomas quasi veste nuptiali decenter adornatus, cœlestis mensæ conviva dignus efficitur. Sic, sic martyr Thomas virtute constantiæ adamantinus, cœlestis edificii lapis pretiosus, gladio quadratus ictibus angulari lapidis Christo in cœlis est conjunctus. Consummatus ergo noster in martyrii gloria, in brevi explevit tempora multa. Itaque inchoante septimo anno exilii sui, præfatus martyr Thomas pro lege Dei & Ecclesiæ libertate, quæ tota fere deperierat in Anglicana Ecclesia, certavit usque ad mortem, & a verbis impiorum non timuit. Fundatus enim supra firmam petram, id est Christum, pro nomine Christi, in Ecclesia Christi gladiis profanorum, quinta die Natalis Domini, id est in crastino Innocentium ipse innocens occubuit. Cujus vitam innocentem, & mortem causæ merito in conspectu Dei pretiosam, innumera prædicant miracula, quæ non solum loco requietionis ejus, sed & in diversis nationibus, & regnis mirifice exhibentur. Eodem die passio beati Thomæ revelata est beato Godrico anachoretæ per Spiritum sanctum apud Fintzbale, qui locus distat a Cantuaria plus quam per centum sexaginta milliaria.

Monachi autem Cantuariensis Ecclesiæ clausurunt ostia Ecclesiæ & ita permanens Ecclesia suspensa celebratione Missæ fere per unum annum; quousque receperunt reconciliationem Ecclesiæ per dominum Papam Alexandrum. Monachi vero detulerunt Martyrem suum, & posuerunt nocte prima in choro, agentes circa illum exequias defunctorum. Et veraciter dicitur, quod expletis circa corpus obsequiis humanitatis, cum jam in choro jaceret super

XLIX.
Tempus martyrii S. Thom.

L.

Sépultura S. Thom.

feretrum, circa auroram, levata manu dextera, dedit benedictionem, deinde sepelierunt eum in crypta. Hastenus Rogerius de martyrio S. Thomae atque sepultura ipsius. Hic tandem finis praestantissimi Martyris, qui vicit sanguine, sui que triumphavit occisione, & gloriosissima insignitus palma martyrii caeli intima penetravit, summæ constantiæ posteris omnibus relinquens exemplum certandi usque ad mortem pro libertate Ecclesiæ vendicanda. Mox autem in hostes ejus sua ipsorum victoria victos atque prostratos irruiat formido & pavor, undique culpa ultrice exagitat. Sed de his inferius sicut funestior ita uberior sermo erit.

De tempore solvitur ambiguitas. Quod autem ad tempus spectat perfuncti martyrii, cum ex recitatis superius tot epistolis constet, hoc ipso anno virum sanctissimum dicta die esse necatum gladiis impiorum: nihilominus apud nonnullos invenire est, postumum martyrium, ejus anno sequenti, sicut in epitaphio, quod recitatur a Rogerio in Annalibus Angliæ, & a Roberto de Monte versibus istis:

Annus millenus centenus septuagenus
Primus erat, Primas quo ruit ense Tho-
mas,
Quinta dies Natalis erat, flos orbis ab
orbe
Pellitur, & fructus incipit esse poli.

Sed quod passus ponatur ab iis anno septuagesimo primo post millenum centenum, inde accidit, quod a Natalis Domini die incipiunt exordium anni. Qui vero ab ipsi Kalendis Januarii, sive ab Incarnatione Domini numerare consueverunt, hoc ipso anno passum esse, jure quidem constanter affirmant, ut ipsi scriptores Quadripartitæ, his verbis: Passus est autem egregius Dei athleta Thomas Cantuariensis Ecclesiæ Archiepiscopus totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, anno ab Incarnat. Domini millesimo centesimo septuagesimo, ætatis vero ipsius anno quinquagesimo tertio, quarto Kal. Januarii, feria tertia, hora quasi undecima, ut dies quintus Dominicæ Nativitatis ad miseriam ejus fieret natalis ad gloriam. Hæc ibi.

LI. Eodem quoque anno Ecclesia Cantuariensis post sublatum e medio S. Thomam fluctuare coepit, cum videlicet ejusdem Ecclesiæ monachi cathedrales successorem eligerent, nulla habita ratione provincialium Episcoporum, quorum, id muneris esset. Redarguit audax facinus Petrus Blesensis, cujus in Ecclesia Anglicana auctoritas magna erat, cum has litteras de laudibus Sancti Thomæ sic in primis cumulatissime scriberet: (a)

Charissimis fratribus & amicis suis Canonice de Bellovidere magister Petrus Blesensis Bathoniensis Archidiaconus salutem & dilectionem.

Decessit Pastor animarum nostrarum, cuius obitum flere decreveram; sed recessit, non decessit; abiit, non obiit. Mors enim per quam mirificavit Dominus Sanctum suum, non est mors, sed dormitio: portus mortis, & porta vitæ, introitus in delicias cælestis patriæ, in potentias Domini, in abyssum claritatis æternæ. Peregre siquidem profecturus, saccum pecuniæ secum detulit, in plenilunio reversurus: ejus enim anima dives meritis recedens a corpore, in resurrectione generali & plena ad antiquum hospitium revertetur. Cum multas virtutes, quasi merces varias in unum fasciculum comportaverit, ad cælestes nundinas profecturus, plena dierum vetula, mors sæculi scilicet, anus improba, litigiosa, querula, importuna, invida, inimica & subdola, coepit revolvere sarcinulas ejus, & scrupulosus explorare, si quid esset in illo meritorum involucro, quod ad ipsius dominium pertineret. Ipse autem tamquam vir circumspectus & prudens noluit vitæ suæ sustinere dispendium: diu enim desideraverat dissolvi, & esse cum Christo, & tunc permaxime suspirabat exire de corpore mortis hujus. Modicum itaque pulveris projecit in os vetulæ, quasi vice tributi, & nomine vestigalis. Inde coepit falsus ille rumor populariter evagari, & passim plebescere, quia (b) fera pessima devoravit Joseph. Tunica siquidem, qua spoliatus est, fallax nuntia mortis erat. Joseph (c) enim vivit & dominatur in tota terra Ægypti. Beata ejus anima corruptibilibus exonerata exuviis, de pulvere hujus conversationis libera evolavit in cælum, assumpta est ab eo, qui dicit: (d) Vado parare vobis locum: iterum autem veniam, & assumam vos ad meipsum. Consummatus in brevi explevit tempora multa; raptus est, ne malitia immutaret intellectum ipsius. Vocatus est in cælum, quo mundus non erat dignus: nec est extincta lucerna hæc, sed statu transitorio percussa est, ut luminosus splendeat, & jam sub modio non abscondita luceat omnibus qui in domo sunt. Visus est oculis insipientium mori, sed Vita ejus abscondita est cum Christo in Deo: mors eum vicisse, & absorbuisse visa est; sed absorpta est mors in victoria.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei Domine: diu enim militaverat tibi, propter verba laborum tuorum custodiens vias duras. Sane a primitivis adolescentiæ moribus, coepit morum maturitate senescere, atque carnalis insolentia motus vigiliis, jejuniis, disciplinis, cilicio & jugis continentia baltheo cobibere. Vocatus est itaque

Confolatio de morte S. Thom.

(b) Gen. 36

(c) Ib. 45

(d) Jo. 14

LII. Qualis vita S. Thom.

que a Domino tamquam Aaron ad dandam scientiam salutis plebi ejus, reddere populum acceptabilem Domino, sectatorem bonorum operum, & parare Domino plebem perfectam. Elegit eum Dominus in sacerdotem sibi, ut esset in populo ejus ductor & doctor, vitæ speculum, penitentia forma, & sanctitatis exemplum. Deus scientiarum Dominus dederat ei linguam eruditam, & infuderat ei abundantem spiritum sapientia & intellectus, ut esset inter doctos doctior, inter sapientes sapientior, inter optimos melior, inter humiles socius, inter maximos major. Erat præco verbi divini, tuba Evangelii, amicus sponsi, columna Cleri, oculus cæci, pes claudi, sal terræ, patriæ lumen, minister Altissimi, Vicarius Christi, Christus Domini. Tota conversatio ejus erat schola honestatis, morum edificatio, & structura salutis. Erat in judicio rectus, in dispensatione industrius, in præcipiendo discretus, in loquendo modestus, in consilio circumspectus, parcissimus in cibo recipiendo, in donando largissimus, in ira pacificus, in carne Angelus, inter injurias mansuetus, timidus in prosperis, securissimus in adversis, in eleemosynis effusus, in misericordiis totus. Erat religiosorum gloria, delicia plebis, timor Principum, Deus Pharaonis. De isto postsumus fiducialiter dicere & cantare, quia post aurum non abiit, nec speravit in thesauris pecuniæ, qui nec acceptor munerum, nec acceptator esse dignatus est personarum. Ceteri in eminentiæ cathedralis apicem sublimati, statim curam carnis propensius agunt, circumspectus se diant, non minus timent corporis agritudinem, quam gebennam, & in omnibus spatium vitæ productioris affectant. Ipse vero a primo suæ promotionis ingressu, summo desiderio appetebat finem vitæ, immo, ut verius loquar, vivendi principium. Nam sicut Salomon ait: (a) Cum consummaverit homo, tunc incipit. Hujus enim vitæ transeuntis egressus, ingressus est ad illam, quæ non transit, nec desinit, vitam. A tenerioribus annis incipiens, singulis atatibus, quasi singulis diei horis tamquam diligens cultor & strenuus in vinea Domini Sabaoth laboravit, & sic in consummatione Sanctorum vitæ transitoria cursum clausit. Sane jam diu conversatione cælestis, & a corpore peregrinans, anelabat ad illas cælestes delicias temporalis vitæ transire compendio. Ideo propositum & signum peregrinationis arripens de torrente in via bibit: propterea exaltatum est nomen ejus in patria.

(a) Eccl. 18.

LIII.

Sic domini & fratres nostri monachi cathedrales pupilli facti sunt absque patre.

Deus autem, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine testamenti æterni Dominum JESUM Christum, ipse (ut verbo Moysi (b) utar) providet, virum qui sit super multitudinem hanc. Porro plurimi conqueruntur & impatientissime ferunt, quod Christi tunica inconsutilis inter eos & Episcopos terræ scissa est: nec tantum vacca & aries, sed turtur & columba divisa sunt, & alitrinsecus separata. Ausa est irrumperere usque ad religionis professores magistra illa discordiæ, odii fomes, & occasio scandalorum præsumptuosa, scilicet, usurpatio seorsum & singulariter eligendi, ut contempta & abjecta Episcoporum, & Abbatum deliberatione communi, fieret electio clandestina & furtiva, & consuetudini contraria, inimica legibus, damnata decretis, & moribus reprobata. Omnes ceteri, qui nunc injuriam & contemptum suum reputant, eam quam monachi fecerunt electionem, in personam, quæ nominata est, sua vita libenter & unanimiter sine omni scissura & scandalo contulissent. Nunc autem vereor, ne hæc electio, quod Deus avertat, sit ejus dejectio: & hæc acquisitio umbraticæ libertatis convertatur Ecclesiæ Christi in materiam servitutis. Sane pestis hæc, & aliæ innumerabiles corpus Ecclesiæ hodie inficiunt, & corrumpunt. Irruunt laici in sancta Sanctorum: sanctuarii vero lapides disperguntur in capite omnium platearum. Convertuntur hodie claustra in castra, & fora: religiosi in ethnicos, pastores in lupos, lilium in spinam, aurum in scoriam, frumentum in lolium, vinum in acetum, oleum in amurcam. Respiciat Dominus in faciem testamenti sui, & non det in conculcationem vineam, quam plantavit dextera ejus, Ecclesiam, quam acquisivit sanguine suo: suscitet spiritum Moysi, & erigat cornu illius unicornis, Episcopi illius unice summi & singulariter generalis quatenus arripiat iudicium manus ejus, ut cornu suo ventilet Syriam, intonet contra Edom, fulminet contra vitulos Bethel, contra idola Ægypti, contra pingues vaccas Samariæ, contra sacerdotes Baal, contra pastores pascentes seipfos, contra iudices, qui condunt iniquas leges, contra canes mutos non valentes latrare, contra amphoram Zachariæ, contra vasa pastoris stulti, contra ambitionem Simonis magi, contra tyrannidem sæculi, & ambitionem claustris, contra prævaricantes, contra arrogant, contra oppressores pauperum, contra turbatores Ecclesiasticæ pacis, & fidei subversores. Hæc Petrus, reliqua suo loco.

(b) Num. 27.

De schismate in Eccl. Cantuariens.

CHRISTI
1170.ALEXANDRI III. PAP.
II.FRIDERICI IMP. 16.
MANUELIS IMP. 28.

Jam vero ad Orientem convertamus orationem, ad legationem scilicet missam ab Imperatore Emmanuele ad Alexandrum Romanum Pontificem, de qua hæc in actis ipsius Alexandri Papæ superius sæpe citatis leguntur:

LIV.

Legatio
Emma-
nuelis
Imp. ad
Alexand.
Pap.

Interea Emmanuel magnus Constantinopolitanus Imperator, cum videret Fridericum Imperatorem Ecclesiam Romanam, & Alexandrum Papam vehementer cum schismaticis impugnare & persequi: misit Beneventum de majoribus Imperii sui Apocrisarium cum immensa multitudine pecuniarum ad presentiam ipsius Pontificis, loquentem hæc verba: Dominus Imperator jam diu desiderio desideravit exaltare & honorare Ecclesiam Romanam matrem suam & personam vestram. Nunc autem cum videat Fridericum Imperatorem ejus Advocatum, qui ex officio suo eam deberet ab aliis tueri, atque defendere, acrem illius esse impugnatorem & persecutorem: magis vult eidem Ecclesie servire atque succurrere. Et ut temporibus istis illud Evangelicum adimpleatur verbum: (a) Et fiet unum ovile & unus pastor: Ecclesiam suam Græcam in eo statu, in quo antiquitus fuisse dignoscitur, eidem Romanæ Ecclesie unire desiderat atque subicere; dummodo sibi velitis sua jura restituere. Unde rogat & postulat, quatenus prædictæ Ecclesie adversario, Imperii corona jam privato schismatis causa, sibi eam prout ratio est, & justitia exigat, restituantis. Pro cujus res complemento, quidquid videritis necessarium, in sufficienti pecuniarum summa, atque in potentia & virtute armorum, juxta vestrum beneplacitum paratus est largiri, & solvere absque mora.

(a) Joan.
20.PAGIUS
IV.
Gesta in
Italia.

A num. LIV. ad LXII. Jam anno MCLXVIII. diximus Legationem Manuelis Imperatoris ad Alexandrum III. qua offerebat unionem Ecclesie Græcæ cum Latina, si Imperium Occidentale sibi conferre vellet, ad eum Christi annum pertinere. Acta enim Alexandri III. in quibus hujus Legationis mentio, subdunt, eodem tempore, ut legere est apud Baronium num. LVI. Guidonem Cremensem seu Paschalem III. Antipapam infelicem spiritum exhalasse; quam mortem eo Christi anno accidisse extra controversiam esse debet. Quod vero Baronius num. LXI. de donatione Tusculanæ civitatis Ecclesie Romanæ facta habet, confirmatur ex Anonymo Casinensi, qui ad hunc Christi annum scribit: Alexander Papa rediens a Benevento recepit Tusculanum ad proprietatem Romana Ecclesia. Spectant & ad hunc annum quæ narrat Joannes de Ceccano in Chron. Indit. III. mense Martio die XV. Kal. Aprilis

Quibus auditis, Pontifex cum Episcopis & Cardinalibus, atque nobilibus Romanorum consilio diutius habito, respondit prædicto Apocrisario, hoc modo videlicet: Nos agimus gratias domino tuo Imperatori tanquam charissimo Principi, & beatissimo beati Petri filio, ex devota & frequenti visitatione sua & ostensione bonæ voluntatis, quam habet erga sanctam Romanam Ecclesiam. Ea propter & affectuosa ejus verba libenter audivimus, & postulationes, in quibus secundum Deum possumus, paterna benignitate admittere volumus. Ea vero quæ de imperio postulat, nimis alta sunt, & valde periculosa & perplexa, quibus pro sua difficultate, obviantibus sanctorum Patrum statutis, assensum præbere sub hujusmodi conventionibus non possumus, nec debemus, qui ex officio nobis a Deo commisso, pacis auctores nos esse convenit & custodes. Sic igitur excussis ab omni munere ipsius Pontificis manibus, cum tota pecunia, quam detulerat, jam dictus Apocrisarius rediit ad dominum suum, subsequenter eum duobus Cardinalibus, quos ad eundem Imperatorem idem Pontifex destinavit. Pergit auctor:

LV.

Eodem tempore Guido Cremenfis, qui & Paschalis Antipapa dictus, cum apud B. Petri Ecclesiam incubaret, & in cœpta sui erroris pertinacia moraretur; ab eodem Apostolo immixtus cancri morbus in renibus ejus apparuit: cum pulmonis anhelitu tandem emisit saniem fetidam, donec infelicem spiritum impoenitens exhalavit, & pessima morte occubuit. Unde quidam metrographus metricè cecinit dicens:

LVI.
Obitus
Antipap.
Guidonis.

Ce.

venit Alexander Papa Verulas [1] (oppidum est Latii medium fere inter Anagniam & Soram) ordinavit ibi Archiepiscopos, Episcopos, Abbatas, & alios Ordines. Hoc autem anno misit Imperator Constantinopolitanus nepotem suum cum Episcopis Græcis & cum Comitibus, & cum multis militibus, & cum magna pecunia ad Alexandrum Papam, ut daret eam in conjugio Odoni Fraxapanis de Roma, qui apud Verulas eam conjugavit, & tunc ipse Odo cum ea reversus est Romam. Postea prædictus Papa Alexander fecit fabricare Ecclesiam apud Verulas ex sua pecunia pro elephantiosis, in qua obtulit multa dona. Quinto Idus Martii Papa Alexander venit ad Ecclesiam sancti Petri de Caneto, & profectus est ad Verulas. Septimo Idus Martii tam vehemens fuit terra motus, quod plerosque muros civitatis destruxit, quod per se etiam sonaverunt campana.

CHRISTI
1170.ALEXANDRI III. PAP.
II.FRIDERICI IMP. 16.
MANUELIS IMP. 28.

Corruit infans Guidonis & Octaviani Impia majestas, atque intoleranda potestas. Surgit Alexander, ratione prior, Petrus alter, Stat nunc in Petra, post hæc statuentus in ethra:

Tertius
Antipapa
Joan. Ab-
bas Strum.* gyro-
vagum.LVII.
Dolosa
Legatio
Frider.
Imp. ad
Alexand.
per Episc.
Baben-
bergen-
sem.

Sublatis igitur de medio desolationis suæ duobus capitibus, residua schismaticorum plebs in desperationis voragine constituta, cum nullus de Ecclesie suæ corpore superesset, quem sibi præscire possent, assumpserunt quemdam Joannem Abbatem Strumentum, virum apostatam, lubricum, voracem, atque geomagum, non sine risu & multorum ludibrio in cornutam tertiam bestiam erigentes in cathedra pestilentie, tamquam perfidi & pertinaces ipsam abominationem adorare & venerari spiritu diabolico præsumperunt. Hic apostaticus homo cum pro suis meritis sperneretur ab omnibus bonis, & odio haberetur; ad hæsit pravis & sceleratis, quorum præpositus & princeps baud diutius extitit. Hujus fautores & domestici familiares fuerunt apostata, lenones, scurræ, fugitivi ex monasteriis, & pro suis sceleribus damnati. Fures quoque & raptores ipsi egeni & pauperi viatorum & peregrinorum spolia conferebant.

Interea Imperator Fridericus videns duas quas exererat ex divino judicio bestias corruisse, atque tertiam non de corpore Romana Ecclesie, sed de complicitum suorum collegio fuisse assumptam pariter & electam, doluit usque ad præcordia, ex eo quod pars ejus ad nihilum devenisset, & quod Alexandri Papæ causa convalescens, in melius semper proficeret. Sed ne in malo superari videretur, & omnino confundi; simulavit, sicut homo callidus & valde astutus, præfatam bestiam venerari; & præcepit fautoribus suis, ut eam manutenerent & sustentarent. Post aliquantum vero temporis ad consueta & callida se argumenta convertens, ut omnium favorem posset acquirere, bonam voluntatem & pium desiderium de formanda Ecclesia atque Imperii pace habere fraudulenter ostendit. Quippe qui & in tantum se humiliavit, quod Episcopum Babenbergensem, qui Catholicus semper extiterat, usque Beneventum ad presentiam Papæ Alexandri transmitteret, cui dederat potestatem, ut cum eo juxta formam capitulorum quæ ipsi commiserat, concordiam & pacem firmaret. Injunctum etiam ipsi, ut hæc omnia eidem Pontifici tantummodo revelaret. Quod quidem, sicut postmodum claruit, hac astutia fecisse dignoscitur, ut inter Romanam Ecclesiam & Longobardos scandalum poneret, & eos ab invicem separaret.

Pontifex autem ubi adventum ipsius Episcopi pro certo cognovit, & quod de Longobardorum causa nihil ei fuisset commissum, nonnihil dubitare posset; presentiens versutias & artes mittentis, non sine suspitione erat. Ideoque cum Episcopis & Cardinalibus deliberato consilio, ad Lombardos litteras & nuntios festinanter direxit, & eorum dubia & nutantia corda firmavit; & ut ex singulis civitatibus unam discretam & idoneam personam, quæ vicem generalitatis haberet, ad ejus presentiam destinaret, eis suadendo mandavit, cum quibus verbum pacis & concordia, quod Episcopus deferebat, tractare volebat, & quod exinde agendum foret, cum eis disponderet & ordinaret. Unde factum est, quod fideles pariter & sapientes viri a Lombardorum communitate sunt directi ad presentiam summi Pontificis.

Accessit prædictus Episcopus ad partes Campaniæ, & eidem Pontifici adventum suum nuntiavit, obsecrans, ut quia terram Regis Siciliæ intrare prohibitum fuerat, ipse Pontifex ad Campaniam B. Petri patrimonium pro colloquio secum habendo dignaretur reverti. Placuit ergo summo Pontifici, ad preces illius cum fratribus suis, & Lombardorum Legatis de Benevento discedere in Campaniam, & in civitate Verulana prædictum Legatum expectare.

Alterâ autem die, cum Pontifex de more in pleno Consistorio resideret, idem Babenbergensis Episcopus advenit, & ante conspectum Papæ Alexandri reverenter accedens adoravit eum, & dixit: Dominus meus Imperator Fridericus misit me ad vos, & districtè iniunxit mihi, ut vobiscum seorsum loquar, & vobis solum ea revelem, quæ mihi dicenda commisit. Cui cum Pontifex sapius diceret; inutile penitus est, ut mihi soli ea exponas, super quibus absque notitia & consensu fratrum meorum, & eorumdem Legatorum Lombardorum nullum tibi dabo responsum: vix tandem ab eo potuit obtinere Legatus Episcopus, ut ipse solum eum audiret, & postea quibus vellet, audita communicaret. Audivit itaque diligenter illum seorsum, sicut petiit. Episcopus vero post multa & varia quæ Pontifici revelavit, firmiter asseruit, quod in personam illius nihil ulterius Imperator agere volebat, sed omnes ipsius ordinationes quas fecerat ratas haberet, & ab aliis teneri juberet. De Papatu vero & obedientia ipsi debenda ita implicite loquebatur & velate, quod ex verbis ejus catholicum sensum capere minime poterat. Cum autem importune sibi ac vehementer instaret Pontifex, ut super his non in parabolis, sed in veritate apertissime loqueretur: confessus est, quod distinctè per ipsa

LIX.
Verulis
auditus
Legatus
Imp.

NOTÆ [1] C Itius aliquanto Alexandrum Verulas pervenisse constat ex registro epistolarum ejus. Epist. 238. quæ data est Verulis XVII. Kal. aprilis. Veter. Monum. Tom. II. col. 322. MANŒ

ipsa exposita mutare non audebat.
His igitur auditis, cum nihil amplius ab eo Episcopo elicere posset: ad secretiorem cameram, ubi fratres cum Lombardis dimiserat, Pontifex remeavit, & audita ejus universaliter retulit, & habita deliberatione, Alexander Papa sic Episcopo respondit:

LX.
Quæ Alex. Papa ad Legatum.

Prudentiam tuam, dilecte in Christo frater, valde miramur, quod hujusmodi legationem, ad nos, qui calliditates & astutias mittentis non ignoramus, quasi nescius detulisti. Cum enim, sicut aseris, idem Imperator factas a nobis ordinationes jam (Deo gratias) velit respicere, atque ab aliis ratas haberi, & in persona nostra non consentiat; qui licet indigne, canonicè tamen B. Petro in Sede Apostolica successimus: quid aliud est agere, nisi Deum venerari & colere ex parte, & ex parte ipsum negare? Causam nostram tota Dei Ecclesia in aliis Regibus & Principibus Christianis jam judicavit canonicam, jam amplectitur, & nobis usquequaque obeditur. Si ergo inter oves, quas Deus B. Petro pascebas commisit, vult numerari: quid amplius differt eidem Principi Apostolorum cervicem suam flectere, & Catholicæ sese unitati aggregare? Nos vero, si per eum non steterit, parati sumus & prompti, præ cæteris mundi Principibus honorare ipsum, & suam ipsi justitiam integram conservare, dummodo matrem suam sacrosanctam Romanam Ecclesiam, quæ ipsum ad Imperii culmen provexit, filiali devotione diligat, & suam libertatem ei conservet. Post hæc autem ita increpatus, & fraternaliter commonitus idem Babenbergensis Episcopus, a Lombardis ductus, ad Fridericum reversus est. Hactenus de legatione Friderici Imperatoris. Pergunt Acta:

LXI.
Comitis Tusculani tractatio cum Alex. Pap.

Cum autem apud civitatem Verulanam moraretur Pontifex, & Romani Tusculanam civitatem acrius solito impugnant: Rayno ejus dominus, qui nimio terrore perterritus contra fidelitatem, quam eidem Pontifici fecerat, Joanni Maledicto, qui a Friderico Urbis Præfectus factus fuerat, Tusculanam civitatem sicuti stultus & insipiens dedit, & populum Tusculanum a fidelitate, quam sibi tenebatur

exhibere, absolvit: dataque civitate in manu ipsius Joannis, recepit Montem Flasconis, & Burgum sancti Flaviani cum suis pertinentiis, quæ ad dominium & jus beati Petri tantummodo spectare aseruntur. Super his ergo Alexander Papa, cum videret beati Petri patrimonium ita insolenter distrabi, & donari, adversus utrumque non indignari, & graviter commoveri non potuit. Quippe quod medietas Tusculani cum monte Flacone, & Burgo S. Flaviani jure proprietatis ad solam Romanam Ecclesiam spectant; & quod ex alia parte utrosque Romani haberent exosos: ut posset adipisci, Tusculanam civitatem fecit continuis assultibus vehementius infestari. Unde Joannes Maledictus non mediocriter territus, relicta eadem civitate aufugit. Nihilominus Rayno quoque se omnino deceptum fore persentiens, spretus & pulsus a militibus, & populo Montis Flasconis: terram ipsam, reliquit, & nimio rubore confusus, ad Tusculum quod dimiserat inconsulte, se voluit revocare; sed quia eos a dominio & fidelitate abolverat, & alieno dominio subjecerat, cives non solum eum recipere spreverunt, sed etiam de cunctis finibus suis propulsarunt. Cum igitur esset omnium consilio & auxilio destitutus, ad matrem suam S. R. E. quam tenere leserat, convolvit, & tanquam filius prodigus a domino Papa Alexandro ejusque inhaerentibus fratribus indulgentiam & misericordiam postulavit, ponens se ipsum, & quidquid juris videbatur habere in ipsa civitate, in beneplacito eorum & misericordia. Sed populus Tusculanus prævenerat ipsum Raynonem, & se & civitatem, & quantum in ea erat, sub dominio beati Petri, & potestate ipsius Pontificis sponte tradiderat. Unde factum est, quod ipse Rayno de ipsa civitate donationem per publicum instrumentum eidem Papæ, & successoribus ejus fecit. Pergunt Acta referre de nuntio Romam perlato de crudelissima nece S. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, & de aliis, quæ quod ad sequentem annum spectent, suo loco dicemus.

Hoc eodem anno, quo ex hac vita subducitur sanctus Thomas Dei magno beneficio ex materno utero in lucem editur

LXII.
Nascitur S. Dominicus.

PAGIUS V.
Armeni cum Ecclesia Constanti-nopolitana uniuersar.

Ad num. LXII. Florebat hoc tempore Theorianus sub Manuele Græcorum Imperatore, a quo in Armeniam missus est hoc anno, ut Armenos ad veram fidem & Græcæ Ecclesiæ ritum revocaret. Scripsit Dialogum Orthodoxi cum Catholico, id est cum Patriarcha Armenorum, & Gesta Legationis suæ, in quibus egregie differit adversus hæresim Eutychanam. Extat luculentum illud Opus Tom. I. Biblioth. Patrum Græco-Lat. Cum enim Armeniorum natio suis Ducibus & Episcopis destituta hæreses suas in adjacentes nationes disseminaret,

& periculum fidelibus immineret, Theorianus anno mundi 6678. qui Christi est MCLXXX. iussus est Legationem illam obire. Tunc Armenii assererent unam in Christo naturam, verba Cyrilli non bene intellecta ad sui dogmatis probationem adducentes, quæ ille ad Nestorium scripserat, Unam esse naturam Verbi incarnati. Verebantur enim, ne si dicerent duas in Christo naturas, in Nestorii hæresim incidere, per duas naturas duas personas introducentes, & Quaternionem pro Trinitate adorerent, propter naturæ alterius accessionem.

Con-

tur Calagoræ in Hispania Dominicus ex Gufmannorum familia, qui secundum præcedentem prophetiam matri per quietem ostensam fax lucis foret vitæ sanctitate illuminaturus Orbem, & canis latratu abacturus feros lupos, nempe voce prædicationis debellaturus hæreticos. Hæc de ortu tempore ex (a) S. Antonino collegimus: reliqua de ipso sequenti Tomo dicturi sumus.

(a) Ant. hist. par. 3. tit. 23. §. 4.

Quod spectat ad res Orientales, conigit hoc eodem anno legatio Theoriani ad Armeniæ Generalem, nempe Principem Armenorum; ita enim reperiuntur Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

Conficiebant Chrisma ex oleo sesamino, non olivarium; causam afferentes, quod in Armeniorum regione propter frigus non essent oliveta; ideoque ita cogente necessitate, oleum quod in ipsa regione reperiebatur, ad usum Chrismatum usurpabant. Tantummodo Missam intra templum celebrabant, ingrediente solo Pontifice; reliquo populo, etiam Sacerdotibus fors itantibus; cætera officia extra templum; neque enim fas erat coinquinatis in illud ingredi. His & similibus cum Armeni infecti essent, Theorianus variis disceptationibus cum eorum Catholicis & aliis id effecit, ut erroribus propulsatis veritatem amplecterentur, & unirentur cum Ecclesia Constantinopolitana, ut fufe prosequitur ipse Theorianus.

VI.
Alexandr. urbem suam Ecclesia Rom. tradunt.

Populus novæ Alexandriæ nuper a Longobardis adificatæ se se Alexandro III. & Ecclesiæ Romanæ tradidit, ut eruit Ughellus in Italia Sacra Tom. IV. ex Registro MS. Innocentii III. In Instrumento hoc Christi anno & XI. anno Pontificatus Domini Alexandri III. mense Januarii, tertia indictione scripto leguntur nomina sexdecim Cardinalium subscriptorum, eoque Consules & populus Alexandrinus offerunt Alexandro III. & successoribus ejus in perpetuum terram scilicet proprii juris nostri, inquit, quæ est infra prædicta civitate, quam populus ipsius civitatis ad construendam ibidem Ecclesiam emit, & per eandem investituram volumus terram ipsam omni tempore Romana Ecclesia jure precario pertinere, &c. Ego Falco Notarius & Scriba sacri Palatii Beneventani, quia tunc Curia Romana,

nominati his temporibus Principes eorum, Legatio donec Regis titulum sunt consecuti a Romano Theoriani. Hoc inquam anno viad Argesimooctavo Emmanuelis Imperatoris, non decimooctavo (ut mendosus codex habet, nam Indictio tertia ibidem notata legitur una cum anno a creatione mundi sex millesimo centesimo septuagesimo octavo) missus est ad corrigendos Armenorum errores idem Theorianus, qui naviter incubuit in opus, ut patet ex ejus relatione ab ipso scripta, quæ Latinitati donata, jam cusa extat tomo quarto Bibliothecæ sanctæ, quam consulas.

C c c Se-

ipseque Pontifex in ea urbe erant.

Puricellus in Monument. Basilic. Ambros. num. 510. hoc anno Chartam exhibet ex archivis Ecclesiæ Sancti Ambrosii eductam, scriptamque anno Dom. Incarnat. MCLXX. XI. die mensis Novembris indict. IV. qua Amizo Abbas Ecclesiæ & monasterii beati Ambrosii, ubi ejus sanctum requiescit corpus, constructi foris non multum longe a civitate Mediolani quendam massarium seu custodem constituit. Quæ ex Charta corpus sancti Ambrosii anno quo Mediolanensis civitas destructa, in aliam regionem translatum non fuisse apparet. Amizo enim jam ab anno MCLVI. ut demonstrat Puricellus num. 414. Abbas erat præfati monasterii, & præfens fuerat obsidioni & desolationi patriæ suæ, & tamen testatur hoc ipso tempore sancti Ambrosii corpus in præfato monasterio quiescere.

VII.
Corpus S. Ambrosii nunquam Mediolanensibus ereptum fuit.

In festivitate Apostolorum Petri & Pauli subito terra motus ingens & horridus in Oriente ultra mare Græcia urbes plurimas & Castellam cum suis habitatoribus subverfas obruit, Tripolim, Sibellum, Laodiciam, Antiochiam & tu concucastella quamplurima; sed & terra Gentilium eodem terra motu miserabiliter cum eorum innumeritate perit, inquit Annalista Mailrosensis ad hunc Christi annum, cui suffragantur Continuatores Chronici sancti Petri Vivi, Chronographus Vezeliacensis, Nangius in Chron. & Tyrius lib. XX. cap. XIX. qui licet annum non exprimat, fufius tamen aliis, de eo terræ motu agit.

VIII.
Oriens magno tu concucastella titur.

JESU CHRISTI ANNUS 1171.

ALEXANDRI PAP. III. ANNUS 12.

FRIDERICI IMP. 17. MANUELIS IMP. 29.

CHRISTI 1171.

ALEXANDRI III. PAP. 12.

FRIDERICI IMP. 17. MANUELIS IMP. 29.

I. Sequitur annus salutis millesimus centesimus septuagesimus primus, Indictione quarta, quo pervulgata dira nece sanctissimi martyris Thomae Archiepiscopi Cantuariensis, universus plane Occidentalis concussus est Orbis, piorumque omnium auditi sunt gemitus: litteraque in primis frequentes, eademque lugubres datae ad Alexandrum Pontificem a diversis, atque id generis, ut quot fuerint ipsae, tot dixeris esse gloriosa elogia, & praecleara epitaphia sepulturae Martyris praestantissimi. Ex quibus primo loco accipe, quae Rex (a) Francor. de his ad ipsum scripsit Alexandrum:

(a) Cod. Vat. l. 5. ep. 78.

Alexandro Dei gratia summo Pontifici Ludovicus eadem gratia Francorum Rex salutem & debitam reverentiam.

Regis Franc. ad Alexand. Pap. ep. de nece S. Thomae.

Ab humanae pietatis lege recedit filius qui matrem deturpat; neque Creatoris beneficii reminiscuntur, qui sanctae Ecclesiae illata turpitudine non tristantur. Unde specialius est condolendum, & novitatem doloris excitat inaudita novitas crudelitatis. Quoniam in Sanctum Dei insurgens malignitas, in pupillam Christi gladium infixit, & lucernam tantam Ecclesiae non tam crudeliter quam turpiter jugulavit. Excitetur ergo exquisitae genus justitiae, denudetur gladius Petri in ultionem Cantuariensis martyris, quia sanguis ejus pro universali clamat Ecclesia, non tam sibi quam universae Ecclesiae conquerens de vindicta. Et ecce ad tumulum Agonistae (ut revelatum est nobis) divina miracula revelatur gratia, & divinitus demonstratur, ubi humatus requiescit, pro cuius nomine decertavit. Latentes vero praesentium patre orbatu pietati vestrae seriem indicabunt, & testimonio veritatis aurem mississimam adhibete, & tam de isto negotio, quam de aliis tamquam nobis credite. Valete. Haec Rex. Sed & Blefensis (b) Comes eodem argumento

* gloria

(b) lb. ep. 18.

itidem ad Alexandrum Pontificem litteras dedit. Insuper & (c) Senonensis Antistes tunc Sedis Apostolicae Legatus binas ad eundem Papam de nece S. Thomae (d) litteras scripsit. Sed missis his eodem argumento conscriptis, jam reliqua de legatis Romam Nuntiis ab Anglorum Rege pro poenitentia suscipienda ob necem Martyris, & de frequentia & excellentia miraculorum exhiberi coeptorum ad sepulcrum ejusdem Martyris, & aliis ad haec spectantibus videamus.

(c) lb. ep. 80.

(d) lb. ep. 82. & 83.

Necato Martyre in fine anni superioris, fit Romam concursus ad Alexandrum Pontificem, aliorum (ut vidisti) execrandum sacrilegium detestantium & accusantium; aliorum vero Regem ipsum Anglorum excusantium. Fuerunt (ut audisti) accusatores Principes pii, ut Rex Francorum, Comes Blefensis & Episcopi Legati, in primis vero Senonensis. Excusator autem affuit Episcoporum conventus, quorum omnium nomine Lexoviensis Episcopus ad Alexandrum Papam hanc dedit epistolam: (e)

(e) lb. ep. 79.

Cum apud Regem nostrum pariter congregati, de magnis Ecclesiae regniue negotiis tractaturi crederemur: subitus nos de domino Cantuariensi rumor lamentabili moerore perfudit; adeo ut in momento serenitas in stuporem, & consultationes in suspiria verterentur. Per aliquos enim ab Anglis revertentes certa relatione didicimus, quod quidam inimici ejus, crebris (ut aiebant) exacerbationibus ad iracundiam & amentiam provocati, temere in eum irruptione facta (quod sine dolore dicere non possumus, nec debemus) personam ejus aggredi, & trucidare crudeliter perstiterunt. Ad Regis denique notitiam rumor infaustus, quibusdam perferentibus pervenit, quoniam ei non licuit ignorare, quod ad ejus vindictam jure potestatis & gladii videbatur spectare.

II. Synodalis epistolae in excusationem Regis.

a dextris altaris sancti Benedicti decubuerat in pavimento, ante majus altare sub ipso diei crepusculo deportatum est. Ubi quod ad notitiam Cubicularii solius devenerat, astantibus venit in lucem. Licet enim Archiepiscopus habitum Monachalem, quem a tempore multo satis occulte susceperat, Canonicali habitu suppressisset, carnem attritam cilicio femoralibus cilicinis edomare curabat. Post aliqua interposita subdit: Circa Pascha dominus Jesus Christus, qui in Sanctis suis semper est, & ubique mirabilis, Gloriosissimi Martyris sui Thomae Cantuariensis Archiepiscopi vitam laudabilem, & insuperabilem in morte constantiam crebris cepit irradiare miraculis, ut qui pro tuenda libertate periclitantis Ecclesiae suam, & suorum proscriptioem tot annis sustinuit (nempe utrimque incompletis) dignum cognoscatur ab omnibus reportasse triumphum.

S. Thom. post mortem miraculis co-ruscant.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6664. SÆC. XII. An. Erz Hisp. M. CCIX. An. Hegiræ D. LXVII. inchoato die 3. Septemb. fer. 3. An. C. 1171. I.

Num. I. ad XII. Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 555. postquam mortem sancti Thomae Archiep. Cantuariæ narravit, ad annum MCLXXI. quem a die Natalis domini exorditur, ait: Corpus Archiepiscopi, quod

cialius pertinere. Qui statim, in primis nefandi sermonis initiis, ad omnia lamentationum & miserationum genera conversus, regiam prorsus majestatem quasi cilicio immutans & in cinere, in isto fortius amicum exhibuit quam Principem, stupens interdum, & post stuporem ad gemitus acriores, & acerbiores amaritudines revolutus, tribus fere diebus reclusus in cubiculo, nec cibum capere, nec consolatores admittere sustinuit, sed mœstissima perniciosiore voluntariam sibi perniciem indicere pertinaciter videbatur. Misericors erat malorum facies, & anxiosa necessitudo dolorum, quoniam qui sacerdotem lamentabamur primitus, de Regis salute consequenter coepimus desperare, & in alterius nece miserabiliter utrumque credebamus interiisse. Porro querentibus amicis, & Episcopis maxime, quod cum ad se redire non permitteret; respondit, se metuere, ne sceleris auctores & complices veteris rancoris confidentia impunitatem sibi criminis promississent, licet ipse novas inimicitias recentibus injuriis & frequentibus maleficiis compararet: arbitrari se, nominis sui famam & gloriam maledictis amulorum respergi posse, & confingi, id ex ejus conscientia processisse. Sed omnipotentem Deum se testem invocare in animam suam, quod opus nefandum nec sua voluntate, nec conscientia commissum est, nec artificio perquisitum. Nisi forte in hoc delictum sit, quod adhuc minus diligere credebatur. Super hoc quoque se iudicio Ecclesiae prorsus exponere, & humiliter suscipiturum quidquid in eo fuerit salubriter statuendum.

III.

Communicato igitur consilio, in hoc consultatio omnium conquevit, ut Sedis Apostolicae sapientiam & auctoritatem consuleret, quam spiritu sapientiae & potestatis plenitudine Christiana Fides praedicat abundantius redundare; & apud eam suam studeat innocentiam modis legitimis & canonicis approbare. Supplicamus ergo, quatenus secundum datum a Deo vobis spiritum consilii & fortitudinis, tanti sceleris auctoribus secundum facti immanitatem severitas vestra retribuatur, & suam innocentiam Regi pietas Apostolica in statu suo velit affectuosius conservare. Omnipotens Deus personam vestram Eccl. suae per multa tempora conservet incolumem. Haecenus Lexoviensis Episcopus nomine omnium qui conveniunt Episcoporum. Cum his autem litteris missi sunt Nuntii ab Episcopis ad Alexandrum Papam, alii vero a Rege ipso, sed ante hos alii ab Eboracensi pro absolute ab excommunicatione petenda. De quibus omnibus extat (a) relatio Nuntii Regis ad Archidiaconum Pictaviensem his verbis:

(a) Cod. Vat. l. 5. ep. 84. IV.

Qui fuerint primi Nuntii Regis, & Ann. Eccl. Tom. XIX.

qui secundi, & quid tam hi, quam illi postulaverint, & quomodo a Curia recesserint; sub ea qua potero brevitate perstringam. Primo missi sunt Joannes Cumin, & magister N. ad petendam absolute Episcoporum: sed Joannes Cumin prius venit ad Curiam quindecim diebus antequam N. veniret, & post multam instantiam suam, prius facta promissione quingentarum marcharum, auditus est, astantibus cum eo, & plurimum allegantibus ad excusationem Episcoporum, clericis Eboracensis Archiepiscopi, & Nuntio Dunelmensis. Et credo quod reportassent absolute, nisi supervenisset rumor de morte Archiepiscopi, qui omnia denigravit. Ita enim perturbatus est dominus Papa, quod nec etiam sui ferre per octo dies cum eo potuere habere colloquium. Et generaliter interdictum est, ne Anglici ad eum haberent accessum, & suspensa sunt omnia eorum negotia.

Nuntii ab Episc. & a Rege ad Alex. Pap. missi.

Secundi Nuntii fuerunt Episcopi VVigorniensis, & Eboracensis, & Abbas de Valace, & Archidiaconus Saresberienfis, & Lexoviensis, & dominus Robertus de novo Burgo, & Richardus Barre, & magister Henricus Pichim, & quidam Templarius, missi ad excusandum Regem, quod nec ejus mandato, nec voluntate interfertus esset Cantuariensis. Hoc autem non est negatum, quin ipse Rex dedisset causam mortis suae, & quin aliquid dixisset, unde interfectores illi occasionem interficiendi sumpserunt. Sed nec isti Nuntii simul ad Curiam venerunt, & a domino Papa non sunt admissi, nec in conspectu ejus apparere potuerunt. Deinde ad preces quorundam Cardinalium recepti sunt Abbas & Lexoviensis Archidiaconus.

V.

Appropinquante die Jovis ante Pascha, generaliter dicebatur in Curia, quod dominus Papa illa die daturus erat sententiam excommunicationis in Regem & regnum. Unde Nuntii timore perterriti, quibusdam Cardinalibus intercedentibus, significaverunt domino Papae, se accepisse in mandatis a domino Rege, quod juraret in praesentia ejus, quod Rex stabit mandato suo, & hoc jurabit in propria persona. Eadem die Jovis, fere circa horam nonam, vocati sunt tam Nuntii Regis, quam Nuntii Episcoporum in generali Consistorio. Juraverunt Nuntii Regis, scilicet Abbas de Valace, & duo Archidiaconi praedicti, & Henricus, & Richardus Barre, quod Rex stabit iudicio domini Papae, & quod ad praecipuum ejus hoc jurabit. Eadem tamen die excommunicavit generaliter interfectores Cantuariensis, & omnes qui consilium & auxilium vel assensum praebuerunt, & omnes qui eos in terram suam receperint, aut foverint.

Post Pascha venerunt VVigorniensis & Ebro-

VI.

Relatio
de rebus
gestis
Nuntior.
cum Pap.

Ebroicensis Episcopi, & Robertus de novo Burgo, & utrum illud juramentum ab eis exactum sit, nescio, sed scio, quod non juraverunt: & cum stetit in Curia per dies quindecim & eo amplius, vocati sunt ad audiendum responsum suum. Nam illi cum aliis concordabant tam in excusatione Regis, quam in accusatione, secundum quod dictum est: & cum crederetur, eos dextrum calculum reporturos, confirmavit dominus Papa sententiam interdicti, quam dominus Senonensis dederat in terram cismarinam, & sententiam suspensionis & excommunicationis, quae data erat in Episcopus Angliæ; & subjunxit, quod ipse mitteret Legatos suos ad Regem, ut videant & cognoscant ejus humilitatem. Deinde post multam Nuntiorum instantiam, & interventu quorundam Cardinalium, & magna pecuniâ etiam (sicut dicitur) hoc impetratum est, quod dominus Papa scriberet Bituricensi Archiepiscopo, quod si infra mensem post adventum Nuntiorum in Northmanniam non audierit Legatos transalpina, quod tunc absolvat Londoniensem, & Saresberiensem ab excommunicatione, præstito prius juramento, quod stabunt mandato domini Papæ, tam illis quam aliis in suspensione manentibus. Sic recesserunt Nuntii domini Regis a Curia, nec aliud reportarunt. Quando vero venturi sint, vel qui, nondum credimus Cardinalibus innotuisse. Sed nunc non oportet vos timere interdictum in Angliâ, sicut credo, si Rex Legatis parere voluerit; & dominus Papa scribit ei, & invitat ad humilitatem, sed vix fuit impetratum, ut ei scriberet. Hactenus relatio unius Nuntii Regis. Desiderantur hujusmodi litteræ Alexandri Papæ ad Anglorum Regem.

Sed præstat audire reliquorum Nuntiorum Regis ad ipsum Reg. fidelio rem atque exactiorem relationem, qua nulla profus pecuniarum oblationis vel acceptionis (ut ille prior falsa conjectura sua se ripserat) mentio habetur, licet omnium plane singularumque rerum & verborum etiam exactissimam mentionem contineat. Sic enim se habet: (a)

Cbarissimo domino suo Henrico illustri Anglorum Regi, Duci Northmanniæ & Aquitaniæ, & Comiti Andegavensi, R. Abbas Voallaciæ, R. Saresberienfis Archidiaconus, R. Lexoviensis Archidiaconus, Richardus Barre, & magister Henricus salutem & fidele in omnibus & ubique obsequium.

Noverit vestra majestas, quod cum Richardus Barre nos præcessisset, & cum multo periculo & gravamine nos ad Curiam domini Papæ prævenisset: nos quatuor cum duobus Episcopis, & Decano Ebroicensi, & magistro Henrico cum multa difficultate venimus usque Senas; i-

bique diebus aliquot detenti fuimus. Comes enim Macarius sic ex omni parte vias obsidebat, quod nulli patebat egressus. Cum vero nos quatuor cum Episcopis, qui plurimum exire desiderabant non potuissimus: in maxima angustia positi ex communi consilio, media nocte, & latenter exivimus, & sic per abrupta montium, per loca fere invia sub magno timore & periculo tandem venimus in Tusculanum. Ibi Richardum Barre de vestro honore, sicut decebat, sollicitum, & ad vestram utilitatem prudenter & instanter laborantem invenimus, multum tamen conturbatum & confusum; quia nec dominus Papa eum receperat, nec alii benignos & humanos se illi exhibuerant. Nos autem venientes dominus Papa nec videre, nec ad osculum, nec ad pedes voluit recipere. Vix enim plerique Cardinalium dignati sunt nos recipere vel in verbo. Diu ergo in amaritudine spirituum nostrorum, anxie conturbati, ut qui vos fidelius diligebant, omnimode supplicavimus, ut eorum interventu dominus Papa nobis quocumque modo audientiam indulgeret.

Ad audientiam recepti sunt dominus Abbas de Vallacia, & R. Archidiaconus Lexoviensis, qui minus habebantur suspecti. Ipsi autem cum nomen vestrum tamquam devotissimi filii Romanæ Ecclesiæ in salutatione ex vestra parte proponerent, acclamavit tota Curia: Sustinete, Sustinete, tamquam domino Papæ abominabile esset audire nomen vestrum. Sic a Curia venientes, sero redierunt ad dominum Papam, et de nostro communi consilio exponentes, quod nobis fuerat a vestra majestate injunctum: referentes etiam seriatim singula beneficia, quæ conruleratis Cantuariensis, & singulos excessus & importunitates, quas contra vestram commiserat dignitatem, totumque hoc primo secreto, postea coram domino Papa & omnibus Cardinalibus, contententibus etiam contra vos Alexandro Valensi, Gunterio Flandrensi clericis Cantuariensis Ecclesiæ.

Instante vero quinta feria ante Pascha, in qua de consuetudine Romanæ Ecclesiæ solet dominus Papa publice absolvere, vel publice excommunicare: cum certi essemus, quod de vestro & regni vestri gravamine tamquam ad hoc prout, diutissime tractassent, consulimus eos quos vestra majestati fideles cognovimus, scilicet dominum Portuensem, dominum Hyacinthum, dominum Papiensem, dominum Tusculanum, dominum Petrum de Mirlo (dominus Joannes Neapolitanus aberat) cum omni studio & instantia exorantes, ut nobis animum domini Papæ, & quid circa vos statuere proponeret, aperirent. Ipsi vero nihil nisi sinistrum, & vestra celsitudini ignominiosum reportantibus: ex-

VIII.
Execrabile habitum nomen Reg. Angl.

IX.

Cardin. studiofi Regis Angl.

singultuosa eorum & fratris Franci fidelis vestri relatione præsentimus, quod ea die immutabiliter disposuerat dominus Papa in vos nominari, & in totam terram vestram cismarinam, & transmarinam de communi fratrum consilio interdicti ferre sententiam, & eam quæ in Episcopos lata fuerat, confirmare. Positi ergo in arctissimo, omni studio attentavimus per Cardinales, & per illos de sociis nostris, qui ad illum habebant accessum, & per familiares suos, ut cessaret ab hoc proposito, vel saltem differret usque ad adventum Episcoporum vestrorum. Quod cum nullo modo fieri posset; nos, sicut decet, & sicut debitores vobis sumus, persone vestræ dedecus, & totius terræ vestræ gravamen sustinere non valentes, nec debentes, tandem convocatis sociis nostris coram quibusdam Cardinalibus, viam invenimus salutis vestræ, & honori bonam & securam, & universæ terræ vestræ utilem, & Episcopis quoque necessariam, per quam a vobis & a terra vestra, & ab Episcopis vestris dedecus & periculum, quod immincebat, avertimus, & nos ipsos pro hac liberatione totos periculo exposuimus, credentes, & certam spem habentes, quod totum negotium procederet, secundum quod credimus, vos velle debere. Timore namque perterriti, iisdem Cardinalibus intercedentibus, significavimus domino Papæ, nos accepisse in mandatis a vobis, quod juraremus in præsentia ejus, quod vos stabitis mandato suo, & hoc jurabitis in propria persona.

X.
Nuntiorum juramentum nomine Regis.

Eadem vero die Jovis circa horam nonam vocati sunt Nuntii tam vestri quam Episcoporum, & in generali Consistorio juravimus, Abbas scilicet de Vallacia, & Saresberienfis, & Lexoviensis Archidiaconi, & magister Henricus, & Richardus Barre, quod vos stabitis mandato Papæ, & ad præceptum ejus hoc jurabitis. Nuntii vero Archiepiscopi Eboracensis, & Londonienses, & Saresberienfis Episcoporum juraverunt similiter, quod domini sui stabunt præcepto ejus, & hoc jurabunt. Ipsa die tamen generaliter excommunicavit interfectores Cantuariensis, & omnes qui consilium, vel auxilium, vel assensum præbuerunt, & omnes qui in terram suam eos scienter receperint, aut foverint. Dominus Vigorniensis, & dominus Eboracensis Episcopi, & Robertus de novo Burgo Ebroicensis, & magister Henricus in proximo venturi erant; & eos quidem dimissimus ultra modum anxios & turbatos, quia pro explendo negotio vestro, pro velle suo venire non poterant. Fuitque de consilio eorum, quod nos quocumque modo præcederemus eos, ut dedecus & ma-

lum quod parabant vobis adversarii vestri, impedire possimus; certi enim eramus, quod vestram gravamen in Curia præparabatur, & timuimus illius diei consuetudinem. Valeat & diu vigeat sublimitas vestra. Confortamini in Domino, & exultet cor vestrum, quoniam præsentis nubilum ad gloriam vestram sequetur serenum. Die Sabbati ante ramos Palmarum ad Curiam venimus, & lator præsentium die Paschæ recessit a nobis.

XI.

Post hæc autem celebrato Paschali festo decernitur legatio ab Alexandro ad examinandum Regem Anglorum. De hac Pape legatione agit Herebertus in Quadripartita, hæcque ait: Verum quia confessio sicut nec præscripta, nec per personas interpositas fieri solet, aut debet, & viva vox confitentis, quo plus auget devotionem, eo plus habet virtutis: vir Apostolicus Alexander a latere suo duo Cardinales misit, piæ memoriæ magistrum Theodinum presbyterum tituli sancti Vitalis, vel Vestinæ (utroque enim nomine dicitur) & Albertum sancti Laurentii in Lucina presbyterum Cardinalem Ecclesiæ Cancellarium, viros certe omni religionis sanctitate & scientia præditos. Quid autem per eos gestum sit, suo loco dicitur inferius.

Legatio antea missa pervenit ad Reg. Angl.

Inter hæc autem eodem anno alia legatio præmissa ab Alexandro Papa ad Angliæ Regem, antequam quidquam innotuisset de nece S. Thomæ, pervenit ad Regem, ut quem audisset litteris ipsius Thomæ resillire a promissis, censuris percelleret Ecclesiasticis. Quinam fuerint Legati isti, & quid actum per Regem, ut eorum eluderet auctoritatem, Rogerius ita describit hoc anno: Interim venerunt in Northman. duo Legati Cardinales, a latere Alexandri summi Pontificis missi, qui alias, ut dictum est, eodem sunt functi munere legationis, Gratianus scilicet, & Vivianus, qui magnis & diversis vexationibus Regem Angliæ angariaverunt, volentes eum & terram suam sub interdicto ponere. Sed Rex Angliæ inde præmunitus, ante illorum ingressum ad præsentiam summi Pontificis appellavit; & sic se & terram a gravamine illorum custodivit illæso. At tum Apostolicam timens severitatem, ad mare properavit, & de Northmannia in Angliam transfretavit, præcipiens, quod Brevis lator cujuscumque fuerit conditionis vel ordinis, permitteret transfretare neque de Northmannia in Angliam, neque de Angliâ in Northmanniam nisi prius data securitate, quod nullum malum vel gravamen quereret Regi nec regno suo. Hæc de his, quæ ad legationem antea missam spectant.

Pet.

(a) Cod. Vat. 1. 5. ep. 83. VII. Relatio reliquorum Reg. Angl. Nuntiorum.

CHRISTI
1171.ALEXANDRI III. PAP.
12.FRIDERICI IMP. 17.
MANUELIS IMP. 29.XII.
Hibernia
dedita
Reg. Angl.

Pergit idem auctor narrare expeditionem hoc eodem anno ab eodem Rege paratam ad subiiciendam Hiberniam, quam sponte deditam sibi consensu omnium vendicavit. Cum & ab Archiepiscopis, & Episcopis ejus regni celebratum fuisset Concilium idem auctor enarrat, numerans Archiepiscopos, qui erant quatuor in Hibernia, & Episcopos vigintiocto, quorum & nomina exprimit singulorum: & hi omnes (inquit Rogerius) tam Archiepiscopi quam Episcopi receperunt sibi Henricum Regem Angliæ, & heredes suos in Reges & dominos in perpetuum. Quod & chartis suis confirmaverunt.

Concil.
Hibern.

Quo facto Rex Angliæ misit Nicolaum Capellanum, & Radulphum Archidiaconum

PAGIUS

Ad num. XII. Baronius anno MCLIX. num. XXI. & seq. refert Diploma Hadriani Papæ datum ad Henricum II. Angliæ Regem, quo testatur se pium ejus desiderium, Hiberniam ingrediendi, & dilatandi Ecclesiæ terminos, plurimum laudare, sed quia ante præsentem annum Henricus II. expeditionem illam non suscepit, Alfordus hoc anno num. XXXVI. & seq. de sinceritate illius Diplomatis dubitat, quod, inquit, Matthæus Parisiensis & alii antiqui rerum Anglicarum Historici illius non meminerint. Verum jam an. MCLIX. Matthæum Parisiensem & Radulphum de Diceto, qui hoc sæculo vixit, citavi, & utriusque nunc addo Giraldum Cambrensem, qui hoc etiam tempore vivebat. Is lib. 2. de rebus a se gestis cap. 10. loquens de Joanne ab Henrico II. patre cum magno apparatu in Hiberniam misso ait, nihil profecisse, quod Deo & Ecclesiæ nullum in partibus honorem facere disponebat. Quamquam propter hoc præcipue ut Ecclesiæ Hibernicæ extolleret, & exaltaret, & denarium sancti Petri sicut in Angliæ, sic in Hibernia dari faceret, pater ipsius intrandi in Angliam, sibi subjugandi ab Ecclesiæ Romana licentiam impetravit; quem admodum ex Privilegio Hadriani Papa super hoc obtento aperte declaratur. Tum cap. sequenti integram illud Diploma recitat, quod & jam in libro Expugnationis Hibernicæ etiam retulerat. Quare Diploma illud omni ex parte sincerum & genuinum.

III.
Eam hoc
anno sub-
jugavit.

Expeditionem Hibernicam, quam hoc anno Henricus II. suscepit, plures describere, inter quos Gervasius in Chron. qui ad hunc Christi annum ait, Henricum Regem III. Nonas Augusti exercitu non modico congregato in Hiberniam navigasse, subditque: Tribus autem, ut fertur, de causis Hiberniam adiit. Nam Comes Ricardus nepos Hervæi de Monte Mauricii iram Regis ante annos tres incurrerat, adeo ut neque per se, neque per suffectas personas Regem placare valeret, nec ea qua sui juris fuerant, in pace possidere valeret. Unde prædictus Comes tristis effectus licentiam abunde petiit & obtinuit. Assumptis itaque secum paucis commilitonibus & armigeris, avunculum suum Hervæum, qui terram prius exploraverat, in Hiberniam navigavit (deest aliquod verbum). Consilio itaque dato & accepto considerantes terram spatiosam simul & speciosam, sed cultore vacuam, ceperunt prædari, & homines simplices & seminudos depopulari. Sic-

num de Landaff, clericos suos, una cum Archiep. & Episc. Hibernia usque ad Casselensem Civitatem ad celebrandum Concilium de statutis Ecclesiæ. In Concilio autem illo statutum est, ut pueri deferrentur ad Ecclesiæ, & ibi baptizarentur in aqua munda sub trina mersione, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; & hoc a sacerdotibus fiat, nisi metu mortis impediente, ab alio, & alias oportuerit fieri, & tunc a quolibet fiat sine exceptione sexus & ordinis. Et ut decimæ dentur Ecclesiis de omnibus quæ possidentur. Et ut omnes laici, qui uxores habere velint, eas secundum jus Ecclesiasticum habeant.

Rex vero Angliæ misit transcriptum chartarum universorum Archiepiscoporum & Epi-

que paulatim in dies crescens terram non modicam, sed incultam, circa littus maris obtinuit. Tandem Dubliniam civitatem egregiam adeptus, Hibernienses cepit acrius infestare. Unde Reges & incola terra irritati, crebris insultibus pro modulo suo eos propellere gestierunt. Sed cum eis paucioribus quidem numero, sed prudentioribus consilio, seque fortioribus prevalere non possent, Legatos miserunt ad Regem Angliæ, ut in Hiberniam veniret, eisque contra importunitatem Ricardi Comitis succurreret, sibi Dominium Hibernia assumeret. Comes autem Ricardus metuens, ne sibi Rex quod acquiserat, subtraheret, missi nunciis quod acquiserat Regi obtulit, sic tamen ut illud de Rege teneret.

Ha sunt duo causa quare Rex Hiberniam petiit, vocatio scilicet Hiberniensium, ut contra Ricardum defenderentur, & vocatio Ricardi ne contra eum protegerentur. Tertia vero summa, ut existimo, erat & præcipua, videlicet ut sententiam interdicti, si forte daretur, facilius declinaret, vel occultius observaret. Quacunquæ autem sui adventus occasio fuerit, ipse cum CCCC. ut fertur, navibus in Hibernia circa festum Callisti Papa applicuit. Summo igitur cum honore, subdit Gervasius, ab incolis terræ Angliæ, & aliis receptus ei fidelitatem sicut domino juraverunt Reges Corcensis, Limericensis, & Reges de Oseria & de Mida. Rex Cognagtenensis Regi Angliæ nec occurrere, nec fidelitatem præstare dignatus est. Dicebat enim totam Hiberniam de jure suam esse, ceterosque Reges terra illius sua ditioni subjugari debere. Quo in suo jure iuste vel iniuste pertinaciter persistente, cum Regibus ceteris juraverunt Archiepiscopus Armachanus & Hiberniæ Primas, Archiepiscopus Casselensis, Archiepiscopus Dubelinensis, & Archiepiscopus Guaimensis, & omnes horum suffraganei, a Gervasio ibidem nominati, & Angliæ Rex eodem anno cum gaudio in Angliam remavit. Neubrigensis lib. 2. cap. 26. in aliqua circumstantia a Gervasio discrepat, observatque quod licet Britannia toties externam dominationem incurrerit, Hibernia tamen Romanis etiam Orchadum insularum dominium tenentibus, inaccessa, nunquam externæ subjacuerit ditioni usque ad annum MCLXXI.

Quare Neubrigensis, sicuti Gervasius, Henrici II. Angliæ Regis expeditionem in annum currentem confert; neque id in dubium revocari potest; cum Hovedenus in part. II. pag.

527. non potest.

CHRISTI
1171.ALEXANDRI III. PAP.
12.FRIDERICI IMP. 17.
MANUELIS IMP. 29.Alexand.
Pap. con-
firmat re-
gnum Hi-
bern. Re-
gi Angl.

& Episcoporum Hibernia ad Alexandrum Papam. Et ipse auctoritate Apostolica confirmavit illi, & heredibus suis regnum Hiberniæ secundum formam chartarum Archiepiscoporum & Episcoporum Hiberniæ. Hæc de his Rogerius, qui &

PAGIUS

527. referat Regem cum exercitu suo naves ascendisse in portu de Milford sabbato XVII Kal. Novemb. & in crastino applicuisse in Hibernia. Paulo post: In crastino adventus Regis Angliæ in Hiberniam, scilicet XV. Kal. Novemb. feria II. festo sancti Luca Evangelista, ipse & omnes exercitus ejus profecti sunt usque Witerford civitatem Episcopalem, & ibi moram fecit per XV. dies, ubi ab omnibus Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus totius Hiberniæ receptus est in Regem & Dominum Hiberniæ, ideoque hoc anno, ut illæ temporariæ notæ certo demonstrant. Addit Hovedenus Angliæ Regem misisse Nicolaum Capellanum & Radulphum Archidiaconum una cum Archiepiscopis & Episcopis Hibernia usque ad Casselensem civitatem ad celebrandum Concilium, cujus aliqua decreta summarie refert. His ita apud Witerford factis, Rex Angliæ perrexit inde usque Diveline (idest, Dublinum, ut alibi demonstravimus) & ibi moram fecit a festo sancti Martini, usque ad caput Jejunii. Paulo post: Cum Regibus & Principibus Hibernia festum solemne tenuit die Natalis Domini, præsentis sc. anni, cum exiit, quæ Baronius anno sequenti num. VI. refert, constat, eo anno, exeunte Septembri, Angliæ Regem versatum esse in Normannia.

VI.
Sicut nec
Concil.
Cassiliense.

Concilium itaque Cassiliense, de quo Hovedenus citatus, & Giraldus Cambrensis in Hibernia Expugnata lib. 1. cap. 33. quod integrum refert Labbeus Tom. X. Concil. præsentis anno congregatum, non vero in sequenti, ut perperam ab eo collocatur in eodem Tom. Concil. quasi id tam Hovedenus, quam Giraldus Cambrensis assererent. Hovedenus enim potius contrarium insinuat, & Giraldus Cambrensis tam in anno Concilii quam in anno expeditionis Hibernicæ Henrici Regis, quem sequentem fuisse tradit, hallucinatus est. Audiendus Bromtonus in Chron. ad annum MCLXXI. Rex circa festum Sancti Leonardi (quod die sexta mensis Novemb. celebratur, ut videre est in Martyrologio Rom.) misit Nicolaum Capellanum suum & Radulphum Archidiaconum de Landaff Clericum suum, qui cum Archiepiscopis & Episcopis Hibernia apud Casselensem civitatem volente Papa magnum Concilium celebrarunt. Du-

certo tempore consignans hæc omnia, addit, Regem iptum moram fecisse in Hibernia a festo S. Martini anni præsentis usque ad principium Quadragesimæ anni sequentis.

Se-

rante Concilio Rex circa festum sancti Martini usque Dublenniam interea venit, &c. & in Natali Domini Regale tenuit festum, quibus verbis Bromtonus claudit narrationem suam de gestis hoc anno in Hibernia. Quare hujus Concilii epocha certa.

Obiit hoc anno Henricus Vintoniensis Episcopus Henrici Angliæ Regis hujus nominis primi ex Adela sorore nepos, & Stephani Angliæ Regis frater, qui non minor animo & virtutibus, quam natalibus fuit. Ordinem Cluniacensem ingressus monasterii Glastoniensis Abbas creatus est, & evolutis tribus annis in Episc. Vintoniensem promotus an. MCXXXIX. Sanctum Guillelmum hujus nominis I. nepotem suum, & sanctum Thomam Archiepiscopos consecravit, illum Eboracensem, hunc Cantuariensem, ac utrumque in adversis, in quantum potuit, sublevavit & adjuvit. Utinam, inquit Giraldus Cambrensis lib. de Jure Menevensis Ecclesiæ part. II. distinct. VII. cuiusdam Episcopo nostri temporis Vintoniensis, scilicet Henrico, tam animi quam nobilitate conspicuo, similes essent Episcopi nostri; qui in senectute bona & sancta constitutus, biennio ante obitum suum integro, nihil omnino proprium penes se retinens, cunctas propemodum possessiones suas in charitatis opera largiendo disperferat; quotidianam tantum refectorem suam tenuerit, admodum & exilem vix sibi cum paucis subsecularibus Monachis ac Clericis suis sive Ministris suscipiendo; terras tamen Ecclesiæ suæ atque maneria cuncta, tanquam bonus & fidelis dispensator, posteris exemplum præbens, plena bonis & usque ad summum insinurata reliquit. Et sic in orationibus continuis, disciplinis quotidianis & crebris, ac confessionibus & penitentibus vitam hanc terminans, Cantuariensem (nempe sanctum Thomam), qui paulo ante præcesserat, rubris indutum, roseisque coronis, puniceis, coccineisque ducenter ornatibus purpuratum, nive nitidior, longæque lacte candidior, liliorum fertis undique septus, Vintoniensis feliciter est secutus, hoc nempe anno uti Radulphus de Diceto pag. 557. & Annales Ecclesiæ Vintoniensis Tom. I. Angl. Sacre fidem faciunt.

VII.
Mortur
Henricus
Episc.
Vintoniensis.

JESU CHRISTI ANNUS 1172.

ALEXANDRI PAP. III. ANNUS 13.

FRIDERICI IMP. 18. MANUELIS IMP. 30.

I. Legatio ab Alex. Pap. ad Reg. Angl.

Sequitur annus Redemptoris millesimus centesimus septuagesimus secundus, Indictione quinta, quo legatio ab Alexandro Romano Pontifice ad Henricum patrem anno superiori decreta in causa necis sanctissimi viri Thomae Archiepiscopi Cantuariensis pervenit in Northmanniam: quam ipse Rex, qui nuper ex Hibernia redierat in Angliam, inde navigans in Northman. convenit; praestititque quod Reg. vere poenitentis & Christiani esset maxime pii, parendo in omnibus mandatis universalis Ecclesiae Papae; qui per lectissimos ad hoc opus S. R. E. Cardinales praestantissimos viros Theodinum presbyterum Cardinalem tituli S. Vitalis, qui & tituli Vestinae diocesis, & Albertum itidem presbyterum Cardinalem tituli S. Laurentii in Lucina S. R. E. Cancellarium, quam felicissime rem absolvit. De his dicturi, quomodo scilicet ista tam ardua fuerint asitata summa facilitate, Deo cor Regis ad poenitentiam disponente, primum omnium illud quod ad tempus spectat, elucidandum: nimirum ista omnia hoc ipso anno fieri contigisse, prout accurate demonstrat Rogerius in iis, quos tunc scripsit Annalibus Anglicanis; nempe hoc anno millesimo centesimo septuagesimo secundo ista omnia fuisse transacta post reditum scilicet ejusdem Henrici Regis ex Hibernia, postquam eam in deditioem accepisset, ut anno superiori est ex eodem auctore narratum. De rebus autem tunc inter Legatos & Regem gestis, primo quidem difficultatibus praepeditis, inde caelitus aura perflante Spiritus sancti eorumdem Legatorum sententia absolutis extat tunc scripta relatio inter epistolas (a) S. Thomae, & Alexandri Pontificis, in codice Vaticano saepe citato descripta, his verbis:

Primo dominus Rex & Legati conveniunt apud Gornam, die Martis ante Rogationes, & ibi invicem recepti sunt

in osculo pacis. In crastina venerunt Saviniacum, ubi Archiepiscopus Rothomagensis & cuncti Episcopi & proceres conveniunt. Cumque de pace ibi diu tractatum esset, quoniam Rex mandatum eorum absolute jurare renuit: Rex ab eis cum indignatione discessit in haec verba: Redeo, inquit, in Hiberniam, ubi multa mihi incumbunt, facienda scilicet: vos autem in pace ite per terram meam, ubi vobis placuerit, & agite legationem, sicut vobis injunctum est. Sic ab eis discessum est. Tunc Cardinales habito archiepiscopi consilio, revocaverunt Episcopum Lexoviensem, Joannem Pictaviensem, & Episcopum Saresberiensem, & per eos elaboratum est, quod feria sexta sequente Rex & Cardinales apud Abrincas convenirent. Ibi omnino conventum est inter eos; ita quod Rex quidquid ex parte Cardinalium ei propositum est, benigne suscepit, & confecit. Sed quia Rex filium suum voluit adesse, ut quod pater promitteret, ille etiam asseveraret: terminus rei dilatus est ad sequentem Dominicam proximam, videlicet ante Ascensionem Domini. Tunc in publica audientia Rex manu sua tactis sacrosanctis Evangeliiis juravit, quod neque mandavit, neque voluit, quod Archiepiscopus Cantuariensis interficeretur; & audita morte ejus, plus inde doluit, quam latatus est. Adidit etiam ex propria voluntate, quod de morte patris vel matris suae numquam tantum doluit. Juravit etiam, quod quantumcumque poenitentiam ei Cardinales injungerent, vel satisfactionem plenarie exequeretur.

Dicebat enim coram omnibus, se intelligere, quod causa esset mortis Archiepiscopi; quod quidquid factum est, propter eum factum est, non quod ipse mandaverit, sed quod amici & familiares ejus videntes turbationem vultus ejus & oculorum, & cognoscentes etiam dolorem cordis, & saepe audientes querula verba de

Rex, dum fere omnes in eum beati viri necem re-funderent, & Francorum maxime Principes, qui felicitatis ejus amuli semper extiterant, adversus eum, tanquam in verum, certumque tanta enormitatis auctorem, Sedem Apostolicam instigarent, Responsales Romam direxit, ut precum reverentia ferventem invidiam temperaret. Qui cum Romam venissent (anno sc. superiori), cunctis Regem Anglorum execrantibus agre admissi sunt. Constanti vero allegantes, quod domini sui mandato, sive consensu tantum facinus non fuisset commissum; tandem impetraverunt, ut a latere domini Papae Legati in Gallias, cum plenitudine potestatis mitterentur: qui re diligenter inquisita & cognita, eundem Regem, vel ad purgationem fama sua admitterent, vel reum inventum censura Ecclesiastica coercerent. Quod & factum est

Relatio de rebus gestis cum Reg. Angl.

Res geste per Legatos Apostolicos cum Henrico Reg.

Anglia Rex a de S. Thoma absol. viitur.

CHRISTI 1172.

ALEXANDRI III. PAP. 13.

FRIDERICI IMP. 18. MANUELIS IMP. 30.

III. Quibus conventionibus Rex absolutus.

de Archiepiscopo: injuriam ejus absque conscientia ipsius ulcisci parabant. Et id eo cum omni humilitate & devotione ad omnia quae Legati juberent, se expositum asserebat.

Tunc nuntiatum est ei a Legatis quod alet ducentos milites per annum integrum sumptibus suis, videlicet unicuique militi dans trecentos aureos in terra Hierosolymitana contra Paganos, secundum dispositionem Templariorum.

Secundo, quod prava statuta de Clarendona, ubi vulgata sunt, & omnes malas consuetudines, quae in diebus suis in Ecclesias Dei inducta sunt, penitus dimitteret, si quae autem fuerint mala ante tempora sua, illas juxta mandatum domini Papae & consilio religiosorum virorum temperabit.

Tertio quod Ecclesiae Cantuariensi omnem integritatem suam in terris, & in aliis rebus restitueret, sicut fuit anno antequam Archiepiscopus iram Regis incurreret: & quod omnes, quibus offensus erat propter Archiepiscopum, pacem & amorem redderet, & possessionum suarum plenitudinem.

Quarto, quod si necesse fuerit, & dominus Papa ei mandaverit, ibi in Hispaniam ad liberandam terram illam a Paganis. Injunxerunt etiam secretis sejunia & eleemosynas, & alia quaedam, quae ad communem audientiam non pervenerunt.

Ad haec omnia Rex benignissime assensum praebuit, ita quod coram omnibus dixit: Ecce, inquit, domini Legati, corpus meum in manu vestra est; scitote pro certo, quod quidquid jusseritis, seu proficiscendi Hierosolymam, sive Romam sive ad S. Jacobum, vel quidquid id sit, paratus sum obtemperare. Ita quod fere cuncti qui aderant, videntes humilitatem & devotionem ejus non poterant lacrymas continere.

IV. His expletis, ne quid ad boni consumptionem ejus deceret, deduxerunt eum Legati ex propria Regis voluntate extra ostium Ecclesiae; ibique flexis genibus, non tamen exutis vestibus, neque verberibus appositis, absolutus est, & in Ecclesiam introductus. Et ut aliqui de regno Francorum haec ita processisse cognoscerent: statuerunt quod Archiepiscopus Turonensis & Suffraganei ejus coram Rege, & Legatis praesentiam suam exhiberent apud Cadomum, proxima die Martis post Ascensionem Domini. Quod Rex Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS est. Missi enim a sede Apostolica Cardinales duo venerabiles, sc. Albertus, qui postea eidem sedi praefuit (sub nomine Gregorii VIII.) & Theodinus, in Gallias venerunt, factoque in terra Regis Anglorum celebri Conventu Ecclesiasticorum virorum atque nobilium (apud Abrin-

juravit, filius suus Rex manu sua firmavit in manu domini Alberti Cardinalis se ex parte sua observaturum. Quod si Rex vel morte, vel alia causa praepeditus poenitentiam istam complere non poterit, quod ille perficiet. Haec tenet relatio. Cui consentientes sunt de his litteris Cardinalium, quarum est exordium: (a) Ne in dubium veniant, quae geruntur, &c. Ad ditum eis, quod sequenti Natali die Domini accepturus esset Crucem & per triennium militaret in Terra sancta, nisi aliter visum fuerit Alexandro Papae, vel ejus legitimo successori. Porro ipsum juramentum Regis, & filii ejus, in manibus Legatorum exhibitum, integrum affervatur in Actis ipsius Alexandri Papae ita descriptum:

Ego Henricus Rex juro super haec sancta Dei Evangelia, quod mortem Thomae Archiep. Cantuariensis neque cogitavi, neque feci, neque fieri praeci. Et quando cognovi factum ipsum fuisse perpetratum, tristis effectus sum magis, quam si meum proprium filium cognovissem interfecitum. Sed in hoc me non valeo excusare, quod occasione commotionis, & iracundiae meae, quam adversus sanctum virum conceperam, interfecit fuit. Porro pro hujusmodi reatu, quia causam mortis ejus dedisse videor, milites ducentos sub expensis meis ad defensionem Christianitatis absque dilatione Hierosolymam destinabo per annum ibidem permanuros, vel tantum eis persolvam, unde totidem milites ibi per annum valeant commorari. Signum quoque Dominicae Crucis usque ad triennium accipiam, & in propria persona illuc proficiscar, nisi de Romani Pontificis licentia remaneam. Illicitas consuetudines, quas temporibus meis in tota terra mea introduxi, penitus casto, & ex hoc minime observari decerno. Appellationes vero ad Apostolicam Sedem de caetero libere fieri permittam, & in hoc neminem prohibebo. Et alia, ut supra in praenotatis capitibus; atque demum: Praeterea ego & maior filius meus Rex juramus, quod a domino Alexandro Papa & ejus Catholicis successoribus recipiemus & tenebimus regnum Angliae; & nos & successores nostri in perpetuum non reputabimus nos Angliae Reges, donec ipsi nos Catholicos Reges tenuerint. Ita in Actis Alexandri Papae. At haec licet postrema in Legatorum Cardinalium schedula non continentur: sed haec tantum: Juraverunt ambo quod a vobis & successoribus vestris D d d non

cam civitatem currenti anno) ejusdem Principis humiliter ibidem apparentis, & constanter asserentis, quod sua neque voluntate, neque jussione illud, quo fama ejus gravabatur, contigerit, & quod de nulla re unquam magis doluerit, purgationem solemniter susceperunt. Quod fusius Baronius narrat.

(a) Cod. Vat. l. 5. ep. 89.

Juramentum Reg. Angl.

V.

(a) Inter ep. S. Thomae l. 5. ep. 88. II.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6665. SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CCX. An. Hegiræ D. LXVIII. inchoato die 23. Aug. fer. 4. An. C. 1172. I.

5. BA. D 14. P. 16. April. Indict. 5. JESU CHRISTI 1172. ALEXANDRI III. PAPÆ 14. FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 21. IMP. 18. MANUELIS COMNENI IMP. 30.

Num. I. ad XIII. Neubrigenfis lib. 2. cap. 25. narrata Sancti Thomae Cantuariensis morte de Henrico II. Rege Angliae ait: Tum

CHRISTI
1172.ALEXANDRI III. PAP.
13.FRIDERICI IMP. 18.
MANUELIS IMP. 30.

non recedent, quamdiu eos sicut Christianos Reges & Catholicos habueritis: Ita in publicis tunc de his confectis monumentis proxime recitandis: tamen confirmatur esse verum, nempe quod regnum Anglorum sit feudum Apostolicæ Sedis, ex litteris ipsius ejusdem Henrici Regis sequenti anno suo loco reddendis. Hæc ex Rogerio ejusdem sæculi auctore in Annalibus Anglorum, cujus quoque testificatione illud compertum habetur, quod hæc omnia facta tempore Ascensionis Dominicæ, repetita sunt in Concilio universæ provincie, habito mense Septembri, ubi contigit eisdem Legatos, simulque Reges patrem & filium cum Episcopis convenire; ait enim:

VI.
Acta iterata in Concilio Provinciali.

Henricus Rex Angliæ pater, & Henricus Rex filius ejus, & Rotrodus Rothomagensis Archiepiscopus, & omnes Episcopi & Abbates Northmannie conveniunt apud Abrincam civitatem in presentia Theodini & Alberti Cardinalium. In quorum audientia Rex Angliæ pater, V. Kalend. Octobris, feria quarta, festo sanctorum Cosmæ & Damiani martyrum, in Ecclesia S. Andreae Apostoli purgavit innocentiam suam coram predictis Cardinalibus, & omni Clero & populo, præstito sacramento super Sanctorum reliquias, & super sancta Evangelia, quod ipse nec præcepit, nec voluit, quod Archiepiscopus Cantuariensis occideretur, &c. Ut supra, apponit ad hæc publicum de his tunc confectum instrumentum cui ista præmittit: Et ut hæc in memoria Rom. Eccl. haberentur, Rex pater fecit apponi sigillum suum scripto illi, in quo supradicta capitula continebantur, unicum sigillis predictorum Cardinalium. In hanc formam:

Henrico Dei gratia illustri Regi Anglorum Albertus tituli S. Laurentii in Lucina, & Theodinus tituli S. Vitalis presbyteri Cardinales, Apostolicæ Sedis Legati, salutem in eo, qui dat salutem Regibus.

Acta publica scriptis tradita.

Ne in dubium veniant, quæ geruntur, & usus habet, & communis consideratio utilitatis exposcit, ut scripturæ serie debeant annotari: inde quidem est, quod nos mandatum illud in scriptum duximus redigendum. Quod vobis pro eo facimus, quia malefactores illos, qui sanctæ memoriæ Thomam quondam Cantuariensem Archiepiscopum occiderunt, occasione motus, & turbationis, quam viderunt in vobis, ad illud facinus processisse timetis. Super quo tamen facta purgationem in presentia nostra de voluntate propria præstistis, quod videlicet, nec præcepistis, nec voluistis, ut occideretur. Et quando pervenit ad vos, plurimum condoluistis. Ab instanti siquidem festo Pentecostes, usque ad annum, tantam dabistis pecuniam, un-

de ad arbitrium Fratrum Templi ducenti milites valeant ad defensionem terræ Hierosolymitanæ per spatium unius anni teneri. Vos autem a sequenti Nativitate Domini, usque ad triennium accipietis Crucem, proxima tunc æstate illuc in propria persona, ducente Domino, profecturi, nisi remanseritis, per dominum Papam, vel Catholicos successores ejus.

Sane si contra Sarracenos pro urgente necessitate in Hispaniam profecti fueritis: quantum temporis fuerit, ex quo arripueritis iter, tantumdem supradictum spatium Hierosolymitanæ profectiois poteritis prolongare. Appellationes nec impedietis, nec impediri permittetis, quin libere fiant in Ecclesiasticis causis ad Romanum Pontificem bona fide, & absque fraude, & malo ingenio, ut per Romanum Pontificem causæ tractentur, & consequantur effectum suum; sic tamen, ut si vobis suspecti fuerint aliqui, securitatem faciant, quod malum vestrum, vel regni vestri non quærent. Consuetudines, quæ inductæ sunt contra Ecclesias terræ vestræ, in tempore vestro penitus dimittetis, possessiones Cantuariensis Ecclesiæ, si quæ ablatae sunt, in plenum restituetis, sicut habuit uno anno, antequam Archiepiscopus de Anglia egrediretur. Clericis præterea, & laicis utriusque sexus pacem, vestram in gratiam, & possessiones suas restituetis, quibus occasione prænominati Archiepiscopi destituti fuerunt. Hæc autem vobis auctoritate domini Papæ, in remissionem peccatorum vestrorum injungimus, & præcipimus observare absque fraude, & malo ingenio. Hoc sane coram multitudinem personarum juravistis vos pro divina reverentia majestatis. Juravit & filius vester, excepto eo, quod personam vestram specialiter contingebat. Et jurastis ambo, quod a Papa domino Alexandro, & Catholicis successoribus ejus, quam diu vos sicut antecessores vestros & Catholicos Reges habuerint, minime recedatis. Atque ut in memoria Romana Ecclesiæ firmiter habeatur, sigillum vestrum præcepistis apponi.

Post hæc autem idem Rogerius his subiicit Legatorum epistolam, tunc temporis datam ad Ravennatem Episcopum, qua res tunc gestas scripsere; sic se habet:

Venerabili in Christo & dilecto fratri Gileberio, Dei gratia Ravennensi Archiepiscopo Albertus dignatione divina tituli S. Laurentii in Lucina, & Theodinus tituli S. Vitalis, presbyteri Cardinales, Apostolicæ Sedis Legati, quod promissit Deus diligentibus se.

Quoniam desiderare vos credimus, ut de statu nostro, & de injuncti nobis promotione negotii aliquid audiat, idcirco qualiter nobiscum, & per ministerium mediocritatis nostræ Deus egerit his diebus

VII.

VIII.

CHRISTI
1172.ALEXANDRI III. PAP.
13.FRIDERICI IMP. 18.
MANUELIS IMP. 30.

Legatorum epistola ad Archiepiscopum Raven.

bus, fraternitati vestræ presentis scripto duximus indicandum. Noveritis itaque, quod postquam illustris Rex Angliæ venisse nos in regnum suum in veritate cognoverit, totius amoto tarditatis obstaculo, de Hibernia in Angliam, incumbentibus sibi negotiis prætermittis, de Anglia vero ad Northmannie partes accessit, atque incontinenti plures ad nos Nuntios & honorabiles destinavit, inquirens a nobis, in quo loco potius convenire cum eo, & loqui vellemus. Placuit tandem ad Savinium monasterium pro colloquio habendo concurrere, ubi religiosorum virorum possemus orationibus adjuvari. Convenimus illuc, convenerunt & multa persone utriusque ordinis de regno suo, & tractavimus diligentia, qua potuimus, quod ad salutem ipsius, & injunctam nobis obedientiam pertinebat. Cum autem non possemus in omnibus convenire, recessit a nobis velut in Angliam profecturus, & nos expectavimus, sequenti die ad Abrincam civitatem ituri. Postera autem die venerunt ad nos Lexovienensis Episcopus, & duo Archidiaconi, & concessio quod petebamus, ad prædictam processimus civitatem. Ad quam Dominica, qua cantatur, Vocem jucunditatis, convenimus cum personis plurimis, & ipsi nobiscum. Et cum tanta humilitate, quod fuerat conditum explevit, ut illius extitisse opus sine dubitatione credatur, qui respicit terram, & facit eam tremere. Sane quam timoratum Deo, quam obedientem Ecclesiæ se curaverit exhibere, non est opus presenti abbreviatione referre. Satis enim opera illius manifestant, & manifestabant adhuc plenus, sicut & nobis spes data est in futurum.

XX.

Primum itaque super morte sanctæ memoriæ Thomæ quondam Cantuariensis Archiepiscopi non de nostra exactione, sed de propria voluntate, tactis sacrosanctis Evangeliiis, suam conscientiam expurgavit, jurans scilicet, quod nec præcepit, nec voluit, quod idem Archiepiscopus occideretur; & quando audivit, vehementer doluit. Quia vero quod factum fuerat, ex sua occasione factum esse timebat: de satisfactione paranda tale præstitit juramentum. Primo quippe juravit, quod a domino Papa nostro Alexandro, & ejus Catholicis successoribus non recedet, quamdiu sicut Catholicum Regem habuerint eum, & Christianum. Et hoc ipsum jurare fecit filium suum majorem in charta absolutionis pro morte beati Thomæ. Juravit etiam & alia, Clero, & populo valde necessaria, quæ omnia diligenter & per ordinem, sicut ea juraverat, in absolutionis ejus charta pernotavimus. Promissit etiam & alia de libera voluntate gerenda, quæ non oportet scripturæ serie denotare. Hæc autem scripsimus, ut cognoscatur.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

scatis ipsum obedientem Deo, atque ad divinum obsequium multo amplius quam adhuc fuerit, animatum. Noveritis ad hoc filium de predictis consuetudinibus pariter cum eo jurasse. Sane, quod ibi factum est, iterato adhuc, ne dubitationis locus alicui remaneret, apud Cadomum in majori frequentia personarum publice statuit se acturum. Relaxavit præterea Episcopos de promissione, quam ei fecerant de consuetudinibus conservandis, & promissit quod non exiget in futurum. Hucusque Legatorum epistola. Pergit auctor:

XX.

In crastino autem predicti Cardinales ibidem celebraverunt magnum Concilium cum Archiepiscopo, & Episcopis, & Clero Northmannie, & ibi hæc decreta subscripta statuerunt, & universis firmiter, & inviolabiliter observanda injunxerunt.

Decreta per Theodinum, & Albertum Cardinales apud Abrincas promulgata.

Decreta concilii Northmannie.

Pueri ad regimen illarum Ecclesiarum, & ad illa administranda in quibus cura est animarum, minime admittantur.

Item filii sacerdotum non ponantur in Ecclesiis patrum suorum.

Item laici partem oblationum in Ecclesia non percipiant.

Item Ecclesiæ Vicariis annuis non committantur.

Item sacerdotes majorum Ecclesiarum, quibus ad hoc suppetunt facultates, alium sub se presbyterum cogantur habere.

Item sacerdotes non ordinentur sine certo titulo.

Item Ecclesia ad Firmam annuam non tradantur.

Item de tertia parte decimarum nihil presbytero, qui servit Ecclesiæ, auferratur.

Item his, qui decimas hereditario jure tenent, licentia sit, cui voluerint, idoneo clerico dare, eo quidem tenore, ut post eum ad Ecclesiam, cui de jure competunt, revertantur.

Vir ad religionem non transeat, uxore in sæculo remanente, vel e converso, nisi ambo vacandi operibus carnis tempus excesserint.

Item in Adventu Domini omnibus qui poterunt, maxime autem clericis, & militibus, jejunium, & abstinentia carniarum indicatur.

Item clerici judices non ponantur ad jurisdictiones secularium potestatum administrandas. Qui autem hoc præsumperint, a beneficiis Ecclesiasticis arceantur.

Item de novis libris excommunicatorum, & rebus morientium, quas auferrunt sacerdotes, & benedictionibus sponsorum, & baptismo, & de quadraginta & octo libris, quæ pro absolutione

Ddd 2

ex-

excommunicatorum exigantur, nihil per-
fectum est, quia Episc. Northmannia illud
decretum recipere noluerunt.

XI.

In eodem vero Concilio Archiepiscopus
Turonensis calumniatus est, Archiepiscopatum
Doli debere adiacere Archiepiscopatu
suo, affirmans sedem Archiepiscopa-
lem ibi esse non debere. Sed clerici
de dolo constanter contradicebant. Hac-
tenus de rebus gestis per Legatos, qui
antequam recederent, has ab Alexan-
dro Pontifice litteras acceperunt de re-
concilianda ipsa Ecclesia Cantuariensi,
tam enormi sacrilegio polluta.

(a) Cod. Var. l. 5. ep. 95. Reconciliatio Eccl. Cantuar.

Mandamus (a) vobis, quatenus Eccle-
siam Cantuariensem faciatis reconciliari;
ita tamen, ut sacramentum pristinae de-
dicationis non debeat iterari. Sed sicut
solet fieri in Ecclesia beati Petri, tan-
tum aqua benedicta aspergatur. Hæc ad
Legatos Alexander Papa. Legati autem
ad Cantuariensis ministros Ecclesiæ ita

(b) Ib. ep. 96.

(b) scripsere:
Letamur nos, letatur & quæ audit
congregatio universa iustorum, quod mor-
tem sanctæ memoriæ Thomæ quondam Ar-
chiepiscopi vestri ita in conspectu suo
Deus pretiosam ostendit, & venerandam
ejus memoriam tot miraculis illustravit,
ut odor unguentorum ipsius jam fere per
totum corpus Ecclesiæ se diffundat, &
virtus ejus in Oriente & Occidente com-
muniter prædicetur; ita ut qui felicibus
illius actibus, dum viveret, invidabant,
nunc castibus humanis eo exempto, & ad
superiorum societatem (ut credimus) fide
ac zelo sacerdotali promerente, translato,
venerentur virtutem ipsius, & ei qui facit
mirabilia magna solus, gratiarum referant
actionem. Quia igitur videtur idoneum,
ut cum magnalia, quæ apud vos facta po-
pulorum turba decantet, & gratiarum
actio, & vox laudis resonet in commu-
ni Ecclesia vestra, quam tanto munere
gratia divina donavit, sub atrocitatis ob-
tentu diutius non debeat a Conditoris lau-
de cessare: Reddentes vobis mutue saluta-
tionis alloquium, & petitioni vestrae de-
voto concurrentes assensu fraternitati ve-

stræ mandamus quatenus convocatis Episco-
pis, & Abbatibus provinciæ vestrae, qui
vobis ad hoc idonei visi fuerint, cum so-
lemnitate Ecclesiastica, sicut majoribus
visum fuerit, moderamine, denuo Eccle-
siam vestram consecratis. Si quid minus
fuerit in solemnitate, divinatorum miracu-
lorum poterit illustratione suppleri. Nos
sane, si aliquid fuerit, quod ad pro-
fectum vestrum, & vestrae Ecclesiæ fa-
cere valeamus, quantum cum Deo po-
terimus, libenti animo faciemus. Hæc
Legati Apostolicæ Sedis, qui ejusdem
Pontificis Alexandri admonitione, dili-
gentissima facta per investigatione miracu-
lorum gloriosissimi martyris Thomæ, re-
lationem plenissimam de iis omnibus ad
Alexandrum Pontificem miserunt. Qui-
bus visis ipse absque mora ad solemnem
Martyris canonizationem faciendam sese
totum convertit. Testatur id ipse in lit-
teris postea datis, inferius recitandis de
canonizatione ipsius.

Sic igitur quot miraculis, tot divinis
innotuit testimoniis, atque testificati-
onibus patuit, Deo ipsi gratissimam nava-
re operam, & coronis dignam non so-
lum, qui pro Fide Catholica illibata ser-
vanda persecutoribus exhibent se necan-
dos, sed etiam qui pro juribus bonis-
que Ecclesiæ conservandis, & repetendis
ablatis, caput satellitibus offerunt præ-
cidendum. Cujus occasio subeundi mar-
tyrii haud longe ab Infidelibus perqui-
renda, sed unicuique Episcopo præfens
semper immineat, si quod sui est mune-
ris, numeris omnibus labore implere.
Revertentes autem Legati intulerunt in
Urbem sacra pignora novi Martyris,
nempe quod super Ecclesiæ pavimentum
respersum fuit ejus capitis cerebrum,
necnon ejus tunicam ipsius sanguine cruen-
tatam, quæ hæcenus religiose asservan-
tur in Basilica S. Mariæ Majoris.

His jam visis, quæ ad gloriam Marty-
ris spectant, non tacendum de ipsius com-
militonibus, iis inquam, qui ipsum ex-
torrem septennii temporis (spatio sunt se-
cuti, celebres omnes & insignes plane
viri,

XII.
Causam
Martyrii
in prom-
ptu esse
unicuique
Episc.

XIII.
Viri illu-
stres fa-
milie S.
Thom.

Episcopi Coventrensis, cui ipse Hugo succes-
sit. Verum loco, Romanus, legendum, Nor-
mannus; Giraldus enim Cambrensis, Scriptor
coætaneus ac Britannus, in Hugonis Nonant
Episcopi Coventrensis Vita, quam Wartonus
Tom. II. Angliæ Sacrae pag. 351. principio mu-
tilam recitat, cap. XXIV. de ejus obitu lo-
quens ait: Cum in natali sui Normannia so-
lo vir ille venerabilis gravi correptus morbo de-
cubuisse. In editione Lupi idem ac in editio-
ne Baronii legitur, quia verosimile est ut-
rumque eodem manuscripto, forsitan unico,
usum esse. In eadem Lupi editione Hugo No-
nant, vel de Nunant, ut ab omnibus Histo-
ricis Anglis vocatur, dicitur Hugo cognomen-
to Teminant, sed in ea voce, sicut in voce Roma-
nus, ab exscriptore etiam peccatum. De Hugone
No-

PAGIUS Ad num. XIII. Meminit Baronius Catalogi
II. Eruditorum beati Thomæ Martyris, quem
D. Thoma Lupus Tom. I. Epistolæ divi Thomæ pag.
Cantuar. 156. & seqq. ex Bibliotheca Vaticana publi-
cavit. Illorum plerique Sanctum Thomam exu-
lantes secuti sunt, & ex his unus Catalogum il-
discipuli. lum composuit; cum in elogio Joannis Saris-
berienensis Auctor Catalogi scribat: qui ob præ-
clara, non ut reputabat, sua, sed potius Mar-
tyris merita, gloriosa cito post Domini nostri
Martyrium a patria sua Dei vocatione evoca-
tus, in Senonensi provincia, in qua NOBIS-
CUM exulaverat, in Carnotensem Episcopum
promotus est, & quidem anno MCLXXVI. ut
ibi dicemus. A Baronio numeratur ibidem in-
ter Eruditos divi Thomæ Hugo natione Roma-
nus, idemque in Episcopatu successor Gerardi

viri, gloriosa confessione decori, quorum
præclara elogia singulorum leguntur post
Quadrupartitam apposita in codice Va-
ticano. Ubi inter eos principem locum
obtinuit quidam nomine & natione Lom-
bardus, patria Placentinus, doctrina ce-
lebris, qui S. R. E. Cardinalis creatus est,
vocatus ab exilio, atque demum creatus
ab eodem Romano Pontifice Archiepi-
scopus Beneventanus. Secundo loco po-
nitur Joannes Saresberienensis, & ipse do-
ctrina præstantissimus, vocatus post mar-
tyrium S. Thomæ ad Carnotensem Epi-
scopatum. Post hunc ponitur Robertus
Anglus, & ipse creatus Episcopus Here-
fordensis. Hunc sequitur ordine Regi-
naldus itidem Anglus, sed & ipse co-
gnomento Lombardus, assumptus in Epi-
scopatum Bathoniensem, quem superaddi-
tum putamus; nam nusquam eum inter
familiares, qui secuti sunt Sanctum in
ea persecutione, invenimus numeratum,
pro quo inter persecutores potius annu-
merato scripsit Petrus Blesensis apologiam
inferius recitandam. Gerardus post hunc
recensetur promotus ad Coventrensem E-
piscopatum. Inde numeratur ordine Hu-
go natione Romanus, idemque in Epi-
scopatu successor Gerardi: post quem po-
nitur Gilebertus Anglus, creatus postea
Rossensis Episcopus. Inde Radulphus
subiicitur, creatus in exilio Decanus Rhe-
mensis Ecclesiæ. Post denique alios diver-
sis honoribus Ecclesiasticis insignitos po-
nitur Hubertus Mediolanensis, qui ad Ar-
chiepiscopatum ejus Ecclesiæ primo vo-
catus est, inde ad Romanæ Ecclesiæ Pon-
tificatum, vocatusque est Urbanus Ter-
tius. Subiiciuntur & alii tanto Patre
& magistro digni, participes sicut
passionis, ita & gloriæ. Talis erat fami-
lia præclarissimi viri, non ad oculos
serviens, sed plane ea qua eorum domi-
nus constantia prædita in perpeffione la-
borum, viri Apostolici, viribus Aposto-
licis illustres atque decori, digni habi-
ti qui præ cunctis ad Ecclesiasticos pro-
moverentur honores.

XIV.
Alexand.
Pap. a
Romanis
non reci-
pitur in
Urbem.
Sed redeamus ad Alexandrum Papam
a Romanis nondum receptum in Urbem.
De eo enim hæc ejus vitæ Acta: Dum
autem hæc in Gallia agerentur de recon-
ciliatione videlicet Regis Anglorum per
Legatos Apostolicæ Sedis Romanis persi-
stentibus in sua insipientia, cupientem
ad eum reverti Pastorem & Episcopum a-

PAGIUS Nonant loquitur Baronius anno MCLXXXIV.
num. II. alibi que, eumque Hugonem de Nunant
recte appellat. Quæ duæ emendationes
certæ.

III. In Chronico Reicherfpergenfi hoc anno le-
gitur: Imperator celebravit Curiam in civitate
Saltzburg in hebdomada Quinquagesima, qua
e venerat tunc in XI. Kal. Martii (legendum,

nimarum suarum cum fratribus suis Epi-
scopis, & Cardinalibus, non permiserunt
Urbem ingredi, & in Ecclesiis debitum
officium exercere. Eis ergo verbum Dei
spernentibus, quod primum eis evangeli-
zandum fuerat: Pontifex de Tusculano
cum fratribus suis Episcopis, & Cardina-
libus exiit, & ad B. Petri patrimonium
Campaniæ, quousque meliora tempora
Ecclesiæ suæ provideat Dominus, acces-
sit moraturus. Hæc ibi, reliqua anno
sequenti. Quod Pontifex Urbis ingres-
su excluderetur, illud erat in causa, quod
pars illa, quæ favebat Imperatori, eo
tempore magistratus præcipuos admini-
strabat, eorumque tyrannide cuncta pe-
nitus movebantur.

Commo-
rationis
Tusculi
hoc anno
fidem faciunt
plura
diplomata,
quæ illic
data hoc
anno
reperiuntur,
& inter alia
privilegium
ab eo concessum
Ecclesiæ
Barenfi, cui
iuncta erat
Ecclesia
Canusina,
quod in-
cipit: In
Apostolicæ
Sedis
specula, &c.
datum ad
Rainaldum
tunc Barensem
Archiepiscopum,
& Canusinum.
In fine
vero hæc de
tempore
dati diplomatis
post
subscriptionem
duodecim
Cardinalium:
Datum
Tusculi,
per manum
Gratiani
S. R. E.
subdiaconi,
& Notarii,
quarto
Kal. Julii,
Indictione
quinta,
Incarnationis
Dominicæ
anno
millesimo
centesimo
septuagesimo
secundo,
Pontificatus
vero
domini
Alexandri
Pape
Tertii
anno
tertio-
decimo.
Porro
Gratianus
iste
subdiaconus
atque
Notarius,
spectatissimæ
virtutis
fuit, quem
idem
Alexander
Papa
post
hæc misit
Legatum
una cum
Viviano
ad
Regem
Anglorum,
in qua
functione
summam
peperit
sibi laudem,
ut quæ de
ipsa inferius
dicenda erunt,
aperient.

Insuper cum adhuc Tusculi moraretur
Alexander Papa, ibi has litteras dedit
ad Archiepiscopum Bituricensem, & E-
piscopum Nivernensem in causa excom-
municationis a S. Thoma prolatae adver-
sus nominatos superius Episcopos An-
glia:

(a) Apud
Roger. in
Annal.
Angl. hoc
anno.
Alexander (a) Episcopus servus servorum
Dei venerabilibus fratribus Bituricensi
Archiepiscopo, & Nivernensi Episcopo salutem
& Apostolicam benedictionem.
Fraternitati vestrae non credimus esse
incognitum, qualiter sanctæ recordationis
Thomas quondam Cantuariensis Ar-
chie-

IV. Kal. Martii; hic enim annus bissextilis
fuit. Illuc quoque Archiepiscopus, licet non frustra
vocatus ab Imperatore, repente tamen, dum
Curia haberetur, cum paucissimis supervenit;
sed sui in gratiam Imperatoris non obtinuit,
Adalbertus Archiepiscopus Saltzburger-
gensis. Saltzburgergensis Archiepiscopus,
quem supra diximus coactum fuisse resignare
Archiepiscopatum suum, quod Imperator eum
admittere nol-

CHRISTI
1172.ALEXANDRI III. PAP.
13.FRIDERICI IMP. 18.
MANUELIS IMP. 30.

episcopus de mandato nostro in Londoniensem & Saresberiensem Episcopum excommunicationis sententiam promulgavit: quam utique nos ratam habentes & firmam, eam auctoritate Apostolica curavimus confirmare. Quia vero predicti Episcopi senio & debilitate corporis confecti, & alter morbo laborans, ad presentiam nostram venire non possunt: vobis, de quorum prudentia & honestate confidimus, absolutionem eorum, pro qua Nuntii Regis Henrici Angliæ, & eorundem Episcoporum apud nos vehementius institerunt, duximus committendam. Idcirco fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra mensem, postquam iidem Nuntii ad propria redierint, de adventu Legatorum nostrorum, quos ad partes illas pro cognoscenda atrocitate illius facinoris, & sceleris quod perpetratum est, & reconciliatione Regis disposuimus transmittere, quod transalpina veritas vobis non innotuerit: eos publice, recepto juramento secundum morem Ecclesiæ, quod nostro debeant astare mandato, ab excommunicationis vinculo absolvatis, sententia suspensionis ob eam causam, qua fuerant ultimo in excommunicationem deducti, in suo robore permanente. Si autem vobis constiterit, quod Saresberienfis Episcopus morbo laborans ad vos venire non possit, illuc in propria persona, quod nobis placeret, accedatis. Aut si accedere non poteritis, personas idoneas, de quibus nos & vos confidere valeamus, transmittatis, quæ illum, recepto juramento publice in conspectu Ecclesiæ, quod nostro debeat pare-

re mandato, absolvant. Si autem huic rei frater Archiepiscopus, interesse non poteris, tu, frater Episcopus, ipse cum Pontiniacensi Abbate quæ dicta sunt diligentius exequaris. Datæ Tusculani octavo Kal. Maii. Hactenus Alexander Papa ex Rogerio in Annalibus.

Inter hæc autem sacrilegi illi Martyris percussores, qui hactenus extremam Angliæ oram in unius ex eis possessionibus habitaverunt, cum viderent se ab omnibus hominibus vitari, quin etiam ab animalibus ut execrabiles haberi (canes enim quantumlibet famelici panem ab eis prorectum ut intinctum veneno anathematis horrebant, longius autem a seipsis eos sua ipsorum conscientia mali conscia propulsante) invocantes eum quem percusserant Sanctum, ab eo quaerunt misericordiam, in quem extitissent, ipsi immisericordes & crudelissimi. Quibus inter lacrymarum imbres, nebulasque mæroris lux effulsit spei veniæ impetrandæ, iterque ostenditur, nempe ut Romam se conferant ad Christi Vicarium Alexandrum: ad cujus vestigia procedentes, peccatumque admissum aperientes; ab eo remedium quod exhiberet acciperent. Veniunt Romam, adeunt Pastorem illum, quem non mactare & perdere, sed super humeros ovem perditam imponere, ipse a quo tantam acceperat potestatem, docuisset. Cum Pastor egregius quod (a) contractum alligat, quod infirmum consolidat, requirit quod perierat, atque quod abjectum fuerat reducit. Idemque sapientissimus archiater, super profunda vulnera fauciorum oleum (b) infundens

XVI.
Occisores
S. Thomæ
ad remedium
confugiunt
penitentia.

(a) Ezech.
34.

(b) Luc.
10.

ac

Canticorum, eo Christi anno vivere desisse. Verum in Chronico Clara-vallensi a Petro Francisco Chiffletio, post illorum Annalium editionem promulgato, Gilberti seu Gileberti e mortualis annus diserte his verbis narratur: Anno Domini MCLXXII. Gislebertus quondam Abbas de Hoilandia in Anglia, qui fecit Sermones super Cantica Canticorum in modum beati Bernardi apud Ripatorium obiit, ideoque in Gallia; Ripatorium enim, vulgo la Rivour, Abbatia est Ordinis Cisterciensis in diocesi Trecenti sita.

Obiit etiam hoc anno Stephanus III. Hungariæ Rex, Kalendis Februarii feria prima, ut legitur in Chron. Thwrocii, sed loco, Kalendis Februarii, legendum, III. Kal. Februarii, ut feria prima demonstrat. Post Stephanum III. Stephanus IV. frater ejus paucis men-

VI.
Obitus
Stephani
III. Hungariæ Regis.

PAGIUS nollet. Quid postea acciderit, an. MCLXXIV. referemus.

IV. Pax inter Alexand. III. & Romanos pacta. Joannes de Ceccano in Chron. hoc anno scribit: Indictione quinta Alexander Papa fecit firmam (id est, in concordiam rediit) cum Romanis. Destruerunt muros civitatis Tusculanae mense Novembri. Sigonius tamen lib. XIV. de Regn. Ital. ad hunc Christi annum ait, Romanos prævalente Imperialium factione noluisse polliceri Alexandro III. se eum in Urbem recepturum, licet is rerum sacrarum procuracione contentus foret; sed Ceccano major fides habenda. [1]

V. Obitus Gilberti de Hoilandia. Manricus in Annal. Cisterc. ad annum. MCLXVI. arbitratus est, Gilbertum de Hoilandia in Anglia natum, qui successu temporis factus est Monachus Cisterciensis, & continuavit Sermones Sancti Bernardi in Cantica

NOTIÆ [1] Historici omnes nempe Card. Aragonius in vita Alexandri, & Romualdus Salernitanus idem quod Sigonius affirmant, nempe Alexandrum impetrare a Romanis non potuisse ut in Urbem reciperetur, quamquam primo id obtulissent pontifici, ut ab eo arcis Tusculanae everisionem impetrarent. Quia obtenta ait Romualdus Romani quod papa promiserant adimplere noluerunt. Non pugnant hæc cum Joanne de Ceccano, qui tantum asserit pacem initam cum Romanis; an vero pax illa firma & stabilis fuerit non prodit. Vide Saxium in Notis ad Sigon. t. 2. col. 791. novæ edit. MANSI

CHRISTI
1172.ALEXANDRI III. PAP.
13.FRIDERICI IMP. 18.
MANUELIS IMP. 30.

æ vinum, sic ea alligat, ut absolvat malis ingruentibus totum corpus. Jubentur itaque in expiationem immanissimi sacrilegii transmarinas quaerere Christi præsentia illustratas regiones, petere loca sancta, ut ubi Christus operatus est salutem in medio terræ, sanguine fuso in humani generis redemptionem; illic ipsi, qui iniquissime sanguinem fudissent innocentissimum, ejus sanguine munda-rentur.

XVII. Dum pergunt, unus ex illis idemque princeps & instigator, primusque percussor viri sanctissimi, dictus nomine Wilhelmus Traci, ubi in Calabriam pervenisset, moras neccens Cosentia, gravi percussus corporis infirmitate, cogitur remanere, tribus reliquis capeffentibus jussu iter. Ita plane in exemplum justitiæ magni Dei hic retentus, ne tanto sui detrimento quis audacem manum in Christum Domini auderet immittere. Etenim tali percussor a Deo infirmitate, ut putrescentibus carnibus, apparentibus nervis & ossibus, eadem e compagibus suis soluta tunc sponte diffluerent, sive manibus ipsius sui carnificis doloris

Finis eorum qui occiderunt S. Thom.

PAGIUS mensibus coronam usurpavit, sed postea regnavit Bela hujus nominis III. qui frater ejus etiam fuit, vixitque usque ad annum MCXC.

VII. Salahadinus primitus quidem leno gentilis apud Damascum, post ab Eufrido de Turone illustri Palastina Principe Christiano Miles factus, cum apud Ægyptum militaret, Molanum Regem Ægypti proditiose perimens totius Ægypti

impatiens divellerentur, invocantis jugiter in auxilium quem occidisset martyrem Thomam, quousque extremum efflavit spiritum. Quæ hæc omnia per Episcopum Cosentinum nota facta esse Fidelibus, in sine sæpe citatæ historiæ Quadripartitæ asseritur, quibus his omnibus reliqui historici, qui sunt profecuti res gestas sancti Thomæ, astipulantur. Porro tum hunc, qui Cosentia decessit, tum tres illos, qui Hierosolymam navigarunt, non ultra triennium ab illata necce Martyri supervixisse, in eadem citata nuper historia constanter asseritur, sicque sequentis anni curriculum minime excessisse. Illi vero in loco dicto monte Nigro, tanquam carcere penitentia clausi jussu Pontificis, extremum claufere diem, utique penitentes: nam & honesta sunt sepultura dignati, nempe ante hostium templi, ubi (inquit Rogerius) ejusmodi apposita fuit inscriptio: HIC IACENT MISERI QVI MARTYRIZAVERVNT BEATVM THOMAM ARCHIEPISCOPVM CANTVARIENSEM. At rerum gestarum anni hujus hic finis esto.

An-

obtinuit Principatum, inquit Nangius in Chron. qui addit, cum toti fere Orienti postea imperasse. Salahadinus Ægypti Imperium restituit Habbalidis, postquam illud amiserant plusquam ducentorum annorum spatio, ut inquit Autor Chronici Orientalis. Quantum Christianorum res Salahadinus in Oriente deprefficit, suis locis videbitur.

Salahadinus
ni Principatus
exordium.

JESU CHRISTI ANNUS 1173.

ALEXANDRI PAP. III. ANNUS 14.

FRIDERICI IMP. 19. MANUELIS IMP. 31.

CHRISTI 1173.

ALEXANDRI III. PAP. 14.

FRIDERICI IMP. 19. MANUELIS IMP. 31.

I. Canonizatio S. Thomae.

Annus sequitur Redemptoris millesimus centesimus septuagesimuster- tius, Indictione sexta, quo Alexander Pa- pa, ubi Legati ad Anglorum Regem mis- si in Urbem rediere, audivit ab eis, quae Deus in manu potenti & brachio excel- so operaretur miracula in novo martyre Thoma: habitaque de his consultatione cum fratribus S. R. E. Cardinalibus, ex omnium communi consensu retulit eum in Album sanctorum Martyrum. De his acturi, quoniam ista praecesserint, accu- rate peruestigemus.

Post fusum sanguinem (inquit Eduar- dus) multis ejus sanctitatem Deus mira- culis declaravit. Verum ea initio occulta- bantur tamquam non habitura fidem, do- nec eis multiplicatis cessit adversariorum impietas, & obstructum est os loquentium iniqua. Ita quidem multitudo ac magni- tudo miraculorum increbuit, ut non solum sanctus Thomas in his exhibendis nihil minus habere visus sit a caeteris magnis Sanctis, sed etiam praetergressus sit eos, ita testantibus Petro Blesensi qui aderat, nec non Joanne Saresberienfi, qui eidem sancto Martyri fuerat a secretis. Scribit de his summa fiducia ista ipse Petrus ad Richardum Episcopum (a) Syracusanum, aitque: Exulta Anglia, exulta Occidens, quia visitavit nos Oriens ex alto. Tho- mam Apostolum India & Orientalis regio jactitabat: sed Occidentalem respexit Ecclesiam, qui in caelis habitat, & bumi- lia respicit. Dedit Dominus Angliae Tho- mam nostrum: non invidemus Indiae Tho- mam suum. Sit Thomas Apostolus in In- dia: sit Thomas martyr noster in Anglia, ut per hos duos testes Christi ab ortu So- lis usque ad occasum sit laudabile nomen Domini. Eat qui voluerit in Indiam ad suffragia B. Apostoli: tam longa peregrina- tio nimis laboriosa est mihi: mihi sufficit Thomas meus Ille palpavit latus Domini, & fixuras clavorum; ille quia vidit, cre- didit: beatus qui non vidit & credidit, nec dubitavit, atque holocaustum Christo, & pro Christo se obtulit. Non laboro Marty- rem Apostolo comparare, cum Apostolus sit major Martyre: sed gloriosum est nos habere Martyrem, qui Apostoli nomen habeat, & Apostolum miraculis aut imi- tetur, aut vincat. Non indignatur Apo- stolus, quia nec indignatur Dominus Apo-

stolorum & Martyrum si quandoque Spi- ritus sanctus in operatione virtutum ple- nius & * celebrius alicui se infundit. Et haec (inquit (b) Dominus) facietis, & majora horum facietis. Haec Petrus a no- bis citatus ad indicandam eximiam mi- raculorum operationem, quae Deus per novum tunc operatus est Martyrem. Sed & audiendus est Joannes Saresberienfis nonnihil commotus in Alexandrum Pon- tificem, qui visus est sibi nimis differre canonizationem Martyris, Deo (ut ap- parebat) tanta miraculorum multitudine & magnitudine plus satis testante, ipsum in caelum cum sanctis Martyribus esse receptum. Sed excusandus Pontifex, si id facere distulit usque ad reversionem Cardinalium Legatorum, quorum rela- tione cuncta exacte atque secure disce- ret. Sed audiamus Saresberienfis (c) que- relas apud Sedis Apostolicae Legatum fiducia magna depromptas:

Venerabili domino & Patri chrissimo Vulllelmo Dei gratia Archiepiscopo Seno- nensi & Sedis Apostolicae Legato suus Jo- annes Saresberienfis salutem & promptis- sime devotionis obsequium.

Licet Anglicanae Ecclesiae adhuc coad- mixta sit ingens desolatio: tristitia tamen illius jam ex maxima parte in gaudium transit & luctus in cantica felici prorsus & lata mutatione conversus est. Siquidem jam adeo ad Memoriam Martyris inau- dita miracula crebuerunt, ut si alias au- dita illis provenerint, vix censentur il- lius miraculis adscribenda. Sicut enim, in omni conditione nobilis animus studuit omnibus conviventibus praeminere: sic nunc (ut aliorum Sanctorum pace dixerim) alios de quibus legimus, vel audivimus, in miraculorum exhibitione praecedit. Quod ideo facile crediderim provnisse, ut fidem in pluribus Orbis nostri parti- bus non tam sopitam, quam fere extin- ctam Dominus excitaret, solidaret charita- tem, & obstrueret ora iniquorum, qui san- cto viro detrahebant in vita, & odio priva- to causam Christi persequabantur. Quis enim amodo veram & fidelem doctrinam Christi dubitet, qui verbis suis adhaeren- tem hominem nobis notum tanta felicitate remunerat? Quis causam fuisse iniquam nisi demoniacus dicet, qui patronum suum tanta coronat gloria? Dubitatur a plu-

* al. cre- brius. (b) Joann. 14.

(c) Cod. Vat. l. 5. ep. 90. II.

Epist. Jo- an. Sares- ber. de miraculis S. Thom.

An. He- gira D- LXIX. inchoato die XII. Aug. fer. 1. An. C. 1173.

ALEXANDRI III. PAPAE 15.

FRIDERICI AENOBARBI REG. 22. IMP. 19.

MANUELIS COMNENI IMP. 31.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6666.

6. G. D 15. P. 2. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1173.

PAGIUS SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M- CXXI.

III.

rimis, an pars domini Papae in qua fla- mus, de justitia niteretur: sed eam a cri- mine schismatis gloriosus Martyr absolvit. Qui si fautor esset schismatis nequaquam tantis miraculis coruscaret. Erat namque vir tanta prudentia, ut non facile posset errore supplantari, in tanto periculo ani- marum.

Mirarer itaque, supra modum, cur eum dominus Papa in catalogo Martyrum re- cipi non praecipit, nisi quia in historia Ecclesiastica legisse me recolo: Quod cum Pilatus missa relatione, Tiberium Cæsa- rem consulisset, An Christum, qui tot & tanta fecerat, & a plurimis colebatur ut Deus, coli oporteret, ut Deum: Se- natus ab Imperatore consultus respondit, quidem colendum fuisse ut Deum, nisi quia ad provinciales citra Senatus auctoritatem praesumpserant. Et quidem sic, nutu facien- te divino responsum est, ne Deitas Chri- sti, cujus nomen erat Judæis, & Genti- bus praedicandum, terrena potestati vi- deretur obnoxia, & eam emendicatam di- cerent Infideles. Qui velint nolint co- guntur audire: Quoniam Dominus re- gnavit, irascantur populi, & exultet ter- ra, in qua Christi fundatur Ecclesiæ. Sic ergo nutu divino arbitrator evenisse, ut Martyris hujus gloria, nec decreto Pontificali, nec edicto Principis attolla- tur, sed Christo praecipuo auctore inva- lescat, cujus honorem, quoad vixit, stu- duit dilatare. Honorem Christi salvum fore semper expressit, cum scilicet de con- cordia tractaret cum Rege. Et Christus ei vicem non referet? Apsit ut Veritas fallax sit in promissis. Legitur in Acti- bus Apostolorum, quod quidam nondum baptizati, citra auctoritatem Apostolo- rum Spiritum sanctum acceperant. Sed num id Senatus Apostolicus infirmabit? Profecto ubi Deus auctor est, frustra su- perioris desideratur auctoritas. Si quis autem hujus tanti Martyris gloriam eva- cuari desiderat, (quicumque sit ille) an- tequam ei credamus, aut majora, aut sal- tem similia operetur. Alioquin peccare creditur in Spiritum sanctum, cujus ope- ribus detrahere non veretur. Haecenus ad Senonensem Legatum Apostolicæ Se- dis Joannes Saresberienfis, cum non- dum S. Thomas relatus esset ab Ale- xandro in numerum sanctorum Marty- rum, quod factum est hoc ipso anno præ- senti.

Ita, qui dilatam nimis dolens, Marty- ris canonizationem, quam Deus desu- per tot tantisque miraculorum facibus e caelo lucentibus jam divinitus factam ostenderit, putavit eam humana non in- digere auctoritate; secundum illud Apo- stoli: (a) Quis accusabit adversus ele- ctos Dei? Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? At nihilominus neces- sario auctoritas est Ecclesiae requirenda ad cognoscenda ipsa miracula, ne fraus aliqua irreperit, vel impostura: atque ita iudicium divinorum operum Ecclesiae debeat iudicio subjacere, secundum il- lud ejusdem Apostoli: (b) Spiritus Pro- phetarum Prophetis subiecti sunt. Et il- lud (c) Joannis: Probate spiritus, si ex Deo sint. Quod iudicium Ecclesiae in e- jus visibili capite in primis residet, cu- jus in ejusmodi examinatione prævia sit expectanda sententia.

Reversis autem (ut dictum est) Lega- tis, rebusque eorundem relatione per- spectis, examinatisque, hoc eodem an- no Indictione sexta, Alexander Papa so- lemni ritu Signiae cum esset, retulit in sanctorum Martyrum numerum S. Tho- mam Cantuariensem Archiepiscopum; de qua canonizatione in vita ipsius Alexan- dri hæc habet scriptus codex Vaticanus: Interea cum illustrator Anglorum beatis- simus Thomas in multa coruscatione mi- raculorum resfulgeret, & non solum amici sed etiam persecutores veniam postulare non peccatorum, qui salutis veniam petunt ad ejus Ecclesiam incessanter accederent: Rominus Pontifex ad instantiam populi & Cleri * Gallicani, eundem Martyrem

(b) 1. Cor. 14. (c) 1. Jo. 4.

V. Canonizatur S. Thomas Martyr.

* Angli- cani.

canonizavit Apostolica auctoritate, & inter ceteros Sanctos conscribi praecipit. In die namque Purificationis B. Mariae, convocatis Episcopis & Abbatibus Cam- paniae apud Signiam, ad honorem ipsius specialiter Missarum solemniter celebravit, & passionis ejusdem quarto Kalendas Ja- nuarii memoriam perpetuo agi debere con- stituit. Unde Occidentalis Ecclesia exul- tavit in gaudio magno, & gloriosi Mar- tyris nomen augebatur in ostensione virtu- tum, ita ut ab extraneis etiam gentibus ex celebri celebrius haberetur. Per ipsius merita omnipotens Deus evidenter mortu- os suscitavit, caecis quoque visum, sur- dis auditum, & claudis reddidit gressum, mundavit leprosos, sanavit infirmos, da- moniacos liberavit, & alia multa per e- um miracula nihilominus Deus voluit mi- rabiliter operari. Ideoque plurimi Fide- lium in honorem ipsius, ad laudem & glori- am Creatoris nostri Ecclesias construxe- runt, & possessionibus & donis ditave- runt. Haecenus ibi. Sed inspiciendae sunt Apostolicæ litterae de eadem canonizatio- ne sic datae: (d)

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Priori & monachis Can- tuariensis Ecclesiae salutem & Apostolicam benedictionem.

Gaudendum est universitati Fidelium de mirabilibus illius sancti & reverendi viri Thomae Archiepiscopi vestri. Sed vos exinde tanto ampliori gaudio, & exul- tatione debetis repleri, quanto ipsius mi- racula oculata fide sepius intuemini, & Ee e- ejus

(d) Cod. Vat. l. 5. ep. 92.

VI. Alexand. Pap. lit- teræ ca- noniza- tionis.

fratrum

ejus sanctissimo corpore Ecclesia vestra specialius meruit illustrari. Nos autem, considerata gloria meritorum ejus, quibus in vita sua magnanimitate claruit, & de miraculis ejus non solum communi & celebri fama, sed & dilectorum * filiorum nostrorum Alberti, tituli sancti Laurentii in Lucina, & Theodini tituli sancti Vitalis presbyterorum Cardinalium Apostolicae Sedis Legatorum, & aliarum plurimum personarum testimonio certitudinem plenam habentes, praefatum Archiepiscopum in capite Jejuni, multitudine clericorum & laicorum praesente, in Ecclesia, deliberato cum fratribus nostris consilio, solemniter canonizavimus, eumque decrevimus sanctorum Martyrum collegio annumerandum: vobis & universitati Fidelium de Anglia Apostolica auctoritate mandantes, ut natalem ejus diem, quo vitam suam gloriosa passione finivit, annis singulis cum debita veneratione celebretis. Quoniam igitur dignum est, & vobis plurimum expedit, ut sanctum corpus ejus cum ea, quae decet reverentia & honore condatur: discretioni vestrae Apostolica auctoritate mandamus, quatenus corpus ejus devote & reverenter facta solempni processione, aliquo solempni die, congregato Clero & populo, in altari honorifice recondatis: aut ipsum in aliqua decenti capsula ponentes, prout convenit, elevetis in altum, & patrocinium ejus pro salute Fidelium & pace universalis Ecclesiae satagatis apud Dominum vestris precibus orationibus impetrare. Valete. Dat. Signae quarto Idus Martii. Haec ad ministros Cantuariensis Ecclesiae. Datae sunt insuper eadem die aliae generales ad Christi fideles istis verbis: (a)

VII. Redolet Anglia fragantia & virtute signorum, quae per merita illius sancti & venerandi viri Thomae quondam Cantuariensis Archiepiscopi omnipotens Deus operatur, & universa ubique latatur Fidelium Christiana religio, pro eo quod ille, qui est mirabilis & gloriosus in Sanctis, Sanctum suum post mortem clarificavit, cujus vita laudabilis multa fulsit gloria meritorum, & tandem martyrio consummata

(a) Ib. ep. 93.
VII. Aliae litterae Alexandri Pap. Canonizationis S. Thomae.

PAGIUS I. Anglia bellis internis & externis agitata.

Ad num. VIII. & seqq. Hoc anno tantum erupit in Anglia incendium, ut omnes Henrici II. Angliae Regis ditiones certissima clade obruisset, nisi anno sequenti pax coaluisset. Ex una parte conjuraverant adversus eum Henricus filius, & fratres Richardus & Joannes cum Eleonora matre, & ad eandem partes accessere Ludovicus VII. Francorum Rex, ac plurimi Optimates, Duces & Principes. Nec dubitatum, quin hoc ei malum ob necem Sancti Thomae Cantuariensis Archiepiscopi, hoc anno in Sanctorum numerum relati, uti refert Baronius num. I. & seqq. acciderit. Henricus Rex pater videns se undecunque urgeri, & ab iis qui eorum fautores erant, Ludovico Franciae, Guillelmo Scotiae Regibus,

est certaminis gloriosi. Quamvis autem de sanctitate ipsius dubitare non possit, quae ejus & laudabilem conversationem attendit, & gloriosam considerat passionem; voluit tamen Redemptor atque Salvator noster ejus sanctitatis insignia magnificis radiare miraculis: ut qui pro Christo insuperabilis virtutis constantia necessitates & pericula perulit, sui laboris & certaminis in aeterna beatitudine cognoscatur ab omnibus, percepisse triumphum. Nos vero auditis innumeris & magnis miraculis, quae jugiter per sancti illius viri merita fieri universitas narrat Fidelium, & super his non sine magno gaudio per dilectos fratres nostros Albertum tituli sancti Laurentii in Lucina, & Theodinum tituli sancti Vitalis presbyteros Cardinales atque Apostolicae Sedis Legatos, qui eadem miracula tanto perspicacius didicerunt, quanto amplius sunt loco vicini, praecipue certiores effecti, & plurimum aliarum personarum testimonio fidem sicut debuimus, adhibentes, praedictum Archiepiscopum solemniter in Ecclesia, magno ibidem clericorum & laicorum collegio praesente, in capite Jejuni, deliberato fratrum nostrorum consilio canonizavimus, ipsumque decrevimus Sanctorum catalogo adscribendum. Universitatem itaque vestram monemus, & auctoritate qua fungimur, discreti praecipimus, ut natalem praedicti gloriosi Martyris diem passionis suae solempniter annis singulis celebretis, & apud ipsum votivis orationibus satagatis veniam promereri: ut qui pro Christo in vita exilium, & in morte virtute constantiae passionis martyrium pertulit, Fidelium jugi supplicatione pulsatus, pro nobis apud Dominum intercedat. Datum Signae, quarto Idus Martii. Extant post haec in eodem epistolarum volumine de his ipsis ad Averfanum Episcopum datae litterae Apostolicae, eademque patentes & circulares ad omnes Catholicae Ecclesiae Episcopos. Post haec vero secuta est poena peccatum.

Inter haec ulciscente Domino, accidit, ut inter Reges Angliae, patrem & filium im-

Philippe Flandriae Comite, aliisque ad Alexandrum Papam confugit, ejusque auxilium tam contra eos, quam contra filios imploravit. Epistola tunc ab eo scripta manu Petri Blesensis ejus Secretarii, quae ordine est CXXXVI. recitatur a Baronio num. IX. & seqq. Hujus dissidii initium his verbis notavit Continuator Chronici S. Petri Vivi ad hunc Christi annum: Mense Martio discordia inter patrem & filium Reges, scilicet Anglorum, nata est. Duravit haec rerum confusio usque ad annum sequentem exeuntem, quo finem accepit. Gervasius enim in Chron. ad annum MCLXXIV. de Henrico Rege loquens, ait: In crastino post festum Sancti Michaelis filios suos in gratiam recepit. Sicque pace Regis undique firmata, &c. Cor

VIII.

Divina ultio Reg. exagitat.

implacabilis diffensio oriretur, cum videlicet petenti filio dari sibi civitatem aliquam sive in Anglia, sive in Northmannia ad habitandum una cum conjugee, quam duxerat filiam Regis Franciae: negavit omnino. Ex quo factum, ut deficiens a patre filius, adversus eum bellum conflatit una cum fratribus & foederatis Principibus, ipso Franciae Rege, necnon Rege Scotiae, Comite Picavienfi, itemque Flandrensi, & aliis, adeo ut status senioris Regis in summum videretur esse discrimen inductus, ita permitte Deo, ut qui patrem suum Thomam indefesso studio fuerat persecutus, persecutorem ipse pateretur filium suum, quousque tantum a se admissum expiaret delictum.

Cum Henricus Rex senior magis magisque exagitatus persecutione filii Regis junioris, & fratrum ejus, & aliorum, in discrimen haud mediocre esset adductus; ad Romanum Pontificem confugium quaerit, his datis ad eum litteris, ex eo in primis ipsi persuadere conatus, quod Rex Angliae sit feudatarius Ecclesiae Romanae. Ita plane cogit necessitas profiteri, quod, aliter haud sponte fecisset. Sed audi eas, quae sic se habent a Petro

(a) Pet. Bles. ep. 136.

(a) Blesensi Secretario scriptae: Sanctissimo domino suo Alexandro Dei gratia Catholicae Ecclesiae summo Pontifici. Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS II. Translatio S. Vincentii Martyris.

Corpus Sancti Vincentii Levitae & Martyris hoc anno ad Ulyssiponensem Ecclesiam translatum, ut legitur in Historia hujus Translationis apud Bollandum ad diem XXII. mensis Januarii, quo Sanctus Vincentius colitur. Stephanus Praecentor Ulyssiponensis qui eam scripsit, plurimum laudat Alphonsum Portugalliae Regem hujus nominis primum, Translationis auctorem, atque: In his laudem praecentis Regis Alphonsi strenuitas admodum affulsi, qui suam potentiam ad Ecclesiam dilatationem adeo frequentibus bellis exercuit, ut nunc eum sit atate maturus & sensu, non solum vicinis, sed etiam cateris sedeat Regibus formidabilis; hostesque malint cum eo pacem aut amicitiam experiri, quam bellum. Lusitaniam quoque titulis adeo auxit, quod potissima pars ejus ab hostibus fidei libera populisque repleta fidelibus, uberes domino gratias & sacrificia laudis exsolvit. Si loca quis diligens contemplator inspexerit, qua Rex illustris aut divinis cultibus contulit & religioni, aut qua manibus & populis ad regni firmitatem & hostium infirmationem seu ampliavit, seu denuo construxit, profecto fatebitur, quantum humano licebit iudicio, ipsi divinam gratiam contigisse felicem. Narrat postea Stephanus facta miracula in hac Translatione, atque eam hoc Christi anno, Alphonsi Regis XLV. XVII. Kal. Octob. factam esse ad totius regni, maximeque populi Ulyssiponensis felicitatem. Verum cum hoc anno dies XV. mensis Septemb. seu dies XVII. ante Kalendas Octob. in feriam septimam inciderit & hic annus XLV. regni Alphonsi esse non possit, ut ex didis liquet, errorem in numeros irrepsisse existimandum. Andreas Re-

fici Henricus Rex Anglia, Dux Northmannia & Aquitania, Comes Andegavensis & Cenomanensis salutem & devota subiectionis obsequium.

In magnorum discriminum angustiis, ubi domestica consilia remedium non interveniunt, eorum suffragia implorantur, quorum prudentiam in altioribus negotiis experientia diuturnior approbavit. Longe lateque divulgata est filiorum meorum malitia, quos ita in exitum patris spiritus iniquitatis armavit, ut gloriam reputent & triumphum, patrem persequi, & filiales affectus in omnibus diffiteri, praevemente meorum exigentia delictorum. Ubi plenorem voluptatem contulerat mihi Dominus, ibi gravius me flagellat: & quod sine lacrymis non dico, contra sanguinem meum, & viscera mea cogor odium mortale concipere, & extraneos mihi quaeere successores. Illud praeterea sub silentio praetere non possum, quod amici mei recesserunt a me, & domestici mei quarunt animam meam. Sic enim familiarium meorum animos intoxicavit clandestina conjuratio, ut observantiae proditoria conspirationis universa postba-beant. Malunt namque meis adhaerere filiis contra me transfuga & mendici, quam regnare mecum, & in amplissimis dignitatibus praefulgere.

IX. Rex Angliae interpellat auxilium Papae.

E e e z Quo-

fendius, qui saeculo XVI. floruit, doctam de ea Translatione & de anno, quo ea facta, Epistolam scripsit, sed nonnisi aliqua ejus fragmenta videre licuit. Nicolaus Antonius praefatum Stephanum in Biblioth. Hispanica omisit.

Alphonsus VIII. Castellae Rex inducias nuper cum Sanctio Navarrae Rege factas rupit, qua de re queruntur Sanctii Legati apud Henricum II. Angliae Regem, offeruntque se illud probaturos ex tractatu induciarum, qui apud Hovedenum part. priori pag. 562. & seqq. recitatur; quos jure merito questos esse ostendit Moretus in Investigat. Navarrae pag. 665. quia era MCCV. qui Christi est MCLXXVII. induciae in decem annos constitutae fuerant, & tamen in sexto Alphonsus VIII. terras Riojae jam armis invaserat; & in archyvis Calahorrae servatur scriptum, in quo legitur: In era MCCXI. quando Rex Alphonsus Castellanus ob-sedit Granio, & cepit eum fame de manu Regis Navarrae, Alvaro Vacchio tenente. Granio oppidum est in Riojae confiniis positum Burgos inter & Naiaram. Praeterea Alphonsus VIII. cum die ultimo Martii sequentis Christi anni Segoviae versaretur, Chartam dedit cum Leonora Regina Henrici II. Angliae Regis filia, quam anno MCLXX. uxorem duxerat, in qua legitur: Facta charta Segovia era MCCXII. secundo Kal. Aprilis anno sequenti, quo serenissimus Rex Aldephonsus Sancium Navarrorum Regem devicit, & Pamplonam usque pervenit.

III. Rupta inducia inter Alphonsum Castellae & Sanctium Navarrae Reges.

Noradinus, inquit Tyrius lib. XX. cap. XXXIII. maximus nominis & fidei Christianae Moritur persecutor, Princeps tamen iustus, vaser & pro-Noradinus, & secundum gentis suae traditionis religiosus, regni ejus anno vicesimo nono, mense corum Majo Princeps.

IV. Noradinus Princeps.

X. Apostolicae jurisdictionis regnum Angli.

Quoniam ergo vos extulit Deus in eminentiam officii pastoralis ad dandam scientiam salutis plebi ejus, licet absens corpore, praesens tamen animo me vestris advolvo genibus, consilium salutare deponens. Vestrae jurisdictionis est regnum Angliae, & quantum ad feudatarii juris obligationem, vobis dumtaxat obnoxius teneor & astringor. Experiatur Anglia, quid possit Romanus Pontifex, & quia materialibus armis non utitur, patrimonium B. Petri spirituali gladio tucatur. Contumeliam filiorum poteram armis rebellibus propulsare: sed patrem non possum exuere. Nam & (a) Jeremia testante, nudaverunt laminae mammae suas, lactaverunt catulos suos. Et licet errata eorum quasi mentis efferatae me fecerint, retineo paternos affectus, & quamdam violentiam diligendi eos mihi conditio naturalis importat. Utinam saperent, & intelligerent, ac novissima providerent! Lactant filios meos domestici hostes, & occasione malignandi habita non desistunt, quousque redigatur virtus eorum in pulverem, & converso capite in caudam, servi eorum dominantur eis, juxta verbum illud Salomonis: (b) Servus astutus filio dominabitur imprudenti. Excitet ergo prudentiam vestram spiritus consilii, ut convertatis corda filiorum ad patrem. Cor enim patris pro beneplacito vestro convertetur ad filios, & in fide illius, per quem Reges regnant, vestrae magnitudini promitto, me dispositioni vestrae in omnibus parituro. Vos Ecclesiae suae, Pater sancte, diu Christus servet incolumem. Haec Rex Henricus ad Alexandrum Papam.

(a) Thro. 4.

(b) Prov. 27.

XI. (c) Pet. Bles. ep. 69. Alexand. Pap. laborat pro Rege Angli. Seniore.

PAGIUS Majo defunctus est. Hujus defectum Rex audiens (nempe Amalricus III. qui Jerosolymis regnabat), confestim sine dilatione universas convocans regni vires, urbem obsidet Paneadensem. Quod audiens praedicti uxor Principis (sc. Noradini) vires transcendens femineas, missa Legatione ad Dominum Regem, ut ab ea obsidio-

qui spontanea voluntate pro salute Principis se morti, & carceri debuerant objecisse, &c. Antequam autem Richardus Cantuariensis Archiepiscopus excommunicationis sententiam in filium Regis Henricum Tertium proferret, admonitionis litteras voluit praecessisse, quae extant, (d) estque eorum exordium: Si quid durum tibi locuturi sumus, illustrissime Princeps, sustine patienter, &c. In fine autem de Pontificia jussione haec habet: Quod si nostro & Suffraganeorum nostrorum consilio, qui super hoc generaliter tibi scribunt, acquiescere & consentire detrectes: scias nos recepisse a summo Pontifice in mandatis, ut te & omnes, qui pacem domini tui turbant, sublato appellationis remedio, excommunicationis vinculo innodemus. Nosque mandatum nobis injunctum, licet inviti, & dolentes, prompto effectu & debita reverentia, nisi infra quindecim dies respueris, plenissime prosequemur. Haec Cantuariensis Archiepiscopus.

(d) Id. ep. 47.

Scriptit & Rotrodus Archiepiscopus Rothomagensis ad eundem Henricum Tertium filium Regis ipsum monens, ut patri reconciliari deberet. Est quidem tanto Praesule digna epistola, quae sic se habet: (e)

XII. (e) Id. ep. 33.

Henrico Tertio Dei gratia illustri Anglorum Regi Archiepiscopus Rothomagensis salutem in eo, qui dat salutem Regibus.

Quoniam ex officio nobis injuncta administrationis incumbit, animarum curam agere, quarum exactissimam rationem districtus Judex in examine terribili postulat a nobis: excellentiae tuae quaesumus non sit oneri, si te deprecamur ut domnum, hortamur ut Regem, docemus ut filium. Nec enim alligatum est in ore nostro verbum Domini; sed in spiritu libertatis loquimur, quod salutem animabus, quod quietem populis, quod Ecclesiae libertatem, quod honorem Deo, & patriae liberationem conferat, atque de erroris invio ad viam veritatis & justitiae te reducat. Non attendis fili charissime, quid inceperis; nec incepti operis metiris exitum. Votis odientium te festinas satisfacere, & in proprium caput provocas inimicum. Non barbaras impugnas nationes, sed familiares & domesticos: non extraneas regiones, non hostiles munitiones invadis, sed tuas: subiectum tibi affligis populum, non rebellem: non ho-

ne discedat, eique pacem concedat temporalem, certam pecunia in multa quantitate summam promittit: quam Rex, ut amplio rem extorqueret, prima fronte visus est respuisse, obsidionem nihilominus continuans. Cumque ibi per dies quasi quindecim, vigili opera & studio diligentibus obsessos impugnasset, & tam machinis quam modis

hostem, sed patrem: immo non patrem persequeris, sed te ipsum. Pater siquidem tuus posthabita corporis & animae suae cura se omni labori & discrimini exposebat, ut tuum faceret, quod nunc vis facere tuum: & ut verius loquar, quod intendis facere ne sit tuum. Magis non tuum facies pugnando, quod paterna tibi cessio, quod generale votum populi, quod juramenta Principum, quod haereditaria successio deferebat. Quod Rex & Princeps pacifice possidebas, hoc tyrannus & invasor, spoliatione Ecclesiarum, oppressione pauperum, incendiis & homicidiis, & ad ultimum, parricidio nunc usurpas. Parricide siquidem censentur, qui in parentes armati insurgunt: quos & leges saeculi damnant, & canones a beneficio successionis excludunt. Jus tuum in injuriam convertisti, dum quod equitas offerebat, per iniquitatem extorquere intendis: quod sane puerile dicerem, nisi quia hoc malitiam provectae aetatis excedit. Si cum patre venias ad conflictum: dubium est, utrum tibi expediat aut vinci, aut vincere.

XIII.

Si pietas habitaret in terris gloriosus assereres, patri cedere, quam triumphare de patre. Patri cedere & subici, hoc lex Moysi, hoc lex Evangelii, hoc censura canonum, hoc Apostolorum institutio, hoc leges Imperiales, hoc ipsa hominum conditio, & lex naturalis indicit. Dei & justitiae inimicum, omniumque legum te transgressorem constituis, si patri non obedis, cui totum debes, quod ipse es, de cujus carne & sanguine sementinae originis, & natura beneficio carnis & sanguinem mutuasti. Quis tibi materiam existentiae praebuit? pater tuus. Quis te educavit? pater tuus. Quis te armis militaribus instruxit? pater tuus. Quis se exinanivit, ut te Regem faceret? pater tuus. Quis in omnibus laboravit, ut quiete omnia possideres? pater tuus. Nihil in patre tuo invenis accusandum, nisi quod exuberantem gratiam, tuamque devotionem quam forte remissior munificentia meruisset, sola benigna & effusa liberalitate demeruit. Francorum igitur gentibus successit ad votum. Northmanniam enim eorum imminentem cervicibus, quam semper munitam & inexpugnabilem invenerant, nunc ex omni parte te mediante demunt, ut nec de cetero caput con-

PAGIUS

dis aliis multiplices eis molestias intulisset, videns eos ad resistendum, singulis diebus animosiores, & plenius cognoscens quod non proficeret, & praedicta nobilis matrona Legati pro pace impetranda instarent vehementius, suscepta pacta pecunia, & viginti captivis equitibus de nostro populo libertati restituitis, animo majora concipiens, soluta obsidione reversus est. Nangius in Chron. tam Amalrici III. Jerosolymorum Regis, quam Noradini Turcorum Regis, qui

tra eos erigere, nec incursum hostiles valeant sustinere. O levitas adolescentiae deploranda! nec mirum. Si enim tibi Deus cursum vitae longioris indulserit, flebis aetate provectior, quod amittis impubes; nec erit tunc locus poenitendi, cum res in eam desolationem venerit, ut reformari non possit. Tibi dilectissime fili, licet amare, tamen ex amore sic loquor; inconsultus enim animi tui motus aequanimitate tolerare non possum. Et utinam mors quam me cogis optare, praeveneret hos dies, quibus te patris & patriae persecutorem conspicio: quibus te amicum hostibus tuis, & amicis hostem intueor: quibus in eo statu te video, quasi gladium tuoguttur affixisses. Ad haec scias Andeliacum unicuique esse subsidium vitae nostrae, ipsum tuae committo custodiae. Si praedonibus, & incendiariis Andeliacum exposueris, mihi vivendi materiam adimes, qui das animum moriendi. Valete.

XIV.

Sed & quod eadem belli domestici occasione ipsa Regina senior Eleonora a Rege discessisset una cum filiis, idem Archiepiscopus hanc ad ipsam ut rediret ad virum Regem senioremonens, dedit epistolam: (a)

(a) Pet. Bles. ep. 154.

Reginae Anglorum Rothomagensis Archiep. & Suffraganei sui salutem, & quae ad pacem sunt, quaerere.

Ad Regnam Senioremonem idem Archiep. (b) Mat. 19.

In publicam notitiam venit, nec alicui Christiano licitum est ignorare, quod firma & indissolubilis sit copula conjugalis. Matrimonia semel inita separari non posse, sanxit Veritas, quae mentiri non potest. (b) Quos Deus, inquit, conjunxit, homo non separat. Sicut autem divini mandati se transgressorem constituit qui separat conjugatos; ita culpabilis conjugata est, quae se a viro suo separat, fidemque socialis vinculi non observat. Cum una caro conjuges efficiantur, necessesse est, ut unionem corporum comitetur spirituum unitas, & paritas in consensu naturae conditionem. Apostoli mandatum & Evangelii legem mulier illa evacuat, quae viro non est subdita. Caput enim mulieris vir est, de viro sumpta est, viro est unita, viri subdita potestati. Omnes itaque communi, & lamentabili querimonia deploramus, quod cum sis mulier prudentissima, divertis a viro, recedit latus a latere, membrum capiti non deseruit; immo quod

apud Damascum regnabat, mortem in annis sequentem perperam differt, ut ex mox dictis liquebit, recte tamen subdit: Cujus uxorem Saladinus occupator Aegypti sibi matrimonio copulans, cum ipsa regni regimen, fugatis haereditibus, occupavit; deinde terra Roasia & Gesira occupata, circum jacentia regna usque ad intima citerioris India nunc dolis nunc armis expugnans, de sceptris pluribus Monarchiam efficit, Babylonia & Damasci sibi vendicans Principatum.

(a) If. 1.

quod enormius est, viscera domini Regis, & tua pateris insurgere contra patrem, ut merito cum Propheta dicat: (a) Filios e-nutriti, & exaltavi: ipsi autem spreverunt me. Utinam sicut alius Propheta commemorat, praevenisset hora novissima dies nostros, & operuisset terra faciem nostram, ne videremus haec mala. Scimus quia nisi revertaris ad virum tuum, eris generalis ruina occasio; & quod singulariter nunc delinquis, in commune dispendium convertetur. Revertere itaque, Regina illustris, ad virum tuum & dominum nostrum, ut in tua reconciliatione reformetur laborantibus quies, & in tuo reditu letitia redeat universis.

XV.

Sic te ad hoc non permovent preces nostra: te saltem afflictio populorum, imminens praesura Ecclesiae, & desolatio regni sollicitet. Aut enim mentitur Veritas, aut omne regnum in se divisum desolabitur. Sane haec desolatio in dominum Regem converti non potest, sed in filios eius & successores ipsorum. Contra manum foemineam, & consilium puerile provocatis offensam domini Regis, cui etiam fortissimi Reges colla subiciunt. Ea propter, antequam res in deteriorem exitum vergat, redeas cum filiis ad maritum, cui parere & cohabitare teneris. Te converte, nec tibi aut tuis filiis sit suspectus. Certissimi enim sumus, quod omnimodam exhibebit vobis dilectionem, & securitatis plenissimam firmitatem. Mone quoque filios tuos, ut patri suo subditi, & devoti existant, pro quibus tot passus est angustias, tot discrimina, tot labores. Unde, ne inconspicua facilitas dilapidet ac disperdat, quod tantis est sudoribus acquisitum: haec tibi, piissima Regina, & zelo Dei dicimus, & sincerae charitatis affectu. Parochiana enim nostra es, sicut & vir tuus (quod Duces essent Northmanniae, & Comites Aquitaniae). Non possumus deesse justitiae. Vel redibis ad virum tuum, vel jure canonico constringemur, & tenebimur in te censuram Ecclesiasticam exercere. Quod quidem inviti dicimus; & quod nisi respueris: cum dolore & lacrymis faciemus. Vale.

(b) Pet. Bles. in can. Ep. pag. 533.

Haec Rothomagensis sapientissimus Archiepiscopus, de quo ista Petrus Blesensis (b): Et ne longe exempla petere vos oporteat honestatis, vobis Episcopalis of-

ficii formam vestri avunculi Rothomagensis Archiepiscopi doctrina praescribit, cujus vestigia si velitis fideliter imitari, eritis ad mores compostus, liberalis, affabilis, mansuetus, in consiliis providus, in agendo strenuus, in jubendo discretus, in loquendo modestus, timidus in prosperitate, in adversitate securus, mitis inter discipulos, cum his qui oderunt pacem, pacificus, effusus in elemosynis, in zelo temperans, in misericordia fervens, in rei familiaris dispensatione nec anxius, nec supinus, circumspectus ad omnia, illorum quatuor animalium imitator, quae ante, & retro, & in circuitu habere oculos providentiae describuntur. Haec Petrus. Quod ad conflatum domest cum bellum spectat, laboravit pro pace & gener Regis Willelmus Siciliae Rex, qui & ipse has litteras dedit ad Henricum seniore: (c)

(c) Roger. in Annal. Angl. hoc anno.

Henrico Dei gratia illustri Anglorum Regi, & Duci Northmanniae & Aquitaniae, & Comiti Andegaviae, Willelmus Dei gratia Rex Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae salutis felicitatem, & de hostibus desideratum victoriae triumphum.

XVI. Epist. Regis Siciliae ad Regem Angl.

In receptione litterarum vestrarum cognovimus, quod quidem sine admiratione maxima proferre non valeamus: videlicet, quod ordine humanitatis oblito, & naturae lege soluta, insurrexit filius in parentem, in genitorem genitus, commota sunt viscera ad bellum intestinum, irruerunt ad arma praecordia, & quod novum prodigium est, & nostris temporibus inauditum, caro desavit in sanguinem, & seipsum quaerit sanguis effundere. Et quoniam ad tanti furoris impetum compescendum potentiae nostrae auxilium loci incommoditas non admittit: eo quo possumus charitatis affectu, quem locorum spatia non concludunt, personam & honorem vestrum devotius amplectentes, dolori vestro compatimur, persecutionem vestram moleste ducimus, & quasi propriam reputamus. Confidimus autem & speramus in Domino, cujus judicio Regum judicia terminantur, quod diutius non permittet filios vestros tentari supra id, quod possunt, vel debent. Et qui factus est obediens Patri usque ad mortem, ipse in iis filialis lumen obedientiae inspirabit, per quod

dino, uxoris ejus connubium appetivit, eaque tradente Damascum, & fines ejus accepit. Cumque esset militia Turcorum gratissimus, vires artibus, & artes viribus juvenans exheredato Noradini filio amplissimum regnum ejus obtinuit. Mox in Aegyptum arma transferens, assumptis terra illius Principibus locupletissimum arripuit regnum Babylonis (non illius Babylonis, de qua Scriptura Sacra loquitur, sed cuiusdam Aegyptiae civitatis, cui, ut legitur, Cambyses Rex Persarum subacta Aegypto a se condita

PAGIUS V. Ejus regnum arripit Saladinus.

Audiendus Neubrigenis lib. 3. cap. 10. ut Annales Ecclesiastici hac in parte magis suppleantur: Mortuo Noradino Rege Syriae & Mesopotamia, qui populo Christiano post patrem sanguinum, virga furoris Domini fuerat: surrexit pro ea Saladinus, non jam virga, sed malleus. Hic Saraconis nepos, qui Saraco (ut superius dictum est) Princeps militia Noradini extiterat; illi defuncto in eodem Principatu successit, homo astutia singularis, & mille vocandi artibus instructus. Mortuo autem Noradino, uxoris ejus connubium appetivit, eaque tradente Damascum, & fines ejus accepit. Cumque esset militia Turcorum gratissimus, vires artibus, & artes viribus juvenans exheredato Noradini filio amplissimum regnum ejus obtinuit. Mox in Aegyptum arma transferens, assumptis terra illius Principibus locupletissimum arripuit regnum Babylonis (non illius Babylonis, de qua Scriptura Sacra loquitur, sed cuiusdam Aegyptiae civitatis, cui, ut legitur, Cambyses Rex Persarum subacta Aegypto a se condita

quod memorabuntur, quod caro & sanguis vester sunt, & relictis hostilitatis erroribus agnoscent se filios, redibunt ad patrem, naturam solidabunt incommoda, & debita dilectionis foedera pristinus ordo continebit. Hucusque Siciliae Rex ad Regem Anglorum. Pergit auctor narrare crudelia facta, immanes strages, quae per hostes sunt perpetratae adversus Regis senioris subditos & sectatores. Nec quievit furor irae Dei, quo usque anno sequenti angustatus idem Rex infelix, memor immanis sacrilegii adversus sanctissimum martyrem Thomam perpetrati sua culpa, de eo veram dignamque exegit poenitentiam. Qualisnam ista fuerit, inferius enarratam audies, quae contigit anno sequenti, quo conciliato per poenitentiam Martyre, mox magna Dei per Martyrem suum ostensa virtute, horrida illa tempestas omnino cessavit. Cum & ipse Henricus pater Ecclesiae Cantuariensis elegit Archiepiscopum Richardum, & alios aliis pastore orbatis (quae plures erant) elegit Antistites, quos Romam consecrandos abire praecipit. Quae autem haec secuta sint, sequenti anno dicetur. Ita Rex compellitur ex ingruentibus afflictionibus bene consulere animae suae, & expiatione delictorum consequi a Deo misericordiam.

XVII.

Quod autem omnes vires filii rebellis collocatae essent in confederatione Francorum Regis, idem Henricus senior Legatos ad eum misit pro reconciliatione. Functi sunt ea legatione Rothodus Archiepiscopus Rothomagensis, & Arnulphus Lexoviensis, quorum extat relatio de rebus ab ipsis cum Francorum Rege tractatis. Incipit: (a) Tanto tempore usque diligentius injunctam nobis legationem, &c. Post narrata, quae cum Rege Francorum intercesserunt, haec demum in fine: Tandem idem Rex Franciae etiam juramento firmavit se numquam de cetero vobiscum foedus aut concordiam habiturum, nisi de vestrae uxoris, & filiorum vestrorum assensu. Nunc igitur in custodiendis munitionibus vestris & patissime in corporis vestri tutela consilio est utendum. Communi enim voto in exitum vestrum tota Francia conspiravit. Nec satis est ei exterminare terra faciem igne, & gladio: sed in vestram personam

(a) Pet. Bles. ep. 153.

Relatio Legatorum Episcoporum.

PAGIUS

ditae nomen indidit Babylonis, ut habet idem Neubrigenis lib. 2. cap. 23. Lybia quoque atque Arabia potius, natus est nomen grande, super nomen aliorum Magnorum, qui sunt in terra. Denique (ut dicitur) octo regnis ditissimis praesidens, parum tamen a se actum putabat, dum Christiani magno, id est Mediterraneo mari ab Orbe reliquo Christiano seclusi, Jerusalem & Antiochiam, & maritimas Syriae civitates possiderent. Totum ergo in ipsos latissimi imperii sui robur convertens, homo in

(quod absit) scelus execrabile machinatur. Consulimus sane, si qua abstulisti, si lassisti aliquem, ablata restituere, & odia reformare in gratiam. Hoc enim inimicos vestros potissime invitat ad pugnam, quod intestinos hostes sentiunt vos habere: & qui vobiscum dulces capiunt cibos, data opportunitate magnificabant super vos supplantationem. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem fortitudinem brachii sui. Quid est amabilis filius? quid uxore familiaris? Recessit tamen uxor a latere vestro, & filii insurgunt in patrem. Ideo non frustratorie loquebatur hic ille hominum prudentissimus, qui dicebat: Amico ne credas. Ab ea quae dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Filius enim contumeliam facit patri: & inimici hominis domestici ejus. Sane, suffragia illius imploranda censemas, in cujus manu sunt corda Regum. In ejus nomine parvitati David (b) Goliath subja-cuit magnitudo. In ejus nomine Samaria adeo fame confecta obsidente (c) Benadad, quod triginta argenteis caput usui vendebatur, sub actu oculi liberata est, exuberantisque victualium affluentia redundavit. In eo siquidem sperans non infirmabitur: Si exurgat adversus vos praelium, in hoc sperate. Si exurgant adversus vos castra, non timebit cor vestrum: ipse enim docebit manus vestras ad praelium. Accipite vobis in auxilium preces Ecclesiae: quam si in aliquo offendistis, debita satisfactione impensa, ei de cetero omnem reverentiam exhibete. Sponsa enim Christi est: & injurias Sponsae Christus reputat suas. Nec est quod magis hostes vestros incitat ad conflictum, quam quod arbitrantur vos Ecclesiae Dei minus extitisse devotum. Bene valeat charissimus dominus noster, & de his qui se contra eum in superbia, & abusione erigunt, reponet in virtute Altissimi gloriam & triumphum. Haec Legati.

(b) 1. Reg. 16. (c) 4. Reg. 6. * octoginta

Henricus autem senior ubi ista accepit, desperatione melioris status rerum adactus, cuncta quae sciebat displicere filio in promotione Episcoporum, eadem implere curavit. De his enim ista Rogerius praesens his omnibus: Eodem anno Henricus Rex Angliae pater contra prohibitionem Henrici Regis filii, & post appellationem factam

XVIII. Electio Episcoporum in Sedes vacantes in Angliam

seculari potentia sive astutia vix comparationem recipiens; modis omnibus nitebatur devorare plebem Dei, sicut escam panis, & trophaum Crucis Christi avellere a partibus Orientis, ubi prius erectum est, ut quae infra narrabimus. evidenter demonstrant.

VI. Moritur Amalricus. Jerosolymorum Regem coepisse febre vehementissime laborare, & ingravescente valetudine in fata Rex.

Etiam ad dominum Papam, dedit Richardo Priori de Doverie Archiepiscopatum Cantuariensem, & Reginaldo filio Jocelini Saresberienfis Episcopi Episcopatum Bathoniensem, & Richardo de Iwecestre Pittavienfi Archidiacono Episcopatum Vintoniensem, & Roberto Foliot Episcopatum Herefordensem, & Gufredo Ridel Cantuariensi Archidiacono Episcopatum Eliensem, & Joanni de Grenford Episcopatum Ciceftrensem. Hæc Rogerius hoc anno. Quod autem Reginaldus infamatus esset persecutionis in S. Thomam, ob idque indignus qui confirmaretur Episcopus. Petrus Blesensis ejus Ecclesiæ Bathoniensis Archidiaconus hanc in ejus, sive etiam aliorum defensionem scripsit epistolam ad quemdam amicum suum, quæ sic se habet:

XIX.
(a) Pet. Bles. ep. 45.
Pet. Bles. pro Reginaldo a-pologia.

Arguitis (a) & damnatis Reginaldum Bathoniensem, tamquam beati Thome martyris persecutor fuerit & occisor. Scitis equidem, quam periculosum sit homini innocenti notam tanti criminis inurere, & adversus innoxium detestabilem suscitare infamiam: quamcum abolere volueritis, ipsius excursus non poteritis cobibere. Scio quia Martyrem dilexist ex corde, & inter desiderabilia hujus mundi fuit in votis ejus quandoque præcipuum, familiaritati & obsequio Martyris adhaerere. Beatus siquidem Martyr suspenderat patrem ejus Episcopum Saresberiensem, nec mirum eo tempore videbatur, si filius afflicto patri compatiens, quandoque durius, aut minus consulte de sancto Martyre loquebatur. Nam & nos insensati vitam ipsius putabamus insaniam, & finem illius sine honore: sed computatus est inter filios Dei, & fors illius inter electos. Quidquid faciebat caritatis obtentu, & zelo justitiæ, in crimen odii, & invidiæ vertebatur. Sed e contra quidquid machinabatur ad ejus infamiam humana malitia, eidem convertebat Dominus ad coronam. De ipso capite nostro JESU CHRISTO dicit Isaias: (b) Nos putavimus eum leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum, & nos quidem pretiosissimum Christi membrum leprosum reputavimus, & abjectum. Hæc est lepra, quæ in Sanctos Domini se diffundit. De hac lepra (c) in Levitico memini me legisse: Si effloruerit lepra discurrens in cute, sacerdos lepram mundissimam judicabit. Cum omnis lepra immunda sit, lepra infamiae, quæ Sanctorum afficit innocentiam, munda est. Nam cum exterius excurrat sinistra opinio, cum

(b) Is. 53.
(c) Levit. 13.

exterius mentiatur iniquitas sibi, Sanctorum animæ in manu Dei sunt, justique verba exterioris contumeliæ contemnent, de thesauro conscientiae sunt securi. Nota in Christo hujus lepræ vestigia, quæ a capite in membra, a patre in filios derivatur. (d) Curabat Dominus languentes, & violator sabbati dicebatur: Non est, dicebant, hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Eticiebat (e) demones, & hoc maleficiis adscribebant: In Beelzebub principe demoniorum, inquit, eicit demonia. Nunc (f) Samaritanum, nunc filium (g) fabri eum vocabant. Ideo describit eum Zacharias (h) sordidis vestibus indutum: quod ei, & imitatoribus ejus convenit, ut in veste sordida sit decor mentis, ut in cute leprosa sit munditia cordis, & inter contumelias detractorum pura & munda conscientia sit in Sanctis. Propterea Sponsa in Canticis dicit: (i) Nigra sum, sed formosa. Si ergo Bathoniensis electus, sicut & nos omnes, vitam Martyris quandoque habuit in derisum, si patri suo beneficium relaxationis obtinere curavit: non est, quod ei debeat imputari ad crimen. Sed & si adversus eum deliquit in aliquo, eum excusabilem ignorantia facit. Ecclesiam Dei persecutus sum, dicit (k) Apostolus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci. Credo, quod si sanguis (l) Abel clamat de terra ultionem: sanguis mitissimi Martyris clamat remissionem peccatorum, in his maxime, qui poenitentiam agunt humilem, & devotam. Scio autem, quantum exterioribus signis perpendere potest humana fragilitas, quod si præfatus Electus aliquid attentavit in contumeliam Martyris: illud expiavit asperitate cilicium, largioribus elemosynis, lacrymis profusioribus, & austerioribus disciplinis. Res est plena periculi, sinistra de homine innoxio suspicari. Ideo Apostolus ad Romanos scribens (m) ait: Infirmum autem in fide assumite, non id disceptationibus cogitationum. Nulli aut pauci hodie sunt qui conscientias alienas inspiciant, qui cum Eliseo (n) dicant ad Giezi: Nonne cor meum in presenti erat, quando accepisti argentum & vestes a Naaman? Temerarium est, si tuum delictum dissimulas, & judicas alienum. Verbum Satyrici est: Ut nemo in sese tentat descendere, nemo, sed præcedenti spectatur manica tergo. Nolite ergo hominem criminosè arguere, nolite judicare seruum Domini: suo enim Domino stat aut cadit. Ejus est ju-

(d) Joan. 5. & 9.
(e) Luc. 11.
(f) Joan. 8.
(g) Mat. 1.
(h) Zach. 3.
(i) Cant. 1.
(k) 1. Tim. 1.
(l) Gen. 4.
(m) Rom. 14.
(n) 4. Reg. 5.

PAGIUS concessisse: Mortuus est autem, inquit, anno ab Incarnat. Domini MCLXXIII. quinto Idus Julii; regni vero duodecimo, mense quinto (anni nempe duodecimi): aetatis vero tricesimo octavo. Quare verum est quod anno MCLXIII. diximus, Amalricum anno MCLXII. mense

Februario Regnum iniisse, & Noradinum, ut mox narravimus, qui duobus circiter mensibus ante Amalricum vita functus est, hoc anno interiisse. Amalrico successit Balduinus quartus filius, vix annorum tredecim, qui Idibus Julii quarta die post patris obitum, in-

judicium, qui scrutatur corda & renes, qui scrutatur Hierusalem in lucernis, cui cogitatio hominis confitetur. Pro minimo mihi est, dicit Apostolus, (a) ut ab homine judicer, aut ab humano die. Cui concordat, quod per Isaiam (b) dicit Dominus: Nolite, inquit, timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis. Et soli relinquatur judicium, cui omne judicium dedit Pater. Ipse licet nunc multa sustineat patienter, judicaturus est tamen tempore suo. Cum accepero, inquit, tempus, ego justitias judicabo. Tunc boni discernentur a malis. Deus enim deorum Dominus loquetur, & vocabit terram: habensque ventilabrum in manu sua veniet, ut discernat populum suum. Interim cum Hierosolymitis habitat Jebuseus, interim Ann. Eccl. Tom. XIX.

(a) 1. Cor. 4.
(b) Is. 51.

in horto patrisfamilias simul sunt salivica & abies, urtica & myrtus. In grege Jacob animalia alba & nigra, agni & bœdi. In reti Petri pisces boni & mali. In arca Noe animalia munda & immunda. In agro Domini lilia inter spinas, & zizania inter spicas. In area Domini granum cum palea. In cella Christi vinum cum acinis, oleum cum amurca. Non est nostrum aliquem judicare: novit enim Dominus, qui sunt ejus. Consulo igitur frater, & exhortor in Christo, ut cessemus a verbis etiam ad rem non pertinentibus: cumque futuri sint premi novissimi, & novissimi premi, credo, quod vos præcedet ad vitam, quem novissimum reputatis. Hæc ipse; hicque finis anni hujus.

FFF An-

PAGIUS unctus est & coronatus, inquit Tyrius lib. XXI. cap. 11. & quidem accurate; hoc enim anno dies Iduum Julii, seu dies XV. ejusdem mensis in dominicam incidit. Regni procura-

tio, populo acclamante, tradita fuit Comiti Tripolitano, quia Regis adhuc infra pubertatis annos degentis, tutela ei jure agnationis debebatur, ut ibi Tyrius habet. [1]

NOTÆ [1] Anorum numeros apud Tyrium corruptos esse nullo argumento planius fieret, quam ex designatione anni emortualis Almarici. Obiit ille non quidem anno 1173. ut in Tyrio legitur, sed anno 1174. ut ex fide diplomatis autographi ejusdem Amalrici in codice Melitenfi to. I. pag. 244. vulgati adstruitur. Datum est illud in urbe Accon per manum Rodulphi episcopi Bebleem regisque cancellarii die XIII. Kal. maii, anno ab Incarnatione Domini MCLXXIII. indictione VII. Eodem pariter anno 1174. mense junio Almaricus alterum dedit diploma pro Hospitali S. Joannis Hierosolymitani quod ex autographo ibidem pag. 243. exhibetur. Ac denique extat ibi & alia charta ejusdem anni, incerto mense, indictione nona (mendose pro septima) regnante Almarico rege V. Jerosolymorum. Ex his constare arbitror Almaricum vitam produxisse usque ad junium mensem anni 1174. Vicissim autem eodem anno idibus decembris Balduinum Almarici successorem jam regnasse probat autographum diploma ejusdem Balduini, ibidem legendum. Facile igitur mentis emortualis Almarici recte notatur apud Tyrium qui diplomati ejusdem Balduini, ut regius cancellarius subscripsit. Si vero Tyrii fidem in reliquis omnibus præterquam in annis Incarnationis adnotandis quoad epocham regni Balduini retinenda est, exordium Almarici aliud profecto assignari oportet, quamquod a Pagio aliisque constituitur. Ait igitur Tyrius Almaricum anno regni sui duodecimo mense quinto obiisse. Annus ille duodecimus inceptus erat jam inde ante menses quinque, non absolutus, ut Tyrius ipse lib. 9. cap. 1. exponit. Annos vero undecim ac menses quinque ab anno 1174. julio mense si dempseris ad februarium anni 1163. devenies, quem annum non vero præcedentem 1162. cum Pagio Almarici exordio assignes. Id etiam subobscure docet charta quædam vulgata in eodem codice num. CLXV. quæ data legitur anno 1163. regnante in Jerosolymis Almarico anno primo regni ejus. Licet incerti mensis scriptura sit, data tamen videtur post pascha ejus anni, cum solutionem quandam tunc factam commemoret, eandemque spatio annorum 25. singulis annis die paschæ iterandam præscribat. Indicare enim hæc videntur primam solutionem exhibitam fuisse in pascha, vel saltem post pascha anni illius; alioquin, si nondum pascha anni 1163. incidisset, solutio nova in pascha ejusdem anni recurrisset; quod ineptum reputamus. MANSI

JESU CHRISTI
ANNUS
1174.

ALEXANDRI PAP. III.
ANNUS
15.

FRIDERICI IMP. 20.
MANUELIS IMP. 32.

I.
Frideric.
quinta
expeditio
in Ital.

ANus sequitur millesimus centesimus septuagesimusquartus, Indictione septima, quo circa nativitatem B. Mariæ (inquit Dodechinus) Fridericus Imperator cum maxima multitudine Longobardiam intravit. Sed paulo tardius, eodem tamen mense, cum ingressum in Italiam, sic habent Acta Alexandri Papæ: Eodem tempore, anno quintodecimo Pontificatus Alexandri Papæ Fridericus Imperator dictus, ad suggestionem Papiensium & Marchionis de Monteferrato, quinta vice in Lombardiam hostiliter remeavit. Transiit per montem Sinisum, & in multitudine grandi descendens in planitiem, castrametatus est juxta Sicusam. Altera autem die, conceptum furorem occultare non valens, in primo destabiliu operum suorum civitatem ipsam combussit; & exinde acies suas versus Astensem civitatem ad exercenda reliqua mala direxit. Habebat enim circa se multitudinem copiosam barbaricæ gentis, homines assuetos bellicis actibus, viros nequissimos, rapaces & desperatos, quos de Flandria & aliis circumpositis locis

elegerat. Et quia neminem amantem amat nemo, Lombardi in uno spiritu & in una voluntate conjuncti, quoniam ipsius reditum a longe præviderant, civitates suas, & arces bene munierant, & ad resistendum ipsi in faciem, tamquam viri bellicosi & potentes, intrepidi existebant. Miserunt itaque ad subventionem Astensem, qui secum jam diu confederati fuerant, viros industriosos, in consilio valde providos, & in armis probatos, quatenus eosdem Asteneses contra impetum supervenientis hostis animosiores redderent, & cum Rex veniret, pro sua libertate manutenenda, eorum exhortatione fortius dimicarent. Illi vero in deterius providentes impofterum, imprudenter desciverunt a confederatione societatis Longobardorum, & prosternentes se in conspectu Friderici, tradiderunt civitatem in manu & potestate ipsius. Quia in suam potestatem redacta, Fridericus sese super extollens, ad destructionem Alexandriae quam noviter Lombardi construxerant ad honorem B. Petri, cum Marchione Montisferrati & Papiensibus conatus est festinare.

anno mortuus erat (ideoque recentes Historici, qui ejus mortem in hunc annum differunt, hallucinati sunt); & Imperator regnum ipsum Bohemicum vi obtinens, pro velle suo illud disposuerat; & ideo tutum non erat Episcopo illic manere. In Episcopatu etiam suo manere non poterat; quia de Primoribus multi, qui videbantur columna Ecclesie esse, ira adversus eum concitati, contra eum sentire caperant, in tantum, ut in depositionem ejus intendentes, criminalia & peremptoria quadam falso ei obicerent, & Romam ad Apostolicum adversus eum per nuncios suos clam mitterent.

Apostolicus autem vera edoctus per litteras fere omnium Prælatorum totius Episcopatus Saltzburgeris, & Episcopatus Patavienfis bonum testimonium patri suo (nempe Adalberto Metropolitano) dantium, & injuriam contra eum factam conquequentium. Ipse dominus Papa persistens illos & rebelles ab intentione sua dehortatus scriptis & præceptis Apostolicis ad obedientiam & subjectionem memorati Episcopi eos revocabat. Sed, ut ad incerta redeamus, Imperator collecta Curia, ut ex toto & manifeste schismaticos faceret illos, qui jam ex multo tempore contra Archiepiscopum nitebantur, omnes suffraganeos ejusdem Archiepiscopi, qui aderant, ad hoc deduxit, ut in sententiam Brixinensis Electi Magistri Richeri consentirent, qui Electus ad interrogationem Imperatoris, præfente Curia, sententiam depositionis in Archiepiscopum nimis proterve dederat. Ipse enim Electus contra Archiepiscopum inflammatus erat, propter hoc, quod Archiepiscopus suffraganeos suos ab ordinatione sua retrahere nitebatur; quia sine ejus licentia, & sine permissione ejus, utpote Metropolitani, attentata, in eadem Curia peracta est: sed utrum canonice & catholice, ipsi viderint.

Præfata igitur sententia Electi (quia & Principes regni pro gratia Imperatoris consentire

III.

CHRISTI
1174.

ALEXANDRI III. PAP.
15.

FRIDERICI IMP. 20.
MANUELIS IMP. 32.

II.
Frideric.
cum da-
mo per-
stat in ob-
sidione
Alexand.

Sed quia in cunctis actibus suis Deo, & Ecclesie adversabatur, iniqua dispositioni ejus mirabiliter Deus omnipotens obstitit, & ejus propositum disturbavit. Tantam namque pluviarum inundationem repente de celo misit, ut omnia flumina inundarent, adeo ut in paludes cuncta campestria verterentur. Videns autem Alexandriae populus sibi de celo missum auxilium, qui jam metu terribilis Principis fugam paraverat: resumpsit vires & animos, atque ad resistendum numerosæ adversariorum multitudini, de Apostolorum Petri & Pauli suffragiis confidens, postposita trepidatione, se se viriliter præparavit. Sed quamvis asperitas hyemis, & inundans pluviarum & nivium difficultas eundem Fridericum ad obsidionem Alexandriae dehortaretur accedere: nihilominus tamen in fortitudine sua fidens accessit, & castra juxta civitatem ipsam in loco aquoso utrimque firmavit. Diligenterque circumspiciens, quod eadem civitas præter fossata, & vicinitatem fluminis nullo murorum vel virium gauderet presidio, de-

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS
Alius in
locum e-
jus in-
trudunt.

cohebantur) excepto uno Principe Duce Austriae Heinrico, statim omnis illa congregatio Saltzburgeris, qua aderat, simul cum ministerialibus, omnes quendam Heinricum Præpositum tunc Pertbelgadiuensem cum favore Principum & Imperatoris Electum collaudant, conclamant, & inthronizant, nihil reluctante illo. Imperator etiam sine mora justitiam suam ei recognovit, & Ecclesia Saltzburgeris toto Episcopatu cum omnibus Regalibus per sceptrum ei concessis, valde solemniter coram omni illa Curia & Principibus. Qui & omnes a primo Duce Bavariae & Saxonia incipientes, beneficia sua ab eo cum multa reverentia & honore requirentes, & hominiam facientes, coram Imperatore acceperunt. Ex Prælatibus autem & personis Ecclesiasticis, qui aderant, paucissimi huic insania se subtraxerunt, nec electioni illius interfuerunt, nec ad eum postea unquam accesserunt; quibus tamen electio ejus facile persuaderi potuisset, si meliori tempore, & si vacante sede illa facta fuisset. Multum enim religiosus apparebat, & valde acceptus semper erat omnibus tam Ecclesiasticis, quam secularibus viris, propter prudentiam & eloquentiam, quibus ornatus erat, & maxime propter in Ecclesiasticis disciplinis a puero conversationem suam.

IV. His ita peractis, & Curia finita, Imperator Alexander in expeditione cum multo exercitu, versus Longobardiam profectus est. Ecclesia Saltzburgeris parum honoris & consolationis, præter hanc dualitatem, & hoc genus scandali & scissionis relinquens. Archiepiscopus autem Adalbertus cum Prælatibus suis, quibus altior mens, & sanctius

spexit eam, sperans inaniter, quod in primo congressu posset ipsam capere & delere. Collectis igitur cunctis viribus sui exercitus, in eosdem Alexandrinos gravissimum fecit assultum, applicavit aggeres & diversi generis machinas, & diu cum eis atrociter dimicavit. Sed auxiliante Domino, prævaluit populus Alexandrinus, & machinis hostium per violentiam captis, totam illam barbariem non sine occisione usque ad tentoria fugere compulit. Unde Fridericus, qui sibi visus est ita fugari, in iracundiam majorem exarsit; & ideo contra consilium & voluntatem Principum suorum, in obsidione ipsa, quo usque victoriam obtineret, morari disposuit. Et quamvis hyemis asperitas immineret, & exercitus pateretur omnium rerum necessariorum indigentiam, & equorum multitudo cœpit deficere, sed & militum apparatus magno pretio dirabi: non tamen pro his atque aliis difficultatibus ab Alexandrinorum impugnatione iracundia Imperatoris cessavit, licet ab eis semper tristiores vicem reciperet. Quæ autem

F ff 2 hæc

propositum, consiliumque sanius erat, quæ magna multitudo adhuc cum eo stabat, Dominum Apostolicum sine dilatione querelam suam, & de hac injuria deposuit per fidelem nuncium, videlicet Erchenpoldum Capellanum suum Canonicum autem Reicherspergensis Ecclesie: qui jam tertia vice Legationem, & literas ejus fideliter, sed cum magno labore & periculo vita, ad Apostolicum deportaverat, de eodem negotio, eademque de causa. Tunc Dominus Apostolicus misit litteras per eundem nuncium ipsi Archiepiscopo, & Domino Chunrado Moguntino Archiepiscopo, qui legatione Apostolica in partibus Bavariae fungebatur, & Præposito & Choro Saltzburgeris, quas Chronographus laudatus recitat. Alexandri III. literæ ad Adalbertum Saltzburgeris Archiep. datæ sunt Anagnina VI. Idus Septemb. iisque cassæ quæ adversus illum gesta fuissent; Idem Pontifex eadem die ad Conradum Moguntinum Archiep. Legatum suum, & ad Capitulum Saltzburgeris eadem de re scripsit litteras ibidem relatas.

Germaniæ rebus ita constitutis, Imperator ad Lombardorum contumaciam vindicandam in Italiam profectus est, uti narrat Baronius ex Actis Alexandri III. Mense Octobri per Segusianam Italiam intravit, quæ urbs cum Alexandri III. partes sequeretur, direpta, evertebat; Segusianam & Albam opprestit, & octavo die ad officium redegit. Inde ad nuper conditam urbem (nempe Alexandriam) ducit, cuius coloni cum sponte libertatis cupidi, tum crebris sociorum literis, nunciisque admoniti portas claudunt, inquit Trifstanus Chalco lib. 12. [1] Qua-

V.
Gesta a
Friderico
Imp. in
Italia.

NOTÆ [1] DE Italica Friderici expeditione hoc anno suscepta diligentius disserit author, ut reputari quidem potest, cœvus annalium Bosoviensium, qui ad hunc annum ait; Imperator in assumptione S. Mariæ (non ergo octobri mense) Longobardiam cum exercitu intravit; terram devastat, Alexandriam obsedit; in qua obsidione cum multa præclara a nostris acta essent; una die multi ex nostris miserabiliter concidentibus in subterraneum vallum suffocantur. Obsidio præ annum duravit. Idem de ingressu Imperatoris in Longobardiam testatur Chronographus Sæculo Leibniti ad hunc annum. MANSI

hæc secuta sint post hyemem, sequenti anno, temporis ratione servata, dicemus. Ita plane, qui tumentes (a) fluctus maris non altis montibus, sed vili arena...

III. Eodem anno, Electus Cantuariensis cum aliis electis Angliæ Episcopis Romam ad Alexandrum Papam pro confirmatione venit, adversus quos missus a Rege filio...

minus Papa Cantuariensem Electum consecravit. Unde Reginaldus Bathoniensis Electus in hac forma scripsit domino suo Rege Angliæ:

Henrico illustri Angliæ Regi, & Duci Northmanniæ & Aquitaniæ, Comiti Andegaviæ, charissimo domino suo Reginaldus Dei gratia Bathoniensis Electus salutem in eo qui dat salutem Regibus.

Noverit vestra prudentia majestatis, nos in Curia domini Papæ duos de regno Francorum, & de terra vestra duriores adversarios invenisse: ideoque nos ibi multa pati & moram oportuit facere...

IV. Reginaldus Bathoniensis Electus ad Regem Angliæ.

Hoc

sona subsecutus est. Subdit eum consecratum fuisse hoc anno ab Alexandro III. dominica post Pascha, qua canitur ad introitum, Misericordias Domini.

Paulo post Gervasius de Henrico II. verba faciens ait: Rex Angliæ ab omnibus fere Comitibus fidelibus & infidelibus suis solus relictus est: adeo ut vix aliquem haberet ex omnibus charis suis...

VII. Penitentia Henrici II. ad Sepulchrum Thomæ.

V. Hoc plane unum desiderari poterat ad plenissimam Regis satisfactionem, ut quem offendisset toties verbis atque factis, & causam præbuisset necis ejus, purgaret idipsum publica pœnitentia ad sepulchrum Martyris, quod explevit abunde.

V. De perfecta pœnitentia Regis.

stim sola divina protectionis spe adversus hostes suos armatus transiit maria, & omni occasione & dilatione postposita, Cantuariam venit.

Verum Rex antequam civitatem intraret, ut ipsam vidit metropolitanam Ecclesiam in qua Martyr requiescit: mox incredibiliter humiliatus & devotus, exinanivit se potestate tanta, pauperis servi formam induit, nudis pedibus, totoque nudato corpore præterquam vili quadam tunica super nudo amictus, & pedes & nudus, sic palam in omnium conspectu civitatem intravit...

VI. Visitat Rex sepulchrum martyris.

(a) 2. Reg.

17.

(b) 2. Cor.

11.

PAGIUS Quare coactus fuit Fridericus exercitu circumfuso eam urbem obsidere, idque per hyemem Alexandrinis omnia incommoda magna constantia perferentibus.

VI. Ad num. III. & seqq. Gervasius in Chron. ad annum MCLXIII. pluribus agit de iis, quæ gesta sunt in electione Archiepiscopi Cantuariensis, concluditque eam in Personam Richardi Prioris Dovoræ cecidisse: Multis hinc inde sermonibus prelati, tandem Ricardus Prior Dovoræ dominica Octavarum Pentecostes III. Novas Junii apud Westmonasterium electus est: sed quia erant, qui huic electioni opponerent, misit Cantuariensis Electus nuncios & literas...

PAGIUS: viam ad S. Thomam peregre profectus est. Feria igitur sexta, sexto Idus Julii (legendum, quarto Idus Julii, qui hoc anno in feriam sextam incidit) in veste lanea, nudis pedibus ab Ecclesia S. Dunstani, qua longe extra urbem posita est, usque ad tumbam Sancti Thomæ Martyris perveniens, ibidemque diutius & devote procumbens, ab omnibus qui adstant Episcopis, Abbatibus & Monachis singulis Ecclesie Christi voluntate spontanea verberatus est. Quod etiam narrant Baronius ex Vita Sancti Thomæ Cantuariensis, & Willelmus Neubrigenis hujus temporis Scriptor lib. 2. cap. 34. qui jam cap. 33. dixerat Willelmum Scotorum Regem maximum Henrici II. inimicum captum fuisse anno Christi MCLXXIV. tertio Idus Julii, die sabbati, postridie nempe qua Henricus II. pœnitentiam egit ad sepulchrum divi Thomæ. Tandem adum de pace faciendâ inter Regem & filios suos, & ut habet Gervasius, Rex

Henricus in crastino post festum sancti Michaelis filios suos in gratiam recepit. Sicque pace Regis undique firmata, Deus in Mariæ re sua Thomæ glorificatus est. Philippus Flandriæ Comes Regi Anglorum restituit, quod de jure ejus bellicus ei casus contulerat. Processu vero temporis Willelmus Scotorum Rex datis obsidibus relaxatus est, & coram universa multitudine nobilium utriusque regni Regem Anglorum modis solemnibus dominum suum, seque hominam & fidelem ejus declaravit, ut late refert Neubrigenis in fine libri 2.

Baronius in Addendis & Corrigendis ad hunc Christi annum verba facit de Monasterio Sanctæ Mariæ de Monte Regali a Willelmo II. Siciliæ Rege constructo, Monachis referens & magnificentia Regia dotato, cui ingentia Privilegia Alexander III. ad petitionem ejusdem Regis concessit. Literas Alexandri III. datas III. Kalendas Januarii indit. VIII. Incarnat. Do.

IX. Fundatio Monasterii Montis Regalis.

CHRISTI
1174.ALEXANDRI III. PAP.
15.FRIDERICI IMP. 20.
MANUELIS IMP. 32.

monachis amplius octoginta ternos accepit istus. Hæc ipse. Pergit vero Herbertus: Consuetudines etiam illas quæ inter ipsum & Martyrem fuerant diffensionis materia, Rex tamquam vere penitens prozanti Martyris devotione & Martyris virtute abdicavit malas, & iniquas, bonas vero solum servandas sanxit in posterum, quarum tamen abdicata nonnullæ & ab Ecclesia damnata per regnum observantur adhuc. Quod si Rege sciente & approbante factum sit, ipse Rex viderit, Deus novit. Omnibus itaque in tanta humilitate & devotione consummatis, Rex peregrinus in crastino post Missam ante Martyris sepulchrum celebratam de Martyre, maculatis sic pedibus, ut humiliter coram Martyre venerat, nec etiam refocillatus, in spe multa patrocini per Martyrem in brevi futuri recessit: nec fessit eum spes.

VII. Enimvero (quod dictum mirum, & ad Martyris gloriam, & Regis penitentialem devotionem commendandam non est tacendum) ipso die sicut novit mundus, & Rex ipse fateri dignatus est, quo (ut diximus) audita ante Martyrem & de Martyre Missa, Martyre affectuosissime salutato, quasi a Martyre benigne licentiatu recessit, ipso inquam die, qui dies Sabbati tunc erat, eadem die & hora, qua Missæ interfuerat, Rex Scotorum captus est inter multos, & magnos Regis inimicos, ipse tunc maximus, aut de maximis, a militibus quibusdam paucis & mediæ manus hominibus, qui inter paucos Regi seniori favebant, interceptus est, & tamquam gladio non extracto, nec militæ illato, sed sicut sine pugna & plaga, captus quodam (sicut dicebatur)

casu fortuito, sed nescio quo, ab exercitu suo grandi, quem collegerat, parum deflexus, Altissimo quidem, in cuius potestate cuncta sunt posita, volente eum tradi sic. Sed quis per singula narret, quæ Rex post tam humilem, tam devotam peregrinationem senserit in dies? nec longa mora, & cismarini & transmarini ei rebelles in retiaculum, quod ipso domino suo tetenderant, ceciderunt. Videntes autem alii tam subito cum Rege manum Domini tam validam, siluerunt universi, & ita supra mundi assertionem & spem, ex insperato & subito siluit omnis terra in conspectu ejus, & factum est in pace regnum ejus, Domino super iram inimicorum suorum manum suam sic extendente. Quem super inimicos suos successum talem, & pacem tantam & tam perfectam, eo plus miraculosam, quo tam citam, omnium animis obfirmatis adversum se, Rex totam adscripsit Domino, & glorioso martyri Thomæ, cui certissime erat adscribenda. Hactenus de his Herbertus. Agit & de eadem penitentia publica Regis Neubrigensis, (a) & ipse ejusdem temporis auctor, itemque Rogerius in Annualibus hoc anno, ubi pluribus narrat, quot hoc anno ex ipsa penitentia idem Rex bona fuerit consecutus, cum omnes adversarios, quos Deus converterit in amicos & obsequentes, filiumque Regem rebellem una cum fratribus redire fecerit ad patris gremium pacificum & penitentem. Hæc omnia inexpectata, hoc eodem anno, Rex a Deo feliciter ac facile fuit bono penitentia consecutus.

Ecce, certamen Martyris audistis, & finem Domini (b) vidistis. Qui vivens nec VIII. (b) Jacob. 5.

rit cum die sexta Februarii; & in canobio Mortui-maris (posito in silva Normanniæ Leonina) officium illud solemne Reverendissimus celebravit Antistes. Imposuit etiam cineres benedictos capiti Regis Angliæ & Francorum, qui propter hoc ad monasterium illud adveniant ipso die. Paulo post:

Tricesimum tertium annum in Pontificatu vir beatus implebat. Accedentem igitur ad canobium Bella-vallis in Chryseopolitana diocesi constitutum, ardor Febrium violentus invasit. Interea solemnitas Exaltationis sanctæ Crucis advenit, in qua dominus disposuerat ejusdem Crucis fidelissimum adoratorem, ferventissimum amatorem, praconem sedulum exaltare. Tum narrata ejus morte ait: In cuius transitu annus erat millesimus centesimus septuagesimus quartus, ut legitur in MS. Monasteriensi, & in Compendio Vitæ Ultrajectino Sancti Salvatoris & habet Albericus in Chron. Adhæc Anonymus Auctor Chronici Clarevallisensis ad hunc Christi annum ait: Obiit Sanctus Petrus Tarantasiensis Archiepiscopus, anno XXIII. (legendum anno XXXIII.) sui Pontificatus. Ejus vitam scripsit dominus Gaufridus, Abbas quondam Clarevallisensis. Chronographus autem Clarevallisensis hoc ipso tempore floruit, ut non semel insinuavi; Albericus vero Monachus Cister-

CHRISTI
1174.ALEXANDRI III. PAP.
15.FRIDERICI IMP. 20.
MANUELIS IMP. 32.

nec adminiculis Romani Pontificis, nec Regis Francorum, aliorumque Principum superare potuit perfidiam Regis Anglorum: de ipso jam triumphavit occisus, superavit eum cum putaretur extinctus. Istiusmodi sunt nova prælia Domini, ut exurgant mortui vindices, & de persecutoribus sic erigant, statuantque trophæa, qui jam oppressi & compressi, & ad nihilum pene redacti a persequentibus hostibus videri poterant. An ne Deus ille, qui sic mirificavit Sanctum suum, perit (quod nec id facti præsumit iniquitas) aut dormit ut ad vindictam non excitetur aliquando adversus eos, qui hoc nostro sæculo in ejus sacras reliquias, adeo sacrilegum exercere iudicium, & quadruplo nequiores renovarunt impietatem, debacchari furore satanico in eadem? Væ (a) impio in malum: Retributio enim manus ejus fiet ei. Qui ad tempus dormire videri dormientibus potest, excitabitur Dominus tamquam potens crapulatus a vino, (b) & percussit inimicos suos in posteriora: & opprobrium sempiternum dabit illis. Sed quando hæc erunt? scit ipse. Illud tamen exploratissimum, quod fieri desinent ista, cum Deus desiverit esse Deus. Meminit & Petrus Blefensis de istiusmodi acceptis a sancto Martyre beneficiis in visitatione sepulcri in epistola ad Panormitanum Archiepiscopum. ubi & breve istud habet rerum gestarum summarium, quo excusatur a cædis crimine Rex, conjecta in pravos Episcopos culpa, quod & superius est demonstratum, ait enim: (c)

Quod autem de morte B. Martyris queritis, in verbo Domini, & in ordine diaconi vobis dico, me nullo modo habere in conscientia ipsum hujus rei culpabilem existisse. Hujusque fidem plenissimam facient dominus Theodinus Portuensis Episcopus, & dominus Albertus Cancellarius, qui propter hoc in partibus nostris legatione fungentes exploraverunt, & in-

nocentiam viri cognoverunt; atque sub umbra illius hoc a quibusdam attentatum fuisse, totamque hanc iniquitatem a sanctuario processisse. Accepta siquidem ab eis canonica purgatione illius, illi de mandato summi Pontificis publice sententiaverunt, cum ab hoc crimine coram Deo & hominibus esse innoxium; & in quosdam magnates, quorum malitiam in hac parte manifeste convicerant, notam infamiam retorserunt. Illud quoque noveritis dominum Regem gloriosum Martyrem in omnibus angustiis suis patronum habere præcipuum. Eadem siquidem die, qua primo tumulum Martyris visitavit, Regem Scotiae persecutorem, & impugnatorem fortissimum captum vinculis carceralibus mancipavit. Continuatoque deinceps favore successuum, ope Martyris de universis hostibus gloriosissime triumphavit. Sciat igitur certissime, quod caritatem illam, qua se olim Rex & Martyr mutuo dilexerunt, neque mors, neque gladius abolevit. Hæc Petrus & alia plura in laudem ejusdem Regis, in quo argumento locupletissime versatus est, quippe qui, ut dictum est laude superius, scripserit volumen de sæpibus ejusdem Regis, ut testatur in epistola ad (d) Saccellanos aulicos Regis. Athæc satis.

His igitur de Henrici Anglorum Regis vera Penitentia enarratis ad Alexandrum Pontificem res reliquæ ab ipso hoc anno gestæ reducunt.

Hoc namque anno in fine ipsius, nempe mense Decembri, die tricesima ejusdem, expositente Willelmo juniore Siciliae Rege, qui plane regio apparatus Ecclesiam sub titulo S. Mariæ supra S. Cyriacam, sive Dominicam, monasteriumque insigne ipsi conjunctum erigebat juxta Panormum in loco qui dicitur, Mons Regalis: Alexander Papa Ferentini cum esset, privilegium exemptionis eidem contulit, aliaque nonnullas prerogativas addidit, paucis concedi solitas. Extat adhuc ipsum diploma, subscriptio-

Henrici
Regis
Angl.
prædica-
tæ laudes.(d) Id. ep.
14. in fin.Ecclesia
S. Mariæ
in Monte
Regali.

PAGIUS Dominica anno MCLXXIV. Pontificatus eius anno XVI. refert etiam Auctor Bullarii Casinensis, apud quem legi possunt.

X. Gaufridus Abbas Altecumbæ in diocesi Genevensi fixæ in Vita sancti Petri ex Ordine Cisterciensis Tarantasiensis Episcopi creati, quæ extat tam apud Surium, quam apud Bollandum ad diem VIII. mensis Maii, cap. V. testatur, Sanctum Præfulem anno superiori jussu fuisse ab Alexandro III. pacem conciliare inter Franciæ & Angliæ Reges, eumque præfenti, antequam pax illa firmata esset, ad Deum migrasse. Hæc Gaufridi testis oculati verba: Ecce nuncius Domini Papa, ecce litera, ecce mandatum, ut ad Reges Francorum & Anglorum sibi reconciliandos Vir sanctus, sub quanta poterit celeritate festinet; ex quorum inimicitias Ecclesiarum destructio, depopulatio regionum, & innumerabilis strages hominum procedebat; Neque videbatur aliud præstelandum, quam quod, ut dicitur, fortis impedit in fortem, & ambo pariter corruerunt. Hujus necessitatis intuitus, & Apostolica auctoritatis reverentia, cui in omnibus & per omnia semper obtemperavit, Præfulem sanctum descendere fecit in Gallias. Tum post varia miracula a Sancto Præfule patrata subdit Gaufridus: advenit interea caput jejuniis Quadragesimalis (quod hoc anno concur-

PAGIUS fierciensis anno MCCXLI. Chronicon suum absolvit.

XII. Annus tamen & dies mortis ejus in controversiam vocati. Surius enim in Vita sancti Petri legit, eum obiisse anno MCLXXI. qui annus etiam in ejus Epitaphio notatur. Henfchenius vero in Notis ad Vitam hujus sancti Præfulis, legendum censet annum MCLXXV. notatum in MS. Caritatis. Verum Lectionem, quam Surius secutus est, narratio Gaufridi plane convellit, & sæpius monuimus, Epitaphii fidem non adhibendam, nisi de illorum antiquitate constet; cum plerumque a posterioribus in re Historica parum versatis ea posita fuerint; ita ut hæc observatio tanquam certum Criticæ principium censeretur. At, inquit Henfchenius, liquet ex Roberto de Monte, qui hoc tempore vivebat, sanctum Petrum hoc anno post mensem Maium adhuc in vivis

fuisse, qui tamen die octava Maii animam Deo reddidit, ideoque anno sequenti. Sed Robertus de Monte qui supponit Sanctum Præfulem mense Majo currentis anni adhuc in vivis fuisse, diserte etiam testatur eum hoc anno ad superos evolasse. Ad annum enim MCLXXV. habet: Obiit anno superiore Hamo de Lanidecopio, &c. Archiepiscopus item Tarantasiæ, qui fuerat Monachus de Ordine Cisterciensis, per quem in nostris temporibus in exhibitione miraculorum Deus benedicitur, &c.

Diem ejus emortualem notavit Gaufridus in ejus Vita, nempe diem XIV. mensis Septembris festo Exaltationis Sanctæ Crucis sacrum. Integrum locum Gaufridi mox recitavimus: nisi S. Interea solemnitas Exaltationis Sanctæ Crucis advenerat, &c. Verum quidem est lectionem Surii habere: Interea solemnitas Inventionis Sanctæ Crucis advenerat. At lectio illa rejicien-

XIII.
In die Ex-
altatio-
nis S.
Crucis.

CHRISTI
1174.ALEXANDRI III. PAP.
15.FRIDERICI IMP. 20.
MANUELIS IMP. 32.

ne munitum decem S. R. E. Cardinalium, cujus summarium una cum aliis ejusdem monasterii monumentis habes in libro cujus est titulus, Historia Ecclesie Montis Regalis, conscripta a Joanne Ludovico Lello, nuncupata vero ejusdem Archiepiscopo Ludovico Torrio, nuper aucto ob insignia virtutum & doctrinae merita, S. R. E. Cardinalatu a Paulo Papa V. Porro ipse Alexander Papa eodem expetente Rege aliis adhuc idem monasterium locupletavit privilegiis, nempe ut non nisi Romanæ Ecclesie subiectum esset: cui Rex ipse obtulit, ut ei-

dem pro annuo censu perfolveret mone-
tæ Siculæ tarenos centum. Ita testatur
Cencius Camerarius in libro censuum a
se conscripto. Quod cum dicat factum
anno decimoseptimo ejusdem Alexandri
Papæ, certum est habuisse respectum ad
ejusdem Papæ diploma, datum Anagninæ
anno sequenti, mense Febr. die decima-
quinta ejusdem, quo ea de censu perfol-
vendo continentur. Quando autem eam-
dem Ecclesia in Archiepiscopatum fuerit
exaltata, suo loco inferius dicturi su-
mus.

An-

fuit dominus *Wichardus Lugdunensis Archiepi-
scopus, Abbas quondam Pontiniaci. Et sequenti
anno, in Capitulo generali receperunt cantum
beati Bernardi, & cantum de Trinitate. Quæ
ex eo extripit Auctor Magni Chronici Bel-
gici pag. 164. Sanctum vero Bernardum Ab-
batem Claravallensem hoc anno in Sanctorum
numerum relatum fuisse docent etiam Alberi-
cus in Chron. & Annalista Mailrosensis. Li-
teræ Canonizationis datæ sunt Anagninæ XV.
Kalend. Februarii, & legi possunt Tom. X.
Concil. pag. 1376. & in Operibus Sancti Ber-
nardi. Baronius hujus canonizationis mentio-
nem non fecit, quia ea ejus tempore magnis
tenebris involuta erat.*

PAGIUS

ficienda, & locus ille corruptus vel a Surio
vel ab aliquo, qui cum videret Sanctum Pe-
trum die Octava mensis Maii coli, autuma-
vit illum eo etiam die e vivis abiisse, per-
suasus uti Henschenius, festa Sanctorum diebus
eorum emortalibus de more affixa fuisse. Sed
vulgarem illum errorem, qui omnium animos
occupaverat, tot exemplis in hoc Opere con-
futavi, ut non existimem posse imposturam
aliquem decipere.

XIV.

Chronographus Claravallensis postquam hoc
anno mortem Sancti Tarantasiensis Archiepi-
scopi narravit, addit: Eodem anno facta est
Bernardi. *dedicatio Ecclesie Claravallensis; & Canoniza-
tio beati Bernardi: & elevatio ejus, ubi ad-*

JESU CHRISTI
ANNUS
1175.ALEXANDRI III. PAP.
ANNUS
16.FRIDERICI IMP. 21.
MANUELIS IMP. 33.I.
Concil.
Anglica-
num.

Annus sequitur Redemptoris millefi-
mus centesimus septuagesimusquin-
tus, Indictione octava Fastis adscriptus,
quo in Anglia (ut Ecclesiastica prius,
quam bellica pertractemus) Dominica
die ante Ascensionem Domini Concilium
Westmonasteriense celebratur a Richar-
do Archiepiscopo Cantuariensi, ubi Ro-
ma imbutus admonitione Pontificis in An-
gliam rediit. Statuti sunt in eo ad di-
sciplinam Ecclesiasticam restituendam ca-
nones decem & octo, quos singulos Ro-
gerius in Annalibus recitat, eosdemque
omnes concinnos & accommodatos de-
cretis Romanorum Pontificum. Et inter
alios, qui numeratur decimusquartus,
prohibet ex decreto Alexandri tunc Ro-
mani pontificis, ne quis novam Præfa-
tionem ultra decem, quæ essent in usu
Romanæ Ecclesie, addere Missis aliquo
pacto præsumeret. Hæc & alia ibidem
conscripita digna memoria. In eodem
quoque Concilio complures pertractatæ
sunt Ecclesiasticæ controversiæ diversi ge-
neris, sed illæ majoris momenti, quæ
emerferant inter duos ipsos primarios
Ann. Eccl. Tom. XIX.

Angliæ Archiepiscopus, nempe Cantua-
riensem atque Eboracensem, quæ qui-
dem, quoniam maximi ponderis esse vi-
derentur, delatæ sunt per appellationem
ad Apostolicam Sedem, quarum causa,
Rege petente, ab Alexandro Romano
Pontifice decreta est in Angliam legatio
a latere, per S. R. E. diaconum Cardi-
nalem S. Michaelis Hugezum de Petro
Leone implenda, de qua plura Rogerius
in Annalibus.

Hoc eodem anno Fridericus Impera-
tor ex totius Germaniæ, & qua polle-
ret parte Italiæ apparatu collecto, tota
hyeme, vereque in obsidione Alexandriæ
Longobardorum recens erectæ civitatis
absque mœnibus subsistentis, non secus
ac illam florentissimam olim Ægypti pri-
mariam civitatem Alexandriam expugna-
turus, animo obstinato persistens, sæ-
pe rejectus, tandem exercitus consump-
tis viribus, maximo damno atque de-
decore terga vetere turpissime cogitur.
Quomodo autem ista se habuerint, Acta
Alexandri Papæ tunc scripta sic docent:
Cum autem neque terroribus, neque blan-
G g g di-

II.
Alexan-
dria civi-
tas obfes-
sa a Frid-
imp.PAGIUS
SÆC.
XII.An. Eræ
Hisp. M.
CCXIII.An. He-
gira D.
LXXI.inchoato
die 22.Julii fer.
3.An. C.
1175.I.
Concil.
Westmo-
nasterien-
se.

II.

Hugutio
Card. Le-gatus in
Angl. mis-

sus.

IV.

Epi-
scopusAlexan-
driainsti-
tutus

tur.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6668.

Ⓞ 8. E 17. P. 13. April. Indiæ 8.

JESU CHRISTI 1175.

ALEXANDRI III. PAPÆ 17.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 24. IMP. 21.

MANUELIS COMNENI IMP. 33.

AD num. I. Rex Anglia Henricus, inquit
Gervasius in Chron. ad hunc Christi an-
num, undique pace potitus una cum filio suo
Henrico in Angliam reversus est mense Mayo.
Ricardus vero Cantuariensis Archiep. totius An-
glia Primas & Apostolica Sedis Legatus convo-
cato Clero Anglia celebravit Concilium in Ec-
clesia B. Petri ad Westmonasterium XV. Kal.
Junii, Dominica ante Ascensionem Domini, &c.
Ipse vero Archiepiscopus Primas & Legatus re-
fidens in sublimi, post sermonem quem tam fa-
cunde quam diserte fecit, in communi de scri-
pto legi fecit statuta Concilii sui. Recitat pos-
tea Decreta XVIII. ad disciplinam Ecclesia-
sticam pertinentia, quæ in eo Concilio condi-
ta sunt, legenda Tom. X. Concil. pag. 1462.

Paulo post subdit Gervasius: Quinto Kal. O-
ctob. Ricardus Cantuariensis Archiep. ad Abba-
tiam de Burgo veniens, manifestis ex culpis ar-
cusatum, & convictum Abbatem deposuit nomi-
ne Willelmum. Applicuit in crastino a Domi-
no Papa missus Hugutio Legatus (e familia Pe-
tri Leonis, dictus etiam Hugo, Hugezus,
Huzezus, & Huguzen, Diaconus Card. S.
Angeli, postea Presbyter Card. S. Clementis),
ut in Anglia Domini Papa vices agens Lega-

tione fungeretur. Hic in fine mensis Octob. in
Angliam veniens a Rege & Primoribus Anglia
honorifice susceptus est. Rex enim suam exosam
habens Reginam (nempe Eleonoram), quam
sub munitissimi oppidi teneri fecit custodia, eo
quod supra dicta persecutio (de qua duobus su-
perioribus annis) ex ipsius Regina consilio ema-
nasse dicebatur, omni conatu divortium moliri
videbatur. Ideoque & prædictum Legatum
dicebatur evocasse, eumque blanditiis & donis
subnervavit.

Henricus Angliæ Rex anno MCLXXI. Hi-
berniam ingressus, littore quidem, vicinisque
Provinciis potitus est; sed Rodericus Connactiæ
Rex, qui se totius Hiberniæ Dominum jacti-
tabat, ei subesse noluit, nec eum Monarcham
agnoscere. Nunc autem ejus felicitate perspe-
cta, noluit amplius cum eo contendere; sed
submissis in Angliam Tuamensi Archiepiscopo,
Regni que sui Cancellario pacem petiit, omnem
Henrico servitutum, quæ in Regem cadere pos-
set, & tributis solutionem pollicitus. Nec ab-
nuit Henricus II. Reges sibi obsequentes. Quam-
obrem Connactiæ Regis Legati in Angliam ap-
pellunt; ubi Rex in publico Episcoporum &
Procerum Conventu cum Hibernis paciscitur.
Pañorum capita legenda apud Alfordum hoc
anno num. XXIV. & seq. quæ ea refert ex Ho-
vedeno pag. 545. Henricus tamen II. vel Ro-
mani Pontificis intuitu, vel suoapte genio Re-
gis Hiberniæ nomine abstinuit, Domini appel-
latione contentus; quo tamen titulo sequen-
tes Reges aucti, ornatique fuere.

Ad num. II. & seqq. Mediolanenses & Fri-
dericus Imp. omnes conatus adhibebant, hic
ut Alexandriam, quam anno superiori obsidio-
ne cinxerat, illi vero ut eum ab ea obsidio-
ne dimoverent, tantumque egere, ut Impera-
torem fuga sibi consulere coegerint, uti late
narrat Baronius ex Actis Alexandri III. qui
ut

III.
Henricus
II. pacifi-
cum Hi-
berniam do-
minium
obtinuit.IV.
Epi-
scopus
Alexan-
dria
insti-
tutus
tur.

Insidiis
Imp. A-
lexand.
civitatem
tentat.

ditis, neque promissionibus cives ipsos ad
deditionem inclinare ullatenus posset, Fri-
dericus Imperator subterraneos meatus oc-
culte fieri fecit, per quos civitatem ipsam
ex improvise intrare speravit, atque in-
vadere. Sed resistente Domino, inde per-
niciosam jacturam incurere meruit, un-
de affuturam victoriam, & triumphum
consequi speravit. At quoniam eadem ci-
vitas jam per quatuor menses districte
obsessa fuerat, & in multis patiebatur
indigentiam: Lombardorum vires & suf-
fragium postulavit. Tunc Lombardiæ
immenſa civitatum societas in unum con-
venit, & communi omnium voluntate fir-
miter statuit, ut cum abundantia victua-
lium Alexandriam in manu valida sine
mora festinare deberet. Mediante enim
Quadragesima omnium civitatum nobiles
totius Liguriæ, & Marchiæ, & Æmiliæ
apud Placentiam convenerunt, & ritè di-
spositis & ordinatis omnibus, quæ ad bel-
licos usus videbantur spectare, cum navi-
bus, & plaustris victualibus oneratis, &
armis exierunt de civitate ipsa. Proce-
dentes autem in multa fortitudine mili-
tum peditum armorum & arceriorum ver-
sus Alexandriam, die Dominica in ramis
Palmarum juxta Tordonenses castra sua,
non longius a castris Friderici quam de-
cem milliariis, posuerunt. Ubi vero Teu-
tonici, & Longobardi sese alterutros as-
pexerunt, timor & hebetudo mentis Fri-
dericum invasit, advertentem contra se
stare armorum terribilem multitudinem,
castrorum aciem ordinatam. Exinde ad
consuetam calliditatis argumenta se con-
vertens, Alexandrinis in dolo placide lo-
cutus est in hæc verba: In crastino san-
ctus dies Veneris imminet, quem omnis
Christianus devotissime colit. Ideo pro
reverentia Crucifixi treguam vobis & se-
curitatem usque ad quartam feriam Pa-
schæ ex Imperiali benignitate concedo, &
largior.

III.
Subdola
Ars Frid.
Imp.

Recepta itaque securitate, cum singuli
de populo nihil mali suspicantes dormi-
rent in domibus suis: eorum insidiator cir-
ca primam vigiliam noctis viros arma-
tos in civitatem per subterraneos meatus
intrare præcepit. Ipse autem cum toto
exercitu stetit ad portas armatus, expe-
ctans, quousque illi quos præmiserat, ci-
vitatem intrassent, & conclamantium vo-

PAGIUS

ut gratum se Alexandrinis exhiberet, eorum
urbem Episcopalem declaravit: Auctor Acto-
rum illorum ait, Pontificem Alexandrinis E-
piscopum concessisse ad postulationem Mediola-
nensis Archiepiscopi, cujus nomen tacet; sed
Innocentius III. in Privilegio anno MCCV.
dato, & ab Ughello Tom. IV. Italiæ Sacræ Col.
449. citato ait: In literis bonæ memoriæ Ale-
xandri Papæ prædecessoris nostri perspeximus gra-
tiam, quod ipse precibus, consilio populi, &
Cleri Alexandrini, volens favorem benevolum

ces audiret, quatenus, dum bellum intrin-
secus ageretur, ipse desoris per por-
tas violenter irrumperet, & civitatem
hostiliter occuparet. Sed a Domino fa-
ctum est, quod mirabile in oculis nostris
fuit, ut eadem civitas a tam perversa
prodicione in momento liberaretur, & in-
venta iniquitas in perversorum caput ju-
ste retorqueretur. Nihil enim justius,
quam necis artifices sua lege perire. Non
potest mentiri Veritas, quæ sic de repro-
bis loquitur: (a) Converteretur dolor ejus
in caput ejus, & in verticem ipsius ini-
quitas ejus descendet. Et rursus: (b) Qui
proximo suo parat foveam, ipsamet inci-
det in eam. Cum igitur vigiles, qui cu-
stodiebant civitatem, armorum cuneos
ingressos civitatem viderent: exclamave-
runt magnis vocibus, ut cito populus ad
arma consurgeret, & ingressos hostes ex-
pelleret.

(a) Psal. 7.

(b) Psal.
eod. &
56.

Tunc cives subito convolarunt ad arma
& tamquam leones irruerunt in hostes,
quos cum B. Petro, quem ante se inequo
albo coruscantibus armis præire cerne-
bant prostraverunt in terram, & in gladio
compulerunt omnes ut mortem evaderent,
exire super aggeres, ex quibus præcipi-
tabantur inviti. Omnes præterea, qui
de subterraneis meatibus nondum exierant,
superiori terra cedente suffocati sunt.
Apertis tunc portis, exivit populus in
fortitudine magna, & exercitum perfidi
Friderici usque ad diem Sabbati percus-
sit gladio, ita usque ad ipsius castra
mortuorum strages usquequaque jacerent.
Insuper ligneum castellum quod in perni-
ciam civitatis ex fortioribus atque electis
militibus armaverant studiosè tandem vi-
riliter expugnavit, atque una cum mili-
tibus ibi positis violenter combussit. Au-
diti, Lector, Dei opera admiranda in
liberando a longa obsidione suam civi-
tatem, quæ auspicio Petri fundata super
firmam petram, nulla (c) potuit adver-
saria tempestate moveri, adeo ut salvo
divini mysterii sacramento, de ea pari-
ter dici possit: Gloriosa dicta (d) sunt
de te civitas Dei: In cujus defensionem
Petrus invigilet, pugnet, propellat, &
expellat ipsum etiam Imperatorem in
castra, & ejus consumat exercitum. Si
quis de his dubitat: doceat, quonam mo-
do absque præsentia numinis tanta ista
fieri

IV.
S. Petrus
visibilis
apparens
liberat
civita-
tem.

(c) Mat.
7.

(d) Psal.
86.

impertiri, ad instantiam & petitionem bonæ
memoriæ Galdini Archiepiscopi (Mediolanensis)
Apostolica Sedis Legati, & Consulium Mediola-
nensium, Rectorum Lombardiæ & Marchiæ deli-
beratione præhabita diligenti Alexandrinam Ec-
clesiam, & ipsam pariter civitatem in honorem
B. Petri constructam Pontificalis dignitatis ti-
tuli insignitatis titulo insigniri, &c. Subdit
Innocentius III. prædecessorem suum statuisse,
ut Alexandrina & Aquensis Ecclesia unirentur.

Hoc

V.
Imp. fol-
vit obsi-
dionem
Alexan-
driæ civi-
tatis.

fieri potuerint. Sed reliqua prosequamur
ex Actis iisdem quæ sic pergunt:
Videns igitur Fridericus divinam Ma-
jestatem sibi in omnibus infestorem ad-
versari: timuit, ne propter subventionem
Lombardorum exercitus incurreret vio-
lentiam, & cum rubore cogere ab obsi-
dione recedere. Quocirca in proxima no-
cte castra fecit comburi, & in Domini-
cæ Resurrectionis aurora cum omnibus
suis versus Papiam iter suum direxit. Sed
quia vitare non poterat, quin juxta ex-
peditionem Lombardorum transitum face-
ret, & juxta Astensem civitatem prope
Longobardos, in villa, quæ vocatur Gui-
gnella, voluit castrametari, quia non vere-
beratur ab illis offendi, nisi ab eo suis-
sent hostiliter provocati. Lombardi ve-
ro nondum cognoverant ea, quæ omnipo-
tens Deus hesternæ die cum Alexandri-
nis mirabiliter fecerat: sed ubi viderunt
Fridericum erectis vexillis contra se ve-
nientem, arma sumpserunt, & coram eo
parati ad pugnam viriliter steterunt in
armis expectantes, quid potius faciendum
eligeret, an inciperet bellum cum ipsis;
quod minime credebatur, quia valde pau-
ciores, quam ipsi, viros bellatores ha-
bebat, aut quiete castrametaretur, & ne-
minem laderet. Ipse vero eadem die,
quam fecit Dominus, resedit pacifice in
dicta villa. Illucescente autem secunda
die, quidam nobiles, qui nulli partium
habebantur suspecti, prius ad Fridericum
& consequenter ad Longobardos accesserunt
in hæc verba:

VI.
De pace
consulta-
tio inter-
ponitur.

Quæ major insania, vel quod excellen-
tius malum excogitari potest aut optari,
quam quod dominus servum, vel servus
dominum suo jure privare conetur, & per
violentiam possidere. Sit ergo unaquæque
pars suo jure contenta, & tam gravibus
malis jam cessantibus, ut pax optata in-
ter nos cooperante Domino reformetur:
nihil melius, aut utilius excogitari potest.
Tunc Imperator suspirans, post multa
quæ hinc inde allegata fuerant, sic res-
pondit: Ego salvo Imperii jure, paratus
sum super hac controversia stare arbitrio
bonorum virorum utriusque partis. Con-
sequenter & communitas Lombardorum di-
xit: Salva Ecclesiæ Romanæ auctoritate
& libertate, pro qua decertamus, nos
ad idem veniemus. Et statim electi sunt
Friderico Imperatore Philippus Colo-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS
V.
Militia S.
Jacobi ap-
probatur.

Hoc anno Alexander III. approbavit Ordinem
militiæ Sancti Jacobi in Hispania, insti-
tutum ad defensionem Christianorum adversus
Saracenos, literis datis Ferentini per manum
Gratiani S. Romana Ecclesiæ Subdiaconi &
Notarii, III. Nonas Julii, indist. VIII. Incar-
nat. Dominica anno MCLXXV. Pontificatus vero
D. Alexandri Papæ III. anno sexto decimo, qui-
bus tredecim Cardinales subscribere, ut vide-

nensis Electus, G. de Pelasta Taurinus
Capitaneus, R. de S. Nazaro Papiensis.
A Lombardis vero electi, G. Pisis de
Mediolano, G. de Gambara Brixienſis,
& G. de Verona. In quos utraque pars
bilariter compromisit. Sic Acta.

At nihil inter partes potuisse transigi,
cum Fridericus peteret demolitionem ci-
vitatæ Alexandriæ, tradit Robertus de
Monte. Ipsum vero Imperatorem asserit
Papiæ remansisse, in annum sequentem
parantem copias ex Germania. Sic in-
terim sub spe pacis Lombardos fraudu-
lenter detinuit, ne proillirent ad arma;
nam audi Acta Pontificis:

Fridericus vero, cum apud Papiam mo-
raretur diutius, & in actionibus suis e-
ventus semper sinistros haberet, ut reli-
giosos viros & populum sibi faceret favo-
rabilem, pacem cum Romana Ecclesiâ,
quam præ cæteris rebus se affectare publi-
ce asserbat, per seipsum requirere studuit.
Misit ergo per litteras, & familiares suos
ad Portuensem, & Ostiensem Episcopos,
& Cardinalem sancti Petri ad Vincula,
ut pro reformanda pace inter Ecclesiam
& Imperium ad eum secure accederent,
quatenus viva voce inter alterutrum opus
ipsum tractare, & ad optatum finem per-
ducere cum honore Ecclesiæ, Domino coo-
perante, posset. Quod verbum postquam
ad aures Apostolicæ Sedis pervenit, non
immerito suspectum omnibus fuit, tum
quia præteritorum exhibitio futurorum cer-
titudinem demonstrabat; tum quia idem
Fridericus non videbatur ad ulla bona
opera inclinari. Verumtamen quod secun-
dum beati Augustini dictum, D. b. ia sunt
in meliorem partem interpretanda; & pax
non solum inquirenda, sed persequenda es-
se describitur: dominus Alexander Papæ
de communi fratrum suorum consilio præ-
dictas personas plene instructas ad præsen-
tiam ipsius Imperatoris honorifice destina-
vit. Eis igitur segregatim per diversas
regiones proficiscentibus, universa plebs
in jucunda inspectione lætabatur in Do-
mino; & conventionem eorum puerorum
copiosa multitudo petebat Deum laudan-
tium. Episcopus namque Portuensis, &
Cardinalis S. Petri ad Vincula per Spo-
letum, Imolam, atque Bononiam honori-
fice transeuntis, apud Placentiam proces-
serunt, ubi adventum Ostiensis Episcopi,
qui per Pisam & Lucam civitates cum glo-
ria,

VII.
Ab Alex.
Pap. de-
cernuntur
Legati ad
Imp.

re est Tom. X. Concil. pag. 1378. & seqq.
ubi ea referuntur. Gratulatur Pontifex in
Præfatione suarum literarum, quod nobiles
quidam non solum possessiones terrenas, sed
& corpora sua dare in extrema quæque peri-
cula pro Domino decreverant, statuitque, ut
habeantur in ipso Ordine, qui cœlibem vitam
ducant, & sint etiam qui ad procreandam so-
bolem & incontinentiam precipitium evitandum,

ria, & honore transiit, per dies aliquot expectarunt. Interim vero cum rectoribus civitatum Lombardie super his, quae imposita sibi fuerant, habuerunt colloquium. Postea perrexerunt ad Laudensem civitatem. Completo autem ipsorum colloquio, audierunt, Placentiam ipsum Ostiensem Episcopum pervenisse, ad cuius praesentiam celeriter pervenerunt.

VIII.

Ut autem ipsi tres Apostolica Sedis Legati fuerunt simul nuntiaverunt Friderico adventum suum, petentes ab eo, ut quid vellet eos agere, ipsis continuo significaret. Quibus ille benigne respondens, mandavit, ut transito flumine Pado, ad eum secure accederent. Tum Legati de Placentia cum magno comitatu exeuntes, processerunt ad Padi ripam, & paratis navibus venerunt tandem ad civitatem Papiensem. In qua honorifice fuerunt hospitio recepti. Altera autem die, Imperatore cum Principibus, & multorum suorum concursu populorum celebri in publico residente, Legati ad ejus praesentiam patenter accesserunt. Cum igitur ante ipsius conspectum introirent, & prope illum, deposito quem gestabat in capite pileo, eosdem Legatos (sicut declaravit relatio interpretis) sermone Teutonico salutavit; addens, quod adventus ipsorum sibi plurimum placeret, & eorumdem praesentiam valde haberet acceptam. Sed postquam ea quae in mandatis habebant, hilari vultu eos iussit exponere: tunc Episcopus Ostiensis stetit in medio, & in communi audientia omnium hoc modo respondit:

IX.

Oratio
Episcopi
Ostiens.
ad Imp.

Salutatio, domine Imperator, grata est nobis & valde accepta, sicut praecellentissimi Principis, & excellentissima potestatis: sed in hujus salutationis alloquio illud nos vehementer exasperat, quod ad praesens, peccatis ita exigentibus, versa vice, sicut optamus, vos resalutare non possumus, propter excommunicationem videlicet. Faciat itaque omnipotens Deus per ineffabilem bonitatis suae clementiam cum Sponsa sua sacrosancta Romana Ecclesia & Imperio illam concordiam, & unitatis pacem, ut quod modo absque scrupulo conscientiae non possumus, in proximo affectuose, propitiante Domino, valeamus implere. Nos vero propter hoc primum opus, quantum in nobis fuerit, consequendum, ad vocationem tuam specialiter venimus, non de nobis, vel de nostris meritis specialiter praesumentes, sed in illius bonitate operis hujus fiduciam ponimus, qui cum ad praedicandum Discipulos misit, dixit: (a) Ego elegi vos & posui vos, ut ea-

(a) Joan. 15.

PAGIUS

conjugibus suis utantur. Legendus Rades in Historia Ordinum militarium Hispaniae. Willelmus Tyrius lib. XXI. cap. IX. suam promotionem ad Archiepiscopatum Tyrensem hoc modo narrat: cum Tyrensis Ecclesia septem

VI.

tis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Et incipiens ab exordio schismatis ita universa Ecclesiae gravamina, & infestissimam Imperii deploravit jacturam, atque ita pro utriusque partis concordia peroravit, ut omnes qui aderant, in verbis ejus mirarentur, & gaudentes in suis cordibus, dicerent ad se indicem: Non enim hic homo est qui loquitur, sed spiritus Patris, qui habitat in eo. Deinde abbrevians verbum, Imperatoris duritiam in eo maxime increpavit atque redarguit, quod ubi quatuor * illae personae Romanae Ecclesiae, quae ipsi inhaeserant, e medio per divinum iudicium sublatae erant, & totus terrarum Orbis unum Pontificem in patrem & ammirum suarum pastorem receperat: ipse solus non debuerit unitati Ecclesiae Catholicae amplius adversari, sed deberet in unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam credere, & humiliter obedire.

Post haec Episcopus Portuensis, & Cardinalis sancti Petri ad Vincula circa eandem materiam compendiosum facere sermonem, & ad statum bonum Imperatoris animum inclinare nunc blandis, nunc asperis vocibus nihilominus studuerunt. Tunc Imperator compunctionem plurimam praesens, placidum dedit responsum, & optatae paci omnem promisit assensum, aperiens dolorem cordis, quo se intrinsecus vehementer uri asseruit, pro eo quod Ecclesia Dei sub tantis tribulationibus fluctuasset. His dictis, omnes pariter ad hospitia redierunt. Sed post modicum spatium Legati ejusdem Friderici Curiam frequentantes, de pacis bono, qualiter inter ipsum Imperatorem & Romanam Ecclesiam ejusque adiutores, videlicet Lombardos, Siciliae Regem, atque Imperatorem Constantinopolitanum reformari possent, modo cum eo, modo cum ejus Consulariis per dies plurimos contulerunt. Ut autem super his tractatibus absque suae personae praesentia cum Lombardis facilior opportunitas haberetur, Imperator vices suas. E. Cancellario, P. Colonensi Electo, & A. Protonotario suo concessit, quatenus collatione ad invicem habita, de contrarietate capitulorum quam possent moderationem exhiberent, & ad notitiam ipsius cuncta referrent. Ipsi vero cum Legatis, & Lombardorum rectoribus nunc in civitate, nunc in suburbiis, prout eis competentius videbatur, de pacis reformatione insimul frequentissime tractaverunt.

Sed

vacasset mensibus continuis, consonante Cleri & Initium populi voto, Regis, quoque (nempe Balduini Episcopi IV.) ut moris est, conveniente assensu, Dei potentia potius, quam meritis nostris, ad regnum illius Ecclesiae vocati sumus, & infra decem

XI.
Pace infecta redeunt Legati.

Sed cum ea, quae vicissim petebantur, ad Imperatoris notitiam referrentur: ipse in cunctis modum nimis excedens, & ab ipsa Ecclesia nonnulla in spiritualibus postulabat, quae nulli umquam laico invenirentur esse concessa; & a Lombardis ultra modum petebat, quam id, quo Carolus, Ludovicus, atque Otto Imperatores contenti fuerant, est intermissa pacis tractatio. Cum igitur a suo proposito Fridericus nullatenus recedere vellet: Legati SS. Patrum regulis & constitutionibus deviare nolentes, eo in erroris sui perfidia derelicto, ad praesentiam domini nostri Papae & fratrum suorum collegium, Domino ductore, redierunt. Lombardi vero antiquam suae libertatis possessionem defendentes, improbis ejusdem Friderici conatibus fortius solito restiterunt, cum Papiensibus, Marchionibus, & Comanis assiluis decertationibus contententes, illud quod intendit ex hoc vaferrimus Imperator, lucratus, ut obtentu pacis bellum instans Longobardorum suspenderet, usque ad tempus, quo ipsa hyems bella concitata dirimeret.

* Anti-papa & Cardinales illorum superius nominati.

X. Agitur de communi pace.

XII.

Alexander vero Papa suos Alexandrinos, qui perquam strenue dimicantes, de victo & fugato Imperatore adeo gloriosa trophaea crexissent, eo plane ingenti bene-

ficio muneravit, ut ipsam Alexandriam in sedem Episcopalem erigeret, & ex Romana Ecclesia primum Episcopum daret: contra vero civitatem Papiensem sedem schismaticorum, velut Romanae Ecclesiae privilegiis indignam humi deprimeret. De his enim habent Acta: Eodem tempore Alexander Papa in Ecclesia Alexandriae ad postulationem Mediolanensis Archiepiscopi, & comprovincialium Episcoporum, atque rectorum civitatum Lombardiae Episcopatum constituit, in qua fecit in Episcopum eligi Arduinum Romanae Ecclesiae subdiaconum, a Mediolanensi Metropolitanano tanquam Suffraganeum consecrandum. Praeterea Papiensem Episcopum Crucis, & Pallii dignitate privavit, eo quod civitas diu Othaviano haeresarchae, & Friderico Imperatori excommunicato adhaeserit, & post praestitam satisfactionem eundem Fridericum in gravem jacturam Ecclesiae & Lombardorum praesumpserit in Italiam revocare. Hactenus Acta. Porro redditibus Aqvensis Ecclesiae tunc ob communicationem schismatici Imperatoris factae schismatice locupletatum fuisse Alexandrinum Episcopatum, litterae Innocentii Papae Tertii, & aliorum significant, de quibus suo loco inferius.

Alexandria, Augusta Episcopatu.

Papiensis Ecclesiae privatur privilegiis.

Mil-

PAGIUS

sem dies in Ecclesia Dominici Sepulchri, per manus domini Anselmi Hierosolymitani Patriarchae, munus consecrationis sexto Idus Junii, auctore Domino, suscepimus, licet indigni. Hoc

autem anno dies sextus Idus Junii, sive dies octavus ejusdem mensis in Dominicam incidit. Willelmo Tyrio plurimum debet Historia Ecclesiastica; cum ipse Princeps sit inter Historicos Belli Sacri.

I. Frideric. Imp. generum querit habere Siciliæ Regem.

Millesimus centesimus septuagesimus sextus, Indictione nona, sequitur annus quo Fridericus Imperator, cum minus polleret viribus, magis, more suo, dolis atque fallaciis præstans omnes excogitat artes, ut divelleret Vvilelmum Siciliæ Regem potentissimum ab Alexandri Romani Pontificis amicitia & obsequio, ut ejus præsidio destitutum posset ipsum sibi subicere. Ad hæc implenda, opportunum remedio utitur, nimirum ut eum sibi devinciat fœdere nuptiarum; nondum enim ille uxorem acceperat. Ita adeo Ecclesiæ Catholicæ damnosa moliente Imperatore, Alexander Pontifex intercessit, effecitque ut Rex religiosissimus averfaretur una cum Imperatore, persecutore etiam progeniem ejus, atque statueret, ut non nisi Patris arbitrio, nempe ipsius Alexandri Pontificis deliberatione iniret connubium. Qui ipsi suavit, filiam Regis Angliæ Joannam ducere in uxorem, quod hoc anno factum esse, Romualdus Archiepiscopus Salernitanus affirmat in Chronico, ubi hæc habet: Interea prædictus Cancellarius ex mandato Imperatoris Nuntios ad Vvilelmum Siciliæ Regem transmisit, suadens & postulans, ut ipsa Imperatoris filia in uxorem accepta, cum eo pacem perpetuam faceret, & ipsi se amicabiliter cunctaret. Sed Rex Vvilelmus, utpote Christianissimus & religiosus Princeps, sciens hoc matrimonium Alexandro Papæ plurimum displicere, & Romanæ Ecclesiæ non modicam jacturam inferre, Deum & Alexandrum Papam in hac parte reveritus Imperatoris filiam in uxorem, & ejus pacem recipere noluit. Quod factum Imperator ægre tulit. Et inferius:

II. Arbitrio Papæ Rex Siciliæ ducit uxorem.

Interea Rex Vvilelmus consilio Papæ Alexandri, Eliam Trojanum Electum, & Arnulphum Caputaquensem Episcopum, & Florium de Camerota Justitiarum ad Regem Henricum in Angliam misit, ut ei Joannam minorem filiam suam in uxorem daret. Rex autem Angliæ Henricus Papæ

Alexandri & Principum suorum consiliis acquiescens, petitioni regis præbuit grater assensum, & filiam suam cum Nuntiis ejusdem Regis & Principibus suis usque ad sanctum Ægidium honeste transmisit. Quo cognito Rex Vvilelmus Albanum Capuanum Archiepiscopum, & Richardum Syracusanum Episcopum, & Comitum Robertum de Caserta cum viginti quinque galeis ei obviam misit. Qui venientes usque ad sanctum Ægidium, prænominatam Regis filiam intra galeas recipientes usque Neapolim deduxerunt, &c. Hucusque Romualdus. Agit & de his Rogerius in Annalibus, idemque testatur, Regem ipsum, antequam assensum præberet filie matrimonio, consulere voluisse regni Episcopos, eaque de causa hoc anno collectum fuisse Londoniense Concilium, ubi Episcoporum & regni Principum rogata sententia, judicata sunt nuptiæ hujusmodi proficue Anglorum regno. Sicque missa est Joanna in Siciliam, dato comite Ægidio Ebroidensi Episc. una cum aliis Regis Nuntiis. Recitat idem auctor diploma donationis factæ per eundem Willelm. Reg. eidem Joannæ uxori, datum illud anno sequenti, nempe millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense Februarii, Indictione decima: eo namque tempore desponsata fuit & coronata Regina, die Dominica ante ingressum Septuagesimæ, Idibus Februarii. Sicque, cum antecessores sui Reges Angliæ cum Germanis iniissent consortia nuptiarum: magis placuit Henrico Regi exemplo sanctorum Patriarcharum gentili suo Northmanno jungere matrimonio filiam suam, ipsumque Willelmum Regem ex antiqua Northmannorum progenie expetere sibi generum. Subdit his vero Rogerius, hoc eodem anno ab Alexandro Pontifice missum a latere Vivianum presbyterum Cardinalem in Scotiam, ægreque acceptum tandem ab Anglorum Rege, Legatumque Scotiæ, rebus compositis, anno sequenti transiisse in Hiberniam. Hoc

Legatio Viviani Card. in Scotiam.

PAGIUS SÆC. XII. An. Erz Hisp. M. CCXIV. An. Heziræ D. LXXII. inchoato die 10. Julii fer. 7. An. C. 1176. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6669.

9. DC. D 18. P. 4. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 1176.

ALEXANDRI III. PAPÆ 18.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 25. IMP. 22.

MANUELIS COMNENI IMP. 34.

Ad num. I. & seq. Vvilelmus II. Siciliæ Rex Joannam filiam Henrici II. Anglo-

rum Regis hoc anno uxorem accepit, uti fufe refert Radulphus de Diceto pag. 594. & seqq. Joanna junior filia Regis, inquit Radulphus, Siculo Regi nuptura VI. Kal. Septemb. transfretavit, sumptus, & impensas, & itineri necessaria, copiam quoque ministrorum providit Ricardus Vintoniensis Episcopus. Regis ex Decreto viri spectabiles assignati sunt via comites, quidam usque ad sanctum Ægidium (oppidum in Occitania positum) quidam montes Siculos & Palatium ascensuri Panormitanum. Paulo post: Filia Regis Anglorum nunciis Siculi Regis maris & fluctuum expertis sevitiam in conspectu virorum illustrium assignata est apud Sanctum Ægidium V. Idus Novembr. per manum Joannis Norwicensis Episcopi, sicut ipse Panormi

Matrimonium Vvilelmi II. Siciliæ Regis cum filia Regis Angliæ.

III.

Hoc item anno detenti sunt hæretici Tolofates sive Albienfes dicti Manichæis potius quam Arrianis affines (licet Arriani nominati inveniantur) examinatique ab Episcopis convicti sunt, adversus Catholicam doctrinam sapere. Extant ipsa Acta, quæ sub hoc eodem anno recitantur a Rogerio hujus temporis auctore in Annalibus Angliæ, his verbis:

* Manichæa

Tolofates hæretici conventi & convicti.

Eodem anno damnata est * Arriana hæresis, quæ fere totam provinciam Tolofanam fœdaverat, coram Archiepiscopis, & Episcopis & aliis religiosis viris & honestis subscriptis.

Erant itaque in provincia Tolofana quidam hæretici, qui se appellari faciebant, Bonos homines, quos manutenebant milites de Lumbercio, proponentes, & docentes populum contra Fidem Christianam: dicentes etiam, quod non recipiebant Legem Moysi, neque Prophetas, neque Psalmos, neque vetus Testamentum, neque Doctores novi Testamenti, nisi solummodo Evangelia & Epistolas Pauli, & septem Canonicas Epistolas, & Actus Apostolorum, & Apocalypsim. Et interrogati de fide sua, & de baptismo parvulorum, & si salvabantur per baptismum, & de Corpore & Sanguine Domini ubi consecrabatur vel per quos, & qui sumebant, & si magis vel melius consecrabatur per bonum quam per malum, & de matrimonio si poterant salvari, si carnaliter jungebantur vir & mulier.

(a) 1. Cor. 7. (b) Mat. 5.

Responderunt, quod de fide sua, & de baptismo parvulorum non dicerent, neque dicere cogeantur. De Corpore & Sanguine Domini dicebant, quod qui digne sumebat, salvabatur, & qui indigne, acquirebat sibi damnationem: De matrimonio autem dicebant, quod vir & mulier jungebantur propter luxuriam & fornicationem vitandam, sicut dicit (a) Paulus. Dixerunt etiam multa non interrogati, quod non debebant jurare omnino per aliquod juramentum, sicut dicebat (b)

PAGIUS

mi promiserat X. Kal. Septemb. Ait denique Radulphus, Walterum Panormitanæ urbis Archiepiscopum celebrasse Divina Idibus Februarii, & coronationem Reginæ magna solemnitate consummatam esse.

II. Concil. Lumbardiense adversus Hæreticos Bonos homines dictos.

A num. III. ad XV. Concilium quod Lumbardiæ in Gallia Narbonensi hoc anno celebratum est, fufe narrat Baronius ex Hovedeno in poster. part. Annal. Cum enim Alexander III. animadverteret, Valdensem sectam in dies magis invalescere, voluit rem in ipsis partibus malo illo infectis agitari, & ne haberent unde conquererentur, doctissimos eorum ad Concilium evocari jussit. Illi Magistros suos illic delegarunt, & præterea quatuor Judices Disputationis & Controversiæ delegerunt, Gerardum Episc. Albigensem, Rogerium Abbatem Castrensem, Petrum Abbatem Ardorelli, & Ernaldum Presbyterum Narbonensem. Addidere & Abbatem de Candilio, de quibus etiam Catho-

licum in Evangelio, & (c) Jacobus in Epistola sua. Dixerunt etiam, quod Paulus (d) * prædicebat, quod essent ordinandi in Ecclesia Episcopi & presbyteri, & si tales non ordinabantur, quales præcipiebat, non essent Episcopi, nec presbyteri sed lupi rapaces, hypocritæ, & seductores, amantes salutationes in foro, primas cathedras, & primos accubitus in cœnis, volentes vocari Rabbi, contra (e) præceptum Christi, ferentes digitis aureos anulos & gemmatis, quod non præcipit magister eorum. Et idcirco, quia tales Episcopi & presbyteri erant, quales fuerunt presbyteri, qui tradiderunt JESUM, non debebant illis obedire, quia mali erant. Auditis itaque utrinque allegationibus coram Gerardo Albienfi Episcopo, electis etiam & statutis iudicibus ab utraque parte, & consentientibus & assidentibus præfato Episcopo Gerardo Albienfi, & Rogero Castrensi Abbate, & Petro Abbate Ardulensensi, & Abbate de Candilio, & Arnaldo Narbone in præsentia bonorum virorum tam Prælatorum & clericorum, quam laicorum, videlicet domini Petri Narbonensis Archiepisc. atque aliorum Episcoporum & Abbatum, Archidiaconorum, necnon & Comitum, & virorum potentium numero viginti illius provincie, & fere totius populi Albiæ, & Lumberci. Contra quæ prædicti hæretici proponebant & inducæ sunt novi Testamenti multæ auctoritates a domino Petro Narbonensi Archiepiscopo, & a Neomaucensi Episcopo, & a Petro Sendraccensi Abbate, & Abbate de Fonte frigido. Præfati enim hæretici volebant recipere iudicium, nisi per novum Testamentum.

IV.

Talem ergo definitivam sententiam ex novo Testamento protulit Lugdunensis Episcopus coram omnibus prædictis, facto a cunctis silentior Ego Gilebertus Lugdunensis Episcopus ex mandato Albienfis Episcopi, & assessorum ejus iudico istos esse

licum cum Hæreticis convenerunt. Admissi sunt etiam Magnates & Barones plurimi illius religionis, ut utriusque partis rationes & fundamenta audirent. Interrogati qui Hæreticorum partes propugnabant de Fide & Sacramentis Vetust Testamentum audacter rejecere; matrimonii Sacramentum nullatenus admifere; baptismum parum curarunt; Sacerdotem peccati lethalis labe infectum consecrare, Corpus & Sanguinem Christi negarunt, neque Prælati qui luxu diffuissent, parendum esse contenderunt. Hæc præcipua hæreses capita diu agitata sunt, tandemque damnata. Verum illi iudicio parere detestabantur, se veritatem & viam salutis in ore habere arbitrantur, ac proinde Bonos homines se se appellantes. Eorum Princeps erat Oliverius quidam, cui proinde veluti Christo aut Paulo Apostolo fidem adhibebant, ut fufe narrat Baronius ex Hovedeno.

esse hereticos, & damno sententiam Oliverii & sociorum ejus, ubicumque sunt, & hoc judicamus per novum Testamentum.

Singula capitula hanc rem damnantur.

(a) Joan. 5. (b) Mat. 5. (c) Luc. 24.

In primo capitulo damnamus, & judicamus hereticos esse, qui non recipiunt veteris Testamentum. Lex enim recipienda est per Evangelium, & qui Legem non recipit, Dominum JESUM Christum non credit: ipse enim in Evangelio dicit (a): Si credetis Moysi, &c. Et iterum (b): Non venit Legem solvere, sed adimplere. Et iterum: (c) Oportet impleri, quae scripta sunt in Lege, & Prophetis, & Psalmis de me, &c. Et incipiens a Moyse interpretabatur illis scripturas, &c. Quare autem interpretabatur Scripturas, & quare dabat doctrinam de Lege & Prophetis, nisi quia volebat, ut Legem & Prophetas reciperent: & ut confirmarentur in Fide per legem & Prophetas? Multa etiam Dominus JESUS inducebat de Lege, & Prophetis, & Psalmis, quod quidem bonus magister non fecisset, nisi Lex, & Propheta, & Psalmi recipiendi essent. Ostendit etiam factis Legem esse bonam, quia circumcisus est & in templo praesentatus, & hostia pro eo oblata secundum legem Moysi. Et ipse, (d) ut scriptum est, ascendit ad diem festum, in transfiguratione, qua Moyses & Elias (e) prophetae apparuerunt, perhibentes ei testimonium. Convincimus etiam eos per Epistolas; ait enim Paulus: (f) Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, &c. Et iterum (g): Omnis scriptura divinitus inspirata, &c. Et iterum: (h) Nihil extra dico, quam ea quae locuti sunt Prophetae vera esse. Et Petrus: (i) Habemus firmiorem propheticum sermonem, &c. Quod etiam doctores recipiendi sunt, testatur Paulus: (k) Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia doctores &c. Paulus etiam inducit Legis exemplum, dicens: (l) Maledictus omnis, qui non permanet in omni verbo Legis. Et tam ipse quam caeteri Apostoli multa inducunt testimonia de Lege, & Prophetis, & Psalmis. Quod quidem non fecissent, si eorum dicta recipienda non essent. Confessi sunt etiam isti heretici, se recipere Moysen, & Prophetas, & Psalmos, in his tantum testimoniis, quae inducuntur a JESU & Apostolis, & non aliis. Nos enim diximus, quod si instrumentum, vel scriptum testimonium, in aliqua parte sui creditur, debet totum credi, vel in nulla parte sui recipi.

V.

In secundo capitulo convincimus istos, & judicamus hereticos esse, auctoritatibus novi Testamenti. Dicimus enim, quod Fidem Catholicam non habet, qui eam non consistetur, quando interrogatur, vel

(m) Act. 9.

Actibus Apostolorum ad Ananiam de Paulo dicit: Vis electionis est mihi ut portet nomen meum, &c. Item Dominus (n) de Centurione: Non inveni tantam fidem in Israel. Cum fuisset etiam Apostolis denuntiatus, ne loquerentur in nomine JESU Christi, confidenter dicit Petrus: (o) Oportet nos obedire Deo magis quam hominibus, &c. Interrogatus quis de Fide JESU Christi respondere debet, sicut fecit Petrus. Interrogatus enim a Domino: (p) Quem dicunt homines esse filium hominis? Respondit: Tu es Filius Dei vivi. Interrogatus quoque cecus (q) illuminatus a Domino, si credat in Filium Dei, Respondit: Credo Domine. Interrogata autem a Domino Martha, credis hoc, ait illi: Utique Domine ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. Item Apostolus: (r) Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Item Petrus in fine Epistola suae ait: (s) Melius enim traduntur memoriae, quae in fine sermonum dicuntur, Dominum JESUM Christum sanctificate in cordibus vestris, &c. Isti etiam heretici iactabant se non mentiri. Nos autem dicimus, quia plane mentiuntur. Est enim fraus in tacendo, & in dicendo. Unde Paulus (t) confidenter in faciem restitit Petro: quia circumcidebat. Visum enim fuerat Paulo, quod veritatem Evangelii non annuntiaret; quia aliud praecipiebat, quam crederet. Veritas enim constat in tribus, in corde, & ore, & opere. Veraciter enim dicit, qui voluntatem suam sono vocis enuntiat, & quae corde tenet, ore fatetur, & operibus exequitur.

In tertio autem capitulo convincimus istos, & judicamus hereticos esse, novi Testamenti auctoritatibus. Dicimus enim, quod (u) Deus vult omnem hominem salvum fieri, &c. Nec Christus pro omnibus esset crucifixus, si tantum salvarentur majores, qui originali peccato actualia peccata addiderunt, & si infantes non salvarentur, quos Deus creaverat, & formaverat ad imaginem & similitudinem suam, qui nullum forte peccatum fecerant, sed tamen originale contraxerunt. Baptisma enim omnibus generaliter est traditum, tam majoribus, quam minoribus, sicut ait Dominus Discipulis: (x) Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et iterum: (y) Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Et iterum Dominus: (z) Sinite parvulos venire ad me. Quod quidem duplici dicitur ex causa, scilicet, ut qui salvari volunt, malitia & dolo parvuli sint, & iidem simplices, sicut ipse ait: (a) Nisi efficiamini sicut parvulus iste, &c. Et idem dicit, ne Apostoli eorumque sequaces super par-

(n) Mat. 8.

(o) Act. 5.

(p) Mat. 16.

(q) Joan. 9.

(r) Rom. 10.

(s) 1. Pet. 3.

(t) Gal. 2.

VI.

(u) 1. Tim. 2.

(x) Mat. 28.

(y) Joan. 3.

(z) Marc. 10.

(a) Mat. 18.

vilis baptizandis unquam dubitent. Baptisma enim successit in locum circumcissionis, quae quidem praecipua erat in majoribus, & in infantibus. Et baptisma est generalius & plenus, quia masculi & feminae baptizantur, & gratia ibi praestantur. Si autem cum fide salvantur infantes, cum ipsi fidem non habeant, sine qua impossibile est placere Deo: dicimus quia fide Ecclesiae, vel fide patrinorum, sicut paralyticus (a) est curatus fide offerentium, & per tegulas submittentium eum. Et filius (b) Regule, & filia (c) Chananaea, salvati sunt eadem hora, qua Regulus & Chananaea crediderunt. Dicimus enim, quod Baptisma debet celebrari in Ecclesia, & per ministros Ecclesiae, nisi aliter necessitas urgeat. Unde dicit Paulus: (d) Qui idoneos nos fecit ministros novi Testamenti.

(a) Luc. 5. (b) Joan. 4. (c) Mat. 25.

(d) 2. Cor. 8.

VII.

In quarto capitulo convincimus & judicamus istos hereticos esse, novi Testamenti auctoritatibus. Quia dominicum Corpus non consecratur nisi per sacerdotem, sive bonus sit, sive malus. Per verba enim sacra, quae dixit Salvator in cena, scilicet, (e) Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, consecratur & conficitur dominicum Corpus. Sicut enim Imperatoris vel Regis Francia, vel alicujus potentis Nuntius non corrumpit, nec vilificat sui abiectio, vel panositate, quod dicit: sic verba Domini non variantur, nec maculantur. Et sicut Solis radius transiens per cloacas maculam non contrahit nec fetorem: vel sicut aqua pura & nitida transit ad areolas per canales luteos, aut sordidos vel limosos: sic verba Dominica non sordidantur, nec melius, nec nitidius per bonum, quam per malum proferuntur. Quoniam apud Deum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quod autem dominicum Corpus celebrari non debeat nisi in Ecclesia, Paulus ait: (f) Aut Ecclesiam Dei contemnit? Numquid domos non habetis ad manducandum? Item Paulus ad Timotheum: (g) Oportet te conversari in domo Dei, quae est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. Omnes etiam Fideles debent doctrinam suam in Ecclesia accipere. Unde Paulus: (h) Mulieribus loqui in Ecclesia non permitto, &c. Hic est enim panis Angelorum, quem manducat homo, qui de caelo descendit, & sicut manna, quod pluerat de caelo, & virga Airon, quae frondebat, servabantur in Arca & tabula Testamenti, quae erant scriptae digito Dei: sic Corpus Dominicum non consecratur, nec custoditur nisi in Ecclesia, sicut charissimum sanctuarium Domini. Et sicut Arca deferrebat in humeris a solis Levitis, & custodiebatur, & soli Levitae ministrabant in tabernaculo Domini: sic solis sacerdotibus & illorum ministris commissa est Ecclesiae cura & tradita. De hac Arca dicitur in Apocalypsi: (i) Apertum est caelum, & visa est Arca Testamenti in templo ejus.

(e) Mat. 26. contra Sacramentarios.

(f) 1. Cor. 11.

(g) 1. Tim. 3.

(h) 1. Tim. 2.

Solis etiam sacerdotibus tradita est potestas ligandi atque absolvendi. Unde Dominus ait Petro (k): Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, &c. Et Paulus ad Titum: (l) Hujus rei gratia reliqui te Cretae, ut corrigas mala, & ea quae Dei sunt, custodias, & ut presbyteros constituas per singulas civitates. Item (m) de ordinibus presbyteri, qui bene praesunt, duplici honore digni habeantur. Item: Adversus presbyterum accusationem noli accipere, nisi sub duobus vel tribus testibus, &c. item (n) Oportet diaconos pudicos esse. (o) Et item: Omnibus qui sunt Philippis Episcopis & diaconis, gratia sit vobis & pax. Ecce quibus committit verbi Dei praedicationis & correctionis. Item Paulus: (p) Argue, obsecra, increpa, &c. Et item Dominus ad Discipulis: (q) Docete eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Istis ergo presbyteris, Episcopis, diaconis, clericis & laici obedire debent propter Dominum, sive boni, sive mali sunt; unde Dominus: (r) Supra cathedram Moysi sedebunt Scribae & Pharisaei, quae dicunt, facite, quae autem faciunt, facere nolite, dicunt enim & non faciunt. Et Petrus (s) de potestatibus: Subditi estote dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam discoloribus, &c. Item Paulus: (t) Sit pastor potens in doctrina sua, &c. Et item: (u) Obedite Praepositis vestris, & subiaccete eis. Ipsi enim propter vos vigilant, quasi pro animabus vestris rationem reddaturi, ut cum gaudio haec faciant, & non gementes. Et item: (x) Mementote Praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamine stitem. Quia qui altari deservit, de altare participet. Et si vobis spiritualia seminavimus, magnum, si vestra carnalia metamus? &c. Item ad Timotheum: (y) Tu autem permene in his, quae didicisti, & credita sunt tibi, quia ab infantia sacras litteras didicisti, quae te possunt instruere ad salutem.

(i) Apoc. 11.

VIII.

(k) Mat. 16.

(l) Tit. 1.

(m) 1. Tim. 5.

(n) Ibid. 3.

(o) Phil. 1.

(p) 1. Tim. 4.

(q) Mat. 23.

(r) Ibid. 23.

(s) 1. Pet. 2.

(t) Tit. 1.

(u) Heb. 13.

(x) Heb. 13.

(y) 2. Tim. 3.

(z) Luc. 23.

IX.

In quinto capitulo convincimus & judicamus hereticos esse istos novi Testamenti auctoritatibus. Nolunt enim confiteri, quod vir & mulier possint salvari, si carnaliter miscuantur. Qui quidem palam praedicare soliti sunt, quod vir & mulier salvari non poterant, si carnaliter convenirent. Ludunt enim & improbant hominum fecunditatem. Anant sterilitatem mulierum, sicut dicit Scriptura (z) Beata steriles quae non genuerunt, &c.

Et

CHRISTI 1176.

ALEXANDRI III. PAP. 17.

FRIDERICI IMP. 22. MANUELIS IMP. 34.

CHRISTI 1176.

ALEXANDRI III. PAP. 17.

FRIDERICI IMP. 22. MANUELIS IMP. 34.

Et hæc prædicant, ut innumerabilis substantia rarus inveniantur dominus, & quæ facta est creatura ad usum & servitium hominum, careat possessore, habitatore, & flore, volentes omnes esse sicut ipsi sunt, juxta quod ait Paulus: (a) Volo omnes esse sicut ego sum. Et sic virginitatem videntur prædicare, ut sint omnes virgines, sicut fuit Christus, & Maria Virgo, quamvis ipse dixerit: (b) Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Videntur enim nuptiis detrabere, & eas damnare, quas quidem Dominus JESUS Christus & Maria matris suæ, & discipulorum (c) presentia dedicavit, & sua & aquæ in vinum versa miraculo illustravit. Dicitur enim in Evangelio: (d) Quod Deus conjunxit, homo non separet, nec nisi causa fornicationis liceat viro uxorem dimittere. Item Paulus: (e) qui matrimonio junxit virginem suam, bene facit. Et item: Si nubat virgo non peccat. Item: Mulier alligata est legi, quanto tempore vivit vir ejus, nec potestatem habet corporis sui, sed vir. Similiter & de viro. Item: Nolite fraudare invicem, nisi ex consensu, ut vacetis orationi, postea autem revertimini in idipsum, ne tentet vos satanas. Item: Volo juvenes nubere, filios procreare, patres familias esse. Et item: Non ego dico, sed Dominus salvabitur mulier per filiorum generationem. Si esset peccatum filios procreare, quare diceret Dominus? quare diceret Apostolus, bonum esse? & cur diceret, revertimini, & volo? numquid vult Deus, numquid vult Apostolus, ut fiat peccatum? credimus itaque, quod vir & mulier salvantur, licet carnaliter misceantur.

(a) 1. Cor. 7.

(b) Gen. 1.

(c) Joan. 2.

(d) Mat. 19.

(e) 1. Cor. 7.

X.

In sexto capitulo convincimus & judicamus istos hæreticos esse, & ab unitate Ecclesiæ hæreticos, novi Testamenti auctoritatibus. Dicimus enim, quia ministerium & potestatem ligandi atque solvendi Dominus tradidit Petro, dicens: (f) Quicumque ligaveris super terram, &c. & Jacobus: (g) Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, &c. Item: (h) Ecce ego mitto ad vos & sapientes & Scribas. Sed sicut ait Dominus: (i) Non omnes capiunt verbum istud. Præterea dicimus, quod stantes deberent de Evangelio respondere, & disputare, cum omnes Christiani stent, quando Evangelium recitatur: & si tunc statur cum legitur, multo fortius cum legitur simul & exponitur. Nec debuissent tenere locum sedendi, postquam elegerant locum standi. Multas etiam habemus auctoritates, quibus colligitur manifeste, quod stare debeat quis, cum Evangelium annuntiatur. Ut est illud: (k) Stetit JESUS in loco campestri, &c. Et item: Stetit JESUS, & clamabat dicens,

(f) Mat. 16.

(g) Jacob. 1.

(h) Mat. 23.

(i) Ibid. 19.

(k) Luc. 6.

&c. Et iterum: (l) Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Et iterum (m) post resurrectionem Apostolos confirmans, & prædicans stetit, ut dicitur: Stetit JESUS in medio Discipulorum suorum, & dixit eis: Pax vobis. Ipsi autem non obtinent locum judicantis, sed respondentis: Dominus enim sedere debuit, cui a Patre omne iudicium datum est. Isti autem non judicant, sed judicantur. Nec eis est in Ecclesiis ministerium prædicandi concessum. Isti autem hæretici tales sunt, quales futuros esse prænuunt Paulus, dicens: (n) Multi homines, & seductores proficient in pejor errantes, & in errorem mittentes. Erit (o) enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed a veritate auditum avertent: ad fabulas autem convertentur. Item quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, nec intelligentes quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Istorum autem inobedientiam punire deberent Ecclesiæ Prælati, atque corrigere coram omnibus. Unde Apostolus: (p) Peccantes coram omnibus arguantur, ut ceteri corrigantur. Item Paulus ad Prælatos: (q) Habentes in promptu ulcisci omnem inobedientiam, & eos qui contradicunt, potentes arguere. Item: (r) Argue, obsecra, increpa in omni imperio. Item: (s) Tradidi hujusmodi satanæ, ut in die Judicii, &c. Item Absens iudicavi eum, qui hujusmodi est. Item: (t) Qui aliud vobis annuntiaverit, anathema sit.

(l) Joan. 1.

(m) ib. 20.

(n) 2. Tim. 3.

(o) Ib. 4.

(p) 1. Tim. 5.

(q) 2. Cor. 10.

(r) 2. Tim. 4.

(s) 1. Cor. 5.

(t) Galat. 1.

XI.

Septimo loco interrogavit eos prædictus Episcopus de poenitentia, si in sine fieret ad salutem, vel si milites, qui vulnerabantur lethaliter, salvarentur, si poeniteret in sine: vel si deberet unusquisque confiteri peccata sua sacerdotibus, & ministris Eccl. vel cuilibet laico, vel illis, de quibus dixit (u) Jacobus: Confitemini alterutrum peccata vestra. Qui respondentes dixerunt, infirmis sufficere si confiterentur, cui vellent. De militibus vero dicere noluerunt, quia non dicit Jacobus nisi de infirmantibus. Quæsit etiam ab eis, si sufficiebat sola cordis contritio, & oris confessio, vel si erat necesse, ut facerent satisfactionem post datam poenitentiam, jejuniis, elemosynis, afflictionibus, peccata sua lugentes, si suppeteret eis facultas. Responderunt dicentes, quia Jacobus dicebat: Confitemini alterutrum peccata vestra ut salvemini: & per hoc sciebant, quod Apostolus aliud non præcipiebat, nisi, ut confiterentur; & sic salvarentur: nec volebant meliores esse Apostolo, ut aliquid de suo adjungerent, sicut Episcopi faciunt. Subjunxerunt etiam hæretici illi, quod Episcopus, qui sententiam dederat, hæreticus erat, & non ipsi, & quod inimicus eorum erat, & quod

(u) Jacob. ult.

(a) Mat. 7.

XII. Catholica fidei confessio.

& quod lupus rapax erat, & hypocrita & inimicus Dei, & quod non bene judicaverat: nec de fide sua respondere voluerat; quia cavebant se ab eo, sicut eis præceperat Dominus in Evangelio: (a) Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: & quod ipse erat persecutor eorum fraudulentus, & parati erant ostendere per Evangelia & Epistolas, quod non erat bonus pastor nec ipse, nec ceteri Episcopi, vel presbyteri, sed potius mercenarii. Respondit Episcopus dicens: quod sententia in eos de jure erat dictata, & hoc paratus erat probare in Curia domini Alexandri Papæ Catholici, vel in Curia Ludovici Regis Franciæ, vel in Curia Raymundi Comitiss Tolosani, vel uxoris ejus quæ erat præsens, vel in Curia præsentis Trenkeovelli, quod recte fuerat iudicatum, & quod ipsi manifeste essent hæretici, & quod hæresi notati. Et promisit se eos accusare & publicare de hæresi in omni Curia Catholica, & se subiturum iudicium discernim.

Videntes autem hæretici, se esse convictos, atque confusos, converterunt se ad omnem plebem, dicentes: Audite (o boni viri) fidem nostram quam confitemur; nunc confitemur autem propter amorem & gratiam vestram. Respondit Episcopus prædictus: Vos dicitis, quod non propter Deum dicatis, sed propter gratiam populi. Et illi inquirunt: Nos credimus unum Deum trinum, & unum Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & Filium Dei carnem nostram suscepisse, baptizatum esse in Jordane, jejunasse in deserto, prædicasse salutem nostram, passum, mortuum, atque sepultum, ad inferos descendisse, resurrexisset tertia die, ad cælos ascendisse, Spiritum paracletum in die Pentecostes misisse, venturum in die Judicii ad iudicandum vivos & mortuos, & omnes resurrekturos. Cognoscimus etiam, quia quod corde credimus, ore debemus confiteri. Credimus quia non salvatur, qui non manducat corpus Christi, & quod corpus Christi non consecratur, nisi in Ecclesia, & non nisi a sacerdote, sive bono sive malo, nec melius fieri per bonum, quam per malum. Credimus etiam, quod non salvatur quis, nisi qui baptizatur, & parvulos salvari per baptisma. Credimus etiam, quod vir & mulier salvantur, licet carnaliter misceantur, & poenitentiam debeat unusquisque accipere ore & corde, & a sacerdote, & in Ecclesiis baptizari, & si quid amplius posset eis ostendi per Evangelia, vel Epistolas, illi crederent, & confiterentur.

XIII. De juramento exhibendo.

Interrogavit etiam eos prædictus Episcopus, si jurarent se tenere fidem istam & credere, & si quid amplius deberent

confiteri, quia male senserant, & prædicaverant ante. Respondentes dixerunt, quod nullo modo jurarent, quia contra Evangelium & Epistolas facerent. Contra eos igitur a prædictis Catholicis personis introductæ sunt novi Testamenti auctoritates. Auditis itaque utrimque auctoritatibus, surgens prædictus Episcopus iudicavit sic: Ego Gocelinus Lodovicensis Episcopus jussu & mandato Alberici Episcopi, & assessorum ejus, iudico, & in presentia dico, quod male sentiunt hæretici isti de iurejurando, & debent jurare si respiscere volent, præstandumque est iusjurandum ubi Fides periclitatur. Et quia infames sunt, & de hæresi notati, debent purgare suam innocentiam, & redeuntes ad unitatem Ecclesiæ, fidem suam debent iurejurando astruere, sicut tenet & credit Ecclesiæ Catholica, ne infirmi, qui in Ecclesia sunt, corrumpantur, & ne oves morbide universonum gregem contaminent. Nec contra Evangelium est, vel Epistolas Pauli. Quod enim dicitur in Evangelio: (b) Sit sermo vester, est, est, non, non, neque jurabis per cælum, neque per terram, &c. tamen non prohibetur jurare per Deum, sed per creaturas. Gentes enim colebant creaturas, & si licitum fuisset per creaturas jurare, reverentia & honor, qui Deo soli debetur, creaturis exhiberetur: & sic idola & creatura, sicut Deus adorarentur. Legitur enim in Apocalypsi, (c) quod Angelus levavit manum suam in cælum, & juravit per viventem in secula seculorum. Et Paulus ad Hebræos inquit: (d) Quoniam Deus neminem habuit, per quem juraret majorem, juravit itaque per semetipsum. Homines enim per majorem sui jurant, & omnis controversiæ eorum finis ad confirmationem est juramentum. In quibus abundantius volens ostendere Deus pollicitationis hæreditibus immobilitatem consilii sui, interposuit iusjurandum. Juravit enim Deus dicens: (e) Juravi per memetipsum. Et item (f) Juravit Dominus, & non poenitebit eum. Apostolus etiam frequenter juravit per Deum sic: (g) Testis est mihi Deus. Item: Testor Deum. Si itaque juravit Dominus, juravit Angelus, juravit Apostolus, cur non recte juratur, ubi maxime Fides periclitatur? Vel illud quod dicitur in Evangelio, & Epistola Jacobi, consilium est, & non præceptum. Quia si non juraretur, non dejeraretur, & quod amplius est, a malo est, id est a peccato, vel diabolo, qui suadet jurare per creaturas. Videntes itaque, quod super hoc erant convicti, dixerunt, quod Episcopus Albericus fecerat eis pactum, quod non cogeret eos jurare. Quod & Albericus Episcopus negavit.

(b) Mat. 6.

(c) Apoc. 10.

(d) Hebr. 6.

(e) Gen. 22.

(f) Psal. 109.

(g) Rom. 1. & 1. Tim. 5.

CHRISTI
1176.ALEXANDRI III. PAP.
17.FRIDERICI IMP. 22.
MANUELIS IMP. 34.

XIV.

Surgens itaque Albiensis Episcopus, dixit: Sententiam, quam protulit Gocelinus Lodovicensis Episcopus, ego confirmo, & jussu meo data est. Et commoneo milites de Lombercio, ut non manuteneant eos per finitionem quam fecerunt in manu mea. Ego Candelienfis Abbas electus iudex hanc sententiam laudo, & assensu meo sic data est. Ego Ardulensis Abbas electus iudex hanc sententiam laudo, & assensu meo sic data est. Ego Arnaldus de Be, electus iudex hanc sententiam laudo, & meo assensu sic data est. Ego Petrus Narbonensis Episcopus, & ego A. Nemaucensis Episcopus, & ego Gocelinus Tolosanensis Episcopus, & ego U. Agathensis Episcopus, & ego R. Abbas sancti Pontii, & ego R. Abbas sancti Vvilelmi, & ego N. Abbas Galliacensis, & ego Abbas Fontis frigidii, & ego M. Tolosanensis Præpositus, & ego G. Albiensis Præpositus, & ego N. Narbonensis Præpositus, & ego R. Agathensis Archidia-

conus, & ego G. Prior de sancta Maria, & ego P. Sendracensis Abbas, & ego magister Blancus, & ego Bego de Veveiras, & ego Trenkevellus Vicecomes, & ego Constantia soror Regis Franciæ uxor Raymundi Comitis Tolosani, & ego Sicardus Vicecomes Lantrocensis hanc sententiam ratam habemus, & illos hereticos esse scimus, & eorum sententiam improbamus. Hactenus Acta. Quomodo autem auctoritate Apostolicæ Sedis iterum sunt ad iudicium vocati, convicti, atque rursus damnati, dicitur inferius suo loco.

Hoc eodem anno Imperator Fridericus Alexandri Papæ confederatos armis aggressus, retulit partes posteriores ignominiosaque fuga coactus est redire ad suos, paresque conditiones offerre. Quomodo autem se habuerint ista, ejusdem Alexandri vitæ Acta exacte descripta sic docent: Factum est autem anno Domini Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo sexto, Pontificatus quoque A-

XV.
Renovat
Imp. ex-
peditionem ad-
versus
Catholico-
cos.

com & lanceam habemus. Aurum & argentum multum in clitellis ejus reperimus; & spolia hostium accepimus, quorum estimationem non credimus a quoquam posse defini. Quæ quidem nostra non reputamus, sed ex domini Papæ & Italicorum communia esse desideramus. Captus est in pralio Dux Bertoldus, & nepos Imperatricis, & frater Colonienfis Archiepiscopi & aliorum autem infinitas captivorum numerum excludit, qui omnes Mediolani detinentur. Dies, quo celeberrimum illud prælium habitum, hætenus incertus; [1] cum Onuphrius lib. 7. Antiquit. Veronensium septimum Kal. Martii fuisse dicat; Sigonius vero lib. 14. de Regn. Italiæ tertium Kal. Junii, quo SS. Martyrum Sisinii, Martyrii, & Alexandri natalitia colebantur, & Acta Alexandri III. quibus major fides habenda, apud Baronium num. XV. asserant, illud initum circa finem mensis Junii. Vere autem scripsit laudatus Onuphrius: „Hoc prælium magna illa Imperii Occidentalis vis primæ labefactata, paulatim deinceps ad nihilum fere redacta est; & e contra Majestas Pontificia mirum in modum aucta. Prætermittebam monere pugnatum esse in loco, decimo quarto milliario ab urbe Mediolanensi disto, ut habent eadem Acta num. XVI.

Baronius num. XVIII. loquitur de legatione Friderici Imp. ad Alexandrum Papam obita per W. Magdeburgensem Episcopum, Christianum Moguntinum Archiepiscopum & P. Vormatiensem Electum, quorum opera pacem Ecclesiam inter & Imperium factam esse Alexandri Papæ Acta apud eum num. XX. nos edocent; sed cum conditiones illius pacis in iis desiderantur, necessarium duxi hic transferre Cartulam originalem in pergamento quæ asservatur in armario XI. capula VII. Archivi Arcis S. An-

V.
Legatio
Imperato-
ris ad A-
lexandrum
PP.

CHRISTI
1176.ALEXANDRI III. PAP.
17.FRIDERICI IMP. 22.
MANUELIS IMP. 34.

Alexandri Papæ anno decimo septimo, circa finem mensis Junii, dum Fridericus expectaret in constituto termino exercitum, quem de Alemannia advocaverat, delibato cum Papiensibus consilio, perrexit Comum occulte cum paucis, ubi recepto exercitu ipso, & aggregatis sibi universis Comanis, ex improvise Mediolanensium fines invasit, quorum villas & prædia hostiliter devastare cepit. Statuerat enim cum ipsis Papiensibus, ut ex quo Mediolanenses terras ingrederetur, dato eis signo, quod internominaverat, civitas ipsa in manu valida succurrere sibi deberet, & resistentes Longobardos a facie sua violenter expelleret. Sed quia fallitur augurio spes bona, sæpe deceptus est in cogitatione sua, quia longe sibi deterius modo accidit. Longobardorum namque civitates impium ejus propositum, & pravam ejus intentionem contra se jam diu præferant: & ideo preparati ad bellum, unanimiter omnes ipsi occurrere festinabant.

XVI. *Sed Mediolanenses, ubi adventus adversarii celeritatem citissime cognoverunt, non expectaverunt alias civitates, sed cum Placentinis centuria electorum militum de Verona, Brixia, Novaria, & Vercellis exierunt extra Mediolanum in*

primo sabbato mensis Junii cum exercitu suo, & venerunt cum magna multitudine, & quemdam congruum sibi locum inter Barranum & Brixianum, hora quasi tertia, decimo quarto milliario ab urbe ceperunt. Tunc præmiserunt septingentos viros armatos versus Comum, ut scirent, qua parte veniret potentissimus & fortissimus eorum adversarius. Qui per tria fere milliaria proficiscentes, trecentos Alemannorum milites obviam habuerunt, quorum vestigia cum toto exercitu Fridericus sequebatur accinctus ad prælium committendum. Nec mora, hostes in hostes violenter insiliunt, & se invicem strictis mucronibus conerunt. Sed ubi gravior multitudo Principis supervenit, Lombardorum milites fugerunt, & ad territorium Mediolanense facere confugium exoptantes, non potuerunt ibi a facie persequentium remanere. Tunc electa Mediolanensium bellatorum militia, quæ in posteriori acie, tamquam murus impenetrabilis firmiter consistebat, belli eventum referens ad Deum, atque ejus Apostolum Petrum, & beatum civitatis suæ Advocatum Ambrosium, erectis vexillis confidenter obviam Friderico in virtute magna.

XVII. *Et primo quidem congressu vexillifer ipsius Friderici transfossus in terram corruit,*

PAGIUS III. Fredericus Imp. vincitur a Longobardis.

A num. XV. ad XXI. Refert Baronius ex Actis Alexandri III. victricem de Friderico Imp. a Longobardis reportatam, quæ diuturnis Longobardiæ calamitatibus finem tandem attulit, ac veræ pacis cum Alexandro III. & fœderatis civitatibus componendæ occasio aperuit. Baronius num. XVII. recte dicit Robertum de Monte errasse, qui hæc ponit centigisse anno sequenti, quia id legitur in Chronico ei vulgo attributo; in vero enim ejus Chronico a Dacherio edito, id neque hoc anno, neque in sequenti habetur, sed ad annum MCLXXVII. solum legitur: Nono Kal. Augusti concordati sunt dominus Papa Alexander & Fridericus Imperator Romanus in civitate Venetiæ in domo Patriarchæ ipsius civitatis. Gualvanus Flamma in magno suo Chron. cap. 295. hæc in rem nostram scribit: Alexander Papa audita Imperatoris confusione gavisus est valde, & multas exhortatorias literas Mediolanum scripsit, quod potius erat paratus mori, quam civitatem Mediolanensem delinquere. Auctor vero Chronici, cui titulus, Flos Florum, ait: Papa Alexander audito quod Mediolanenses bis in campo prostraverunt Imperatorem, exultavit gaudio magno, & promisit dare civitati Mediolani magnum auxilium; & audito quod beatus Galdinus Legatus Italia obierat, statim instituit alium Legatum Cardinalem, quem mittit in Lombardiam, & pervenit Venetiæ.

IV. Mediolanenses Bononienses hanc victricem Bononiensibus statim significarunt literis a Radulpho de Diceto pag. 591. recitatis: Notum sit vobis nos ab hostibus nostris gloriosum reportasse triumphum. Interfectorum vero, submersorum, captivorum non est numerus. Scutum Imperatoris, vexillum, cru-

centum

NOTÆ [1] **D**iem, & mensis celebris hujus victricis de Friderico relatæ servat nobis author coævus annalium Bosoviensium tradens: Sabbato post diem pentecostes (die 3. Junii) a Germanis cum Longobardis dimicatum fuisse infeliciter. Id etiam forte vidit in suis codicibus Sigonius, sed loco III. nonas Junii per errorem III. Kalendas Junii posuit. Eandem diem pugnae huic adscribit Chronographus Saxo Lebitii. MANSI

PAGIUS

S. Angeli, cujus sumptum authenticum auctoritate Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini extractum die IX. mensis Maii anni MDCXXXII. per Joannem Baptistam Confalonierum Protonotarium Apostolicum, ejusdem Archivi Arcis S. Angeli Custodem extat in Bibliotheca Illustris. Domini de Mazaugues in Parlamento Aquisi Consilii Regii, ex ea enim discimus Legatos promississe quod ipse Imperator Alexander Papæ reverentiam exhiberet, securitatem dabit ejus Clericis, famulis ac rebus in eorum comitatu existentibus, in eundo Venetiæ, Ravennam, vel cætera loca, eidemque Pontifici præfecturam Urbis & terram Mathildæ Comitissæ restituet, & quod ea omnia quanto citius jurabit & adimplebit. Est autem tenoris sequentis.

VI.

Nos Legati domini Imperatoris C. Maguntinus & VV. Madeburgen. Archiepiscopus [1], & VV. Varmacen. Electus sacra Aula Imperialis Protonotarius ad pacem Ecclesiæ, & Imperii ordinandam destinati promittimus, & fidem damus, quod dominus Imperator, & sui Dominum Pa-

pam A. recipient, reverentiam exhibebunt, & Legati veram pacem relinquet Dominus Imperator Dominus Papa A. & successoribus suis, & toti Romanæ Ecclesiæ, & Præfecturam Urbis, & tertionem præfecturæ Urbis & de Calixto (Antipapa de quo vide dicta Anno MCLXVIII. num. XIII. & antano MCLXXXVIII. num. I.) ex parte sua obtinebit, & quantum in se erit operam dabit efficacem, ut dominus Papa assequatur quod a Nobis, & Vobis scripto est ordinatum. Hac omnia faciet dominus Imperator, sicut a Vobis domini Cardinales, qui ad ordinandam pacem ex parte Ecclesiæ estis constituti, & Nobis in scripto communiter disposito est ordinatum, pace de cæteris plene disposita, sicut scripto ordinavimus, vel ordinaverimus Nos vel alii qui ad hac disponenda & complenda fuerint constituti. De regalibus vero beati Petri, & aliis possessionibus, quas D. Imperator abstulit, vel sui, vel alii favore ipsius, juramus, quod ipsum faciemus jurare, quod scilicet ea, quæ habet de prædictis ipse, vel sui, bona fide restituet. De

NOTÆ [1] **A**B eodem Wigberto Magdeburgensi archiepiscopo coactam cenfeo hoc anno provinciale synodum Hallæ in Saxonia, cujus indicendæ causam hanc assignandam arbitror. Torneamentorum ludi tunc maxime in Germania frequentabantur; qui cum exitio multis fuissent propter armorum periculum, ideo ab eodem Wichmanno sub anathemate interditi fuerunt. Cujus censuras spernens comes quidam Conradus ipso in ludo vulnere & ex vulnere mortem incurrit. Interfecti cadaver archiepiscopus sepultura privavit. Sed procedente tempore scribit Auctor chronici Sereni Montis apud Menken. Rer. Germ. to. II. cum idem archiepiscopus convocatis suffraganeis suis cum magna cleri frequentia conventum in ecclesia Hallensii haberet, a fratribus interfecti comitis multa prece exoratus tandem sepulturæ ecclesiasticæ illum restituit. E vivis sublatus fuit comes die XV. Kal. Decembris anni 1175. quare concilium istud huc usque incognitum præfenti anno illigandum cenfeo. Chronicon hoc Montis Sereni anno 1225. clauditur; unde de ætate ejus Scriptoris argumentum deducere licet. MANSI

Vincitur Fridericus Mediolanensis

vult, & sub equorum pedibus trucidatus remansit. Ipse quoque Imperator inter ceteros loricator, ubi coruscantibus armis propriis insignis apparuit, ab isdem Longobardis fortiter etiam percussus, de sella cecidit, & ab omnium oculis tunc statim evanuit. Urgentibus autem ipsis Longobardis tota Teutonicorum expeditio in fugam conversa per octo milliaria fugit in timore mortis. De quorum multitudine paucis evadentibus, alii gladio interfecti, alii fuerunt in Ticino submersi, residua turba per diversas civitates in captivitate divisa fuit. Sed Comanorum perfidus populus, qui ab Ecclesie unitate, & Longobardorum confederatione animo renitenti & firmato discesserat, totus fere prostratus in campo remansit, aut gladio interemptus, aut in captivitate adductus. Spolia vero post optatae famosae victoriae triumphum victor Longobardorum exercitus letanter collegit, & in pace singuli habuerunt, quod fortuna unicuique donavit: in quibus praeter armorum & equorum multitudinem copiosam, inestimabiles divitiae, & quaeque optima terra praeter spem fuerunt inventa. De Imperatoris vero persona an evaserit, an cum ceteris interfectus in campo remanserit: diu dubitatio apud omnes maxima fuit in tantum, quod ejus uxor in luctu & moestitia posita, etiam vestem lugubrem induit. Cum autem super hoc tota Italia plurimum vacillaret; ecce subito Papae Imperator comparuit, at imbenso apparuit, & strenua militia desolatus. In hoc ostendit Dominus, quod per (a) Isaiam locutus fuerat, dicens: Oculi sublimes humiliati sunt, & incurvata est fortitudo virorum fortium. Haec Acta. Eadem, sed summam, Dodechinus affirmat, eadem Urspergensis, sed male anno superiori: sicut errat Robertus de Monte, qui haec ponit contigisse anno se-

quenti tempore Pentecostes. Acta enim Alexandri Papae facta ista duplici chronographia consignant, nempe Christi atque Pontificis. Perguntque ipsa ista subiicere de eodem Friderico: Quamvis autem causa hujusmodi ab eo tempore, quo incepit Dei Ecclesiam persequi, semper auctore Domino, in deterius haberetur, & nulla eum adversitas, atque difficultas laboris a suo incepto retraheret: modo tamen ita vehementer a supremo Iudice percussus & contritus est, quod pacem Ecclesiae, quam hactenus in cordis duplicitate poposcerat, humiliter per majores Imperii personas a domino Alexandro Papa, atque ejus fratribus suppliciter postularet. Quippe omnes Ecclesiastici, & saeculares Principes, qui praedictum Fridericum in errore suo hucusque secuti fuerant, dixerunt ei, quod nisi cum Ecclesia pacem faceret, ulterius eum non sequerentur, nec ei auxilium ferrent. Praeterea societatem Longobardorum contra Teutonicos ita Dominus fortem & audacem reddiderat; ut quoties cum illa barbarie in praelio decertaret, in primo congressu victor existeret, & ante faciem suam tamquam inutiles paleas dispergeret & effugaret.

Misit ergo imperator Fridericus ad praesentiam domini Alexandri Papae V. Magdeburgensem Episcopum, Christianum Maguntinum Archiepiscopum, P. Vormatiensem Electum, & R. Protonotarium regni, majores Imperii Principes, cum potestate plenaria complenda pacis inter Ecclesiam & Imperium. Qui venientes usque Tibur, nuntiaverunt ipsi Pontifici, residenti apud Anagniam, sui adventus causam, & impetrato securo ducatu, recepti sunt a duobus Cardinalibus & Campanensibus Campaniae, atque honorifice deducti in civitatem Anagniam. In crastino cum Pontifex in Consistorio, astante

XVIII. Legatio Frid. Imp. ad Alexand. Pap.

Admittuntur Legati Imp.

XIX. Responsio Papae.

clericorum & laicorum multitudine resideret, inde accessurus ad majorem Ecclesiam cum decora societate sua: intrarunt praedicti Legati in conspectum Pontificis; stantes autem in medio coram ipso, cum multa reverentia loquentes, dixerunt: Dominus noster Imperator desiderio magno desideravit, & desiderat Romanae Ecclesiae & Urbi pacem veram dare. Misit ideo nos cum plenitudine potestatis ad praesentiam vestram, postulans instanter, ut verbum illud & pacis, quod in praeterito anno fratres vestri secum praesentialiter tractaverunt, & usque modo, peccatis ita exigentibus, imperfectum remansit; nunc per vos & assensum nostrum, qui in eo fuerit, auctore Domino, compleatur. Notum est enim, & indubitatum, quod ab initio nascentis Ecclesiae omnipotens Deus in Orbe terrarum esse voluit, quibus principaliter mundus regatur, sacerdotalis dignitas, & regalis potestas, quae nisi ad invicem concordia fulciantur, pax nullatenus servaretur, & mundus controrsus, & bellorum strepitu abundaret. Cesset jam nunc ista odiosa turbatio, & per vos duos Principes Orbis pax universis Ecclesiis & populo Christiano reddatur.

His igitur publice allegatis, benignus Pontifex bilari & placido vultu, cum jucunditate sermonis respondens, ait: De adventu vestro cum jucundis rumoribus valde gaudemus, & exinde omnipotenti Deo gratias agimus. Non est in praesenti saeculo res, quae in auribus nostris ita dulcescat, quam si dominus Imperator noster, quem inter alios mundi Principes cognoscimus esse majorem, pacem nobis veram dare, sicut asseritis, velit. Sed si vult integram pacem suam nobis tribuere, & Ecclesiae Romanae; oportet, ut ampliatoribus nostris, maxime Regis Siciliae, Lombardis, & Imperatori Constantinopolitano, qui nobis contra eum in Ecclesiae necessitatibus firmiter assisterunt pariter tribuat.

XX. Legati vero laudantes & approbantes verbum Pontificis, dixerunt: In mandatis accepimus a domino Imperatore, ut

PAGIUS quibus praecipere oportebit, ut nullos ad D. Papam A. vel suos procedentes, vel ad eos venientes, vel ab eis redeuntes, vel quos miserint, offendunt, vel offendi permittunt: & si quis eis ignorantibus offenderit quam citius poterit bona fide facient emendari. Faciemus etiam quod D. Imperator in praesentia Nuntii, quem D. Papa & Cardinales Nobis direxerint, vel Cardinales suos promiserint facere jurari in anima sua, quod praedictam securitatem mutua bona fide, sicut per Nos mandatum est, observabit & faciet observari. Caterum postquam D. Imperator juraverit ea qua communiter disposuimus eis juraturum, Nos a juramento erimus absoluti, excepto quod tenebimus de his, quae praesens juravimus, & excepto quod tenebimus ju-

PAGIUS

De his, quae alii habent bona fide operam dabit studiosam, ut similiter restituantur. Et juramus quod bona fide operam dabimus, ut ea quae juraverit, exequatur, cum pax plene fuerit disposita de Rege Sicilia, & Lombardia, sicut ordinaverimus, vel ordinandum statuerimus. Et de ceteris qua in scripto praedicto continentur, ut impleantur sicut ordinavimus, vel simul ordinaverimus, operam bona fide dabimus. Promittimus etiam & juramus, quod si D. Imperator (quod absit) mortuus fuerit ante complementum pacis, communi scripto disposita, Domina B. (idest Beatrix) Imperatrix, & Domini Henricus, atque filius ejus, & Principes formam pacis communi scripto dispositam complebunt, jurabunt, & observabunt, sicut communiter est ordinatum, vel communiter ordinabitur a mediatoribus utriusque partis a D. Papa A. & successoribus suis, & universis Cardinalibus, & toti Romanae Ecclesiae.

VII.

Praeterea Domino Papa, & universis Cardinalibus, & Clericis & famulis, & rebus eorum

universis in Comitatu eorum existentibus firmam, Si pax dirumpatur, & plenam securitatem ex parte D. Imperatoris, & suorum omnium damus in eundo Venetias vel Ravennam, & cetera loca, ad qua procedere disposuerunt, & in quibus fuerint & manendo & redeundo, sive pax compleatur, sive dirumpatur: & si dirumpatur (quod Deus avertat) juramus quod post diruptionem per tres menses firmam treguam observabit D. Imperator & sui D. Papa Alex. & toti terra sua, quam ipse tenet, & Rex Sicilia, vel alii per eum; & sicut promittimus & damus cum juramentis, quod D. Imperator per se ex parte sua observabit, ita quod nec per se, nec per suos aliquod gravamen seu impedimentum, eis scienter inferet, vel inferri consentiet: & si quis eo ignorante intulerit, bona fide emendari faciet. Praecipiemus etiam, & a D. Imperatore districte mandari & praecipere faciemus per terras suas universales sub poena personarum & rerum, Balivis suis universis & aliis nobilibus per terras & castra constitutis, & per Balivos, alios qui-

secrete vobiscum, & cum fratribus vestris loquamur, quatenus ea, quae inter nos agitur in & vos tractanda fuerint, & statuenda, inimicus homo non audiat, sed in secreto conferentur, quousque pacis bonum, praestante Domino, compleatur. Scimus enim, quod in parte vestra & nostra nonnulli sunt, qui pacem non audiunt, & banc discordiam libenter fovent. His itaque auditis, universus conventus discessit, & Pontifex cum fratribus suis, & universis Legatis secretarium Concilii solus intravit. Ceperunt autem de verbo pacis ad invicem tractare diligentius. Sed quoniam res ardua & multum difficilis videbatur (multi enim nobiles, & potentes in schisma graviter capti fuerant; & de quibusdam capitulis inter Ecclesiam & Imperium controversa vertebatur) ultra quindecim dies tractatus ille duravit. In quo spatio sanctissimorum Patrum auctoritates, privilegia Imperatorum, atque antiquae consuetudines, & aliae rationes ostense fuerunt; & super his est diutius laboratum, atque subtiliter disputatum. Tandem, cooperante Spiritu sancti gratia, ita factum est, quod de omnibus capitulis inter Ecclesiam & Imperium cum sepe dictis Legatis Pontifex & fratres eius unanimiter concordarent, remanente Lombardum statu, in quo erat, usque ad eorum colloquium; quoniam in eorum absentia nec debuit, nec potuit quidquam terminari. Et quoniam sine corporali praesentia Imperatoris & Lombardorum praesentia (sicut praedictum est) fieri non debuit; constitutum est, ut Pontifex cum fratribus suis praedictae pacis bono laboraret corpore proprio, & ad partes Lombardiae usque longa dilatione festinaret. Interim data est firmata securitas ex parte Imperatoris omnibus Ecclesiae Romanae partibus, & rebus eorum, & terris beati Petri & Siciliae Regis, quae usque manibus usque ad condemnationem pacis. His itaque dispositis, & concorditer ordinatis, Legati ad Imperatorem eluciter sunt reversi. Hac usque Acta de Alexandri Papae rebus gestis praesenti anno. Quae autem ista sunt se-

De pace agitur in Secretario.

vamento, quod bona fide operam dabimus, ut cetera, quae in communi scripto continentur, impleantur.

Joannes de Ceccano in Chron. gesta hoc anno in aliis partibus Italiae his verbis perstrinxit: Indictione octava (legendum, indictione decima) XII. Kal. Novembris venit Cancellarius Imperatoris (nempe Christianus in Archiepiscopatum Moguntinum intrusus) Teutonicorum ad Anagniam ad Papam Alexandrum; octavo Idus Decembris ibat Papa ad Venetias (ubi Chronographus praeposere res narrat; refert enim postea quae huius anni initio contigere) Cancellarius Imperatoris Teutonicorum venit super Cellas, & eas obsedit. Comes vero regni Sicilia cum ingenti exercitu insurrexerunt in eum, & gens

VIII. Adventus Frederici totam Italiam turbavit.

CHRISTI
1176.ALEXANDRI III. PAP.
17.FRIDERICI IMP. 22.
MANUELIS IMP. 34.

secuta, sequentis anni exordio prosequemur, nempe de Alexandri Papæ cum Cardinalibus navigatione Venetias cum trimembris Siciliae Regis.

XXI.

Quod audisti superius, Lector, Alexandrum Papam recensere inter Romanæ Ecclesiæ fautores Manuelem Imperatorem Constantinopolitanum: testatur eundem (a) Nicetas Choniata, eundem Græcorum Imperatorem Manuelem summo conatu egisse, ut tum Papam, tum Longobardos & alios, quos potuisset, Principes adversus Fridericum erigeret, quos etiam pecuniis foveret, quod sciret ejusdem Friderici Imp. animum ad Orientale Imperium occupandum esse propensum. Nam certum est inter alia ipsum tentasse occupare Corcyram insulam, datis de hoc litteris ad Georgium Metropolitanum ipsius. Non extant illæ quidem, sed habentur redditæ ad Fridericum ejusdem Georgii litteræ, quæ reperiuntur una cum aliis ipsius Georgii epistolis in codice Federici Metii Episcopi Thermodularum, ab eodemque Latinitate donatæ, & ad nos missæ: cui reddat Deus pro his æternam mercedem. Eas nos hic describemus, sic enim se habent:

Georgius Metropolitæ Coryphorum, id est Corcyrensis, Imperatori a Deo coronato Alemano domino Friderico, quando ab ipso Georgio petiit castrum Corcyræ.

Regi Regum, Imperatorum Imperatori, novo David, novo Salomoni a Deo coronato, semper colendo, semper Augusto spiritali filio, domino Friderico, ego Georgius Metropolitæ Corcyræ, servus secundum Deum, & orator Imperii tui, a Deo Patre, & Domino nostro JESU Christo pacem, & felicitatem divinæ potentie tue precor, & opto; nec non debitam tribuo reverentiam sancto Imperio tuo, quod meæ memineris humilitatis, & litteras scripseris, adorando Imperii tui sigillo decoris munitas, quarum tenorem, & mentem ego

non valui intelligere, cum Latina lingua sem ignarus; prudens tamen, & doctus Imperii tui vir, Judex videlicet & magister Thomas earundem Imperii tui litterarum seriem & tenorem mihi aperuit, & declaravit. Quod igitur attinet ad illud, quod tuum petit Imperium: magnum id quidem est, & parvum si cum celsitudine & magnitudine tua comparatur. Quid enim opus est aque gutta immensis maris undis? quemadmodum leonibus item & aquilis quid opus est parva & modica præda? Sed unicuique istorum animalium ita magnorum & fortium proportionatus est venationis usus & præda: & quodcumque lucrum illis minus affert, omittitur id ab ipsis atque negligitur. Sic etiam Imperio tuo res Corcyrensis ita nullius erunt commodi, atque momenti, ut potius Imperium tuum pro sua magnitudine magnam sit passurum jacturam, lucraturum vero ne minimum quidem.

Ubi enim agnosceretur justitiæ tue equitas, nisi ut ne concupiscat quidem quæ sunt aliena? Hoc namque nos docet parabolica illa Regis David (b) historia, a quo Dominus noster secundum carnem genus duxit; nec ullo pacto Imperium tuum rem ignorat, cum sit sapientiæ receptaculum, & doctrinæ pœna. Qui David, cum nonaginta novem haberet oves, ab eo tamen, qui unicam tantum habebat, ovem illam abstulit? ut hoc argumento facile colligatur, rebus propriis aliquem contentum esse debere, nec ab alio quidquam proximo auferre. Id quidem excedit holocaustorum sacrificia, & supra quamvis oblationem & victimam est Deo gratum & acceptum. Parvum itaque (ut supra dixi) est Imperium, quod agitur de petitione Corcyræ, quod attinet ad magnitudinem tuam: magnum item, quod ad me attinet qui sum pastor Corcyræ non mercenarius, qui (c) dimittit oves & fugit cui non est cura de ovibus, quia mercenarius est, unius videlicet vel alterius diei.

Ego

588. qui diem emortualem ejus his verbis expressit. Henricus Remensis Archiep. Regis filius & Regum frater (nempe Philippi & Ludovici VII.) II. Idus Novembris diem clausit extremum. Tum pag. 593. Radulphus scribit: Willelmus Comitis Theobaldi filius adhuc juvenis electus in Episcopum Carnotensem, & labentibus aliquot annorum curriculis creatus Senonensis Archiepiscopus, Ecclesiam Carnotensem, indulgentia domini Papæ tempore longo commendatam obtinuit, auxit possessionibus. Qui postmodum Sedis insulas dignioris, ditioris, nominatioris, ut dicunt, non ambiens, ad instantem Remensium postulationem de Celtica Gallia migravit in Belgicam. Apicibus siquidem Apostolicis perurgentibus in beati Remigii Cathedra collocatus est VI. Idus Augusti (ideoque hoc anno quo dies ille Dominicalis fuit, ut recte idem Radulphus habet), usum Pallii quod prius habuerat, licet locum mutaverit, non

XXII.

(b) 2. Reg.
12.
Reges ne
appetant
aliena.(c) Joann.
10.CHRISTI
1176.ALEXANDRI III. PAP.
17.FRIDERICI IMP. 22.
MANUELIS IMP. 34.

Ego vero majorem partem vitæ meæ pavi, & aquavi gregem meum pro virili mea, divino adjutus auxilio & favore. Hac de causa Imperium tuum oro, atque obtestor, ne a visceribus misericordie tuæ abiicias dominum meum & filium & cognatum Imperii tui excelsum & notissimum Commendatam dominum Emmanuelem: pius enim est & ipse, & suarum regionum & civitatum diligens & sollicitus gubernator, & qui semper habet in ore Christianissimum nomen regni tui, & vobis omnem largitur honorem, & quietem. Donactiam & largitionem Imperatorum progenitorum suorum æternæ memoriæ omnino confirmat & tuetur, & nihil molestiæ suis subditis tribuit. Hucusque Georgius ad Fridericum. Porro de munitione Corcyræ ab Emmanuele Græcorum Imperatore mandata eidem Metropoliti Georgio, extant ipsius litteræ ad eundem Emmanuelem redditæ, sed quæ adulatione sunt plenæ, alioquin haud inelegantes. Sic enim se habent:

Georgius Metropolitæ Coryphorum domino Emmanueli duca Imperatori a Deo custodito.

Eodem die, quo ab oculis, meis discessisti, domine Imperator, discessit etiam a me modica illa corporis firma valetudo, quam fueram adeptus. Fortasse enim quemadmodum (a) audimus de Apostolis Dei præconibus factum, quod sola ipsorum umbra infirmorum agritudines curabat; ita etiam de mea corporis infirma valetudine ego possem in Christo gloriari, quod tua umbra, Imperatoris scilicet mei a Deo custodisti, mea membra quamprimum firmat, & corroborat, & quasi cadaver quoddam corpus meum in vitam revocatur, & quasi paralyticus alter ego exulto. Idque non semel, aut iterum mihi evenit: sed etiam tertio; ut hinc aperte coniciam, quod gratia quedam divina corpus tuum, potentissime domine, consequatur, quod etiam de Eliseo, (b) duplici videlicet Elia, quia duplicem spiritum habebat Elia, in sacris habetur litteris. Ann. Eccl. Tom. XIX.

XXIII.
Georgii
ad Imp.
Emman.
epistola.

(a) Act. 5.

(b) 4. Reg.
13.

RAGIUS

non immutans. Eo quidem habendus translatio facta pradicabilior, quod ad industriam, magnanimitatem, modestiam tanti viri Romana respexit Ecclesia, nec tam generositatem parvum, vel Ludovici Regis (hujus nominis VII.) affinitatem, seu Regina Francorum, scilicet Alæ (dictæ etiam passim Adela) sororis ejusdem Willelmi desiderium, quam in Archiepiscopi moribus honestatem attendit.

X.
Joannes
Saresberien-
sis sit
Episc.
Carnotensis.

Jam idem pag. 592. ad hunc Christi annum scripserat Radulphus: Ecclesia Carnotensis persona spectabiles Cantuariam in Comitatu magno venerunt XI. Kalend. Augusti. Votis igitur orationum feliciter adimpletis, ad honorem Dei, ad obsequium matris Domini, ad solamen exulium propter justitiam acceptabiles inmolaverunt hostias. Joannem namque a Saresberia gloriosum Thomam Martyris quondam allateralem exilii socium, angustiarum participem, passivis testem certissimum, quem Ecclesia Carnotensis elegerat

teris, quod vivificum illud Elisei corpus cadaveri cuidam cum accessisset, illud in vitam quamprimum revocavit, licet, quod natura sua erat corruptioni obnoxium, iterum fuerit tandem corruptum. Quid igitur ego animo volvam? aut quid dicam, nisi quod magna fultus spe, quam habeo de recuperanda salute, sequor te, Imperator, quocumque jeres? Si enim tuæ præsentiam consequitur salus passibilis hominis & corruptibilis: cur ego post tuum Imperium currere non conabor? Cur tecum esse non contendam, ut hoc pacto membra firmentur mea, & recte ambulare valeam, loca cum locis permutans & tecum ferens ea, quæ isto, vel illo modo contingunt? Quemadmodum nunc tuas adorandas litteras relegens Imperii tui, quibus molesta quedam contigisse significas, quibus Imperium tuum gravi molestia conicio affectum. Si enim ovium gregis præfectus graviter ferre creditur, quando lupus, aut leo, vel aliquod aliud ferum animal gregem invadit, & illius partem diripit, & quodcumque voluerit rapit: quo animo esse debet Imperator benignus & clemens, & civitatum, & regionum suarum studiosus & benevolus, barbaricam aliquam intuentem conjurationem & conspirationem invasibus, & in personibus quodcumque malum perpetrasset, & gloriari præterea, quod prævaluerint adversus nos, & superaverint portionem desiderabilem, & impleverint animas suas, & quæcumque (ut ajunt) insatiabilis illis suggerit voluntas? Sed æquo fer animo, Imperator, quæ contigerunt: victoria enim solet mutare vices suas, juxta illius dictum, & non relinquet te Deus filium suum inultum a malis vicinis: est enim Deus ultionum, qui retribuit retributiones superbis, & in finem ipsorum colligit septuplum. Hæc equidem spero, & hæc oro. De eo vero, quod præcipis nobis, ut hoc castrum Corcyræ omnino tueamur; sit quidem pro virili, quod mandat Imperium tuum: totius enim

I ii bu-

unanimitè, requirebant attentius capituli Carnotensis, Regis Francorum, Senonensis Archiepiscopi (nempe Willelmi de quo mox egimus) litteris publice recitatis fidem & auctoritatem sua postulationi præstantibus. Quibusdam itaque vices Cantuariensis Archiepiscopi tunc absentis supplentibus, Collegio Monachorum Sanctæ Trinitatis in albis sedente, viris etiam pluribus discretis, honestis, & literatis ibidem congregatis in domino suum Electum ab Anglorum subjectione liberum & absolutum receperunt, cum hymnis & canticis, & latitia magna, tam illic, quam hinc in articulo temporis cursu placido navigantes tanquam ventis imperarent & mari. Consecratus est autem Senonis a Mauricio Parisiensi Episcopo VI. Idus Augusti (eodem scilicet die, quo Willelmus e Campania in Cathedra Remensi collocatus est), Carnoti solemniter inthronizatus est in Assumptione B. Virginis.

Re-

(a) Nicet.
Chon. in
Emm. l.
7.Frid.
Imp. ten-
tat Cor-
cyram
insulam.Georgii
Episcopi
Corcyræ
epist. ad
Frider.
Imp.

PAGIUS

& gens quidem Alemannorum ivit super eos, & plerosque cepit, atque fugam verterunt sexto Idus Martii. Eandem rem, sed obscure narrat Anonymus Casinensis: Christianus Cancellarius Imperatoris veniens super Cellis obsedit eam. Comes Rogerius Andria, & Comes Tancredus cum aliis Comitibus contra eum perrexerunt illuc. Denique Chronographus Aquicinctinus: Inter Imp. Fredericum & Italienses vario eventu sæpenumero pugnatur. Christianus Cancellarius de pace inter Imperatorem & Papam reformanda valde erat sollicitus. Quare adversus Frederic. in Italiam magnas turbas concitavit. In brevi Chronico Remensi a Labbeo Tom. I. B'bloth. recitato anno superiori legitur: Hoc anno decebat Dominus Henricus Francorum Regis (nempe Ludovici VI.) filius, bona memoria Remorum Archiepiscopus. Idem habent Chronographus Aquicinctinensis, Nangius in Chron. & Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag.

IX.
Willelmi
translatio
e Sede Senonensi ad
Remen.

hujus dioceseos, ejus, qui in castro, & extra castrum populus est, frequens sit census & visitatio. Cisterna etiam, licet non ut par est, tamen, ut fieri potest, parantur ere publico. Instrumenta quoque bellica, tum qua turribus, tum qua promontibus sunt necessaria, & qua innovari est opus, innovantur: & instaurantur necnon qua ad portum muniendum sunt necessaria, brevi tempore conficiantur.

XXIV. Ex Italicis vero partibus nihil neque parvum neque magnum discere potuimus: utrimque enim mercatorum commercium est intermissum. Sed ecce hac navis Brundisina, qua transit, & plurimos inde trahebat peregrinos, in qua Corcyrenses... negotiari incipiunt, & nos... puto enim usque ad primam Quadragesimam hebdomadam noverimus aliquid veri, quod dignum sit, ut auribus Imperii tui intimeretur. Volebat praeterea Imperium tuum scire a nobis, an libertos ego emittam, & an debitor sim pro pecunia, qua pro illorum debetur liberatione. Refero itaque Imperio tuo, quod ab hujusmodi rebus omnino abstineo. Tunc enim tantum pro minimo tempore suscepi libertos illos, ut tuo parerem mandato, quando scilicet tuum Imperium fuit initio institutum. Et hac tibi ego servus & orator tuus significo. Caeterum idem Imperator jam antea sui Imperii initio cesserat eisdem Corcyrae insulae dominium forori suae Comnenae, quod probe factum laudat idem Metropolitanus Georgius, scribens has litteras ad eundem Emmanuelem Imperatorem:

Georgius Metropolita ad Imperatorem. Pax tibi magna a Deo Comnene potens, pax exercitui tuo, pax populo tuo. Et quo precem hujus caput, & initium pace plenum etiam reddamus: benedicat tibi Deus, qui fecit caelum & terram, & custodiat te ab omni malo. Hac quidem a divinitus (a) Davide in preces sunt conversa, & cithara a Deo constructa decantata. Sed dum nos te quasi pacifica quadam stola induimus, & exornamus, ex superioribus precibus contexta, contingit tibi absumpto videlicet doloribus

Ejusdem Georgii ad eundem epist. de Corcyra donata forori. (a) Psal. 120. & 143.

corporis, & adversa valetudine, simul laetari, & exultare una cum iis, qui bene se habent, & jucunde, & hilariter & dum ita loquor, labia etiam mea purificari. Sicut enim omnis sermo, qui non est ad audientium edificationem, inutilis est, & apud Deum dignus punitione: e converso perfectus sermo est ille & laude dignus, qui ex pura mente proficitur ad aliorum confirmationem & doctrinam. Sed ut jam eorum qua hucusque dicta sunt declarem obscuritatem; ob nihil aliud ad hunc progressus sum sermonem, quam ut justam captarem occasionem de eo, quod a tua statutum est magnitudine, o custodite a Deo Comnene. Est autem hoc illud, quod illustrissima scilicet Comnenae & dominae meae, & dilectissimae sorori tuae Corcyrensi res tradidisti, & consecrasti. Nisi enim protectio tua bene fuisset disposita erga extremam hanc mari circumdatam oram & plagam, & nisi portas ejus amares super omnia tabernacula oppidorum & civitatum, qua sub tua sunt ditione: nunquam in ipso Imperii tui limine, & cum primum paternae hereditatis factus es dominus, adeo bonum voluntatem ostendisses pro quiete & coagmentatione & incremento incolarum, quicumque intra Insulam sunt, & qui eam circumdant.

Fuerunt quidem Imperii tui principia, (simpliciter ut aliquis diceret) bona: qua vero nunc sequuntur, valde bona, & meliorum spem atque arrham habemus, dum germinam tuam, membrum videlicet tuum, & tecum simul natam, caput nobis constituiti, vel tamquam pretiosum lapidem electum pro fundamento posuisti Corcyrensis civitatis. Et jam erunt haec longe firmiora, quam superioribus temporibus, quando fluvii, & pluviae, & venti vehementes, bella videlicet ab hostibus potentibus mota, irruerant huic angustae domui, qua nihilominus non est concussa. Fundata enim est supra firmam fidei petram, principem videlicet Apostolorum Petrum & Paulum ejus socium, & consertem, & magna & alta loquentem, qui huic loco semper suam largiuntur tutelam & protectionem.

XXV.

Sub protectione Petri & Pauli Corcyra.

PAGIUS XI. Refert postea Radulphus de Diceto litteras a Carnotensi Ecclesia per deputatos ad Joannem Saresburiensem missas, aliasque Ludovici VII. Francorum Regis ad eum datas, in quibus ait acceptum sibi fuisse quod Capitulum Carnotense de consilio domini Senonensis Archiep. Apostolicae Sedis Legati cum Episcopum elegerit, significatque Archiepiscopum Senonensem ad hoc fideliter & efficaciter consummandum laborasse diutius. His adde Gervasium in Chron. qui hoc Christi anno ait: In die festo Mariae Magdalena, venerunt Cantuariam Decanus & Cantor, Clericique plures Carnotensis Ecclesia, qui ob honorem & amorem Sancti Thomae Martyris, & Cantuariensis Ecclesia excellentiam elegerunt

in Capitulo Joannem de Salisberia ad regimen Carnotensis Ecclesiae. Loquitur postea Gervasius de translatione Willelmi ab Ecclesia Senonensi ad Remensem; cumque uterque Scriptor hoc ipso tempore floruerit, minime imposterum audiendi erunt, qui Joannis electionem & Willelmi translationem in annum praecedentem retrahent, vel in sequentem differunt, quod non defint Scriptores, qui id literis tradiderint; eos enim errasse non dubitandum.

Manuel Imperator in bello Iconiensi cruentam adeo passus est cladem, ut nulquam deinceps corporis sospitate usque ad mortem fruius sit, ut pluribus refert Nicetas lib. VI. Vincentius Bellovacensis lib. 31. Spec. Hist. cap.

XII. Infansum pralium Manuelis Imp.

tionem, & procul reiciunt & propellunt quodcumque damnum nobis vel insidias affert. Sed haec gratiarum loco dicta sint protectionis divinae, & magna celsitudinis tuae, o Imperator, quod maximam de nobis curam geras, ut servetur insulana civitas haec a multis periculosis deflexibus & dissidiis. Ita quidem fiat, & largietur tibi Dominus Deus multorum annorum circulos & revolutiones cum potentia & Imperio invicto, & ad majora incrementa. Examinate praeterea sunt, qua ad tuas pervenerunt aures, qua diffusius aperuit domina mea Comnena: quoniam curae fuit particularis illa inquisitio, & majora etiam manifestabit dies & hora. Perfectum vero judicium tuo servatum est tribunali. Sed numquam judicabis, inquit, antequam utriusque audias verba: verba inquam bona, non temere, & ad aerem inaniter fusa, neque ad gratiam prolata; sed sapientia verba, & demonstrationum epichirematibus & argumentis nixa & firmata. Ego vero ut tuus orator & servus te veneror, & adoro, &c. Hucusque Rogerius Corcyrensis Episcopus, qui inferius saepe occurret in via. Sed ad Occidentales revocemus orationem.

XXVI. Concil. London. perturbatum.

Hoc eodem anno (inquit Rogerius in Annalibus Anglicis) in medio Quadragesimae Hugozun tituli sancti Michaelis de Petro Leonis Cardinalis, & Apostolicae Sedis Legatus Londonias venit, celebraturus Concilium & convenientibus ibi in unum Cantuariensi & Eboracensi Archiepiscopis, & omnibus Episcopis & Abbatibus Angliae, & Clero multo, praedictus Cardinalis sedit cathedratus apud Westmonasterium in capella monachorum infirmorum, & Episcopi & Abbates cum illo unusquisque in suo loco secundum ordinem & dignitatem suam. Sed inter Cantuariensem & Eboracensem Archiepiscopos orta est contentio, quis illorum sederet a dextris Cardinalis. Et cum Eboracensis Archiepiscopus ibi sedere vellet, servientes domini Cantuariensis irruerunt in eum, & projecerunt in terram, & pedibus suis

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

cap. 150. alique hujus Cladis meminere, quam Aegidius de Roya Abbas Montis Regalis in Chronico suo usque ad annum MCCCCLXXVIII. perducto cum anno MCLXXVI. conjungit; qua in re ei adhaerendum; cum Willelmus Tyrius lib. XXI. postquam cap. IX. de promotione sua ad Episcopatum anno superiori facta locutus est, cap. XII. dicat: Eodem quoque tempore Dominus Manuel Imp. Constantinopolitanus; &c. dum contra immanissimam Turcorum gentem, & impium eorum Ducem, Iconii Soldanum, pro ampliando Christiani nomine, pietatis commendabili motu decertat, peccatis nostris exigentibus suorum stragem infinitam, & copiarum Imperialium, quas secum supra hominum etiam opinionem traherat, enormia circa Iconium passus est dispendia; ubi etiam de consanguineis ejus,

conculcaverunt, & cappam suam fregerunt. Et sic dispersi sunt, & Cardinalis fugit, & abscondit se a facie illorum, & ita impeditum est, quod nullum tennit Concilium, sed factis appellationibus hinc & inde ad summum Pontificem, uterque illorum conquestus est domino Regi de injuriis sibi factis. Haec Rogerius.

Quod vero eodem fere tempore Alexander Papa Apostolicis litteris redarguisset illos Anglorum Episcopos, qui in Curia Regis degerent, suo grege neglecto: pro illis omnibus respondit, excusans eos, Archiepiscopus Cantuariensis Richardus, scribens ad ipsum Alexandrum Pontificem has litteras per Petrum Blesensem: (a) Alexandro Dei gratia summo Pontifici Richardus Cantuariensis Ecclesiae humilis minister devotum humilitatis & obedientiae famulatum.

Detractores Deo odibiles serenitati vestrae nostris Episcopis enormia suggererunt, asserentes, quod venerabiles fratres nostri Richardus Vintoniensis, & Gaufridus Elnensis, atque Joannes Norwicensis Episcopi, sequentes odorem numerum, & omnino abjecta sollicitudine pastoralis, militiae, ne dicam, malitiae curialis fluctibus se immergunt. Dicunt, quod judicia sanguinis exercent: ideoque tanquam viri sanguinum a sacris abstinent, & ad mensam Domini non accedunt. Ea propter succensa est adversus eos indignatio vestra, nobisque poenam indicitis, si excessus hujusmodi canonice non punimus. Inonestum siquidem esset, gravique animadversione dignissimum, si esset in hac parte os loquentium iniqua veridicum: sed mentita est iniquitas sibi. Nam ut excerpamus pauca de multis: Vintoniensis Episcopo nullus est afflictis compatiens, nullus in oculis suis humilior, nullus in altari devotior, nullus in beneficiis profusus. Unde sicut unguentum effusum est nomen ejus, & eleemosynas ejus enarrat omnis Ecclesia Sanctorum. Elnensis autem, ex quo juxta beneplaciti nostri formam, citra omnem infamiam tamen, & quasi de abundantia suam purgatione canonica in-

De Episcopis Curialibus indignatio Alexand. Pap.

(a) Pet. Bles. ep. 84.

XXVII. De Curialibus Episcopis excusatio.

Purgantur illatae calumniae.

Iii 2

no-

viri illustres, & inclita recordatione digni, in acie occubuerunt: inter quos & Joannes Protosevasto, ejusdem Domini Imperatoris ex fratre nepos, vir egregia liberalitatis & memoranda magnificentiae, cujus filiam Mariam Dominus Amalricus (Rex Jerusalem) uxorem duxerat, dum strenue resistit hostibus, multis confossus vulneribus interit. Ipse tamen ex prima parte receptis exercitibus, se sinistro casu mente supra modum consternatus in suos fines corpore incolumis recepit, &c.

Ab ea die hujus tam sinistrae casus praedictus XIII. Dominus Imperator adeo menti perennem dicitur hujus impressisse memoriam, ut de caetero nec solita mentis hilaritate, qua singulariter praeminabat, caustior latorem se suis, id admodum populantibus, exhiberet, nec corporis sospitate, qua plurimum pol-

CHRISTI
1176.ALEXANDRI III. PAP.
17.FRIDERICI IMP. 22.
MANUELIS IMP. 34.

nocentiam declaravit, plene & efficaciter implevit Episcopum, sanctaque & honesta conversatione mendaces ostendit, qui maculaverunt innoxium. Ipse etiam, & Episcopus Norvicensis, cujus honestatem & prudentiam frequenter, dum ad vos a domino Rege mitteretur, diutina conversatione & experientia didicistis, Ecclesias suas pauperes invenerunt, sed possessiones earum prudenter & strenue revocantes, & amplissime dilatantes, ipsas nunc in statum optimum erexerunt.

XXVIII. Episcopi Consilarii Regum. Non est equidem novum, quod Regum consiliis intersint Episcopi. Sicut enim honestate & sapientia ceteros antecedunt; sic expeditiores & efficaciores in Reipublicae administratione consentur. Quia sicut scriptum est, minus salubriter disponitur regnum, quod non regitur consilio sapientum. Scriptum (a) etiam legitis: *Vae terrae, cujus Rex puer est, & cujus Principes mane comedunt.* Beata terra est, cujus Rex sensatus est, & cujus Principes vescuntur tempore suo. In quo notatur, eos consiliis Regum debere assistere, qui sciant, & velint, & possint patientibus compati, paci terrae ac populi salutem prospicere, erudire ad justitiam Reges, imminentiis occurrere periculis, vitaeque maturioris exemplis informare subditos, & quadam auctoritate potestativa praesumptionem malignantium cohibere. Regnum Hebraeorum (b) temporibus Roboam non fuisse divisum, nec recessissent ab eo decem tribus, si prudentiores viros sibi consiliarios elegerat. Cum esset Saul propheta inter eos qui invocabant nomen

(a) Eccl.
10.(b) 3. Reg.
12.(c) 1. Reg.
16.(d) 4. Reg.
20.

(e) Ibid. 6.

(f) Ibid.
11.(g) 1. Par.
24.

Domini (c) regnum tamen David erexit, & firmavit ejus solium instituit Samuelis. Rex (d) Ezechias oppressus a Sennacherib, & quasi in extremis angustiis constitutus per Isaiam civitatis liberationem, & beneficium consolationis obtinuit. Eliseus (e) acrisiam Syris induxit, & ejus beneficio Samariae obsessores convertuntur in fugam. Joad sacerdos (f) Joas filium Ochozia a facie Athaliae persequentis abscondit, quem cum crevisset in Regem, sanctis eum moribus informavit. Sed Joad mortuo, cepit Joas a Dei legitimis declinare: quem cum (g) Zacharias argueret, eum lapidibus obruit, & contrivit. In quo manifestissime

liquet, quam utilis & necessaria sit conversatio, & doctrina justorum his, qui populi regimen acceperunt. Nam temporibus Sedeciae (h) Regis non fuisse extirpatum regnum Judaeorum, nisi adversus Jeremiam, qui publicae consulebat utilitati, prevaluissent mendacia pseudo-prophetarum.

Unum noveritis, quia nisi familiares, & consilarii Regis essent praefati Episcopi: supra dorsum Ecclesiae fabricarent homines peccatores, & immaniter ac intolerabiliter opprimeret Clerum praesumptio laicalis. Nunc autem, si quid in Ecclesiae attentatur iniuriam, auctoritate pontificali corripitur: aut si ad hoc Ecclesiastica censura non sufficit, spiritualis gladius defectus civili suppletur: & ad eorum arbitrium principalis animadversio exercetur. Si quandoque, ut fieri solet, adversus infantes Regis indignatio vehementius excandescit, Episcoporum precibus temperatur. Istis mediantibus mansuescit circa simplices judicarius rigor, admittitur clamor pauperum, Ecclesiarum dignitas erigitur, relevatur pauperum indigentia, firmatur in Clero libertas, pax in populis, in monasteriis quietes, justitia libere exercetur, superbia deprimuntur, augetur laicorum devotio, religio fovetur, diriguntur judicia, leges acceptantur, decreta Romana vim obtinent, & possessiones Ecclesiasticae dilatantur. Isti singulis praecipuis solemnitatibus suis intersunt Ecclesiis, ubi eleemosynarum largitione, consolatione pupillorum ac viduarum, subiectorum correctione, atque aliis sanctitatis operibus redimunt dies, quos in Curia consumpserunt.

Porro Archiepiscopi, vel Episcopi, qui in Curia Regis Siculi conversantur, per septennium, aut decennium a Curia non recedunt; nec refert, vivant, aut decesserint, quantum ad Ecclesiasticarum possessionum custodiam, vel regimen animarum.

Ab hac equidem curialitate nostros quandoque volumus Episcopos prohibere, sed consiliofis & prudentibus viris visa est expediens eorum cohabitatio circa Regem: quos si extraheremus a familiaritate illius, subtraheremus quietem monasteriis, oppressis solatium, Ecclesiis liber-

PAGIUS pollebat, usque in suprema vita diem frueretur: ita sane continua fasti refractione urebatur, ut nec animo quietes, nec menti consuetam tranquillitas indulgeretur. Jam dixerat Tyrrius: dicitur autem suorum Ducum, qui praebant agmina, magis imprudentia, quam hostium viribus id accidisse. Nam cum patentes, amplaque via, ad producendas acies, & sarcinarum moles commodius trahendas, & impedimentorum omne genus subvehendum, quod & numerum excedere dicebatur & mensuram, non decessent, incaute nimis in periculosas locorum

angustias precipites se dederunt, ubi nec hostibus, qui loca eadem jam occupaverant, dabatur resistere; nec referendi vices copia ministrabatur. Eandem hujus cladis causam notat Chronographus Reicherspergensis ad annum MCXC plus quam triginta millia Turcorum in quadam arctissima clausura convenerant, per quam transiituri erant nostri; ubi Imperator Graecorum Emanuel cum maximo exercitu destructus fuit, ut nostros eodem modo interimerent. Imo ipsemet Imperator in literis ad Henricum II. Angliae Regem datis, & ab Hovedeno, qui eas in-

CHRISTI
1176.ALEXANDRI III. PAP.
17.FRIDERICI IMP. 22.
MANUELIS IMP. 34.

bertatem. Unde licet propter incommoditates varias, quas ibi sustinent, desiderio desiderarent egredi: publicae tamen utilitatis obtentu, communi fratrum nostrorum consilio, non solum in hac vita castrensi tolerari, sed ad eam trahi debuerant, & compelli. Utilitatem itaque Anglicanae Ecclesiae, & malitiam deiraeforum, qui vobis veritati contraria suggererunt, velitis, Pater, in libra aequitatis appendere, & quod super hoc in oculis vestris acceptum fuerit, nostrae parvitati nuntio, vel litteris velitis innotescere. Rei veritatem prius vobis declarari oportuit, ut ad hujus rei decisio-

PAGIUS tegras recitat pag. 554. accurate cum hoc anno connexis, licet ab eo non intellectis, aliam hujus cladis causam non assignat. Epistola data mense Novembr. indict. X. ideoque hoc anno, non vero insequenti, quo Radulphus de Diceto pag. 596. eam exhibet.

nem certius & confidentius procedatis. Nos autem, cum receperimus vestrae sanctitatis oraculum, Apostolicae jussionis executores efficaces erimus, & devoti. Conserve vos Deus Ecclesiae suae per tempora longa, sanctissime Pater. Hucusque Richardus. Extant ejusdem Archiepiscopi ad eundem Pontificem aliae querimoniae plenae (a) litterae de Abbatum exemptione a suis Episcopis, ostendent pluribus, quot quantaque ex his scandala in Ecclesia oriantur. Sed de his multorum antiquae querelae Episcoporum, & aliorum, quorum superius mentio facta est. At anni hujus hic finis esto. Mil-

Hibernica Viviani Cardinalis legatio hoc anno coepta, sequentique absoluta, ut anno MCLXXXIII. num. IX. & seq. probabimus. Viviani S. Galdinus Cardinalis hoc anno demortuus, ut sequenti videbitur num. XIV. Cardina-

XIV. Legatio Viviani S. Galdinus Cardinalis hoc anno demortuus, ut sequenti videbitur num. XIV. Cardina-

JESU CHRISTI ANNUS 1177.

ALEXANDRI PAP. III. ANNUS 18.

FRIDERICI IMP. 23. MANUELIS IMP. 35.

CHRISTI 1177.

ALEXANDRI III. PAP. 18.

FRIDERICI IMP. 23. MANUELIS IMP. 35.

I. Annus placabilis (a) Isai. 61.

Millesimus centesimus septuagesimus septimus, indictione decima, adest Christi annus, dicendus ex bonis, quæ secum tulit, secundum Isaiam, (a) vere PLACABILIS, quo pax exul annis decem & octo, tandem suo decore est postliminio restituta, & dirum schisma, quo sub triplici capite latrante Cerbero, perterritus & fatigatus est Catholicus Orbis, cessavit omnino; cum & universalis Ecclesia sub uno pastore, in ovili uno coagmentata compagine unitatis, concuti delinens, conquievit, inter sacerdotium & Imperium pace stabilita Venetiis. Hæc sunt quæ secum vexit post horridam hyemem florecente placido Vere Placabilis annus. Digna quidem tanta historia, ut præstantissimorum virorum (sicuti factum est) digno stylo posteris trad-retur absque ornatu aliquo adscitio, quæ suæ pulchritudinis decore fulgeret. Sed infortunio magno accidit, quod cum ad ornatum supervacaneum inopportunos, ineptus, & commentitius quæsitus est fucus: deformis effecta, red-dita sit diversa penitus ab illa venustate, quam mixto candore simplicitatis cum rubore vivide veritatis conciliaverat ipsi absque arte natura. Quod si ejusmodi abiteris fordibus, in pristinum decorem eandem historiam vindicare contingat: plane dignam Deo operam nos navare non dubitamus, eodem ipso Domino per Jeremiam ita testante: (b) Si speraveris pretiosum a vili, quasi os meum eris.

(b) Jer. 23.

II. Unius Historiæ duplex narratio.

Ut autem tanta ista pro virili præstamus: aperiendum illud in primis, duplicem & magnopere inter se diversam reperiri historiæ hujus narrationem; utramque vero in codice Chronicorum dignæ memoriæ Cardinalis Bessarionis, qui summa diligentia & honore asservari dicitur in bibliotheca Veneta, pluteo decimo septimo, uti citatum invenimus ab aucto-

re, (c) qui haud pridem in iis copiosissime versatus est, utinam ita fructuose, sicut & operose, qui circumiens mare & aridam, illa sola invenit, quibus in errorem manifestissimum duceretur; nec ad illa pervenit, quibus veritate certissima informari potuisset, ne falleretur, & sic alios ipse falleret. Quæ ut tu semper caveas, Lector, in delectu testium, hic & ubique constitue in quacumque disputatione victoriam, non in numero, eo quod errantium infinitus sit numerus, sed vera sapientium, sicut vere sapientum, admodum paucus. Sed quæ de duplici & diversa valde ejusdem historiæ narratione idem auctor ex eodem nuper citato Chronicorum volumine totidem verbis promittit, jam videamus. Ita se habent:

(c) Hieron. Bard. in viâ. naval. pag. 140. 141.

Anno igitur Domini millesimo centesimo septuagesimo septimo reformata est pax inter Alexandrum Papam & Imperatorem apud Venetias. De medijs autem, quibus ad pacem ventum sit, Italici quoque scriptores sunt partim discordes. Blondus enim scribit, quem sequitur Aeneas Silvius Fridericum post præmissa, Magdeburgensem Moguntinumque Archiepiscopos Oratores ad pacem cum Alexandro constituendam, destinasse Anagninam. Conventum est ibidem, ut Pontifex Bononiam, Imperator Mutinam se conferret, quod eo modo facile posset ad colloquium perveniri. Pro qua re complenda Pontifex ad Garganum montem se contulit, ubi triremes a Willelmo Siculo tredecim missas reperit, hisque Venetias delatus, magno honore exceptus est, & in itinere terrestri sex Cardinales Bononiam misit: Fridericus autem Mutinam venit. Dum hæc geruntur, Oratores Friderici Bononiam suspectam dicunt, & Ferrariam pro conventu eligunt. Erat Quadragesimale tempus, & Pontifex Ducem Venetorum aurea rosa donavit, petitisque Ferrariam: ubi rursus mutatis conditionibus, Venetiis convenire placuit, ea

III. De veritate Historiæ prima narratio.

Guidone Cremenfi, & in Joanne de Struma, qui se Apostolicæ Sedis Pontifices mentiti fuerant, continuatum, hoc tandem anno Imperatoris poenitentia humilique ejus obsequio finitum est. Non hic immorabor in refellenda fabula vulgo jactata, quod scilicet Fridericus osculum figens dixerit Alexandro, Non Tibi, sed Petro; & quod Alexander osculum admittens ejus caput presserit, reponens; Et mihi & Petro; cum Baronius, aliique viri doctissimi jam illam luculenter exploferint. Hic tantum dicam Acta Alexandri III. quibus Baronius in reiiciendo illo figmento usus est, certæ & indubitatæ fidei esse; cum Gervasius in Chron. ad hunc Christi annum quædam ex eis, licet non expressis verbis exhibuerit, ipseque Alexander III. Epistola Venetiis in Rivo alto, VI. Kal. Augusti ad Willelmum Remensem

Reconciliatio Friderici Imp. cum Alexandro III.

ea lege, ne prius Imperator Venetias admittoretur, quam pacem jurejurando firmaret. Concessit igitur Fridericus pacem Alexandro in ea formula, qua semper optaverat, & Willelmo Regi Sicilia, ac quindecim socijs civitatibus in sex annos pacem dedit. Hæc Blondus; & quidem veritati consentientia.

IV. De veritate Historiæ posteriori narratio.

Alii vero asserunt, Fridericum cum magno exercitu venisse in Ausoniam, movisseque in Romanam Urbem, pro quo Pontifex ejus vires perhorrescens, decimosextimo Pontificatus sui anno coqui sui vestibus sumptis, eo in habitu Venetias profugit, ad divæ Virginis de Charitate monasterium profectus: ubi ab incolis recipitur, & hortulo præficitur. Et quod post aliquot menses, cum quidam, nomine Commodus, eum agnovisset, confestim ad Sebastianum Ducem accessit, Pontificem esse Romanum retulit: qui re cognita, mox Senatum congregans, cum omni apparatu ad Pontificis diversorium accessit, agnitumque in tali despecto habitu Pontifice, cum crucibus, aliisque solemnitatibus ad divi Marci templum cum omni gaudio perduxit. Quodque ibidem Pontifex cum ante altare ex more confedisset, Principem, Senatum, & omnem populum benedixit. Et quod etiam Imperator audiens summum Pontificem Venetiis esse, Ottonem filium suum cum armata classe ad reposcendum summum Pontificem Venetias misit; qui & Venetis ob id bellum movit. Cui statim Sebastianus Dux Venetorum occurrens, facto congressu ipsum superavit, & Venetias vinculum perduxit. Otto autem ad Pontificem ductus procuravit, quod pax inter maximum Pontificem & patrem Augustum componeretur. Insuper, quod altera qua secuta est, die, Fridericus Venetias venit, pacem a filio confestim hoc modo approbat, ut Romam, & quæ ditionis erant Ecclesiastica, summo Pontifici redderet, & quidquid ille pro perpetrata culpa injungeret, patienter perferret.

V.

Quod item tunc fœdere Alexander Pontifex inito, confestim ad januas templi divi Marci accessit, & ibidem universo astante populo, Imperatori jussit, ut se humi prosterneret, & veniam denuo postularet. Cum summus Pontifex Cæsaris Imperatoris collum pede comprimens, ait: Scriptum est, super aspidem, & ba-

siliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Cum illi Fridericus: Non tibi, inquit, sed Petro, cui successor es, pareo. Et quod Pontifex respondit: E mihi, & Petro. Ac sic inter Imperatorem & summum Pontificem pace composita, ipse Imperator cum bona venia abiit. Ita posterior se habet narratio de inita pace inter Pontificem & Imperatorem. Cui & ista junguntur: Abscedente igitur Imperatore, Pontifex ob beneficium a Venetis susceptum Sebastiano Duci, & ejus successoribus, ac Senatui Veneto privilegia concessit. Primo quidem funale candidum, quod solis Pontificibus Romanis portandum consuetudo concedit. Itemque quod plumbo possent epistolas sigillare deinceps. Tertio quod eidem Principi umbellam concessit, ornamentum galero per simile. Quarto quod Venetorum Principi tertiam sedem in teatro Romano fieri fecit, cum prius due tantum in Papæ teatro sedes essent, quarum de xtram Pontifex, sinistram vero Cæsar tenet. Cum & in Ascensione Domini Martis in templo S. Marci Evangelistæ Indulgentiam plenariam perpetuo duraturam concessit, quæ hodie perdurat. Quinto quod ipsi Duci octo vexilla serica diversorum colorum obtulit. Sexto denique, quod cereum album eidem condonavit, quodque omnia in palatio sancti Marci perpulchre depicta habentur. Hæc ex codice Bessarionis, accepta haud dubium ex antiquioribus monumentis, illis nimirum, quæ ad nos sunt missa elapsis diebus, ut intexerentur Annalibus. Ne igitur redarguamur in officio, si prætermiserimus ea, his adiciamus: Sic enim se habent totidem syllabis reddita, ut exscripta ab eo qui misit:

Exemplum sumptum ex quodam libro antiquo in pergamento manu scripto, existente in Archivio Episcopatus Parentini, ex prima ejus charta de verbo ad verbum fideliter extractum.

Copia historiæ Alexandri III. qui latitavit Venetiis, & postea transiit Ursariam Parentinæ diœcesis, ubi dimisit Indulgentiam plenariam.

Reperitur in canonica Domini Alexandri III. Pontificis maximi, ubi memorat, qualiter repertus fuit in monasterio sanctæ Mariæ de Charitate Venetiis, & fuit cognitus in celebratione per quemdam Spo-

VI.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6670.

S&C. XII. © 10. B. 19. P. 24. April. Indiſt. 10.

An. Eræ Hisp. M. CCXV. JESU CHRISTI 1177.

An. Hegiræ D. LXXIII. ALEXANDRI III. PAPÆ 19.

inchoato die 30. FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 26. IMP. 23.

Jun. fer. 6. MANUELIS COMNENI IMP. 35.

A. C. 1177. I. Num. I. ad XXXII. Schisma Friderici Imperatoris opera constatum, quod ab initio Pontificatus Alexandri III. Orthodoxos vexavit, & incœptum fuit ab Octaviano, in-

PAGIUS sem Archiepiscopum; Apostolicæ Sedis Legatum, & suffraganeos ejus, ac Abbates in Remensî provincia constitutos data, & in Chron. Aquincino hoc anno de verbo ad verbum relata, rem ut gesta fuit, narraverit, scripseritque: Notum sit sollicitudini vestra, quod charissimus in Christo filius noster Fridericus, illustribus Romanorum Imperator, per inspirationem divinæ gratiæ, deposito vanitatis errore, ad viam veritatis conversus, ad obedientiam Ecclesiæ &

nostram, reverenter & devote, sicuti decuit, rediit, & illam in nobis B. Petro reverentiam & devotionem exhibuit, quam antecessores ejus nostris consueverunt antecessoribus exhibere, & se de cætero exhibiturum promisit.

Nec prætermittendum testimonium Gaudredi Prioris Vossensis hoc tempore viventis, qui in suo Chron. apud Labbeum Tom. II. Biblioth. pag. 324. scribit: IX. Kalend. Augusti venit ea confedericus coram Papa Alexandro apud Venetiam, & in-

II. Reicitur fabula de ea confedericus & in-

letanum in civitate Veneta, ubi ipse Pontifex accepit fugam de Spoletio propter infidias atque persecutiones domini Friderici Imperatoris scilicet, persequentis Ecclesiam Romanam, atque dominum Papam, & suos Cardinales. Deinde memorat promissiones factas per dominum Sebastianum Zani Ducem Venetum domino Alexandro Papae; & de victoria habita per Venetos cum triginta galeis contra sexaginta galeas dicti Imperatoris, in quibus erat Capitaneus filius dicti Imperatoris, atque fuit ibi personaliter captus cum toto suo exercitu, & ductus ad civitatem Venetam, & presentatus domino Papae. Et locus, ubi fuit ista victoria habita, vocatur, La ponta de salvore, in partibus Istriae, & est ibi una Ecclesia sancti Joannis, in qua dominus Alexander Papa in tali die, sicut fuit victoria in festo omnium Sanctorum concessit plenariam Indulgentiam ad perpetuam rei memoriam.

VII. Deinde memorat de pace tractanda per filium Imperatoris inter dominum Alexandrum, & Ecclesiam, & dictum patrem suum Imperatorem: & narrat, quomodo Imperator venit ad civitatem Venetiarum ad pedes domini Papae. Insuper facit mentionem, quomodo domini Anconitani venerunt cum tribus galeis armatis & solemniter preparatis ad civitatem Venetam ad pedes domini Papae, pro obedientia domini Papae, & Ecclesiae Romanae, pro qua civitas Anconitana longo tempore fuerat assediata, & devastata per praedictum Fridericum Imperatorem. Cum Dominus Papa & Imperator, una cum Duce Venetiarum in festo sancti Matthiae recesserunt de Venetiis cum novem galeis, & dominus Papa Alexander ascendit super unam galeam de Ancona, quae erat solemniter preparata pro persona sua, & in sequentem noctem venerunt ad portum Ursariae penes Parentinum, ad unum Prioratum sanctae Mariae, & ibi concessit maximas Indulgentias, & maxime in festo Annuntiationis Virginis Mariae. Post diem secundum recesserunt de illo loco, & in sequenti die venerunt Anconam hora xxiii. una & simul cum Imperatore & Duce Venetiarum, cui dominus Alexander dedit umbellam, cathedram, vexillum, & multas gratias, sicut narratur, & habetur in canonica. Hoc gestum fuit in civitate Ancona, in Ecclesia majori sancti Laurentii, in illa die, in qua applicuerunt. Similiter concessit dominus Anconitanis pro sua fidelitate habita sibi & Ecclesiae, multa beneficia spi-

ritualia, & temporalia, & dedit eis plenariam libertatem, & gratias & exemptiones in recompensationem suae fidelitatis. Hoc fuit factum prima die Quadragesimae. De donis spiritualibus concessit ad perpetuam rei memoriam, omnibus vere poenitentibus & confessis, visitantibus duodecim Ecclesias primo, deinde venientibus ad Ecclesiam praedictam Cathedrallem quotidie per totam Quadragesimam cum continua perseveratione jejuno stomacho, usque ad diem Resurrectionis Domini, ut habeant illam Indulgentiam, & tantam, ac si visitarent civitatem sanctam Jerusalem, & alia loca sancta. De Comitatu vero per tres dies ante festum Resurrectionis. Similiter facit mentionem, qualiter concessit primis Dominicalibus mensium tantam Indulgentiam, quantum arenam capere potuit cum ambubus manibus. Hoc donum Indulgentiae fuit concessum tempore domini Thomae Episcopi Anconitani de anno * 127. anno sui Pontificatus duodecimo, Indictione quinta.

VIII. Et ego Petrus Matthaeus Joannes de Ancona Sacrista sancti Quiricii de Ancona praesens privilegium extraxi, & copiavi de quodam privilegio existenti in Ecclesia praedicta, ad petitionem Zani Valentis de Grado, nil addendo, neque minuendo ut ponitur, virgulam, vel comma, sed fideliter auscultavi, una cum domino Jo. Paulutii de Ancona publico Notario, & utrumque concordare inveni.

Et ego Jo. Paulutii de Ancona Notarius, & nunc Prior Capituli praesens privilegium auscultavi, unaque cum domino supradicto Petro Matthaeo Sacrista dictae Ecclesiae utrumque concordare * inveni, & ad fidem hujusmodi sigillum meum apposui, & etiam sigillum nostri Capituli * pendentem, in quo quidem sigillum sunt sculptae imagines sanctorum Laurentii & Quiricii, & supra ipsas est imago Virginis Mariae cum filio.

Matthaeus presbyter Turonensis hanc scripturam perlegit, subscripsit, millesimo quingentesimo decimo quinto, die vero decimanona Decembris.

Praesens transumptum ex originali suprascripto aliena manu fideliter exemplatum, quia ego Joannes Teuterinus coadjutor Curiae Episcopalis Parentini cum ipso originali concordare inveni de verbo ad verbum, nil addito, diminuto, seu mutato, in fidem me subscripsi die vigesima mensis Septembris M. DC. V.

Joannes Lipomanus Dei & Apostolicae Se-

ac, & Octaviano successerat, eidem Apostolico se subdidit, pacemque largiens (legendum, largiente) Deo universalis Ecclesiae recuperavit. Memorata itaque fabula non minus quam quae post haec tempora de Joanne Papissa confecta fuit, exhibanda.

Sedis gratia Episcopus Parentinus, Ursariae Comes, &c. universis & singulis has praesentes visuris & lecturis attestamus, suprascriptum Joannem Teuterinum esse Curiae nostrae Episcopalis coadjutorem, cujus scripturis & exemplis ubique locorum fides adhiberi potest. In quorum fidem, &c. Dat. Venetiis die vigesima Septembris. M. DC. V. quo misit ad nos.

Joannes Episcopus Parentin. Fabricius Beatianus Notarius Venet. mandato subscripsi.

D. Scipio Lugo Bassianen.

D. Carolus Gluti Advocatus pauperum.

IX. Haec sunt quae favent posteriori sententiae recitatae. Cui inhaerendum ne nobis sit, an priori consentiendum; nos tamquam in bivio constituti, quamnam viam ingrediendam suscipiamus, illud divinae (a) Scripturae in primis mente versamus, ita monente Deo: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quae sit via bona, & ambulate in ea. Et illi utique interrogandi, qui viam triverint ambulando, non autem inexperti, qui tantum audita retulerint, eademque fucata coloribus pictura monstrasse, factis esse ad probationem existimant, non considerantes, quod (b)

(a) Jerem.

(b) Horat. in Pectio.

— pictoribus atque Poetis Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.

Bene probatum Auctoris institutum.

X. Fabulae saepe in verterant veritati.

Quamobrem nos non aliunde quam ab auctoribus ejus temporis, & iisdem plane ipsis, qui rebus tunc gestis interfuerunt, videruntque, atque praesentes manibus contrectarunt, cuncta descripturi sumus. Addemus insuper ad confirmationem eorum, quae ex dictis auctoribus narraturi sumus, complures ipsius Alexandri Papae tunc ad diversos Venetiis scriptas epistolae de iis, quae ibidem in eadem causa fieri contigerunt: adeo ut nulla de his vel levis dubitatio reliqua esse possit, trahique necesse sit summa potentia veritatis in ejus consensum non dubitantes tantum, sed ipsos, si quos esse contigerit obstinatos & refractarios, qui ei quam semel imbiberunt opinionem, inhaerent immobiles, persistunt stabiles, firmique, nec pati possunt ab eadem quavis ratione divelli.

Accidit namque in iis (quod vitari posse perdifficile esse discimus experimento) ut quo praeclearior de rebus praeclearissime gestis sit historia conscribenda, saepe irrepit in auctorem, quod sine auctore vulgatum fertur quidpiam fabulosum; quod ipse Scriptor praetermittere expavescat, ne contradicentium grandine densa pulsetur; sicque fiat, ut falsa admixta veris, eodem decore, tituloque

Ann. Eccl. Tom. XIX.

gloriae fulgeant, atque mendacium veritatis, ut gemmae vitium, nomen obtineat, & pari pretio aestimetur, atque cupientibus distrahatur, & quo nomine semel acceptum, eodem ad posteriores, tamquam paterna hereditas transmittatur, tenacius possessum non libenter admittat, quod face veritatis admota, veritati contrarium deforme esse mendacium arguatur. Quorum occasione, ut delectu habito (quod muneris nostri est) segregaremus pretiosum a vili, falsum a vero immensi sunt nobis parti labores; sed feliciter actum, nisi ex more parentum odium veritas, ut secundum divinum oraculum (c) dicant videntibus: Nolite sperare nobis ea quae sunt recta: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. At in his modo versamus, quibus majorem potius gratiam quam invidiam nobis conciliaturos non dubitemus, cum nullius sint momenti quae reiciuntur, summi vero ponderis, quae retinentur, confirmantur, & illustrantur.

Longe namque abest, ut ista scribendo obcurare velimus serenissimae Venetae Republicae gloriam, quam non necessario, sed potius voluntario (quod majoris est laudis) hospitio Romani Pontificis, tot tantisque exhibitis erga eum officiis, impensis dignis obsequiis effusa munificentia Christi Vicario, digne promeruit; quin potius ad majorem lucem faces addimus, illustraturi eam magis, magisque fulgoribus veritatis, tot admotis splendoribus, quot e latebris vendicata Scriptorum monumenta nondum visa ad ea confirmanda conferimus. Tenebras vero propellimus eas, quibus tanta gloria quadam obtenta caligine obfuscatur, dum historia nobilissima anilis fabulae admittione vilescit. Nos igitur apertissima veritate monstrabimus, Alexandrum ipsum Romanum Pontificem nequaquam necessitate compulsam, fuga lapsum e manibus Friderici, habitu mutato Pontificio in coquarium indumentum (quod fertur) Venetiis delituisse in monasterio Charitatis, sed potius Pontificia auctoritate, libera facultate, consilio tamen Siciliae Regis delegisse liberam civitatem, eademque securam, ad quam invitaret pariter Imperatorem, qui cum eo, quae sunt pacis, una tractaret: contulisse vero se in eam classe honorifica sibi parata ab eodem Willelmo Rege Siciliae, comitesque ejus navigationis habuisse S. R. E. Cardinales, necnon inter alios proceres Legatos Siciliae Regis.

XII. Sed quod ab illis, qui ponunt latebras Alexandri, praetexitur timor, qui ad fugam eum impulerit ob persecutionem Friderici, ex victoria nuper parta minantis, & insequentis: necessarium est

K k k cor-

XI. Auctoris commendatur officium.

Commentum de fuga & latebris A. Pap.

PAGIUS & incredibili honore susceptus, ante illum prostratus, elevatus a Pontifice & deosculatus est. Crastino festo S. Jacobi feria secunda, idem Augustus ab ipso Papa apud S. Marcum sacram percipit communionem. Nam Joannes de Struma Schismaticus, qui Guidoni de Crema vel (quod adverbium hic, sicut non raro alibi, idem est

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

corruat tota vana moles, quam omni penitus fundamento carere patebit, si ad res gestas anni superioris, eademque fusi enarratas memoriam revocaverint: cum invenerint Fridericum non victorem, sed victum & profligatum bello fuisse a Mediolanensibus Dei ope victoribus; cum & non Alexandro Papæ eidem confederato, sed misero Friderico vix fuga lapsa fuerint captandæ latebræ, & humilis mutatione habitus aspectus fallendus inuentium. Cum & saniori usus consilio, pro pace legationem honorificentissimam Anagninam militi ad ipsum Alexandrum, cuius occasione ista meditari de mutuo congressu ad pacem decernendam idem Pontifex inchoavit, quod hoc anno perfecit. Repetant igitur quæ narrata sunt anno superioris, & plane videbunt, omnem de ineunda fuga, latebrisque captandis cessasse penitus occasionem; vel ut ex iis manifestam detegant imposturam. His vero ita detectis, jam quod polliciti sumus, ab auctore, qui aderat, cunctaque scribebat de Alexandri ipsius vitæ Actis superius sæpe citatis, quæ Bibliotheca Vaticana antiquitus scripta custodit, narrationem aggrediamur. Hæc enim ait:

XIII.
Alexand.
profectus
Vene-
tias
disponit
res Ur-
banas.

Porro Alexander Papa, ut indubitanter ad colloquium Imperatoris posset accedere, ordinato in Urbe Vicario, versus mare Hadriaticum iter cum fratribus suis Cardinalibus arripuit. Et veniens Beneventum, inde Trojam, atque Sipontum, & montem Garganum transiit, & devenit in civitatem Licianam in maris litoris sitam. Ibi enim devotus beati Petri filius Rex Siciliae ad ejus obsequium preparaverat septem galeas, victualibus, & armis, prout tempus postulabat, munitas. Duos quoque de magnatibus terræ suæ, videlicet Romualdum Salernitanum Archiepiscopum, & Rogerium Hadriensem maximum Comitem, ut honorificentius cum eis incederet, illuc ad eisdem Patris & domini presentiam destinavit. Ut autem Imperatorem, & Longobardos de suo Pontifex adventu redderet certiores, sex de fratribus suis Cardinalibus Siponto usque Bononiam cum suis, & aliorum fratrum equitaturis præmiserat. Et post enarratas res gestas inter Imperatorem Constantinopolitanum & Soldanum, de quibus nos, ne adeo diversa miscantur, postea dicturi sumus, hæc subiicit:

Quid Antipapa ex pace passus in animo.

Interea Viterbiensis ille ridiculus Antipapa de malo semper in pejus deficiens, ubi pacem, & concordiam inter Alexandrum Papam & Imperatorem sine se familiariter tractari percepit; ubi & securitatem firmam cunctis viatoribus datam indubitanter cognovit: cum proceribus suis ita vehementer indoluit, ac si cor ejus medium crepisset. Hæc de statu tunc temporis Antipapæ Viterbii degentis, se-

ipsum mœrore vorantis. Subdit de præmissa legatione ab Alexandro, antequam e Campania ad Hadriaticum mare perrexit, quam omiserat, dicens:

Antequam Anagninam Pontifex Alexander exiret, Humbaldum Ostiensem Episcopum, & Rainierium diaconum Cardinalem sancti Georgii ad Imperatoris præsentiam ea occasione præmiserat, ut securitatem, quam Magdeburgensis Archiepiscopus cum sociis suis præmiserat, ab eodem Imperatore per exhibitionem juramenti manifeste reciperent. Cuncti autem per partes Tusciæ in Lombardorum intraverunt terram, & circa Mutinam eundem Imperatorem satis pacificum invenerunt, qui eos hilari vultu & reverentia suscepit, & honorificentia plurima honoravit. Præsentibus itaque multis Episcopis & Principibus, coram ipsis Legatis Fridericus Imperator C. filium Marchionis Montisferrati super sancta Evangelia jurare fecit in anima sua, eandem securitatem, quam Legati apud Anagninam indubitanter præstiterant, conservare. Insuper ad majorem bonæ voluntatis, quam gerebat de pace ostensionem, omnes Principes Alemannos, qui secum aderant, eandem securitatem fecit nihilominus per jusjurandum corroborare. In diebus illis Cremona respiciens retro, absque gravamine de jurando, a confederatione aliarum civitatum impudenter recessit, & ad Imperatorem non sine magna ignominia se convertit. Unde indignationem Ecclesiæ, & aliorum Lombardorum odium & inimicitiam juste incurrit. Terdona quoque non post multum temporis idem reprehensibiliter fecit, & eadem se infamia contumeliosa involvit.

Audiens autem ista apud Vastum in mari Hadriatico vadum, ubi tempus opportunum navigationi expectabat summus Pontifex, valde est miratus, sed de aliarum civitatum stabilitate dubitare non potuit. Caterum cum valida maris tempestas ipsum jam per triginta dies contra propositum suum ibi detinisset invitum: ecce insuper Auster diu desideratus advenit, & statim nautæ ad transfretandum eundem Pontificem alacriter invitarunt. Qui consurgens circa medium noctis instantis Quadragesimæ, valde mane post Missam, & receptos cineres, pelagi vastitatem latus intravit cum undecim galeis, & aliis duabus oneratis victualium copiis, & albis caballis, absque aliis navigiis. Ita Rex Siciliae auxit numerum galearum ad decorem Pontificis. Erat autem delectabile ad videndum, navalem exercitum sulcantem deorsum pelagi velis protensis prospero vento. Sed circa meridiem superveniente hora sexta, est prorsus extinctus Auster, & ilico facta est in mari turbatio maxima. Imuerunt igitur

XIV.
Legatio a
Pontifice
ad Imp.

XV.

Navigatio
Papæ
Vene-
tias
aucta
classe a
Rege Si-
ciliæ.

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

zur omnes, Pontifex autem non fuit omnino securus. Tunc decem galeæ cum ipso Pontifice & fratribus suis Cardinalibus versus anteriores insulas in remigando non segniter laboraverunt. Tandem suffragantibus beatorum Petri & Pauli meritis, eadem die circa noctem, ad insulam quæ dicitur Polacrofa, prospero, Deo gratias, cursu applicuerunt. Pontifex autem fatigatus ex nimia procellosi maris turbatione, in terram libenter descendit, & apposita copiosa mensa hilariter convivavit.

XVI.

Post modicum vero temporis, cum jam quiescerent omnia: ex insperato desideratus nautis Auster arripuit, & eos ad iter agendum non mediocriter animavit. Exultantibus igitur cunctis, cum gaudio vela universa in altum citissime sunt elata, & unusquisque ad exercendum commissum sibi negotium in ipsa noctis obscuritate, vigilans permansit. Præcedente itaque cum magno luminari galea summi Pontificis, aliæ ipsam sequentes, per totam noctem omnes alacriter navigarunt. Et altera die circa meridiem in insulam, quæ vocatur Alexa, venerunt. Et post celebratam ibidem Missam, cum magno gaudio & lætitia ad mare convenerunt. Et exinde cæteras Dalmatiæ insulas transcendentem, in proxima Dominica, priusquam Sol illucesceret, ad civitatem Jaderæ, quæ sita est in capite Hungariæ regni, eundem Pontificem cum suis fratribus, Manfredo videlicet Prænestino Episcopo, Joanne tituli sanctæ Anastasiæ, Bosone tituli sanctæ Pudentiæ presbyteris Cardinalibus: Cyntbio tituli sancti Hadriani, & Hugone sancti Eustachii diaconis Cardinalibus: Romualdo quoque Salernitano Archiepiscopo, & Rogerio illustri Comite per merita beatorum Apostolorum sanum & alacrem portaverunt. Et quoniam nondum quisquam Romanus Pontifex civitatem ipsam intraverat: de novo ipsius Papæ adventu facta est in Clero & populo illius loci communis lætitia, & ineffabilis exultatio collaudantium & benedictientium Dominum, qui modernis temporibus, per famulum suum Alexandrum successorem beati Petri, Jaderinam civitatem dignatus est visitare. Itaque præparato sibi de Romano more albo caballo, processionaliter duxerunt eum per mediam civitatem ad beatæ Anastasiæ majorem Ecclesiam, in qua ipsa virgo & martyr honorifice tumulata quiescit, immensis laudibus & canticis altissime resonantibus in eorum Sclavica lingua. Post quartum vero diem exiit Jadera, & per Sclavorum insulas, & maritimas Istriæ Civitates felici cursu transitum faciens, ad monasterium sancti Nicolai situm in faucibus Rivoalti alacriter, Domino auxiliante, pervenit.

XVII.

Anno igitur sui Pontificatus decimo-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

offavo, * x. Kalend. Aprilis, Indictione decima, Beatus Pontifex Alexander cum ingenti honorificentia Venetias primum intravit, occurrente sibi Duce cum Patriarcha & Episcopis & nobilibus, cum Clero in navium copiosa multitudine. Eo autem in palatium Patriarchæ super Rivoalto deducto, prædictus Magdeburgensis Episcopus cum Electo Vormaciensi, Protonotarioque accesserunt ad eum, dicentes: Dominus noster Imperator cuncta, quæ inter vos, & eum de pace, nobis mediis tractata sunt & conscripta, paratus est adimplere. Sed in civitate Bononiensi, quam ejus Principes nimis habent suspectam, convenire nullatenus potest. Unde clementiam ipsam vestram suppliciter exoramus, quatenus alium locum ipsi & vobis congruum, Ravennam videlicet, vel Venetias eligere satagatis. Quibus beatus Pontifex constanter sine mora respondit: Diu est, quod medianibus fratribus nostris Humbaldo Ostiensi Episcopo, & Rainerio diacono Cardinali, cum Lombardis Imperator convenit, ut ipse in Imola, & nos in Bononia debeamus pariter convenire. Ideo nos absque Lombardis & consilio fratrum nostrorum, qui circa partes Bononiæ nostrum præstolantur adventum, locum ipsum mutare non possumus, nec debemus. Si ergo minime displicet, quod prius sibi sponte consensit; sibi debet non nobis talem conditionem sæpe postam imputare. Veruntamen, ut inceptum bonum pacis ad desideratam consummationem celerius valeat, operante Domino, pervenire: nos usque Ferrariam sine mora venire studebimus, quatenus ibi cum fratribus nostris & rectoribus Lombardiæ deliberare, & eligere plenarie possimus quod pro utraque parte congruentius fuerit faciendum. Quod verbum quia Legatis bene complacuit: per litteras Apostolicas universis Episcopis & rectoribus civitatum Lombardiæ mandavit, ut in Dominica die Passionis ad ejus presentiam in ipsa civitate, Deo favente, conveniant.

XVIII.

Interim vero cum turba multæ irruerent in eum, & ex civitatibus circumpositis multitudo nobilium properaret ad eum presentiam, ut viderent illum, & audirent tamquam Angelum a Deo missum: dignum duxit in proxima Dominica, Lætare Jerusalem, ad Ecclesiam B. Marci solemnem Missarum celebraturus accedere. Indutus ergo sacris vestibus, & de consuetudine auream ferens rosam cum Episcopis & Cardinalibus ad altare majus processit. Post Evangelicam lectionem populo Dei ex diversis partibus congregato pastoraliter prædicavit. Et completis Missarum officiis, Rosam quam detulerat Duci Venetiarum in signum gratiæ Sedis Apostolicæ contulit.

Alexand.
Papa pro-
cedit cum
Rosa au-
rea.

Datur
rosa Du-
ci.

K k k 2

Hic

Hic fiste gradum paululum, Lector, & quod obiter audire contigit de sacro Ecclesie ritu, quo summus Pontifex in Dominica, Latere, rosam auream benedicit & fert ad altare, donatque cui vult: habes de hoc eodem sacro ritu ejusdem temporis scriptorem notissimum Petrum Blesensem, qui sermone decimoquinto ejusdem antiquae consuetudinis meminit, & tantae rei mysterium pandit, quod Dominica illa Latere, septima numeretur a Dominica Septuagesimae. Sed haec cursim; in his enim immorari non licet, quod nec Pontifex remoretur, sed concito cursu Ferrariam properet. Pergit enim auctor:

XIX. In eadem quoque septimana cum glorioso galearum exercitu (quod erat delectabile visu) exiit Venetis & per fauces Padis ascendens cum gloria & honore venit in suam civitatem Ferrariam. In sequenti vero die principales personae, quae inferius annotantur, ab utraque parte ad praesentiam Pontificis convenerunt. Ex parte Lombardorum Aquilejensis Patriarcha, Ravennatensis & Mediolanensis Archiepiscopi, & eorum comprovinciales Episcopi, rectores civitatum cum Marchionibus & Comitibus, Salernitanus quoque Archiepiscopus cum Rogerio Hadriensi Comite: sed ex Imperatoris parte, Moguntinus, Coloniensis, Trevirensis, Bisuntinus, cum aliquibus Suffraganeis Episcopis, Eleoquo Vuormacensi, & Protonotario. Quibus ad invicem congregatis, de loco ubi Papa secure posset cum Imperatore praesentialiter convenire, cum non modica inter partes altercatio existeret, Lombardis petentibus Bononiam, vel Placentiam, aut Ferrariam, sive Paduam; Imperatoris autem Principibus Papiam, aut Ravennam, aut Venetias eligentibus: Pontifex cum Nuntius Regis Siciliae Venetias in hunc modum elegit. Ut si Dux cum populo Veneto juratoriam cautionem praestaret, quod antequam pax firmiter confirmata esset, sine consensu Papae Imperatorem intrare Venetias nullatenus permetterent, & venientes illic, sive redeuntes nullo modo impedirent: tunc pars utraque ad locum ipsum accederet. Quod ad verbum Pontificis factum est.

XX. Venetiae ad congressum electae.

Exiit ergo Alexander Papa Ferraria cum Episcopis & Cardinalibus, septimo Idus Maii, & sine mora Venetias remeavit, cujus vestigia partes utraque celesiter sunt subssecuta. Constitutis itaque Principibus & Lombardis in conspectu Principis de reconciliatione pacis inter alterutros tractare coeperunt. Sed quia de feudis maxima inter eos controversia vertebatur, & pax Ecclesiae absque illorum pace, quia cum Ecclesia contra Imperium firmiter fieri non debebat, tractatus ipse, multis interventibus inducis, us-

que ad Apostolorum Petri & Pauli octavas processit.

Ea igitur die pax Ecclesiae in ea forma, quae de consensu patrum ordinata fuerat, & scripto firmata de consensu Principum, qui praesentes aderant, Imperatoris assensu est roborata. Pax quoque Siciliae Regi proximis Kalendis Augusti usque ad quindecim annos eodem modo approbata est. Super quibus chartae hinc inde concorditer factae, & a singulis partibus in bona voluntate receptae sunt. Quibus ita peractis, ad instantiam Principum Imperatori licentiam dedit Pontifex veniendi usque Obrogiam, quatenus in loco ipso a Pontifice parum distante, constitutis in ejus praesentiam Cardinalibus illis & Principibus, qui cursum pacis & treguarum fere jam consummaverant, cum ipsa Imperiali auctoritate, Domino cooperante, plenum sortiretur effectum, & immutabile firmamentum. Venit ergo illuc Imperator, & ad ejus praesentiam Cardinales & Principes pariter convenerunt, omnia, quae de pacis bono ejus consensu fuerant ibi concorditer transacta, ostendentes. Auditis itaque omnibus quae gesta fuerant, & plenarie intellectis, licet ab his, qui pacem oderant, valde turbatus fuerit & commotus, quatenus Principes in facie ipsi restiterint: omnia tandem, sicut in praesentia Pontificis gesta fuerant & conscripta, rata habuit, & ea confirmare sponte promisit. Tunc factum est, quod & in audientia eorumdem Cardinalium & Principum, Diedoni Comiti filio C. Marchionis praecipit, ut in anima sua coram domino Papa, Nuntius Regis Siciliae, & Lombardis publice juraret in hunc qui sequitur modum.

De universalis pace tractatus.

XXI.

Ego Comes Diedo juro, quod dominus Imperator mandavit mihi, ut in anima sua jurarem juramentum, quod nunc facturus sum. Et postquam mandavit, non revocavit mandatum. Et ego ex eodem Imperatoris mandato juro in anima sua, quod ex quo venerit Venetias, omni questione & contradictione semota, faciet jurare in anima sua, quod pacem Ecclesiae sicut disposita est per mediatores ex scripto, & pacem Regis Siciliae usque ad quindecim annos, sicut scriptum est, & treguam Lombardorum, sicut est per mediatores utriusque partis dispositum in scripto, quod & apud eosdem mediatores continetur, bona fide servabit, & Principes suos hoc ipsum jurare faciet. Simili modo praecipit Sigilboth Camerario suo in hunc modum jurare.

Ego Sigilboth juro, quod ex quo dominus Imperator venerit Venetias, juramentum ipsum pacis Ecclesiae & Regis Siciliae, & treguae Lombardorum faciet praestari in anima sua, & Principes suos similiter jurare faciet. Haec Acta.

Ne-

Ne quid autem praetereat ejusdem Alexandri Pontificis rerum tunc gestarum Venetiis, quae sibi fidem vendicent ex publicis monumentis: authenticum extat diploma ejusdem Pontificis datum Venetiis post quatuor dies ab octavis Apostolorum, nempe sexto Idus Julii, quo ipse concessit monasterio sanctae Mariae in Organo, Ordinis sancti Benedicti cum privilegio exemptionis alias plerasque immunitates. Datum ipsum habetur ad ejus Abbatem nomine Opizonem. Cui & subscripti leguntur post Pontificem omnes qui cum eo erant Venetiis Cardinales. Quinam ii fuerint, ut sciatur, hic eorumdem nomina describemus, simulque quod sequitur, tempus ejusdem dati diplomatium in fine ejusdem exaratum:

Ego Alexander Catholicae Eccl. Episc. Ego Humbaldus Ostiensis Episcopus. Ego Gualterius Albanensis Episcopus. Ego Conradus Moguntinensis Archiepiscopus, & Sabinenensis Episcopus. Ego Vuillelmus Portuensis & sanctae Rufinae Episcopus. Ego Manfredus Praenestinus Episcopus. Ego Hildebrandus basilicae duodecim Apostolorum presbyter Cardinalis. Ego Joannes presbyter Cardinalis tituli sanctae Anastasiae. Ego Boso presbyter Cardinalis tituli sanctae Pudentianae, tituli Pastoris. Ego Theodinus presbyter Cardinalis tituli sancti Vitalis, tituli Vestinae. Ego Petrus presbyter Cardinalis tituli sanctae Susanna. Ego Hyacinthus diaconus Cardinalis sanctae Mariae in Cosmedin. Ego Arditio diaconus Cardinalis sancti Theodori. Ego Cynthius diaconus Cardinalis sancti Hadriani. Ego Hugo diaconus Cardinalis sancti Eustachii juxta templum Agrippae. Ego Rainerius diaconus Cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum. Datum Venetiae in Rivoalto per manum Gratiani sanctae Romanae Ecclesiae subdiaconi & Notarii, sexto Idus Julii, Indictione decima, Incarnationis Dominicae anno millesimo centesimo septuagesimo septimo, Pontificatus vero domini Alexandri Papae Tertii anno decimo octavo. Desunt autem aliqui Cardinales, recensiti a Rogerio hujus temporis accurately satis scriptore, quos diversae occasiones fecerunt absentes. Sunt hi: Albertus presbyter Cardinalis. Vivianus presbyter Cardinalis. Laborans diaconus Cardinalis S. Mariae in Porticu. Cujus etiam ejusmodi extat mentio in dedicatione Ecclesiae facta Veronae per Patriarcham Aquilejensem post aliquot annos, cui idem Laborans interfuit, his verbis conscripta:

Anno Domini M. C. LXXXV. Indictione tertia, die sabbati, VIII. intrante Novembr. dominus Patriarcha Gotsifredus Aquilejensis dedicavit Ecclesiam S. Mariae Antiquae, ubi fuerunt dominus Laborans, & Dominus Adelardus S. R. E. Cardinales, & dominus Pepo Episcopus de Padua, & dominus Opizo Organensis Abbas, &c. Extat in eadem Ecclesia.

Sed a quibus digressi sumus, recurramus ad Acta, quae pergunt: His ita hoc modo completis, Pontifex Ducem & populum Venetum a juramento, quo tenebatur, absolvit, & ut dominum Imperatorem honorifice Venetias ducerent, eis praecipit. Quod Dux desideranter implere festinans, in praeparatis sex galeis eundem Imperatorem usque ad monasterium sancti Nicolai, quod est situm in capite Rivialis, cum gloria & honore conducere fecit.

Alter die, in vigilia S. Jacobi, summo mane Pontifex misit ad Imperatoris praesentiam Humbaldum Ostiensem, & Vuillelmum Portuensem Episcopos, & Vuillelmum Portuensem Episcopos, & Joannem tituli sanctae Anastasiae, & Theodinum tituli sancti Vitalis, & Petrum tituli sanctae Susanna presbyteros Cardinales, & Hyacinthum diaconum Cardinalem sanctae Mariae in Cosmedin. Qui ad eum venientes, postquam Imperator renuntiavit schisma Octaviani, Guidonis Cremonensis, & Joannis de Struma, post promissam quoque obedientiam venerabili Patri domino Alexandro tamquam Catholico Pontifici, ejusque successoribus canonice intrantibus: ipsum a sententia excommunicationis pariter absolverunt, & Catholicae unitati aggregarunt. Idemque factum est de majoribus ipsis Principibus, qui eodem vinculo tenebantur, juxta priscum Ecclesiae morem.

XXII. Imp. Venetias venit.

Abfolvitur Imp. ab excommunicatione.

XXIII. Imp. introducit in Ecclesiam.

Exinde Imperator tamquam Catholicus Princeps accessit ad praesentiam ipsius Pontificis, qui ante fores Ecclesiae sancti Marci cum fratribus suis Cardinalibus residebat, in communi unionem pacis expectantibus: & deposita chlamyde, prostravit se in terram, & deosculatis Pontificis tamquam Principis Apostolorum pedibus, verae pacis osculum ipsi devotissime dedit. Tunc repleti sunt omnes gaudio magno, & praenimia laetitia vox clamantium, TE DEUM LAUDAMUS, insonuit usque ad sidera; statimque Augustus apprehensa Pontificis dextera, cum canticis & laudibus usque ad chorum Ecclesiae ipsum deduxit, & inclinato capite benedictionem ipsius reverenter suscepit.

In sequenti vero die, qua celebratur festum sancti Jacobi Apostoli, idem Alexander Papa rediit, & celebraturus solemnia Missarum, cum festiva processione Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

stoporum, presbyterorum, diaconorum, Cardinalium, & aliorum ministrorum, iusta sacrum ordinem processit. Imperatore igitur in choro stante, Clerus Teutonicus Missæ introitum altisonis vocibus psallere cœpit, & totum decantando officium cum omni jubilatione peregit. Post Evangelium autem & sermonem factum ad populum, Imperator denuo ad vestigia ejusdem Pontificis cum Principibus suis devotissime processit, & apertis thesauris suis aurum post pedum obsacula obtulit. Decantata itaque Missa, idem dexteram Pontificis apprehendit, & extra Ecclesiam usque ad album caballum conduxit ipsum, & streguam, stapham scilicet, fortiter tenuit. Cum autem frænum acciperet, & stratoris officium vellet adimplere: Pontifex, quia iter ad mare nimis videbatur prolixum pro facto habuit, quod affectuose voluit adimplere.

Dum in his esset idem Alexander Papa, fidelem amicum Petrum Cassinensem Abbatem, & Archiepiscopum Capuanum de his quæ hæcenus gesta essent cum Imperatore, reddidit his litteris certiores:

Alexander Episcopus servus servorum, &c. dilectis in Christo filiis Petro Cassinensi Abbati, & Capuano Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Exigunt gratissima devotionis obsequia, quæ nobis & Ecclesie tam devote, quam fideliter exhibuisse noscimini, ut felices successus ipsius Ecclesie, vobis scilicet devotis & spiritualibus filiis, spiritualibus litteris describamus; cum dignum sit, conveniens, & honestum, ut quos ita habuimus in nostra devotione firmos & stabiles: de prosperitate nostra, & ipsius Ecclesie reddamus hilares & gaudentes. Agite itaque una nobiscum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altissimis, & humilia respicit de supernis, de cujus munere venit, ut navicula Petri diu & graviter procellosis fluctibus & validissima tempestate quassata, nunc tandem portum salutis attingeret, & pacatis sævientis maris procellis, debita & desiderata pace letetur. Sane xij. instantis Kalend. mensis Augusti de mandato hujusmodi filii nostri in Christo illustris Romanorum Imperatoris, filius Marchionis Alberti vir nobilis magnus & potens, & Camerarius ipsius Imperatoris, presentibus Principibus Ecclesiasticis & secularibus Teutonici regni, publice in anima ejus in presentia nostra coram innumerosa hominum multitudine præstiterunt, tactis sacrosanctis Evangelis, juramentum, quod postquam idem Imperator veniret Venetias, omni contentione & contradictione seposita, pacem Ecclesie, sicut per fratres nostros & Principes suos deposita est & tractata, & pacem hujusmodi filii nostri in Christo VVillelmi

illustris Siciliae Regis, usque ad decimum quintum annum, & treguam Lombardorum usque ad septem annos in anima sua, & a Principibus suis faceret, sicut in scripto pacis & tregue continetur, juramento firmari: nono vero Kal. Augusti, præfatus Imperator, sicut tractatum fuerat, & dispositum, venit ad Ecclesiam beati Nicolai, quæ per unum milliare a Venetiis distat, & tam ipse, quam Archiepiscopi, Episcopi, & alii Principes Teutonici regni abrenuntiantes schismati, per fratres nostros Episcopos & Cardinales de mandato nostro, presentibus quibusdam aliis, absolutionis beneficium meruerunt, & deinde venerunt Venetias, & ibi ante Ecclesiam beati Marci prædictus Imperator, innumera multitudine virorum & mulierum presente, & alta voce reddente laudes & gratias Altissimo, nobis summo Pontifici obedientiam & reverentiam humiliter & reverenter exhibuit, & recepto a nobis pacis osculo, dextravit nos devote, & cum reverentia, qua decuit & devotione, usque ad altare in Ecclesiam introduxit.

Sequenti vero die, in festo beati Jacobi ab eodem Imperatore rogati ad prædictam Ecclesiam sancti Marci solemniter celebraturi Missarum accessimus, & nobis illic vententibus, præfatus Imperator extra Ecclesiam obviam venit, & dextro latere nostro devote suscepto, nos in Ecclesiam introduxit, & peractis Missarum solemnibus, nos usque ad ipsius Ecclesie portam dextravit. Et cum ascenderemus palafredum nostrum ibi paratum, stapham tenuit, & honorem omnimodum & reverentiam nobis exhibuit, quam prædecessores ejus nostris consueverunt prædecessoribus exhibere. Erit itaque sollicitudinis vestra, nobis & Ecclesie in prosperis congaudere, & effectum pacis alius devotis Ecclesie filius aperire, ut in quo zelus domus Domini tangit, de pacis nomine divinitus dato, in domino gaudeant & exultent. Datum Venetiis in Rivoalto sexto Kalendas Augusti. Hæcenus Alexander Papa. Quam quidem epistolam repertam una cum aliis in parvo codice basilicæ Vaticanæ hic tibi describendam curavimus, ut intelligas, vel ex his veritatem Actorum vitæ Alexandri, cum quibus eadem Alexandri epistola miram habeat continuationem atque confessionem, ut non dubites eandem esse germanam. His quidem similes, ejusdemque argumenti itidem tunc Venetiis ab eodem Alexandro Papa datas litteras in Angliam recitat Rogerius in Annalibus istis verbis:

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Richardo Cantuariensi Episcopo, & Suffraganeis ejus & dilectis filiis Abbatibus specialiter ad

XXV.
Ad Cantuar. Archiep. & ei subditos.

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

ad Romanam Ecclesiam pertinentibus in Archiepiscopatu Cantuariensi constitutis salutem & Apostolicam benedictionem.

Imensas laudes & gratias agimus omnipotenti Deo, qui licet navem Petri diu permisset procellosa maris tempestate quassari: nunc tandem imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna, ita ut pacatis maris sævientis fluctibus, prædicta navis ad portum quietis reducta sit & salutis. Sane charissimus in Christo filius noster Fridericus illustris Romanorum Imper. proximo præterito die, Dominica ante festum B. Jacobi, cum Principibus Ecclesiasticis & secularibus Teutonici regni cum multa devotione venit Venetiam ad presentiam nostram; & ibi coram innumera multitudine virorum ac mulierum altis vocibus resonantium laudes Altissimo, nobis sicut summo Pontifici omnem reverentiam & honorem exhibuit, & in festo B. Jacobi nobis ad preces ejus B. Marci Ecclesiam adeuntibus pro celebrandis Missarum solemnibus obviam venit; & finita Missa, quam a nobis licet indignis reverenter audivit: nobis omnem honorem exhibuit quem prædecessores ejus nostris consueverunt antecessoribus exhibere. In Kalendis vero instantis mensis Augusti præfatus Imperator, ubi erat numerosa hominum multitudo, in anima sua jurare fecit. Et principes sui, quos presentes habebat, tam Ecclesiastici quam secularis, præfatis juramento firmaverunt, quod pacem Ecclesie perpetuo & pacem charissimi in Christo filii nostri VVillelmi illustris Siciliae Regis, usque ad quindecim annos, & treguam Longobardorum a prædictis Kalend. Augusti usque ad sex annos, sicut pax & tregua ipsa disposita est, & tractata, & in scriptis redacta illasam debeat & illibatam servare. Sicut autem idem Imperator nos in Catholicum Papam, & spiritualem Patrem recepit: ita nos eum in Catholicum Imperatorem, & uxorem ejus in Catholicam Imperatricem, & filium ipsorum in Catholicorum Regem recepimus. Agite itaque gratias Creatori nostro, qui Sponsam suam sacrosanctam Ecclesiam sua misericordie respexit, & ei post multas persecutiones, quibus graviter pressa est & attrita, per suam gratiam plenam pacem reddidit & quietem. Data Venetiæ in Rivoalto octavo Idus Augusti. Ac has, quæ sequuntur, dedit ad Eboracensem Archiepiscopum & Dunelmensem Episcopum, conformes illis, quas datas viderimus ad Abbatem Cassinensem:

XXVI.

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Rogero Eboracensi Archiepiscopo Apostolica Sedis Legato, & Hugoni Dunelmensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Exigunt gratissima devotionis obsequia, quæ nobis & Ecclesie tam devote, quam laudabiliter exhibuisse noscimini, ut felices successus Ecclesie vobis, sicut specialibus & devotis Ecclesie filiis spiritualibus describamus, cum dignum sit, & conveniens, & honestum, ut quos ita habuimus in nostra devotione firmos & stabiles: de prosperitate nostra, & ipsius Ecclesie reddamus hilares & gaudentes. Agite itaque una nobiscum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altissimis, & humilia respicit de supernis, de cujus munere venit, ut Sponsa sua sacrosancta Ecclesia diu & graviter procellosis fluctibus, & validissima tempestate quassata, nunc tandem portum salutis attingeret; & pacatis sævientibus procellis, debita & desiderata tranquillitate letetur. Sane, duodecimo Kalend. instantis mensis Augusti, de mandato charissimi in Christo filii nostri Friderici illustris Romanorum Imperatoris, filius Marchionis Alberti vir nobilis magnus & potens, & Camerarius ipsius Imperatoris, presentibus Principibus Ecclesiasticis, & etiam secularibus Teutonici regni, publice in anima ejus in presentia nostra coram innumerosa hominum multitudine præstiterunt, tactis sacrosanctis Evangelis, juramentum, quod postquam idem Imperator veniret Venetias, omni quaestione, & contradictione sopita, pacem Ecclesie, sicut per fratres nostros & Principes suos disposita est, & tractata, & pacem charissimi in Christo filii nostri VVillelmi illustris Siciliae Regis, usque ad quindecim annos, & treguam Longobardorum usque ad sex annos in anima sua, & etiam a Principibus suis faceret, sicut in scripto pacis & tregue continetur, juramento firmari, & Principes Teutonici regni, scilicet venerabiles fratres nostri Migdeburgenfis, Coloniensis, & Christianus dictus Mguntinus Archiepiscopi, & quidam alii in anima sua pro se jurare fecerunt. Nono vero Kalend. Augusti, præfatus Imperator, sicut tractatum fuerat & dispositum, venit ad Ecclesiam beati Nicolai, quæ per unum milliare distat a Venetiis; & ibi tam ipse quam Archiepiscopi, Episcopi, & alii Principes Teutonici regni abrenuntiantes schismati, per fratres nostros Episcopos, & Cardinales de mandato nostro, presentibus quibusdam aliis, absolutionis beneficium meruerunt. Deinde venerunt Venetias, & ibi ante Ecclesiam beati Marci prædictus Imperator, innumera multitudine virorum & mulierum presente, alta voce reddente gratias & laudes Altissimo, nobis sicut summo Pontifici obedientiam & reverentiam humiliter & reverenter exhibuit; & recepto a nobis pacis osculo, nos devote dextravit, & cum reverentia qua decuit & de-

Oblatio
Imp. in
Missæ &
obsequia.

XXIV.
Alexand.
Papæ ep.
de rebus
gestis Venetiis.

* al. specialibus.

* al. fopita,

* vij. Cod.
Vat.

CHRISTI
1177.

ALEXANDRI III. PAP.
18.

FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

uotione, usque ad altare in Ecclesiam in-
troduxit. Sequenti vero die, in festo bea-
ti Jacobi, ab eodem Imperatore rogati,
ad predictam Ecclesiam sancti Marci so-
lemnia celebraturi Missarum accessimus;
& nobis illuc venientibus presatus Impe-
tor extra Ecclesiam obviam venit, & de-
xtero latere nostro devote suscepto, nos
in Ecclesiam introduxit; & peractis Mis-
sarum solemnibus, nos usque ad ipsius Ec-
clesiæ portam dextravit; & cum ascende-
remus palafredum nostrum ibi paratum,
stapham tenuit, & omnem honorem & re-
uerentiam nobis exhibuit, quam præde-
cessores ejus nostris consueverunt anteces-
soribus exhibere. Erit itaque sollicitudi-
nis vestrae, nobis & Ecclesiæ in prosperis
successibus congaudere, & effectum pa-
cis aliis devotis Ecclesiæ filiis aperire:
ut hi, quos zelus domus Domini tangit,
de pacis munere divinitus dato, in Do-
mino gaudeant & exultent. Data Vene-
tiis in Rivoalto, septimo Kalend. Aug.
Hactenus Alexandri epistolæ ex Rogerio
in Annalibus Anglicanis. At non hastan-
tum superius recitatas Epistolas ab Alex-
andro Papa tunc eodem argumento esse
conscriptas, par est credere, sed alias
ad diversos Ecclesiarum Antistites, eos-
que potissimum, qui diuturni schismatis
tempestate, fluctuante Petri navicula,
laborassent in remigando: ut quos mœ-
ror de Ecclesiæ schismate dejecisset, de
ejusdem unitate novum iudicium, sed
inexpectatum erigeret.

XXVII.
Imp. con-
venit
Pontifi-
cem.

Sed quod ad eandem res gestas pertinet:
jungamus his reliqua Alexandri Papæ Acta
superioribus cohærentia; sic enim se ha-
bent: In crastino autem circa nonam ho-
ram Imperat. cum paucis Pontificem filiali
affectu visitavit, & usque ad ejus came-
ram, ubi cum Episcopis & Cardinalibus
familiariter residebat, alacriter se per-
duxit. Congratulati sunt ergo omnes ad
invicem, & post affectuosa colloquia, &
mixtos serios sine detrimento dignitatis
jocos, Augustus petita & impetrata licen-
tia bilaris, ad hospitium remeavit.

Pax ju-
rata.

Kalendis vero mensis Augusti, convo-
catis Notariis, & universis Lombardorum
rectoribus, Pontifex, & Imperator in Con-
sistorium pariter intraverunt. Tunc Im-
perator coram Pontifice cum omni adjuto-
rio, præcepit Comiti Henrico de Res...
qualiter in anima sua ipsius Imperatoris
juraret, quod pacem Ecclesiæ & Imperii,
& pacem Regis Siciliae usque ad quindecim
annos, sicut etiam per mediatores
utriusque partis dispositum & descriptum
fuerat, bona fide servabit. Presentibus
quoque Principibus nihilominus iussit ad
eamdem pacem & treguam ut pariter ju-
rarent, quod bona fide servarent. Comes...
mox & ipse juravit super sancta
Dei Evangelia. Juraverunt & sequentes

Principes hoc modo, videlicet.

Ego Christianus)
Moguntinus)
Ego Philippus Co-)
loniensis) Archiepisco-
Ego V. Magdebur-) pi
gensis)
Ego B. Trevirensis)
Ego P. Pictaviensis)
Ego C. Electus VVormatiensis.
Ego R. Imperiali auctoritate Protomo-
tarius.

Ego C. Mantuanus Episcopus.
Ego C. Cancellarius.

Ego G. Comes juramus in manibus ve-
stris super hæc sancta Dei Evangelia,
quod pacem Ecclesiæ & Imperii, & pacem
Regis Siciliae usque ad quindecim annos,
& treguam Lombardorum usque ad * sex * al. vij.
annos, sicut statutum est & scriptum per
mediatores utriusque partis, bona fide
servabimus & absque fraude. Sic Deus
nos adjuvet, & hæc sancta Dei Evan-
gelia.

Ex parte vero Siciliae Regis eodem mo-
do juravit Romualdus Salernitanus Ar-
chiepiscopus, & Rogerius Comes An-
driensis.

Ex parte vero Lombardorum jurarunt
qui presentes erant, scilicet, de Medio-
lano Gerardus Pifcis.

Rogerius & Mircellinus Consules.
De Placentia VVilhelmus Letorius.
De Brixia Albertus de Gambara.
De Bergamo Alberatus.
De Verona Cæcius Consul.
De Parma Vetulus.
De Regio Antemanus.
De Bononia Picamontes Potestas eo-
rum.

De Novaria VVilhelmus Gueliri.
De Alexandria Hubertus de Foro.
De Padua Testulanus Potestas.
De Venetia Gozelinus.

Absoluto autem Imperatore, sequaces
quoque ejus intrusi, & schismatici ad si-
num matris Ecclesiæ catervatim confluen-
tes, absolvi humiliter postulantes, re-
futarunt & anathematizarunt, abjuran-
tes super sancta Evangelia omnem hære-
sim extollentem se adversus sacrosanctam
Romanam Ecclesiam, & præcipue schis-
ma, hæresim, & factionem Octaviani,
& Guidonis Cremensis, & Joannis de
Struma; eorumque ordinationes irritas
esse pronuntiantes, fidelitatem quoque &
obedientiam domino suo Papæ Alexandro,
ejusque successoribus Catholicis promit-
tentes, reconciliati sunt, & unitati Ec-
clesiæ aggregati. De quorum numero fa-
mosiores duximus nominandos, Christia-
num Moguntinum, Philippum Colonien-
sem, V. Magdeburgensem, Trevirensis,
Potaviensem, VVormatiensem Electum, Au-
gustanum, Massiliensem, Argentinum,
Hal-

XXVIII.
Abol-
vuntur
Schisma-
tici.

CHRISTI
1177.

ALEXANDRI III. PAP.
18.

FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

XXIX.
Synodus
Venetiis
celebrata.

Bertino-
rum ca-
strum
redditum
Rom
Eccles.

XXX.

Imp. con-
firmatio
scriptis
prodita.

Halberstadensem, Papiensem, Placenti-
num, Brixiensem, Novariensem, Aquen-
sem, Mantuanum, Balnecoregiensem, Pi-
saurensem, Faventinensem, Guidonem Cre-
mensis promotum in Levitam, V. quon-
dam Cluniacensem Abbatem, & intrusum
sancti Georgii in Velo aureo, atque vi-
cinum ejus sancti Salvatoris intrusum.
Aliorum vero resipiscentium schismatico-
rum multitudinem penitus ignoramus.

Eodem tempore, decimosexto Kalendas
Septembris, in Ecclesia sancti Marci Ve-
netiis Alexander Papa cum Archiepisco-
pis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Præ-
latis Italis & Alemannis Synodum ce-
lebravit, in qua juxta eum Imperator
resedit: ubi pacem inter Ecclesiam &
Imperium, & pacem Imperatoris cum
Siciliae Rege, & treguas Lombardorum,
sicut superius est ordinatum, communi
assensione roboravit, atque firmavit.
Sed ad majorem ipsius soliditatem Pon-
tifex in hunc modum excommunicationis
sententiam protulit. Ut quicumque pacem
ipsam, vel treguas infringeret, nisi re-
quisitus infra quadraginta dies, & commo-
nitus satisfaceret: eandem excommunica-
tionem incurreret. In schismaticos vero,
qui nondum resipuerant, quousque satis-
fecerint, anathematis sententiam innova-
vit.

In diebus illis cum hæc agerentur, C. Co-
mes Bertin. absque liberis decedens Venetiis
pro remissione delictorum suorum, paren-
tumque ipsius, castrum ipsum Bertinorum,
quod alio nomine dicitur Susulianum, &
totam terram suam (licet ab antiquo juris
B. Petri fuerit) sacrosanctæ Romanæ Ec-
clesiæ in propriam hereditatem donavit,
& ad majorem donationis ipsius firmita-
tem, domino Alexandro Papæ, ejusque
successoribus publicum exinde instrumen-
tum fieri fecit. Quamobrem pro recipien-
dis investituris ipsius castri, quod est ca-
put Comitatus totius, Pontifex absque
mora illuc misit Rainerium diaconum Car-
dinalem, & R. subdiaconum, & P. Sar-
vacenum dapiferum suum; per quos inve-
stituram & possessionem illius Comitatus
in potestatem & dominium Sedis Aposto-
licæ recepit & detinuit.

Deinde post Synodum celebratam, deci-
moquinto Kalendas Octobris pro confir-
matione pacis Imper. has litteras scripsit:
Reverendo in Christo Patri domino Pa-
pæ Alexandro sacrosanctæ Romanæ Ec-
clesiæ summo & universali Pontifici Fride-
ricus Dei gratia Romanorum Imperator
semper Augustus debitam obedientiam, &
filialis devotionis affectum.

Cum Imperatoria ac regia majestas ad
hoc in terris ordinata sit, ut per ejus
operam totus Orbis pacis gaudeat incre-
mento: nos, quos Deus in solio Imperii
Rom. constituit, eam diligenter amplecti,
Ann. Eccl. Tom. XIX.

& ferventius conservare debemus ac volu-
mus. Inde est quod pacem Eccl. & Imperii,
secundum quod a Principibus nostris &
Cardinalibus Romana Ecclesiæ disposita
est & ordinata, & in scripto Principum no-
strorum sigillis signata continetur, sicut
per interpositam personam jurare feci-
mus, sic presenti scripto nos observare
promittimus, & confirmamus, & ratum,
in posterum permanere volumus, & sic de-
inceps firmiter observabimus, & faciemus
quatenus in nobis fuerit, Deo propitio,
observari. Datum apud Venetias in Pa-
latio Ducis, decimoquinto Kal. Octobris
indictione decima. Litteræ autem Princi-
pum sic se habent:

Domino suo ac Patri venerando Alexan-
dro Dei gratia sanctæ Romanæ Sedis &
Catholicæ Ecclesiæ summo Pontifici atque
universali Papæ Christianus Moguntinus Ar-
chiepiscopus, Philippus Colonienfis Ar-
chiepiscopus, Vveremundus Magdeburgen-
sis Archiepiscopus, Arnoldus Trevirensis
Archiepiscopus, Conradus VVormatiensis
Electus, Gaufridus Cancellarius, Vver-
mundus Protonotarius, F. Comes Holan-
diæ, F. Marchio de Lucis, & frater e-
jus, Diedo Comes de Dierfa, & R. Co-
mes de Diuna, filialis devotionis obse-
quium cum debita obedientia & devotione.

Quot commoda, quæ ex confirmata pa-
ce Ecclesiæ & Imperii utilia toti mundo
provenerint: ipsa innumerabilia mala,
quæ exinde acciderunt, manifeste osten-
dunt. Sicut enim ab utriusque concordia pro-
vinciæ Orbis terrarum ad salutem & tran-
quillitatem reguntur: ita sub eorum di-
visione a propria status rectitudine distra-
hebantur. Gaudeat itaque tellus tam de-
siderabilis roris visitatione respersa, tam
gratiosa pluvia inundatione secunda, per
quam fideles populi ariditatis sitim de-
pellant, & omnia jurgiorum scandala, &
scandalorum incendia suffocentur. Nos er-
go, Pater sanctissime, de tanto concor-
diæ fructu letantes, ipsam sacratissimæ
Ecclesiæ & Imperii pacem, sicut ab utrius-
que partis mediatoribus est disposita, &
in commune scriptum redacta, & illustri-
Regis Siciliae usque ad quindecim annos,
& treguam Lombardorum a proxime præ-
teritis Kalendis Augusti usque ad * sex * al. vij.
annos, sicut a mediatoribus est ordinata,
& nostris juramentis firmata, & in scri-
ptum commune redacta, nostri consensus
studio & vigore confirmamus, & ratam
atque inconcusam tenemus; & ut sic ob-
servetur, operam dabimus.

Et ut hæc nostræ confirmationis pagina
subsecuturis temporibus firma atque illi-
bata permaneat: eam propriis subscriptio-
nibus communiri, & sigillorum nostrorum
fecimus appensione insigniri.

Ego Christianus Archiepiscopus Mogun-
tinus. * locus sigilli.

LII

Ego

XXXI.
Princi-
pum Imp.
scripta
confirma-
tio.

XXXII.

Ego Philippus Coloniensis Archiep. & Italiae Archicancellarius. * sic & alii. Ut autem quæque suis reddamus temporibus, hic divertendum ad ea, ad quæ oblata occasione divertit pariter Alexander, qui eodem mense, circa finem ipsius, Venetiis cum adhuc esset, dedit epistolam ad Indorum Regem, quem vulgo nominant Pretejinnum, in Æthiopia longe lateque regnantem. Porro ejus scribendæ epistolæ ea occasio intercessit, quod quidam magister Philippus ad partes illas peregrinatus, explorans eorum quam sepearentur fidem Christianam, cum non in omnibus consentientem cum Romana professione novisset: desiderium iniecit ipsorum Principi vera discendi. Quod ipse una cum aliis avidè exposcere a summo Pontifice, per eundem significavit: per quem remeantem idem Alexander Papa hanc scripsit ad ipsum epistolam prope finem mensis Septembris, quam recitat ejusdem temporis scriptor Rogerius in Annalibus Anglicanis. Sic enim se habet, titulum præfigens consuetum ab omnibus impendi solitum:

XXXIII Alexand. Pap. ad Reg. Indorum epist.

Alexander Episcopus servus servorum Dei charissimo in Christo filio illustri & magnifico Indorum Regi, sacerdotum sanctissimo, salutem & Apostolicam benedictionem. Apostolica Sedes, cui licet immeriti præsidemus, omnium in Christo credentium caput est & magistra, Domino attestante, qui ait beato Petro, cui licet indigni successimus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Hanc siquidem petram Christus esse voluit in Ecclesiæ fundamentum, quam præconat nullis ventorum turbinibus, nullisque tempestatibus quatiendam. Et ideo non immerito beatus Petrus super quem fundavit Ecclesiam, ligandi atque solvendi specialiter & præcipue inter Apo-

PAGIUS III. Alexandri III. litera ad Presbyterum Joannem Indorum Regem.

A num. XXXII. ad XXXVI. Cum Alexander III. adhuc Venetiis ageret, accepit Epistolam a Joanne Indorum Rege, vulgo Presbytero vel Pretejanne appellato, occasione adventus Philippi medici sui, qui ad partes illas peregrinatus fuerat. Hic enim cum vidisset fidem Christianam, quam populi illi amplectebantur, cum Romana in omnibus consentientem non esse, id Joanni Imperatori significavit, qui veritatis discendæ cupidus per eundem in Italiam remeantem scripsit ad Alexandrum III. literas, quæ quidem periere, sed quarum mentionem facit idem Pontifex in suis ad illum Imperatorem literis, recitatis a Baronio ex Hovedeno in part. posteriori pag. 581. in quibus legitur: data Venetia in Rivo alto quinto Kalend. Octobris, ideoque hoc anno, non vero anno MCLXXIX. quo eas, licet mutilas, refert Radulphus de Diceto pag. 608. aut anno MCLXXXI. quo eas summarie exhibet Matthæus Paris. Radulphus illas his verbis incipit: Alexander Papa Charissimo in Christo filio Presbytero Joanni, illustri & magnifico Indorum Regi, uti etiam habet Joannes Brompton in

stolos alios meruit accipere potestatem. Cui dictum est a Domino (a): Tibi dabo claves regni cælorum, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis. Audi veramus utique jam pridem, referentibus multis, & in fama communi, quomodo cum sis Christianum nomen professus, piis velis operibus indefinenter intendere, & circa ea tuum animum geras, quæ Deo grata sunt, & accepta. Sed & dilectus filius magister Philippus medicus & familiaris noster, qui de intentione pia, & proposito tuo cum magnis & honorabilibus viris regni tui se in partibus illis verbum habuisse proponit, sicut vir providus & discretus, circumspectus, & prudens, & constanter nobis & sollicitè retulit, se manifestius ab his audisse, quod tuæ voluntatis sit & propositi, erudiri Catholica & Apostolica disciplina; & ad hoc ferventer intendas, ut tu & terra tuæ sublimitati commissa nihil unquam videamini in fide vestra tenere, quod a doctrina Sedis Apostolicæ dissentiat modo quolibet, vel discordet. Super quo sane tibi sicut charissimo filio plurimum congratulamur, & ei a quo omne donum procedit, immensus gratiarum exolvimus actiones: vota votis, & preces precibus adjungentes, ut qui dedit nomen Christianitatis suscipere, menti tuæ per suam ineffabilem pietatem inspiret, quod omnino velis sapere, quæ super omnibus articulis Fidei tenere debet religio Christiana. Non enim vere potest de Christiana professione sperare salutem, qui eidem professioni verbo & opere non concordat: quia non sufficit cuilibet nomine Christiano censerī, qui de se sentit * aliud, * adde, & facit quam Catholica & Apostolica habeat disciplinam.

Chron. ad hunc Christi annum, ubi eas integras producit. Hovedenus vero: Charissimo in Christo filio illustri & magnifico Indorum Regi, Sacerdotum sanctissimo. Verum hæc ultima verba a quopiam sciolo inserta fuisset in exemplar, quo usus est Hovedenus, non videtur dubitandum, cum definit etiam in exemplari lecto a Matthæo Parisio. Ait in iis Pontifex se jam pridem referentibus multis accepisse eum Christianum nomen profiteri, & a Philippo Medico suo, quod ad hoc firmiter intendat, ut tu, inquit, & terra Tuæ sublimitati commissa, nihil unquam videamini in fide vestra tenere, quod a doctrina Sedis Apostolicæ dissentiat modo quolibet vel discadat: se a Philippo accepisse, eum cupere habere Ecclesiam in Urbe, ubi viri prudentes de Regno ejus manere possent: optare se eum revocare ab iis articulis, in quibus errat a Christiana & Catholica fide, seque præfatum Philippum Medicum a suo latere ad illum mittere, qui eum & suos de articulis Christianæ fidei, in quibus a nobis discordat, erudiat; denique se libentissime ei Ecclesiam

(a) Mat. 7.

XXXIV. Petitio Regis Æthiopum.

(b) Rom. 1.

(c) Luc. 22. Philippo Legatio.

XXXV. Joannem Commentat Legatum.

PAGIUS

V. Presbyteri Joannis regnum non in Africa.

disciplina, juxta illud, quod Dominus in Evangelio dicit (a): Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est.

Illud autem nihilominus ad commendationem tuæ virtutis accedit, quod sicut prudens magister Philippus se a tuis asserit audisse, ferventi desiderio cuperes in urbe habere Ecclesiam, & Hierosolymitanum altare aliquod, ubi viri prudentes de regno tuo manere possent, & Apostolica plenius instrui disciplina, per quos postmodum tu, & homines regni tui doctrinam ipsam reciperent, & tenerent. Nos autem, qui licet insufficientibus meritis in beati Petri Cathedra positi, juxta Apostolum, (b) sapientibus & insipientibus, divitibus & pauperibus nos recognoscimus debitores: de salute tua & tuorum omnimodam sollicitudinem gerimus; & vos ab his articulis, in quibus erratis a Christiana & Catholica Fide, prompto animo, prout tenemur ex suscepti ministerio regiminis, volumus revocare. Cum ipse Dominus beato Petro, quem omnium Apostolorum principem fecit, dixit: (c) Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Licet autem grave nimis videatur & laboriosum existere, ad præsentiam tuam inter tot labores, & varia itineris locorum discrimina, & inter longas & ignotas oras quemlibet a nostro latere destinare: considerato tamen officii nostri debito, & tuo proposito & intentione pensata, præfatum Philippum medicum & familiarem nostrum, virum utique discretum, circumspectum & providum ad tuam magnitudinem mittimus, de JESU Christi misericordia confidentes, quod si volueris in eo proposito, & intentione persistere, quam te, inspirante Domino, intelligimus concepisse: de articulis Christianæ Fidei, in quibus tu, & tu a nobis discordare videmini, in proximo per Dei misericordiam eruditus, nihil prorsus timere poteris, quod de errore tuam vel tuorum salutem præpediat, vel in vobis nomen Christianitatis offuset.

Rogamus itaque excellentiam regiam, monemus & hortamur in Domino, quatenus eundem Philippum pro reverentia L. Ann. Eccl. Tom. XIX.

in Urbe concessurum. Hæc summa Epistolæ Alexandri III.

Nunc inquirendum, qua in regione Joannis Presbyteri Imperium situm fuerit. Baronii ætate communis fere opinio erat, Presbyterum Joannem alium non fuisse, quam Imperatorem Abyssinorum seu Æthiopiæ. Cum enim Petrus Covillanius ad eum Principem a Joanne II. Lusitanæ Rege missus, audisset in Æthiopia Principem quemdam esse potentissimum, qui Christianam profiteretur religionem, ad ipsum se contulit; cumque multa ibidem reperisset, quæ de vero Presbytero Joanne a-

Petri & nostra sicut virum honestum discretum & providum, & a nostro latere destinatum, debita benignitate recipias, & reverenter, & devote pertractes. Et si tuæ voluntatis est & propositi, sicut omnino decet esse, ut erudiaris Apostolica disciplina super his, quæ idem Philippus ex nostra tibi parte proponet: ipsum diligenter audias, & exaudias, & personas honestas, & litteras tuo sigillo sigillatas, quibus propositum, & voluntatem tuam possimus plene cognoscere, ad nos cum ipso transmittas. Quia quanto sublimior, & major haberis, & minus de divitiis, & potentia tua videris inflatus, tanto libentius tam de concessione Ecclesiæ in Urbe, quam etiam de conferendis altaribus in Ecclesiâ B. Petri & Pauli, & Hierosolymis in Ecclesiâ Sepulcri Domini, & in aliis quæ juste quaesieris, tuas curabimus petitiones admittere, & efficacius exaudire; utpote, qui desiderium tuum, super hoc, quod multa commendatione dignum extitit, modis omnibus, quibus secundum Deum possimus, volumus promovere, & tuam & tuorum animas desideramus Domino lucrifacere. Data Venetiæ in Rivoalto quinto Kalendas Octobris. Hucusque litteræ Alexandri Papæ datæ ad Indorum Regem per magistrum Philippum internuntium. Quæ autem secuta sint ista, nos latet, nisi quod sive ab ipso Alexandro Papa, sive ab aliis ejusdem Sedis Apostolicæ Pontificibus constat Æthiopiis istis regni Pretejanni, Abyssinis dictis, datam Ecclesiâ S. Stephani protomartyris una cum ejus habitationibus, sitam post absidem basilicæ S. Petri, quam in hanc usque possident diem.

Sed ad intermissa jam Acta revocemus orationem, pergunt ipsa de Imperatore Venetiis discedere parato enarrare hæc quæ sequuntur: Rebus itaque sic se habentibus Imperator Venetiis recessurus, accessit ad eum in palatium Patriarchæ. Sed omnino exclusis cæteris, cum solis Episcopis & Cardinalibus ac suis Principibus de his quæ ad pacis complementum restabant, cum eodem Papa colloquium habuit. Tunc Pontifex ab Imperatore LII 2 ra-

pud Europæos percrebuerant, credit illud esse, qui Presbyter Joannes dicebatur, & eundem errorem in Europam invexit, ac facile omnibus persuasit. Verum progressu temporis a viris regionum illarum peritis & qui ad illas peregrinati sunt, agnitus Joannis Presbyteri Imperium non in Africa, sed in Asia situm fuisse, & in hunc usque diem magni iustius olim Presbyteri Joannis vestigia restare in Regno Tanchut, quod Barantola Tartari, Saraceni Boratai, & incolæ Lassa vocant. Hæc inter alios observavit Kircherus part. 2. Chinæ illustratæ cap. 1. sed in eo erravit, ut ob-

Ultimus congressus Imp. cum Pap.

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

ratore petivit, ut regalia S. Petri, & possessiones S. R. E. sicut per mediatores Cardinales & Principes apud Anagninam constitutum fuerat, & firmatum, sibi restitui faceret. Cui respondens Imperator, dixit: Regalia sancti Petri, & possessiones alias Rom. Ecclesie præter terram Comitissæ Mathildis, & Bertinorum libere ad præsens restituam. Sed quia ista mihi videntur ad Imperii jus pertinere: vos eligite de vestris Cardinalibus tres, & nos de nostris Principibus totidem eligemus ad ista tractanda, quorum iudicio pars utraque irrefragabiliter stare debeat. Quod licet Pontifici gravem nimis & durum fuerit, quoniam & in forma pacis de restituenda terra Comitissæ Mathildis expressum fuerat, & juratum, & tunc ipse castrum Bertinorum sicut superius dictum est, possidebat: ne tamen occasione ista Ecclesie pax turbaretur, voluntati ejus tandem assensum præbuit. Statimque Christianum Moguntinum Archiepiscopum, & Vuormatiensem Electum, & A. Protonotarium, qui præsentem aderant, ad id faciendum delegit Imperator, & Alexander Papa suos, videlicet Ostiensem & Portuensem Episcopos, & Cimbium diaconum Cardinalem elegit. Pro restituendis vero prædictis regalibus, & cæteris Ecclesie possessionibus, istico eundem Moguntinum assignavit Pontifici, præcipiens ei sub obtentu gratiæ suæ, ut restitutionem ipsam infra tres menses cum integritate perficeret.

XXXVII.
Reditus
Alexand.
Pap. in
Apuliam.

His itaque concorditer ordinatis atque dispositis, ipse Augustus coram Pontifice genua flexit, & deosculatis pedibus ejus, receptus ab eo & universis Cardinalibus, versus Ravennam, & Cæsenam recessit. Post cuius discessum, circa medium mensis Octobris Pontifex quatuor impetratis galeis a Duce Venetiarum, majori parte fratrum suorum per Pentapolim secus mare præmissa, denuo pelagi vastitatem Domino auctore penetravit, & ea qua venerat via regressus, Sipontum quarto Kalendarum Novembris, suffragantibus beatorum Petri & Pauli meritis, cum prosperitate pervenit, deinde Trojam. Ubi cum esset, accepit commentarium adversus Græcos pro Latinis de processione Spiritus sancti, missum ab Hugone Eberiano Constantinopoli, quo cuncta argumenta, quæ a Græcis tam antiquioribus quam recentioribus essent adversus Latinos elicta, ad

PAGIUS servat Jobus Ludolphus in suo ad Historiam Æthiopicam Commentario pag. 118. quod Presbyteri Joannis imperium in Chataja collocaverit, & Chatajam extra Chinam; nam inter Eruditos nunc convenit, Matthæum Riccium Præpositum Patrum Societatis apud Sinas recte docuisse, nullum extra Sinas regnum nec urbem esse Chatajæ nomine. Regnavit itaque Joannes Presbyter non in Chataja, sed in Ten-

jugillandos eos hæreses, egregie confutavit. Agebat Hugo natione Etruscus Constantinopoli, favore Imperatoris Emmanuelis secure degens & differens adversus schismaticos Græcos; cujus germanus, Leo nomine, apud eundem Imperatorem interpretis munere fungebatur.

Porro hoc præstitit vir doctissimus (ut ipse præfatur in nuncupatoria ad eundem Alexandrum Pontificem) tum quod id gratum esse ipsi Imperatori novisset; tum etiam, quod majoris esset ponderis Cardinalium Apostolicæ Sedis impulsio, quos fuisse nominat Humbaldum Ostiensem Episcopum, Willelmum Episcopum Portuensem, atque Joannem Sanctorum Joannis & Pauli presbyterum Cardinalem. Extat totum egregium opus, mendose licet, tomo nono bibliothecæ sanctorum Patrum, ubi primo loco legitur reddita ad eum ipsius Alexandri Papæ perbrevis epistola istis verbis:

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio magistro Hugoni salutem & Apostolicam benedictionem.

Cognoscens laborem plurimum, quem sustinisti in componendo libro, quem nobis per dilectum filium nostrum magistrum Cacciaradum misisti; attendentes quoque fructum, quem exinde speramus Ecclesie Dei proventurum: librum ipsum grata & læta manu recepimus & devota sollicitudine & liberalitati tuæ uberimas propter hoc gratiarum referimus actiones, desiderium, & voluntatem habentes, te quem hætenus relatione nostrorum, qui a partibus Constantinopoli revertebantur, charum habebamus, de cætero ferventius diligendi, & multo cbariorem habendi, & sincerius amplexandi. Rogamus autem prudentiam tuam sollicitè monemus, ut sicut pro Deo, & pro devotione Ecclesie præscriptum librum composuisti: ita quoque charissimum in Christo filium nostrum illustrem & gloriosum Constantinopolitanum Imperatorem ad devotionem & reverentiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesie exhibendam, & ad unitatem ipsius diligentius provocas, monitis & exhortationibus inducas, ut sicut esse debet, unum fiat ovile, & pastor unus. Data Trojæ Idibus Novembris. His datis litteris, Troja recedens, quomodo unde exierat, Anagninam sit reversus ipse Pontifex, eadem Acta ita narrare pergunt:

XXXVIII.
Hugo liberos pro Latinis adversus Græcos mittit ad Alexand. Papam.

Per

duc, Argon, Tangut, Tebet, Kitha, & Mogol, & Christianam religionem Nestorianorum erroribus deturpatam profitebatur.

Paulus enim Marcus Venetus, qui circa annum MCLXXX. loca illa perlustravit, lib. 1. cap. 64. ait; Ab Egrigaja provincia eundo versus Orientem, iter ad Tenduc (vel Tanchut) ducit; est autem Tanchut regnum Tartaria, quod multa alia regna implicat, uti

VI.
Sed in Asia situm fuit.

71-

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

XXXIX.
Reditus
Pontificis
Anagninam.

Per Trojam, & Beneventum, & sanctum Germanum cum gloria & honore transitum faciens, ad Civitatem Anagninam, decimonono Kal. Januariæ sanus (Deo gratias) & incolumis remeavit. Facta est igitur de ejus pacifico, & desiderato regressu tam in urbe, quam in toto Orbe Romano maxima exultatio, & communis lætitia benedictium & collaudantium Dominum, qui per assiduam Clavigeri sui beati Petri precem, & laborem ipsius Pontificis dignatus esset pacem & concordiam inter Ecclesiam & Imperium mirabiliter reformare. Inde utique accidit, ut magna schismaticorum turba & quidam intrusi ad obedientiam domini Alexandri Papæ sint sponte reversi: quidam vero Catholici, qui Ecclesiis relinquentes, apud sanguineos confugium cum ignominia, & confusione fecerant propter metum Imperatoris, honorifice ad pristinum statum restituti sint. Archimagus, Antipapa videlicet, cognito, quod Imperator ad pedes Alexandri Papæ osculandos accesserat: exhorruit, & conturbata sunt viscera ejus, atque suæ desolationis cum confusione tantus cum timor, & tremor invastit, ut occulte Viterbio exiens tamquam profugus, ad montem Albanum sub frivola defensione Joannis domini ipsius castris confugium inaniter fecerit. Audiens hæc Imperator, nimium dolere se ostendit; & ad suam excusationem eundem hereticum & defensores ejus, nisi ad obedientiam Alexandri Papæ festinarent, diffidavit, & Imperiali banno subjecit. Hætenus anni hujus Alexandri Papæ cum Imperatore Friderico rerum gestarum periodus, omni sinceritate, ut intelligere potuisti, decursa, a fabulis & commentis quæ irreperant, vendicata.

XL.
Aliis probationibus asserta firmantur.

Atne satis adhuc? Equidem quantumlibet res gestæ anni hujus Alexandri Papæ plus satis relicte videantur omni fide testatæ, multiplici scriptorum genere comprobatæ: tamen quod nobilem historiam istam de his, quæ sunt actitata Venetiis ab eodem Alexandro Romano Pontifice, pluribus conitat obscuratam esse commentis, & his affueros homines, haud facile posse divelli: necessitate violenta velut astringimur, ut post omnia, quæ five ex Alexandri Actis ab auctore ejus temporis scriptis, five quæ ex epistolis ejusdem Alexandri Papæ ad diversos da-

PAGIUS

regnum Lasa, &c. atque hoc regnum plerique Geographi cum Cataja confundunt, in qua sunt civitates, & extra multa, ubi etiam manere consuevit Rex ille magnus, & toto Orbe terrarum nominatissimus, vulgo Presbyter Joannes dictus. Modo autem provincia illa tributa pendit Magno Cham, habens Regem de progenie Presbyteri Joannis. Et licet ibi sint aliqui Idololatra, & Mahumetani, tamen major pars Provincia observat Christianam, & hi Christiani

tis nuper sunt recitata, hic adicere debeamus relationem Romualdi ipsius Archiepiscopi Salernitani, quem audisti unum ex Legatis fuisse Willelmi Regis Sicilia, ad hoc ipsum missum Venetias pro pace ineunda per Alexandrum Papam cum Friderico Imperatore: qui ea quæ tunc gesta sunt per eundem Pontificem in ea causa a se visa (nam præsens aderat) cuncta quam exactissime scripsit in fine Chronicorum, ab ipso conscriptorum ab Orbe condito ad præsentem usque annum, ubi ea, quæ tunc præsens inspexit, certa fide testata reliquit. Quæ nos ex duobus codicibus, Salernitano videlicet, & basilicæ Vaticanæ antiquitus scriptis simul collatis, hic volumus descripsisse. Patere mecum, Lector (sicut accidere solet in forensibus controversiis, novos post alios audiri testes, quibus ipsa possit controversia definiri) attente adhuc audire ab exordio rei gestæ narrationem, ab ipso Legato posteris commendatam; cujus diligentia non facta tantum, sed & verba ipsa etiam sunt summa diligentia exarata. Ipse vero dum per singulos annos res gestas digere, sic exorditur sub hoc anno:

Papa autem Alexander in Lombardiam iturus, ante festum Nativitatis Humbaldum Ostiensem Episcopum, & Rainerium Cardinalem in Lombardiam præmisit, ut Lombardorum consilio securitatem ab Imperatore reciperent, ut ipse cum omnibus suis, & quicumque ad eum ire vellent, secure & sine damno aliquo pergere possent. Venientes autem ad Imperatorem, ab eo honorifice sunt recepti, & præsentibus eis & laborantibus, tregue & securitates hinc inde sunt præstitæ: & ut colloquium tractandæ pacis apud Bononiam fieret, utriusque partis assensu ordinatum est & dispositum. Cremonenses autem & Terdonenses, audito quod Papa venturus esset in Lombardiam, ut inter Imperatorem & Lombardos pacem componeret, credentes anticipare alios, & ob hoc majorem Imperatoris gratiam impetrare, obliiti promissionis & juramenti, quod aliis civitatibus fecerant, eis nolentibus & contradicentibus, cum Imperatore sunt concordati. Unde postmodum a Papa, & ab omnibus, qui hoc audierunt, viles & proditores sunt habiti. Papa vero antequam ster arripere. Nuntios suos ad Regem.

Vil.

primas tenent in hac provincia. Non loquar hic de Chataja intra Sinarum limites posita, cum legi possint Auctores, qui de ea verba fecerunt. Baronius num XXXV. scribit; Quæ autem secuta sint ista, nos latet, nisi quod sive ab ipso Alexandro Papa, sive ab aliis ejusdem Sedis Apostolicæ Pontificibus constat, Æthiopicis istis Regni Pretejani, Abyssinis dictis, datam Ecclesiam S. Stephani, protomartyris una cum ejus habitationibus, sitam

XLI.
Romualdi Archiep. Salernitani relatio.

* al. laborante itidem Cardinali

Vvillermum in Siciliam misit, ut aliquos de magnatibus suis a latere suo ad eum transmitteret, qui cum illo, & pro parte ejus, tractanda pacis colloquio interessent. Papa enim firmiter in suo habebat proposito, nequaquam cum Imperatore sine Rege Vvillielmo pacem facere; ut qui adiutor Ecclesie & defensor in tribulatione fuerat, in compositione pacis Ecclesiastica socius & particeps fieret.

Rex autem Vvillielmus Romualdo secundo Salernitano Archiepiscopo (est hic auctor hujus relationis) & Rogerio Comiti Andriae magno Comesabulo, & magno Justitiario totius Apuliae & terrae Laboris, per litteras suas dedit in mandatis ut honorifice preparati simul cum Papa in Lombardiam pergerent, & pro parte regia componenda pacis cum Imperatore tractatui interessent. Alexander igitur Papa ab Anagnia se movens, & per terram Laboris Beneventum veniens, a festo Nativitatis usque in Epiphaniam ibidem est demoratus. Dehinc per Trojam & Sipontum Vastam venit, & Vvillermum Portuensem Episcopum, & Hyacinthum Cardinalem S. Mariae de sebola Graca, & quosdam alios Cardinales per terram praemisit: quia mare propter ejus inundationes & procellas intrare metuebant. Quos excentes de terra Aprutii & de finibus regni Christianus Cancellarius per Marchiam satis honeste ad Imperatorem Ravennam usque deduxit. Imperator autem eos officiose recepit, & sicut decuit, multum honoris & reverentiae illis exhibuit. Alexander autem Papa simul cum Manfredo Praenestino Episcopo, & Joanne Neapolitano, & Hugone de Bononia, & Bosone, & Cencio Capello Cardinalibus, & praenominatis Regis Nuntius, impediende tempestate apud Vvillermum usque in quartam feriam, quando jejuniis inchoabatur, nono scilicet die intrante mensis Martii demoratus, cum undecim galeis mare Hadriaticum est ingressus, & Dominico die primo venturo Jaderam applicuit. Ubi ab Archiepiscopo, & Episcopis regionis illius, & Comitibus & populo civitatis satis honorifice est receptus. Dehinc per insulas Dalmatiae na-

XVII. Alexand. Papa discedens Anagnia Venetias pergit.

* Vastum habent Acta Alexandri Papae.

PAGIUS

sitam post absidem Basilicae S. Petri, quam in hanc usque possident diem. Ita Baronius. Verum, uti jam indicavimus, Alexander III. in Epistola ad Presbyterum Joannem data, quando loquitur de suis, non Aethiopes, seu Abyssinos, sed Sineses seu populos Regni Tenuis aut Tanchut intelligit. Ea porro Ecclesia hoc tempore ab aliis possessa; cum nulli Abyssini seu Aethiopes nunc Romae morentur.

VII. Saculo sequenti nondum eversum fuerat.

Quo vero tempore Regnum Presbyteri Joannis finem accepit, nos quidem latet, sed discimus a Nangio in Chron. Davidem, qui filius ejus fuit, regnasse usque ad an. MCCII. quo hic Chronographus scribit: Tartari ab Oriente surgentes post occisionem Domini sui Da-

vigans, * xiii. die residuo stante mensis Martii, ad portum Venetiae aura stante secunda pervenit. Et ibidem cum omnibus suis de galea descendens, in monasterio S. Nicolai, quod dicitur, ad litus, ipso die quievit. Altera autem die, Dux Venetiae cum magna navium & populi multitudine & Patriarcha Venetiae, simul cum Patriarcha Aquilejae & omnibus suis Suffraganeis ad pedes Alexandri Papae humiliter accedentes, ipsum processionaliter cum summo honore & gloria usque ad sancti Marci Ecclesiam deduxerunt: in qua, facta oratione, populum benedixit. Dehinc navem Ducis cum ipso simul ingressus, usque ad palatium Patriarchae veniens, in ipso hospitio se recipit. Episcopi autem & Abbatibus vicinarum partium adventu Papae congesto, omnes cum suis clericis ad ejus vestigia devote & humiliter accesserunt.

In festo autem Annuntiationis Virginis Papa a Duce Venetiae & magnatibus ejus affectuose rogatus, ad Ecclesiam sancti Marci cum Cardinalibus suis accessit, & in ea Missam publice decantavit.

† Fridericus autem Imperator, qui apud Casenas morabatur, cum adventum Papae in Venetias cognovisset, Magdeburgensem Archiepiscopum, & Electum Voormaticensem, & Protonotarium suum ad eum transmisit, affectuose postulans, ut si ei placeret locum futuri colloqui a Bononia transmutaret. Non enim sibi tutum fore arbitratur, Christianum Cancellarium suum cum aliis Nuntiis illuc dirigere, eo quod ejusdem loci civibus odiosus esset pariter & offensus, quia eos in bello devicerat, & injurias plurimas & damna intulerat. Quibus Papa respondit: Imperator Legatorum nostrorum, & Lombardorum consilio communi pariter & assensu tractatum pacis apud Bononiam habere disposuit: quod ergo de eorum communi voluntate est dispositum, non debet sine communi consilio immutari. Qua de causa Alexander Papa Cardinalibus, qui erant Ravennae Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus, Potestatibus, Consulibus, & Rectoribus Lombardiae mandavit, ut si Ferrariam occurrerent, quatenus communica-

vid Regis India tunc primo exierunt in populorum destructionem. Eundem annum signat Marinus Sanutus lib. 3. Fidelium crucis part. 13. cap. 3. qui capite sequenti refert, Davidem quondam Joannis Presbyteri dominatoris & Regis India filium Indis imperantem, cum Tartaris novas angarias imponeret, ab eis occisum fuisse cum tota familia, excepta unica ejus filia, quam quidem filiam Cyngis Chama uxorem accepit. Vincentius Bellovacensis utroque antiquior idem scribit, eundemque annum notat, in Spec. Hist. cap. 69. additque Cyngim, ut dicitur, de Davidis filia filios generavit. Idem fuse refert Joinvilla in Hist. S. Ludovici Francorum Regis pag. 90. & seqq. ju-

* al. xxiii. Mart.

A Venetis excipitur Alex. Pap. summo honore. XLIII.

† Usque ad hoc cap. legitur in codice Basilicae S. Petri. Quae vero sequuntur in praesenti volumine, incipiendo ab illis verbis in hoc cap. Frideric.

Imp. &c. scilicet Magdeburg. Archiep. & Electum Wormaticens. usque ad illa verba ecliptationis Solis, scilicet Sol. in signo Virginis, habentur in cod. Longobardo Salernit. ubi definit imperfecte, sicut etiam S. Petri codex est imperfectus.

Alexand. Pap. qua occasione Ferrar. proficiscatur. * al. xxv.

nicato consilio, Imperatori de loco, in quo habendum esset pacis colloquium, & de aliis suis petitionibus responderet. Ipse vero cum Venetiis diebus esset * xv. demoratus, per mare Laurovetum venit: dehinc per Padum Ferrariam cum galeis undecim in Dominica Passionis ascendit. Ubi ab Episcopis multis & ejusdem urbis civibus, & magna populi multitudine, quae illuc propter feriam, quae illic celebrabatur, convenerat, satis est magnifice & honeste susceptus. Proxima vero septimana Ravennas Archiepiscopus cum suis Suffraganeis, Mediolanensis Archiepiscopus cum Episcopis & Abbatibus Lombardiae Potestates, Rectores, Consules, & multi prudentes de civitatibus Lombardiae Ferrariam ad Alexandrum Papam festino gressu letabundi venerunt: quos Papa paterno affectu prout decuit, benigne satis, & jucunde suscepit.

XLIV. Sermo Alex. Pap. ad Lombard. in Eccles. S. Georg.

Altera vero die cum eis in majori Ecclesia S. Georgii, congregata populi multitudine magna, convenit: quos facto silentio, tamquam filios taliter est allocutus. Novit vestra discretio, filii dilectissimi, quod peccatis nostris exigentibus, navis Ecclesiae, quae in portu placido & tranquillo deberet consistere, adeo persecutionis valida procellas sustinuit, adeo iniquorum hominum turbines, & fluctus incurrit; quod pene est in profundo pelagi cum suo gubernatore demersa. Imperator enim Romanus qui Ecclesiam tamquam illius Advocatus gubernare & defensare debuit, impugnavit: & suae voluntatis, non rationis sequens arbitrium, eam a sua unitate divisit, altare contra altare extulit, & inconsultum Christi Dei tunicam, quantum in eo fuit, dividere non expavit. Unde Ecclesiastica virtute divisa, & pacis vinculo dissoluto, Romanae Ecclesiae dignitas pene deperit; & quae domina gentium, & princeps provinciarum fuerat, facta est sub tributo. Et quia imminente valida persecutionis articulo, Romanae Ecclesiae quodammodo est debilitata auctoritas, cum non esset qui delinquentium errores, & peccata corrigeret, sanctorum Patrum statuta, & canones de suo ordine sunt & jure mutata; sicque factum est, quod oc-

PAGIUS

juxta editionem Ducangii, nisi quod hujus rerum conversionis annum non exprimit. Haec epocha certa videtur. Nec Tartari isti male Christianos habuere. Matthaeus enim Parisius anno MCCXXXVII. repraesentat Epistolam a Philippo Priore Ordinis Praedicatorum ad Gregorium X. scriptam, dum in Oriente versaretur, in qua postquam locutus est de aliquibus Orientis Principibus, subdit: de alio quoque, qui praest omnibus, quos Nestoriana haeresis ab Ecclesia separavit, (cujus praelatio per Indiam Majorem, & per regnum Sacerdotis Joannis, & per regna magis proxima Orienti, dilata-

castione hujus schismatis & discordiae multae Ecclesiae & monasteria sunt destructa, honestas, ex parte perdita, & religio violata, adulteria plurima, fornicationes, furta, & homicidia sine vindice perpetrata, castella & urbes sunt diruta, & incendio concremata, res viduarum & pauperum praeda sunt & direptioni expositae. Sed licet justus Judex, & patiens retributor, culpa humani generis exigente, jam per decem & octo annos virgam peccatorum super sortem justorum justo iudicio, sed occulto reliquerit, & Ecclesiam suam persecutione valida passus sit vehementer affligi; tandem motus ad veniam, pio compassionis oculo afflictionem sui populi miseratus apertit, & navem Ecclesiae suae cum Petri Vicario & suis fratribus persecutionis unda pene demersam, noctis medio visitavit: & de salute propria & futura tranquillitate penitus desperantes, voce salutifera confortavit, dicens: Confidite, ego sum, nolite timere. Ad cujus vocis imperium ventus tribulationis siluit, & unda persecutionis quievit. Operante enim illo, qui voluntates Principum pro suo beneplacito dirigit, & corda Regum sicut vult, ordinat, & disponit, Imperator Romanus, qui verbum pacis audire non poterat, mutatus in virum alterum, pacem modo requirit; & Ecclesiae concordiam, quam desideraverat, nunc affectuose deposcit.

Benedicti sui gloria Domini de loco sancto suo. Ecce enim lapis, quem edificantes reprobaverant, factus est in caput anguli, & in summitate Ecclesiae collocatus. Non ab homine, sed a Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris, quod senex presbyter, & inermis furori Teutonico potuit * propugnare, & sine * repubello Imperatoris potentiam potuit debellare. Quod ex manifesto Dei iudicio credimus provenisse; ut humana superbia manifeste recolat, & totus mundus evidenter agnoscat, quod pugnavit contra Deum sit impossibile, & nemo illius potentiae audeat contraire: (a) Solus enim (a) Dan. Altissimus dominatur in regno hominum, & cui voluerit, dabit illud. Et licet Imperator nos de pace Ecclesiae, & dilecti in Christo filii & illustris Regis Siciliae apud

XLV.

* repugnare.

(a) Dan.

VIII.

tur) jam plures recepimus literas, quod frater Vvillielmo de Monteferrato, qui cum aliis duobus fratribus linguam illam scientibus, apud eum aliquandiu commoratus est, promissit quod velit obedire, & redire ad gremium Ecclesiasticae unitatis. Qui vel solus locus demonstrat, Imperium Joannis Presbyteri in Asia locatum fuisse, non vero in Africa.

Longe ante haec tempora illud stabilitum fuisse testatur Guillelmus Tripolitanus Ordinis Praedicatorum in Gerardo Mercatore, asserens anno MXCVIII. quo Antiochia a Crucesignatis capta, Coirem Chamum fuisse dominum aut Re-

apud Anagninam per suos Nuntios requisierit, & eam vobis absentibus patrare voluerit: nos tamen ardorem vestrae fidei & devotionis firmiter recolentes, considerantes etiam, qualiter vos murum pro domo * Jerusalem opponere studuistis, & qualiter pro statu Ecclesiae & libertate Italiae viriliter decertastis: oblatam nobis Imperatoris pacem recipere sine vobis nolumus, ut sicut fuistis socii tribulationis, participes sitis & gaudii. Inde est, quod non attendentes honoris proprii dignitatem, nec causati corporis satisfactio- nis etatem, nec maris veriti tempesta- tem, nos & fratres nostros labori & pe- riculo exponere non timuimus, sed ad vos per ignem & aquam indubitanter accessi- mus, ut vestro communicato consilio, ob- latam Imperatoris pacem, si Ecclesiae, & illustri Regi Siciliae, & vobis conveniens fuerit & idonea, suscipere debeamus.

Postquam Alexander Papa suo sermone finem imposuit, Lombardi in utraque mi- litia diligenter instructi (sunt enim in bello strenui, & ad concionandum popu- lo mirabiliter eruditi) per sapientes su- os taliter Apostolico responderunt:

Venerande Pater & domine, unversa Italia pedibus se vestrae dominationis in- clinat, & suae devotionis obsequia cum gratiarum actione multiplici vestrae beati- tudini representat. Latatur autem pluri- mum & exultat, quod pater ad filios, pra- latus ad subditos, dominus ad subiectos est dignatus accedere, ut errantes oves a lupor- um morsibus potenter eripere, & ad caulas Ecclesiae prudenter valeat revocare. Per- secutionem, quam vobis & Ecclesiae Impe- rator intulit, magis opere, quam sermone cognoscimus; & persecutionis ejus mole- stias, quas mundus auditu didicit, nos in nostris tribulationibus experimento sen- timus. Primo enim nos ejus impetum su- stinuimus, primo nos illius furori obie- cimus: & ne ad destruendam Italiam & libertatem Ecclesiae opprimendam propius possit accedere, nostrorum corporum, & armorum obice prohibuimus. Nos pro ho- nore & libertate Italiae, & Romanae Ec- clesiae dignitate servanda, Imperatorem cum suis schismaticis nec recipere, nec audire volumus. Et ob hoc expensas non modicas, labores plurimos & angustias, damna rerum, pericula mortis & corpo-

rum subire non refutavimus. Et inde, reverende Pater satis est conveniens, & rationi plurimum consentaneum, ut obla- tam vobis Imperatoris pacem non solum sine nobis non recipere, sed nec etiam audire debeatis. Ipse namque saepe nobis pacem sine Ecclesia obtulit, nec recepimus: concordiam nobiscum sine vobis fa- cere voluit, nec admisimus. Magis enim volumus guerram illius cum Ecclesia u- nitate incurrere, quam pacem ejus cum Ecclesiae divisione servare.

Quod autem personam vestram & fra- trum vestrorum exposuistis periculo & la- bori: paternitati vestrae super hoc de a- bundanti respondemus. Nam pro paucis laboribus multos rependimus, pro paucis periculis majora recepimus; dum pro ho- noris & Ecclesiae gloria nostra indifferen- ter expendimus, & pro liberanda Eccle- sia nos & nostros filios morti exponere non renuimus. Sciat autem vestra San- ctitas, & Imperialis potentia evidenter agnoscat, quod nos gratanter Imperatoris pacem (salvo Italiae honore), recipimus, & ejus gratiam, libertate nostra integra remanente, praecipimus. Quod ei de an- tiquo debet Italia, libenter exolvimus; & veteres illi justitias non negamus; li- bertatem autem nostram, quam a patri- bus nostris, avis, & proavis heredita- rio jure contraximus, nequaquam relin- quemus, quam amittere nisi cum vita ti- memus: magis enim volumus gloriosam mortem cum libertate incurrere, quam vitam miseram cum servitute servare. Quod autem illustrem Regem Siciliae ad consortium nostrae pacis adseiscitis: gra- tum nobis residet plurimum, & acceptum; quia eum amatorem pacis & cultorem ju- stitiae recognoscimus. Ipse namque praec- teris mundi Principibus, suis & extraneis pacem tribuit, & securitatem impendit, quod viatores nostri per opera sentiunt, & peregrini experimento testantur, qui in visis, & campis sine custode dormiunt, & in nemoribus absque suarum rerum a- missionem quiescunt. Et ut brevi conclu- damus, in summa major pax & securi- tas in regni ejus nemoribus, quam in aliorum regnorum urbibus invenitur. Et ideo talem ac tantum Principem, & nostrae pacis socium, & nostrae societatis esse volumus dominum & amicum. Huculque ipsi: pergunt Acta: Post-

Denique Ludolfus laudatus pluribus differit de etymologia Presbyteri Joannis, seu cur ita vocatus fuerit, & Scaligeri lib. 7. de Emenda- dat. Temp. in Notis ad Computum Aethiop. Gollii in Notis ad Alfraganum pag. 89. aliorum- que eam e lingua Persica derivantium opinio- nes praefert, sed omnes mera conjectura, nul- laque auctoritate nixas, ut ipemet Ludolfus ostendit, qui simpliciorum quidem hujus vo- cabuli expositionem ex lingua etiam Persica deductam exhibet, secundum quam Praester-Chan idem

* Israel

Responf. Lombard. ad Alex. Papam.

PAGIUS Regem regionum Orientalium Asiae, eoque demortuo quendam Presbyterum Nestorianum Re- gnum illud invasisse, & Presbyterum Joannem appellatum esse. De Presbytero Joanne prolix- e agit Albericus in Chron. & fidem facit, anno MCLXV. Legatos ad Manuelem & Frede- ricum Imperatores destinasse. Ibi autem eum Indorum Regem appellat. Rursus de eo anno MCLXX. mentionem habet. Vixit Albericus Monachus Cisterciensis anno MCCXLII. & Guil- lelmus Tripolitanus anno MCCLXXXIII.

XLVII.

XLVIII. Verba Nuntio- rum Imp. in consi- storio Ferrar.

Cardin. septem mediato- res pacis.

* al. Pi- fcis.

PAGIUS

Postquam Lombardi finem fecere dicen- di, Papa eos de more benedixit, & ad hospitium singulos abire permisit.

Post diem autem tertium Christianus Cancellarius, Colonienfis, Magdeburgen- sis, & Treverensis Archiepiscopi, Vor- matienfis Electus, Gotifridus alius Can- cellarius, & Protonotarius ex parte Im- peratoris Ferrariam ad Papam venientes, residentibus cum eo Regis Nuntiis, & Lom- bardis, in Consistorio publice protestati sunt, & dixerunt:

Venerande Pater & domine, sicut Imp. Romanus vobis per suos Nuntios apud Anagninam repromisit, paratus est vobiscum & cum Ecclesia, cum illustri Rege Sici- liae, & cum Lombardis per nos pacem fa- cere & servare. Et ideo nobis septem fa- cienda pacis auctoritatem contulit. Et quidquid de bono pacis coram vestra praesentia statuerimus, hoc totum Imperialis dignitas ratihabitione firmabit.

Hoc autem verbum Papae admodum pla- cuit, & habito consilio, alios septem, Hum- bildum videlicet Ostiensem, Vuillelmum Portuensem, & Manfredum Praenestinum Episcopos, Joannem Neapolitanum, Theo- dinum de Arrone, & Petrum de Bona- presbyteros Cardinales, & Hyacinthum- diaconum Cardinalem pro parte Ecclesiae pacis arbitros, & mediatores instituit. Lombardi autem totidem personas, Tau- rinensem videlicet, Bergamensem, & Co- manum Episcopos, & Astensem Electum, Girardum de * Pesta Mediolanensem, & Goetz Veronensem judices, & Albertum de Gamba Brixientem civem, ad sua pacis compositionem unanimiter statue- runt. Praecipit etiam Papa Nuntios Regis Siciliae huic pacis tractatui interesse. Prius autem quam pacis capitula hinc & inde essent in medium producta, de lo- co colloqui non modica inter eos est obor- ta contentio. Lombardi enim volebant hunc pacis tractatum apud Bononiam fieri, sicut per Imperatorem, atque Ostiensem Episco- pum, & eos fuerat ordinatum. E con- trario autem Imperatoris Nuntii reclama- bant, se nequaquam pro tali causa Bono- niam profecturos, eo quod Christianus Cancellarius Bononiensibus odiosus esset Ann. Eccl. Tom. XIX.

idem est ac Adoratorum Chanus, five Christia- norum Princeps, sed non veriorum; nam ideo Presbyter appellatus fuit, qui revera Presby- ter Nestorianus erat, ut mox ex Guillelmo Tripolitano insinuavimus. Cumque in Ecclesia Orientali licitum sit Presbyteris habitare cum uxoribus ante Sacros Ordines susceptos ductis, Joannes iste ex sua genuit filium ac successo- rem nomine Davidem. Quia vero Joannes Pres- byter hoc anno in vivis adhuc fuit, apparet, eum diu regnasse, & Coirem Chamum ejus de- cessorem, non nisi longe post Antiochiam a Christianis captam obisse. Joannes Presbyter anno MCXLV. & antea regnabat, ut eo an- no vidimus. Nec aliud mysterium in voce Jo-

plurimum & infestus; sed cum illis pro hoc negotio libenter Venetiis convenirent, ubi utraque partes possent sine timore per- gere, & cum securitate manere. Lombar- di autem e diverso suspectos habebant Venetos, asserentes, illos pacis cum eis inite foedera violasse, & saepe Imperato- ris Nuntios contra hoc, quod statutum inter eos fuerat, recepisse. Cumque haec contentio aliquantis diebus de loco collo- quii perdurasset: tandem suadentibus Re- gis Nuntiis, voluntati domini Papae praebuere consensum, & se ituros Venetias, praestitis tamen prius securitatibus, pro- miserunt. Qua de causa Papa Hugonem Bononiensem, & Rainerium Cardinales cum quibusdam Lombardis Venetias misit, ut a Duce & populo Venetiae securitatem reciperent, quod ipse cum iis, qui essent ad colloquium profecturi, secure possent intrare Venetias, & exire, & in eis cum rebus suis salvi, & sine timore persiste- re. Et quod Imperatorem sine mandato Papae intrare fines Venetiarum ullatenus non permitterent.

Is autem abeuntibus, Christianus Can- cellarius, qui Ferrarienses quos in bello offenderat, plurimum metuebat; quinta fe- ria majoris hebdomadae a Ferrara mo- vens, Venetias festinus advenit. Papa autem Alexander cum magno conventu Ar- chiepiscoporum, Episcoporum, & Abba- tum Paschalem festivitatem, qua xxiv. die mensis Aprilis eo tempore occurrebat, atque octavas (ut moris est) Ferrariae solemniter celebravit.

Pridie autem antequam Ferrara rece- deret, nempe octavo Idus Maii (septi- mo enim discessit) rogatus Alexander Pa- pa consecravit altare primarium Ecclesiae SS. Georgii & Aurelii: cujus conse- crationis diploma tunc scriptum etsi non vidimus, ex eo tamen descriptum sum- marium hoc praemisso titulo inde accepimus, quod sic se habet:

Hoc est exemplum cujusdam Indulgen- tia, sumptum de libro antiquo & memo- riali ecclesiae Ferrariensis.

Millesimo centesimo septuagesimo septi- mo, Indictione decima, octavo Idus Maii, sanctissimus in Christo Pater & dominus, M m m do-

annis Presbyteri latet, ut haecenus Viris do- ctissimis persuasum fuit.

Primus omnium Scaliger vocis Joannis Pres- byteri etymon perscrutatus est, aliique idem faciendi viam aperuit, sed tempus & operam perdidit, & plerique ex aliis etymologis ab eo diffusere, ac inter se decertarunt. Hanc difficultatem ut certius solverem, petii ab a- n- tico in lectione Scripturum Orientalium ver- satissimo, ut videre vellet, quid in illis de celebratissimo isto Presbytero reperiretur, qui respondit, Principem Asiaticum ab Europaeis Presbyterum Joannem cognominatum, in li- bris Orientalium non solum eo nomine non appellari; sed neque aliquo alio, quod ad il- lud

Alexand. Pap. celebra- vit Pascha in civitate Ferrariae.

XLIX.

X. Nomen Presbyteri Joannis Scriptori- bus Orientibus incogni- tum.

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.Dedica-
tur a Papa
Altare
prima-
rium Ec-
cles. pri-
maria.

dominus noster dominus Alexander Papa Tertius consecravit in majori Eccl. Ferrariensi majus altare ad honorem omnipotentis Dei, & intemeratae, & gloriosae Virginis Mariae, & beatorum martyrum Georgii & Maurelii, & sanctorum Leonis & Valentini, & sanctae Felicitatis, cum reverendissimis in Christo Patribus & dominis, dominis Humbaldo Ostiensi Episcopo, & Voillemo Portuensi Episcopo, & Manfredo Praenestini Episcopo, & Conrado Salzbουργensi Episcopo & Cardinalibus, & cum aliis Cardinalibus multis, Archiepiscopis, & Episcopis Lombardiae, Franciae, Hispaniae, Boemiae, Alemanniae, Angliae, & cum Romualdo Salernitano Archiepiscopo, & Patriarcha Aquilejensi, & Comite Rogerio de Apulia. Et quibuslibet vere poenitentibus & confessis in festivitate dedicationis ipsius altaris, hoc majus altare visitantibus praefatus summus Pontifex annum unum de criminalibus, & septimam partem venialium relaxavit. Haec ex antiquis ejus Ecclesiae monumentis. Quibus videas usum ejus temporis concedendi per Romanos Pontifices Indulgentias, quae unius anni terminum non excederent, praeterquam in expeditione Terrae sanctae, ut constat ex aliis aliorum etiam Pontificum diplomatibus. Quibus redarguuntur scripta, quibus proditur concessum ab eodem Pontifice primis diebus Dominicis singulorum mensium Anconitanis tantum Indulgentiarum, quantum arenae possent capere ambrae manus simul junctae. Quae digna risu quamvis nullo penitus veritatis testimonio fulciantur, pluribus tamen contradictionibus locorum, temporum, rerumque gestarum facillime convelluntur, ut Lector, ea videns, & istis quae dicta sunt atque dicenda, conferens, persfacile recognoscet. Sed jam eundem Alexandrum Pontificem Venetias redeuntem prosequamur. Pergit enim Romualdus Salernitanus Archiepiscopus: Cumque a Cardinalibus quos Venetias miserat, de securitate a Duce & populo praestita responsum idoneam accepisset; nono die intrante mensis Martii cum Regis Nuntiis galeas ingressus, sequentibus eum Cardinalibus & Lombardis, eo die per Padum, Laurentum descendit, locum ita dictum, ibi positum, longe diversum a Laureto Desparae Lauretanae.

L.

Altero vero die per mare ad sanctum Nicolaum, qui dicitur, ad litus, appli-

cuit. Tertia autem die, a Duce & populo Venetiae, a Patriarcha & universo Clero, primo ad S. Marcum, dehinc ad Patriarchae palatium cum magna gloria est & honore deductus. Postquam autem Cardinales & Lombardi, qui Papam fuerant subsequuti, Venetias applicuerunt: Papa mediatoribus pacis injunxit, ut in capella, quae erat in Palatio Patriarchae, convenientes, primo de pace Lombardorum, quae proximiori indigebat tractatu, haberent colloquium, de pace Regis & Ecclesiae, quae quasi una est, postmodum tractaturi.

Cum autem hoc factum esset, & rationes multiplices fuissent hinc inde prolatae: tandem Christianus Cancellarius pro parte Imperatoris disjunctivam triplicem proposuit, dicens: Petit a vobis Imperator & postulat, ut aut de regalibus, & his quae ad eum pertinent, quae vos detinetis, illi justitiam faciatis; aut sententiam a iudicibus Bononiae apud Roncaliam contra vos pronuntiatam executioni mandetis; ve ea quae antecessores vestri seniori Henrico reddere consueverunt, illi faciatis. Quo audito Gerardus Piseus Mediolanensis iudex pro parte Lombardorum respondit.

Nos quidem Imperatori, undecumque nos appellaverit, parati sumus, sicut domino, justitiam facere; sed quia haec justitia non est unius hominis, sed multorum, non unius civitatis, sed plurium; secundum causarum merita inducias postulamus: ut deliberantes plenius super his quae nobis obiecta fuerint, competenti loco & termino apud communem iudicem responsuri veniamus. Quod autem dixisti apud Roncaliam a Bononiensibus iudicibus contra nos sententiam fuisse prolatam: plane inficiamur, eam fuisse sententiam, sed Imperatoriam iussionem. Etenim cum plures ex nobis, nec per contumaciam fuisset absentis, quidquid tunc contra nos dictum fuit, nobis nocere non debet, nec pro sententia reputari. Secundum leges enim, in absente prolata sententia nullius est roboris, vel valoris. Quod vero postulasti, ut ea Imperatori reddere deberemus, quae seniori Henrico a nostris antecessoribus sunt soluta: respondemus, quod praenominati Imperatoris dispositiones pariter & statuta, propter antiquitatem temporis jam pene perdidere memoriam, nec vidit aliquis nostrum vel vestrum, qui bene posses illius temporis dicta vel facta recollere. Item Imperator Hen-

Alexand.
Papa ex-
cipitur i-
terum
Venetiis
summo
honore.Verba
Christiani
Archiep.
Cancellarii
Imp.LI.
Respon-
sio Lom-
bard.

vertit Otto Frisingensis, qui hujus Principis tempore vixit, quem quidem asserit nominari solum Presbyterum Joannem, sed ipsemet eum Sacerdotem appellat, ut videre est an. MCXLV. num. IX.

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

Henricus (salva auctoritate Imperii) non debet dominus, sed tyrannus vocari. Cum enim misisset manum in Sanctum Dominum, & Paschalem Papam super altare cepisset, & cum multas Ecclesias destruxisset, & Episcopos excacasset: ejus facta velut crudelia & tyrannica non sunt trabenda ad consequentiam, vel ad memoriam revocanda. Sed si Imperatori placuerit, ea quae antecessores nostri juniori Henrico, Conrado, & Lothario, & ei usque ad haec tempora reddiderunt, recipere: parati sumus in pace persolvere. Quod si hoc Imperatori grave residet, & videtur, pacem, quae inter nos & eum per Cremonenses tractata fuit, & in scriptis redacta, volumus firmiter observare. Quae eo tempore completa fuisset, nisi quia Imperator volebat nos ab Ecclesiae unitate recedere, & Alexandri Papae Pontificium denegare. Provideat ergo super hoc vestra discretio, si quia schismati consentire nolumus, debeamus nostrae pacis conditionem deteriorum efficere.

LII.
Contentio
inter
Legatos
Lombard.
& Imp.

Cum autem scriptura de tractatu pacis habita, & per Cremonenses Lombardis aliis delegata producta fuisset in medium: coeperunt Teutonici quibusdam scripturae capitulis diligenter opponere, & eorum sensum ad suae partis commodum retorquere; quadam vero capitula denegare. E contra Lombardi coeperunt illorum responsiones suis responsionibus confutare, & his quae obiecta fuerant, satis studiose resistere. Ad comprobanda vero capitula quae ipsi negaverant, coeperunt Cremonensium (licet essent inimici) testimonium invocare. Cumque super his capitulis diebus esset plurimis disputatum, & nihil penitus definitum: ex utriusque partis conscientia, quaecumque hinc & inde dicta fuerant, ad Papam audientiam sunt relata.

LIII.
Alexand.
Papa se-
quester
pacis.

* al. vii.

Alexander autem Papa, utpote vir eruditus & sapiens, considerans Imperatoris & Lombardorum pacem multis esse controversis & questionibus involutam, nec eam posse brevi spatio temporis consummari: tractatu pacis postposito, cepit cum eis de treguis * sex annorum agere: sperans per treguas ad consummationem pacis facilius posse perveniri. Tunc etiam Teutonicis de pace Regis Siciliae verbum proposuit, affectuose postulans, ut Imperator cum eo aut pacem perpetuam, aut temporalem ad minus usque ad annos quindecim faceret, in veritate sciturus, quod nullatenus pacem ejus, & Ecclesiae posset habere, Rege Siciliae in discordia remanente. Christianus autem Cancellarius cum sociis suis consilio communicato respondit. Novit vestra discretio, venerande Pater & domine, quod nos ab Imperatore accepimus in mandatis, ut vobiscum de pace Ecclesiae, Regis Siciliae, & Lombardorum haberemus colloquium & tracta-

tum: sed quia vos tractatu pacis omisso, novum, verbum nobis de treguis faciendis proponitis, non possumus sanctitati vestrae super hoc certum dare responsum, quoadusque verbum istud, quod de novo audivimus, ad Imperatoris audientiam referamus.

LIV.

Accepta itaque a Papa licentia, ad Imperatorem, qui apud Pomposam venerat, gradu concito perrexerunt. Est autem Pomposa locus quidam delectabilis & nemorosus inter * Ravennam & Venetiam collocatus. Cumque Imperatori petitionem Papae de componenda pace cum Rege Siciliae usque ad annos quindecim, & de faciendis treguis cum Lombardis usque ad annos * sex per ordinem exposuissent, adversus eos vehementer indignatus infremuit: asserens illos in hoc tractatu pacis magis Alexandri Papae honori & commodo, quam dignitati Imperii providisse. Quare praecipit eis, ut ad Papam redeuntes firmiter ei ex sua parte proponerent, quod ipse cum eo & Ecclesia pacem libenter faceret, at Regis Siciliae & Lombardorum treguas denegaret. Qui venientes, totam Papae per ordinem retulerunt, sicut illis fuerat ab Imperatore mandatum. Post quorum discessum Imperator Gotfridum, minorem Cancellarium cum Episcopo Clarimontis, & Abbate de Bonavalle Venetias delegavit, injungens eis, quod Christiano Cancellario & sociis suis ignorantibus, caute & privatim Papae ex sua parte significarent, quod ipse amoris ejus intuitu pacem Regis Siciliae usque ad annos quindecim, & usque ad * sex annos Lombardorum treguas concederet, si Papa cuidam suae petitioni praerberet assensum. Quam tamen petitionem ei volebat penitus esse incognitam, sed duobus Cardinalibus, quos ipse elegerat, volebat illam diligenter exponi: ea tamen conditione, quod si Cardinales electi petitione cognita, de ea complectenda consilium Papae tribuerent, ipse eam sine dilatione perficeret.

* al. Ferrariam.

* al. vii.

Imp. de
pace fir-
manda
conditio
incognita.

* al. vii.

Ex mandato itaque Papae Humbaldus Ostiensis Episcopus, & Theodinus Cardinalis ad hoc negotium sunt electi: quibus Imperatoris petitio ab ejus Nuntiis privatim est & studiose exposita. Cumque Cardinales petitione cognita Papae suggererent, quod petitioni Imperatoriae praerberet assensum: Alexander Papa, utpote homo providus & discretus, cepit quantum esset occulta illa petitio, animo aestuanti revolvere, & Teutonicorum dolos & versutias suspectas habere. Quare mutavit cum voluntate consilium, asserens: non decere auctoritatem Apostolicam petitioni incognitae praebere assensum, nec de re dubia & incerta aliquid respondere: sed si petitionem illam vellent ei fideliter aperire, & talis esset illa-

IV.
Petitioni
incognitae
restitit A-
lex.

M m m 2

pe-

PAGIUS lud similitudine accedat; & vetustos Auctores Italicos, qui primi ejus mentionem fecerunt, vocare eum, Il Prette Gianni, non vero, Prette Gianni; cum tamen litera S. istis etymologis prorsus necessaria sit, & sine illa omnia eorum systemata corruant. Denique illa e-

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

petitio, quæ contra honorem Dei & damnum Ecclesiæ non spectaret; libenter eam effectui manciparet. Quo auditu Godifredus minor Cancellarius indignatus ad Imperatorem rediit. Episcopus autem Clarimontis cum Abbate de Bonavalle, qui remanserant, videntes, quod nullum a Papa possent habere responsum (licet inuiti) petitionem Imperatoris Papæ exposuerunt.

Petitio
Imp.* Mathil-
dis.

Erat autem hæc petitio. Imperator Papa per Nuntios suos promiserat, quod si pacem cum eo faceret, terram Comitissæ Maltendis, quam ipse tenebat, in manu ejus, & Ecclesiæ potestate remitteret. Petebat ergo, ut liceret ei usque ad quindecim annos, videlicet, quousque pax Regis Siciliae perduraret, ejusdem terræ redditus sine contradictione recipere: completis vero quindecim annis, volebat, possessione penes eum remanente statim de eadem terra cum Ecclesiâ placitare, asserens illam ad jus sui Imperii pertinere. Papa autem intuitu Regis Siciliae, quem plurimum diligebat, usque ad conditum terminum Imperatori prænominatæ terræ fructus habere concessit, hæc tamen conditione, quod completis quindecim annis ad potestatem & possessionem Romanæ Ecclesiæ terra illa rediret. Et tunc Ecclesiâ in possessione posita, si Imperator vellet de proprietate terræ illius agere, libenter ei Ecclesiâ justitiam faceret.

LVI.
Christia-
nus Can-
cellarius
alloqui-
tur Alex.
Pap.

Postquam autem hic modus petitionis implenda per Episcopum Clarimontis, & Abbatem de Bonavalle fuit Imperatori propositus, plurimum illi displicuit, & sic concordia per illos tractata remansit. Christianus autem Cancellarius, & reliqui, qui cum eo mediatores pacis fuerant constituti, cognito quod Imperator per alios pacem Ecclesiæ tractare voluisset, mirum doluerunt, & venientes ad Papam Alexandrum, dixerunt: Sanctitati vestræ, domine, esse volumus non incognitum, quod nostri odio & invidia pax Ecclesiæ præpeditur: quidam enim nostri amuli falsa de nobis Imperatori suggerunt, & volunt in hac parte nos ei odiosos reddere pariter & suspectos. Et ideo veremur plurimum, ne dum nos absentes sumus, qui pacem diligimus, & nuntii in eundo & redeundo sine fructu tempora longa consumunt, Imperator prolixitate temporis affectus tædio, desideratam pacem abhorreat, & suggestionem pravorum hominum, infecta pace recedat. Consulimus ergo discretionem vestræ, ut si vobis placuerit, propius Imperator accedat, ut vestris & suis Nuntiis cito ire & redire valentibus, inchoata pax, volente Domino, cito valeat consummari. Papa autem habito cum Nuntiis Regis Siciliae & Lombardis consilio respondit:

Nobis quidem placet admodum, ut Imperator Clozam, quæ a Venetiis quindecim distat millibus, cum paucis veniat, ea tamen conditione, quod vos in anima vestra jurare faciatis, ut postquam illuc venerit, absque nostro mandato & licentia ulterius non procedat. Juramento itaque in hunc modum præstito, Colonienfis Archiepiscopus cum quibusdam aliis Cæsensem ad Imperatorem venit, & eum cum suis Clozam usque deduxit. Quidam autem populares Veneti, cognito Imperatoris adventu, ad eum accedentes cœperunt illi studiose suggerere, ut absque mandato Papæ & licentia Venetias intraret, firmiter promittentes, quod eorum consilio & auxilio pacem posset cum Ecclesiâ & Lombardis pro sua voluntate componere.

Quorum verbis Imperator aliquantulum acquiescens, præcepit eis, ut dicta operibus consummarent, dantes operam, ut totum populum ad perfectionem hujus negotii caute & sapienter inducerent. Alexander autem Papa audiens, quod Clozam Imperator venisset: Vuillelmum de Papia Portuensem Episcopum, & Joannem Neapolitanum, & Theodinum, & Petrum de Bona presbyteros Cardinales, & Hyacinthum diaconum Cardinalem cum Christiano Cancellario & aliis Teutonicis, qui pacis mediatores erant, ad eum direxit, mandans, ut si de beneplacito illius esset, ipse Nuntios Regis Siciliae, & quosdam de Lombardis Clozam transmitteret, ut illis præsentibus, Imperator in anima sua per Principes suos jurare fieret, quod pacem Ecclesiæ, & pacem Regis Siciliae usque ad annos quindecim, & treguas Lombardorum usque ad annos sex firmiter observaret. Quo facto, Venetias posset securus accedere, ejus proculdubio benevolentiam & gratiam habiturus. Imperator vero, quia aures suas verbis Venetorum quodammodo inclinaverat, & eorum responsa diebus singulis expectabat: cœpit Cardinalibus de verbo pacis, quasi novum esset & sibi incognitum, respondere, & longis consultationibus de die in diem sua responsa differre. Quo cognito, Cardinales turbati sunt plurimum, & mirati; & quid nam deberent facere, nesciebant.

Interea populares Veneti a Cloza Venetias redeuntes, in sancti Marci Ecclesiâ congregati, totius pene populi seditionem & tumultum contra Ducem suum excitaverunt, dicentes: Domine Dux, non bene honori & commodo commisi vobis populi providetis. Ecco enim Imperator Romanus apud Clozam jam diebus aliquantulis est demoratus, ubi caloris distemperantias, & muscarum & pulicum plures molestias sustinet; nec ei licet Venetias intrare. Quod ipse multum graviter reci-

LVII.
Imp. Clo-
zam ve-
nit.Alexand.
Papa Le-
gatos pro
pace mit-
tit.LVIII.
Populus
contra
Ducem
commo-
tus.CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

pit, & vindicandum in posterum alta mente reponit. Et ideo veremur, ne tam gravis offensa quandoque universo populo periculosa possit esse pariter & damnosa. Quare de nostra voluntate est, ut si vestræ residet celsitudini, Imperator Venetias a vobis & a populo invitatus accedat. Quibus Dux benigne respondit: Bene potestis firmiter recollere, domini, quod ad petitionem Papæ per duodecim prudentes viros in anima omnium nostrorum jurare fecimus, quod absque mandato ejus & licentia Imperatoris intra fines Venetiarum nullatenus recipere deberemus. Provideat ergo vestra discretio, si contra tenorem juramenti nostri, Papa inconsulto Imperatorem debeamus hic advocare. Cui illi protinus responderunt: Postquam ex mandato Papæ Clozam, quæ intra fines est Venetiæ, Imperator intravit: plane a nostri juramenti sumus vinculis absoluti. Cumque super hoc a Duce & populo esset diutius disceptatum; tandem de communi consensu quidam Veneti sunt ad Papam directi. Qui venientes, sicut viri improbi & superbi, dormientem Papam excitare non timuerunt, proponentes et ex parte Ducis & populi, quod de eorum erat voluntate & beneplacito, quod Venetias Imperator intraret. Quod verbum admodum Papæ displicuit, & multum grave resedit, dicenti eis:

Responso
Ducis.LIX.
Papa Ve-
netos
compe-
scit.* al. ur-
bein.

Vos nobis ex juramento tenemini, ut Imperator Venetias non debeat sine nostra licentia & mandato venire. Volumus ergo, ut Cardinales nostros, qui ad Imperatorem venerunt, cum ejus Nuntius usque in diem crastinum expectetis. Et eis venientibus, quid nobis faciendum sit, vobis respondere curabimus. Quod verbum licet Venetis displicuisset: plurimum tamen precibus Papæ devicti petitioni ejus (quamvis inuiti) præbentes assensum, ad propria redierunt. Interea per totam regionem rumor insonuit, quod Veneti contra voluntatem Papæ vellet Imperatorem Venetias intrmittere. Quo audito Lombardi, qui cum Papa pro faciendâ pace Venetias venerant, metuentes subitum Imperatoris adventum, & fidem Venetorum & constantiam suspectam habentes: intrantes naves, ad partes Tarvisi se transtulerunt. Papa autem cum paucis Cardinalibus, qui secum remanserant, cœpit contristari & mœstus esse. Metuebat enim, si Imperator contra voluntatem suam, juramento non præstito, Venetias introiret, magnum ex hoc damnum & periculum posset Dei Ecclesiæ provenire.

LX.
Nuntii
Regis Si-
ciliæ
quid cum
Papa &
Venetis.

Audientes autem hoc Nuntii Regis Siciliae venientes ad Papam cœperunt eum viriliter animare, dicentes: Domine, non oportet vos dubitare in aliquo vel metuere: ecce enim quatuor galeas domini Regis Siciliae ad vestrum obsequi-

um preparatas habemus, quas cum vobis intrare placuerit, secure vos de hoc loco & absque periculo, inuitis etiam Venetis & contradicentibus, educemus. Quibus verbis Papa plurimum animatus, respondit: Quod de suo erat proposito, ut Cardinales, qui ad Imperatorem venerant, usque in diem crastinum expectaret: ne si eis inconsultis recederet, posset merito levitatis argui, & de violata fraternitate culpari. Quo audito Regis Nuntii ad palatium Ducis ubi cum multis Venetis Dux de more convenerat, accedentes eos taliter sunt allocuti: A vestra memoria excidisse non credimus, quanta beneficia dominus Rex huic civitati contulerit, & quod hodie Princeps aliquis sub cælo non vivit, cujus amicitia tantum sit vobis idonea, cujus gratia adeo sit vestris utilitatibus opportuna. Et Vos ei ex juramento tenemini, sui regni gloriam & honorem diligere, & pro ejus commodo plurimum laborare. Inde est, quod nos hac consideratione inducti, & de vobis tanquam de amicis domini Regis & fidelibus multam spem & fiduciam obtinentes, Papam & Lombardos inuitos pariter, & renitentes Venetias venire cogerimus: juramento tamen prius a vobis præstito, quod sine Papa licentia non deberetis Imperatorem intra Venetiæ fines recipere. Sed ecce, ut audimus, vestri juramenti & promissionis obliti, pace nondum disposita & firmata, Imperatorem non juratum ad civitatem istam, Papa contradicente, vocatis; & sic pax Ecclesiæ, & domini nostri Regis, vobis scientibus, impeditur. Sed in veritate sciatis, quod nos incivitate ista non præstolabimur Imperatoris adventum, sed die crastina ad propria redeuntes domino Regi significare curabimus, qualiter pro tot & tantis beneficiis vobis a regia liberalitate collatis, mala & damna plurima rependere studeatis.

Quibus auditis Dux satis placido & benigne respondit: Quod vos indignatos aspiciamus, & contra nos commotos esse, cognoscimus, ægre multum patimur, & molestissime sustinemus. Nos enim, qui dominum Regem toto corde diligimus, & pro honore ejus & commodo nos & nostra exponere non dubitamus, nolumus non solum vos, qui magni estis de regno ejus & summi Principes, sed nec suorum minimum ad iracundiam provocare. Et quia inter eum, & Imperatorem pacem esse dispositam credebamus; volumus, ut in civitate nostra pacis domini Regis tanquam amicissimi nostri fieret consummatio. Et ideo recedendi vobis licentiam non tribuimus, sed prudentiam vestram affectuose rogamus, ut tamquam in domibus vestris securi, & sine timore aliquo Imperatoris expectetis adventum. Non autem idcirco

LXI.
Responso
Ducis.

raliter Dux respondit, quia ei & aliis sapientibus taliter Imperatoris displiceret adventum, sed quia timebat plebem, & popularem tumultum plurimum formidabat. Nuntii autem Regis hoc audientes, surgentes cum indignatione dixerunt: Nos hic cum licentia vestra non venimus, nec cum vestra licentia recedemus: sed crastina die iter arripientes, domini Regis injuriam non verbis, sed operibus vindicare curabimus. Qui ad domos suas redeuntes, statim jusserunt galeas parari, tubas canere, arma & totam suppellectilem in galeas induci. Quod factum postquam fuit per Venetias divulgatum: timor maximus Venetos occupavit. Timebant enim, ne si Regis Nuntii indignati recederent, hac occasione Rex Venetos, qui in terra sua erant, capi faceret, & in custodia detineri. Qua de causa magna multitudo virorum ac mulierum, quorum parentes in Apuliam ierant, ad Ducem properans proclamavit: Vestram & totius Venetiae prudentiam, illustris Dux, latere non credimus, quanta beneficia magnificus Rex Siciliae nostrae regioni sua liberalitate praestiterit, & qualiter nostrae famis inediae suae terrae victualibus reparaverit. Ad quae transportanda multi nostrorum civium in Apuliam transferunt, & secum non modicam pecuniam, & multas mercimonias detulerunt. Si ergo Rex audierit, Nuntios suos a nobis indignatos recedere, in cives nostros, & res eorum merito poterit vindicare.

LXII. Nuntiorum Regis Siciliae minz.

LXIII.

Prævideat igitur vestra discretio, si occasione Imperatoris, a quo nihil unquam boni habuimus, amicitiam tanti Principis, a quo omne bonum recipimus, amittere debeamus. Et ideo magnificentiam vestram humiliter imploramus, ut nostrorum civium tam gravi damno & futuro periculo providentes, Nuntios Regis Siciliae ab incepto itinere revocetis: nec contra voluntatem Papae, & illorum Imperatorem Venetias intrare sinatis. Si qui enim sunt, qui contra hoc aliquid dicere vel attentare praesumpserint: parati sumus eorum nostris parentibus & amicis eos morti tradere, & proximos nostros, qui in regno Regis sunt, a futuro periculo liberare. Dux autem eorum querimonia diligenter & gratanter audita, respondit: Quod Nuntii Regis Siciliae volunt indignati recedere, non meae imprudentiae, sed quorundam popularium seditioni est & malitiae adscribendum: qui mea & prudentium virorum zelo & invidia provocati, non civitatis honori & gloriae, sed suis utilitatibus providentes, die ac nocte dant studium & operam diligentem, ut Imperatorem, nobis contradicentibus, Venetias introducant; & ob hoc perjurii crimen, & infamiam, & Papae, & Regis Siciliae grave & perpetuum odium debeamus

incurrere. Cumque illi iterum proclamassent, ut eorum, qui auctores erant seditionis, nomina Dux evidenter exprimeret: metuens si noti fierent, ne ob hoc pugna in civitate maxima & seditio invalesceret, saniori usus consilio, nobiliores & prudentiores quos habere potuit, ad Papam direxit, pro parte totius populi veniam humiliter postulans, & affectuose deposcens; ut quod illi in eum stulte & superbe peccaverant, ipse eis ex innata humilitate & gratia relaxaret, & Nuntios Regis Siciliae a proposito sui itineris revocaret.

Quibus Alexander Papa more solito satis benigne respondit: Ego quidem, cui sanctitas & officium ignoscendi gloriam reliquit: injuriam meam ad mentem non revoco, offensam meam pro Dei amore dimitto; sed Nuntios Regis Siciliae tamquam viros nobiles & potentes, rogare quidem valeo, sed invito detinere non potero. Tandem Venetis multum rogantibus & petentibus, ut ad hoc faciendum partes suas interponere dignaretur: motus Papae eorum petitionibus, per Rogerium de Pissa subdiaconum & Senescalum suum simul cum Venetis, Nuntii Regis Siciliae preces affectuose porrexit, ut divini & sui amoris intuitu indignationem compercerent, & inceptam iracundiam temperarent, atque propositum suum ab incepto itinere revocarent: quibus illi responderunt: Dominus quidem Papa, sicut vir perfectus & sanctus, de sui meriti auctoritate confusus, mori non metuit & Venetorum dolos & insidias non pavescit. Nos autem, qui adhuc imperfectiores sumus mori nolumus, & nostro Regi inferre injuriam moriendo vitamus. Veneti ingratitude filii, & regiae liberalitatis obliti, volunt domino nostro mala pro bonis rependere, & ad perturbationem pacis ejus, contra voluntatem domini Papae & nostram, inimicum ipsius Venetias introducere. Dominus autem nostrer tantae est potentiae & virtutis, quod pro bis excessibus, quos contra amicitiam suam faciunt illis sicut decet, respondere curabit. Sed quia nos preces domini Papae pro mandato accipimus, iter nostrum usque in diem crastinum differemus. Et dehinc communicato cum eo consilio, quid nobis faciendum sit, disponemus. Quibus auditis, Veneti ad Ducem suum redeuntes, ea, quae a Papa & Nuntii Regis audierant, illi per ordinem retulerunt.

Altero autem die Dux sano usus consilio, apud Rivumaltum sub voce praconis fecit publice declamare, ut nullus de adventu Imperatoris auderet verbum facere, nisi cum Alexander Papa praecipisset. Cum autem ea, quae apud Venetias dicta & facta fuerant, ad Imp. ad * Cloziam

LXIV. Verba Alexandri Papae. quibus Venetis dat veniam.

Queruntur de Venetis Nuntii Regis Siciliae.

LXV. Veneti mutant consilium de adventu Imp. Venetias. * Fossam Clodiam.

zam demorantis, audientiam pervenissent: sua spe, & intentione frustratus, cepit de suo rigore mollescere, & Cardinalibus, qui ibi erant, de verbo pacis benignius respondere. Cancellarius vero & alii Ecclesiastici Principes, qui pacis consummationem plurimum affectabant, spiritu libertatis assumpto, Imperatori viva voce dixerunt: Bene debet Imperialis majestas recolere, quod quidam e nostris ex mandato vestro Anagninam accedentes, cum Alexandro Papa de pace Ecclesiae & Imperii, de pace Regis Siciliae, & Lombardorum tractatum habuimus. Et ipse, utpote vir sanctus, pacis cupidus & amator nostro consilio & hortatu Campaniam deserens, Venetias jam intravit, paratus ea, quae de bono pacis promiserat, firmiter consummare. Vos autem (ut credimus) suggestionem pravorum hominum a consilio nostro vultis recedere, & a pacis proposito declinare.

LXVI. Protestatio Principum Germaniae.

Nos vero ex jure debiti, quo Imperio tenemur astricti parati sumus vobis, ut domino, in temporalibus obedire, & pro regalibus, quae tenemus, consuetum vobis servitium facere. Sed quia nostrorum est corporum, non animarum dominus: nolumus pro vobis animas nostras perdere, & terrena caelestibus anteferre. Quare noscatur Imperialis discretio, quod nos de cetero Alexandrum in Catholicum Papam recipimus; & ei, ut patri, in spiritualibus obedimus. Idolum vero quod exstitit in Tuscia nullatenus adoramus. Quibus auditis Imperator, operante eo qui corda Principum sicut vult, & quando vult humiliter inclinavit: leonina ferocitate deposita, ovina mansuetudinem induit, & eis humiliter & benigne respondit, dicens: Noscatur vestra fidelitas, dilectissimi, quod non est meae voluntatis consilium vestrum deserere, & pacis per vos tractatae propositum evitare; quin potius volumus ea, quae vestro sunt ordinata consilio, firmiter observare. Ut autem a vestris cordibus omnis super hoc dubitatio scrupulusque excludatur: Comiti Henrico de Dieffa, qui est in praesentiarum, praecipimus, ut vobiscum & cum Cardinalibus Venetias abiens coram Papa in anima mea juret, quod ex quo Venetias intraverit, in anima mea jurare faciam, quod pacem Ecclesiae & Imperii, Regis Siciliae & Lombardorum, sicut disposita est & tractata, firmiter observabo: & de ea observanda, praecipio nostro duodecim Principes nostri simile juramentum praestabunt.

Cancellarius autem & reliqui mediatores pacis cum Cardinalibus haec audientes multum laeti effecti, festino gressu Venetias redeuntes, ea quae ab Imperatore dicta & ordinata fuerant, Papae per ordinem retulerunt. Qui protinus per Nun-

tios suos rectores Lombardiae, qui in partes Tarvisinae secesserant, Venetias revocavit.

Altero autem die, coram Papa & Cardinalibus, Nuntii quoque Regis, & Lombardis, & magna populi multitudinis Comes Henricus de Dieffa, sicut ei ab Imperatore mandatum fuerat, in anima ejus de praestando juramento pacis observanda juravit. Capellanus autem Coloniensis Archiepiscopi in anima Principum, qui ibi aderant, simile juramentum praestitit. Hoc autem facto, ex mandato Papae, Veneti cum sex galeis Cloziam ierunt, & Imperatorem cum suis in galeis recipientes, eum usque ad S. Nicolaum qui dicitur, Ad litus, sabbato in sero honorifice adduxerunt.

LXVII. Imperator Venetias versus ducitur.

Sequenti vero die Dominica, * octava scilicet die restiva stante mensis Julii, in vigiliis beati Jacobi, Papa cognito Imperatoris adventu galeas ingressus cum Nuntii Regis & magna Lombardorum ac populi multitudine, ad Ecclesiam sancti Marci summo mane devotus accessit, & Humbaldum Ostiensem, & Willelmum Portuensem, & Minfredum Praenestinum Episcopos, & quosdam de Cardinalibus ad Imperatorem transmisit. Qui venientes, ipsum & suos ab excommunicationis vinculo absolverunt. Christianus autem Cancellarius procedens in publicum, tactis sacrosanctis Evangelis, ait: Ut omnes evidenter agnoscant, me esse nomine & opere Christianum: Osvianum, Crementensem, & Joannem de Struma cum suis complicibus prorsus abjuro, & Alexandrum & successores ejus in Catholicum Papam recipio. Et alii Praelati Ecclesiarum similiter juraverunt.

* 24. Julii

Abjuratio Schismatis.

Dux autem Venetiae, cognito quod Imperator ab excommunicationis esset nexibus absolutus, cum Patriarcha & magna Cleri ac populi & navium multitudine usque ad Ecclesiam sancti Nicolai illi obviam venit: quem in navi sua recipiens, usque ad litus sancti Marci satis honorifice & pompose deduxit. Imperator autem de navi descendens, simul cum Duce, Patriarcha, & Episcopis suis, & Clero, & populo Venetiae ipsum cum vexillis & crucibus processionaliter procedente, usque ad Ecclesiam sancti Marci, ante cujus atrium Alexander Papa cum Episcopis suis & Cardinalibus, cum Patriarcha Aquileja, Archiepiscopis, & Episcopis Lombardiae, Ecclesiastico more ornatis honorifice residebat, pedes accessit.

LXVIII. Imp. absolutus introducit Venetias.

Cumque ad Papam appropiaisset, tactus divino Spiritu, Deum in Alexandro venerans, Imperiali dignitate postposita, rejecto pallio, ad pedes Papae totum se extenso corpore inclinavit. Quem Alexander Papa cum lacrymis benigne elevans, recepit in osculo & benedixit, moxque

Frid. ad pedes Alexandri Papae procidit.

CHRISTI 1177.

ALEXANDRI III. PAP. 18.

FRIDERICI IMP. 23. MANUELIS IMP. 35.

CHRISTI 1177.

ALEXANDRI III. PAP. 18.

FRIDERICI IMP. 23. MANUELIS IMP. 35.

que a Teutonicis, Te Deum laudamus est excelsa voce cantatum. Imperator autem, apprehensa Papæ dextera, ipsum in Ecclesiam introduxit, & accepta ab illo benedictione ad palatium Ducis cum suis rediit. Papa vero cum Cardinalibus & Nuntiis Regis iterum galeas ingressus ad suum hospitium rediit. In vesperis autem Imperator per nuntios suos Papam satis affectuose rogavit, ut si ei placeret, sequenti die, in festo scilicet beati Jacobi, in Ecclesia sancti Marci Missarum solemniter celebraret. Desiderabat enim ab ore ejus divina officia supplex & devotus audire. Cujus petitioni Papa assensum benignus accommodans, summo mane cum Cardinalibus ad sancti Marci Ecclesiam venit. Cujus vestiarium ingressus cum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & Cardinalibus, honorifice satis & Ecclesiastice se induit, & ad celebranda divina Missarum solemniter preparavit.

Imperator autem, ut humilitatem, quam corde conceperat, opere demonstraret: sumpto stratoris officio, pallium deposuit, manu virgam accepit, laicos de choro expulit, & Papæ ad altare solemniter & processionaliter venienti viam tamquam Ostiarius preparavit. Dehinc in choro cum Archiepiscopis, Episcopis, & clericis Alemanniæ remanens (quibus eo die cantandi injunctum erat officium) Missam domini Papæ devote satis & humiliter audiebat.

Cumque dicto Evangelio Papa ascendisset pulpitum, ut alloqueretur populum: Imperator accedens propius, cepit verba ejus attentius auscultare. Cujus devotionem Papa diligenter attendens, verba quæ ipse litterate proferebat, fecit per Patriarcham Aquilejæ in lingua Teutonice evidenter exponi. Finito autem sermone, & Credo in unum Deum, solemniter decantato, Imperator cum suis Principibus ad pedes Papæ devotus accessit, & obtulit. Finita autem Missa, cum Papa ad suum palatium vellet redire; Imperator dexteram ejus accipiens, eum usque ad portas Ecclesiæ satis honeste deduxit. Cumque equum suum album de more vellet ascendere, Imperator ex alia parte accedens, strevam ejus tenuit, & postquam equum ascendit, ipsum aliquantulum stratoris more per fræni lora deduxit: quem Papa benedicens, ad hospitium redire permisit. Ipse vero, Clero & populo illum præcedente, usque ad mare descendit. Dehinc galeas ingressus, ad palatium suum cum gloria est & honore reversus.

Veniens autem proximis Kalendis Augusti, Imperator cum Archiepiscopis, & Episcopis, & reliquis Principibus suis, & magna populi multitudine, ad Patriarchæ palatium, in quo Papa erat hospita-

tus, accessit. In cujus palatii aula longa satis & spatiosa Papa in eminentiori loco positus in faldistorio suo resedit, & Episcopis suis & Cardinalibus hinc inde circumstantibus, Imperatorem quidem in sua dextera supra Episcopos & presbyteros Cardinales, Romualdum vero Salernitanum Archiepiscopum in sinistra supra diaconos Cardinales residere præcepit. Finito itaque silentio, sic est Papa Alexander exorsus:

Hæc est, inquit, dies, (a) fratres charissimi, quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea, quia hic filius (b) noster Romanorum Imperator illustris mortuus fuerat, & revixit; perierat, & inventus est. Nam postquam cordi ejus superne radii claritatis illuxit: totius falsitatis depulsa caligine de errore ad veritatem rediit, de tenebris ad lumen transiit, de schismate ad unitatem accessit, & ad caulas matris Ecclesiæ tamquam ovis erratica repedavit. Exultet igitur Fidelium votiva religio, quia hodie pater juniorem recepit filium, Catholicum Principem, Romanum recuperavit Imperium. Mater Ecclesia suum evaginatum in vaginam convertit gladium, navis Piscatoris egregii, quæ culpis exigentibus, adversitatum turbine pene demersa jam fuerat, nunc procellis cessantibus, ad litus solidum & veræ quietis portum illæsa pervenit. Ecclesia suæ preces pro bono pacis frequenter effusas Dei Filius clementer audivit, & eam cum suo Principe in pace & concordia collocavit. Inde est, quod destructis adversitatibus & erroribus universis, securam iam pace fruitur, & jucunda securitate latatur. Cesset igitur antiqua discordia, finem accipiat inveterata malitia, una Fides, unus Dominus, una sit & Ecclesia. Schisma in unitatem transeat, & divisio ad charitatem accedat. Omnis jam ad pacem Ecclesiæ redeat; & ad matris suæ gremium filiorum numerositas gratiosa recurrat. Sit Deo gloria in altissimis, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et quia nos Imperatoris nostri pium animum, & benignam agnosimus voluntatem: eum intra nostræ mansuetudinis brachia tamquam charissimum filium benignius amplectimur, & tam ipsum, quam uxorem, & ejus filium in Catholicos Principes paterno affectu recipimus, & ipsis honorem debitum impendere procuramus; Deum & Apostolos nostros affectuose rogantes, ut ipsos Ecclesiæ suæ servent incolomes, & per longa tempora custodiant defensores.

Postquam Papa loqui desit, Imperator de faldistorio surgens, cepit in lingua Teutonice concionari. Christiano Cancellario verba sua vulgariter exponente; ait ergo: Majestati nostræ satis gratum residet & acceptum, quod Deus

(a) Pf. 117. Sermo A. Alexand. Papæ. (b) Luc. 15.

* al ty-rannidem

omnipotens, cujus manu Principum corda tractantur, cujus arbitrio eorum voluntates & consilia diriguntur, nostræ conscientia puritatem attendens, ex diversis mundi partibus viros providos & discretos huic Curia voluit interesse, ut ipsi errorem nostrum, & conversionem nobis referentibus manifeste cognoscerent: debinc ad propria redeunt, devotionem nostram, quam erga Dei Ecclesiam gerimus, publice prædicarent. Totus igitur mundus evidenter agnoscat, quod licet nos Romani Imperii dignitate & gloria fulgeamus; tamen a nobis humana conditionis proprium dignitas Romana non abstulit, nec ignorantia vitium majestatis Imperialis exclusit. Nam suggestionem pravorum hominum ignorantia vitium tenebris involuti; & per viam veritatis credentes incedere, extra justitiæ semitas nos invenimus. Ecce enim Dei Ecclesiam, quam credebamus defendere, impugnavimus, & quam sperabamus extollere, pene destruximus. Occasione nostra Domini nostri JESU Christi tunica inconsutilis est divisa: & quantum in nobis fuit, per hæreses & schismata violata. Decepit nos causa meritum, & color negotii perturbavit: quia dum in facta Ecclesiæ potius virtutem potentia, quam rationem justitiæ voluimus exercere: confisit nos in errore merito devenisse. Justitia enim fortitudinem respuit, aequitas violentiam non admittit. Sicque factum est, quod ille, qui humilia respicit, & alta a longe cognoscit, potentiam nostram, & adversæ partis humilitatem considerans, more suo potentes de sede deposuit, & humiles exaltavit. Sed quia divina clementia nos ad correctionem nostram ad tempus errare voluit, sed deviare in perpetuum non permisit: univèrsa hæc Fidelium turba cognoscat, quod nos de cætero, errore totius falsitatis abjecto, ad veritatem convertimur, de schismate ad unitatem redimus, & ad gremium matris nostræ sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ gratanter accedimus; domnum Alexandrum, qui est in præsentiarum, & successores ejus in Catholicum Papam recipimus, & ipsi tamquam patri, debitam reverentiam exhibere proponimus. Pacem nostram Ecclesiæ, illustri Regi Siciliae, & Lombardis, sicut inter nos ordinatum est & dispositum, reddimus.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS XI. Adalbertus remouetur ab Archiepiscopatu Saltzburgenfi.

A num. LXXIII. ad LXXVI. Suo loco ostendimus Conradum Imperatoris consobrimum Electum Archiepiscopum Moguntinum, rejectum ab eo fuisse, quod Alexandro III. adhereret, & Christianum Archicancellarium Imperatoris ab eo in sedem Moguntinam intrusum. Præterea Conrado Saltzburgenfi Archiepiscopo anno MCLXVIII. demortuo Adalbertum Regis Bohemiæ filium Electum, consecratumque Archiepiscopum, sed hunc pariter ob eandem rationem admissum non fuisse. Quid vero in utriusque Archiepiscopi causa hoc anno actum

Imperator verba finierat; cumque in laudem ejus, qui aderant, acclamasset: Pax iterum facta silentio, sancta Dei Evangelia cum Sanctorum reliquiis, & Cruce de ligno Domini sunt producta in medium. Mandante itaque Imperatore, Comes Henricus de Dießa in anima Imperatoris juravit, quod ipse pacem Ecclesiæ & Imperii, pacem Regis Siciliae usque ad annos quindecim, & treguas Lombardorum usque ad annos sex, sicut per mediatorum hinc inde tractatum & scriptum fuerat, bona fide, sine fraude, & malo ingenio firmiter observaret, & Henricum Regem filium suum idipsum jurare faceret, & servare. Dehinc duodecim Principes Imperii tam Ecclesiastici, quam secularis, tactis sacrosanctis Evangeliiis, modo simili juraverunt. Protinus Romualdus Salernitanus Archiepiscopus surgens, per eadem Evangelia juravit, quod postquam Imperator Nuntios suos propter hoc ad Regem in Siciliam miserit, Rex infra duorum mensium spatium per aliquem Principum suorum de observanda Imperatori pace usque ad annos quindecim, in anima sua jurare faciet; & per decem Principes suos juramentum ei simile faciet exhibere. Comes etiam Rogerius, sicut Archiepiscopus fecerat, idipsum manu sua juravit. Dehinc rectores Lombardiæ, qui ibi aderant, juraverunt, quod usque ad sex annos bona fide, & sine fraude treguas Imperatori observarent, sicut inter eos tractatum & dispositum erat: & quod per singulas civitates, Consules & nobiles civitatum id ipsum jurare facerent. Quo facto, illius diei Curia est soluta, & tam Imperator, quam reliqui cum gaudio & lætitia ad sua hospitia sunt reversi.

Interea Christianus Cancellarius, qui pro consummatione pacis plurimum laboraverat, nacta opportunitate temporis, cepit per Imperatorem & Principes suos dare studium & operam diligentem, ut Papa Alexander Moguntinum illi Archiepiscopatum auctoritate Apostolica confirmaret. Quod præsentiens Conradus, qui in Moguntina Ecclesia prius electus & consecratus fuerat, ad Papam accedens ait: Novit vestra sanctitas, venerande Pater, novit universa hæc Romana Ecclesia, quod ego vestrae persone intuitu, Moguntinum

* al. vii.

LXXIII. Querele Conradi Card. Sabiniensis.

N n n

fuerit, narrant Acta Alexandri III. a Baronio citata, quæ confirmantur a Chronographo Reicherpergenfi, qui hoc tempore florebat: Anno MCLXXVII. post multas tribulationes, multaque gravamina, quæ peccatis exigentibus perpetrata est Ecclesia in illa nota dualitate per annos fere viginti duos (delenda vox duos, ut initium schismatis demonstrat) tandem repropiciato domino; quia non in æternum obliviscatur misereri, facta est concordia inter domnum Papam & Dominum Imperatorem, mediantibus quibusdam magnis regni Principibus. Tunc ex

LXIX. Humillima obsequia Imp.

Papa prædicat dicto Evangelio.

* al. Latine.

LXX. Imp. Papam rursum convenit.

tinam Ecclesiam, in qua canonicè electus fueram, inscio Imperatore, reliqui, & honorem meum, parentes, & patriam pro Dei amore deserui, & ad vos in Franciam festinus accessi, exilium patriæ præposui; & in labores & angustias quietem meam & otium commutavi. Bene potestis recolere, quantum Catholicæ Ecclesiæ meus adventus contulerit, & qualiter partem vestram adhibere nutantem & debilem plurimum roboraverit. Vos autem vestri gratia mihi vicem congruam pro tempore rependistis: nam primo me in presbyterum Cardinalem, dehinc in Sabinensem Episcopum, postremo in Moguntinum Archiep. consecrasti. Nunc autem (ut audio) vultis Christiano Cancellario, qui Moguntinam Ecclesiam per violentiam invaserat, eandem converso religionis ordine confirmare. Quod multum ab æquitate discrepat, & a ratione discordat, ut schismaticus Catholicus, & intrusus canonicè electo debeat anteponi. Rogo igitur & humiliter postulo, ut postquam Deus pacem Ecclesiæ suæ reddidit, mihi quoque de jure mea reddatur Ecclesiæ: ut sicut fui socius tribulationis, ita sim particeps consolationis & gaudii.

LXXIV. Cui Papa satis benigne respondit: Devotionem tuam, fili charissime, quam erga Romanam Ecclesiam & personam nostram habuisse dignosceris, manifeste recolimus; & ardorem fidei tuæ publice protestamur; multum nostræ parti vester adventus contulit, multum nostra Ecclesiæ de vestra societate profecit. Et nos quidem, Deo teste, pro utilitate vestra sumus valde solliciti, & facere quæ vobis expediant, tenemur obnoxii. Nolumus honorem vestrum minuere, sed augere; nolumus vobis inferre injuriam, sed gloriam ministrare. Non debet autem a vestra memoria excidisse, quod sæpe nobis & Nuntis & litteris significastis, quod si inter Ecclesiam & Imperium pax non posset aliter fieri, nisi Moguntino Archiepiscopatu a vobis dimisso (licet hoc vobis grave resideret plurimum & molestum) tamen pro bono pacis hanc jacturam æquanimiter pateremini; volentes honorem Ecclesiæ honori vestro, & illius commodum vestris utilitatibus antepone. Et ecce Imperator cum magna instantia asseverat,

quod nullatenus in pace Ecclesiæ remanebit, si Christianus Cancellarius a Moguntinæ sedis fuerit prælatione dejectus. Nos autem absque vestra notitia nullum suæ petitioni adhuc volumus dare consensum, nec vobis ignorantibus, aliquid præbere responsum. Tunc Conradus benignam Apostolici responsonem considerans, & voluntatem ejus rationi consentaneam esse cognoscens; consultandi super hoc cum amicis suis a Papa inducias petiit, & accepit. Habito itaque consilio, ad Papam rediit, & humili voce respondit:

Licet, reverende Pater, mihi injuriosum sit pariter & molestum, ut Ecclesiam meam debeat sine culpa dimittere, & locum mei regiminis, nulla offensa interveniente, mutare; tamen quia ad meum spectat officium, non quæ mea, sed quæ JESU Christi sunt, querere: nolo, ut occasione mei pax inter vos & Imperatorem facta remaneat, & discordia sepulta resurgat. Pro pace Ecclesiæ conservanda, pro qua Christus vitam suam perdidit, libenter volo meum honorem perdere, & cum meo damno utilitati Ecclesiæ providere. Et idcirco, ut omnis materia discordiæ & scandali auferatur e medio: Moguntinum Archiepiscopatum in potestate vestra sponte relinquo, & me liberalitati vestræ & patrocinio recomendo. Quo audito, Papa lætus effectus, habito cum Imperatore consilio, prænominatum Conradum Cardinalatus illi & Sabinensis Episcopatus dignitate servata, in Saltzburgenſi Ecclesiâ honorifice fecit eligi. Nam filius Regis Boemæ, qui eidem Ecclesiæ præerat, pro eo quod de simonia, & quibusdam aliis criminibus coram Papa fuisset accusatus, de merito suæ causæ diffidens, commissam sibi Ecclesiam in manu Papæ spontanea voluntate remisit; sicque factum est, quod Alexander Papa, sicut vir providus & discretus pro conservanda pace Ecclesiæ utens dispensatione canonica, Conradum quondam Moguntinum Archiepiscopum in Saltzburgenſem Ecclesiam sublimavit. Christiano autem Cancellario Moguntinam Ecclesiam auctoritate Apostolica confirmavit, & tam ei, quam Philippo Colonienſi Archiepiscopo, qui a suis Suffraganeis, & Catholicis fuerant consecrati, recepto ab utroque jura-

LXXV. Conradus Archiep. Mogunt. sponte se pro bono pacis abdicat.

LXXVI. Privilegium Crucis Alexand. Papa concessit Romualdo.

Schismatici re-
versi.

LXXVII. Romuald. Archiep. Salernit. alloquitur Imp.

ramento obedientiæ, pallia de more concessit.

Alexander autem Papa prudentiam & litteraturam Romualdi Salernitani Archiepiscopi diligenter attendens, & devotionem, quam erga Romanam Ecclesiam semper habuerat, recolens: ad petitionem ipsius Archiepiscopi, communicato fratrum suorum consilio, ipsi & successoribus ejus usum & dignitatem portandæ Crucis per civitatem, & totam suam parochiam Apostolica auctoritate concessit, & donum, quod exinde Salernitanæ Ecclesiæ in perpetuum fecerat, sui privilegii munimine roboravit.

Hoc etiam silentio prætereundum non est, quod schismatici, qui in diversis Ecclesiis Tusciæ & Lombardiæ auctoritate Imperiali intrusi fuerant, & quidam dicti Cardinales, qui Joanni de Siruma adhaerent, audito quod Imperator cum Ecclesiâ & Papa Alexandro pacem fecisset: penitentia ducti, Venetias festinogressu venientes primo schisma quod defenderant, abjurabant; dehinc per sancta Dei Evangelia promittebant, quod de excessu quem fecerant, domini Papæ Alexandri mandato starent; & eum & successores ejus in Catholicum Papam recipe-
rent. Et sic ab excommunicationis vinculis absoluti ad ejus pedes accedebant.

Pace igitur, ut prædicimus, inter Imperatorem & Regem Sicilia facta pariter & jurata, Nuntii Regis ad Imperatoris palatium, ipsum ex parte regia salutaturi iverunt. Quo cognito, Imperator de camera sua egressus, eos, multis astutibus, satis honorifice & benigne suscepit. Cumque Romualdus Salernitanus Archiepiscopus de faldistorio suo surgens, stans loqui voluisset: Imperator eum sedentem loqui præcepit. Facto itaque silentio Archiepiscopus sic est exorsus: Dominus noster gloriosus Rex Sicilia dominum Imperatorem, qui est in presentiarum, sicut charissimum amicum, & fratrem suum devote pariter & affectuose salutatur; & per nos magnificentiæ Imperiali significat, quod cum hoc anno Nuntii sui ad dominum Papam pro bono pacis Anagninam advenissent, scripsit dominus Papa domino nostro glorioso Regi, ut aliquos de latere suo ad eum mitteret, qui cum eo tractandæ pacis colloquio interessent. Do-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS non posset, resignasse in manu sua Ecclesiam Saltzburgenſem, & Gurcensem ac Patavienſem Episcopos Ecclesiæ Saltzburgenſis Prælatos, de celebrandâ electione, mandato suo recepto e-
legisse Conradum quondam Moguntinum Archiepiscopum, seque eorum electioni assensum præstitisse. Scripsit etiam Fridericus Imp. omnibus Prælatiſ Saltzburgenſis Ecclesiæ, Clero & populo, significavitque, quoniam per duos sibi invicem oppositos Ecclesiâ graviter distra-
cta fuisset, tam domino Papæ, quam sibi vi-

XII. Qui Con-
radus in
rado Pa-
latino
concedi-
tur.

toris haberi capit, persuasit, & jussit eum cedere loco; illeque reniti non poterat; quia non erat, qui adjuvaret. Tunc missa sunt littera a domino Papa, & a Domino Imperatore omnibus in Episcopatu Saltzburgenſi constitutis.

Refert postea Chronographus literas Alexandri III. Capitulo Saltzburgenſi, & Prælatiſ Ecclesiæ illius Metropolis datas Venetiis in rado Patavo alto V. Idus Augusti. In iis ait Pontifex Adalbertum quondam eorum Archiepiscopum, videntem necessitatem Ecclesiæ Saltzburgenſis, & quod ipse Imperatoris gratiam recuperare non

minus autem Rex devotissimus filius ejus ad petitionem illius Comitem Rogerium, virum utique providum & discretum, & de sanguine regio ortum, & me cum eo ad ejus presentiam destinavit, ut in perficienda pace adutores essemus pariter & presentes: non quod dominus noster Rex pacificus cum domino Imperatore aliquam credat habere discordiam. Ipse enim sicut Catholicus Princeps, & pacis filius omnes Christianos Principes diligit, & quantum in eo est, cum illis pacem & concordiam habere credit. Solos inimicos Crucis Christi crudeli odio mari & terra persequitur. Inde est quod non parciſ pecuniæ, non indulget expensis; sed singulis annis biremes suas præparat, & cum eis armatam militiam destinat, ut hostes Christianæ Fidei devincat pariter & confundat: & euntibus ad Sepulcrum Domini securum iter præparet & expediat. Alii mundi Principes, subditos suos vehementer impugnant, & cum inimicis Fidei pacem facere non formidant. De Sepulcro Domini, quod a Sarracenis impugnatur, non multum cogitant; & eum, qui solus ipsum defendere nititur, impedire festinant. Alii quæ sua sunt querunt: solus Rex noster, quæ JESU Christi sunt devotus inquit. Cum ergo ipse in Dei servitio tam sanctam & puram devotionem habeat; vos, domine Imperator, qui Ecclesiæ Dei specialis estis filius & defensor singulari amoris privilegio præ cæteris mundi Principibus dominum Regem & venerari debetis pariter & amplecti: qui Dei Ecclesiam semper intendit extollere, & inimicos ejus non desinit impug-
nare. Nulla & inter vos & dominum Regem dissidii causa vel odii seminarium intervenit. Dominus enim Rex a magnificentia vestra se numquam offensum meminit, vel vos in aliquo offendisse cognoscit; sed certum apud eum & firmum existit, quod si Imperiali majestas cum regia magnificentia perfectæ pacis vinculo fuerit cuncta, Ecclesiæ Dei & toti Orbî magnum poterit commodum provenire. Archiepiscopus verba finierat. Protinus Imperator per Gotifridum Cancellarium suum ad ejus verba respondit, dicens:

Salutes ex parte illustris Regis Sicilia per vos magnificentia nostræ transmissas ea qua decet reverentia & honore suscipi-

LXXVIII. Pe Can-
cellar.
quid res-
pondeat
Imp.

Nnn 2

sum fuisse utile utrosque removeri, & accedere ad electionem novi Archiepiscopi, ac eam accidisse in personam Conradi Palatini consanguinei sui: denique se eos commonere, ut quod tam a domino Papa, quam a se factum est, ratum teneant. Literæ datæ sunt Venetiæ. Sicque Adalbertus, sine Archiepiscopatu remansit; mortuo tamen Christiano Moguntino Archiepiscopo Conradus Palatinus rediit ad Ecclesiam Moguntinam, & Adalbertus ad Saltzburgenſem, ut suo loco narrabimus.

pimus, & eidem loco & tempore opportuno rependere multiplices procurabimus. Quod autem tam idoneas & elegantes personas ad pacis nostrae colloquium destinavit, nostrae excellentiae satis gratum refidet & acceptum: quia ex Legatorum suorum scientia, probitate simul & * facietia, delegantis domini auctoritatem perpendimus, & a nobis merito in numero summorum Principum reputatur, qui talibus & tantis personis praesse dignoscitur. Quod vero significastis, eum erga serenitatem nostram amicam gerere voluntatem: hoc verum esse, rerum experientia comprobavimus. Nam licet popularis opinio nos ad invicem esse crederet inimicos; tamen inter nos haberi pacem & concordiam operis exhibitio demonstravit, quia eum & terram ejus numquam offendimus, & nos ab eo in nullo offensos veraciter profitemur. Et quia ipse praee universis mundi Principibus inimicos Crucis Christi mari & terra persequitur, & cum hostibus Christianae Fidei guerram semper & discordiam habere dignoscitur: nos illi tanquam Catholico Principi & pacis filio, pacem nostram gratanter offerimus, & eum sincere charitatis brachiis amplexamur. Nam in veritate cognoscimus, quod ex hoc mutuae dilectionis affectu Ecclesiae Dei provenit non parva utilitas; Christianis omnibus, & praecipue ad domini Sepulcrum euntibus magna securitas; Infidelibus autem terror, confusio pariter & egestas. Quo audito, Regis Nuntii Imperatori de bona voluntate, quam erga Regem se habere dicebat, gratias referentes: accepta ab eo licentia, ad sua hospitia alacres sunt reversi.

* sapientia,

LXXIX. Petunt Nuntii scribi pacis diploma.

Ipsi autem, sicut viri sapientes & providi, metuentes, ne pacis factae memoria longaevis temporis aboleret: dederunt studium & operam diligentem, ut forma pacis, quae inter Imperatorem & Regem facta fuerat, Imperiali jussione redigeretur in scripturis: ut eam de caetero non posset temporis vetustas destruere, quam Imperialis privilegii scriptura servaret. Ad petitionem igitur eorum pacis inter Imperatorem & Regem inita scriptum est privilegium, & sigilli aurei impressione munitum. Ut autem praenominati privilegii notitiam semper habere possit securura posteritas: ejusdem privilegii exemplar huic nostro operi dignum duximus annotare.

Diploma pacis inter Imp. & Regem Willelmum.

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen, &c.
Nos Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, & Henricus Rex filius noster interventu venerabilis Patris nostri Alexandri Dei gratia summi Pontificis & fratrum suorum Cardinalium, pro parte nostra & heredum nostrorum pacificum vobiscum, domine

Willelme, eadem gratia illustris Rex Siciliae, quod amodo usque ad quindecim annos observabimus vobis & heredibus vestris, & universo regno vestro, & toti terrae dominationis vestrae veram & firmam pacem. Et quod per nos, vel per quoslibet alios mari vel terra vos praedictum illustrem Regem & heredes vestros, aut regnum vestrum, & terram dominationis vestrae, sicut praescriptum & determinatum est, usque ad quindecim annos non invademus, nec invadi faciemus, nec vobis, aut regno vestro, & jam dictae terrae dominationis vestrae guerram aliquo modo faciemus. Et ut haec omnia superscripta firmiter & illibata a nobis suprascripto Friderico Dei gratia Romanorum Imperatore & semper Augusto, & Henrico filio nostro Rege, & heredibus nostris, tam vobis suprascripto illustri Regi Willelmo, quam heredibus vestris, & regno vestro, & toti terrae dominationis vestrae attendantur, & observentur: nos praedictus Imperator bona fide, sine fraude & malo ingenio, in praesentia beatissimi Patris nostri Papae Alexandri & Cardinalium, & Legatorum vestrorum Romualdi venerabilis Salernitani Archiepiscopi, & Rogerii egregii Comitiss Andriae, & Principum ac fidelium nostrorum, a Comite Henrico de Dießa in anima nostra, super sancta Dei Evangelia, & Sanctorum reliquias jurare fecimus, & Henricum filium nostrum per interpositam dignam personam in anima sua idipsum jurare faciemus usque ad medium futurum Septembrem Indictionis undecimae. Et Principes nostros idem jurare fecimus, videlicet Moguntinum Archiepiscopum, * Arnoldum Trevirensis Archiepiscopum, Conradum Voormatiensem electum, Gotifridum Imperialis aulae Cancellarium, Guorvvinum Protonotarium, Marchionem Theodoricum de Sufiz, Florentium Comitem Hollandiae, Comitem Diedonem de Groyx, Comitem Henricum de Dießa, Comitem Robertum de Diuna. Ad hujus autem pacti promissionis & juramenti nostri & Principum nostrorum memoriam, & inviolabile firmamentum, praesens privilegium nostrum per manus * Voortvini Protonotarii nostri scribi fecimus, & Imperiali sigillo nostro aureo sigillatum, & praedictorum Principum juramento communitum, vobis superscripto illustri Regi Willelmo fecimus assignari. Anno Dominicae Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense Augusti, decima Indictione.

* al. Bertoldum.

* Guorvvin.

LXXX. Alia ad confirmationem pacis procurata.

Postquam vero Imperator praescriptum privilegium Nuntiis Regis tradidit, & quod missurus esset Christianum Cancellarium in Siciliam pro recipiendis juramentis ei similibus repromisit; praenominati Nuntii non contenti Imperiali privi-

legio, ad majorem certitudinem pacis inite robur & firmamentum, aliud privilegium a Papa & Cardinalibus Romano fecerunt more conscribi, in quo Imperiale declaratum est privilegium, & auctoritate Sedis Apostolicae roboratum. Quo facto Huzizo Cardinalis ex mandato Papae & Imperatoris cum Imperialibus literis, & cum Notario Salernitani Archiepiscopi, & Capellano Comitiss Rogerii ad castellum Gayvae, ubi Imperatrix cum Henrico Rege filio suo morabatur, advenit. Praesentibus itaque Imperatrice, Rege Henrico filio ejus, C. Marchione de monte Ferrato, & quibusdam de rectoribus Lombardiae, & Notario Archiepiscopi, & Capellano Comitiss, & multis aliis probis & idoneis viris, Verdensis Episcopus stola collo imposta, ex mandato Imperatoris & Regis Henrici, in anima ejus super sancta Dei Evangelia & reliquias juravit, quod ipse Rex Henricus pacem Ecclesiae & Imperii, sicut a patre suo jurata fuerat, & pacem Regis Siciliae usque ad annos quindecim, & treguas Lombardorum usque ad sex annos bona fide, sine fraude & malo ingenio firmiter observaret.

Concil. Venetiis celebratum generale.

LXXXI.

Excommunicatio in turbatores pacis.

Adventibus autem vigiliis Assumptionis B. Virginis, quae eo tempore in die Dominico advenit, Alexander Papa cum Episcopis suis & Cardinalibus, cum Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus Alemanniae, Lombardiae, & Tusciae, cum Imperatore, & Duce Venetiae, cum Nuntiis Regis Siciliae, & magna populi multitudine in Ecclesia beati Marci conveniens, solemne ibidem Concilium celebravit. Haec Acta.

De quibus ne quid dubites, habes inferius recitata anno Redemptoris millesimo centesimo octogesimo quinto Acta Veronensia, de congressu Lucii Papae Tertii cum Imper. ab auctore ejus temporis scripta in quibus ab eodem Lucio Papa citantur Acta ejusdem Concilii Venetiis ab Alexandro celebrati, quod & ob praesentiam summi Pontificis, consentumque frequentem Episcoporum nominat idem Lucius Concilium generale, a cujus sancitis decretis nec latum unguem sibi recedendum fore, ibidem coram Imperatore contestatus est. Sed prosequamur reliqua ad ipsam spectantia. Pergit enim Romualdus: Dicitur itaque orationibus & Litaniis, & aliis, quae de more in Concilio sunt dicenda, & longo sermone de pace habito: Alexander Papa candelas accensas Imperatori, & clericis, & laicis, qui ibi aderant, dari praecipit. Et ipse excommunicationis formam hoc modo proposuit: Nos ex parte Dei omnipotentis, & beatae Mariae semper Virginis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & omnium Sanctorum excommunicamus, & a

gremio matris Ecclesiae separamus omnes personas tam Ecclesiasticas, quam seculares, quaecumque pacem, quae inter Ecclesiam & Imperium modo facta est, & pacem Regis Siciliae usque ad annos quindecim, & treguas Lombardorum usque ad annos sex, aliquo modo disturbare, vel impedire praesumpserint. Et sicut haec candelae extinguuntur; sic eorum anima aeterna visionis lumine & claritate priventur. Cumque candelae projectae essent de manibus, & extinctae: Imperator alta voce cum aliis, Fiat, Fiat, pariter acclamavit. Sicque Concilium celebratum est, & solutum. Hucusque Romualdus de Concilio quam brevissime, alia multa praeteriens, quod alio tenderet sua oratione: sunt alia pleraque de eodem Concilio enarrata a Rogerio, qui eodem vixit tempore: nam in Annalibus Anglicanis haec habet:

LXXXII.

In hoc Concilio Joannes Abbas de Struma, qui vocatus fuerat Papa Callistus, qui etiam tertius & ultimus schismatis hujus Antipapa extiterat, degradatus est, & ab ipso Imperatore, & ab omnibus Principibus Ecclesiasticis & secularibus dejectus est & reprobatus. Similiter omnes Archiepiscopi, & Episcopi, & Abbates Teutonici regni, qui ab eo, vel ab aliis Antipapis praedecessoribus suis, videlicet ab Octaviano, qui Papa Victor vocabatur, vel a Guidone de Crema, qui Patriarchalis vocabatur, ordinati fuerant, degradati sunt: & altaria, quae ab ipsis, sive ab ordinatis suis dedicata erant, demolita sunt.

* al. Salliburgensem. De Conrado Archiep. Moguntino.

In hoc autem Concilio Conradus frater consobrinus praedicti Imperatoris recepit a manu Alexandri Papae Archiepiscopatum * Sanceburge, & legatiam totius Teutonici regni in vita sua habendam. Iste vero Conradus cum electus esset tempore schismatis ad Archiepiscopatum Moguntinum, noluit ab Octaviano Antipapa consecrari, sed malens inter Catholicos pro nomine Christi pauper vivere, quam inter schismaticos divitiis transitoris abundare, venit usque Senonem civitatem ad Alexandrum Papam: a quo benigne susceptus factus est Episcopus Cardinalis de Episcopatu * Savinae. Et Christianus Imp. Cancellarius successit ei in Archiepiscopatu Moguntino, & pallium suscepit a Guidone de Crema. Quod quia ab eo receperat; propriis manibus suis combussit Venetiae in Rivoalto, in palatio Patriarchae, coram Alexandro Papa & Cardinalibus universis, & a domino Papa absolutus est: & remansit Archiepiscopus Moguntinus, & pallium ab Alexandro recepit. Hucusque Rogerius Pergit vero Romualdus:

* al. Salliburgensem.

Eo autem die Nuntii Regis Siciliae, accepta a Papa & Imperatore licentia; cum ga-

LXXXIII.

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.Reditus
Legato-
rum Reg.
in Sici-
liam.

galeis suis ad monasterium S. Nicolai, quod, Ad litus, dicitur pervenerunt, celebrato ibidem festo Virginis, altero die Adriaticum mare intrantes, aura flante secunda, nono die stante, idest remanente, mensis Augusti, sani & incolumes cum omnibus suis Barolum descenderunt. Archiepiscopus itaque & Comes Rogerius communicato consilio, Nuntium suum cum litteris in Siciliam direxerunt, modum & ordinem gestæ pacis Regi plenarie significantes. Et hoc facto, Comes Andriam rediit, Archiepiscopus autem Salernum venit. Rex vero eo tenore litterarum pacem factam & juratam esse cognoscens, latatus est valde, & per litteras suas Archiepiscopo & Comiti dedit in mandatis, ut ad eum festino gressu in Siciliam properarent. Sicque factum est quod Archiepiscopus & Comes, sexto die intrante mensis Novembris, Panormum ingressi, a dominis & familiaribus Curie, & reliquis magnatibus honorifice sunt suscepti. Altera vero die coram magnificentia regia ventientes, ei a principio usque ad finem totius negotii modum & seriem plenissime retulerunt: & privilegium Papæ Alexandri & Imperatoris de pace factam & roboratam eidem (suis familiaribus presentibus) assignarunt. Rex igitur ex tenore privilegiorum præter spem & opinionem suam, pacem ad honorem suum & commodum factam esse considerans, Archiepiscopi & Comitis super hoc fidem & prudentiam plurimum commendavit, dans illis in mandatis, ut Imperatoris Nuntios, qui in Siciliam erant venturi pro recipiendis juramentis, equanimiter expectarent.

LXXX-
IV.
Romualdi
Archiep.
auctoris
perora-
tio.

Hæc autem omnia, quæ prædiximus, ita gesta fuisse, nulli dubitationis, vel incredulitatis scrupulum moveant, quia Romualdus secundus Salernitanus Archiepiscopus, qui vidit, & interfuit, scripsit hæc: & scitis, quia verum est testimonium ejus. Interea, dum Imperator per totum mensem Augusti, & aliquam partem Septembris esset Venetiis demoratus, accepta a Papa licentia, tertiodecimo die ejusdem mensis a Venetiis recedens, Ravennam venit, per vallem Spoletinam in Tusciam descensurus.

Reditus
Alexand.
Pap. A-
nagniam.

Dominus autem Papa omnibus, quæ in partibus illis facienda erant, rite dispositis in mense Octobris, cum quibusdam de Cardinalibus a Venetiis movens, cum quatuor galeis Venetorum, secundo die stante, id est remanente, ejusdem mensis, Sipontum applicuit; & inde per Trojam, & Beneventum, Anagninam festinus advenit. Quidam vero de Cardinalibus eum per terram sunt persecuti. Magister autem Rainerius Cardinalis, & Græcus subdiaconus cum Christiano Cancellario in Romaniam descenderunt, pro restauratio-

ne regalium, quæ Imperator invaserat, recipienda. Dum autem Papa a Siponto Anagninam veniret, Ecclesie peccatis exigentibus, Hugo de Bononia Cardinalis Beneventi est mortuus, Vuillelmus de Papiæ Portuensis Episcopus apud Aversam obiit, Manfredus Prænestinus Episcopus apud Anagninam diem clausit extremum. Hucusque de his codex Salernitanus, Longobardo caractere conscriptus, a nobis inde petitus, collatusque cum codice sancti Petri in Vaticano, haud integro, sed sine carente. Eadem plane, sed brevius narrat Rogerius in Anglicanis Annalibus, qui etsi non fortasse, ut recitati nuper auctores, ea vidit quæ scripsit; tamen, ut qui eadem vixit ætate, ea quæ sunt ejus temporis, accurate descripsit. Quibus his omnibus summa fide conscriptis, atque candida sinceritate decursis cum astipulentur recitata superius Acta ipsius Alexandri Papæ: cuncta quæ ab his discrepant, mendacia esse penitus convincuntur, atque potissime refelluntur asserta in Chronico Bessarionis posteriori loco; sui enim & obliqui est mensura rectum.

His igitur tamquam ad Lydium lapidem admotis, cuncta eodem argumento conscripta, vel picturis expressa, vel cujusvis generis monumentis signata, quæ noveris ab iis discrepare, redargue. Quod autem partis posterioris auctorem nemo sit, qui rebus gestis interfuerit, & quæ viderit, ea scripserit, sed quæ tantum audierit: nullo pacto sunt conferendi cum recitatis a nobis Scriptoribus. Sed & quod illis adversantes inter se ipsos magnopere in pluribus discrepant, errent vero omnes in iis quæ sunt temporis, dum non hoc uno anno ista gesta esse recensent, sed & superiori, atque sequenti; quodque litteræ Friderici ad hæc probanda adductæ nulla temporis consensione jungantur, cum datæ ponantur anno vigesimosexto Imperii, qui est annus salutis millesimus centesimus octogesima, & signentur Indictione undecima, qui est annus Christi millesimus centesimus septuagesimooctavus, & inconvenientia temporis contrarium firment; ab eisdem prorsus recedere, & superioribus inhærere non solum suadeant, sed plane cogant: stet asserta primæ sententiæ veritas omni contradictore superior, nec labefactetur ulla assertione mendaciorum.

Quorum illud cæteris magis indecorum, quo assertitur factum illud arrogans, & penitus insuetum, quod humiliatum ad pedes Pontificis caput Imperatoris pede ipse presserit, atque insultaverit, verbis illis ex Psalmo petitis: (a) Super aspem & basiliscum ambulabis, & concalcabis leonem & draconem. Et quod læsus Imperator in ipsum illud intorse-

LXXXV.

LXXX-
VI.
Menda-
cissima de
Alex. fa-
ctu asserta
convincuntur.
(a) Psal.
90.CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

rit: Non tibi sed Petro. Cui retorserit Alexander arrogantius dictum hujusmodi: Et mihi, & Petro. Abhorrens est quidem a tanti Christi Vicarii mansuetudine turgens fastu facinus, penitusque alienum ab ipsis moribus tot actionibus probe notis. Quantæ enim fuerit animi demissionis & moderationis, benignitatis, lenitatis, paternæque charitatis ad alliciendos ad poenitentiam peccatores, ad curandos ipsos poenitentes omni genere obsequii & indulgentiæ, cum facile sit ex scriptis & factis ipsius superius recitatis elicere, asserere, & confirmare: notius plane & evidentius fiet ex his quæ ex eodem auctore anno sequenti dicentur, cum Callistum pseudopapam, pestem Ecclesie, ad se venientem poenitentem recepit.

LXXX-
VII.

Si quid enim hujusmodi per Alexandrum Papam fieri contigisset: quomodo referre prætermisissent Scriptores illi, qui minima quæque prosequuti sunt, quippe qui præsentibus cum essent, ea cuncta singulaque totidem verbis, ut prolata sunt, summa diligentia scriptis prodidere, ut vidisti fecisse Legatum Regis inter alios Romualdum? Quomodo rem tantam sui magnitudine mirandam, novitate singularem, indecentia monstruosam, etsi non ab aliis, certe æmulatorum adversariorum tubis perstreptibus pervulgandam, reliquisse potuere silentio penitus obvolutam, ut quasi ex condito, nullus eorum Scriptorum, reliqua cuncta scribentium, de his verbum fecerit? Tu vero, prudens Lector, qui latis vidisti, quanto cum labore, industria, arte, patientia cum prudentia, tot annis in hoc ipsum laboraverit Alexander, ut vel aliquod saltem leve poenitentiae signum extorqueret ab obstinatissimo persecutore: quomodo in animum induces, ut credas, jam ipsum ad hoc tanto labore inductum Imperatorem atque suatum, eo modo exasperatum factis, & dictis inurbanis, inusitatis, duris, & asperis per Pontificem exacerbatum, ut (quantum in ipso fuit) cum a poenitentiae remedio procul abigeret, quem jam (ut vidisti) absolutum recepisset in Ecclesia poenitentem? Stet igitur ipsa historia candore suo nitens, atque sinceritate & veritate ex testificatione, eorum, qui interfuerunt, constans & firma in omnibus comprobata. Sed ex iis jam disputationibus emergentes, enarrata opera Dei consideremus.

LXXX-
VIII.
Dei im-
mensa o-
pera præ-
dicantur
in Eccle-
sia prote-
genda.

Quis hæc tanta non deficiat admirando, cujus & præ gaudio ob excessum animus exultando non jubilet, & manus coronas nectat, lingua vero victoriam occinat hymnum Christo Victori, cui & erigat simul de superatis insuperabilibus inimicis trophæa perpetuo permanens? Sed & quis exultando non insul-

tet simul in hostes Ecclesie, & exprobrat in omnes ejus persecutores illud propheticum Isaia: (a) Congregamini (a) Is. 8. populi & vincimini, & audite universæ procul terræ: Confortamini & vincimini: Accingite vos & vincimini: Inite consilium, & dissipabitur: Loquimini verbum, & non fiet, quia nobiscum Deus? Quot conciliabula in perditionem Ecclesie collegit impietas? Quot movit, & extincta sæpe adversus Dei Ecclesiam renovavit bella Alemannicus furor, pollens imperantis auctoritate; quæ cuncta ad nihilum deduxit fortior cunctis divina potentia? Tu ipse scripta perlegens, vidisti Lector, & considerasti puto, admiranda opera Dei, cujus finis est, dispergere superbos, & omnem arrogantem humiliare, atque confundere. Nonne hic ille, qui ab initio sui nascentis Imperii adversus Romanam Ecclesiam quibus potuit viribus insurrexit? quique tyrannice sibi vendicans Sedem Petri, cui voluit, tertio jam prostituit? ut & ipsi jure illud aptari potuerit sacrum elogium: Omne sublime videt, ipse est Rex super omnes filios superbiæ. De quo & dictum: (b) Numquid facies tecum (b) Job. 4. pactum, & accipies eum servum sempiternum? Quod non alicujus sit creaturæ tanta ista perficere, sed tantummodo illius, qui est Rex (c) Regum, & Dominus dominantium. Qui coegerit eminentissimam majestatem ad pedes procumbere servi servorum ejus, ipsosque exofculari, gestare ipsum dextera, atque stratoris munere eidem fecerit inservire. Quique mutaverit fremitum rugientis leonis, magno plane miraculo, in balatum errantis atque opem quaerentis oviculæ. Ita plane: nam sicut (d) (d) Job. 41. rugitus leonis, ita & terror Regis, qui tot feralibus editis, repetitis, & proclamatis edictis, eorum tonitru concussit terrarum Orbem. Qui insuper perstreptentem spiritum (e) grandem & fortem, (e) Prov. 20. subvertentem montes, & conterentem petras in sibilum converterit auræ tenuis; in spumam gracilem redegerit mare tumescens; atque in cineres frigidus resolverit fornacem, univrsam Orbem Catholicum inflammantem. Exulta pro his, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Epinicia hæc a Fidelibus canenda proponimus, illud Davidicum intonantes: Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem: Idem inquam, ipse qui super firmam petram fundavit Ecclesiam, ut nec portæ inferi prævaleant adversus eam.

At licet victa sæpe recurgit impietas, cedere nescia, cum cedere tamen ipsi veritati omnino quantumlibet refractaria cogatur etiam invita. Ita quidem post hæc

LXXX-
IX.

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

hæc Fridericus. Nulla enim juramenti habita ratione, divinis & humanis legibus violatis, simulac est ingressus Æmiliam, collectis militibus, statim Bertinorum castrum munitissimum est aggressus: quod oppidum multiplici jure ad Ecclesiam pertinebat, eoque potitus est. Cujus rei gestæ series ita in Actis vitæ Alexandri Papæ describitur: *Illud autem silentio prætereundum non duximus, quod Imperator, ex quo Casenam pervenit, utens consilio malignantium, accessit juxta Bertinorum, & accersitis ad se prædictis Papæ Nuntiis, videlicet R. diacono S. Georgii, & R. subdiacono Apostolicæ Sedis Cardinalibus, & P. Dapifero ejusdem Pontificis, instanter postulavit ab eis possessionem illius castri cum omnibus pertinentiis suis. Quibus benigne responditibus & mansuete, quod sine licentia & mandato domini sui Romani Pontificis hoc facere non possent, nec deberent: Imperator confestim eos diffidavit, & exercitu circumquaque collecto, ipsos de castro ejecit, & sine conflictu ac pugna inexpugnabile castrum illud cepit, & sibi ac filio suo Regi ab omnibus ipsius loci jurare fecit obedientiam. Nec mirum cum inter Bulgaros & M. inardos, qui erant fortiores ipsius loci milites, jam emerisraut emulationes, & altera eorum pars Imperatori favorem præstabat.*

Quod factum postquam ad aures ipsius Pontificis pervenit: per majores Ecclesiæ personas eundem Imperatorem paterne commouit, & ut possessionem ipsius castri sibi & matri suæ Romanæ Ecclesiæ in pacem restitueret, postulabat instantius. Ipse vero in voluntatis suæ duritia perseverans, restitutionem facere penitus recusavit. Quæ causa licet Pontifici & Ecclesiæ occasione ejus injuriæ recens pax utilissima Ecclesiæ, & Imperii concordia, dissolveretur: potius hoc ad tempus pati & dissimulare dignum duxit quam contrariis eidem Imperatori contraria respondere, quousque Dominus cor illius emolliat & suæ Ecclesiæ jura sponte restituat. Hæc ibi. At plane accidit illi, quod divinum oraculum deprompsit in Job: (a) In similitudinem lapidis aquæ durantur, &

superficies abyssi constringitur: quod videlicet, nullo Solis justitiæ radio cor ejus respersum, perfidiæ & obstinationis frigore invalescente, condensatum, permansit in filicem, quod humanitatis natura fluidum, & ad bonum derivari posse, aliquando dederit experimentum. At licet aliquando visus sit bonum sequi; non amore virtutis, Deique respectu, sed sui ipsius gratia, quod sibi professe putaret, illud effecit: ut non mireris, si cito aruit quod seminatum est super saxa, quæ non haberent humorem. At quæ dicentur inferius, ista magis ostendent.

Hoc eodem anno, quo Fridericus Imperator subiecit se Alexandro Pontifici, contigit (ut tradit Saxo (b) Grammaticus, qui tunc temporis ista scribebat) ut idem Alexander Papa legatione missa in Daniam, Absalonem Roschildensem Episcopum, virum pace, belloque spectatum, deque sancta Ecclesia ubique & semper optime meritum, renuentem licet ac penitus repugnantem auxerit Archiepiscopatu Lundenis Ecclesiæ. Sed præstat audire Saxonem ipsum: *Ea tempestate, inquit, Romani schismatis controversia, astipulante Casare Friderico pertinacissimo Germanorum errore, compluribus annorum curriculum alita, veri Pontificis Alexandri pedibus proculcata, succubuit, dividuumque Ecclesiæ statum Catholicæ concordia vinculum colligavit. Quo in tempore Regis Danorum, Lundenisumque necnon Absalonis Episcopi Roschildensis Legati Roma regressi, lato patriam nuntio compleverunt. Qui tametsi diversas atque contrarias res petitione, complexi viderentur: ea tamen Romani Pontificis industria sunt excepti, ut pars utraque sibi pro votis consultum gauderet. Nam & Absaloni Lundenis pontificatum assumere jussim, & Roschildensem administrare permissum. Ita geminum Ecclesiæ regimen in ejus jus ditionemque concessit, alterum præcepto, alterum indulgentia, sortientis. O novam & inauditam Curie munificentiam! Recusanti pallium ingestum est; insigneque, quod petentibus ægre præstari solet, repugnanti violenter imprimitur. Dignos humeros, quibus tam præ-*

provinciam Daniæ & Sueciæ, quam dignitatem magna cum Ecclesiæ gloria exercuit. Auctores tamen Dani pro suo quisque affectu ejus actiones commendant, aut damnant. Saxo Grammaticus non paucas, neque obscuras in deteriorem partem interpretatur, sed Krantius non solum excusat, verum extollit. Sunt tamen aliqua, quæ omnes in eo laudent, ingentem animi liberalitatem, & Zelum religionis Christianæ propagandæ, ut videre est apud Manricum in Annal. Cisterc. hoc anno c. V. & seq.

XCI.

(b) Saxo Gram. l. 14. in fin. Legatio ab Alex. Papa ad conferendum in-vito pal-lium.

XCII.

præclarum onus imponeretur! Veniens siquidem Romanorum Legatus Galandus, Lundenis Clero Roschildiam evocato, præsentem Absalonem non solum litterarum recitatione, quæ eum electioni parere jubebant; sed etiam anathematis comminatione, quo se adversus eum, si repugnare perseverasset, usurum dicebat, electoribus assentiri; fidemque obediens solemniter ab iisdem recipere coegit. Quem postmodum Lundenis in templo, pallio quod attulerat muneratus, die postero Ripensium electum Homerum religioso ejus ministerio pontificem consecrari conspexit. Itaque legatione sincerissime atque integerrime gesta, hibernis exactis, Romam revertit. Hæc Saxo, quibus & decimum-quartum suæ historiæ librum claudit.

Hic primum tentatum, ut duo uni coactione Pontificis (ut audisti) darentur Episcopatus. Quod tamen semel ex causa præsumptum, male apud plures transiit in exemplum. Ut autem ejus gerendæ rei Alexandro Papæ causam ingestam cognoscat, ex eodem auctore, sed nostris verbis, compendiosè hic totius rei gestæ series breviter est petenda.

Eschillus venerandus senes Lundenis Ecclesiæ metropolitanæ diu perfunctus munere Archiepiscopi, & Apostolicæ legationis fascibus oneratus, ut quiesceret, illud ab eodem Alexandro Pontifice importunus extorsit, ut litteras scriberet, quibus significaret, concedi sibi a pontificatu missionem, atque depositionem legationis amplissimæ dignitatis, quam cui vellet, conferre posset; ipsum vero monasticum posse habitum observantia Ordinis Cisterciensis suscipere: ut sic post labores sibi vacans, diem paratus expectaret vocationis ad Deum. Postquam vero is penes suos non nisi auctoritate Apostolicæ Sedis, locum promotionis ulatenus invenire potuisset: cum de subrogando successore suffragia peterentur, in eam sententiam pedibus itum, ut in Absalonem Roschildensem Episcopum omnium laudatissimum geminæ præfecturæ refunderetur onus. At ille numquam penitus se suæ Ecclesiæ, quam tot laboribus excoluisset a juventute, carere velle regimine cujusvis prætextu amplioris dignitatis, palam sæpe pluribus contestatus est verbis. Adeo ut nec rogatione Regis, neque precibus collegarum, aut amicorum suasionibus ad capellendam sedem præcipuam potuerit inclinari, quamvis & Eschillus id enim precibus efflagitaret. Verum cum importunitas existaret. *Ann. Eccl. Tom. XIX.*

PAGIUS XIV. Obitus S. Galdini Cardinalis & Archiepiscopi Mediolanensis anno superioris contigit, cum Auctor Anonymus ejus Vitæ coævus scribat: *Cum omnes fere Suffraganeos suos suis consecrasset temporibus, jam-*

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

gentium, & cogentium vis magis ac magis urgeret: ad appellationis remedium Absalon ipse confugit, provocans ad Apostolicam Sedem, ad quam oportuit, qui suam coram Pontifice causam ageret, Legatum mittere; ornatis ab altera parte legationibus ad Papam adversus eum, tam a Rege Waldemaro, quam ab ipsa Lundenis Ecclesia metropolitana. Quibus auditis Alexandro Romano Pontifici, sic transigere visum est, ut superius est recitatum. Et ne eidem Absaloni ulterius resistendi facultas, ac refragandi locus reliquus esset: anathematis vinculis colligandum nisi acquiesceret, oportuit comminari. Ista præcessit novi faciendi decreti nova atque suasibilis causa.

Hoc eodem anno decernitur legatio ab Alexandro Papa in Northmanniam. Causa autem hujus mittendæ legationis ita narratur a Rogerio in Annalibus Anglorum: *Eodem anno Petrus tituli sancti Chryzogoni presbyter Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus, quondam Meldensis Ecclesiæ electus, venit in Franciam, & ab Alexandro Papa in mandatis recepit, quod tota Northmannia, & omnes terræ Regis Angliæ cismarinæ & transmarinæ sub interdictione ponerentur, nisi Rex Angliæ ipse permisisset Richardum filium suum Comitem Pictaviæ ducere uxorem Aleciam filiam Ludovici Regis Franciæ, quam ipse Rex Angliæ jam diu & ultra quam timer eos convenerat, in sua custodia retinuerat. Quod cum Regi Angliæ constaret: appellavit ad præsentiam domini Papæ pro seipso, & pro terris suis. Et mox transfretavit de Angliæ in Northmanniam, & habito colloquio inter ipsum, & Regem Franciæ apud Iveri, undecimo Kalendas Octobris, coram prædicto Cardinali & magnatibus utriusque regni Rex Angliæ pater per suos fidem dedit, & in animam suam jurare fecit, quod Richardus filius ejus Comes Pictaviæ prædictam Aleciam in uxorem duceret, si Rex Franciæ pater puellæ dederit præfato Richardo Comiti Pictaviæ civitatem Bituricensem cum pertinentiis suis in maritagium cum filia sua, sicut conventio inter illos inde facta exigit, &c. Sic rebus compositis, sed non secuta dotis exhibitione, nec translatio sponsæ facta fuit: pax tamen per eundem Legatum inter utrumque Regem composita tunc fuit, cujus idem litteras scriptas recitat conventionis.*

Hoc eodem anno sanctus Galdinus Archiepiscopus Mediolanensis, ubi imple-

O o o fct

que civitas & Ecclesia sua, Domino faciente, ad pristinum statum esset restituta; cepit hæresis Catharorum in civitate pullulare, distractionis & schismatis præcedentis causa: quæ usque adeo peccatis exigentibus creverat, ut multi ipsam

XCIII.
Legatio Petr. Card. in Northmanniam.XC.
De Friderici perfidia invincibili.

(a) Job. 38.

PAGIUS XIII. Ad num. XCI. & seq. Eschylus Archiepiscopatū Lundenis, Legatione Sedis Apostolicæ, patria, cunctisque desertis Claramvallem iterum venit, ibique Monachum induit, postquam antea juxta facultatem ab Alexandro III. sibi factam successorem designasset. Substituit sibi Absalonem Roschildensem Episcopum propinquum suum, magnæ sanctitatis virum, qui non nisi pia plebis violentia perductus est ad Sedem Pontificali fastigio consecratam, uti narrat Saxo Grammaticus hujus temporis Auctor in lib. 14. & ex eo Baronius. Eschylus patria Danus, Regio genere ortus, Legatus fuit per

CHRISTI 1177.

ALEKANDRI III. PAP. 18.

FRIDERICI IMP. 23. MANUELIS IMP. 35.

CHRISTI 1177.

ALEXANDRI III. PAP. 18.

FRIDERICI IMP. 23. MANUELIS IMP. 35.

Obitus S. Galdini Archiep. Mediol.

set annos decem in sacra muneris functione (ut ejus vitæ Acta testantur) ex hac vita migravit, quem Deus miraculorum frequentia, ab eo post obitum editorum, declaravit inter Sanctos in Paradisum esse receptum. Extant quæ citavimus vitæ ipsius Acta, a Mombritorio priori Vitarum Sanctorum recitata. Claudat tandem longiorem hujus anni periodum elegans historiola, diplomatis Pontificis comprobata de admiranda pontis Avenionensis structura pernecessaria super Rhodanum, non agros tantum alveo proximos corrodentem sed homines plurimos absorbentem. Cum Deus miseratus humanum genus, pontis construendi parat magno miraculo per puerulum adhuc impuberem fundamentum, atque consummat grande opus. Cujus rei gestæ synopsis ex vita ejusdem multiplici auctoritate probata sic accipie:

XCV. Avenionensis pontis structura.

Anno Christi millesimo centesimo septuagesimo septimo, pastoritius puer nomine Benedictus, vulgo BENEZET, dum pasceret maternum gregem, tergemina JESU Christi compellatione admonitus est pontem facere in Rhodano. Puer exprobrans, primum negavit se posse ovium custodiam deserere, vel tantæ provin-

cia, cum inops esset, satisfacere. Cui cum Christus curam gregis, omniaque necessaria ad opus pollicitus esset, Benedictus se accingit itineri, ac in Angelum ejusdem habitus incidens, ab eo usque ad Rhodanum perductus est, ac ab eodem ob aspectum fluminis a re suscepta deterritus, iterum confortatus est. Angelo recedente puer transmittens fluvium, ac Avenionem ingressus, in media Episcopi concione intervenit: Audite me, inquit, atque intelligite: mittor a Christo ea de causa, ut faciam vobis pontem in Rhodano. Qua voce populus in risum conversus coram Præposito, eum sistere ab Antistite decernitur, quem monet Benedictus in structuram pontis aliquid largiri. En tibi saxum ingens, inquit, in meo atrio, sustolle in humeros, habebis fortasse unde tui pontis queas aliqua fundamenta ponere: tum te id posse intelligam. Puer, feram, inquit, saxum, & accersito Episcopo ac civibus, cui ferendo non forent triginta homines, expedite humeris portabat, fundamentum futurum tante molis. Eoque prodigio civitas universa stupefacta, Præpositus venia erroris impetrata, primus trecentos solidos pro ponte largitur, ac ejus exemplo alii in limine ad quinque millia nummorum con-

PAGIUS

psam hæresim, aliosque errores ausu temerario publice predicarent, & multa simplicium anima laqueis diabolica fraudis caperentur. Huic igitur savissima pesti vir sanctus se opponens, multis sermonibus, prædicationibusque populum suum ab illo stulto errore & vesania retraherebat; atque eum rudimentis Catholica fidei, quantum poterat, instruens, verbo proficiebat & exemplo. Cum autem decennium in suo expleisset Episcopatu, eodem die quo consecrationem, celebrata dominica Resurrectionis solemnitate, secunda post Pascha die dominica, in hæreticos zelo Dei accensus sancta Thecla Ecclesiam petit, de more divina in ea Officia peracturus. At quia corporis multa debilitate laborabat, Missarum solemnia a supra memorato Cimiliarcha (nempe Algisio Provano), qui postea successit, celebrari præcepit. Ipse vero confessione cum fratribus facta, priusquam Evangelii lectio populo recitaretur, pulpitem ascendens, contra præmemoratos Catharos, eorumque complices præclarissimam habuit orationem, eorum errores multis argumentis & rationibus apertissime, & quantum oportebat confutans, fidemque Catholicam multis sanctorum Patrum & Evangelicis comprobans scripturis. Post aliqua interposita subdit: Obiit autem B. Galdinus anno Natalis dominici MCLXXVI. Aprilis XVIII. Apud Monbritorium, qui nobis hanc vitam conservavit, legitur, anno MCXXXVI. omisso numero L. Aprilis XIX. loco XVIII. qui uterque error optime a Puricello in Monument. Basil. Ambros. num. 543. & seq. emendatus.

XV. Floret S. Benedicti fundator pontis Avenionensis.

Ad num. XCV. Pluribus agitur de S. Benedicto, vulgo San Benezet, fundatore pontis Avenionensis, in Actis SS. Bollandianis ad diem XIV. Aprilis, quo colitur. Contentus ero hic referre, quæ de eo habet Hugo Monachus Præmonstratensis cœnobii S. Mariani Autissio-

dorenensis, qui hoc tempore vivebat. Is in Chronico suo, cujus Collectanea edidit Nicolaus Camuzatus, eaque Roberto Autissiodorensi perperam attribuit, uti supra visum est, ad hunc Christi annum scribit: Ipso anno venit apud Avenionem adolescens, nomine Benedictus, dicens se a Domino missum, ut pontem super Rhodanum construeret: qui derisus est, cum sumptus non haberet, & cum præ magnitudine nemo crederet hoc facturum; sed populi ab eo nutu divino commoiti, illud opus citius perfecerunt. Idem fere habet Nangius in Chron. hoc anno. Dein Hugo ad an. MCLXXXIV. Benedictus, Avenionensis pontis auctor, sancta admodum vita juvenis, obiit, sepultusque est super pontem illum mirificum, magna jam ex parte constructum, ab ejusdem pontis initio septem annis circiter jam decursis. De Translatione corporis S. Benedicti ab aliquot annis facta, postquam pars pontis cecidit, legenda præfata Acta SS. Bollandiana.

XVI. Hæresis in Gallia in-gravescit.

Hoc tempore hæresis in variis Galliarum partibus invalescebat; nam Bernardus Guidonis Episcopus Lodovenis in Gestis Lemovicensium Episcoporum apud Labbeum Tom. II. Biblioth. pag. 269. agens de Geraldo Episc. Lemovicensi hujus nominis II. ait: Interemit cum militia & populo terra, Deo adjuvante, in territorio Brivensi duo millia & amplius Barbarisonum seu Scotellanorum (vel Cotarellorum) qui terram devastantes, Ecclesias quoque devastabant juxta castrum nunc inde a Malamorte appellatum, cum antea Bellefort nuncuparetur: quod actum est in die dominica Canamense Aprilis anno Domini MCLXXVII. Gervasius vero in Chron. hoc anno habet: Prolulaverat his diebus in Tolosani Comitatus territorio hæresis maligna, qua fidem & orthodoxorum Patrum Ecclesiastica instituta evacuant;

PAGIUS

contulerunt, unde cepit pons edificari. Perfectum est opus mirandum, dignum præconiis Pontificum Romanorum celebrari. Extat diploma Innocentii Papæ Quarti in Concilio œcumenico datum apud Paradinum in historia Lugdunensi quo additur, Benedictum fuisse puerum duodecim annos natum, natione Almi- Ann. Eccl. Tom. XIX.

XVII. Raimundus V. Comes Tolosæ ea de re ad Cistercienses scribit.

non solum vulgus simplex, sed & Ecclesia Dei Sacerdotes & Episcopos cum Principibus laicis tabe confecit nefanda. Hujus hæresis detestanda perversitas in literis Comitatus Tolosæ facilius poterit agnosci, quas idem Comes generali Capitulo misit Cisterciensi. Literæ illæ scriptæ a Raimundo V. Comite Tolosano nominatissimi Raimundi de S. Ægidio nepote ex Alphonso filio, in quibus inter alia ait: Qui sacerdotio funguntur hæresis fæditate depravantur, & antiqua olimque veneranda Ecclesiarum loca inculta jacent, diruta remanent, baptismus negatur, Eucharistia abominatur, penitentia parvi penditur, hominis plasmatio, carnis resurrectio abnegando respuitur, & omnia Ecclesiastica sacramenta annullantur, & quod dici nefas est, duo etiam principia introducuntur. Paulo post: Scitote, quia in tantum hæresis virulenta inviscerata manet, quod nisi manu Dei valida, ejusque brachio extento extirpari non potest. Taliū namque caput induratum quasi lapis sic manet, ut in stipulam ei fundantur lapides funda. Quoniam igitur spiritalis gladii virtutem nil perficere posse cognoscimus, ad tantam hæresis pravitatem extirpandam, oportet, ut corporalis gladii animadversione compellatur. Ad quod peragendum dominum Regem Francorum (Ludovicum VII.) accersivi vestris ex partibus persuadeo, quia per ipsius presentiam tanta mala finem suscipere suspicor. Ipsi quippe præsentis civitates aperiam, vicus & castella sub ejus censura tradam. hæreticos ostendam, & usque ad sanguinem in quocunque nostris indiguerit negotio, ad conterendos hostes, & omnes Christi inimicos illi assistam. Illuc venit anno sequenti Ludovicus VII. ut ibi videbimus.

XVIII. Fundatio Beguinatum.

Præter hoc tempore Ecclesiæ Leodiensis Radulphus, qui avaritiæ facibus succensus in foro rerum venalium vendi faciebat præbendas & beneficia, ut refert Ægidius Monachus Aureæ vallis in Episc. Leodiensibus cap. 52. Itaque cum huiusmodi vitii contaminatum esset Leodium, suscitavit Deus spiritum sancti cujusdam Sacerdotis viri religiosi, qui Lambertus le Begues, quia balbus erat, de S. Christophoro dicebatur, cujus cognomine mulieres & puella qua castè vivere proponunt, Beguines Gallicæ cognominantur, quia ipse primus extitit, qui eis præmium castitatis verbo & exemplo prædicavit, quæ accepit Ægidius ex Auctore anonymo Vitæ sanctæ Odiliæ. Auctor magni Chronici Belgici pag. 193. ait Lambertum construxisse Ecclesiam S. Christophori, & ibidem sepulturam accepisse anno Radulphi VI. septimo Kalendas Julii, anno sc. salutis MCLXXVII.

XIX. Earum institutum adhuc perseverat.

Commentitium itaque quod multi tradunt, eas a sancta Bagga Pippini Landensis filia & S. Gertrudis sorore nomen & originem accepisse; cum id gratis & sola nominis similitudine innixi asserant; contra vero eam institutionem Auctores coarcti & suppres adscribant Lamberto apud Chapeavillum lib. 2. Episc. Leodiensium pag. 128. qui antea pag. 118. dixit-

latensem, quod oppidum est in antiqua Burgundia: eumque tridui itineris spatium tribus horis emensum esse. Saxumque illud tredecim pedum longitudinem latitudinem septem habuisse. Absoluto autem ponte ipsum Romam petiisse, redeuntem vero Lugdunum adiisse, ibidemque pontem cum xenodochio ædificasse O o o 2 ac

rat, quæ scribit Ægidius de Radulpho, haussisse ex anonymo Scriptore eruditissimo, qui tempore Hadriani IV. Papæ floruit, & sequenti sæculo, quo S. Odilia & B. Joannes Abbatulus filius ejus vixere, vitam eorum scripsit, quæ adhuc inedita est. In Concilio Viennensi anno MCCCXII. celebrato Beguinæ damnatæ; Constitutiones tamen, quæ Clementina communi vocabulo nuncupantur (eo quod per dominum Clementem Summum Pontificem in Concilio Viennensi edita fuissent), cum propter multas latas excommunicationes, & ceteras juris penas in ipsis contentas nimis rigida viderentur, ad tempus suspensas, Joannes Papa XX I. fecit Parisiis & in aliis studiis solemnibus sub bulla publicari, inquit Continuator Nangii ad an. MCCCXVII. qui addit, Beguinas non obstante condemnatione status earum processu temporis convaluisse; cum longe melius sit eas sic esse, quam laxatis habenis in sæculi pompis & vanitatibus evagari; inter ipsas enim sunt multa bona & religiosa persona, & inter ipsas exercentur opera pietatis. Durat adhuc earum institutum, tam in Belgio, quam in diocesi Leodiensi, & quæ illud profitentur, possunt ad nuptias transvolare. Hac ad supplementos Annales Spondani & Raynaldi, qui de Beguinis parum edocui fuere. Superfunt etiam aliqua Begardorum, qui in eodem Concilio suppressi fuerant, monasteria.

Porro Auctor Magni Chronici Belgici numero penultimo a nobis laudati Opus illud scripsit anno MCCCCXCVIII. ut ipsemet non semel testatur ad annum MCCCCIX. ibique se dicit Monachum Canonicorum Regularium Ordinis sancti Augustini in monasterio prope Nassium, quæ urbs est ad Rhenum in diocesi Coloniensi sita. Ipse quidem potius Collector quam Auctor, sed viderat aliquos Scriptores vel nunc deperditos, vel nunquam in lucem datos. A Christo exorditur, sed priora sæcula vel fabulis vel anachronismis deturpata. Opus illud publicatum a Joanne Pistorio in Collect. Script. Rerum Germanicarum.

In Quadragesima, inquit Gervasius in Chron. venerunt ad Regem Angliæ spectabiles viri juris periti, & mirabiles causidici missi a dominis suis duobus Regibus Hispaniæ, Adolpho sc. Rege Castella (hujus nominis VIII.) & Sanctio Rege Navarra. Dum enim sibi invicem adversarentur licet cognatione conjuncti, prædis tamen & præliis operam dabant. Cum autem nulla ratione vel Sapientum industria nequirent paci consentire, vix tandem intermeantibus amicis præbuerunt assensum, ut Regis Angliæ Henrici (hujus nominis II.) de pace faciendâ subirent arbitrium. Adhiterunt itaque Regis Angliæ solio prædicti Nuncii Regum Hispaniæ, causas suas in contrarium proponentes, & diversis anfractibus rationibus rhetoricis verissimiliter explicabant. Accepit tandem post Pascham de causa sua tanta verjutia intricata Regis iudicio, lati reversi sunt, dominoque suos Reges, Regumque populos paci restituerunt, & tran-

XX. Quis auctor Magni Chronici Belgici.

XXI. Rex Angliæ Castella & Navarra Reges inter se conciliat.

CHRISTI
1177.ALEXANDRI III. PAP.
18.FRIDERICI IMP. 23.
MANUELIS IMP. 35.

ac miraculis claruisse, & sancto demum sine quievisse. Porro tantæ rei veritati non solum Innocentii Quarti, sed & Clementis IV. & V. Bonifacii Octavi

etiam, atque Joannis Vigesimo secundi diplomata attipulantur, præter alia plura publica monumenta omni fide munta.

Chri-

PAGIUS

& tranquillitati. Fufius rem narrat Hovedenus, & utriusque Regis rationes, ac sententiam, ab Henrico II. Rege datam exhibet pag. 562. & seqq. Moretus tamen in Investigat. Navarræ pag. 667. & seqq. sententiam hanc fuisse ambigam, obscuram, & novorum dissidiorum originem asserit. Hi Reges non nisi post biennium inter se convenere, & tunc Henrici Regis sententia executioni data fuit.

XXII.

Præclara
de Saladi-
no Cruce-
signato-
rum vi-
toris.

Victus hoc anno a Crucesignatis Saladinus, uti Guillelmus Tyrius lib. 21. cap. 23. alique referunt. Rem summarie narrat Chronographus Aquicinctinus: Princeps Antiochenus & Philippus Comes Flandria, congregato undecun- que exercitu copioso, castellum Harenc, Christianitati superioribus annis violenter ereptum, omni ex parte obsident. Quo nunciis intervolantibus, comperto, Saladinus Princeps Damasci, putans omni militum solatio Hierosolymorum civitatem desolatam, congregatis Turcorum seu Saracenorum Admiralis a Damasco, civitatem Hierusalem, prout superbo cogitabat animo, capturus, & totam delicturus Christianitatem, adjuncta secum sagittariorum & rusticorum innumera turba Gazam pervenit. Exhinc Hierosolymorum iter arripiens, Regem ipsius civitatis (sc. Balduinum IV.) & Templarios milites cum cruce Dominica, parvoque armatos milite, sed fide Christi animatos, obvios excepit. A quibus victus, confusus & confutatus, omnibus pene suis gladio seu flumine, qui interfluebat, consumptis totus sanguineus suorum militum cadis, in Damascum sanguineam regreditur. Actum est hoc a Christianis victoriosum bellum feria VI. ante natale B. Andrea Apostoli (die nempe XXV. mensis Novemb. qui hoc anno in feriam VI. incidit) Philippo Comite, & Principe Antiocheno cum suis exercitibus in obsidione Harenc laborantibus. Diem etiam prælii no-

tavit Tyrius his verbis: Collatum nobis est hoc tam insigne & saculis memorabile beneficium, Divinitus, anno domini Balduini IV. tertio (legendum, quinto, observandumque Librariorum errore numeros sæpe in Tyrio depravatos) mense Novembre, septimo Kal. Decemb. die festo Sanctorum Martyrum Petri Alexandrini & Katerina virginis, die nempe XXV. mensis Novembris. Ex hostibus præter illos qui fuga salutem consulere, alii omnes aut capti, aut gladiis interempti, graviores exitus sunt consecuti, inquit Tyrius. Sed obsidio castelli Harenc felicem exitum non habuit, ut anno sequenti dicitur.

Florebat hoc tempore Joannes Cinnamus, Grammaticus, idest, Notarius ac Secretarius Manuelis Imperatoris, cujus Comes fuit in expeditionibus militaribus. Libros Alexiadum, Anna Comnena excepit, & Historiam suam exorsus ab excessu Alexii Comneni Imp. Annæ parentis, res a Joanne Imperatore, Alexii filio, & Annæ fratre compendio, diffuse vero Manuelis, Joannis filii gestas complexus est, ut ipsemet testatur lib. 1. cap. 1. sed incertum, an Opus suum absolverit, vel an illud ad nos mutilum pervenerit; cum usque ad Manuelis obitum non pertingat. Parum æquus fuit in Romanos Pontifices, Imperatores Germanicos, atque adeo in Latinos omnes, ex innato Græcanticis ingeniis in illos odio; quod cæteris etiam Scriptoribus Byzantiis familiare. Eam Historiam Cornelius Tollius Ultrajectensis post Baronii mortem Trajectensibus typis anno MDCLII. in lucem protulit & post aliquot annos Ducangius typis Regiis iterum publicavit, & uterque eam Notis illustravit. De Cinnamo plura Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis pag. 150. & ejus Interpretes citati.

XXIII.

Floret Jo-
annes
Cinna-
mus.JESU CHRISTI
ANNUS
1178.ALEXANDRI PAP. III.
ANNUS
19.FRIDERICI IMP. 24.
MANUELIS IMP. 36.I.
Alexand.
Pap. Ro-
mam vo-
catur a
Romanis.

CHRISTI annus millesimus centesimus septuagesimoseptimus sequitur, Indictione undecima, quo Alexander Papa vocatus a Romanis se contulit Romam. Quomodo autem exceptus fuerit, ita ejus vitæ Acta tradunt: Interea universus Romana Ecclesiæ Clerus ac populus videns, Imperatorem Fridericum ad vestigia Papæ Alexandri esse prostratum, & schismatis malum per divinam potentiam esse extinctum; attendens etiam de absentia ipsius Pontificis tam in temporalibus quam in spiritualibus per longa tempora gravissimam incurrisse jacturam: communi consilio de revocando ad Sedem B. Petri eodem Pontifice juraverunt. Miserunt ergo ad eum usque Anagninam ex melioribus Romanorum civium septem viros cum litteris Cleri, Senatus, ac populi, suppliciter exorantes, quatenus ad Urbem suam propriam, populumque specialiter sibi commissum jam dignaretur reverti, & curam illius habere. Pontifex autem, licet humilis, & devota eorum mutatio sibi, & cunctis fratribus plurimum placeret; ad memoriam tamen revocans præteritam ejusdem Cleri & populi de ultramontanis partibus revocationem, qualiter post modicum multas sibi & ejus fratribus injurias, & contumelias intulerant: non immerito dubitavit eorum blandis promissionibus credere, & ad civitatem ipsam, quæ multos disturbatores pacis habere dignoscitur, abque certa, & firma securitate redire recusavit.

II.
Quæ con-
stituta in-
ter Ro-
manos &
Papam.

Propterea de voluntate utriusque partis H. Ostiensis Episcopus, F. sanctorum Joannis & Pauli presbyter Cardinalis, & V. diaconus S. Angeli Cardinalis una cum septem illis bonis hominibus redeuntibus & populo formam securitatis & pacis, quæ domino Papæ, suisque fratribus complacere deberet. Unde licet super hoc diu collaboratum fuerit; vix tandem suffragantibus beatorum Petri & Pauli Apostolorum meritis, totius populi Ro-

mani consilio & deliberatione statutum est, ut Senatores, qui fieri solent fidelitatem & homagium domino Papæ facerent, quod B. Petri Ecclesiam, atque regalia, quæ ab eis fuerant occupata, libere in manibus & potestate ipsius Pontificis restituerent. Quod pacem quoque & securitatem ipsi Papæ, & ejus fratribus, & rebus eorum, & cunctis ad eum venientibus & redeuntibus nihilominus inviolabiliter observarent.

Quo facta, venerunt Senatores cum iisdem Cardinalibus, & cum aliis hominibus ad præsentiam summi Pontificis. Quibus ad osculum pedum benigne susceptis (ut moris est) cuncta quæ a populo constituta fuerant, publice coram ipso, tactis sacrosanctis Evangelis, juraverunt. His igitur, Domino cooperante, rite peractis, gaudio magno gavisi sunt omnes. Et ex tunc dominus Papa, & fratres ejus ad reditum in Urbem festinanter se accinxerunt. In proprio autem festo Gregorii Papæ ante Dominicam, Latere Hierusalem, post Missam exivit de Tusculano, proficiscens in Urbem non sine multa gloria, & honore. Exierunt enim ipsi obviam in longum spatium Clerus Romanus cum vexillis & crucibus, quod nulli Romanorum Pontif. recolitur factum: Senatores & populi magistratus cum tubis concrepantibus: nobiles cum militia in apparatu decoro, pedestres populi cum olivarum ramis laudes Pontifici consuetas decantantes. Tunc vidisses oculos omnium multum ejus vultum intuentes, tamquam vultum JESU Christi, cujus vices in terris gerit. Præ nimia vero multitudine ipsius vestigia deosculantium, albus palafrænus ambulare vix poterat; & senioris dextera in dandis benedictionibus nimium laborabat. Cum tanta igitur & tam solemnitate exultatione paulatim, prout exhibebat necessitas, proficiscens, circa horam nonam ad portam Lateranensem non medio-criter fatigatus pervenit. Unde ad patriarchium Lateranensis Ecclesiæ, usque ad

III.
Alexand.
Pap. re-
gressus in
urbem.PAGIUS
SÆC.
XII.
An. Eræ
Hisp. M-
CCXVI.
An. He-
gizæ D-
LXXIV.
inchoato
die 19.
Jun. fer.
2.A. C.
1178.
I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6671.

Ⓞ II. A. D I. P. 9. April. Indict. II.

JESU CHRISTI 1178.

ALEXANDRI III. PAPÆ 19.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 27. IMP. 24.

MANUELIS COMNENI IMP. 36.

A Num. I. ad VIII. Narrat Baronius finem schismatis, & accessum Alexandri III. ad

urbem Romanam ex Actis Alexandri III. quibus Historici mire consentiunt. Anonymus Casinensis in Chron. hoc anno habet: Joannes Abbas Strumensis, qui vocabatur Papa Callixtus, in Decollatione B. Joannis Baptista Tusculanum ad pedes Domini Alexandri Papa III. venit, qui postea Rectorem Beneventi constituit. Joannes vero de Ceccano in Chron. IV. Kal. Septembris Joannes Strumi Tusculanum venit, & Alexandro Papa satisfecit, & penitentiam egit, circum eum permanfit, seu, ut scribit Romualdus Salernitanus Archiep. Papam & in curia, & in mensa sua honorifice habuit. Addit Marius Vipera in Archiep. Benevent. Papam eum constituisse Beneventanum Archiepiscopum, & illius urbis Præfectum, sed hoc anno

III. Pseu-
do-Ponti-
ficatum
deponit.

CHRISTI
1178.

ALEXANDRI III. PAP.
19.

FRIDERICI IMP. 24.
MANUELIS IMP. 36.

ad sacrosanctum Salvatoris altare, tamquam verus & bonus pastor, & beati Petri orthodoxus successor cum inenarrabili gloria, multiplicatis laudibus, gloriose deductus est atque receptus; dolentibus vero in eo cunctis, quod ipsorum culpa tanto tempore, tanto bono caruissent. Post benedictionem vero ad populum datam descendit palatium, ubi recedentibus ad Ecclesias suas cunctis Cardinalibus, in lecto, fatigatus ex itinere, ante cibum modicum requievit.

IV. Altera vero die ad Consistorium exiens, insistentem clericorum & laicorum multitudinem ad pedum oscula de more excepit. Ex tunc ad consuetas stationes Urbis pro sui officii debito, & ea Dominica, Laterane Hierusalem, ad sanctam Crucem in processione nihilominus perrexit, & in Pascha regnum solemniter induit. Hucusque Vaticanus codex, reliqua desunt. Romualdus autem Salernitanus Archiepiscopus hæc his addit:

Callisti Pseudo-papæ poenitentia.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo septuagesimo octavo, mense Augusti, undecima Indictione, tertia die ante finem mensis ejusdem, videlicet in festo Decollationis sancti Joannis Baptistæ, Joannes de Struma, qui & a suis Callistus appellatus est, reatum suum agnoscens, montem Albanum deseruit, & apud Tusculanum ad pedes Papæ Alexandri cum quibusdam suis clericis humilis & devotus accessit, & in conspectu Cardinalium & multorum se peccasse publice confessus est, dicens: Domine venerande Papa, peccatum meum manifeste confiteor, & me auctoritate Imperiali contra Deum, sanctam Ecclesiam, & vos egisse cognosco. Sed nunc reverfus ad cor, delictum meum recolo, & veniam a vestra pietate deosco; omnem hæresim & schisma abjuro, & vos in dominum & universalem Patrem totius Ecclesiæ devote recipio.

Alexand. Pap. benigne suscepit Antipap. poenitentiam.

Quem Alexander Papa, ut erat pius & humilis, non objurgavit, vel reprehendit, sed secundum sibi innatam mansuetudinem benigne recepit, dicens: Frater, gaudium est Angelis super uno peccatore poenitentiam agente. Quod suggestione diabolica unitatem Ecclesiæ scindere voluisti, multum doluimus. Et quod inspirante Domino, ad ejus unitatem redire voluisti, plurimum gaudemus. Romana Ecclesia, quæ juxta JESU Christi magisterium inimicos diligere consuevit, te ho-

PAGIUS

anno demortuum esse. Joannes de Ceccano citatus meminit alius Pseudo-Pontificis, nec a Baronio, nec ab Oldoino in Hist. Card. memorati, licet ejus Onuphrius in Chron. alii que quidam mentionem fecerint. Hæc Joannis de Ceccano verba: Tertio Kalendas Octob. quidam de secta schismatica inito consilio Landum Sitanum elegerunt in Papam Innocentium, ab eisdem est consecratus.

die poenitentem in filium recipit: & pro malis bona tibi retribuere procurabit. Hæc Alexander ad eum. Subdit his hæc auctor: De cætero Alexander Papa eum & in Curia, & in mensa sua honorifice habuit. Hactenus Romualdus, hincque finem suæ imponit historiæ. Porro ita consummata omnino victoria, Petrus Blesensis congavivus Romanæ Ecclesiæ de pace absolutissima divinitus ipsi concessa, has litteras dedit ad Willelmum Cardinalem Papiensem, quo utebatur familiarissime, dignas tanto viro, qui in his conflictationibus semper steterat pro legitimo Papa Alexandro adversus schismaticos, a quibus haud levia passus fuit. Sed ipsum audi:

Reverendo patri ac domino Willelmo Papiensi, sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ presbytero Cardinali, (a) Petrus Blesensis devotissimus ejus filius salutem, & sincere dilectionis affectus.

V.

(a) Pet. Bles. ep. 41. Pet. Blesens. ad Card. Papiensem epistola.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri JESU Christi, qui tandem respiciens in faciem testamenti sui vos elegit, & prælegit, ut per gratiam prudentiæ & faciendæ vobis divinitus data, scissura schismatis consueretur ad unitatem, & Ecclesia Dei de variis laboribus respiraret ad pacem. Petri quippe navicula divitissime tempestuosis fluctibus æstuavit: cumque mirabiles essent elationes maris, mirabilior in altis Dominus statuit procellam in auram. Effusa enim contentione super Principes, cum errarent in itinere & non in via, ille qui imperat ventis & mari, imperavit Imperatori: qui cum nuper in Ecclesiam Dei efferata rabie deserviret, hodie per gratium Redemptoris, qui vos ad hoc specialiter fecerat gratiosum in verbis, persecutor Ecclesiæ factus est filius, de lupo factus est agnus, de hoste amicus, de superbo devotus; humiliavit eum, qui est ante sacula, qui humiliat omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. Nimis oppræsserant, & in conculcationem dederant Christi Ecclesiam seculares: sed hodie erecta est in superbiam seculorum & amodo superbiorum & sublimium colla calcabit, sicut dicit Dominus per Prophetam: (b) Ponam te in superbiam seculorum: non vocaberis ultra Derelicta, sed Civitas sancta. Octavianus ille auctor schismatis toto tempore vitæ suæ congregaverat opes & divitias, ut quietem Ec-

(b) Is. 60.

Schismatici, ut legitur in Auctario Aquinensi ad annum MCLXXIX. anno scilicet Innocentio uno serius quam oportuit; quietem non ferentes Ecclesia iterum quendam Clericum de progenie illorum, quos Frangipanes Romani vocant, contra Papam Alexandrum, Antipapam statuunt, quem mutato nomine Innocentium III. vocitarunt. Quem quidam miles, frater Octaviani, qui per contentionem cum Alexandro pro-

II. Innocentius III. in cavea

CHRISTI
1178.

ALEXANDRI III. PAP.
19.

FRIDERICI IMP. 24.
MANUELIS IMP. 36.

Ecclesiæ perturbaret. Suis igitur largitionibus ita infascinaverat sapientes hujus sæculi, quod magnatum sibi conciliaverat favorem & gratiam, magnamque partem Curia secum traxerat in errorem. Sed juxta verbum Jeremiæ propheta (a): Perdix fovit quæ non peperit; fecit divitias, & non in judicio, in novissimo tempore derelinquent eum, & in fine suo apparebit stultus. Erectus fuerat Octavianus in contumeliam Ecclesiæ Christi, & cecidit. Satanæ enim satanæ expulsi, & abstulit eum primogenitamors, sicut dicit Job: (b) Superbia namque primitiva mortis generatio est.

(a) Jer. 17.

(b) Job. 18.

Post hunc exaltatus est Guido Cremanus, & corruit. Post ipsum elevatus est Joannes Struma, & defectus atque confractus evanuit. Ecce idolum Dagon, quod juxta Arcam Domini fuerat elevatum, prius cecidit prostratum; erectum secundo corruit, ex magna parte confractum. Elevatum vero tertio, tandem totum confractum inventum est, & toto corpore dissipatum. Sic Octavianus in superbia & abusione sibi summum usurpaverat sacerdotium, & propter hoc vehementi schismate turbaverat urbes, & regna concusserat, sortem habiturus cum Core, (c) Dathan, & Abiron, quorum se imitatore fecerat. Ecce quod de ipso & consimilibus prædixerat Isaias (d): Numquid non est iste vir, qui turbavit terram, qui concussit regna, qui posuit Orbem terræ desolatam, & urbes ejus destruxit? Detrahetur ad inferos superbia ejus, concidet cadaver ejus subter eum sternetur tinea, & operimentum ejus vermis: adhuc recolo, quam gloriosus erat in oculis suis, quam pomposus in verbis. Fui præsens, ubi se faciebat tanquam statuam adorari. Nam & ego cum altis in via ad Romanam Curiam a carnificibus ejus captus, & spoliatus, & casus sum. Cumque focii mei coniecti in vincula in compedibus remansissent, ego, præveniente Christi misericordia, nec flexi genua mea ante Baal, nec in compedibus pedem fixi, sed relicta sindone, & omnibus perditis, per murum in sporta dimissus sum, & sic effugi manus suas. Scit Deus, quia non mentior. Et ab ea die semper exoravi Altissimum ut ejus superbiam deiceret, qui superbos humiliat. Et tandem completum est in eo

(c) Num. 26.

(d) Is. 14.

Quæ passus Pet. Bles.

verbum Job, dicentis de Rege superbia: (e) Si ascenderit in cælum superbia ejus, & nubes caput ejus vertigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderint, dicent: Ubi est? Velut somnium avolans non invenietur, transiet sicut visio nocturna, ejus & omnium complicitum suorum memoria damnata est in æternum. Isti sunt Allophylæ, qui cum in Arcam Domini irruere, & eam capere præsumpsissent: percussit eos Dominus in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.

VII.

Nonne isti in posteriora percussi sunt, quorum finis interitus, quorum posteritas damnata est, ut successor eorum in Ecclesia Dei de cætero non resurgat? semper redibit in memoriam iniquitas patrum & peccatum Octaviani non delebitur in æternum. Ipse enim erat, qui crudeliter cæteris clericis affligebat, persecutus homines inopes & mendicos, & compunctos corde mortificare. O quam cæcus & turbidus est invidia oculus! Ubi quæso erant Cardinalium corda, quando filium superbiæ, & idolum abominationis in Apostolatus apicem erigebant? Ut de vobis taceam, ne videar adulari: quomodo clausis oculis transferunt dominum Bernardum Portuensem, Henricum Pisanum, dominum Hyacinthum, dominum Humbaldum Episcopum Otiensem? Resparrunt homines pacis; & hominem dissensionis & scandali erexerunt. Sane notare hic possumus problema (f) Joathan de filis Gedeon's, de quibus sibi ducem eligere sibi? Israel volentes, contemptis filis legitimis Avimelech spurium & crudelem judicem elegerunt: juxta cujus verbum, ligna silvarum, non olivam, non ficum, non vitem, sed rhamnum elegerunt sibi in Regem: & egressus est ignis de rhamno, & devoravit cedros Libani. Egressa est ab Octaviano malitia, quæ totum Orbem tumultuose concussit, sed tandem manus Domini per ministerium linguæ vestræ præter spem & super vota omnium, omnia virtute ineffabili tranquillavit. Vester sum, & utinam se offerat opportunus, ut me probetis per experientiam vestrum esse. Adhuc memoriter teneo, quam pie, quam misericorditer me ab exilio revertentem vagum & profugum apud vos exceperitis, nudum cooperuistis, pavistis famelicam, & ut multa paucis includam, in me totum

PAGIUS

vestus fuerat, propter odium Papa manutenebat tradita ei turri vel munitione sua, quam juxta Romanam civitatem fortissimam habebat. At istius violentia supra cæteros schismaticos afflicto Papa, communicato cum Cardinalibus consilio, pace cum Cardinalibus, propinquis prædicti Octaviani reformata, præfatam munitionem a prædicto milite magno pretio comparavit. Sicque per industriam Hugonis Diaconi Cardinalis, qui & ipse inter Romanos nobilissimus e-

rat, prædictam cepit, cum saepe fato Pseudo-Papa adductus, in cavea est perpetuo clausus. Hugo iste, alias Hugutio seu Hugezus, Romanus, fuit ex familia Petri Leonis, Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis, ac præcipuus auctor, ut populus Romanus æquas pacis conditiones Pontifici offerret. Porro Chronographus iste uno tenore narrat, quæ diversis annis accidere; neque enim ante annum MCLXXX. In-

zum misericordiae senarium complevisit. Ille pro me vobis retribuatur, qui bonorum retributor est operum, & pauperum fidei- jussor. Hucusque Petrus, recolens be- neficia, quibus contigit affici a Cardi- nali Papiensi, tempore flagrantis schif- matis.

VIII. Indicitur ab Alex. Pap. Con- cil. gene- rale in annum sequen- tem.

Hoc eodem anno Alexander Papa, uni- versa Catholica Ecclesia pace gaudente, ad expurganda mala, quae sive per schif- maticos, sive per alios irrepissent, Con- cilium generale Romae anno sequenti, mense Martii celebrandum, indicit. Vo- cavit etiam Orientales Romanae Ecclesiae communionem conjunctos ex Syria & Pa- laestina Latinos constitutos Episcopos. Te- statur id qui venit inter alios & interfuit Willelmus Archiepiscopus Tyri, cujus & testificatione, utpote ejus, qui inter- fuit, & Acta descripsit, & secum tulit, eos omnes erroris redarguas, qui non anno sequenti, sed post frequentem, nem- pe anno Redemptoris millesimo centesi- mo octuagesimo, idem Concilium cele- bratum affirmant. Ipse, inquam, qui praesens fuit, affirmat, idem Concilium celebratum anno Christi millesimo cen- tesimo septuagesimo nono, Alexandri Pa- pae anno vigesimo, Indictione duodeci- ma, die quinta mensis Martii. Dedit au- tem pro ejus indictione, hoc anno ipse Pontifex litteras ad omnes sub Catholico Orbe in diversis provinciis constitutos Episcopos, ut ad Urbem dicta die se conferrent Synodi causa. Porro ipsae in- dictionis litterae missae ad Episcopos Tus- ciae, cujus exempli & reliquas ad alias provincias missas fuisse putamus, sic se habent: (a)

(a) Bibl. Abb. Flo- rent plut. 1. ad la- vum.

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Pisano Ar-chiepiscopo, & universis Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus per Tusciam con- stitutis salutem & Apostolicam benedi- ctionem.

IX. Litterae Apost. de indict. Conc.

Quoniam in agro Domini, qui est Ec- clesiam, tamquam spinæ & tribuli, nascun- tur quotidie & pullulant germina vitio- rum, cum videlicet, quia prona sunt sen- sus hominis ad malum ab adolescentia sua, tum quia inimicus homo de malitia sua zizania superfeminare non cessat, & germen bonum nititur suffocare: necesse est, diligentiam adesse cultorum, & nunc evellere & amputare jam nata, nunc etiam

PAGIUS

Innocentius Antipapa captus, ut ibidem mon- strabimus.

III. Alexander III. Ro- mam re- dit.

Quarto Idus Martii, ait Joannes de Cecca- no, ibat Papa Romam cum Cardinalibus & E- piscopis, quem receperunt Romani honorifice, sed loco, Martii, legendum, Martii. Acta enim Alexandri III. testantur eum in festo S. Gregorii Papae ante dominicam, Latere Je- rusalem, exivisse de Tusculano, & profectum esse in Urbem non sine multa gloria & hono-

nascituris nocivis * graminibus proficien- di aditum obserare; subsequenter autem & inserere fructiferum germen, & semi- nare semen bonum, quod tricesimum, se- xagesimum, & centesimum fructum, fe- cundante Deo, possit afferre. Nam & haec verba illa dominica sonare videntur, qui- bus Jeremiam prophetam, & in eo Evan- gelicum sacerdotem instruxit, dicens: (b) Dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te super gentes & regna, ut evel- las & destruas, & disperdas, & dissipes, & aedifices, & plantes.

(b) Jer. 1.

Id autem licet universis Ecclesiarum re- ctoribus incumbat; multo tamen fortius imminet Romanae Urbis Antistiti, qui a Domino JESU Christo, ut caput esset Ec- clesiae, in beato Petro (c) accepit & de- pascendis dominicis ovibus, & fratribus confirmandis expressum & speciale nosci- tur habuisse mandatum. Inde siquidem est, quod nos licet insufficientes meritis ad providentiam Apostolicae Sedis & ministe- rium universalis Ecclesiae a Deo, quo (ut ipsi placuit) disponente vocati; quia in Ecclesia Dei correctione videmus quamplu- rima indigere, tam ad emendanda quae digna emendatione videntur, quam ad promulganda, quae saluti Fidelium visa fuerint expedire: de diversis partibus, personas Ecclesiasticas decrevimus evocan- das, quarum praesentia & consilio, quae fuerint salubria, statuatur; & quod bonum, secundum consuetudinem antiquorum Patrum provideatur & firmetur a multis. Quod si particulariter fieret, non facile posset plenum robur habere. Quocirca per Apostolica vobis scripta mandamus, qua- liter huic nostrae dispositioni plenis desi- deriis cooperari curetis, & prima Domi- nica adventantis Quadragesimae, ad Ur- bem Romam, ducente Domino, venia- tis; ut cooperante sancti Spiritus gratia, tum in corrigendis enormitatibus, tum in statuendis, quae Deo grata fuerint, communi studio, quod fuerit agendum, a- gatur; & uno humero subletemus Arcam Domini, atque uno ore honorificemus Deum & Patrem Domini nostri JESU Christi. Datum Tusculani undecimo Kalendas Oc- tobris.

X. Rom. Pont. mu- nus in Ecclesia. (c) Jo. 21. Luc. 22.

Porro ad eos, qui longius positi erant Episcopos Alexander scripsit anno supe- riori, ut tempestive audito nuntio, se ad iter accingerent. Quod testatur Wil- lel-

XI.

re. Festum autem S. Gregorii Magni cadit in IV. Idus Martii. De solemnibus ejus Romam introitu Radulphus de Dico pag. 599. ad hunc annum scribit: Alexander Papa, Schismaticis ad unitatem Ecclesiae redeuntibus, solemnibus processione receptus est Roma die Dominica qua can- tatur, Latere Jerusalem, Dominica nempe quar- ta Quadragesimae; sed aliquot ante eam dies Alexandrum III. Romam pervenisse ejus Acta docent.

Episcopi Orientales Latini proficiuntur ad syno- dum Rom. (a) VIII. de bello sacro l. 21. c. 26.

Ielmsus Archiepiscopus Tyri, qui una cum aliis Palaestinae Ecclesiae Episcopis vocatus ad Synodum anno superiori, hoc anno cum iidem in Italiam navigavit, ut sta- tuta die, sequenti anno Synodo interes- sent. Sed ipsum audi ita profitentem: (a) Anno ab Incarnatione Domini mille- simo centesimo septuagesimo octavo, qui erat regni domini Balduini Quarti annus quintus, mense Octobri, cum anno praecedente indicta esset per universum Lati- norum Orbem Synodus generalis, ad eam- dem Synodum vocati, profecti sunt de no- stro Oriente, ego Willelmus Tyrensis Ar-chiepiscopus, Albertus Bethlemita Epi- scopus, Heraclius Caesariensis Archiepi- scopus, Radulphus Sebastenus Episcopus, Jotius Acconensis Episcopus, Romanus Tripolitanus Episcopus, Petrus Prior Ec- clesiae Dominici Sepulcri, Rainaldus Abbas Ecclesiae Montis Sion. Haec Ty- rius Archiepiscopus, qui, ut audisti, tempus celebratae Synodi anno sequenti, triplici reliquit consignatum chrono- graphia, nempe anno Christi, itemque anno Alexandri Pontificatus, & indictio- ne.

XII.

De hac praeterea convocacione Concilii Robertus hujus temporis auctor haec ha- bet: Alexander Papa misit Octavianum subdiaconum ad Rothomagensis provin- ciam, ut convocaret Archiepiscopum, & Suffraganeos ejus, & Abbates illius provin- ciae, & misit similiter alios subdiaconos ad Orientem, & Occidentem, & Meri- diem, & Septemtrionem, ut convenirent ad Concilium generale. His adde, quod vocati sunt etiam Britanni, atque etiam Hiberni. De quibus haec Rogerius hujus temporis scriptor in Annalibus sub hoc anno: Post Natale Domini venerunt de Hibernia in Angliam, Laurentius Dubli- nensis, & Catholicus Tuamensis Ar-chie- piscopi, & quinque vel sex Episcopi, Ro- mam ad Concilium ituri. Similiter de regno Scotiae transierunt per Angliam Episcopi, & Abbates quamplures. Et il- li omnes tam de Hibernia, quam de Sco- tia, & aliis insulis per Angliam trans- euntes, pro licentia transeundi juraverunt, quod neque Regi, neque regno ejus dam- num quaerent. De Anglia autem qua- tuor Episcopi tantum Romam profecti sunt, videlicet Hugo Dunelmensis Epi- scopus, & Joannes Norwicensis Episcopus, & Robertus Herefordensis Episcopus, & Reginaldus Bathoniensis Episcopus, & Abbates quamplures. Episcopi autem An- gliae constanter asseruerunt, quod ad ge- nerale Concilium Domini Papae quatuor Episcopi de Anglia tantum Romam mit- tendi sunt. Haec Rogerius in Annalibus.

Episcopi ex Hiber- nia, Sco- tia & Anglia pergunt Romam ad Conc.

At ad hanc ipsam generalem Synodum non solum Orientales Catholici, sed & schismatici vocati sunt Graeci: cum Em- Ann. Eccl. Tom. XIX.

manuel Imperator misit Romam Geor- gium Metropolitam Corcyrae, cui & in mandatis dedit, ut etiam conveniret Fri- dericum Imperatorem. Venit ipse usque Brundisium, ubi occupatus infirmitate, ulterius progredi non valuit. Explevit autem munus ejus Nectarius Abbas, de quo suo loco dicendum. Prosequamur modo ipsum Georgium in itinere ista scri- bentem ad eundem Fridericum Impe- ratorem:

XIII.

A Deo coronato Imperatorum Impera- tori, victori perpetuo Augusto, & domi- no meo domino Friderico, Georgius Me- tropolita Coryphorum servus, & orator Imperii tui.

Litterae Metro- politae Cor- cyrae ad Frid. Imp.

Maxime metuende Imperator, & satis erat hoc quidem tantum dixisse; metuen- dus etenim grex ille dicitur esse, cui leo praest, & quem praecedat leonis catulus. At non oportet metuendum te solum dice- re, sed multo magis humanissimum pater & tranquillissimum; quin potius ipsum tranquillissimum pelagus. Quemadmodum enim omnibus qui tibi resistunt, & se tibi obiciunt, instar leonis, solo rugitu metum incutis quamprimum & mortem. (quod quidem leonibus proprium & insi- tum esse novimus, qui feras omnes rugitus tremore interficiunt) ita e contra erga il- los, qui tuo libenter se Imperio subiciunt & jugum servitutis tuae non respuunt, su- aviore melle te praebes, te ipsis tracta- bilem reddens, qualis est olei tranquil- lissimi effusio, & conrectatio. Sed o di- vinitissime Imperator, & perpetue Auguste intende, prospere procede, & regna, ac- cinctus gladio tuo super femur tuum (ut ex citbara (b) Davidis, tuorum morum

(b) Ps. 44.

amuli, quae divinis canticis decantandis erat aptata, aliquid suave & harmoniam resonans etiam ipse edam.) Sed quisnam ego sum, & unde venio, & quomodo au- sim Imperium tuum a Deo coronatum lit- teris provocare, & tecum agere: brevi- ter rem exponam. Sum equidem minimus Episcopus Coryphorum Ecclesiae a cogna- to & filio Imperii tui domino Emmanuele felicissimo Commeno ad te missus, ut divi- nam venerer potentiam tuam, & hoc qui- dem primum erit & praecipuum. Si vero vires mihi suppetierint, ad sanctissimum Orbis Patrem, & Apostolis comparandum dominum Papam iter dirigere est etiam- animus. Quandoquidem cum ex parva mea Ecclesia solvimus, & Brundisium- venimus, magnam ventorum adversorum vim & contrarietatem passi sumus, ut cum etiam vix parum a portu abessemus in sex- centas calamitates & naufragia incideri- mus. Vix igitur promontorio Hydruntis adepti, nec ad illud appellere absque pe- riculo potuimus. Et tandem noverit po- tens Imperium tuum, ad regionem Hy- druntis decimaquinta Octob. die me pro-

P p p

jectum, adversa uti valetudine, has tantum Deo fundere preces, & hoc habere in votis & consolatione frequenti, ut dignus efficiar aliquando, tuum divinum conspectum Imperii tui adorare. Si enim adventantis hiemis magna vis fuerit mihi impedimento, quo minus valeam legationem a domino meo cognato & filio maximi Imperii tui Comneno mihi commissam adimplere, Comneno inquam Duca domino Emmanuele: saltem cum primum ver apparuerit, me ipsum impellam & nitar, ut adorem Imperium tuum, ut tuus orator & servus. Hæc ad Imperatorem Fridericum Georgius Metropolitae Corcyrae, qui dum illic detineretur infirmus, accepit litteras a Simeone Patriarcha Græcorum Antiochiæ de nonnullis, quibus premeretur angustis; ad quem ita rescripsit:

XIV. Ad Patriarch. Antioch. Græcor. epistola.

Sanctissimo Patriarchæ Thopoleos, id est magnæ Antiochiæ, domino Simeoni Georgius, &c.

Ut frigida siccantibus aqua est suavissima; ita nuntium a longe veniens; præsertim si non de quovis vulgari sit homine, vel ex humili loco, vel qui in carne & sanguine versatur, ex quibus omnes constamus; sed de viro quasi carnis experte, & sanguinis, & qui cum materialis quidem dualitate ad Angelorum immaterialitatem, quoad fieri potest, revertitur. Si vero quærat aliquis præterea locum a dignitate, a viro scilicet altiore alius ipsius, & patris sacerdotibus præposito: talem te nobis si qui te viderunt, & noverunt magnum Simeonem, & maxime Antiochiæ principem pastorum effingunt, & delineant, vel potius aperte nobis declarant & manifestant. Et supra alios omnes venerabilissimus iste monachus Christophorus nostris obviam factus; dum in quadam Italia civitate commoraremur, & ad inclytam Urbem Romam proficisci cogitarem, non tamen id perficere vuleremus, tum propter infirmam valetudinem, quæ nos multos affligit dies: tum etiam propter hiemis magnam rigiditatem & temporis frigiditatem, quæ etiam sanis est satis molesta & adversa. Sed hieme, & valetudine impeditus ego, visus sum nihilominus quodammodo exultare & repuerascere, auditis jucundis nuntiis de tua sanctitate; licet versa vice corde fuerim afflictus, dum audirem, quantum & qualem malorum turbinem malus contra te concitaverit demon, & quod atra tempestas eorum, qui contraria sentiunt & sectantur dogmata, tenebras quotidie conatur offundere tibi jucundissimo lumini, & soli virtutis, nondum videlicet in propria Ecclesiæ fundamentis firmato. Quæ cum ego audirem, genas lacrymis plenas habui, & suspiriorum fumum e pectore edidi medio, ejus quam intra sentiebam flamma

argumenta perspicacissima. Et aliud equidem plus fecissem, si plura licuissent: sed voluntati adeo promptæ nullo potuisse opem ferre adversabatur. Interea tamen eas preces effundere Deo non destiti, quas ex animo potui, ut ipse, qui molesta in meliora solet convertere; & tempestates ad mistem & suavem auram commutare, per aquam & ignem in locum refrigeris eos traducens, qui pro ipso & aquarum inundationem, & ignis ardorem equo ferunt animo: idem & si sanctitatis tuæ divinissima omnia reddat pacatiora quæ sunt aspera & difficilia, te videlicet Orbis lumen in proprio constitutus caudelabro, ut nihil obscurum remaneat circa locum, qui tibi sorte datus est, & pro tua magna portione, neque filii tenebrarum usque in finem se obiciant lumini vultus tui, quod erit proculdubio in mutuo conspectu subditi populi tui, qui nunc (ut arbitror) Davidicam illam emittit vocem: (a) Ostende faciem tuam, & salvus ero. (a) Ps. 79. Illi quidem populo videlicet tuo utinam ita luceas, mihi vero orationis & benedictionis splendorem aliquem a terminis terræ usque terminos immittas. Obscuratus enim, & obtenebratus sum tenebris peccati perpetuo tempore immersus & occupatus. Ita Georgius Metropolitae Corcyrae, dum Hydrunt moraretur ægrotus, ubi detentus est usque ad sex menses, quibus præterfluxit tempus indicti Romæ Concilii. Quamobrem absque ut eo proficisceretur, revocatur ab Emmanuele Imperatore in suam Ecclesiam. Testatur id ipse in epistola, quam profecturus scripsit ad suum hospitem Joannem Notarium Imperatoris. Porro omnes epistolas istas una cum aliis ejusdem auctoris ex Græco codice descripsit & transtulit (ut dictum est) Federicus Metius Episcopus Thermularum, & ad nos Romam misit, quas, ne pereant, hic curavimus describendas; diu enim est, quod non contigit in scena hac hominem audire Græcum, exulante jam magna ex parte Græcorum Ecclesia a Catholice & Apostolicæ Ecclesiæ communione. Audi igitur ejusdem Georgii postremas has hoc tempore datas litteras ad Notarium Imperatoris. Sic se habent:

Dilectissimo filio meo spirituali & sapientissimo Imperiali Notario domino Joanni Hydruntino Georgius Corcyrae Metropolitae.

Tu quidem numquam satis exacte scire posses, quem fructum ego fuerim lucratus eo temporis spatio, sex videlicet mensium, quo in tua civitate Hydrunte moratus sum. Ego vero, qui tibi credidi, hoc satis aperte novi, & dolore affictor, quod nihil de rebus tuis adhuc noverim ex quo ad Occidentales descendisti regiones, & magnifico assististi Imperatori: nec mihi res

XV. Re infecta Georgius revocatus hæc scribit.

PAGIUS IV. Reges Francia & Angli. Tolosam adversus hæreticos proficiscuntur.

res tuas narraveris, quas in ea, qua functus es legatione, peregeris, & multorum hominum mores, & urbes videris, Orientalium inquam, & Occidentalium. Sed liceat mihi parumper immorari circa tuam hospitalitatem jucundioribus verbis. Cum enim decimaseptima Novembris die domum tuam deducti essemus, in illa benigne & honorifice suscepti sumus, & quiescimus, majorem temporis partem morbo laborantes, & domesticos tuos affectimus molestia, præ angustia domus, & pro tanto tuo silentio, ex quo profectus es, semper exterritos, & amaras fundentes lacrymas: ut nos etiam simul affigeremur corde, cum illam spectaremus tragediam; nec possemus aliquo modo progredi propter temporis incommodi vehementiam & rigorem. Cum vero jam totus essem, ut propositum mihi iter peragerem Romam versus, inclytam scilicet Urbem, & nihil esset, quod nostram alacritatem & sociorum, qui mecum erant, impediret: tunc litteræ e mari ad me veniunt a domino meo, qui me miserat, ut recto tramite revertar, & ad sortem terminus, Ecclesiam videlicet declinarem, & facerem, quod mihi ejus potentia innueret; quinimo noluit nos in priore navim conscendere, nec eamdem navigare navigationem cum ea, qua par erat cautela & securitate. Quapropter hoc etiam injecit mihi dolorem, magno plenum timore, ut ne possem quidem cogitare quid nostro reditus set salutare. Quid igitur putas? & quomodo credis me fuisse anxium animo, in tanto periculo constitutum? Interroga, quæso te, & discas ab iis, qui hæc norunt, & nobis proculdubio compatiaris: necnon animo fortasse turbaberis tuo, quod mihi consulisti, ut in Hydrunte manerem, post quam manserim in glorius revertor & inutilis, multis expensis pecuniis, & nihil fecerim eorum, quæ opus erant. Sed horum dolore non angor; adeo, novit Deus veritatis perscrutator; at meam mordet mentem tristis quedam commemoratio, quod exciderim a spe videndi Imperatorem a Deo coronatum, & magnipotentem.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

Ad num. XVII. & seqq. diximus anno superiori Raimundum V. Comitem Tolosanum scripsisse ad Cistercienses, ut curarent Ludovicum VII. Francorum Regem in suas terras venire; cum nonnisi eo presente vix hæresis, quæ eas affligebat, eradicari posset. Raimundi Comitum consilium optimum visum fuit; cum Hovedenus pag. 573. & seqq. cujus fufam narrationem exhibet Baronius, testetur tam Ludovicum VII. Franciæ, quam Henricum II. Angliæ Reges hoc anno illic profectos esse, & ut hæresis illa extirparetur, nihil prætermisisset. Robertus de Monte in Chron. hoc anno hanc in rem scribit: Hæretici, quos Agennenses vocant, & alii multi convenerunt circa Tolosam, male sentientes de Sacramento Altaris, &

Fama enim ejus sapientiæ, cujus non est numerus, multo magis alas mihi addidit ad eum diligendum amore quodam vehementiori, quam Regina (a) illa celebris Austri, quæ ad Salomonis sapientiam conspiciendam contineri minus potuit, aspectu deinde ipso multo magis confirmata quam fama: ita ego a jucundissimis spectaculis cum exciderim, plorans & mestus revertor ad propria. Tu vero, o dilecte, si quid habes, quo me revera consolari valeas, consolare, & tuam in hospitii exercitationem nobis manifesta, in modica charta multa cohibens. Illud tamen dicere non gravabor, quod transiens ego a tua hospitali domo, orationibus & benedictionibus illam oneravi, & unam petii a Domino gratiam, ut te cum tuis ab omni malo immunem usque in finem custodiat, & a jaculis omnibus invidiæ servet incolumem, & superiorem. Porro visus est idem Georgius revocatus esse, ut celebri cuidam Synodo, indictæ a Patriarcha Constantinopolitano, interesse posset, de qua inferius suo loco dicetur.

XVI. (a) 3. Reg. 10.

Romam vero ex parte Græcorum profectus est Nectarius Abbas magni nominis apud eos; defensor enim fuit obstinatissimus Græcorum errorum; de quo dicturi sumus anno sequenti.

Eodem anno duo Reges pietate insignes, Francorum scilicet atque Anglorum, adversus Tolosanos hæreticos sæpe fugatos, & pene extinctos itidem reviviscentes, sibi dant dexteram, ut junctis viribus, illuc se conferant cum militibus ad eosdem radicitus extirpandos. Sed mutato consilio, consultius visum, ut per Ecclesiæ ministros, verbi prædicatione rem agerent. Sicque per legationem Apostolicæ Sedis, & viros doctrina atque sanctitate insignes experiri, & ipsorum conversionem curare studuerunt. Quid autem actum fuerit, Rogerius in Annalibus Anglorum scriptor accuratissimus ita describit:

XVII. Tolosanorum hæreticorum tentata conversio iterum.

Interim Arriana hæresis (ita vulgo dicta, quæ dicenda erat potius Manichæa) quæ, ut supra dictum est, damnata erat in

XVIII.

P p p 2

pro-

de conjugio, & de aliis Sacramentis: ad quorum confutationem Petrus Legatus Rom. & multa alia religiosa personarum prædilis Regibus (nempe Franc. & Angl.) convenerunt, & parum profecerunt, ubi Agennens. nomine Robertus Albigenfes intelligit, qui variis nominibus appellabatur.

Fridericus Imp. hoc anno in Germaniam rediit, Christiano Archiepiscopo Moguntino ad Italos in fide continendos relicto. Frederic Imp. apud Arelatem coronatur. inquit hoc anno Galvanus Flamma in magno Chronico cap. 296. vadens in Alamanniam per quinque annos ibi moram contraxit, & transiit per civitatem Mediolanensem honorifice susceptus. Ibi, ut habet Chronicon, cui titulus Flos florum, treguam reformavit. Ad quæ verba Paricellus in Monum. Basilic. Ambr. num. 571.

V. Frideric. Imp. apud Arelatem coronatur.

CHRISTI
1178.

ALEXANDRI III. PAP.
19.

FRIDERICI IMP. 24.
MANUELIS IMP. 36.

provincia Tolosana, jam revixerat. Quod cum ad aures Regis Franciæ, & Regis Angliæ perveniret: zelo Christianæ Fidei accensi statuerunt, quod illuc irent in propriis personis, ut prædictos hæreticos prorsus a finibus illis eliminarent. Elapso deinde aliquantulo temporis spatio, videbatur eis plus posse proficere, si viros sapientes illuc misissent, qui hæreticos illos prædicatione & doctrina ad fidem Christianam converterent, quam si ipsi in propriis personis illuc ire prope- rasset. Dictum enim eis erat, Vindictam mandasse sat est: plus nominis horror, quam tuus ensis aget, minuit præsentia famam.

Legatio Petri Presbyt. Card.

Miserunt ergo illuc Petram tituli sancti Chrysgoni presbyterum Cardinalem Apostolicæ Sedis Legatum, & Bituricen- sem, & Narbonensem Archiepiscopos, & Reginaldum Bathoniensem, & Joannem Pi- ctaviensem Episcopos, & Henricum Ab- batem Claravallensem, & alios multos vi- ros Ecclesiasticos, ut prædicatione sua hæreticos illos ad fidem Christianam converterent, vel rationibus probabilibus illos esse hæreticos manifestarent, & a liminibus sanctæ matris Eccl. & Fidelium consortio sequestrarent. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum; nondum enim in quemquam illorum venerat. Præterea prædicti Re- ges elegerunt Raymundum Comitum Tolo- sanum, & Vicecomitem de Turenâ, & Ray- mundum de Castro novo, & alios viros potentes; & præceperunt, quod ipsi præ- dicto Cardinali, & sociis suis in Fide Christi assisterent, & hæreticos illos a finibus illis virtute potenti expellerent.

XIX. Cum igitur prædictus Cardinalis, & ceteri viri Catholici Tolosam essent in- gressi, invenerunt ibi quendam divitem

PAGIUS 571. ait, illam utique sexcentem, qua Venetiis anno superiore sancita jam fuerat ex Augusti nunc Kalendis inchoanda. Antequam vero in Germaniam pergeret, profectus est in regnum Burgundiæ, & Arelatem venit, ubi jurium omnium exemptionem Arelatenfibus Canonicis aurea bulla concessit ipso die, quo coronatus est. Servatur ea in archivis Ecclesiæ Arelaten- sis, ut notavit Petrus Saxius in Pontificio A- relatenfem in Raimundo a Bolena Archiepiscopo & in ea hæc leguntur: Acta sunt hæc anno dominica Incarnat. MCLXXVIII. indict. XI. reg- nante domino Federico Roma Imperatore glorio- sissimo anno regni ejus XXVII. imperii autem XXIV. feliciter. Amen. Datum in Palatio A-

duo castella habentem, unum intra civi- tatem, & aliud extra muros civitatis: qui ante illorum adventum se hæreticæ pravitatis sectatorem confitebatur; sed jam præ timore exterritus, sectam il- lam execrabilem velare cupiens, Chri- stianissimum se esse simulabat. Quod cum Cardinali innotuit, præcepit prædictum divitem sibi præsentari. Qui cum venisset, ut fidem suam confiteretur, in omni- bus articulis inventus est Fidei Chri- stianæ contrarius. Et ideo a prædicto Cardinali & Episcopis, qui cum eo erant manifestus hæreticus judicatus est & con- demnatus; & ab illis præceptum est, ut res illius confiscarentur, & turres ejus, quas proceras & pulcherrimas habuit, demolirentur. Videns ergo se damnatum & res suas confiscari: venit ad Cardina- lem & socios suos Episcopos, & ad eor- um pedes prostratus veniam postulavit, & injuncta sibi penitentia nudus ducitur & flagellatur per plateas & vicos civi- tatis. Deinde juravit se Hierosolymam iturum, & ibidem in Dei servitio per triennium moram facturum; & si post tri- ennium domum rediret, possessiones suæ red- derentur ei: ita tamen quod turres suæ caderent in testimonium hæreticæ pravita- tis, & ipse daret domino suo Comiti Tolo- sano quingentas libras argenti. His ita gestis multi hæretici timentes, ne simili modo tractarentur; venerunt ad Cardina- lem, & ad socios suos, & secreto con- fessi errorem suum, & veniam postulantes misericordiam consecuti sunt.

Quæ ad- versus hæreticos Legatus egerit.

Inter hæc pervenit ad aures illorum, quod quidam falsi fratres, Raymundus videlicet, & Bernardus Raymundi, & quidam alii hæresarchæ transfigurantes se in Angelos lucis, cum sint satana, & Christianæ Fidei contraria prædicantes, mul-

XX. Cum aliis hæreticis quid actum.

velatenfem III. Kalend. Augusti mensis die domi- nico, quo coronatus est in Ecclesiæ Arelatenfem Im- perator. Meminit & Saxius alterius Chartæ i- bidem datæ, cuius hæc est subscriptio: Facta vero est hæc transactio in porta S. Stephani an- no D. N. J. Christi MCLXXVIII. XVII. Kalen- Julii regnante Imp. Federico, qui VII. Kalen. Augusti sequentis cum uxore natoque Philippo venit Arelatem coronandus anno XV. Archiepi- scopatus Raimundi Arelatenfem. Erravit itaque Radulphus de Diceto, qui in Imag. Hist. pag. 600. de Federico ait: In assumptione B. Vir- ginis coronatus est Arelate. [1]

Philippus Flandriæ Comes in obsidione Ha- venc anno superiori inchoata parum proficiens, præ-

VI.

CHRISTI
1178.

ALEXANDRI III. PAP.
19.

FRIDERICI IMP. 24.
MANUELIS IMP. 36.

multorum animas falsa prædicatione sua decipiebant, & secum traxerant ad infe- ros. Qui cum invitati fuissent, ut ad præ- sentiam Cardinalis, sociorumque ejus venirent, ut fidem suam confiterentur: respon- derunt, se ad illorum præsentiam ventu- ros, si eundi & redeundi haberent securi- tatem. Data itaque eis securitate eundi & redeundi, venerunt coram prædicto Cardinali, & Episcopis, & Comitibus, & Baronibus, & Clero & populo, qui aderant, & in medio protulerunt quan- dam chartam, in qua fidei suæ articulos conscripserant. Quam cum prolixius per- legissent; quædam verba videbantur in ea suspecta existere, & nisi plenius expo- nerentur, hæresim quam prædicaverant, possent velare. Cumque unus illorum ar- ticulos illos conscriptos exponere, & La- tine loqui vellet, vix duo verba conjun- gere potuit, utpote, qui linguam Lati- nam penitus ignoravit. Tunc necesse fuit Cardinalem illum & Episcopos illis con- descendere, & propter illorum imperiti- am vulgarem habere sermonem. Itaque de articulis Fidei Christianæ examinati, responderunt super omnibus articulis Fi- dei ita sane & circumspicte, ac si Chri- stianissimi essent. Quod cum Comes Tolo- sæ & ceteri, qui prius audierant ipsos Christianæ Fidei contraria prædicasse, audissent vehementi admiratione commoti, Christianæ Fidei zelo succensi surrexe- runt, & eos plane in caput suum menti- tos fuisse, manifestius convicerunt; di- centes, se audisse a quibusdam illorum, quod duo dñi existerent, alter bonus, & alter malus: bonus, qui invisibilia tan- tum, & ea quæ mutari, aut corrumpi non possunt, fecisset; malus, qui cælum, terram, hominem, & alia visibilia condidisset. Alii autem affirmaverunt, se in illorum prædicatione audisse, corpus Christi non confici per ministerium sacerdotis indigni, aut aliquibus criminibus irretiti. Alii autem dicebant, se audisse ab eis in præ- dicatione sua virum cum uxore non pos- se salvari, se alter alteri debitum red- dat. Alii autem dicebant, se ab eis au- disse, baptismum parvulis non prodesse: & alias quamplures contra Deum, & san- ctam Ecclesiam, atque Catholicam fidem

Manichæi errores.

PAGIUS Castrum Havenc a Crucesignatis obsidetur.

præsentem prociñctum solvit circa diem Pascha- lem, & in Flandriam rediit, inquit Chrono- graphus Aquicinctinus hoc anno. Comes & qui cum eo erant, ait Tyrius lib. XXI. cap. XXV. in obsidione supradicti castri perseverabat, sed inutiliter; nam in dissolutionem dati, aleis & ceteris noxiis voluptatibus majorem dabant o- peram, quam disciplina militaris aut obsidionis lex exposceret; continuis itineribus Antiochiam properabant, ubi balneis, commestationibus, & ebrietatibus & ceteris lubricis voluptatibus de- diti desidiis (legendum, desidii, idest, igna- vi & desidæ) obsidionem deserebant. Sed neque

blasphemias protulisse, quas pro abomi- nabili earum enormitate tacere utilius est quam referre.

Hæretici autem illi ad hæc contradice- bant, & dicebant, illos falsum dixisse ad- versus eos testimonium. Dicebant enim publice coram prædicto Cardinali & Epi- scopis, & universis astantibus, & confite- bantur, & firmiter asseruerunt, quod unus Deus altissimus omnia visibilia & in- visibilia condidisset: & penitus denega- bant duo esse principia. Confessi sunt et- iam, quod sacerdos sive bonus, sive ma- lus, justus, vel injustus, & talis etiam, quem adulterum, aut alias criminofum in- dubitanter esse scient, corpus & sangui- nem Christi posset conficere, & per mini- sterium hujusmodi sacerdotis, & virtutem divinorum verborum, quæ a Domino pro- lata sunt, panis & vinum in corpus & sanguinem Christi vere transubstantiaba- tur. Asseruerunt, quod parvuli, vel ad- ulti nostro baptisate baptizati salvan- tur, & nullus sine eodem baptismo potest salvari: omnino insipientes, se aliud ba- ptisma, aut manus impositionem, sicut eis imponebatur, habere. Affirmaverunt ni- hilominus, quod vir & mulier matrimo- nio copulati, si aliud peccatum non impe- diat, licet carnaliter alter alteri debitum reddat, propter bonum matrimonii excu- sati salvantur, & propter hoc nunquam damnantur. Archiepiscopus præterea, & Episcopos, presbyteros, monachos, Cano- nicos, eremitas, Templarios, & Hospita- larios affirmaverunt esse salvandos. Di- gnum quoque & justum esse dicebant, ut Ecclesiis in honorem Dei & Sanctorum fundatas cum summa devotione visitan- tes adirent, & sacerdotibus, & aliis earum ministris honorem & reverentiam exhibentes, primitias & decimas eis de- berent solvere, & de omnibus parochiali- bus devote & fideliter respondere. Elee- mosynas etiam tam Ecclesiis, quam paupe- ribus, necnon & omni petenti esse tribuen- das, inter cetera laudabiliter asserabant. Hæc omnia licet prius dicerentur negasse, juxta sanum intellectum se intelligere as- serentes, prædictus Cardinalis & Episco- pi præceperunt, quod ipsi jurassent, se ita corde credere, sicut ore confitebantur.

Ipsi

ii, qui ibi juges & assidui videbantur, negli- gentia torpentes aliquid utilitatis operabantur, terebant otia, & palustres trabebant dies (id- est, se se crapulæ dabant; omnes enim ebri- si, inquit S. Augustinus Serm. de tempore 231. talis sunt, quales paludes esse videntur, &c.) Ipse etiam Comes singulis diebus minabatur, quod cum redire oporteret, quodque invitus ibi detinebatur: quod Verbum non solum eos, qui in obsidione erant exterius, ab honesto re- vocabat proposito; sed etiam obsessos reddebat ad resistendum promptiores: sperantes enim in vi- cino solvendam obsidionem, proponebant hæc mo- dico

XXI. Fraudu- lecta professio fidei catholice.

NOTÆ [1] Friderici moram Arelatenfem diligentius adnotat cœvus author annalium Bosoviensium his verbis: Imperator pascha apud Arelatum celebravit, qua civitates etiam ex regni se- dibus esse cognoscuntur. Ibi ergo in sede imperiali coronatus processit, & insignia regni perlata sunt. Etenim imperator causa orationis ad S. Egidium profectus, reliquas civitates ejusdem pro- vincia sibi fideles & subjectas fecit; postea in festo S. Martini ex hac parte Alpium a principibus Theutonicis ei occurritur. MANSI

XXII. *Ipsi vero, sicut homines tortæ mentis, & intentionis obliquæ, tandem hæresim noluerunt relinquere, ubi crassum & solum intellectum eorum alicujus auctoritatis superficies videbatur juvare, occasione verbi illius, quod Dominus in Evangelio dixisse legitur: (a) Nolite omnino jurare, & sit sermo vester, est, est, non, non, dicentes se non debere, jurare, cum ipse Dominus sæpe jurasse legatur, sicut scriptum est: (b) Juravit Dominus, & non penitebit eum. Et alibi: Per memetipsum juravi, dicit Dominus; & Apostolus: (c) Omnis controversia finis est juramentum. Cæterum ipsi tamquam viri idiotæ, non intelligentes Scripturas, in laqueum, quem absconderant, ceciderunt; quia cum prius juramentum tamquam rem execrabilem & a Domino prohibitam abhorrent, in ipsa confessionis suæ charta jurasse convicti sunt, cum dixerint: In veritate, quæ Deus est, ita credimus, & dicimus, quod hæc est fides nostra: nescientes, quod veritatem & verbum Dei in testimonium veræ asseritionis adducere, proculdubio fit jurare; sicut de Apostolo legimus cum dixerit: (d) Hæc enim vobis dicimus in verbo Dei. Et alibi: (e) Testis est mihi Deus: & alia similia comprobant, quæ ab illis, qui divinas Scripturas intelligunt, & legerunt, possunt facilius inveniri. Cum igitur a multis, & sufficientibus testibus fuisset convicti, & adhuc multise ad ferendum contra eos testimonium præpararent: quia Ecclesia consuevit redeuntibus misericordiæ gremium non negare, eos diligentius monuerunt, ut omni hæretica pravitate deposita, ad Fidei veritatem redirent. Et quia a domino Papa, & a prædicto Cardinali, & Bituricensi, & Narbonensi Archiepisc. & a Tolosano Episcopo propter perversam prædicationem & sectam excommunicati fuerant: ut ad Fidem Catholicam juxta formam Ecclesiæ reconciliandi venirent, monuerunt.*

(a) Mat. 5. *Nolite omnino jurare, & sit sermo vester, est, est, non, non, dicentes se non debere, jurare, cum ipse Dominus sæpe jurasse legatur, sicut scriptum est: (b) Juravit Dominus, & non penitebit eum. Et alibi: Per memetipsum juravi, dicit Dominus; & Apostolus: (c) Omnis controversia finis est juramentum.*

(b) Psal. 109. *Juravit Dominus, & non penitebit eum. Et alibi: Per memetipsum juravi, dicit Dominus; & Apostolus: (c) Omnis controversia finis est juramentum.*

(c) Hebr. 6. *Omnis controversia finis est juramentum. Cæterum ipsi tamquam viri idiotæ, non intelligentes Scripturas, in laqueum, quem absconderant, ceciderunt; quia cum prius juramentum tamquam rem execrabilem & a Domino prohibitam abhorrent, in ipsa confessionis suæ charta jurasse convicti sunt, cum dixerint: In veritate, quæ Deus est, ita credimus, & dicimus, quod hæc est fides nostra: nescientes, quod veritatem & verbum Dei in testimonium veræ asseritionis adducere, proculdubio fit jurare; sicut de Apostolo legimus cum dixerit: (d) Hæc enim vobis dicimus in verbo Dei. Et alibi: (e) Testis est mihi Deus: & alia similia comprobant, quæ ab illis, qui divinas Scripturas intelligunt, & legerunt, possunt facilius inveniri.*

(d) 1. Thes. 4. *Hæc enim vobis dicimus in verbo Dei. Et alibi: (e) Testis est mihi Deus: & alia similia comprobant, quæ ab illis, qui divinas Scripturas intelligunt, & legerunt, possunt facilius inveniri. Cum igitur a multis, & sufficientibus testibus fuisset convicti, & adhuc multise ad ferendum contra eos testimonium præpararent: quia Ecclesia consuevit redeuntibus misericordiæ gremium non negare, eos diligentius monuerunt, ut omni hæretica pravitate deposita, ad Fidei veritatem redirent. Et quia a domino Papa, & a prædicto Cardinali, & Bituricensi, & Narbonensi Archiepisc. & a Tolosano Episcopo propter perversam prædicationem & sectam excommunicati fuerant: ut ad Fidem Catholicam juxta formam Ecclesiæ reconciliandi venirent, monuerunt.*

(e) Rom. 1. *Testis est mihi Deus: & alia similia comprobant, quæ ab illis, qui divinas Scripturas intelligunt, & legerunt, possunt facilius inveniri. Cum igitur a multis, & sufficientibus testibus fuisset convicti, & adhuc multise ad ferendum contra eos testimonium præpararent: quia Ecclesia consuevit redeuntibus misericordiæ gremium non negare, eos diligentius monuerunt, ut omni hæretica pravitate deposita, ad Fidei veritatem redirent. Et quia a domino Papa, & a prædicto Cardinali, & Bituricensi, & Narbonensi Archiepisc. & a Tolosano Episcopo propter perversam prædicationem & sectam excommunicati fuerant: ut ad Fidem Catholicam juxta formam Ecclesiæ reconciliandi venirent, monuerunt.*

XXIII. *Quod cum illi in arcum pravum conversi, & mente perditæ indurati, facere recusarent: prædictus Cardinalis, & præ-nominati Episcopi in conspectu totius populi eos iterum accensis candelis, unacum præfato Pictaviensi Episcopo, & aliis religiosis viris, qui cum illis in omnibus assisterunt, excommunicatos denunciaverunt, & ipsos cum suo auctore diabolo condemnaverunt, & universis Chri-*

XXIII. *Quod cum illi in arcum pravum conversi, & mente perditæ indurati, facere recusarent: prædictus Cardinalis, & præ-nominati Episcopi in conspectu totius populi eos iterum accensis candelis, unacum præfato Pictaviensi Episcopo, & aliis religiosis viris, qui cum illis in omnibus assisterunt, excommunicatos denunciaverunt, & ipsos cum suo auctore diabolo condemnaverunt, & universis Chri-*

PAGIUS *dico tempore melius esse cuncta tolerare, etsi dura viderentur qua possent inferri, quam municipium fidei sua creditum, invisis proderentur, & proditoris notam incurrere perpetuam.*

VII. *Erat autem prædictum castrum in edito loco situm, in colle constitutum, qui ex maxima-*

sti fidelibus præceperunt, quatenus prædictos Raymundum, & Bernardum, & eorum complices tamquam excommunicatos, & satanæ traditos cautius evitarent; & si quando aliud, quam in audientia illorum sunt confessi, eis de cætero prædicaverint: prædicationem illorum tamquam falsam, & Catholicæ atque Apostolicæ Fidei contrariam respicerent, & ipsos tamquam hæreticos, & Antichristi præambulos a sinibus eorum longius expellerent. Comes autem Tolosanus, & cæteri illius provinciæ potentiores, coram omni populo præfatio sacramento, firmaverunt, quod amodo nec prece, nec pretio favebunt hæreticis. Unde prædictus Cardinalis universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis in hac forma scripsit:

Petrus Dei gratia tituli sancti Chrysoconi presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis Catholicam atque Apostolicam Fidem servantibus in Domino salutem.

Testante Apostolo, (f) sicut unus Deus, ita & una Fides esse dignoscitur, a cujus integritate nullus potest sine periculo deviare. Cujus fundamentum, præter quod nullus aliud potest ponere, Apostoli, & Apostolici viri successores eorum, inspirante & docente Spiritu sancto, sanis doctrinis tamquam vivis ex lapidibus ita firmiter, & circumspecte jecerunt; quod nec sonantis impetus Aquilonis, nec impiorum machinæ, licet crebris assultibus impugnetur, illud potuerunt a sua firmitate movere. Unde quamvis diebus istis quidam falsi fratres, Raymundus videlicet de Brimiaco, Bernardus Raymundi, & quidam alii hæresarchæ transfigurantes se in Angelos lucis, cum sint satanæ, prius Christianæ & Apostolicæ Fidei contraria prædicantes, multorum animas venenata prædicatione deceperunt, & secum traxerunt ad ruinam: novissime tamen ille, qui revelat mysteria, & ad confutandos seniores Israel dedit spiritum Danieli, (g) ad animas diabolica fraude deceptas respiciens, noluit ulterius perfidiam illorum velari, nec Christianæ Fidei sinceritatem illorum prædicatione corrumpi; sed sua admirabili potestate, audientibus & videntibus multis, quod prius latuerat, venenum perfidiæ detexit, in augmentum & gloriam Fidei Christianæ.

Litteræ Legati Apost. adversus hæret. Tolosani. (f) Ephef. 4.

(g) Dan. 13.

Cum

parte videbatur congestus ex uno solo latere impugnantibus aditum præbens: in reliquis autem etsi assultus dare volentibus minime pervius, tamen undique machinis libere poterat flagellari. Post varios igitur eventus & frequentes assultus, quibus si ex animo res gesta esset, & propitia adesset divinitas, posse capi videretur, de-

XXIV. *Cum itaque prædicti Raymundus, & Bernardus, atque alii venerabili fratri nostro Reginaldo Bathoniensi Episcopo, & nobilibus viris, Vicecomiti de Turena, & Raymundo de Castro novo, qui de consilio nostro in terram Rogeri de Beders pro liberatione venerabilis fratris nostri * Albanensis Episcopi venerant, occurrissent, & se confiterentur a nobili viro Comite Tolosano, & aliis Baronibus, qui eos in perpetuum abjuraverant, injuste tractari: cum pro defensione fidei suæ ad præsentiam nostram se venturos proponerent, si veniendi, & redeundi securitatem haberent; memorati Episcopus & Vicecomes, ne corda simplicium, qui illorum face erant imbuti, scandalum paterentur, & dissidentia nostra adscriberent, si eis audientia negaretur: ex parte nostra & prædicti Comititis indulserunt, ut cum omni securitate se conspectui nostro præsentarent, quatenus sub nostro & venerabilis fratris nostri Pictaviensis Episcopi Apostolicæ Sedis Legati, & aliorum discretorum virorum, & totius populi examine audirentur, & si recte & sane crederent, probarentur: & postquam a nobis examinati fuissent, nihilominus ad propria remearent securi, ne metu vel violentia qualibet viderentur inducti ad confessionem veræ Fidei: ita tamen, quod post elapsos octo dies juxta edictum, quod exierat, nisi ad Fidem nostram redirent, de terris Principum, qui eos abjuraverant, deberent expelli.*

* Albien-sis

XXV. *Nos itaque indulgentiam eis ab Episcopo & Vicomite factam, quamvis a præfato Comite Tolosano, & aliis nobilibus viris (sicut diximus) jam exierat edictum, ut de terris eorum deberent expelli, ratam habentes: eodem Pictaviensi Episcopo, & prædicto Comite Tolosano, & aliis clericis & laicis, quasi trecentis in Ecclesia beati Stephani nobiscum pariter congregatis, illis injunximus, ut fidem suam nobis exponerent, & ad Catholicæ Fidei veritatem redeuntes, infamiam, quam & tota terra, & ipsi per damnabilem prædicationem incurrerant, per salutiferam confessionem veræ Fidei removerent. Ipsi vero inter alia verba, quæ hinc inde processerunt, chartam quamdam, in qua fidei suæ articulos conscripserant, in medium protulerunt, & eam, sicut prolixius scripta fuerat, perlegerunt. In*

qua cum verba quedam deprehendissemus, quæ & suspecta videbantur existere, & nisi plenius exponerentur, hæresim quam prædicaverant, possent velare: quaesivimus, ut Latinis verbis respondentibus, suam fidem defenderent: tum quia lingua eorum non erat nobis satis nota; tum quia Evangelia & Epistolæ, quibus tantummodo fidem suam confirmare volebant, Latino eloquio noscuntur esse scripta. Cumque id facere non auderent, utpote qui linguam Latinam penitus ignorabant, sicut in verbis unius illorum apparuit, qui cum Latine vellet loqui, vix duo verba jungere potuit, & omnino defecit; necesse fuit, nos illis condescendere, & de Ecclesiasticis sacramentis propter imperitiam illorum, quamvis satis esset absurdum, vulgarem habere sermonem.

Illi ergo duo esse principia denegantes publice coram nobis & prædictis viris confessi sunt, & firmiter asseruerunt, quod unus Deus altissimus omnia visibilia & invisibilia condidisset: quod etiam scripturis, sicut verum est, Evangelicis atque Apostolicis comprobabant. Confessi sunt etiam, quod sacerdos noster, bonus, sive malus; justus, vel injustus & talis etiam, quem adulterum, vel alias criminisum indubitanter esse scirent, corpus & sanguinem Christi possit conficere, & per ministerium hujusmodi sacerdotis, & virtutem divinorum verborum, quæ a Domino prolata sunt, panis & vinum in corpus & sanguinem Christi vere transubstantiantur. Asseruerunt quoque, quod parvuli, vel adulti nostro baptismate baptizati salvantur, & nullus sine eodem baptismate potest salvari; omnino infantes, se aliud baptisma, aut manus impositionem, sicut eis imponebatur, habere. Affirmaverunt nihilominus, quod & vir & mulier matrimonio copulati, si aliud peccatum non impediatur, licet carnaliter alter alteri debitum reddat, propter bonum matrimonii excusati salvantur, & propter hoc nunquam damnantur. Archiepisc. præterea, & Episcopos, presbyteros, monachos, Canonicos, & Eremitas, Templarios & Hospitalarios affirmaverunt esse salvandos. Dignum quoque & justum esse dicebant, ut Ecclesias in honore Dei atque Sanctorum fundatas cum summa devotione visitantes adirent, & sacerdotibus, & aliis earum ministris ho-

XXVI. Professio catholica subdola.

PAGIUS *decidit res in negligentiam, ut prædiximus; & peccatis nostris exigentibus, ita omnis nostrorum emarcuit virtus, & evacuata est omnis prudentia, ut cum jam qui inclusi tenebantur in supremam desperationem incidissent, nostri ceperint de reditu ad propria tractare. Admirari non sufficimus (esse enim videtur amplius opinione hominum) quod tantis Principibus tantam induxit dominus mentis caliginem; & ita in indignatione sua eos caecitate percussit, quod*

nemine compellente, castrum jam pene expugnatum, sola stipulante invidia & negligentia revocante, hostibus dimitterent. Videns ergo Dominus Princeps (nempe Antiochenus) quod ita Comes Flandria fixerat propositum, quodque in hoc verbo irrevocabiler erat obstinatus, sumta ab obsessis, in incerta nobis quantitate, pecunia, obsidionem solvit.

Hoc anno S. Hildegardis Abbatisa in Monte Sancti Ruperti prope Bingium in diocesi Colo-

VIII.

bonorem & reverentiam exhibentes primitias & decimas eis deberent solvere, & de omnibus parochialibus devote & fideliter respondere. Eleemosynas etiam tam Ecclesiis, quam pauperibus, nec non & omni perentis esse tribuendas inter cetera laudabiliter asserabant. Hæc omnia licet prius dicerentur negasse, juxta nostrum sanum intellectum se intelligere asserbant.

XXVII.

Postquam autem ita a nobis examinati fuerunt, & ea quæ diximus, spontanea voluntate confessi: Ecclesiam beati Jacobi intravimus. Ubi nobiscum innumera populi multitudo, quæ se quasi ad spectandum preparabat, convenit, & confessionem fidei eorum, quæ in prædicta chartula conscripta fuerat, vulgari sermone audivit. Porro cum a nobis & omni populo, qui ibidem convenerat, in omni patientia, & sine tumultu aliquo fuissent auditi, & ipsi sponte finem dicendi fecissent: quia expositio suæ fidei satis laudabilis & Catholica videbatur; iterum ab eis, audiente universo populo, quaesivimus, si corde crederent, quod ore fuerant confessi; & si aliquando in contrarium, sicut eis sæpius impositum fuerat, prædicassent. Illis vero respondentibus, se ita credere & nihilominus negantibus, se unquam aliter prædicasse: nobilis vir Comes Tolosanus, & multi alii clerici & laici, qui eos audierant aliter prædicantes, vehementi admiratione commoti, & Christianæ Fidei zelo succensi surrexerunt, & eos plane in caput suum mentitos fuisse manifestis convicerunt. Quidam enim constanter proposuerunt, se a quibusdam illorum audisse, quod duo dii existerent, alter bonus, & alter malus: bonus, qui invisibilia tantum, & ea quæ mutari aut corrumpi non possunt, fecisset; malus, qui cælum, terram, hominem, & alia visibilia condidisset. Alii affirmaverunt, se in illorum prædicatione audisse corpus Christi non confici per ministerium sacerdotis indigni, aut aliquibus criminibus irretiti. Multi similiter testati sunt, eos prorsus negantes audisse, virum cum uxore salvari, si alter alteri debitum reddat. Alii in faciem illis firmiter opponebant, quod ab ipsis audissent, baptismum parvulis non prodesse, & alias quamplures contra Deum & sanctam Ecclesiam, & Catholicam Fidem blasphemias protulisse, quas pro abominabili earum enormitate tacere malimus, quam referre. Quidquid autem illi in sua superiori confessione, quæ satis videbatur sufficere ad salutem, si ita corde crederent ad justitiam, & in cor-

Convincuntur testibus fraudulenti hæretici.

de & corde dixerint, sicut homines tor-tæ mentis, & intentionis obliquæ: tandem hæresim noluerunt relinquere, ubi crassum, & sopitum intellectum eorum, alicujus auctoritatis superficies videbatur juvare, occasione verbi illius, quod Dominus in Evangelio dixisse legitur: (a) (a) Mat. 5. Nolite omnino jurare, & sit sermo vester, est, est, non, non; dicentes se non debere jurare, cum ipse Dominus sepe jurasse legatur, sicut scriptum est: (b) (b) Psal. 109. Juravit Dominus, &c. Et alibi: Per me metipsum juravi, dicit Dominus, & Apostolus: (c) Omnis controversiæ finis est juramentum. Et multa in hunc modum in divinis Scripturis legentibus sese offerunt, & occurrunt, quibus propter illorum infirmitatem quibus aliquid suademus, jurare permittitur. Ceterum ipsi tamquam viri idiotæ non intelligentes Scripturas, in laqueum, quem absconderant, ceciderunt. Quia cum prius juramentum tamquam rem execrabilem, & a Domino prohibitam abhorrerent; in ipsa confessionis suæ charia jurasse convicti sunt, cum dixerint, In veritate quæ Deus est, ita credimus, & dicimus, quod hæc est fides nostra: nescientes quod veritatem & verbum Dei in testimonium veræ assertionis adducere proculdubio sit jurare. Sicut de Apostolo legimus cum dixit: (d) Hoc enim vobis dicimus in verbo Dei. Et alibi: (e) Testis est mihi Deus, & alia similia comprobant, quæ ab illis, qui divinas Scripturas intelligunt & legerunt, possunt facillime inveniri.

Cum autem a multis & sufficientibus testibus fuissent convicti, & adhuc multi se ad ferendum contra eos testimonium prepararent: quia Ecclesia consuevit redeuntibus misericordiæ gremium non negare, eos diligentius monuimus, ut omni hæretica pravitate deposita, ad Fidei unitatem redirent, & quia a domino Papa, & venerabilibus fratribus nostris Bituricensi & Narbonensi Archiepiscopis, & a Tolosano Episcopo, & a nobis ipsis propter perversam prædicationem, & sectam excommunicati fuerant: ad nos juxta formam Ecclesiæ reconciliandi venirent. Quod cum illi, in arcum pravum conversi, & mente perditâ indurati facere recusarent; nos in conspectu totius populi, qui jugiter acclamabat, & in eos multa immunitate fremebat, eos iterum accensis candelis, una cum prædicto Pictaviensi Episcopo, & aliis religiosi viris, qui nobis in omnibus assisterunt, excommunicatos annuntiavimus, & ipsos cum suo auctore diabolo condemn-

(d) 1. Theb. 4. (e) Rom. 1.

XXVIII. Hæretici excommunicati vitandi.

PAGIUS Obitus S. Hildegardis.

loniensi, ad Deum migravit. Theodoricus enim Abbas, qui anno MCC. floruit, in ejus Vita cap. ult. ait, eam LXXXII. ætatis suæ anno XV. Kalend. Octob. ad cœlestem sponsum

migrasse. Subdit, id contigisse primo crepusculo noctis dominica diei; quare cum XV. Kal. Octob. seu dies XVII. mensis Septemb. hoc anno in dominicam incidat, evidens est, Tri-

navimus. Ea propter universitatem vestram monemus & exhortamur in Domino, atque in remissionem peccatorum injungimus, quatenus prædictos Raimundum & Bernardum, & complices eorum tamquam excommunicatos, & satanæ traditos cautius evitetis, & si quando aliud quam in audientia nostra, sicut præscriptum, sunt confessi, vobis de cetero præsumpserint predicare: prædicationem eorum tamquam falsam, & Catholicæ atque Apostolicæ Fidei contrariam respiciatis, & ipsos tamquam hæreticos & Antichristi præambulos a sinceritatis vestræ consortio, & vestris finibus longius expellatis. Hucusque Apostolici Legati litteræ, quibus ab eodem auctore subicitur declamatio Henrici Abbatis Claravallensis, his verbis ad universos Christi fideles conscripta de iisdem hæreticis:

XXIX. Henrici Abbatis Clar. deploratio infelicitatis hæret.

Audite cæli, quod plangimus: sciat terra gemitum cordis nostri: doleant vices Christi Catholici Christiani, & ad detrimenta Fidei fidelis populus ingemiscat. Quis terrigena & filii hominum humane salutis damna deplorent, & generalis vitæ nostræ subversio ab omnibus viventibus generaliter lugeatur. Stat contra phalangas Israel novus nostri temporis Philisthaus, hæreticorum ordo, exercitus perverforum, qui agrinibus Dei viventis irreverenter exprobrat, & Deum majestatis in prima præsumptione blasphemat. Quid dubitas o David? quid trepidas vir fidelis? sume tibi fundam & lapidem: percutiatur protinus in fronte blasphemus, & caput nequam, quod impudenter erigitur, suo tuis manibus mucrone tollatur. Si enim in hoc certamine pars Christi vincitur, si vel ad modicum, & in puncto mater Ecclesia conculcatur: scimus pro certo causæ non deesse meritum, sed patrum: scimus, quod non negabitur agonistæ nostro triumphus, si amore Fidei militat pugnaturus. Verum quia juxta Veritatis verbum (a) messis multa est, & operarii pauci; si introierint audacter tuorum, bone JESU, depopulatores agrorum, parati sicut operarii subdoli, acerbata magis eradicare, quam matura demerere, quasi tuæ messis diem suis direptionibus putant prævenire: ubi sunt ergo agricola tui constituti super agrum fertile & jucundum, tuo cruore floridum, & aspersione piæ sanguinis irrigatum? Surgant & opulentur nobis, & in necessitate nos protegant, seque ad cruentas bestias murum nobis defensionis opponant. Surgite, inquam, surgite viri Patres, duces gentium, principes populorum, ab-

(a) Mat. 9.

PAGIUS

themium in Chron. Hirsaug. quem passim alii sequuntur, perperam hanc mortem in annum MCLXXX. distulisse. Fuit ea sanctitate & revelationibus illustris, quas jussu Eugenii III.

gite feras pessimas, quas vidimus, quæ monstramus; vel saltem vulpes parvulas effugate. Sed capere quidem est melius; sed ad hoc quis idoneus? Non habent certos aditus: semitas ambulant circulares, & in quodam fraudum suarum labyrintho monstra sævissima reconduuntur. Tamquam damula de manu diffugiunt, & instar colubri tortuosi, quo eos plus astrinxeris, facilius elabuntur. Deo autem gratias, quod etsi capi nequeunt, fugari possunt, ut cum perdidissent, quod demoliebantur in nobis, confundantur & pereant in semetipsis. Hoc autem, quod sit facile, per ea quæ vidimus, & tractavimus, approbavimus: ut jam amodo si factum non fuerit, non tam illorum nequitiam, quam defectus nostros, nostrorumque negligentiam deploramus.

Contigit enim nuper ad imperium domini Papæ, & hortatu piissimorum Principum Ludovici Francorum, & Henrici Anglorum Regum, dominum Petrum Apostolicæ Sedis Legatum, virosque venerabiles Pictaviensem & Bathoniensem Episcopos, nosque in comitatu eorum urbem adire Tolosam, quæ sicut erat civitas maxima multitudinis, ita etiam dicebatur esse mater hæresis, & caput erroris. Perreximus ergo ad illam, ut sciremus, si juxta clamorem, qui ascendit, esset dolor justus. Et ecce inventa est plaga ejus magna nimis, ita ut a planta pedis usque ad verticem capitis vix esset in ea sanitas. Vere enim tertia pars nobis nuntiata non fuerat de omnibus abominationibus suis malis, quas civitas illa nobilis in incredulitatis suæ gremio confovebat. Locum in ea sibi abominatio desolationis invenerat, & prophetorum similitudo reptilium in latibus ejus domicilium obtinebat. Ibi hæretici principabantur in populo, dominabantur in Clero, eo quod ut populus, sic sacerdos & interitum gregis ipsa configurabatur vita pastoris. Loquebantur hæretici, & omnes admirabantur: loquebatur Catholicus & dicebant: Quis est hic? in stuporem & miraculum deducentes, si esset aliquis inter eos, qui de verbo Fidei auderet aliquid vel mutire. In tantum prævaluerat pestis in terra, quod illi sibi non solum sacerdotes & pontifices fecerant, sed etiam Evangelistas habebant, qui corrupta & cancellata Evangelica veritate, nova illis Evangelia cuderent, & de corde suo nequam recentia dogmata seducto populo prædicarent.

Mentior, si non erat inter eos homo quidam ætate grandævus, rebus locuples, ornatus fratribus & amicis, & magnus

XXX. Quæ sint gesta recolite.

XXXI. Infania Manich. Principis.

Q q q

litteris mandavit. Richerius, qui sequenti sæculo vixit, in Chron. Senoniensi relato Tom. III. Spicilegii Dacheriani lib. 4. cap. 15. ante hos annos fere triginta, inquit, fuit in inferi-

omnino inter maximos civitatis, quem ita peccatis exigentibus, diabolus excaverat, ut seipsum Joannem Evangelistam diceret, & Verbum, quod erat in principio apud Deum, ab alio quodam rerum principio, tamquam a Deo altero segregaret. Hic erat in urbe illa pereuntium caput, & princeps hereticorum. Qui licet tamquam laicus & idiota nil sciret; inter eos tamen, velut quidam diabolice sapientie fons, perditionis & mortis felleos latices emanabat. Conveniebant ad eum noctibus noctue tenebrose; & ille indumento quodam ad instar tunice dalmaticae vestitus, cum sederet inter eos, tamquam Rex circumstante exercitu erat, & inerat desipientium predicator. Totam penitus urbem discipulis suis & disciplina repleverat: quippe cui aliquis de urbe praefortitudine sua resistere non audebat. In ipso quoque introitu nostro tanta erat hereticis ubique licentia, ut nos quoque per vicus & plateas recto itinere procedentes subsannarent verbo, digito demonstrarent, nos apostatas, nos hypocritas, nos hereticos conclamantes. Verum procedente tempore & data nobis requie diebus paucis, injunctum est uni de nobis verbum exhortationis assumere, & de regula verae Fidei coram infideli multitudine disputare. Habito autem sermone orthodoxae praedicationis ad plebem, conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas; ita ut qui prius obstruebant ora loquentium, jam apparere coram loquentibus non auderent. Audiens ilico, vel videns vulpes transfiguratas in calpas, ut quae prius impune in publico discurrebant, jam terrarum latebris, jam sese cellulis immergerent cavernosis, & plantaria sacra, quae jam non audebant in aperto commandere, intra terrae viscera corroderent & necarent: ne autem pardus ille discolor pellis suae varietate se proderet, sermonem sibi nequam callidis adventionibus firmaverunt, ut ad nostrae confirmationis similitudinem simulandam tracti ad discussionis *examen quidquid nos credimus, sed credere mentirentur.

* gramen

XXXII.

Ex illa ergo die dominus Legatus, & nos alii, qui cum feris bestiis in aperto congressu putabamus: ad perscrutandos eos quos timor & confusio tamquam ignobiles in ima terra detruserat, studium totum convertimus & laborem, ut vel coacti prodirent in publicum, & abicerent in luce opera tenebrarum. Factum est exinde, praecipiente Legato, ut juraret Episcopus & quidam de Clero, & Consules

PAGIUS

rioribus Alemannia partibus Sanctimonialis quaedam inclusa sanctissima conversationis & vita, Hildegardis nomine, cui Deus etiam inter caetera gratiam Prophetia contulerat, & quod mi-

civitatis, alique civitatis vere Fideles, quos nondum in aliquo perfidiae fama respererat, quod quoscumque vel haecenus noverant, vel nosse eos contingeret in futuro, qui essent hujus haeresis vel complices, vel auctores eorum: nobis nomina scripto deponerent, nulli penitus vel amore, vel pretio, vel cujuspiam necessitudines ratione parcentes. Cumque per singulos dies innumera multitudo in catalogum illius conscriptionis incidere: nominatus est inter alios magnus ille Petrus Moranus, quem Joannem Evangelistam, ut supra diximus, nominabant. Super quo nos omnes, communicato consilio, decrevimus ab illo inchoare iudicium, ut turba in reliquis perfida contremisceret, cum falsi Evangelistae versutiam veri Evangelii simplicitas condemnasset. Missis ergo apparitoribus praecipit eum. Comes S. Aegidii, qui fideliter nobis aderat, accessit. Sed ille in multitudine divitiarum suarum & parentum numerositate confidens, primae citationis editum fastuosae dilationis colludio declinavit. Altera ergo die praedictus Comes blanditus magis quam terroribus entens, eundem Petrum per amicos & notos leniter advocavit, & eum nobis tandem, post difficultates plurimas veniendi, mixtis cum terrore blanditis praesentavit. Tunc unus, qui loquebatur, e nobis, taliter eum exorsus est commonere: Eja nunc, Petre, tui te concives accusant, quod sanae Fidei regulis confutatis, in Arianam haeresis deveneris pravitatem; immo per multiplicium errorum devia & ducas ipse alios, & ab aliis deducaris. Ad haec ille de profundo suspirans, & tactus dolore cordis intrinsecus se non esse hujusmodi, est prima fronte mentitus, & requisitus, an hoc juramento probaret? simplici assertioni suae tamquam fidelis viri & illustris credi oportere contendit.

Petrus Moran. adducitur in iudicium.

Ceterum cum in exigendo juramento universi pariter instarem: promisit se continuo juraturum, ne in hoc ipso deprebenderetur haeticus, si juxta quod consuetudo illius erroris obtinuit, vitandi juramenti existeret obstinatus. Mox igitur Sanctorum reliqua honorabiliter afferuntur, cum tam solemniter reverentia & devotione suscepta, ut & fidelis populus compungeretur ad lacrymas, & haeticos, qui condenerant, latebrae potius, quam talia spectacula delectarent. Ipsum vero Petrum in cantu, quem ad invocandam Spiritus sancti praesentiam profusus lacrymis cantabamus, tremor evidens & pal-

XXXIII. Exigitur juramentum a Petro Morano.

pallor operuit: ita ut ab eo & color vultus aufugeret, & vigor animi deperiret. Quomodo enim adveniente Spiritu sancto in adversario ejus spiritu remaneret? Cernere erat hominem, quasi morbo paralytico dissolutum, nec loquelam retinuisse, nec sensum; quamvis tanta facundiae fuisse diceretur ab omnibus, quod omnes in dicendo sit solitus superare. Quid plura? Jurat infelix, astantibus universis, quod de omnibus articulis Fidei, quos requireremus ab eo, sua credulitatis exprimeret veritatem. Res mira, & in tali spectaculo pia jucunditate gratissima. Apertus est liber, in quo juraverat, & uno de circumstantibus religioso quodam joco occurrentis litterae praenosticum perquirente illius scripturae, textus occurrit: (a) Quid tibi & nobis JESU Fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos? Vere Domine JESU nihil tibi & illis, quos Pater tuus caelestis a te vite verae tamquam infructuosos palmites amputarat, & foras miserat, ut arescant. At nobis in tuo nomine congregatis laetitiae multiplicatur augmentum, & in gratiarum actione & voce laudis virtutis tuae gloria resonabat.

(a) Mat. 8.

XXXIV. Petrus Moran. arguitur Sacramentarius.

Demum Petrus in virtute sacramenti simpliciter requisitus, ut de sacramento altaris suam nobis fidem sine fraude aliqua fateretur: sed quod corde non credidit ad justitiam, nec ore confessus est ad salutem, sed contra id quod de omnibus mentiri decreverat, falsitatis suae prodidit veritatem; & panem sanctum vitae aeternae, sacerdotis ministerio in verbo Domini consecratum, non esse corpus Domini novo dogmate contendeat asserere. Tunc surrexerunt omnes, eum quodammodo lacrymis obruentes, quas & sacramentorum Christi contemptus elicit, & habita erga miserum compassio Christiana produxit. Nec plura. Dant Comiti responso: Reus & haeticus iudicatus est: statimque sub diligenti pollicitatione parentum custodiae publicae mancipatur. Volat facti rumor per vicus & plateas amplissimae civitatis. Aperiuntur ora Fidelium, & Catholicae plebis labia in tua, Christe, praecordia resolvuntur: velut tunc primum in eadem urbe Fidei splendor erumperet, & in spem salutis aeternae desperata dudum civitas respiraret. Ex tunc ergo & deinceps verbum Dei crescebat, & multiplicabatur in dies: ita ut universa urbis facies latior videretur, per qua in candorem lucidae veritatis de tenebris evadebat erroris.

XXXV.

Interea Petrus ad se reversus, & Domino respiciente, compunctus, cum se dignum penitus tam praesenti morte cerneret. Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

psit. Scripsit etiam librum medicinale ad diversas infirmitates, quem ego Argentina vidi.

ret, quam futura: missis mediatoribus multis satisfactionis quaerit aditum, & conversionis pollicetur effectum, ut possit in frugem melioris vitae ab imminenti mortis interitu liberari. Venit, recipitur, & in conspectu sistitur populi * circumstantis, nudo quidem corpore veteris perfidiae exuens pravitatem. Ibi se coram omnibus haeticum recognovit; ibi dedit manus Fidei; ibi renuntiavit errori, praestito coram omnibus manu dextera juramento, & datis fidejussoribus tam Comitibus suis, quod ad omne mandatum domini Legati se subderet, & jussionem ejus in omnibus adimpleret. Tunc indictum est populo, ut omnes pariter ad Ecclesiam sancti Saturnini die altera convenirent, audituri & visuri solemniter, quam poenitentiae formam Petrus ille susciperet observandam.

Petri Moran. con-versio.

* circumstantis.

Omnes igitur, sequenti die, ut fuerant Publica praenominati, convenerunt, tanta utique poenitentia Petri haer. multitudo, tam frequens, ut vix remaneret secus ipsa altaris cornua locus vacuus, qui domino Legato Missae solemniter celebranti sine compressione nimia praebere. Et ecce coram illa multitudine multa nimis Petrus ille jam noster per ipsas Ecclesiae valvas nudus & discalceatus adducitur, cedentibus hinc inde eum Episcopo Tolosano, & Abbate sancti Saturnini, donec ad pedes Legati in ipsis altaris gradibus poneretur. Et ibi in facie Ecclesiae Ecclesiasticis reconciliatus est sacramentis, abjurata omni haesi, & haeticis anathematizatis ab eo. Mox autem possessionibus ejus publicatis universaliter & proscripitis, poenitentia illi talis injungitur: ut infra quadraginta dies a patria sua exulaturus abscederet, in servitio pauperum Hierosolymis triennio moraturus. Interim vero singulis diebus Dominicis Ecclesias Tolosanae urbis nudus & discalceatus cum disciplinalibus virgis jussus est circuire, Ecclesiarum bona, quae abstulerat, reddere, usuras omnes, quas acceperat, restituere, damna pauperum, quos affixerat, resciscere, & castrum quoddam suum, quod haeticorum conventiculis profanarat, ab ipsis fundamentis evertere. Deus bone! quot ibi lacrymas laetitiae sancta profudit? quas gratiarum actiones & laudes populus jubilans & devotus caelestibus choris ingessit, cum de cavernis perfidiae talpa talis educitur, & in Israeliticam ovem lupus rapacissimus reformatur?

Post haec illo dimisso dominus Legatus XXXV. ad alios manus misit excommunicaturus utique illos, quos in magno numero vel suspicio publica, vel accusatio privata

Q q q 2 no- Scripsit siquidem de Ordine futurorum Praedicatorum & Fratrum Minorum, qui temporibus no-

CHRISTI
1178.

ALEXANDRI III. PAP.
19.

FRIDERICI IMP. 24.
MANUELIS IMP. 36.

notaverat. Nos autem vix tandem cum lacrymis exorta letitia revertendi, pro eo quod instantia Capituli nostros jam reditus exigebat: petita licentia, sub ea nobis est exceptione concessa, ut Albiensem diocesim intravemus, commonituri Principem terræ, Rogerum videlicet de Beders, ut & Albiensem Episcopum, quem sub custodia hæreticorum in vinculis tenebat, absolveret, & universam terram suam juxta præceptum domini Legati, eliminatis hæreticis, emendaret. Ingressibus ergo nobis una cum supradicto Bathoniensi Episcopo illam perditissimam regionem, quæ velut totius sentina malitiæ totam in se colluvionem hæresis illuc defluentis excepit: prædictus Rogerus in ultimos & inaccessibiles terræ suæ fines abscessit, tam mala conscientia profugus, quam causæ suæ merito desperatus. Odebat enim lucem veritatis auctor malitiæ, nec sustinere poterat nostræ colloquutionis accessum, qui totus recesserat in operæ tenebrarum. Pervenimus tamen ad quoddam munitissimum castrum ejus, quod proprie ac singulariter Castrum nomine incolæ nuncupabant. Ibi habitabat uxor illius cum militia magna, & familia multa nimis. Omnes fere habitatores ejusdem castrum, vel hæretici, vel hæreticorum complices erant, licet sola Domini virtute repressi, nihil contra Fidem, quam prædicabamus, præsumerent vel mutire. Quamvis enim essemus in manus eorum positi, & velut in eorum quasdam potentie suæ compedes hæretica undique multitudine circumventi: verbum tamen Do-

mini non erat alligatum, quin eos continuis invectionibus, & increpationibus feriremus.

Cumque videremus, quod nihil omnino præsumerent respondere: judicavimus prædictum Rogerum proditorem, hæreticum, & de violata Episcopi securitate perjurum, eum tamquam publica excommunicatione damnatum ex parte domini Papæ, & prædictorum Regum, in præsentia conjugis, militumque suorum in nomine Christi confidenter diffidantes. Ecce amodo satis apparet, quam grande & evidens ostium patet Principibus Christianis, ut Christi ulciscantur injurias, ponantque desertum quasi hortum Domini, & solitudinem ejus in delicias Paradisi. Ne autem vel parum, vel nihil fieri contra illos posse causentur: sciant omnes generalem fuisse in urbe Tolosana sententiam, quod si ista visitatio fuisset adhuc triennio retardata, vix inveniretur in ea, qui nomen Christi amplius invocaret. Super hæc autem omnia prædictus Comes S. Ægidii coram populo civitatis præstito juramento firmavit, quod amodo nec prece, ne pretio favebit hæreticis. Hucusque Henrici Abbatis litteræ, patentes ipse quidem, toto Catholico Orbe vulgatæ. At in Tolosanos & Albienses hæreticos fuit diutius laborandum; de quibus inferius suis locis sæpe dicendum erit. Henricus autem ipso anno sequenti ab Alexandro Papa auctus est amplissima Cardinalatus dignitate in ipso Romano Concilio trecentorum Episcoporum, quod suo loco dicetur.

xxxvii.
In Roge-
rum hæ-
ret. sen-
tentia.

(a) Voill.
de bello
sacro l.
xi. c. 26.
in fin.
Concil.
Generale
Lateran.
sub Alex.
Pap.

I. Anus sequitur Redemptoris millesimus centesimus septuagesimus nonus, Indictione duodecima, quo Romæ in basilica Lateranensi die quinta mensis Martii, cœpta est agitari Synodus generalis, cui interfuerunt Episcopi trecenti numero. Ita qui interfuit, & scripsit, Adtaque ipsa redegit in volumen unum (a) Willelmus Archiepiscopus Tyri. Quod quidem ipse testatur his ipsis verbis: Per idem tempus (nempe anno millesimo centesimo septuagesimonono, ut ex signato superius numero patet) Romana celebrata est Synodus in basilica Constantiniana, quæ dicitur Lateranum, trecentorum Episcoporum, Pontificatus Domini Alexandri vigesimo anno scilicet, mense Martio, Indictionis duodecimæ, quinta die mensis. Cujus si quis statuta, & Episcoporum nomina, numerum, & titulos scire desiderat; relegat scriptum, quod nos ad preces sanctorum Patrum, qui eidem Synodo interfuerunt, confectum diligenter quod in Archivio sanctæ Tyrensis Ecclesiæ, inter ceteros quos eidem contulimus Ecclesiæ libros, cui jam sex annos præsumus, jussimus collocari. Hæc de his ipse. Quibus erroris redarguas titulum præfixum Synodo Romanæ sub Alexandro, ubi asseritur celebrata anno sequenti, cui & interfuerint tantum ducenti & octoginta Episcopi.

Insuper sentiet Lebor, & mendacissimum esse titulum inditum Concilii Romani nomine collectioni canonum incerti auctoris, qui primo posuit ejusdem Alexandri Papæ decreta, sancita in eodem Lateranensi Concilio, numero vigintiseptem: reliquæ enim ejusdem voluminis sectiones quæ sequuntur (continet enim eas numero quinquaginta) ex diversorum Pontificum decretis collectæ noscuntur, & etiam nonnullorum, qui post Ale-

xandrum Papam vixerunt. Sed & Rogerius hujus temporis scriptor, dum de hoc agit Romano Concilio, affirmat, hoc anno, tertio Nonas Martii cœptum esse, tribusque distinctis diebus absolutum, atque in eo vigintifex decreta sancita, quæ recitat.

Ex quibus plane intelligitur, summa diligentia eundem Pontificem Alexandrum invigilasse, ut deperderet de civitate Domini omnes operantes iniquitatem, simulque omnes, quæ in disciplinam Ecclesiasticam irrepsissent, corruptelas, insurrexissent prævæ consuetudines, irrupissent ex tyrannorum violentia servitutes; & oppressiones Ecclesiasticæ libertatis e medio tolleret, obortaque recens hæreses, sive veteres male curatas, latius propagatas excideret, cohiberet factum & avaritiam Ecclesiasticorum in sibi subditos dominantium, & alia id genus, quæ dictis vigintiseptem capitibus continentur.

In quibus primum obtinet locum, quod ad avertenda, quæ in posterum possent oriri schismata, statutum (b) est, ut non haberetur Romanus Pontifex, qui non a tertia parte Cardinalium esset electus. Secundo vero loco damnavit ordinationes omnes, a schismaticis Pontificibus, Octaviano, Guidone, & Joanne habitas. Post alia vero sancita decreta (ut jungamus ultima primis) ad historicam pertinent rationem, quæ decreto xxvii. recensita leguntur statuta adversus hæreticos, tunc in Ecclesiam debacchantes, quæ sic se habent:

Sicut ait beatus Leo, licet Ecclesiastica disciplina, sacerdotali contenta iudicio cruentas non efficiat ultiones: Catholicorum tamen Principum constitutionibus adjuvatur, ut sæpe quærant homines salutare remedium, dum corporale super se

(b) Extr.
de elec. c.
licet de
visanda.

III.

gregata est toto fere superiori anno per totum Romanum Imperium, cui etiam interfuerunt sexcenti vel amplius Episcopi. Verum loco, sexcenti, legendum, trecenti, & hic error Librariis attribuendus; cum Chronographus iste non longe ab hoc tempore vixerit, & de Episcoporum numero fere inter Antiquos confet. Continuator vero Chronici sancti Petri Vivi, qui etiam hoc tempore vivebat, ait: Anno MCLXXXIX. dominus Alexander Papa III. celebravit Concilium Roma IV. Idus Martii, feria scilicet secunda post medium Quadragesima. Sed in Chronographo Reicherpergensis loco IV. Idus Martii, legendum IV. nonas Martii; numeri vero in Chronico Sancti Petri Vivi corrupti sunt, quod utrumque ex mox dicendis elicitur.

Sed hæc magis discutienda. Labbeus Tom. X. Concil. pag. 1530. exhibet Catalogum Episcoporum, qui Concilio Lateranensi III. interfuerunt, sed ille mancus & imperfectus. Dacherius

PAGIUS SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CCXVII. Anno Hegiræ DLXXV. inchoato die 8. Junii fer. 6. An. C. 1179. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6672. © 12. G. D 2. P. 1. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 1179.

ALEXANDRI III. PAPÆ 21.

FRIDERICI ÆNOBARI REG. 28. IMP. 25.

MANUELIS COMNENI IMP. 37.

Num. I. ad XIV. Concilium Lateranense III. generale & Oecumenicum ordine XI. hoc anno celebratum, ad quem Chronographus Reicherpergensis scribit: Alexander Papa celebravit Synodum Episcoporum generalem, & valde celeberrimam in urbe Roma, media Quadragesima idest IV. Idus Martii. Hac Synodus con-

PAGIUS nostris primum esse ceperunt, &c. Aliqua ex ejus Operibus, licet non omnia extant Tom.

XXIII. Biblioth. Patrum edit. Lugdun.

An.

De hujus temporis hereticis. * Albige- * Patari- nos.

metuunt evenire supplicium. Ea propter, quia in Guasconia * Allegatio, & parti- bus Tolosans hereticorum, quos alii Ca- ibaros, alii * Patrinos, alii Publica- nos, alii aliis nominibus vocant, in- va- luit damnata perversitas, ut jam non in occulto sicut aliqui, nequitiam suam ex- erceant, sed suum errorem publice man- festent, & ad suum consensum simplices attrahant & infirmos: eos, & defensores eorum, & receptatores anathemati decer- nimus subiacere: & sub anathemate pro- hibemus, ne quis eos in domibus vel in terra sua tenere, vel fovere, vel ne- gottiationem cum eis exercere praesumat. Si autem in hoc peccato decesserint, non sub nostrorum privilegiorum cuilibet in- dultorum obtentu, nec sub alia causa & occasione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Christianos recipiant sepulturam. Subiicit his de grassatoribus, qui instar Circumcellionum, quorum frequens est mentio apud S. Augustinum, debacchaban- tur in alios Christianos, diversis nominibus ex diversis locis puto denominatis: contra quos pugnandum admonet, ista subiiciens:

IV. De har- grassato- ribus. * Arrago- ner-sibus Rog. le- git.

De Brebantionibus, & * Arrogenum, Navarrus, Basculis, Coterellis, & Tria- verdinis, qui tantam in Christianos inhu- manitatem exercent, ut nec Ecclesiis, nec monasteriis deferant, non viduis & puel- lis, non senibus & pueris, nec cuilibet parcant aetati, aut sexui, sed more Pa- ganorum omnia perdant & vastent, simi- liter constitutum, ut qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint per regiones, in quibus taliter debacchabant: in Domi- nicis & aliis solemnibus diebus per Ec- clesias publice denuntientur, & eadem om- nino sententia & poena cum praedictis hereticis habeantur astricti, nec ad com- munionem recipiantur Ecclesiae, nisi socie- tate illa pestifera, & haeresi abjuratis. Relaxatos autem se noverint a debito fi- delitatis & hominis, ac totius obsequii, donec in tanta iniquitate permanerint, quicumque illis aliquo peccato tenentur annexi.

PAGIUS

rius Tom. XII. Spicilegii pag. 638. refert a- lium ex Codice MS. Monasterii de Brana Or- dinis Praemonstratensis, antiquum & longe am- pliorem; deductum, uti existimo, ex eo quem Tyrius lib. XXI. cap. XVI. dicit se confecis- se diligenter ad preces Sanctorum Patrum, qui eidem Synodo interfuerunt. In Catalogo tamen isto Dacheriano deest Rainaldus Abbas Ecclesia Montis Sion, cum quo & quibusdam aliis ibi- dem memoratis, Tyrius dicit se ad Synodum profectum esse. Contra vero Tyrius non me- minat VV. Glambulepcensis Episcopi provinciae Palaestinae secundae, quod forsitan ibi personas tantum septem numeret cum quibus ipse Ro- mam venit. Sed quidquid hac de re sit, in Praefatione praefari Catalogi Dacheriani dicitur, Concilium habitum esse anno ab Incarnat. Domini MCLXXIX. Alexandri III. Pontificatus vicefimo, mense Martio, Indictione undecima

Ipsis autem, cunctisque Fidelibus in- remissionem peccatorum injungimus, ut tantis cladibus se viriliter opponant, & contra eos armis populum Christianum, tueantur: confitenturque eorum bona, & liberum sit Principibus hujusmodi homi- nes subicere servituti. Qui autem in ve- ra poenitentia ibi decesserint: & peccato- rum indulgentiam, & fructum mercedis aeterna se non dubitent percepturos. Nos etiam de misericordia Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate, confisi, fideles Christianos, qui contra eos arma susceperint, & ad Episcoporum, seu aliorum Praelatorum consilium ad eos * decer- tando, expugnandos: biennium de poenitentia injuncta relaxamus. Aut si lon- giores ibi moram habuerint, Episcoporum discretionem, quibus hujus rei causa fue- rit injuncta, committimus, ut ad eorum arbitrium, secundum modum laboris, ma- jor eis indulgentia tribuatur. Illos au- tem, qui admonitioni Episcoporum in hu- jusmodi parte parere contempserint, a per- ceptione corporis & Sanguinis Domini ju- bemus fieri alienos. Interim vero eos, quae ardore ad eos expugnandos laborem ju- stum assumpserint, sicut eos, qui Sepul- crum Dominicum visitant, sub Ecclesiae defensione recipimus, & ab universis in- quietationibus, tam in rebus, quam in personis statuimus manere securos. Si ve- ro quispiam vestrum praesumpserit eos mo- lestare, per Episcopum loci excommunica- tionis sententia feriatur; & tamdiu sen- tentia servetur ab omnibus, donec ablata reddantur, & de illatis damnis congrue iterum satisfaciatur. Episcopi vero, sive presbyteri, qui talibus fortiter non resti- terint, officii sui privatione multentur, donec misericordiam Apostolicae Sedis ob- tineant. Haec tamen Alexandri Papae de- cretum.

Porro ejusmodi factiosorum turbæ haud sub Alexandro coeptæ, sed longe ante. Est namque de ejusmodi hominum grassa- torum genere, turbantium pacem publi- cam,

(legendum, duodecima,) quinta, & septi- ma, & nona decima die mensis. Additur E- piscoporum numerum fuisse trecentorum duorum. In Catalogo a Labbeo edito nulla mentio v. g. istorum in Catalogo Dacheriano enunciato- rum: De Oriente provincia Phanicis. VV. Ty- rensis Archiep. Jocius Aconensis Episc. Romanus Tripol. Provincia Celerisya VV. Glambulepcensis Episc. Provincia Palaestina II. Heraclius Casari- ensis Archiep. Radulphus Sabestenensis. Provincia Palaestina prima. Petrus Jerosolymitanus Ecclesia Prior loco Patriarcha. Albertus Belemitanus E- pisc. Inter nominatos tamen a Tyrio in sua. Historia sunt praedicti Heraclius, Petrus & Al- bertus.

Concilium tribus Sessionibus absolutum fuisse tam Catalogus Dacherianus, cujus verba mox retulimus, quam Hovedenus in part. posteriori pag. 382. diserte testantur. Haec Hovedeni ver-

Indulg. persecu- toribus haeret. datur.

* decer- taverint, Rog. le- git.

V.

III.

In grassa- tores haereticos concitan- tur tem- plarii e- tiam. (a) Pet. Clun. l. 6. ep. 27.

cam, mentio in epistolis Petri Clunia- censis ad Eberardum magistrum Templa- riorum, ubi rogat eum, ut sinat ejusmo- di genus hominum per Templarios exa- gitari; cum & inter alia ad tertiam ob- jectionem ista respondet: (a) Sed for- te dicitis: Contra Paganos, non contra Christianos arma sumptimus. Sed quis ma- gis a vobis vel a vestris impugandus est Deum nesciens Paganus; aut ipsum ver- bis confitens, & factis contra eum dimi- cans Christianus? Quis magis persequen- dus est, ignorans, & blasphemans; an agnoscens & impugnans? An non Deum impugnant, an non persequuntur, qui Ec- cl- siam ejus, qui populum emptum sangui- ne ejus absque ulla, ubi possunt, vel au- dent, personarum, graduum, dignitatum exceptione depradantur, cadunt, verber- rant, quandoque etiam (quod saepe con- tingit) perimunt? Non est, non est vere minus defendendus consiliis, immo gladiis vestris Christianus vim injuste patiens a Christiano, quam esset defendendus eam- dem vim patiens a Pagano, &c. De iisdem etiam idem agit, scribens ad Eugenium (b) Papam, cujus exstat adversus eos constitutio. (c) Sed ad res gestas in Sy- nodo redeamus.

(b) Id. ib. ep. 23. (c) Sub tit. Conc. Lat. sub Alex. par. 14. c. 1. VI. German. Episc. ab- jurant schisma. (d) Albert. Stad. in Chron. & apud Grant. recl. hist. Sax. l. 7. c. 3.

In hoc eodem Concilio Lateranensi E- piscopi illi Germaniae, & alii qui contra Alexandrum secuti fuerant Imperato- rem schismaticum, schisma abdicantes, veniam supplices postularunt, hac forma praescripta. (d) Ego N. anathematizo & recuso omnem haeresim extolentem se adversus sanctam Romanam Ecclesiam Ca- tholicam, praecipue vero schisma Octavia- ni, Guisdonis, & Joannis, & ordinationes eorum irritas judico, & eis contradico; & modo & in antea me obediturum juro, & promitto fidelitatem S. R. E. & do- mino meo Alexandro, & successoribus e-

PAGIUS Tres Ses- siones in hoc Con- cilio ha- bita.

verba, quorum tantum partem exhibet Baro- nius num. XIII. Congregatis universis Roma in praesentia Domini Papae Alexandri, ipse Papa in Lateranensi Ecclesia, in eminentiori loco cum Cardinalibus suis, & Praefectis & Senatoribus, & Consulibus Urbis constitutus, feria secunda tertia hebdomada Quadragesima, qua tertio No- nas Martii evenit, primum Concilii sui diem celebravit (id est, primam Sessionem). Simili- ter secundum Concilii sui diem celebravit quar- ta feria sequentis hebdomada, qua secundo Idus Martii evenit (seu die XIV. ejusdem mensis) In quo Concilio VVilhelmus Remensis Archiep. factus est Presbyter Card. ad tit. Sancta Sabi- na, & Henricus Abbas Claravallensis factus est Episcopus Cardinalis Albanensis. Et dominus Papa tertium Concilii sui diem celebravit (ter- tiam sc. Sessionem) secunda feria ante Domi- nicam in Ramis Palmarum, qua XIV. Kalen- darum Aprilis evenit, die nempe decima no- na mensis Martii, quae hoc anno in feriam secundam cecidit. In Catalogo quidem Dache- riano dicitur secunda Sessio die septima Martii habita, sed quemadmodum Librarius in indi-

jus juste intrantibus; ipsique serviam ab- sique omni malo ingenio contra omnem ho- minem secundum ordinem meum. Consilia ejus, quae mihi scripto certo mandave- rit, vel ipse commiserit nulli hominum prodam, nec etiam pro periculo corporis, atque membrorum. Legatum Ecclesia Ro- mana honorabo, & ducam & reducam, & juvabo expensis; sic me Deus adju- vet, & haec sancta Evangelia. His vero verbis dabantur pallia ipsi: in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & in honorem Dei Genitricis, & in honorem Apostolorum Petri & Pauli, & S. Eccl- siae Romanae, & domini Alexandri Papae tra- dimus tibi pallium, sumptum de beatissi- mo corpore Petri Apostoli, ut eo utaris in confessione sacramentorum, & corporis, & sanguinis Domini, & consecratione Ecclesiarum, & Chrismatis, & ordina- tione clericorum, & celebratione Syno- dorum secundum Ecclesia tuae consuetudi- nem. Quae praeterea in eodem Conci- lio transacta sunt cum Germanis, Hel- moldus sic narrat hujus temporis au- ctor: (e)

(e) Helm. Chron. l. 2. c. 28. VII.

Pergebant illuc multi ordinati a schis- maticis, sperantes se gratiam Apostolice invenire, & mitras exequendi officii ab eo consequi. Praecipue autem de Ecclesia Halberstadensi, quae per Geronem nimis demembrata erat, tam monachi, quam clerici clementiam Apostolicae Sedis adie- runt. In qua profectioe praecipue erat Abbas Theodoricus de * Hilseneburg, quia fere omnis congregatio monachorum suorum in salicibus organa sua suspende- rant, exceptis paucis senioribus, qui ante schisma ordinati fuerant. Cumque omni instantia instarent, pulsantes Aposto- licam pietatem: tandem de ordinatis Ge- ronens dispensatum est, ut quia idem Ge- ro non a schismatico, sed a Catholico, Har-

* Hilsen- burg, Qui poe- nitentes recepti.

ditione, ita & in illa Sessione describenda pec- cavit. De Guillelmo a Campania, vulgo ad Al- bas-manus cognominato, primum Carnotensi Episcopo & Archiepiscopo Senonensi, dein Ar-chiepiscopo Remensi Cardinali in hoc Conci- lio creato non semel egimus, rursusque de eo non semel sermo redidit; de Henrico Car- dinali Albanensi infra agetur; fuit enim u- nus ex illustrioribus hujus aetatis Cardinali- bus.

Triplicem ob causam Concilium istud gene- rale congregatum; primo, ut schisma penitus extingueretur, secundo, ut Valdenses heretici damnarentur, tertioque ut disciplina Ecclesia- stica, quae durante schismate labefacta fue- rat, restitueretur. Et quia in Ecclesiis & mo- nasteriis simoniaca labe, in Ecclesiasticis ava- ritia, & in laicis usura, aliaque vitia horren- dum in modum grassabantur, iis malis Alexan- der III. & sacra Synodus Canonibus viginti septem Tom. X. Concil. legendis occurrerunt. Gervasius quidem in Chron. refert Canones viginti sex in hoc Concilio statutos, sed duos in unum confundit, & uno tenore recitat. A- no-

IV. Causa ce- lebratio- nis Con- cilio.

Hartwico videlicet Bremensi Archiepiscopo ordinatus fuerat: ordinati ejus per gratiam Apostolicam in ordinibus suis persisterent, & ad majores per benedictionem ascenderent. Ipse etiam Gero hanc obtinuit gratiam, ut officium pontificale in omni loco libere exequeretur, ut in Episcopatu Halberstadensi. Venit etiam illuc dominus Bertoldus Bremensis electus in promotione officii sui suscepturus Apostolicam benedictionem. Quem dominus Papa benigne suscipiens, de promotione ipsius instantissime tractare cepit. Ipsi etiam omnem honorem deferebat, ita ut in Concilio Prælatorum cathedram suam inter summos pontifices collocaret, & eum infulatum coram se residere faceret. Cumque in proximo sabbato promovendus esset in sacerdotem, & sequenti Dominica in Episcopum: feria sexta ad vesperam venit Nuntius Ducis Henrici, Otto Præpositus, qui erat acerrimus perorator: & quia idem notus erat summo sacerdoti, statim intravit ad ipsum. Mane autem facto cum se Bremensis electus ad suscipiendos ordines præpararet, & ei Humbaldus Cardin. qui post Alexand. factus est Lucius, in quo summa consilii Romana Ecclesiæ pendebat præparaturam suam, eo quod inhoneſtior non esset, deputasset; dictum est a Cubiculariis domini Papæ: Veniant Bremenses. Venit igitur dominus Electus cum suis, & dominus Apostolicus egressus de cubiculo suo, dixit ad eum: Frater, quia infra sacros ordines ad honorem pontificatus electus es: cassamus electionem tuam. Cumque quidam astantium dicerent: Domine, meminerit pietas vestra quod electionem ipsius approbaverit; Apostolicus in cubiculum, unde egressus fuerat, reversus est: Bertoldus autem non sine rubore discessit. Sed petamus Acta ipsa narrata diffusius apud Albertum Abbatem.

PAGIUS nonymus vero Casinensis in Chron. recte quidem habet viginti septem, sed numeri in aliis quæ de hoc Concilio habet, valde corrupti: Alexander Papa, inquit, celebravit Concilium in Ecclesia Lateranensi mense Martii, ubi fuerunt Episcopi numero triginta & unus, exceptis Cardinalibus, qui fuerunt viginti duo, & exceptis Abbatibus, qui pro nimia multitudine numerari non potuerunt, ubi sancta Synodus promulgavit capitula XXVII. sed error qui in numerum Episcoporum irrepit, Caraciolo, qui illud Chronicon primum edidit, attribuendus; Peregrinus enim in Notis ad illum Anonymum affirmat in omnibus MS. legi, Episcopi numero CCC. & Tyrius laudatus, qui habet CCC. loquitur numero rotundo; in Catalogo vero Dachteriano aliquos prætermisissos fuisse jam indicavimus. Numerus Abbatum magnus sine dubio fuit, sed non nisi verbis generalibus ab Antiquis expressus.

V. Annus celebrati Concilii in dubium revocari non potest. Tyrius quidem citatus capit. XXVIII. ait: Anno ab Incarnatione Domini MCLXXVIII. qui erat regni Domini Balduini

Stadensem, sed male anno sequenti, a quo & sumpserunt alii recentiores, his verbis: (a)

Bremensis Ecclesia tum quoque innovabat pontificem. Nam anno Christi septuagesimo octavo post millesimum centesimum Balduinus excessit humanis rebus, cum ipsa die esset suæ depositionis litteras a Romano Pontifice accepturus. Et quidam Bertoldus vir insignis litteraturæ eligitur, ut præveniat Henrici Ducis molitio. Solus Otto Præpositus ab hac electione appellabat, præterens Sifridum Marchionis Alberti filium Episcopum jam dudum Brandeburgensem in eam sedem sustolli. Quod etiam post multa provenit. Ascenderat Bertoldus electus ad Concilium Lateranense, quod Romæ audierat congregari, petivitque consecrationem, certissimus spei, quod omnia ex voto consequeretur. Sed pridie sederat in Concilio inter Episcopos infulatus, cum tamen non esset presbyter, unde magnam contraxit invidiam. Aderat illi quidam magister Gerardus, qui pro illo allegabat in Concilio his verbis: Domine Pater, ecce Bremensis Ecclesia concordat & unanimi voto offert tibi sponsum suum magistrum Bertoldum, virum utique dignum & moribus approbatum, scientia decoratum, liberalibus artibus instructum, utriusque Testamenti pagina eruditum, decretorum & legum industria peritum, virum (ut apparet) personatum canonicè, & sine contradictione electum. Petitque a te hodie accipere gradum sacerdotii, & cras Episcopalem benedictionem.

Papa breviter ad hæc: Credimus tibi dicenti, magister, sed scriptum est: (b) Manum nemini cito imposueris. Loquamur cum fratribus nostris, audiamus formam electionis. Examinantur Bremenses per duos Cardinales Rainertum Papiensem,

quarti, annus quintus (legendum annus sextus) mense Octob. cum anno præcedente indicta esset per universum Latinorum Orbem Roma Synodus generalis, ad eandem Synodum vocati, &c. Et paulo post sub eodem anno: per idem tempus Roma celebrata est Synodus in Basilica Constantiniana, que dicitur Lateranum trecentorum Episcoporum, sed mensem Octobrem ac Martium, quo Synodus habita, ad eundem annum refert Tyrius, quia annum a Paschate exorditur, sicque mense Martio currentis anni, annum adhuc MCLXXVIII. numerabat; quare a communi sententia non discrepat, & ex eo loco intelligimus, eum annum, quem sæpius a die Natali Christi inchoat, aliquando a Paschate repetere, quod & alii alii per hæc tempora non sine Chronologiæ detrimento indiscriminatim faciunt. Præter Tyrium negotium facessere posset Robertus de Monte, qui non solum in Chronico Francofurti edito, sed etiam in eo quod Dacheries publicavit, & solus genuinus ejus foetus est, Synodum hanc Lateranensem cum anno MCLXXX. connexit. Verum jam sæpius monuimus, in eo Chronico

(*) Chron. l. 7. c. 4. VIII.

IX. (b) Martii.

Epocha hujus Concilii certa.

sem, & Joannem Neapolitanum & inventi sunt discordare. Papa in Confessorio suo sententiam dixit: Fratres, vidimus Electum vestrum. Placet persona, placet scientia, placet eloquentia: placent etiam (quantum novimus) mores. Verum modus electionis displicet, præsertim, quia est infra sacros ordines, non dico subdiaconatum, sed acoluthatum electus, quo gradu secundum rigorem juris licet contrahere matrimonium, quod canonicis obviat institutis. Appellationem quoque super hoc factam audivimus, quam coactus est resignare appellator. Insuper se denuo fecit eligi, & secunda electio cassavit primam. Præterea Electus vester ante sacros ordines accepit regalia de manu Imperatoris. Hæc non admittunt dispensationem de facili, & alia quæ præterimus. Inde est, quod electionem vestram infirmam & irritam pronuntiamus. Data sententia, volenti loqui depositio non est data audientia. Sed ostiarii clamabant: Levate, andate: Andate, andate. Hactenus Acta Concilii in causa Bremensis electi.

Nectarius Græcus refractarius auditus in Conc.

Spectant ad ejusdem Romani Concilii Acta, quod Græcorum schismaticorum Legatus Nectarius Abbas, eadem qua venit animi obdurata nequitia atque perversitate, inflexus & obstinatus, post prolixas disputationes est reversus ad suos, a quibus tamquam in Olympiacis victor est receptus. Significant ista litteræ, quas ad ipsum tunc temporis dedit Georgius Corcyra Episcopus, & ipse eadem fuligine tinctus, & morbo affectus, his verbis:

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

co numeros a Librariis transpositos fuisse, indeque anno illo multa refert, quæ ad hunc pertinere inter omnes convenit. Non loquar hic de Eclipsibus, quarum mentionem facit, quas certum est præter mentem ejus aliis annis quam quibus contigerunt, notatas fuisse.

VI. Canon XXVII. adversus hæreticos editus.

Canon XXVII. qui & ultimus, editus est adversus hæreticos, in eoque inter alia dicitur: Quia in Gasconia, Albigensio, & partibus Tolosanæ, & aliis locis, ita hæreticorum, quos alii Catharos, alii Patrinos (legendum, Patarenos, vel Patarinos) alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perversitas, &c. Eos, & defensores eorum, & receptores, anathemati decernimus subjacere, &c. De Brabantionibus, & Aragonensibus, Navariis (legendum, Navarris,) Bascolis, Cozerellis & Triaverdinis, qui tantam in Christianos immanitatem exercent, ut nec Ecclesiis, nec monasteriis deferant, &c. Similiter constituimus, ut qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint per regiones, in quibus taliter debacchantur, in Dominicis, & aliis solemnibus diebus, per Ecclesias publice denuncientur, & eadem omnino sententia & pena cum prædictis hæreticis habeantur adstricti.

VII. Cathari Manichæi fuerunt.

Sapientissimo Præposito sancti monasterii Casulorum & meo dilecto fratri in spiritu domino Nectario Georgius Corcyra Metropolitana, & tuarum precum egenus.

Querunt multi, cur tu, optime Nectari, & ego tanto tempore taceamus, qui priores illas frequentes nostras mutuas litteras noverunt, ac illas tribuunt amori illi, qui ex mutua aliqua necessitate oriri solet. Et hac de causa intermissas litteras autumant, quasi amicitia nostræ vincula sint disrupta. Ego vero iis, qui a me hæc sciscitantur, illud respondere soleo: An non habemus facultatem uterque nostrum tacendi, & loquendi? Vel utrum ad scientia ostentationem id facere oportet, instar garrularum avium? Aut quemadmodum in Dodone quondam æs illud perpetuo tempore tinniebat: ita & nobis etiam faciendum? Vel utrum solus ego & Nectarius debemus loquendi studio navare operam? cum præsertim Sapientem nobis præcipientem audiamus, quod sapientium labia obstringuntur silentio, & suo tempore clauduntur opportune, & aperiuntur. Et quod vir prudens silentium voveat, & lingua frænum imponat, ne hoc illuc deferatur. Sunt enim hæc tempora valde periculosa, & præcipitiorum plena. Hæc equidem respondere soleo illis, qui silentii nostri impatientes, causas scire contendunt.

Ipsi vero non abstinent propterea, quin potius instantius nos urgeant, hujusmodi verbis: Dic nobis, domine, utrum ferendum & tolerabile tibi videtur, sapientissimi Nectarii silentium ulterius progredi? Utrum tibi videtur honestum, ut nos

R r r ni-

diolanensis ad diem XVIII. mensis Aprilis, pag. 595. ait, credibilis esse a vulgo Germanico, propter nocturnas coitiones contumeliæ causa (dictio enim Caters, idest feles, seu lemures); vel ex obsoleta jam, sed apud Othfridum inveniunda voce Quaten, Quetten, garrive factum eis esse nomen: quod hodie omnibus in Belgio ac Germania hæreticis commune manet, ut Kettors dicantur, sicut etiam nunc ab ista radice usurpatur in Flandria vel Germania verbum Quetteren, in eadem cum primitivo significatione. Sed quidquid de hac Etymologia sit, Cathari mei Manichæi erant & non solum in Italia ac Francia; sed etiam in Germania extendebantur, ut manifestissimum sit testimonio Eckberti Schonaugiensis hoc tempore viventis in suis Sermonibus adversus Catharos habitis, qui extant Tom. XXIII. Biblioth. PP. edit. Lugdun. In Epistola enim Dedicatoria ad Raginoldum seu Rainaldum Archiep. Coloniensem, ait: In vestra diocesi frequenter contigit deprehendi quosdam hæreticos, &c. Hi sunt, quos vulgo Catharos vocant, &c. In Sermone primo: Secta eorum de quibus agimus, originem accepit a Manichæo hæresarcha. Hovedenus, qui antiquas hæreses non bene distinguit, ad annum MCLXXVI. ait: Damnata est Ariana hæresis (ubi Arianos pro Manichæis usurpat,) qua fere totam provinciam fœderat, &c. Subdit: Erant itaque

X.

Georgii Episcop. Corc. epist. de rebus gestis per Nectar. Romæ.

XI.

CHRISTI 1179.

ALEXANDRI III. PAP. 20.

FRIDERICI IMP. 25. MANUELIS IMP. 37.

CHRISTI 1179.

ALEXANDRI III. PAP. 20.

FRIDERICI IMP. 25. MANUELIS IMP. 37.

nihil audiamus de illius profectioe ad Urbem magnæ gloriæ Romam? vel de ejus impetuoso quodam motu a Deo concitato? dum fama per nostras discurret aures, quod ipse Nectarius ita ingenue & intrepide se gesserit ibi cum adversariis, ut omnino non quasi judicandus, sed judicaturus potius & damnaturus acceperit pravos hæreticorum errores. Gladius enim factus est, veritatem segregans a mendacio, & ignis accensus est, qualem venit ut (a) poneret super terram Christus Dominus, qui de pravantes dogmata foret combusturus, & eos, qui veritati accederent, illuminaturus, nec non refrigeraturus: ut utrique parti admirabilis apparuerit; alteri quidem, quod tale a Deo firmamentum obtinuerit; alteri vero, quod quasi esset libra quædam, & gnomon exquisitus, eorum cogitationes obliquas optime correxerit. Cum igitur inde fuerit reversus, & quasi alter Olympionices multis ornatus venerit coronis & præmiis: oporteret, ut ipse nobis non invideret, & suarum jucundissimarum narrationum nos participes faceret, quandoquidem ab ejus aspectu, & loco suorum certaminum ita longe absumus. Ita quidem alius hinc, alius aliunde magna cum instantia mecum contendunt. Ego vero cum non valeam quidquam respondere adeo validis objectionibus, eo devenio, ut omnino obmutescam, nec possim aufugere captiones eorum, qui nec cessant, nisi tu ipse nectarea tua aperueris labia, & naraveris ea, quæ coram vertice illo Apostolis comparando, summo videlicet Pon-

tifice, & cum reliquo corpore illius, quæ ibi est Ecclesiæ, optime diserueris, & certaveris propositum tibi certamen, cursum consummaveris, & fidem servaveris, ut reposita corona justitia tibi sit merito expectanda, quam tibi reddet pulcherrimam in extremis temporibus justus judex Dominus, & qui certamina proponit & præmia servis suis, ut par est. Me vero, qui jam de salute corporis desperavi mei præ gravitate dolorum, qui me nimis angunt; vel ab his doloribus liberet Deus tandem, vel me doceat æquo illos animo ferre, si sua summa providentia, ut hæc patiar, conducibilis mihi fore decrevit. Saluta meo nomine dominum Joannem. Hæc ex Codice Metiano, ex quo ad eundem Nectarium quæ ejusdem Georgii Episcopi Corcyræ brevior extat, epistolam describamus. Delectat quippe audire Græcum antiquitatis Atticæ quidpiam redolentem utinam & pietatis:

Sapientissimo domino & dilecto fratri Præposito sanctissimi monasterii Casulorum domino Nectario minimus Metropolita Georgius.

Felicitatem hanc judico quovis lucro majorem, quod tuæ sin vicinis sanctitati; & permaneam in extrema hujus maris ora, & aliud mare, virtutis scilicet, & sapientiæ, & doctrinæ, venerandum caput tuum repererim. Si enim segregatus ego a sancto illo Athenarum Præfule, multis rerum vicissitudinibus hinc inde jactatus sum: habeo saltem te portum multiplicis consolationis & refrigerii.

XII.

(a) 2. Par. 9.

(b) Mat. 12.

Et licet nos ab invicem segregent maria & oppositi sinus, & portus; litteris tamen quasi quibusdam naviculis webemur. Et ego jam incipio, ut ad te per mare transebar, hoc pacto. Impono autem epistolæ scypho præter unum, quod ferri possit (corpus autem tale portatile intelligo) omnia quæcumque mihi sunt, sincerum videlicet amorem, veritatem puram, orationes & preces pro tua salute ferventes, & sine intermissione. Num tibi videtur parva hæc, & nullius momenti? vel potius magni pretii & felices merces? Num tales portare potuit Salomoni (a) Regi navis illa ad Tarsenses missa, & inde tertio quoquo anno revertens onusta? sed plusquam (b) Salomon hic (ut aliquid ex verbis Domini ipse mutuer) tum propter maximum eorum pretium, quos diximus habituum: siquidem habitus sunt virtutes, præcipue vero propter mentis altitudinem tuæ, instar Salamoni, & propter cordis tui effusionem, & mentis latitudinem. Dicta hæc mihi sunt pro temporis conditione, & quia syllabarum harum portitores festinare me cgebant, & urgebant. Si vero Deus diem tranquilliorum nobis largietur, prolixius, & ut scientiæ ratio postulat, agemus cum tua sanctitate. Cupio enim jumopere tuam Ann. Eccl. Tom. XIX.

audire linguam, & sermonem, & exactiorem opto congressum. Degustavi siquidem aliquando, præcipue Byzantii, cum dominus Pelagius te secum traheret, & ego legatione fungebar pro Athenarum Episcopo, Orbis scilicet lumine, ejus vices sustinens. Sed parce, sapientium virorum præstantissime, & cum fraterna dilectione mutuas orationes & preces pro nobis mitte, quæ Deum nobis propitium reddant. Hactenus de his quæ spectant ad Nectarium, qui contra Latinos in Synodo pro Græcorum erroribus stetit obstinatissime. Sed reliqua ejusdem Synodi percurramus.

Delata fuit accusatio in eodem Concilio a quibusdam Alexandro Papæ adversus scriptum Petri Lombardi Episcopi Parisiensis, quod male sensisset de Christi humanitate, & in aliis Fidei articulis ab Ecclesia Catholica deviasset. Tunc Alexander Papa has dedit litteras ad Willelmo Archiepiscopum Senonensem his verbis: (c)

Alexander Episcopus servus servorum Dei Willelmo Senonensi Archiepiscopo salutem. Cum in nostra olim esset presentia constitutus: tibi viva voce injunximus, ut Suffraganeis tuis Parisiis tibi adscitis, R r r 2 ad

XIII.

(c) Recitat eas Mat. Paris in histor. Angl. hoc anno.

PAGIUS

tis anno MDCLXXXIII. impressum, in quo fabularum Romanensium inventionem Orientis populi, Ægyptiis nempe, Arabibus, Persis, Syriisque acceptam referri debere demonstrat, tam ex præfatis fabulæ Romanensium artificibus, uti Clearcho in Cilicia nato, Jamblico apud Babylonios educato, quam ex Heliodoro Tricæ, quæ Thessaliæ urbs, Episcopo, de quo Socrates in sua Historia Ecclesiastica, aliique. Quomodo postea ab Orientalibus ad Italos, Francos & Hispanos, id scribendi genus transierit, fufe prosequitur, sed hæc non sunt hujus loci.

XI. Petrus Lombard. ante hunc annum hæreticos accusatus.

Baronius num. XIII. ait, in hoc Concilio a quibusdam delatam fuisse accusationem adversus Petrum Lombardum Episcopum Parisiensem, quod scripsisset; quod Christus secundum quod est homo non est aliquid. Id autem probat Baronius ex literis Alexandri III. ad Willelmum Archiepiscopum Senonensem datis, quibus ei præcipit, ut suffraganeos suos Parisios convocet, & una cum illis & aliis religiosis viris præscriptam doctrinam studeat penitus abrogare. Verum Willelmus jam ab an. MCLXXVI. ab Ecclesia Senonensi ad Remensem translatus fuerat, ut ibi demonstravimus. Matthæus Parisius, qui eas literas huic anno affixit, aliique errandi causa fuit, non refert quid super ea propositione statutum fuerit, atque tantum hanc altercationem stitisse indeterminatam a diebus Alexandri III. usque ad tempora Innocentii III. Paucis autem hinc annis Magister Gualterus Prior Sancti Victoris Parisiensis, insignis Theologus, Petrum Abaelardum, Petrum Lombardum, Petrum Pictavinum ejus discipulum, & Gilbertum Porretanum hæreticos infimulavit, quod Trinitatis, cæteraque divina mysteria Aristotelicis regulis & præceptis enarrarent, & contra eos quatuor

libros composuit, qui, ut observat Bulæus Tom. II. Hist. Universitat. Paris. pag. 402. extant MSS. in duobus exemplaribus asservatis in Bibliotheca S. Victoris, quorum Prologus sic incipit: Quisquis hoc legerit, non dubitabit IV. Labyrinthos Francia, id est, Abaelardum & Lombardum, Petrum Pictavinum & Gilbertum Porretanum uno spiritu Aristotelico afflatos, dum ineffabilia Trinitatis & incarnationis Scholastica levitate tractarent, multas hæreses olim vomuisse, & adhuc errores pululare.

Plusibus Gualterus in libris illis refellit citatam propositionem Petri Lombardi, aliaque ejusdem Auctoris. Verum nihil in hoc Concilio Lateranensi adversus illas decretum reperitur. Audiendus idem Gualterus. Hoc sciendum quod Alexander Papa nuper in Concilio Romano paraverat nominatim illius (nempe Petri Lombardi) sententias damnare, quarum argumentis & Arrii, & Sabellii, & novorum hæreticorum error recrudesceret, sc. quod Christus nihil sit secundum quod homo. Quidam vero Cardinalium causam Dei & fidei Christiana religionis, qua stamus & vivimus, alienis negotiis postponentes non recte & respondentes dixerunt Venerabili Papa; Domine, alia majora suscepimus tractanda. Tunc Apostolicus; Imo primum & maximum de fide & hæreticis agendum est. Quod illi audientes egressi sunt de Consistorio. Quidam etiam Episcopus VValensis Adam exivit cum illis dicens; Domine Papa, ego ei Ecclesiæ & Præpositus olim scholarum ejus defendam sententiam Magistri. Quid plura? Cessent jam putida rana in inonante & desinente.

Refert postea literas Alexandri III. quas quia breves & proposito nostro convenientissimæ

XII. In Concilio Lateran. nihil adversus eum definitum.

XIII.

(a) Luc. 32.

PAGIUS

que in provincia Tolosana quidam hæretici, qui se appellari faciebant Bomobomines, quæ vox Catharorum voci æquivalet. Patarinorum nomen sæculo superiori Mediolani adinventum, de eoque sæculo illo egimus.

VIII. Plures provinc. eius infecerant.

Puricellus in Monument. Basil. Ambros. n. 595. ait hanc hæresim Mediolanum inductam a quibusdam, qui Raynaldum Archiep. Coloniensem & Archicancellarium Italicæ comitabantur; sed ea in re hallucinatur, quia ex Landulpho a S. Paulo constat ante annum MCXXX. hanc hæresim in districtum Mediolanensem introductam fuisse, quam certum est valde dilatam durante schismate Ecclesiæ Mediolanensis. Gretzerus in suis Prolegomenis ostendit, Catharorum sectam Coloniæ de partibus Flandria anno tantum MCLXIII. apparuisse. Cum vero Germani hanc hæresim acceperint de Flandria partibus, apparet Flandros eam a Francia, & Francos accepisse ab Italia, unde plures nefarii hæretici ultra montes a tempore Roberti Francia Regis venerant; Itali vero venenum hoc hauserant a Dalmatis Italiæ vicinis, & a Bulgaris, ubi fons & origo hujus Manichæismi fuit.

IX. De hæreticis distis Bascolis & Vasclis.

Quoad Bascolos Oihenartus in Notitia Gasconia lib. 3. cap. 3. notat posteriorem ætatem Vascos appellasse diminutiva voce Vasculos, & contracte Vaselos vel Baselos. Hodie enim etiam hujus gentis nomen Galli per B, Hispani per V, consonantem preferunt, & quos illi

Bascos, hi Vascos appellant. Ait Oihenartus se non reperisse antiquiores Auctores, qui Vascos Baselos vocarint, quam Patres Concilii Lateranensis hoc anno coacti. Pseudo Turpinus enim, qui in Præfatione fabulose suæ Historiæ de Carolo Magno ea voce utitur, paulo ante annum MCC. scripsit, & homo Hispanus fuit, ut patet ex verbis Gaufrædi Vosiensis hoc tempore viventis in Epistola ad Conventum S. Martialis, præfixa Vitæ Caroli M. Gaufrædus Prior Vosiensis, sacro Martialis Conventui, & universo Clero Lemovicini elimatatis gaudiis sempiternis perfrui. Egregios invicti Regis Caroli triumphos, ac præcelsi Comitum Rotholandi prædicandos agones in Ispania gestos nuper ad nos ex Esperia delatos gratanter excepi, & ingenti studio corrigens scribere feci, maxime quod apud nos ista latuerant hætenus, nisi qua joculatores in suis proferebant cantilenis, &c. Ego tanti Pontificis (nempe Turpini, de quo mox locutus fuerat) oratibus mihi a iudice pio dari veniam opto. Fabulosa itaque illa Historia antiqua non est, licet verus Turpinus, qui Archiepiscopus Remensis fuit, Caroli Magni tempore vixerit.

Petrus Daniel Huertius Vir in omni genere scientiarum excultus, antequam ad Episcopalem dignitatem eveheretur, composuit egregium Opusculum de Origine fabularum Romanensium, vulgo, Romans, a Willielmo Pyrrho e lingua Gallica in Latinam versum, & Hagæ-Comitis

X. De origine fabularum Romanensium.

CHRISTI 1179.

ALEXANDRI III. PAP. 20.

FRIDERICI IMP. 25. MANUELIS IMP. 37.

CHRISTI 1179.

ALEXANDRI III. PAP. 20.

FRIDERICI IMP. 25. MANUELIS IMP. 37.

ad abrogationem pravæ doctrinæ Petri quondam Parisiensis Episcopi, qua dicitur: Quod Christus, secundum quod est homo non est aliquid: omnino intenderes, & efficacem operam adhiberes. Inde siquidem est, quod fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus quod tibi, cum presens esses, præcepimus: Suffraganeos tuos Parisios convocas, & una cum illis & aliis viris religiosis & prudentibus præscriptam doctrinam studeas penitus abrogare, & a magistris scholaribus ibidem in Theologia studentibus Christum sicut perfectum Deum, sic & perfectum hominem, ac verum hominem ex anima & corpore consistentem, præcipias edoceri: universis firmiter & districte injungens, quod doctrinam illam de cætero nequam docere præsumant, sed ipsam penitus detestentur. Hæc tunc Alexander Papa, quæ naviter per eundem Senonensem Archiepiscopum impleta fuisse liquet.

Præterea in hoc eodem Romano Concilio creatos fuisse aliquot Cardinales, testatur Rogerius in Annalibus, dicens: In quo Concilio Willelmus Rhemensis Archiepiscopus factus est presbyter Cardinalis ad titulum S. Sabine, & Henricus Abbas Claravallensis factus est Episcopus Cardinalis Albanensis. Et dominus Papa tertium diem Concilii sui celebravit secunda feria ante Dominicam in ramis Palmarum, quæ quartodecimo Kal. Aprilis evenit.

Insuper tunc Alexander Papa S. Laurentium Archiepisc. Dublinensem in Hibernia, creavit Legatum Apostolicum in illis partibus; de cujus functione hæc in vita ipsius: (a) Legatus totius Hiberniæ a domino Papa constituitur. Reversus inde prospere in Hiberniam, comissa sibi legationis officium cum magna totius Ecclesiæ libertate exequi satagebat. Et paulo post: In tantum autem ministrorum Ecclesiæ execrabatur immundi-

Cardinales creati in Concilio.

XIV. Legatio credita S. Laur. (a) apud Sur. t. 6. die 14. Nov. c.

Peregrinatio Regis Francor. ad S. Thom. Marr.

ditiam castitatis & honestatis zelator, tamque eos ad continentiam provocabat; ut omnes tam subdiaconos, quam diaconos, vel presbyteros, si incontinentiæ convicti essent, licet tamquam Archiepiscopus posset, tamen nollet absolovere, sed ad Romanam Ecclesiam a summo Pontifice absolvendos destinaret; ita ut quodam tempore (quod dictu mirum est) centum & quadraginta presbyt. incontinentiæ convictos Romam miserit absolvendos, &c. Hactenus de Romano Concilio.

Eodem anno recentem martyrem S. Thomam Deum visitatione magnorum Principum magnopere illustravit; cum videlicet gratus adhuc post obitum idem Sanctus de acceptis beneficiis a Rege Francorum: per visum apparens sese obtulit, qui ab imminenti morbo liberaret filium ejus. Describit ista Rogerius his verbis: Philippus filius Ludovici Regis Francorum, & prædictæ Alæ Reginæ, ægotavit usque ad mortem. Unde pater suus plurimum condoluit, & divina revelatione in somnis admonitus est, ut devota peregrinatione adiret B. Thomam Cantuariensem martyrem, si vellet filium suum pristinæ sanitati restitui. Unde factum est quod Ludovicus Rex Francorum, missis Legatis ad Henricum Regem Angliæ patrem, quaesivit licentiam & securitatem veniendi in Angliam, & sine impedimento redire; quaesivit & obtinuit. Rex igitur Francorum fiduciam habens in Domino contra multorum consilium iter arripuit versus Angliam. Et assumens secum Philippum Comitem Flandriæ & Balduinum Comitem de Ginnes, & Henricum Ducem de Luvain, & Comitem Willelmum de Mandevile, & Advocatum Betuinæ, & alios Barones de regno Franciæ, pervenit usque Vuitsand, & inde transfretavit in Angliam, & applicavit apud Dovere undecimo Kal. Septembris feria quarta. Cui Rex Angliæ pater in litore maris occurrens, suscepit cum magno gaudio & honore, sicut charissimum dominum & amicum suum, & omnia necessaria sibi & hominibus suis honorifice ministravit. Et in crastino, videlicet vigilia B. Bartholomæi Apostoli, duxit eum Cantuariam usque ad tumbam sancti Thomæ martyris. Quo cum venissent, Ludovicus Rex Francorum obtulit super tumbam B. Thomæ martyris unam cuppam de auro valde magnam & pretiosam, & ad usum monachorum ibidem Deo servien-

tium centum modios vini in perpetuum, singulis annis recipiendos apud Peissi in Francia, ad omnimodam impensam Regis Franciæ.

Præterea concessit eis, quod quæcumque de cætero emerentur in regno Franciæ ad proprios usus illorum quietæ sint de telonio, & omnibus aliis consuetudinibus, & exigentis. Et hæc omnia fecit eis confirmari charta sua quam ipsi receperunt de manu Hugonis de Puteaco Cancellarii Regis Franciæ, filii Hugonis Dunelmensis Episcopi. Tertio autem die sequente, Rex Franciæ, & sui, qui cum eo venerant, Rege Anglorum eos reducete, reversi sunt ad Dovere; & in crastino, videlicet, septimo Kal. Septembris, die Dominica, Rex Franciæ cum suis transfretavit de Anglia in Flandriam, & applicuit apud Vuitsand. Interim Philippus filius ejus, meritis, & precibus B. Thomæ martyris pristinam adeptus est sanitatem. Quo audito Rex Franciæ, in magno fluctuans gaudio, publico præcepit editto, ut omnes Principes regni sui, Ecclesiastici & seculares convenirent Rhemis in capite Kalendarum Novembrium ad coronationem Philippi filii sui. Quibus congregatis, Willelmus Rhemensis Archiepiscopus præfatum Philippum filium Alæ sororis suæ, jam quinquagesimum annum ætatis suæ agentem coronavit, & in Regem unxit Rhemis in Ecclesia sedis pontificalis, die solemnitatis omnium Sanctorum, ministrantibus ei in illo officio Willelmo Turonensi, & Bitoricensi, & Senonensi Archiepiscopis, & fere omnibus Episcopis regni. Henricus autem Rex Angliæ filius, in progressionem a thalamo usque in Ecclesiam, ipso die coronationis, ibat ante illum gestans coronam auream de jure Ducatus Northmanniæ, qua prædictus Philippus coronandus erat: & Philippus Comes Flandriæ præibat, ferens ante illum gladium regni. Alii vero Duces, Comites, & Barones præibant, & sequebantur diversi diversi deputati obsequis, prout Rex exigebat. Sed Ludovicus Rex pater ejus, senio, & morbo laborans paralytico, coronationi illius interesse non potuit. Nam cum ab Anglia rediret, & ad B. Dionysium iter arripere, subito percussus frigore, incidit in paralytism, & usum dextere partis corporis sui amisit. Ita Rogerius.

XV.

Sanatus Regis filius & coronatus.

PAGIUS hæc hic exhibeo: Alexander Episc. S. S. D. V. Willelmo Remensi Archiep. Apostolica Sedis Legato sal. & Apostol. bened. Cum Christus perfectus Deus, perfectus sit homo, mirum est qua temeritate quisdam audeat dicere quod Christus non sit aliquid secundum quod est homo. Ne autem tanta possit in Ecclesia Dei dici abusus suboriri vel error induci; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatinus convocatis Magistris Scholarum Parisiensium & Remensium & aliarum circumpositarum Civitatum auctoritate nostra sub anathemate interdicas, ne quis de cætero dicere audeat Christum non esse aliquid secundum quod est homo. Quia sicut verus Deus, ita verus est homo, ex anima ratio-

nali & humana carne subsistens. Datum XII. Kal. Mart. Existimat Bulæus, qui pag. 431. eam Epistolam recitat, currenti anno datam esse; verum cum Willelmus Concilio Lateranensi præfatus fuerit, & in eo aliqui petierint, ut Petri Lombardi Magistri Sententiarum doctrina damnaretur, manifestum est illum XII. Kal. Martio præfatus anni, vel in via fuisse, vel jam Romam pervenisse, & Alexandrum III. eo die & anno non damnasse propositionem, de qua postea in concilio agi noluit. Ex itaque literæ vel anno sequenti, vel anno MCLXXXI. XII. Kal. Martii scripta. [1]

Ad num. XIV. & seq. Ludovicus Rex Francorum, inquit de Ludovico VII. Chronographus

XIV.

NOTÆ [1] Circa hunc annum celebratum cenfeo concilium quoddam Leodiense a Petro cardinali & episcopo Tusculano legatione circa hæc tempora in Galliis fungente. Synodi hujus sola & nuda mentio superest in epistola Guiberti Gemblacensis abbatis ad Philippum archiepiscopum Coloniensem recitata in Anecdotis Martenii to. I. col. 606. cujus epistola hæc sunt verba: Domini Petri cardinalis, tunc Tusculani episcopi, nunc vero Bituricensis archiepiscopi, quem & Colonia vobis videram, & ipse Leodii dum synodalia tractaret, me primum agnovit. In sententia quadam absolutionis impensæ a Joanne Carnotensi Joanni comiti Vindocinensi data anno 1180. & relata in iidem Anecdotis ibid. col. 597. narratur comes ille accessisse ad Petrum S. R. E. tituli S. Chrisogoni cardinalem apostolica sedis legatum, idemque Petrus S. R. E. cardinalis presbyter, apostolica sedis legatus epistolam dedit ad Theobaldum Blesensem comitem ibidem col. 600. legendam. Hunc Petrum ipsum esse judico ac Tusculanum illum episcopum, qui Leodiense concilium habuit circa hæc tempora quibus legatione in Galliis fungebatur. Ideo vero in sententia Joannis Carnotensis & in epistola ad Theobaldum presbyter cardinalis S. Chrisogoni non episcopus appellatur, quod forte utrumque ageret, & presbyterum cardinalem S. Chrisogoni & Tusculanum episcopum. Nec sane quo tempore nomen Petri episcopi Tusculani in factis cardinalium apud Ciacconium legitur, presbyter alter cardinalis tituli S. Chrisogoni occurrit. Vel forte presbyterum cardinalem prius egit, quam ad Tusculanenses infulus evocaretur. Quod postremum si admittatur Leodiense concilium, de quo nihil in Collectionibus, celebratum fuisse necesse est post scriptam sententiam illam Joannis Carnotensis anno 1180. & ante Lucii III. electionem, cui ille ut Tusculanus episcopus adfuit ex Ciacconio, ac deinceps Romanam urbem ut vicarius administravit, ut ex Ughellio discimus, qui tamen translationem ejus ad Bisuntinum archiepiscopatum, & Gallicam legationem ignoravit.

Post hæc scripta incidi in epistolam CCCCXL Alexandri III. in regeſto epistolarum ejusdem pontificis pro Remensi provincia vulgato in Collect. Martenii to. II. col. 969. In ea pontifex commendat Henrico Remensi archiepiscopo Petrum tituli S. Chrisogoni presbyterum cardinalem, quem mittere se ait in Gallias tum aliis de causis, tum ut pacem inter Ludovicum Francorum regem & Henricum Anglorum regem componeret. Porro bellum illud anno 1173. fervebat, cui proinde exordium Gallicæ legationis Petri illigandum est. MANSI

PAGIUS plus Aquicinctinus, assumto secum Philippo Comite Flandrensi, mare transnavigans, Cantuariam pergit, sanctumque Martyrem Thomam diversis muneribus honoravit. Henricus senior Rex Anglorum (hujus nominis II.) honorifice eum suscepit. Ludovicus Rex Francorum filium suum Philippum (annis quindecim agentem) in-

Regem sublimat Remis in festivitate omnium Sanctorum. Sequenti Dominica Willelmus Remensis Archiep. Card. presbyter, tit. S. Sabine, & Apostolica Sedis Legatus, convocatis Episcopis, & totius secundæ Belgicæ personis Concilium tenet, tractans cum suis Coepiscopis de rebus sibi vel Ecclesia necessariis. A num.

Hoc

CHRISTI 1179.

ALEXANDRI III. PAP. 20.

FRIDERICI IMP. 25. MANUELIS IMP. 37.

XVI. Hoc eodem anno Alphonsus primus Dux Portugallie ab Alexandro Papa titulum Regis accepit ob res adversus Arabes preclare gestas: que cuncta accepta ferens divina gratia, gratus Deo ipse obtulit regnum illud S. R. E. sub cuius jugiter protectione consisteret, perfoluturus annis singulis loco census duas auri marchas. Extat de his diploma ejusdem Alexandri Papae in turri de Tombo dicta, in qua asservantur monumenta Regum, idemque datum hoc Redemptoris anno, & Pontificis ipsius vigesimo. Est de his mentio in Epistolis Innocentii Papae Tertii, quas hic tibi ex scripto codice Vaticano describendas curavimus; sic enim se habent:

Innocentius, &c. Sancio illustri Regi Portugallie.

Serenitatem regiam volumus non latere, nos in Regestis bonae mem. Lucii Secundi Romani Pontificis reperisse, quod recolenda memoria Alphonsus pater tuus quatuor auri uncias annuatim Romanam Ecclesiam constituit censuales, ad quarum solutionem se & heredes suos in posterum obligavit. Ceterum cum idem pater tuus usque ad tempora felicitis mem. Alexandri Papae praedecessoris nostri Ducis esset nomine appellatus: ab eodem meruit obtinere, ut tam ipse, quam ejus heredes regio nomine vocarentur. Ut autem idem pater tuus sacrosanctam Romanam Ecclesiam matrem suam honore debito praeveniret, & ut devotionem, quam circa ipsam habebat, ostenderet in effectu, centum bizantios annuatim Romanam Ecclesiam constituit censuales: quos post susceptionem regii nominis nec ipse solvit, nec tu postmodum solvere curasti. Cumque id felicitis recordationis Clementi Papae praedecessori nostro relatum fuisset, magistro Michaeli tunc Ecclesiae Romanae Notario, quem ad partes Hispaniae destinaverat, per suas dedit litteras in mandatis, ut te ad solvendum censum annuum monere diligentius, & inducere procuraret, & si opus esset, auctoritate fretus Apostolica compellere non differret. Tu autem eidem, prout tibi placuit, respondisti, quod dictus pater tuus praefato Alexandro antecessori nostro pro annuali censu decem annorum mille aureos miserat: & cum nondum illi decem anni essent expleti, ipsos centum aureos iterum solvere minime tenebaris, licet illos eidem praedecessori nostro non pro censu, sed ex devotione, quam ad eum habebat, liberaliter dona-

PAGIUS XV. A num XVI. ad XIX. Alexander III. anno XX. Pontificatus sui Regis titulum Alphonso Portugalliae Regi ob res praclare adversus Saracenos gestas dedit, ut narrat Baronius, qui tamen litteras Alexandri III. non exhibet, sicuti nec Eminent. Cardin. de Aguierre in Col-

visset. Rogamus igitur regiam serenitatem monemus, consulimus, & hortamur, per Apostolica scripta mandantes, quatenus praedictum censum dilecto filio fratri Rainerio persolvere non postponas: alioquin noveris, nos eidem dedisse firmiter in mandatis, ut te ad solutionem illius diligenter moneat, & inducat, & sicut expedire viderit, appellatione remota compellat. Dat. Romae apud S. Petrum viii. Kal. Maii. Pontificatus nostri anno primo. Extant & aliae itidem Innocentii Papae Tertii ejusdem argumenti datae epistolae in ejusdem Pontificis cuso epistolarum (a) codice. Nec non alia postremo loco data in scripto codice extat, quam hic ponendam dignam duximus; sic se habet:

Innocentius, &c. A. illustri Regi Portugalliae. & heredibus ejus in perpetuum.

Manifestis probatum est argumentis, quod inclita recordationis Alphonsus avus tuus per sudores bellicos & certamina militaria inimicorum Christiani nominis intrepidus extirpator, & propagator diligens Fidei orthodoxae, sicut devotus filius & Princeps Catholicus multimoda obsequia impendit sacrosanctae Romanae Ecclesiae matri suae, dignum nomen, & exemplum imitabile posteris derelinquens. Aequum est autem, ut quos ad populi regimen & salutem dispensatio coelestis elegit, Apostolica Sedes sincero prosequatur affectu, & in justis postulationibus studeat efficaciter exaudire. Proinde nos attendentes tuam personam, ornatam prudentia, justitia praeditam, atque ad regni gubernationem idoneam, eam sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & regnum Portugallense cum integritate honoris regni, & dignitate, quae ad Reges pertinet, nec non & alia loca, quae cum auxilio coelestis gratiae de Saracenos manibus eripueris, in quibus jus sibi non possunt Christiani Principes circumpositi vendicare, ad exemplar felicitis memoriae Alexandri Papae praedecessoris nostri, qui haec praefato avo tuo per privilegii paginam concessisse dignoscitur, tuae sublimitati concedimus, & auctoritate Apostolica confirmamus. Ut autem ad devotionem & obsequium beati Petri Apostolorum principis, & sacrosanctae Rom. Ecclesiae vehementius accendaris: haec ipsa heredibus tuis duximus concedenda, eosque super his, quae concessa sunt, Deo propitio, pro injuncto nobis Apostolatus officio defendemus. Tua itaque intererit, fili carissime,

lect. Concil. Hispaniae. Alphonsus antea ab universis Principibus Regis titulo cohonestabatur, sed in literis Pontificiis ad eum datis tantum Dux vocabatur, etiam in literis Lucii II. a Baluzio lib. II. Miscell. recitatis, quas Baronius non viderat, in quibus Lucius post acc-

(a) Innoc. l. 1. ep. 144. 151. 152.

XVII.

XVIII.

me, ita circa honorem & obsequium matris tuae sacrosanctae Romanae Ecclesiae humilem & devotum existere, & sic te ipsum in ejus opportunitatibus, & dilatandis Christianae Fidei finibus exercere, ut de tam devoto & glorioso filio Sedis Apostolicae gratuletur, & in ejus amore quiescat. Ad indicium autem, quod praescriptum regnum B. Petri juris existat, pro amplioris reverentiae argumento progenitorum tuorum vestigiis inherendo, statuisi, duas marchas auri annis singulis nobis nostrisque successoribus persolvendas; quem utique censum ad utilitatem nostram & successorum nostrorum Bracarensi Archiep. qui pro tempore fuerit, tu & successoris tui curabit assignare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat personam tuam, aut heredum tuorum, vel etiam praesentium regnum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Si qua igitur, &c. usque districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem regno, & Regi sua jura servantibus, &c. quousque praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Joannis S. Mariae in Cosmedin diaconi Cardinalis, S. R. E. Cancellarii xvi. Kal. Maii, Indictione decimaquinta Incarnationis Dominicae MCCXII. Pontificatus vero domini Innocentii Papae Tertii anno quintodecimo. Aliud insuper extat ejusdem generis, & totidem ferme verbis, paucis additis vel mutatis diploma Honorii Papae Tertii ad Alphonsum itidem dictum Portugalliae Regem, quod ne nimio officium Lectorem tadio, hic describere praetermissimus; asservatur in Vaticanis monumentis. Sed ad res Orientis tandem orationem convertamus.

XIX.

His ferme diebus post redditam Ecclesiae pacem Emmanuel, sive Manuel, Graecorum Imp. de Sultano superato mendaces litteras Imperatori Occidentis sic fertur scripsisse: (a)

Emmanuel in Christo fidelis Imperator Porphyrogenitus, divinitus coronatus, regnator potens, excelsus, & semper Augustus, moderator Romanorum magnificus, nobilissimo & gloriosissimo Regi Alemanniae & Imperatori, ac dilecto fratri Imperii nostri, salutem, & frater-

PAGIUS

ceptas Alphonsi Regis, ut se ipsum in iis appellat, literas ad eum respondet, laudatque quod hominum Papa Innocentio (huius nominis II.) fecerit, & dein sibi per literas promiserit, & per J. Bracarensem Archiepiscopum, ut tam tu, inquit, quam heredes tui de terra ipsa quatuor uncias auri singulis annis Romano Pontifici persolvatis. Jamdiu ante hunc annum Lusitaniae Regem ab omnibus aliis Regibus hoc nomine appellatum fuisse supra observavimus.

XVI.

Ad num. XX. In serie Episcoporum Constantinopolitanorum, quae extat in Jure Grae-

CHRISTI 1179.

ALEXANDRI III. PAP. 20.

FRIDERICI IMP. 25. MANUELIS IMP. 37.

ni amoris affectum. Et in fine sic conclusit:

Sultanus Imperio nostro se dedit, & missis Legatis misericordiam postulavit: fecitque Imperio nostro hominum & juramenta: pollicitus est servare nobis adversus omnem hominem cum exercitu: ita sit amicorum nostrorum amicus, & hostis inimicorum. Hanc epistolam Imperator Fridericus suscepit scriptam aureis litteris. Sed prius legationem Sultani accepit, contraria omnia nuntiantem; nam & exitus monstravit praevaluisse Sultanum. Venerunt quoque Imperatori cum his litteris munera pretiosa, inter quae fuit cantharus smaragdineus, capiens sextarium balsami pistici, & plurima gemma pretiosa. Imperator noster non bene sisus Constantinopolitano, & aegre ferens nomen ejus in litteris suo praepositum, maxime cum moliretur contra Imperium Romanum, & plures ex Romanis corruptos in suam traxisset ille sententiam; nec ferre poterat, quod se Romanorum scriberet moderatorem rescripsit hac forma.

Fridericus divina favente clementia inclytus triumphator, Romanorum Imperator a Deo coronatus, sublimis, in Christo fidelis, magnus, pacificus, gloriosus Caesar, Graecorum moderator, & semper Augustus, nobili & illustri Regi Graecorum & Imperatori Emmanueli, dilecto fratri nostro, salutem, & fraterni amoris affectum. Et inter caetera sic:

Sicut ille Rex Regum, a quo omnis potestas, Romanorum Imperium caput totius Orbis constituit; ita etiam Sedem Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum unicam matrem dominam magistratque ordinavit: quod utique duorum numero gladiatorum signavit, quos dixit Orbi sufficere ipse auctor Fidei Christianae. Quapropter tuam prudentiam commoneamus, quatenus nobis & Romano Imperio honorem debitum recognoscas, & summo Pontifici, quem nomine, Sanctum, appellas, debitam exhibeas obedientiam & honorem. Remisit autem Imperator Nuntios multis muneribus honoratos. Haec apud Crantzium.

Hoc anno Indictione duodecima data reperitur constitutio Theodosii Patriarchae Constantinopolitani de gradibus affini-

Frideric. Imp. ad Emman. Imp. reciprocæ Litteræ.

XX.

Charitoni Patriarcha Constantinopolitano dicto, & de Theodosio ejus successore dicitur: Charito Monachus, mansonis Mangonorum, mens. XI. Theodosius Monachus, oriundus ex Antiochia, qui longo tempore monasticum exercuerat in colle Sancti Auxentii ann. . . . tandem renunciavit. Onuphrius in Chron. Eccles. qui exemplar hujus catalogi minus mutilum in aliquibus locis, quam sit exemplar, quo usus est Leunclavius in editione Juris Graeco-Romani, nactus fuerat, ait Charitonem anno MCLXXVII. obiisse.

CHRISTI
1179.ALEXANDRI III. PAP.
20.FRIDERICI IMP. 25.
MANUELIS IMP. 37.

fnitatis, scripta a Theodoro Balsamone tunc Chartulario ejus Ecclesiæ, ut ipse testatur in fine ipsius. Extat in codice Juris Orientalis libro septimo. Ex quibus discas etiam, quo tempore ipse

PAGIUS isse ac sedisse an. I. menses II. dies . . . & Theodosium, quem perperam hujus nominis II. appellat, quod Theodorum. Theodosium vocasset, anno sexto abdicasse, Christi nempe MCLXXXIII. Hæc ad supplendos Annales, in quibus horum Patriarcharum series per hæc tempora minus accurata.

XVII. Guillelmus Armoricus ad annum primum Philippi Augusti Franciæ Regis hoc anno a patre dicti martyrium Sancti Richardi pueri hoc modo narrat: *In diebus illis S. Richardus a Judæis crucifixus fuit, & martyrium passus: cujus corpus requiescit in Ecclesia S. Innocentii Parisiis, in loco qui Campellus dicitur, & sunt ibi per orationes ejus mirabilia usque in hodiernum diem, idest post annum MCCXX. cum quo Historiam suam claudit. De isto sancto puero Rigordus in gestis ejusdem Philippi Augusti pag. 5. scribit: Revolutis quampaucis diebus ex quo novus Rex post sacram inunctio-nem Parisiis rediit; opus quod longo tempore mente gestaverat, sed pro nimia reverentia, quam Christianissimo patri suo exhibebat persicere formidabat, aggressus est. Audierat enim multoties a Principibus, qui cum ipso pariter in Palatio fuerant nutriti, & hoc sine oblivitione memoria commendaverat, quod Judæi qui Parisiis manebant, singulis annis Christianum unum in opprobrium Christianæ religionis, quasi pro sacrificio in cryptis subterraneis latentes in die Cæne, vel in illa sacra hebdomada panosa, jugulabant. Et in hujusmodi nequitia diabolica fraudis diu perseverantes, tempore patris sui, multoties deprehensi fuerant, & igne consumpti. Sanctus Ricardus, cujus corpus requiescit in Ecclesia S. Innocentii in Campellis (legendum cum Guillelmo Armorico in Campellis) Parisiis, sic interfectus a Judæis & crucifixus feliciter per martyrium migravit ad Dominum. Ubi ad honorem Domini per preces, & per intercessionem Sancti Ricardi, multa miracula, ipso domino operante, facta fuisse audivimus. Et quia Christianissimus Rex Philippus diligenti inquisitione a majoribus hæc & alia quam plurima nefanda de Judæis plenius didicerat: ideo zelo Dei inflammatus, ad mandatum ipsius, eodem anno quo Remis sacra regni Francorum suscepit gubernacula, XVI. Kalendas Martii in Sabbato (sed loco, XVI. Kalendas, legendum, XIV. Kalendas, ut methodus cyclica docet; anno enim sequenti quo hæc gesta dies XVI. Februarii in sabbatum incidit) capti sunt Judæi per totam Franciam in Synagogis suis. Et tunc expoliati sunt auro & argento, & vestibus, sicuti & ipsi Judæi in exitu de Ægypto Ægyptiis expoliaverunt. In Actis SS. Bollandianis ad Diem XXV. Martii de hoc sancto puero Martyre agitur.*

Theodosius federit; quando autem defecerit, dicturi sumus suo loco inferius. Quam vero male affectus in Latinos tunc Balsamon esset, ipse sua, quam scribebat tunc Meditationem, ostendit.

Mil-

Alphonsus VIII. Castellæ, & Sanctius Navarra Reges hoc anno medio mense Aprilis de pace inter se egere conditionibus fufe recitatis a Moreto in Investigat. Navarr. pag. 668. & seq. & Actis publicis. Tractatui pacis subscribunt XXI. Proceres ex utroque Regno electi.

Hugo in Autissiodorensi Chronico, & Nangius in suo narrant hoc anno mortem Petri Comesstoris, Manducatoris etiam appellati, Trencis in Campania nati, ejusdem urbis Canonici & Decani, nec non Cancellarii Ecclesiæ Parisiensis, qui varia scripsit, & inquit Hugo Autissiodorensis, testamento sapienter disposito cuncta qua habuit, pauperibus & Ecclesiis prorsus distribuit. De ejus Operibus Oudin in Supplem. Script. Eccles. aliique agunt.

Chronographus S. Petri Vivi hoc anno habet: Henricus Comes Trecentis cum Petro de Curtinaco (seu Curtiniaco Ludovici VII. Franciæ Regis fratre), & aliis multis Jerosolymam peregre profectus est, & filia Regis Ludovici (Agnes appellata) Constantinopolim ducta est, & filio Imperatoris in uxorem tradita. Tyrius lib. XXI. cap. XXVIII. & seqq. fufe hæc narrat, aliaque hoc anno in Oriente gesta. Sed cum nondum Agnes plane nubilus esset, illud conjugium peractum non est, ut suo loco referemus.

His temporibus floruit Theodorus Balsamon, cujus meminit Baronius num. XX. Ille jussu Manuelis Imp. & Michaelis Anchiali Patriarchæ Constantinop. expositionem Nomocanonis Photii & Canonum aggressus, Opus postmodum absolutum Georgio Xiphilino Patriarchæ Constantinop. nuncupavit. In eo Opere Latinam Ecclesiam, ut potest, infamat, qui tamen, ut ait Allatius lib. 2. de Consensu Occident. & Orient. Eccl. cap. 13. num. IV. execrabiliora evomuit in Meditationibus cum de Patriarcharum Privilegiis agit, & in Responsionibus ad Marcum Patriarcham Alexandrinum. Ea Meditata extant lib. VII. Juris Græco-Romani, ejus vero Responsa ad Interrogationes Marci Alexandrini Episc. edita sunt lib. V. ejusdem Operis. Præter hæc varia alia Opera Theodorus Balsamon reliquit.

Romualdus Salernitanus, cujus Opus hæcenus MS. servatur in Bibliotheca Regia, usque ad præsentem Christi annum Chronicon suum perduxit. Mirum est Ughellum, qui Chronicon Cavenise in Italia Sacra, dum de Ecclesia Salernitana verba facit, in lucem edidit, quod varias Chartas contineat, quibus illius Ecclesiæ Historia lucem accipere potest, de Chronico Romualdi idem non fecisse.

XVIII. Pax inter Castellæ & Navarra Reges.

XIX. Obitus Petri Comesstori.

XX. Agnes filia Ludovici VII. filio Manuelis Imp. uxor desinata.

XXI. Floret Theodorus Balsamon.

XXII. Floret Romualdus Salernitanus.

JESU CHRISTI
ANNUS
1180.ALEXANDRI PAP. III.
ANNUS
21.FRIDERICI IMP. 26.
MANUELIS IMP. 38.

I. Prophetissa Romæ innouit.

Millesimus centesimus octuagesimus Christi annus sequitur, Indictione decimatertia, quo innotuit quiddam mirandum de prophetissa, quæ ex Galliis Romam se contulit, ut per Alexandrum Romanum Pontificem spiritus probaretur, an ex Deo esset. Qui ista scripsit Robertus, vivebat his diebus, testis fidelis ejusque causam veniendi Romam enarrat, licet, sicut in plurimis anni unius errore, vitio scriptoris illapso, quod hoc anno factum contigit, sequentis numero notatur; quod & accidit in nota numeri celebrati Romæ Concilii universalis. Nam hoc anno ponitur celebratum quod superiori ascriptum esse, quæ suo loco sunt dicta, significant; ait enim: *Erat quidam prædices Burgenfis in loco qui dicitur, Rocca Amatoris, a quo monachi Ecclesiæ S. Mariæ, & S. Amatoris mutuo acceperant pecuniam, tradentes illi in loco pignoris cortinas illius Ecclesiæ. Imminente autem festo Genitricis Dei & Virginis Mariæ, rogaverunt prædicti monachi Burgensem, ut quas habebat apud se cortinas, ad ornandam Ecclesiam, tantæ solemnitatis completo tripudio ei restituendas, eis accommodaret. Ille vero aurem cordis habens obturatum, ut alter (a) Nabal Carmelus, dives, iniquus, & stultus, nulla quidem prece flexus est, sed respondit eis cum timore animi dicens, quod essent cortina illæ circa lectum conjugis suæ, quæ nuper ei puerum pepererat, nec aliquatenus inde possent amoveri. Quid multa? Transit festivus dies, & Ecclesia præfata ornatum suum festivalem non habuit. Sequenti vero nocte B. Maria mater Domini nostri apparuit in somnis uxori prædicti Burgenfis, & dixit ei: Vir tuus Ann. Eccl. Tom. XIX.*

(a) 1. Reg. 25.

peccatum grande commisit, nec poteris impietatis excessus derelinqui impunitus. Tertia enim die infans tuus spiritum exhalabit, & vir tuus debitum morti solvens, in die octava mutabit banc temporalem felicitatem supplicii aternis.

Tu autem proficisceris ad Ecclesiam meam, quæ est in Bethleem, & circumspicis ibi tribus sepulcris, quorum quidem duo extrema vacua non sunt, medium tibi eliges in sepulcrum. Interim omnia quarta circa horam nonam deficiet in te spiritus tuus, & decurret ab ore tuo & naribus sanguis multus, & usque ad horam nonam sabbati veluti mortua permanebis. Sabbato hora nona spiritu redeunte, duces utrasque manus tuas super faciem tuam, & continuo pristinus color & fortitudo in te remeabunt. Ut sic in mentis excessu divinas acciperet revelationes. Pergit de rerum eventu:

Hæc locuta est beata Maria & abscessit. Mulier vero præ timore turbata cogitavit, & ruminans somnium suum cum magna sollicitudine, illud memoria commendavit. Crastina autem illucescente die cepit somnium suum conjugi suo per ordinem narrare. Miser sermonibus ejus non adhibuit fidem; nec etiam cum videret spiritum deficere in puero, de agenda penitentia cogitatum habuit; sed morte præventus in die octava, juxta præostensam visionem, in supplicium lapsus est gehennæ. Perturbabatur mulier in alterutris necesse, & omnia, sicut per somnium monstrata fuerant, in se nihilominus intelligens accidisse: Romam sub festinatione proficiscitur, & rem summo revelat Pontifici. Præterea constanter aseruit, quod in sequenti anno ab illo maxima fames ingrueret, & quod ex corruptione aeris

S s s innu-

II.

Prophe-tiæ veritatis impleta.

quibus quadam futura prodigia legebantur. Hæc cum mira diceret, Præfatis Ecclesia festinum imminere dicebat periculum. Hæc in oculis domini Papa & Curia Romana in tantum exitit admirabilis, ut in Papa Palatio recumbere diceretur. Nam a quarta feria usque in sabbatum omni hebdomada indefinenter dormiebat. Loquebatur dormiens aliquid spirituale labiis compressis, in gutture quippe vox resonans ad audientium pervenit notitiam. Prostrabat interea sanguis ex ipsius ore, oculis simul & naribus, quem sabbato circa nonam evigilans propriis exterfit manibus. Et quod incredibile est, nusquam deinde in ea sanguinis eliquati vestigia apparuerunt. Hæc mihi viro dicenti vix credere potui, donec mihi constare faceret hæc propriis oculis in Papa Palatio vidisse & audisse. Addit Robertus de Monte, cum Alexander III. voluisset manifestius scire an mulieris sermones veritati inniterentur, reperisse eos veritati consentientes esse.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6673.

SÆC.

XII.

An. Eræ
Hisp. M-
CCXV-III. An.
Hegiræ
DLXXVIinchoato
die 18.
Maii fer.An. C.
1180.

I. Prophetissa quædam Romæ innouit.

© 13. FE. 3. P. 20. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 1180.

ALEXANDRI III. PAPÆ 21.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. I. 29. IMP. 26.

ALEXII COMNENI IMP. 1.

Num. I. ad IV. Robertus de Monte in Chron. ubi res anno uno non raro anteveruntur, loquitur hic de Prophetissa, quæ tamen anno tantum sequenti innotuit. Gervasius enim in Chron. ad an. MCLXXXI. scribit: *Mulier quadam Prophetissa, sed & prodigiosa, de Gasconia Romam veniens, Alexandro Papa literas a Deo sibi missas porrexit, in*

CHRISTI
1180.ALEXANDRI III. PAP.
21.FRIDERICI IMP. 26.
MANUELIS IMP. 38.

innumerabilis hominum multitudo moritura esset, & quod Clerum Romanum gravis animadversio ferret; nisi ab exercitio doli respicerent, sub quo a multis retro temporibus usque in hodiernam diem laboraverunt.

III.
Alexand.
Pap.
probat
spiritum
sive Deo
fit.

At dominus Papa volens manifestius scire, si sermones mulieris veritati inniterentur; commendat eam duodecim nobilibus matronis, dans illis præceptum, ut cum illa in mortem obdormiret per excessum, plantis ejus calentes subulas instingerent, & de sanguine ab illius ore manante vestes suas inficerent. O rem mirabilem! quarta feria, sicut prædixerat, hora nona, mulier expalluit, & mortua est, ita ut nullus in ea vitalis remaneret spiritus, & ab ejus naribus cepit defluere sanguis copiosus. Sed matronæ præceptorum domini Papæ non immemores, pedibus mulieris calentes subulas instigunt, nec ob id illa movetur. Insuper de sanguine ejus vestimenta sua tingunt; sed omnis infectio facta per sanguinem, in sabbato numquam comparuit, cum spiritus vitæ in mulierem remearet. Hucusque Robertus, quæ sicut certa, ita veritati inventa sunt consentientia. Fuit semper in Ecclesia prophetia, juxta illud Joelis: (a) Propetabunt filii vestri, & filia vestra. Et prophetias non esse spernendas, (b) Apollolus monuit. Et cum quod prænuñtiaverit, evenerit; illum non esse falsum, sed a Deo missum Prophetam, docuit nos examinare, atque probare divina (c) Scriptura.

(a) Joel.
2.
(b) 1. Thes.
5.

(c) Deut.
18.
Epic. novæ Civitatis Alexandriæ in Gallia Cisalpina ab Alexandro Papa datur.

Eodem pariter anno Alexander Papa dedit Episcopum novæ civitati Alexandriæ in Gallia Cisalpina, non quem ipse civitatis cives elegerant, sed Aquensis civitatis Episcopum, quem transfudit Alexandriam. Extant de his litteræ tunc datæ ab Algisio Archiepiscopo Mediolanensi, qui hoc in mandatis acceperat ab ipso Alexandro Pontifice, quas inferius recitabimus. Extant & binæ tunc ad Alexandrinos datæ litteræ ab Alexandro Papa, quarum priores sic se habent:

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis clericis Alexandrinæ Ecclesiæ salutem & Apostolicam benedictionem.

De novitate & necessitate processit, quod præsentem Nuntio Mediolanensis Ecclesiæ, nulla præcedente electione, auctoritate nostra vobis & Ecclesiæ vestræ Electum providimus. Et ideo, ne possit ex hoc vobis, vel successoribus vestris præjudicium fieri, auctoritate vobis Apostolica duximus providendum. Ea propter dilecti in Domino filii præsentem scripto statuimus, ut ex hoc vobis non præjudicetur in posterum, quo minus, obeunte Electo qui nunc est, & suorum quolibet

successorum, vos, & successores vestri de Episcopis vestris electionem liberam habeatis, sicut Canonici Ecclesiarum Cathedralium, quæ Mediolanensi Ecclesiæ subjacent, habere noscuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Anagninæ, III. Kalend. Februarii.

Ego Otto Notarius sacri palatii authenticum hujus Instrumenti vidi, & ut in illo reperi, ita in hoc scripsi, nihil addens, aut minuens, præter punctum, litteram, & syllabam, &c.

Ego Petrus, qui dicor Ferrarius Notarius sacri palatii, authenticum Instrumenti vidi, & legi, & subscripsi, &c. Posterior autem Alexandri Papæ epistola ad Alexandrinos sic se habet:

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis O. Electo, & Canonicis Alexandrinæ ecclesiæ salutem & Apostolicam benedictionem.

Congruam officii nostri actionem, & executionem, cum ea quæ ad ornatum, & decorum domus Domini laudabili providentia statuuntur, per nos incrementum accipiunt, & Apostolicæ tuitionis præsidio in suæ firmitatis robore convalescunt. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus benignius annuentes, Canonicam, quam sibi Electo in Ecclesia S. Petri de assensu Cleri, & populi statuisti, protectionis nostræ munimine roborantes, & electionem, quam de personis idoneis ad dignitates Ecclesiæ tenendas fecisti, dilecti filii nostri magistro Ugoni Præposituram, magistro Cataldo Archiepiscopatum, magistro P. Cantoriam provida deliberatione concedentes ratam habemus. Etiam singulis prædictas dignitates auctoritate Apostolica confirmamus. Præterea Ecclesiæ usibus vestris filii Canonici deputatus, scilicet S. Mariæ de Gamundio, sancti Dalmatii de Maringo, sancti Michaelis de Soleris, sancti Stephani de Bergolio, sanctæ Trinitatis de Voilia, S. Andree de Rovereto, & sancti Augustini de Foro, vobis nihilominus duximus presentibus litteris confirmandas, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Tusculani xv. Kalend. Augusti.

Ego Otto Notarius sacri palatii authenticum hujus Bullæ domini Alexandri Papæ bullatum vidi, & legi, & sicut in illo

* f. exequimur

* f. ut

* f. v. tra

CHRISTI
1180.ALEXANDRI III. PAP.
21.FRIDERICI IMP. 26.
MANUELIS IMP. 38.

illo reperi, ita in hoc scripsi, nihil addens, vel minuens, aut mutans, præter punctum, litteram, & syllabam.

Ego Vermus Notarius sacri palatii authenticum hujus Bullæ vidi, & legi, & subscripsi, &c. Hastenus de litteris Alexandri Papæ, scriptis ad Alexandrinos. Quas autem diximus primo loco datas ab Algisio Archiepiscopo Mediolanensi ad eisdem Alexandrinos de translatione Aquensis Episcopi in Ecclesiam Alexandrinam, sic se habent:

Algisius Dei gratia S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, universo Clero & populo Alexandrino salutem & omne bonum.

Licet quidam ex vobis, * utpote in hujusmodi solet accidere negotiis, nos quodammodo suspectos habuerint, quod honori, & exaltationi civitatis vestræ in aliquo derogare vellemus; pura tamen conscientia nobis respondet, & sequens rerum probabit effectus propositi & voluntatis nostræ semper fuisse, ut civitas * nostra pontificali Sede gaudeat, & proprium habeat Episcopum, qui vestrarum curam gerat animarum, & vobis & civitati vestræ, Domino auctore, præesse debeat & prodesse. Sane cum ante hos dies a domino Papa acceperimus in mandatis, ut juniori habito consilio, venerabilem fratrem nostrum Aquensem Episcopum una cum sede sua in civitatem vestram transferremus; id opportunitate accepta curavimus effectui mancipare. Quocirca attendentes, quam pura & sincera charitate dominus Papa vos & civitatem vestram amplexetur; quanta etiam cura, & sollicitudine paci, & quieti vestræ intendat: mandatum, & voluntatem ipsius exequentes, & ejus plenissima freti auctoritate, prædictum fratrem nostrum Episcopum una cum sede sua, in civitatem vestram Apostolicam transferimus auctoritate, ac de cetero Episcopalia ibidem ministrans Alexandrinus vocetur Episcopus. Jura tamen, potestatemve Aquensis Ecclesiæ, in qua prius sedit, nec sibi subtrahimus, nec ulla minus ratione, quo minus in ea, & aliis Ecclesiis suis plenum jus & potestatem, ceu quondam habeat. Sic itaque ipsum Cardinalem vestræ civitatis constituimus sacerdotem: ut omnia jura, & honores, quos in Aquensi habet Episcopatu, sibi reservemus. Sic enim ipsum & civitatem vestram exaltare & honorare voluimus, ut nihil eidem Episcopo videatur derogatum, sed potius tanto majori prærogativa gaudeat & speciali privilegio, quanto ex hoc majori fungitur honore, & officio, quod in vestram civitatem translatus, jus & potestatem, quam in pristinam habuit Ecclesiam, non amittat. Quia ergo in hujusmodi negotiis semper aliqui esse solent, qui verba pervercentes, cauteriatam habent conscientiam, & commune bonum studio malignitatis impedire nituntur: prudentiam & discretionem vestram rogamus attentius, ac monemus, & Apostolica vobis, ac nostra præcipimus auctoritate, ut paci & tranquillitati civitatis vestræ sollicitè providentes, Deo gratias in omnibus agatis, qui proprium & specialem vobis contulit Episcopum, qui vestræ civitatis & Episcopatus curam, & regimen debeat habere. Credentes itaque hoc a Domino, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, processisse: vestram attentius charitatem monemus, rogamus, & præcipimus, ut eundem Episcopum vestrum sincera devotione, ac digna reverentia suscipientes, tanto majori honore ipsum prævenire studeatis, quanto majori affectu, & puriori dilectione hoc a Domino Papa factum & a nobis prosecutum esse noveritis: scientes pro certo, & indubitanter credentes, quod per eum, Domino auctore, civitas vestra exaltabitur. Et ut dominus Papæ devotionem, & obedientiam vestram in hoc cognoscens, tanto propensiori amore, & attentiori affectu vos honorare, & fovere curabit, quanto amplius vos filios obedientiæ, & pacis amatores inveniet: sic & nos, & Ecclesia nostra tanto propensius commodo & exaltationi vestræ intendemus; quanto ampliore mansuetudinem & devotionem circa vos in hac sumpsimus parte. Ne quid igitur in hac parte deesse videatur, vos omnes tam clericos, quam laicos a debito juramenti, & obedientiæ, quam O. quondam Electo vestro præstitieratis, auctoritate Apostolica, ac nostra absolvimus: mandantes, & firmiter præcipientes, ut vos e de cetero, sicut præfato Episcopo vestro fidelitatem & obedientiam, omnemque devotionem exhibeatis; ipsumque tamquam specialem & proprium pastorem, & dominum revereri & honorare curetis. Datum Mediol. an. Dom. MCLXXX.

Ego Petrus qui dicor Ferrarius sacri palatii, authenticum hujus Instrumenti vidi, & legi, & ut in illo inveni, in hoc ita scripsi, nihil addens, vel mutans præter punctum, syllabam, & litteram, &c.

Ego Otto Notarius sacri palatii authenticum hujus Instrumenti vidi, & legi, & subscripsi, &c.

Ego Vermus Notarius sacri palatii authenticum hujus instrumenti vidi, & legi, & subscripsi, &c. Extant de hac ipsa translatione etiam Innocentii Papæ Tertii litteræ Apostolicæ datæ, cum Papienses contra eandem unionem conquisiti essent apud eundem Innocentium Papatam, qui appositis quibusdam conditionibus controversiam abortam sedavit.

CHRISTI
1180.ALEXANDRI III. PAP.
21.FRIDERICI IMP. 26.
MANUELIS IMP. 38.IV.
Alexand.
Papa le-
gationem
in Scoti-
am mi-
sit.

Hoc eodem anno Alexander Papa au-
diens Ecclesiam in Scotia scissam inter se
occasione electionis Metropolitanam, nem-
pe Episcopi S. Andreae: ad componen-
das res Legatum misit in Scotiam. Por-
ro de huiusmodi controversia plenissime
agit Rogerius scriptor Annalium, qui &
rebus praesens aderat, a quo ista sic ac-
cipe:

V. Eodem anno millesimo centesimo octua-
gesimo, Richardus Episcopus S. Andreae
in Scotia obiit. Quo defuncto, statim sit
schisma de electione pontificis. Canonici
enim de Ecclesia S. Andreae elegerunt si-
bi in Episcopum magistrum Joannem co-
gnomento Scotum, & Vuillelmus Rex Sco-
torum elegit Hugonem Capellanum suum,
& consecrari fecit ab Episcopis regni sui
contra appellationem, a praedicto Joanne
electo ad dominum Papam factam.

VI.
Schisma
in Eccl.
Scotorum.

Unde factum est, quod Alexander sum-
mus Pontifex misit Alexium Romanæ Ec-
clesiæ subdiaconum in Scotiam, ad cogno-
scendam controversiam, quæ erat inter
Joannem electum, & Hugonem consecra-
tum, & ad illam determinandam. Qui
cum in Scotiam venisset, & coram Clero
& populo regni diu tractasset de electio-
ne Joannis & Hugonis; & cognovisset, quod
praefatus Joannes canonice fuisset electus,
& quod Hugo post appellationem ad Ro-
manum Pontificem factam in Episcopatum
S. Andreae per Regem violenter esset in-
trusus: cum sine dilatione de Episcopatu
S. Andreae deposuit, & perpetuum ei si-
lentium auctoritate quaungebatur, im-
posuit; & electionem quæ de Joanne fa-
cta fuit, confirmavit. Et cum ab Epi-
scopis Scotiae, Rege non prohibente, nec
contradiciente, immo per consilium Epi-
scoporum regni permittente, in Episco-
pum S. Andreae consecrari fecit. Sed
Rex statim post consecrationem suam pro-
hibuit ei, ne ipse in regno suo moram
faceret. Hugo vero non minus gerebat se
Episcopum quam antea. Quo factum est
ut idem Legatus Apostolicæ Sedis Epi-
scopatum ipsum S. Andreae subjecerit in-
terdicto: cujus sententiam Alexander Pa-
pa ratam habens, has litteras dedit ad
Episcopos Scotiae:

Alexander Episcopus servus servorum
Dei venerabilibus fratribus universis E-
piscopis, & dilectis filiis, Abbatibus,
& aliis Ecclesiarum Prælatibus per Scotiam
constitutis, Priori, Canonicis, Clero,
& populo S. Andreae, salutem & Aposto-
licam benedictionem.

VII.
Ad Scoti-
os epist.
Alexand.
Papæ.

Comperito nobis, quod jam pridem ve-
nerabilis frater noster Joannes, nunc Epi-
scopus S. Andreae, canonice fuisset electus;
& post electionem suam Hugo (appella-
tione interposita) in Ecclesia illa per po-
tentiam laicalem intrusus consecrari ausu

temerario præsumpsisset: electionem ip-
sius Apostolica auctoritate cassantes, di-
lectum filium nostrum Alexium subdiaconum
nostrum Sedis Apostolicæ Legatum,
de electione præfati Joannis cogniturum,
ad partes vestras direximus. Qui cum
mature satis, sicut per multorum testimo-
nia nobis innotuit, & canonicè processisset,
electionem ipsius canonicè comperiens,
post multiplices inducias, in quibus regiæ
magnitudini detulit, auctoritate Aposto-
lica confirmavit, præcipiens omnibus, qui
ad Ecclesiam S. Andreae pertinerent, ex
parte nostra, ut ipsi Joanni sicut electo,
obedientiam, & reverentiam exhiberent.
Unde, cum nullus propter metum regium
in manifesto obedire auderet: idem Le-
gatus non regnum, sicut de jure poterat,
sed Episcopatum interdicto subjecit.

VIII.

Cum igitur tam Ecclesiastici, quam sa-
culares Principes a charissimo in Christo
filio nostro Vuillelmo illustri Scotorum
Rege districtius adjurati fuissent de re-
cto consilio dando, firmiter promittente
ipso Rege, quod eorum consilio staret:
responderunt omnes tamquam unus, ut præ-
fati Joannis consecrationem, coram Lega-
to nostro, & quatuor Episcopis (quinto
ærotante, sed scripto consentiente) ce-
lebratam ulterius non turbaret, sed per-
mitteret, eum in pace in sua sede conse-
crari. Inde est, quod universitati vestræ
per Apostolica scripta mandamus, atque
sub officii, & beneficii pœna præcipimus,
quatenus spiritum fortitudinis induentes,
ipsum Episcopum infra octo dies post ha-
rum susceptionem litterarum honorifice,
appellatione postposita, ad sedem suam re-
ducatis, & pro servanda Ecclesiastica ju-
stitia prudenter & viriliter laboretis, &
ad placandum motum regium adhibeatis
operam diligentem; atque præfato Epi-
scopo omnem exhibeatis reverentiam, &
honorem, quem ipsius prædecessoribus im-
pendistis. Quod si Rex aliud voluerit,
aut etiam consilio pravorum inclinatus fu-
erit: Deo & S. R. E. magis oportet obe-
dire, quam hominibus. Alioquin senten-
tiam, quam venerabilis frater noster Hu-
go Dunelmensis Episcopus in contumaces
& rebelles tulerit, nos auctore Deo ra-
tam habebimus, & præcipimus firmiter
observari. Ista audiens Hugo intrusus,
prævidens sibi discedendum fore ab Ec-
clesia quam male occupaverat: inde re-
cedens asportavit secum capellæ orna-
menta, item anulum, & baculum, &
alia. Cumque ea, a Legato conventus,
reddere noluisse; ab eodem sententia
excommunicationis damnatus est, quam
Alexander Papa confirmans, ita tunc
scripsit ad Scotiae Præsules:

Alexander Episcopus servus servorum
Dei venerabilibus fratribus & dilectis fi-
liis Ecclesiarum Prælatibus per Scotiam con-
stit.

IX.

Epist.
Alexand.
Pap. con-
tra Hu-
gonem
intrusum.

stitutis salutem & Apostolicam benedictio-
nem.

Relatum est nobis, quod cum Hugo,
qui Ecclesiam S. Andreae de Scotia inva-
serat, capellam Episcopalem, baculum,
& anulum, & cætera, quæ irrationabi-
liter asportaverat, illicite detineret: eum
frequentius admonitum respicere contem-
nentem dilectus filius noster Alexius sub-
diaconus noster Apostolicæ Sedis Legatus,
coram vobis, & Clero multo, & populo,
nisi infra quindecim dies ablata, vel as-
portata redderet, vel congrue satisfacere-
ret, vinculo excommunicationis, Aposto-
lica auctoritate fretus, astrinxit. Ipse
tamen in arrogantiâ malo perdurans, in
nullo præfati Legati monitis acquievit.
Nos itaque sententiam de auctoritate no-
stra prolatam ratam habentes universitati
vestræ per Apostolica scripta manda-
mus atque præcipimus: quatenus præfatum
Hugonem, Dei gratia freti, & omni ti-
more postposito, publice, nullius appella-
tione obstante, vinculo denuntietis ex-
communicationis astrictum, & sicut ex-
communicatum attentius evitatis, donec
quæ de supradictis rebus abstulit, vel
astimationem fratris nostri Joanni Episco-
po S. Andreae, & Ecclesiæ suæ restituat,
& de aliis, quæ destruxit, satisfactio-
nem exhibeat congruentem. Subiicit autem
ista Rogerius in iisdem Annalibus:

X.

Præterea dominus Papa concessit Roge-
ro Eboracensi Archiepiscopo legatiam in
Scotia, & præcepit ei, quod ipse senten-
tiam excommunicationis, una cum Hugo-
ne Dunelmensi Episcopo, proferret in Re-
gem Scotorum, & regnum illius interdi-
ceret, nisi ipse permisisset præfatum Jo-
annem tenere Episcopatum suum in pace, &
nisi dedisset ei securitatem pacis servan-
dæ illi. Et idem Papa districtè & in vi
obedienciæ inhibuit Joanni Episcopo S. An-
dreae, ne alicujus amore aut timore, vel
suggestione aliqua seu voluntate, Eccle-
siam S. Andreae, ad quam consecratus est,
& auctoritate Apostolica confirmatus, au-
su temerario præsumeret derelinquere, vel
aliam recipere: adjungens, quod si at-
tentaverit, sine exceptione aliqua aufer-
ret ei utramque; unde summus Pontifex
in hac forma scripsit:

Alexander Episcopus servus servorum
Dei Vuillelmo illustri Scotorum Regi sa-
lutem & Apostolicam benedictionem.

XI.
Epist. A-
lex. Pap.
ad Wil-
helm. Re-
gem Sco-
torum.

Pro pace tua & libertate sollicitè nos
meminimus laborasse, sperantes, quod ex
hoc in devotione Sedis Apostolicæ melius
firmareris, & crederes, & libentius ser-
vares Ecclesiasticam libertatem. Cæte-
rum attendentes circa factum venerabi-
lis fratris nostri Joannis Episcopi sancti
Andreae de Scotia, quod nolueris usque
modo inclinari: contrarium spei, quam
de fervore devotionis regiæ habebamus,

CHRISTI
1180.ALEXANDRI III. PAP.
21.FRIDERICI IMP. 26.
MANUELIS IMP. 38.

cogimur astimare. Volentes tamen experi-
ri adhuc, si patientia nostra ad peniten-
tiam regium motum adducat magnitudinem
tuam per Apostolica scripta monemus at-
tentius & mandamus, quatenus memorato
Episcopo infra viginti dies post harum su-
sceptionem litterarum pacem & securita-
tem largiaris, ita quod non oporteat eum
de indignatione regia dubitare. Alioquin
noveris, nos venerabili fratri nostro Roge-
ro Eboracensi Archiepiscopo Apostolicæ
Sedis Legato in Scotia mandasse, ut re-
gnum tuum, nullius appellatione obstante,
subiciat interdicto, excommunicationis
sententiam in personam tuam, si desistere
nolueris, prolaturus. Pro certo quoque
teneas, quod si in tua duxeris violentia
perdurandum: sicut laboravimus, ut re-
gnum tuum libertatem haberet; sic dabi-
mus studium, ut in pristinum subiectio-
nem revertatur. Hæc Alexander Papa.
Subdit autem hæc Rogerius: Sed Rex
Scotia in nullo volens obedire mandatis
Apostolicis, expulit præfatum Joannem
Episcopum sancti Andreae, & Mittheam
Episcopum de Aberdeen avunculum ejus
in regno suo. Unde Rogerus Eboracensis Ar-
chiepiscopus, & Hugo Dunelmensis Epi-
scopus, & Alexius Apostolicæ Sedis Le-
gatus mandatum summi Pontificis profe-
quentes, sententiam excommunicationis de-
derunt in personam Regis Scotiae, & sen-
tentiam interdicti in regnum ejus. Quæ
autem ista secuta sint, anno sequenti
sic Rogerius enarrat: Misit Rex
Scotia ad Alexandrum Papam Nuntios
suos, postulans, ut ipse pro bono pacis
concessisset hanc fieri sedium commutatio-
nem, nempe ut Joannes S. Andreae Epi-
scopatum dimitteret, acciperet vero a-
lium quem vellet in Scotia: sed dominus
Papa hoc concedere noluit. Ista vivente
Alexandro ipso sunt gesta: quæ autem
ista secuta sint sub ejus successore Lucio
Papa, suo loco dicitur.

XII.

Hoc eodem anno singulari exemplo
Casimirus Rex Poloniae, quem Ducem
vocant, cum constitutiones quasdam pro
bene disponendo Principatu sanciturus es-
set; eas prius Romano Pontifici confir-
mandas per Nuntios misit. De his enim
hæc habet Longinus hoc anno:

Ut autem tam saluberrimæ constitutio-
nes in futuras generationes majus habe-
rent duramentum: solerti Ducis Casimiri
ordinatione Nuntii ex utroque statu Ro-
mam ad summum Pontificem Alexandrum
Tertium mittendi deliguntur confirmatio-
nem Papalem, quæ constitutiones ipsas,
& in scriptum redactas, & Ducis Casi-
miri, pontificumque, Principum, & Ba-
ronum sigillis munitas, firmitate Aposto-
lica perennet, & corpus, ossaque alicui-
us Sancti, quo Cracoviensis insigniretur
Ecclesiæ, obtentura. Et Nuntii quidem

XIII.
Rex Polo-
niae statu-
ta manda-
ta confir-
mari per Alex-
and. Pap.

Po-

CHRISTI 1180.

ALEXANDRI III. PAP. 21.

FRIDERICI IMP. 26. MANUELIS IMP. 38.

Polonorum apud Tusculanum Alexandro Papa offenso, benigne habiti & auditi sunt: gratiaque, praesente Cardinalium coetu, ab Alexandro Polonis acta, quod pestifero durante schismate, nationibus & regnis vicinis aut claudicantibus, aut obedientiam Antipaparam profitentibus, ipsi constanti perseverantia, ab ejus obedientia non discessissent. Constitutionem deinde Polonorum, velut justam, & religione plenam & commendat, & confirmat. De dandoque sacro corpore bene Legatos Polonorum sperare, & se Romam subsequi jubet. Confirmationis autem suae pro rescindendo dubietatis scrupulo, exemplar subnectimus, cujus a nobis originale, in Ecclesia Cracoviensi conditum, saepe & attrectatum & visum est.

Rescriptum confirmationis Papae statutorum regni Poloniae.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili viro Casimiro Duci Poloniae salutem & Apostolicam benedictionem.

XIV. Confirmatio Pontif. Ex parte tuae magnitudinis revelatum est nobis, quod de consilio Archiep. & Episcoporum Poloniae, & Principum terrae, quastam abusiones, & solitas injurias ab Ecclesiis & personis Ecclesiasticis amputasti, constituens, ne bona decedentium Episcoporum amplius confiscarentur. Constitutum est etiam, ut si quisquam in res defuncti Episcopi manus conjecerit: vinculo anathematis teneatur. Nec praesumat ullus raptorum defuncto Episcopo succedere, donec absolutiois beneficium assequatur, ablatis restituis, vel ablatorum congrua aestimatione praemissa. Consuetudinem autem, quae a Principibus terrae servabatur, videlicet, ut quocumque pergerent pompaticae, invadentes horrea pauperum evacuant, & si inter absentes aliquid negotioli quandoque contingeret, impii satellites discurrerent, raptos quoscumque caballos vel enervarent in cursu, vel omnino destruerent, de Ecclesiasticorum & saecularium virorum consilio emendasti. Unde quoniam constitutionem tuam justam pariter & honestam auctoritate nostra postulas confirmari: nos justis postulationibus annuentes, constitutionem praescriptam, sicut in scripto autentico

super hoc facto habetur, auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communitus, sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis eam violare aliqua ratione praesumat. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beati Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursum. Datum Tusculani V. Kalendas Aprilis.

Hoc eodem anno, cum perlatum esset nuntium e Terra sancta de Saladini tremenda expeditione adversus Hierosolymitanam civitatem: Alexander Papa mox intonat bellicum tuba sacerdotali, scribens ad Christianos Principes litteras, necnon ad universos Catholicae communionis Antistites. Extant ex eis aliqua, & in primis quas scripsit ad Principes, descriptae vero a Rogerio in Annalibus:

Alexander Episc. servus servorum Dei dilectis filiis nobilibus viris Ducibus & Principibus, Comitibus, Baronibus, & universis Dei Fidelibus, ad quos litterae istae pervenerint salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cor nostrum & omnium fratrum nostrorum sinistri rumores, qui de Hierosolymitanis partibus ad nos communi transeuntium relatione pervenerunt, nimio dolore conturbant, cum vix umquam aliquis, qui Christiano nomine censeatur, sine lacrymis & suspiriis audire valeat, quae de statu illius terrae miserabili recitantur. Est siquidem infidelium (quod dolentes dicimus) incurfione contrita & usque adeo fortium virorum potentia, & proborum virorum consilio viduata quod nisi a Christianis Regibus & Principibus Orbis celerem, & potentem succursum habuerit: desolationem ejus (quod absit) in ignominiam Dei, & in contemptum Fidei Christianae de proximo formidamus. Non est enim Rex, qui terram illam regere possit, cum ille, videlicet Balduinus, qui regni gubernacula possidet, ita sit graviter (sicut nosse vos credimus) justo Dei judicio flagellatus, ut vix ad tolerandos sufficias continuos sui corporis cru-

XV. Expeditio in Terram Sanctam.

Ad Principes Alex. Pap. litterae pro subsidio Terrae Sanctae. XVI.

strum obsidet; committitur pugna, Crucesignati vincuntur & ex eis quamplures capiuntur. Postea Saladinus castrum, quod de novo edificatum fuerat, obsidet, & postquam illud occupavit, dirui jussit. Cum vero Alexander III. quam pessimo loco Christianorum res in Oriente essent, accepisset, scripsit ad Christianos Principes, nec non ad universos Catholicae communionis Antistites, & summopere hortatus est, ut Terrae Sanctae subsidio essent. Eius litterae apud Baronium, qui eas ex Hovedeno recitat, legendae.

CHRISTI 1180.

ALEXANDRI III. PAP. 21.

FRIDERICI IMP. 26. MANUELIS IMP. 38.

cruciatu. Quam gravem siquidem jaculam, & quam miserabilem casum in personam, & rebus illa terra (pro qua patres & genitores nostri sanguinem proprium effuderunt in conspectu, quem olim cum Gentibus habuerunt) peccatis exigentibus sit perpeffa; nec nos sine multa cordis commotione recolimus, nec aliqui zelantes legem Domini, possunt tantam stragem Fidelium patienti animo tolerare: praesertim cum illa gens pessima Paganorum, ex incommodis & periculis, quae genti Christianorum intulerunt, tantam audaciam sumpsisse dicantur, ut se jaecerent impudenter, terram illam (quod avertat Dominus) invasuros.

XVII. Moveat itaque vos zelus Domini, nec religio Christiana super tanta, quae illi terrae imminet, contritione dormiet; sed universa loca illa, quae Salvator & Redemptor noster corporali praesentia dedicavit, viriliter tueamini, & contemnite gentes, quae abiiciunt Dominum, & Christianum nomen de terris abolere nituntur. Non est utique Christianus, qui praescripta terrae calamitatibus non movetur, nec accingitur ad ipsam ab Infidelium incurfibus defendendam, quam occupare laborant, & suis (quod absit) spurcitiis profanare. Hi autem, qui ex vobis fortes sunt, & bellis exercendis idonei, non minus scuto Fidei, & lorica justitiae, quam materialibus armis induti, tam pium, quam necessarium opus, ac laborem hujus peregrinationis assumant, & loca illa, in quibus Redemptor humani generis pro nobis nasci voluit, & mortem subijt temporalem, potenti virtute defendant, ne temporibus nostris sustineat in illis partibus Christianitas detrimentum. Cum enim Christus pro salute nostra propria multa, & demum Crucis patibulum sustinuerit, ut nos offerret Deo mortificatos quidem carne, * justificatos autem spiritu; expedit admodum saluti Fidelium, ut pro ipso corpora nostra, periculis, & laboribus exponamus, ne pretium sanguinis, quem pro nobis effudit, videamur oblitum. Animadvertite igitur dilecti in Christo filii, & videte, quam probrosum, & quam mœrore dignum existeret Christianis, si adversus habitatores terrae illius inimici Crucis Christi denuo praevalerent, sicut eos praevasturos non modicum formidamus, nisi de diversis partibus Christianorum auxilium habitatoribus ipsis cum festinatione succurrat.

* vivificatos

XVIII.

Ne igitur Christianitas Gentilitati succumbat, totis visibus praevideate: quia melius est superventuro malo ante tempus occurrere, quam remedium post causam quaerere vulneratam. Illis, autem, qui pro Christo hujus via laborem assumpserint, illam Indulgentiam peccatorum,

quam Patres & praedecessores nostri Urbani, & Eugenius Romani Pontifices statuerunt, Apostolica auctoritate concedimus & confirmamus. Uxores quoque, & filios eorum, & bona, & possessiones suas sub B. Petri & nostra, necnon & Archiepiscoporum, & Episc. & aliorum Praelatorum Ecclesiae decernimus protectione manere; prohibentes attentius, ne adversus eos de his, quae pacifice possident, aliqua post susceptam crucem quaestio moveatur, donec redeant, vel de ipsorum obitu certissime cognoscatur. Licet autem eis terras, seu possessiones alias, postquam propinqui, aut etiam domini sui (ad quorum feudum pertinent) pecuniam ipsis mutuare aut noluerint, aut non potuerint, Ecclesis, vel Ecclesiasticis viris, aut aliis Fidelibus libere, & sine ulla reclamazione pro expensis hujus itineris titulo pignoris obligare. Praeterea, quicumque de viris bellicosis, & ad illius terrae defensionem idoneis, illa sancta loca fervore devotionis adierint, & ibi duobus annis contra Sarracenos pro Christiani nominis defensione pugnaverint; de JESU Christi pietate, & de beatorum Petri & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, eis omnium suorum, de quibus corde contrito & humiliato confessionem susceperint, absolutionem facimus delictorum, nisi forte aliena bona rapuerint, vel usuras extorserint, aut commiserint furta, quae omnia debent in integrum emendari. Si vero non est in facultatibus delinquentium, unde valeant emendari: nihilominus consequentur veniam, prout diximus, de commissis. Hi autem, qui illic per annum, sicut diximus, moram habuerint, de medietate sibi iniunctae poenitentiae indulgentiam & remissionem suorum obtineant peccatorum. Omnibus autem Sepulcrum Domini pro instanti necessitate visitare volentibus, sive in itinere moriantur, sive ad illum locum perveniant, laborem itineris ad poenitentiam, & obedientiam, & remissionem omnium peccatorum injungimus, ut de vitae praesentis ergastulo ad illam beatitudinem, Domino largiente, perveniant, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quam repromisit Dominus diligentibus se. Datum Tusculani decimosextimo Kalend. Februarii. Scripsit etiam (pergit Rogerius) idem Papa Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis super eodem negotio in hac forma:

XIX.

Alexander Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, & aliis Ecclesiarum Praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum Orientalis terra per impressiones

CHRISTI 1180.

ALEXANDRI III. PAP. 21.

FRIDERICI IMP. 26. MANUELIS IMP. 38.

CHRISTI 1180.

ALEXANDRI III. PAP. 21.

FRIDERICI IMP. 26. MANUELIS IMP. 38.

Ad præfules ejusdem argumenti litteræ Alexand.

Infidelium & incurfus, fortium virorum potentia sit & proborum virorum consilio destituta, multo timore percutitur; & ad implorandam subventionem Fidelium dilectos filios nostros, milites Templi, latores præsentium, viros utique religiosos, & Deum timentes, Archiepiscopi, Episcopi, & alii Principes terræ ad partes vestras mittere decreverunt. Nos autem, quos illius terræ calamitas gravi dolore conturbat, exemplo Patrum & prædecessorum nostrorum de ipsius conservatione solliciti, Christianos Reges, & Principes Orbis ad defensionem locorum illorum, in quibus steterunt pedes Domini, salubribus monitis exhortamur: & sicut Patres & prædecessores nostri Urbanus & Eugenius Pontifices Romani statuerunt; ita & nos remissionem, & Indulgentiam peccatorum statuimus universis, qui pro Christo laborem Hierosolymitanum assumpserint, & contra Sarracenos fidei curaverint devotione certare. Monemus itaque universitatem vestram attentius, & mandamus, quatenus fratres, qui ad hoc missi sunt, benigno recipiatis affectu; & per eos Orientalis terræ statu & necessitate comperta, Principes, Comites, & alios fideles Christi parochianos vestros crebris, & sollicitis exhortationibus laboreis inducere, ut terram illam, pro cuius liberatione patres & genitores eorum sanguinem proprium effuderunt, adeant festinanter, & contra inimicos Crucis Christi potentia & virtute decertent. Litteras autem, quas propter hoc generaliter mittimus, universis faciatis Ecclesiis publice legi, & exponatis earum tenorem, & remissionem peccatorum, quam facimus illis, qui tam pium & necessarium opus assumpserint, nuntiatis, & ita omnes ad exequendum quod suggerimus, monentis, quo per sollicitudinem & exhortationem vestram terra illa festinanter Fidelium sentiat auxilium & juvamen; & vos propter hoc ab omnipotenti Deo mercedem possitis consequi sempiternam. Datum Tusculani decimo sexto Januarii. Hactenus litteræ Alexandri Papæ pro subsidio Terræ sanctæ. Pergit Rogerius:

XX. Quibus auditis, Philippus Rex Franciæ, & Henricus Rex Angliæ plurimum condolentes de adversitate & desolatione terræ Hierosolymitanæ: promiserunt se, Domino auxiliante, celerem succursum, facturos terræ illi, & in his finitum est colloquium. Hactenus de his ipse.

Rex Angl. favet Ecclesiæ. Porro hoc eodem anno ipse Henricus Anglorum Rex leges suas valde Ecclesiæ rebus faventes condidit, quas recitat in suis Annalibus Rogerius, quibus absterfit, quas contraxit maculas impugnando Ecclesiasticam libertatem temporibus sancti Thomæ martyris.

XXI. Ubi autem ista innotuere de Occiden-

talium apparatu, & fama majora veris ad Orientales afferret: Emmanuel Imperator de Latinorum tanta expeditione sollicitus, sibi timens, ne in transitu aliquid in Imperium Franci molirentur: scripsit litteras ad Romanum Pontificem, Alexandrum, de procurando rebus suis securitatem, mittendoque cum Francorum exercitu aliquem S. R. E. Cardinalem Legatum, cujus reverentia illi compefcerentur. Extat ejusmodi Manuelis epistola in collectione antiquorum diplomatum, facta per Benedictum Papam Duodecimum, quam apud nos habemus. Sic itaque Emmanuelis litteræ se habent: Ad Alexandrum Tertium Emmanuel Comnenus Imperator.

Sanctissime Papa. Cum didicisset Imperium meum per missam ad me scriptam epistolam sanctitatis vestræ, quia protonobilissimus Rex Franciæ moturus est exercitum cum aliis quoque Principibus, & Comitibus, & reliquis magnatibus in ultionem S. Sepulcri contra inimicos Dei: valde hoc gratum habui, sicut antea quoque scripsi tuæ sanctitati, & paratum est Imperium meum secundum scriptam epistolam tuæ sanctitatis, præparare his transitus in Orientem, & meatus in omnem Occidentem. Quia vero, si præbenda sunt eis necessaria, sine vexatione debent permanere terræ Imperii mei; necesse est certificari Imperium meum a declarato protonobilissimo Rege, & cum eo venientibus, ne cadatur terra Imperii mei quomodolibet in transitu eorum. Quia & Imperium, & transitus paratus est iis, & meatus in Occidentem, & contra Turcas transitus in Orientem. Et ipsi quidquid ceperint civitatum a Turcis, quod intra confinem Romanæ pertiterit (quarum catalogus missus est cum Apocrisarius Imperii mei) tradant hoc Imperio meo. Vult ergo meum Imperium excitari ad hujusmodi causam tuam sanctitatem, & conperari ad hæc, & scribere protonobilissimo Regi Franciæ, & his qui cum eo venturi sunt magnatibus, quod certificationem de hoc faciant Imperio meo per præsentem Apocrisarios.

Quia vero tua sanctitas in hujusmodi Deo placito servitio curatrix facta est, ut per scripturam suam cognitum est: hoc Imperium meum vult, ut Cardinalem mittat tua sanctitas in transitu horum, & aliquod signum certius ab omnibus Francis clare cognitum, clare missum Imperio meo. Quod si forte quidam stulti inquietum quid tentaverint contra terram Imperii mei: per eum ab hujusmodi capto refrænentur. Nam quod in tanta multitudine non sint quidam etiam stulti, omnino impossibile est. Imperium vero meum mirabatur, quomodo nunc usque non misse sanctitas tua ad ipsum nostrum Imperium

XXII. Emman. Imp. Alex. Pap. litteris monet.

XXIV. Manuelis Imp. obitus.

Alex. Comn. filius succedit.

XXV. Concil. Constantinop. celebrandum indicium.

PAGIUS III. Moritur Manuel Imp.

Nuntios, & redocuit ipsum per litteras de sospitatibus tuæ sanctitatis, quomodo Deus eam adjuvet. Non est enim inconveniens, ut Imperium meum crebro discat de salute tuæ sanctitatis, si a tua sanctitate eodem modo quod a Deo adjuvetur Imperium meum. Si vero plus etiam quid vult inter nos fieri tua sanctitas, ad unionem nostri, & concordiam majorem: gratum hoc & acceptum Imperium meum arbitrabitur, vel in utilitatem provinciarum Christianorum. Præsens vero Nuntius Imperii mei... virilissimus ac nobilis est fidelis Imperii. Misa mense Martii, Indictione decimatertia, custodia civitate.

* MANUEL IN CHRISTO DEO FIDELIS REX Porphyrogenitus, sublimis, celsus, fortis, Augustus & Imperator Romanorum Comnenus.

At ipse Manuel Imperator hoc anno, pridie Nonas Octobris ex hac vita migravit, ut tradit Willelmus Tyrius. Cujus, inquit, elemosynas & beneficia largissima enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum. Subrogatus est ejus filius Alexius Comnenus Porphyrogenitus. Hoc namque anno decimatertia Indictione obiit Manuel, etiam Nicetas habet secundum in margine positam lectionem, atque monasticum sumpsisse habitum in obitu, sicque publice poenitentem ex hac vita migrasse.

Idem vero affirmat auctor, paulo ante obitum ab eodem Imperatore Emmanuele curatum celebrari Concilium. Collectos enim fuisse undique viros doctissimos ad differendas in causa Fidei quasdam, quæ emerferant, quæstiones, testatur pluribus. Quando inter alios etiam longe positos vocatus fuit Georgius Episcopus Corcyræ insulæ litteris Patriarchæ Constantinopolitani. Cum idem ad ipsum litteras reddidit, quas inter alias conservat Metianus codex, eademque ab ipso Federico Metio Episcopo Thermularum in Latinum conversas ad nos missas hic, ne pereant, curavimus describendas, ut sese mutuo videas scalpere schismaticos, cum mutuis se colant officiis, & laudibus ornent. Georgium enim hunc ipsum Græcorum schisma fo-

Ann. Eccl. Tom. XIX.

Ad num. XXIV. Tyrius lib. XXII. cap. V. postquam Ludovici VII. Francorum Regis mortem superiori capite narravit, scripsitque eam accidisse XIII. Kal. Octob. subdit; eodem mense, tertia mensis die, Manuelem Constantinopolitanum Imperatorem onus carnis deposuisse. Quoad diem tamen præferenda Hovedeni pag. 595. & aliorum sententia, qui tradunt Manuelem demortuum quarto post excessum ejusdem Regis die, hoc est vigesima secunda Septembris, ut habet Gaufridus Vossensis pag. 326. vel, ut Codinus, seu Auctor Catalogi Imperatorum eidem subjunctus, die XXIV.

visse, ejus litteræ de obitu Nestarii infra reddendæ satis ostendunt. Ipsa autem epistola sic se habet hac inscriptione notata:

Epistola Georgii Metropolitæ Corcyræ ad sanctissimum Oecumenicum Patriarcham, nomine Prælatorum, quando acceperunt mandatum ab eo, ut ad Synodum convenirent.

Nos, qui in hac Occidentali regione pontificalem suscepimus curam, & qui populus tuus, & oves pascuæ tuæ esse, & dici non erubescimus, o superlucens sol. Patriarcharum lucidorum Orbis, nostri Principis mandatum paulo ante congregavit felicissimi Ducæ Domini Emmanuelis, qui pietatem armis ornavit, & arma pietate illustravit. Sed mandatum ipsum, & congregatio ipsa nihil est, cum litteræ sanctitatis tuæ, ad ejus altitudinem & celsitudinem missæ, ad universale auditorium, & Synodum nullo pacto nos efficiacius convocarent. Convenimus itaque in unum, alius aliunde, & omnes ad sacri cæus complementum, excepto uno aut altero, vel fortasse tertio, qui rationabili detenti sunt causa. Quoniam vero quasi principio quodam & signo dato, dicto Principis mandato, nostra Prælatorum cetera recto tramite se ad iter accinxerunt, & quicumque & dignitate, & armis, & dicendi peritia præstabat; quin immo quicumque virilem atatem sunt adepti. Et quis nunc dicere posset divinas illas & cælitus emissas voces, & Orbem jungentes? Orientali scilicet & superiori Orbem Occidentalem hunc & inferiorem, descendentem parumper a priorè illa ascensione, & elatione sua? Oportet enim quæ antiquiora sunt, honorabiliora etiam omnino remanere, & solidiora minus solidis, quemadmodum simpliciora compositis, & cor, ceteris corporis partibus, & truncos ipsos ramorum & foliorum soliditate. Priora enim continent ea, quæ ex ipsis sequuntur: & nullo pacto est ferenda segregatio ab invicem. Si quidem recte concideret aliquis huc tendere solutionem (a) Danielis, viri scilicet desideriorum, quæ declarabat Babylonis Regis insomnia, quibus imaginis & statuæ partibus, aliud per auri puritatem.

Nihil mandatum sine Episcopali auctoritate.

T t t m y-

hora tertia, currentis Christi anni, cum paulo ante Monasticum habitum induisset, & Martini nomine donatus fuisset. Imperavit, ut ibidem recte scribitur, annos XXXVII. menses quinque, dies viginti tres. In corrupta Tyrii editione, qua usus est Baronius, legebatur Manuelem pridie nonas Octob. e vita migrasse. Res multas in bello præclare gessit, maxime ad Neocæsaream, ut videre est apud Cinnamum lib. 2. nom. 4. Uxorem duxit anno MCXLI. Bertham Conradi Regis Germaniæ uxoris sororem, quam ob eximias animi & corporis dotes commendant Cinnamus laudatus & Ni-

mystice significatur, aliud per argentum denotatur, aliud per es, & aliud per ferrum, & aliud per tegulas ipsas: quorum incongruentiam, quam inter se habent, penitus damnat. Testa enim, & ferrum natura sua inter se non bene conveniunt, & coeunt. Sed per aurum & argentum Principatus omni pietatis genere ornati significantur, auro scilicet is, qui circa Orientem viget Principatus; argento is, qui hic in Occidente quasi argentum relucet, Principatus demonstratur. Sed nostra convertatur oratio, unde digressa est.

XXVII. Accesserunt littere Patriarch.

Cum primum nobis Patriarchales lectae fuerunt litterae, & omnia in eis contenta a principio usque ad finem toto, ut par erat, accepimus corde: quam linguam muta remansit? Quodnam os ad hymnos gratiarum plenos non erupit? Et Deus magnificatus est per te domine, ejus participatione deificatum simul & deificantem eos, qui doctrinae tuae facile obediunt. Ambrosiae namque quasi gutta quaedam visae sunt, quae destillaverunt a felicissimo domino nostro epistole scriptae, non solum gravitate consiliorum, & monitionum, sed proprietate etiam sententiarum sanctorum Patrum conditae, quasi melle quodam, quinimmo auditores omnes quasi e naribus traherent omnia, ut nihil aliud amplius cogitarent, quam quod par erat; neque scilicet priores terminos profi-

PAGIUS

& Nicetas lib. 1. num. 2. Huic Irenes nomen indidere postea Graeci, quibus solemne alias erat, Latinorum nomina, suis insolita, aut quae suo idiomate aegre efferre poterant, aliis mutare. Huic Allegorias suas Homericas dicavit Joannes Tzetzes. Superdixit etiam Manuel Mariam Raimundi Pisavini Principis Antiocheni ex Constantia filiam, quae mortuo marito Monacham induit.

IV. Ei succedit Alexius filius.

Alexius Comnenus ex nefario Manuelis cum Theodora ejusdem Augusti ex Isaacio fratre nepti concubitu natus, successurus credebatur; Alexius tamen Comnenus ex Maria altera conjugis filius unicus patrem excepit, [1] qui conjugem accepturus erat Agnetem Ludovici VII. Francorum Regis filiam, sed matrimonium illud nunquam consummatum fuisse, infra videbimus.

V.

Manuele defuncto, ut recte habet Allatius

liendos, neque leges irritandas, quae a Patribus nobis traditae sunt. Hac de causa nos omnes, qui magnitudinis tuae suppastores sumus, virgam tuam & baculum tuum, istam quidem ut disciplinam, illum vero ut consolationem agnoscimus, & tuis vestigiis inherere studemus, & pro virili te primum pastorem nostrum imitari, & ad te unum festinare contendimus, & animas gregum nostrorum attente agnoscere, nec instar mercenariorum quorum non sunt oves propriae, illas luporum dimittere invidis, nos ipsos pro viribus accendimus & hortamur. Beatos enim illos divina ostendit Scriptura, (a) quorum dimissa sunt iniquitates; necnon testamento eorum peccata, largitum est ipsis.

(a) Psal. 31.

Hanc vero beatitudinem unde nos adipiscemur? & unde hanc metamus messem, nisi per te bonae poenitentiae seminatore, & praedone? Insuper enim eam cordibus peccatorum, tum verbis, tum operibus. Et ecce messis eorum, quorum mentes non sunt petrarum copiosae, neque pertinaces, & abruptae, & praecipitiorum plene: reddunt in tempore opportuno copiosam & maturam messem, & fruges. Non enim metes, ubi non seminasti: juxta (b) eum, qui servis suis talenta distribuit, ut in parabola Evangelica: Si enim non seminaveris: unde speras te collecturum fructum justitiae, & vitam aeternam? Satisne haec sunt pro anima, quae per se alios con-

XXVIII.

(b) Mat. 25.

Religio Imperium Orientale decreverunt

lib. 2. de Consensu Ecclesiae Orient. & Occident. cap. 13. Graecorum Imperium quotidie in pejus ruere coepit, tum propter occiduas atque orientales Barbarorum incursiones, tum propter molliorem ac tyrannidem imperantium, continuis caedibus & fraudibus se se mutuo prodentium, tum ob Ministrorum avaritiam, tum etiam ob frequentes Magnatum & ambitorum hominum rebelliones. Religio quoque ipsa cum imperio, in tanta rerum vicissitudine, tristi ruina convelli visa; cum non ratio & decor, sed malevolentia & rabies, animis perturbatis, & in furorem actis, omnia dirigerent. Tunc enim summa cum infinis, divina cum prophanis, recta cum improbis mixta, Christiani licet nomine, non Ecclesiae dogmata, sed caedes & sanguinem adversariorum anhelabant. Locis, quae Latini occupaverant, Sacerdotes & Antistites Latinos, ut Ec-

NOTAE

[1] Licet hoc tantum anno Alexius Comnenus Manueli patri successit, ante aliquot tamen annos imperii coronam acceperat, quod hic usque ignoratum tandem prodiit in lucem ex vulgato registro epistolarum Alexandri pro ecclesia Remensi, legendo in Collectione Martenii tom. II. In epistola enim CCCXI. ad Henricum Remensem data illum hortatur, ut Ludovicum regem Francorum, fratrem suum, inducat ad decorandum regni corona Philippum filium suum proposito exemplo Manuelis, qui, ait, providere cupiens ne imperium suum aliqua possit mutatione turbari, cum vix sit triennis, jam fecit coronari, & ei totum imperium juramento fidelitatis asstringi. Data est epistola Tusculani III. nonas augusti anno 1172. Sermonem hic esse de Alexio Comneno ex Maria legitima Manuelis conjugis, non vero de altero Alexio ex nefario Manuelis cum Theodora pellice concubitu nato, vix dubito. Neque enim pontifex filii spurii coronationem sive commemorasset, sive in exemplum regi Galliae proposuisset. Ex quo intelligimus Manuelem jam inde ab aliquot ante obitum annis consilium de assumendo Alexio spurio, quod olim susceperat, abjecisse. MANSI

consolatur, & quae viscera habet misericordiae? qualis videlicet tua. Vel ad damus aliquid aliud, quo te precemur & obsecremus, sumentes ex magnis illius Isaiæ vocibus: (a) Tolle, o divinitissime domine, circumcirca oculos tuos, & vide omnes filios tuos. Ecce congregati sunt, & venerunt ad te, id est, ad tui obedientiam & obsequium sacrum videlicet & legitimum. Si enim nondam (ut supra dictum est) in aliquo particulari loco est congregata pontificalis Synodus. Nonnulli enim, & hi quidem perpauci defuerunt; sumus tamen omnes concordēs, & quasi membrorum connexio quaedam, & catena; & communis & publici commodi nobis est cura, ut simul omnes regere, & quod in eadem habetur potentia, omnes nos eadem stola induere valeas, & sponsae ornamento ornare, & dicere in corde tuo: Quis genuit mihi istos? & quam velox & prompta obedientia, & animi promptitudo? & Patrum terminos immobiles, quasi lapides istos, quibus facile statimur ad construendas domos, sub te statuant, donec videlicet sapientiae septem columnis firmata & ornata (& valeat invidia, procul absit omnis calumnia) ut pulchra Dei aedificetur domus, & augeatur. Hoc sit initium nostrarum responsionum, haec prima constitutio: haec sint nostri coetus scalae primo positae & fundatae, quarum extremitas ad te, sanctitatis videlicet & puritatis caelum, extenditur. Habent autem gressum suum inter nos, qui serpsimus humi, ut sit nobis propterea confidendum, futuras ascensiones & descensiones Angelorum, evangelizantium pacem, & omnia alia bona. Intelliget vero quispiam Angelos, vel sermones tuae sapientiae, quae Deo propinqua est, vel eos, quos mittis quotidie tabelliones litterarum, tum a felicissimo domino nostro magno Imperatore, qui gratiae donum adeptus est; & a magna sanctitate tua, quae Christum Dominum in omnibus imitatur. Quapropter humilem adorationem tibi mittimus, & exhibemus, ut tui oratores indefinenter & totam, quae magna sanctitati tuae assidet & inheret, sacram & a Deo custoditam Synodum rogamus simul omnes, ut nobis fraternas dilectiones, & orationes, & benedictiones largiatur. Haec ad Patriarcham Georgium. Sed quod ad Concilium spectat: Ann. Eccl. Tom. XIX.

(a) Is. 60.

PAGIUS

Ecclesias eorum moribus dirigerent, exclusis etiam Graecis, si id tuto fieri poterat, praefecerunt, & Graecos contumaces ac obstinatos, si respicere nollent, & veritatem amplecti, poenis multabant; quemadmodum & antea in Oriente fecerant, & potissimum Antiochia; quod ex Cinnamo lib. 4. manifeste constat. Cum enim sub Renaldo Principe Manuel Imp. Antiochiam occupasset, inter alia illud quoque pa-

intercepit illud obitus Imperatoris.

Quod autem contigit inter haec ex humanis furripi Nectarium Abbatem monasterii Casulorum, in Magna Graecia constituti, qui videbatur ceteros ejusdem schismaticae factionis excellere doctrina & animositate dicendi: scripsit de eo monodiam idem Georgius Metropolita Corcyrae. Extat siquidem in dicto codice Metiano, ab eodem Federico Metio Episcopo donata Latinitate, quae sic se habet epistolae titulo:

XXIX. De Nectarii Abbatibus obitu laudatio Georgii.

Prudentissimo Judici Hydrantis, & nostro dilecto spirituali filio domino Nicolao, Georgius Corcyrae Metropolita.

XXX.

Quid dixisti, o bone vir, & quale verbum ex ore lapsum est tuo? vel potius adversus nos es jaculatus? ut usque ad ossa & medullas nobis quasi sagitta cuspidem transverberet suam, & dies molestos, & molestiores noctes nobis trabendas reliquerit? Quid dixisti, prudens caput? quid scripsisti? Nectarius mortuus? sub lapide conditus est Nectarius? sub humo defossus est? Et quisnam renuntiabit hanc vocem adeo amarum ferentem nuntium iis, qui cognoverunt virum illum; & iis, qui vel modicum gustaverant ejus sapientiam, & virtutem in omnibus singularem? Hei mihi, quomodo me invasi timor, quem timebam; & quomodo verebar, contigit mihi? Timebam enim, quod segregatus ego a Nectario propter hoc, quod intercedit mare, & mundanarum rerum conversationibus, & vicissitudinibus agitated, non valerem extremos dare amplexus, nec extremum Vale dicere sacrae illi & beatae animae, orthodoxae scilicet firmamento, & Italorum gloriae & inclinae Romae nobilissimo ornamento. Ita certe. Honoravit enim tandem etiam gloriosissimorum Apostolorum Principem cum satis illustre & insignitum esset tibi locutus & periclitanti civitati pro virili sua est auxiliatus. Stetit enim quasi altera nobis columna suis quidem umbra, & mite, suave propagulum fidei factus; adversariis vero quasi ignis comburens, apparens. Mihi autem opinari in mentem venit, quod ea, quae tunc habita fuit disputatio, mirabilem illum manifestavit coram illo praesidentium coetu, & supercilium attollente circumcirca; & conante mysterium nostrae perfectionis conculcare: sed mirabiliorum puto illum

T t t 2

fa-

tisci voluit, Patriarcham Antiochenum ex Byzantio mitti. Cumque in multis aliis, Antiochenis petentibus, morem gefisset, voluit ratum firmumque esse quod de Patriarcha sentierat: Patriarcham, inquit Cinnamus, non alio ex loco, quam ex Byzantio esse, nullo modo se approbaturum dixit. Sed hac de re plura al-

CHRISTI
1180.ALEXANDRI III. PAP.
21.FRIDERICI IMP. 26.
MANUELIS IMP. 38.

factum ipsis angelicis choris, e caelo for-
tasse observantibus, & verba excipienti-
bus robusti illius senis, cujus robur &
vigorem longa aetas non debilitavit, sed
vigebat animo & robore, & eos qui ser-
monis velocitate & facundia praestabant,
quasi juxta Lydium currum currentes,
zardos & segnes demonstrabat. O cor,
e quo scatebat fons sapientiae! vel poti-
us venter Evangelicus, de quo (ut E-
vangelista ait) fluvii pietatis emanabant
& scaturiebant! O lingua nihil umquam
non opportune locuta, sed ingenue profe-
rens, & opportune, quae oportebat, au-
ditorem sua facilitate, & dicendi copia
traheret. Novi ensem utrumque secantem
& romphae ambis acutam, quibus si Necta-
rii linguam comparavero, invenio illum
longe acutiorem, adversus eos, qui Spi-
ritui sancto bellum inferunt, terribilem
factam; illis vero, qui Mosem sequuntur
& propter pravam eorum mentem, quam
a patribus acceperunt, scapham semper
scapham dicunt, eorum capita quamprimum
abscedentem, & ut neque adversis
oculis intueri valent eum, ipsos argu-
entem invincibili quadam virtute. Et
quemadmodum divinis illi Stephano
protomartyri, myriades illorum convenis-
sent, & insano quodam furore lapides
in eum jacerent.

XXXI. Hunc ergo sunt insecuti Nectarium ta-
libus insignem virtutibus, & profana &
sacra sapientia praestantem, & magnum
rationalibus & speculativis scientiis,
sed longe majorem ea vita quam secundum
Christum duxit, ut alterum alteri mistum
& compositum optimam faceret compositio-
nem, & ad sui admirationem & stupo-
rem eos traheret, qui cum ipso agebant,
dum viveret in terra Nectarius beatae
memoriae; quis igitur digne nunc laudaret
eum vita defunctum? & quis eum lacry-
mis honorabit, sicut decet? ego vero &
mutus remaneo praemagnitudine doloris,
quasi fulmine quodam tactus. Oculorum
enim meorum concava abundant indefi-
nentibus lacrymis; bebentur vocis in-
strumenta, praemagnitudine doloris con-
tracta remanent; & fateor vinci dolore,
bac victus calamitate & infortunio; me-
moria tantum praeteritorum quasi res solvi
periclitans in ea, ex quibus consto. Qui
infirmum confirmabat, & quod labebatur
suscepit: qui ex ignavia nos excitabat,
& antiquorum Dei operum revocabat &
instaurabat memoriam; ut idem esset, ac
si igni accederet aliquis, qui jam crystal-
li instar fuisset congelatus, dum ad lumen
epistolarum ejus mentis oculum dirigeret,
& inde foveretur, & illustraretur. Quan-
do ejus scripta praemanibus habeo, ut-
roque idiomate exarata, Graece inquam
& Latine, tunc cum Spiritu sancto esse
mibi videor, & Spiritus sancti processio-

Graeci-
smus schi-
smatico-
rum.

nem a Patre, quaecumque illa sit, edoceor
& novi modum subsistendi incommutabilem
& personarum Trinitatem non confundo,
& adversariorum partes damno, qui no-
vam investigant, & quaerunt viam, o-
bliquam videlicet, & juxta illud, ob-
tortam & sinistram. Cum vero & in memo-
riam revoco, quae ipse ab Hebraico ver-
tit idiomate, & recto explicavit sermo-
ne: meum JESUM Dominum animo concipi-
o, in medio doctorum in synagoga se-
dentem, & eorum ora obstruentem, cum
nullus auderet ipsum amplius interroga-
re, & jam confusi & muti circumstarent
propter eorum malum, & Deo adversum
doctrinam & mentem.

Ita equidem defuncti Nectarii virtuti-
bus captus sum, & quasi avicula ex pen-
nis detineor & contineor. Miraberis ita-
que fortasse, si ex lacrymis in lacrymas
iterum solvor, & consolari minus valeo?
Tu vero ejus alumnus, qui a puero cum
illo es commoratus, & ejus virtutibus
frui potuisti: utrum cum tempore dolorem
commensurabis? & quasi tabula, quae fa-
cile deleri potest, abieceris doloris colo-
res? vel potius profundo illum servabis
animo & pectore? quod equidem magis cre-
do. Cujus enim (inquit tragicus Poeta)
memoria labitur beneficiorum, non est il-
le nobilis vir. Adesdum igitur, & simul
ploremus commune nostrum ornamentum &
decus. Adesdum, simul suspiremus pro
sacro illo Nectarii capite, quod terra
cooperit. Utamur enim paulisper poeticis
verbis, & cohors Pneumatomachorum, mul-
torum quidem capitum, gaudebit quam
maxime, cum non sit amplius magnificus il-
le noster Hercules, qui, cum multi essent
strenui & praestantes adversarii in dispu-
tando, eorum tamen omnium genus solvit,
& erat etiam soliturus, si in hac super-
esset vita.

Quoniam vero aeterna impleri oportet.
bat, tabernacula, & caelestium torcular
Nectareo indigebat musto: translatus est
a nobis florens illa sermonis suavitas;
& vinea cognitionis ferens racemos evel-
litur. Deo itaque & caelestibus choris ju-
cunda hinc erit suavitas; nos vero du-
ram patiemur famem, & sitim tolerabimus
ardentem, audienti scilicet sermonem vi-
ri illius, qui sermone praestabat & sa-
pientia universa. Unum tamen & maxi-
mum in spe nos habere gloriamur, sup-
plices ejus ad Deum pro nobis preces, ut
& nos in eadem moriamur pietate, nihil
eorum, quae a patribus nobis tradita sunt,
vel remittentes, vel ab eorum integri-
tate minuentes. Hoc enim est unicuique
esse pium, neque ad dexteram, neque ad
sinistram declinare; sed potius in viam
regiam dirigi, & ambulare. Haecenus
Georgius de suo Nectario desendo ube-
riori quidem lacrymarum imbre; ea ex
par-

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

PAGIUS

VI.
Obitus
Ludovici
VII. Fran-
cia Regis.

parte, qua putat esse laudandum, quod ut
vixerat adversarius Eccl. Catholic. mor-
tuus sit in schismate; legendus & ipse,
dum eadem se peste ostendit infirmum.

Quod autem in funeribus sumus: ad-
damus quod hoc eodem anno Ludovicus
Francorum Rex decimoquarto Kalendas
Octobris moritur; Philippus vero ejus fi-

Ad num. XXXIV. Guillelmus Armoricus lib.
de Gestis Philippi Augusti Francorum Regis
pag. 72. ait, Philippum hoc anno, Re-
gni ejus secundo in Ascensione Domini impos-
uisse sibi iterum coronam, & inunctam fuisse
Elizabeth Reginam uxorem ejus filiam Bal-
duini Comitis Hannoveriae. Addit, XIV. Kalen-
das Octobris feria quinta obiisse Ludovicum VII.
patrem ejus Parisiis, & deportatum esse cor-
pus ejus ad canobium, quod ipse fundaverat,
Ordinis Cisterciensis Barbeillum nomine, quod
Meloduni situm est. Chronographus Aquicin-
stinus narrat etiam Isabellem seu Elizabetham
coronatum fuisse in die Ascensionis Domini. Ve-
rum Guillelmus Armoricus perperam scribit,
factum id esse anno secundo ejusdem Phi-
lippi; cum anno superiori in festo omnium
Sanctorum Rex coronatus fuerit. Errat & Ri-
gordus de Gestis Philippi Augusti pag. 7. ubi
ait, Ludovicum VII. obiisse anno sequenti XIV.
Kal. Octobris, feria quinta; nam hi caracte-
res simul juncti annum currentem certo demon-
strant.

VII.
Obitus A-
malrici
Episc. Je-
rosolymit.

Ad num. XXXV. Baronius ait, Willelmum
Tyrium tradere, Amalricum Patriarcham Jero-
solymorum pridie Nonas Octobris ex hac vita
migrasse; sed haec apud Tyrium non invenio,
neque ex Antiquis aliquem, qui diem Amal-
rici emortualem annotarit. Sanutus quidem
lib. 3. fidelium crucis part. 6. cap. 24. annum
mortis ejus notavit, sed diem mortis praeter-
misit. Haec ejus verba: MCLXXX. Patriar-
cha Almericus moritur, cujus simplicitas mo-
dicum Ecclesiae profuit; cui successit Heraclius
tam perniciosi exempli, ut procedentem ornatissimam
mulierem, quam publice tenebat, vulgus
Patriarchissam vocaret. In ejus electione publi-
ce dictum fuit, sub Heraclio amittendam esse
Crucem, sicut sub Heraclio Imperatore recupe-
rata fuerat, quod & accidit, ut infra vide-
bimus.

VIII.
Innocen-
tius An-
tipapa
capitur.

Anonymus Casinensis ad annum MCLXXX.
scribit: Hoc anno homines Sancti Germani per-
rexerunt ad dominum Regem (nempe Siciliae
Guillelmum II.) apud Messanam, ut concede-
ret illis Privilegium contra monasterium (nempe
Casinense) sed nihil profecerunt. Lando in-
trusus, qui est Papa Innocentius dictus apud
Palumbaram cum sociis captus ad Cavas est in
exilium deportatus. Joannes vero de Ceccano
in Chron. de eodem Innocentio III. Pseudo-
Pontifice ad hunc annum scribit: Pseudo-Lan-
do Sittinus falso Papa dictus, captus ab Alexan-
dro Papa & illaqueatus est apud Caveam cum
complicibus suis in exilium ductus est. Quod
vidimus etiam anno MCLXXXVIII. Chrono-
graphum Aquicinstinum uno tenore narrare.
Auctor Magni Chronici Belgici pag. 188. de
Alexandro III. loquens scribit: Iste vixit qua-
tuor scismaticos, sc. Otavianum, Guidonem
Cremonensem (legendum, Cremensem) Joan-
nem Fermensem (legendum Strumensem) & Lan-
donem Antipapas. Primus fecit se Victorem, II.
vero Paschalem, III. Callistum, IV. Innocentium;
quorum tres fuerunt Presbyteri Cardinales, qui

CHRISTI
1180.ALEXANDRI III. PAP.
21.FRIDERICI IMP. 26.
MANUELIS IMP. 38.

lius jam antea coronatus liberis solus Ludovicus.
regni habenas moderari coepit, cum & Rex
Petrus S. R. E. Cardinalis tituli sancti Francor.
Chrylogoni Legatus Apostolicae Sedis i. moritur,
psum cum Rege Anglorum strinxit per- Philippus
petuo pacis foedere. Cujus & litteras regnat.
Rogerius in Annalibus recitat.

XXXV. Quo pariter anno (addit Willelmus
de

omnes vicissim schisma fecerunt. Haec Martinus
Albericus, legendum, Martinus & Albericus.
Nangius in Chron. qui nullam hujus Antipa-
pa, quemadmodum nec multi alii mentionem
fecit, anno MCLXXXVIII. recte scripsit: Cum
legitur, Romanam Ecclesiam multis schismati-
bus fuisse discissam, isto tamen nullum aut ve-
hementius incanduit, aut diutius persevera-
vit. Scriptores passim tradunt, schisma fuisse
annorum XIX. quia nullam rationem habent
Pseudo Pontificatus Innocentii III. quod pau-
cos aeternas habuerit.

Hoc anno Arabes, alique Minoris Africae
populi adversus Josephum Imperatorem suum
rebellarunt, & Guillelmus II. Siciliae Rex se
adversus
se huic bello immiscuit, ut ex eo aliquem, si
Josephus
posset, fructum caperet. Aliqui Historici, ut
Africa
Fazellus in posteriori Decade lib. VII. pag.
Imperat.
432. hujus belli narrationem aliquibus fabu-
lis foedarunt; ait enim Fazellus: Willelmus
contra Joseph Marocci Regem movit, & devicto
Rege, captaque ejus filia, non prius in redem-
ptionem puella consensit, quam Rex Africam ur-
bem (quam Abdul Mumen ejus genitor Patri suo
Willelmo olim abstulerat) sibi reddidit. Addit
Fazellus haec contigisse Lucio III. Sedem Ro-
manam occupante. Verum ista omnia commen-
titia, neque aliquo scripto publico proba-
ri potest, Guillelmum II. Almhadiam vel ad
instans occupasse, vel Josephi filiam captam
fuisse. Robertus de Monte de rebus extra-
Galliam gestis parum edoctus hoc anno ait:
Rex Maroc in cujus potestate est tota Africa,
& etiam Saraceni qui sunt in Hispania; mit-
tebat filiam suam, ut quidam Rex Saracenorum
duceret eam in uxorem, quam solus & galea
Regis Sicilia invenerunt, & adduxerunt ad do-
minum suum (hoc commentum ab eo valde di-
versum de quo mox egimus.) Unde Rex latus
pacificatus est cum Patre ejus illa reddita; &
pater ejus reddidit Regi Sicilia duas civitates,
scilicet Africam & Sibiliam, quam Saraceni
abstulerant Willelmo Regi Sicilia Patri ejus Re-
gis.

Verum Anonymus Casinensis Scriptor coe-
vus, & Willelmi II. subditus nihil simile ha-
bet, sed tantum ad annum MCLXXXI. scri-
bit: Dominus noster Rex fecit tregam apud Pa-
normum cum Rege Maxamutorum usque ad de-
cem annos mense Augusti. Quare Josephus Im-
perator Panormum Legatos miserat, qui de
his induciis agerent, & Willelmus II. antea
tuos ad Josephum Imperatorem direxerat. No-
veirius asserit, Josephum adversus rebelles cum
ingentibus copiis processisse, eos pluribus praer-
liis debellasse, & pepercisse domino Capfa, qui
rebellarat; Josephum Imperatorem Almhadiam
pervenientem Siciliae Regis Legatum exce-
pisse, cum quo pacem fancivit anno Hegirae
DLXXVI. qui mense Majo an. Chr. MCLXXXI.
quo Alexander III. adhuc in vivis erat, ab-
solvitur. Josephus universa Africa in pace
composita Marochium Sedem Imperii sui re-
diit.

Anno MCLXXX. inquit Chronographus Rei-
cher.

XXXV.

IX.

X.
Et parum
nocet.

XI.

CHRISTI
1180.ALEXANDRI III. PAP.
21.FRIDERICI IMP. 26.
MANUELIS IMP. 38.

de bello sacro) pridie Nonas Octobris Amalricus Patriarcha Hierosolymorum anno vigesimo secundo suæ sedis ex hac vita migravit, cui subrogatus est Heraclius Cæsariensis Archiepiscopus. Ita successio

Latinorum Patriarcharum, non autem Græcorum, qui suum schismaticum Patriarcham habebant, quem iidem Græci colebant. Erat autem hoc tempore Græcorum Patriarcha Hierosolymorum Athanasius.

Se-

PAGIUS cherspergenſis de Friderico Imp. loquens, Imperator Curiam celebravit Ratispona III. Kal. Julii, cui etiam interfuerunt tres Cardinales Legati Domini Apostolici [1]. Ibi in presentia Curia Imperator publice questus est de Duce Bavariæ & Saxonia Domino Henrico (Henrico Leone appellato) cognato suo; quod videlicet jam multo tempore & regni & vita ipsius Imperatoris insidiator fuerit. Principes quoque Saxonia multas graves querimonias adversus eundem Ducem ibi deposuerunt. Tunc ex communi sententia Principum adjudicatum est, eum debere removeri, quandoquidem ad justam responsionem vocatus non venerit. Itaque post finitam Curiam, Palatinus Comes Dominus Otto senior Ducatum Bavariæ de manu Imperatoris suscepit. Henricus Leo, qui pro Friderico Aug. pugnaverat,

cum vidit eum excommunicatum, partes ejus deteruit, ut refert Urspergenſis in Chron. ad annum MCLXXXV. ubi eum perfidiæ inculcat. Ab hoc Ottone Wittelspachio cognominato Bavariæ Duces & Palatini Rheni hodierni originem ducunt, & ab Henrico Leone Duces Brunsvicenses. Henricum Leonem in gratiam Imperatoris rediisse anno MCXC. videbimus. Porro ejus cum res fortunaque florent, potentissimus omnium Europæ, secundum Imperatorem ac Reges Princeps est habitus, utpote qui a sinu pene Hadriatico ad usque Codanum mare Oceanumque Germanicum, Boiis, Suevis, Rhetis, Vindelicis, Noricis, Chaucis, totique Saxoniæ imperitaret, ut habet Pontanus lib. VI. Hist. Daniæ.

NOTÆ [1] Curiam hanc Ratisponensem diei natali S. Joannis Baptistæ assignat diligentissimus & coævus author Annalium Bosoviensium; qui & notat cardinales legatos duos (non tres) non quidem huic curiæ sed alteri hujus anni Geilinhausem, paucis ante pascha diebus habitæ, interfuisse. Denique Bavariæ ducatum in Ottonem translatum commemorat in curia habita Werlis in festo Assumptionis B. M. V.

Nec sane Annalistæ huic fidem abnegarem, cum in Spicilegio Lunigii Continuat. III. pag. 235. legatur Friderici diploma, in hac Ratisponensi curia die III. idus Julii datum, cui Frisingensi episcopo jura quædam ab Henrico de Brunsvic quondam duce Bavariæ & Saxonia usurpata restituuntur; nec in ea inter Principes curiæ illi præsentibus longo ordine deductos cardinalium nomina ulla recensentur. MANSE

I.
Alexand.
Papa Gau-
fredum
filium
Reg. per-
stringit.

SEquitur annus Redemptoris millesimus centesimus octuagesimus primus, Indictione decimaquarta, quo Alexandro Papæ agendum fuit adversus Gaufredum secundogenitum Regis Angliæ, eo quod electus cum fuisset ad Episcopatum Lincolnensem, ipse tamen mente procul aliena, non quæ essent curæ Episcopalis cogitaret, sed quæ potius ad militarem exercitationem pertinerent, non sine scandalo, atque ejus Ecclesiæ gravissimo detrimento. Quamobrem peremptorias ad eum litteras dedit, Ecclesiastica censura graves, quibus moneret eum, vel suscipere sacros ordines, & initari sacerdotio, & sic in Episcopum ordinari; vel electioni penitus renuntiare, ut alius deligi posset Episcopus. Quod & fecit. Ista autem omnia Rogerius in Annalibus ita describit:

II. Eodem anno dominus Papa districtius in mandatis dederat Richardo Cantuariensi Archiepiscopo, ut omni occasione & excusatione postposita, Gaufredum Lincolnensis Ecclesiæ Electum, domini Regis Angliæ filium, Ecclesiastica censura compelleret electioni suæ renuntiare, vel sine dilatione ordinem sacerdotis, & pontificalis officii dignitatem recipere. Gaufredus igitur in arcto positus, & imperfectum suum sentiens, consideransque se tantæ administrationi minime posse sufficere: maluit ab Episcopalis abstinere, quam onus importabile sibi imponere. Unde in hac forma scripsit Richardo Cantuariensi Archiepiscopo:

III. Venerabili patri & domino Richardo Dei gratia Cantuariensi Archiepiscopo, Apostolicæ Sedis Legato, Gaufredus domini Regis Angliæ filius, & Cancellarius, salutem, & reverentiam debitam ac devotam.

Placuit majestati Apostolicæ, vestræ injungere sanctitati, ut me certo tempore vocaretis ad suscipiendum ordinem sacer-

dotis, & pontificalis officii dignitatem. Ego vero considerans, quamplures Episcopos maturiores ac proveciores prudentia & etate vix tantæ administrationi sufficere, nec sine periculo animarum sui officium pontificatus ad perfectum explevere: veritus sum onus, importabile senioribus, mihi imponere juniori, faciens hoc non ex aliqua levitate animi, sed ob reverentiam sacramenti. Habito itaque tractatu super hoc cum domino Rege patre meo, dominisque fratribus meis Rege, & Pictaviæ, & Britanniorum Comitibus, Episcopis etiam, Henrico Bajocensi, Frogerio Sagienti, Reginaldo Bathoniensi, Sigefrido Ciceſtrenſi, qui presentes aderant, aliter de vita & statu meo dispositui, volens patris mei obsequiis militare ad tempus, & ab Episcopalis abstinere. Omne itaque jus electionis meæ, & Lincolnensem Episcopatum spontaneè, libere, & integre in manu vestra (pater sancte) resigno, tam electionis, quam Episcopatus absolutionem postulans a vobis, tamquam a Metropolitanano meo, & ad hoc ab Apostolica Sede specialiter delegato. Bene vale. Similiter sub eadem forma idem Electus scripsit Canonicis ipsius Ecclesiæ Lincolnensis, postulans ab eis electionis in Episcopum absolutionem. Dominus autem Rex, cujus consilio Gaufredus filius ejus, electionem suam in manu Cantuariensis Archiepiscopi resignaverat, dedit ei Cancellariam suam, & quingentarum marcharum redditus in Angliæ, & totidem in Northmannia.

IV. Eodem anno qui in Scotia fungebatur Apostolicæ Sedis legatione, instituti ab Alexandro Papa, tulerunt sententiam excommunicationis in Regem ipsum Scotiæ Willelmum, & ejus regnum interdicto subjecerunt. Quænam autem causa præcesserit, ita Rogerius significat in Annalibus: Hoc ipso anno Rogerus Eboracensis Archiepiscopus Legatus in Scotia,

bat, quod cum accepisset Alexander III. scripsit ad Richardum Cantuariensem Archiep. ut Regis An- deponit eum compelleret electioni suæ renuntiare, vel filium sine dilatione Ordinem Sacerdotalem & Pontificalis officii dignitatem recipere. Verum, Episcopus maluit ipse electioni suæ renuntiare, quam factum Lincolnis Ordinibus insigniri, uti refert Baronius ex Hovedeno, & confirmat Gervasius hoc anno in Chron. ubi ait: Resignavit hoc anno Gaufridus Regis Henrici filius, sed nothus, Episcopatum Lincolnia anno electionis suæ octavo in manum Richardi Cantuariensis Archiepiscopi & Regis Patris sui factus est Cancellarius. Misit autem Rex Angliæ justitias suas per totam Angliam, præcipiens ut divites & pauperiores arma sibi singuli emerent secundum suas facultates, & hoc sacramento juramenti interposito, ne

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6674.
SÆC.

XII. ☉ 14. D. ☽ 4. P. 5. April. Indiæ. 14.

An. Eræ Hisp. M-
CCXIX. JESU CHRISTI 1181.

An. He-
giræ D-
LXXVII LUCII III. PAPÆ 1.

inchoato die 17. FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 30. IMP. 27.

Maii fer. ALEXII COMNENI IMP. 2.

An. C. 1181. I. Num. I. ad IV. Gaufridus filius nothus Henrici II. electus Episcopus Lincolnensis electioni consenserat, & proventus recipere.

JESU CHRISTI
ANNUS
1181.ALEXANDRI PAP. III.
ANNUS
22.FRIDERICI IMP. 27.
ALEXII COMN. IMP. 1.

ria, & Hugo Dunelmensis Episcopus ex auctoritate domini Papae mandaverunt Priori S. Andreae, & personis Ecclesiasticis per Episcopatum S. Andreae constitutis, ut venirent ad Joannem Episcopum suum, & illi debitae subjectionis reverentiam facerent; sin minus, in contumaces & rebelles sententiam suspensionis inferrent. Cum autem quidam virorum Ecclesiasticorum de Episcopatu S. Andreae metu suspensionis venirent ad praesatum Joannem Episcopum: Voillelmus Rex Scotiae illos a regno suo ejecit cum filiis & cognatis, & etiam illis, qui adhuc pendentes ab uberibus matrum vagiebant in cunis. Quorum miserandam proscriptionem & exilium Rogerus Eboracensis Archiepisc. & Hugo Dunelmensis Episc. videntes processerunt in mandatum domini Papae. Rogerus Eboracensis Archiepisc. excommunicavit Voillelmum Regem Scotiae, & ipse & Hugo Dunelmensis Episc. tulerunt sententiam interdicti in totam terram Regis Scotiae, mandantes Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & ceteris viris Ecclesiasticis sententiam illam interdicti firmiter & inconcusse observare, & ipsum Regem sicut excommunicatum cautius evitare. Haec omnia sub Alexandro Papa. Sub Lucio autem successore legatio Romam ad ipsum missa est anno sequenti, de quo suo loco dicitur. De reliquis autem hoc anno rebus gestis ita pergit idem qui supra Rogerius recensere.

V. Hoc eodem anno Alexander Papa post Pontificatus sui dignissimam functionem ex hac vita migravit duodecimo Kalendas Octobris, sive ut alii, sexto Kalendas Septembris, cum sedisset annos vigintiduos minus diebus septem. Antequam autem ad successorem transeamus, de ejus scriptis agendum. Extabant totidem libri epistolarum ejus, quot numerati sunt anni Pontificatus ejus; citatos enim a collectoribus decretorum invenimus ex ipsis libros undecimum, decimumtertium, & decimumquartum epistolarum ejus, quos omnes perisse dolemus, licet sive in collectionibus decretorum, sive in aliis voluminibus diversorum auctorum, multa sint reperire ejusdem Pontificis mo-

PAGIUS ne quis fugeret, firmarent; unde factum est, ut rustici imperiti vangis (idest, ligonibus) & fossoribus assueti, armis militaribus gloriantur inviti.

II. A num. V. ad XI. Alexander III. qui anno MCLIX. die VII. Septemb. Pontifex electus, dieque vicesima ejusdem mensis consecratus fuerat, hominem hoc anno exiit tertio Kalendas Septemb. seu die tricesima Augusti, postquam sedisset annos viginti unum, menses undecim, dies viginti tres, a die ejus electionis deductos, ac die emortuali excluso; a die vero consecrationis suae supra annos & menses dies decem. Sed quia dies emortualis e-

nimenta. Testatur & Henricus de Gandavo libro de Viris illustribus, quod ipse Alexander collegit seorsum in volumen unum suas a se datas epistolas decretales, quod CONSULTA ALEXANDRI voluit nominari: sed nec ipsum invenitur. Cum enim tot ac tanta ejus scriptorum monumenta perierint: nobis major accessit labor ejus epistolas hinc inde venandi, e quibus ad historiam pertinentibus ejus rerum gestarum contexeremus Annales.

Quod autem extat inter alia in Decretalium collectione Gregorii Noni de Reliquiis, & veneratione Sanctorum, ejusdem Alexandri Papae ejusmodi fragmentum (a) Epistolae, penes omnes canonum doctores vulgatissimum: de ejus scribendi occasione dicendum. Sic enim se habet:

Audivimus quod quidam inter vos diabolica fraude decepti, hominem quemdam in potatione & ebrietate occisum, quasi sanctum (more Infidelium) venerantur, cum vix pro talibus in ebrietate peremptis Ecclesia permittat orare. Dicit enim Apostolus: (b) Ebriosi regnum Dei non possidebunt. Illum ergo non praesumatis de cetero colere; cum si per eum miracula fierent, non liceret ipsum pro sancto, absque auctoritate Romana Ecclesia venerari. Haec Alexander. In quibus quod sciamus magnopere laborare interpretes; ad ipsorum elucidationem aliqua historice afferemus, quae magnopere conducant ad ipsius verborum germanum sensum. Atque illud in primis, quod dum ait, etiam praeviis miraculis non licere aliquem coli pro Sancto absque auctoritate Romanae Ecclesiae, utique non privatum, sed excludere voluit illum publicum cultum, quem consuevit Ecclesia Sanctis probatis deferre. Siquidem privatum exhibitum vidimus ejusdem tempore Alexandri Papae S. Thomae Archiepiscopo Cantuariensi, quem legimus privato cultu omnium accedentium ante canonizationem frequentatum, quippe qui coleretur ab accedentium frequenti coetu Fidelium hoc non prohibente ipso qui sciret, Romano Pontifice Alexandro im-

(a) c. x. Audivimus, de reliquiis, & vener. SS. VI. Alex. Papae scriptum de veneratione Sanctorum. (b) Ephef.

jus in magna controversia positus (Baronius enim ex Rogerio Hovedeno ait eum ex hac vita migrasse XII. Kalend. Octob. sive ut alii, sexto Kalend. Septemb. die nempe XX. mensis Septemb. vel die XXVII. mensis Augusti, quo ultimo die Tyrius lib. XXII. cap. VII. Sigonius lib. XIV. de Regn. Ital. & Onuphrius in Chron. eum etiam demortuum tradunt: Papebrocius vero in Conatu Chronico-Hist. hanc mortem illigat cum die vicesima quinta mensis Augusti,) dies a nobis statutus confirmandus. In magno Chronico Belgico pag. 190. dicitur: Epitaphium ejus fuit.

Hanc

immo gaudente ipso, & gratias Deo utique agente. Cujus postea ministerio solemniter sancitus est publicus ille Ecclesiae cultus, qui Sanctis non nisi post canonizationem consuevit impendi. Sic igitur nequaquam prohibitum intellexisse potuit privatum Fidelium cultum, quem exhibitum fuisse sancto Thomae, idem Pontifex gavifus est, sed illum, qui receptis Sanctis tribui ab Ecclesia consuevit.

VII. Quod rursus ad praesentem causam spectat: nec privatum quidem cultum impendi debuisse illi in ebrietate occiso, puto, voluit intellexisse, etiam, (ut ait) si per eum miracula fierent, hoc est facta dicerentur. Quod autem magnopere conducit ad legitimum verborum sensum si ipsa facti species ob oculos praesentetur: age modo aperiamus, quisnam fuerit ille, qui in ebrietate occisus fuisse dicitur. Extat de his epistola data ab Arnulpho Lexoviensi Episcopo ad eundem Alexandrum Pontificem, quam hic reddendam duximus, ut rei gestae historia plenius cognoscatur. Sic enim se habet ipsa jam cusa cum aliis ejusdem auctoris epistolis:

Ad Papam Alexandrum Tertium Arnulphi Episcopi Lexoviensis. Est in Episcopatu, cui Deo permittente deservio, monasterium quoddam nomine Cristanum, quod aliquando suavitatis odorem circumquaque diffudit. Sed in diebus Abbatis istius merita diu laboravit infamia. Sic & praesentes vidisse constat, & remotos audisse. Nec enim intra domesticos parietes contineri scandala potuerunt, quae procedente temeritatis audacia, publicis offerebantur aspectibus, & per ora publica personabant. Quotiam Fratres loci illius ab operibus ejusmodi nec timor Dei, nec hominum reverentia cohibebat. Quorum quanto major immanitas exstitit, tanto latius celeriusque fama discurrere, vulgata sunt, majoremque apud omnes contraxit offensam, quod palam tanta a sanctuario procedere malitia videretur. Siquidem nulla, vel modica erat intrinsecus regularis observantia disciplina, minor extrinsecus exhibitio charitatis: quia nec hospites agnoscere consueverant, neque quidquam pauperibus impartire, sed ipsas etiam communis mensae reliquias ad impendendum privatis affectibus dissolutionis impudentia reservabat. Parva sunt haec, sed ad sanguinem prorupit infamia, ut a nulla spe-

Consultatio Episcopi Lexoviensis ad Alexand. Pap.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Hunc festis auxere suis Felix & Adaustus, Cum quibus est Felix factus adaustus eis.

In die enim Sanctorum Felicis & Adausti moritur discretus & multa literatura praeclitus; dies autem utriusque Sancto dicatus est tricesi-

cie criminis manus eorum servarentur immunes. Constat eos in claustris strictis invicem concurrisse cultellis, sicut cicatrices vix obductae, & recentia quoque vulnera protestantur, ac nisi de cultellis eorum pugionem provida sustulisset antiquitas, saepius usque ad alternas etiam mortes intemperantia deservisset.

VIII. In monasterio ipso immersam aquae frigidiori mulierem vis alboris extinxit. Ut enim miracula facere crederentur, & quibuslibet commentis secularium personarum frequentes invitarent accessus, sanitatis remedia promittebant ei, quae se incantata ab eis nescio quibus carminibus aquae sepius sustineret immergi; agra itaque mulier aquae glaciali frequenter immersa, inter manus comprimentium monachorum congelata decessit, dum vim alboris agritudo non sustinet, & profana religio naturam potius irritat ad perniciem, quam Dei misericordiam ad salutem. Ministrum coquinae, cum debitum pronus exequeretur officium, quidam e monachis interfecit, quia dicebatur aliquando de nimia illius circa uxorem suam frequentia murmurasse. Cervicem itaque ipsius adacto totis viribus pistillo grandiore confregit, & innoxio sanguine pulmenta, quae tam ipsi, quam ceteris Fratribus parabantur, aspersit. Super quibus cum ego saepius Abbatem charitate debita commoneverem (nec enim severius cogere permittebar) dissimulandum potius, quam * distinctioe monastica consueti occurrendum. Dedit itaque dissimulatio remissa fiduciam: quia sibi nihil non licere credebant, quos nec ratio propria, nec aliena correptione refranabat. Porro nulla Abbatis disciplina restabat auctoritas: quia etiam a reprobis eorum disciplina contemnitur, in quibus bene compositae mentis opera non videntur. Augebat audaciam, quod eis in claustris necessaria non dabatur; sed ad recompensationem subtractae necessitatis liberior eis evigandi licentia laxabatur. Solent enim hujusmodi personae patientius inopiam portare, quam Regulam, & Praelatis suis peccandi libertatem quamlibet egestate mercantur. Ad haec ut nulla eis effluendi deesset occasio; Abbas saepius, quasi ad disponenda bona monasterii, navigabat in Angliam, ubi sine consortio degens, & judice, gula & latere (sicut dicebatur) indulgens, parum aliquid praeter vagos discursus, & lites supervacuas exercebat.

IX. Ubi novissime per continuum fere biennium

mus Augusti, seu III. Kalend. Septemb. Joannes de Ceccano in Chron. Tertio die intrante mensis Septembris Alexander Papa obiit. Ann. l'ra Mailrosensis: III. Kalend. Septemb. obiit pia memoria Alexander III. Papa, Pontificatus sui anno XXIII. sed legendum, anno XXII. Porro

CHRISTI
1181.

ALEXANDRI III. PAP.
22.

FRIDERICI IMP. 27.
ALEXII COMN. IMP. I.

nium demoratus, Episcopalis editi necessitate reductus est, statumque monasterii deterioris satis quam reliquerat, reversus invenit. Cumque statim coepisset monachorum contentionebus infestari, festinantem redire prohibui, nisi ordinato monasterio, prius mihi personas idoneas, quae curam gereret vicariae sollicitudinis, assignasset. Ipse vero Episcopali, qua ei praemones, auctoritate neglecta, & debito obedientiae, de cuius exhibitione vinculo juratae professionis tenetur astrictus: sine conscientia mea reversus est, nemini domi relicto, qui sciret vel curam Ordinis gerere, vel temporalia dispensare. Quod statim miserabiliter ipse rerum declaravit eventus. Quia is, quem Procuratorem reliquerat, ebrius in refectorio super cenam duos de Fratibus cultello percussit, atque ab eis incontinenti pertica, quam casus obtulit, interfectus. Quo facto veterum criminum renovata memoria; ab omnibus omnia quasi sub unum reducebantur aspectum; omnesque publicae existimationis & fama iudicio condemnati sunt, quia nullus erat, quem nocentem non fecisset operatio, vel consensus. Itaque sciendos omnes plerique dixerunt, & personas novi Ordinis penitus inducendas, ut & in istos vindicaret ejectio, & Ordinis observantiam novorum institutio restauraret. Porro ego ejectis interfectores, quia sic tam ratio, quam metus potentiae secularis exegit: ad momentum quae mihi visa sunt disponenda disposui: nec enim quidquam perpetuum constitui poterat, cum de nullo eorum satis bene vel fama, vel conscientia responderet. Feci tamen quod potui, donec fortiore consilio possit omnis plantatio, quam Pater caelestis non plantavit, avelli.

Ebrius
Procurator occisus.

X.
Perdificilis reformatio dissolutorum.

PAGIUS ro Anonymus Casinensis notavit Alexandrum III. obiisse apud civitatem Castellii. Alexander Papa III. jacet juxta Sanctam Mariam de Repto, inquit Joannes Diaconus junior in lib. de Ecclesia Lateranensi apud Mabillonium Tom. II. Musaei Ital. pag. 569.

III. Ad num. XI. ad XV. Robertus de Monte in Chron. ad annum MCLXXXI. ait: Arnulphus Lexoviensis Episcopus, cum per XL. annos

regulares Canonicos monasterium transformari, ut ipsa species Ordinis innovata, plenius omnem possit tollere vetustatem & caetera exempli severitate monasteria terreantur. Sunt enim aliqua, quorum in tantam dissolutio prorupit audentiam, ut confusionem suam deprehensam etiam non agnoscat iniquitas, sed induratis frontibus semper obstinatio convalescit. Sic autem locus ille in statum dignioris Ordinis exurgeret, & ubique semper quasi praesens esse Apostolica severitas crederetur. Praeterea provinciam nostram frequentibus monasteriis, ipsisque nobilibus certum est abundare, Canonicas regulares paucas habet ipsaque pauperimas, adeo ut ad quaerendum Ordinem illum plerumque nostrates oporteat ad regiones extraneas demigrare. Bnum itaque plerisque videretur, si paucitas monachorum dissoluta in multitudinem regularium excreveret clericorum, & collocatis utiliter eis, qui ab institutione materna descivisse noscuntur, caeteri materno possent gremio contineri, ne tamquam ablati, ad ignotarum matrum reversiores depellantur amplexus. Siquidem hoc facto, in nocentes utilis vindicta procedet, quae sublata corporibus peccandi licentia, totum ad salutem conferet animarum, & ad consecranda novella plantationis auspicia, prompta favoris publici vota concurrent. Haecenus ad Alexandrum Arnulphus Episcopus Lexoviensis eruditione clarus. Quidam autem ad haec rescripserit Alexander, non invenitur. Illud tantum satis exploratum habetur, quod Abbatis ille Vicarius Procurator in ebrietate necatus, cum admodum impudenter Martyris titulo coleretur a loci illius habitatoribus, miracula (ut superius vidimus) affectantibus malis artibus: delatis his ad eundem Pontificem, ne id fieret, litteris Apostolicis omnino prohibuit, ex quibus decretum illud Gregorius nonus intexit suo Decretalium libro.

XI.
Arnulph. Episc. Lexoviensis extorris.

eandem Ecclesiam rexisset, & in aedificando Ecclesiam, & pulcherrimas domos laborasset: renuntiavit Episcopatu, & perrexit Parisios, suos dies dimidiaturus apud Sanctum Victorem in domibus pulcherrimis, quas ibi ad opus suum construxerat. Verum Roberti de Monte Chronologia valde corrupta. Ipsemet enim Arnulphus in Epistola ad Lucium III. Papam data, & Tom. II. Spicilegii Dacheriani relata, ait: qui

Arnulph. relinquit Episcopatum Lexoviensem.

CHRISTI
1181.

ALEXANDRI III. PAP.
22.

FRIDERICI IMP. 27.
ALEXII COMN. IMP. I.

raverat, privatus sui ipsius iudicio Episcopatu, apud externos vixit inglorius; immo & mortuum hoc anno, Robertus affirmat in Appendice ad Sigebertum. Quod autem idem Arnulphus anceps adhuc & rerum dubius, an dimitteret Episcopatum, consuluerit Petrum Blesensem, quem virum prudentissimum colebant ferme omnes saeculi hujus Antistites: ipse pondere gravem scripsit epistolam, quam dignam Annalibus hic tibi describendam curavimus; sic enim se habet: (a)

(a) Apud Pet. Bles. ep. 44.

Petri Bles. ad Arnulph. de non dimittendo episc. epist.

Reverendo patri ac domino Arnulpho Dei gratia Lexoviensis Episcopo Petrus Blesensis salutem, spiritumque consilii & fortitudinis. Cum sitis vir alti consilii, & prudentiae approbatae, miror quod a me, & caeteris minoribus in re periculosa & ardua consilium postulatis: nisi quia & hoc ipsum prudentia est, in arduis rebus minorum explorare consilium. Frequenter enim minori revelat Dominus, quae a majoribus absconduntur. Habetis in desideriis Episcopali administratione cedere, & ad sanctum otium vos transferre, si super hoc amicorum vestrorum habeatis consilium, & assensum. Temerarium esset mihi, in re tam periculosa & ardua praecipitare sententiam, nisi prius omnes vestri status circumstantias cognovissem. Scio quia jam declinatis in senectam, & senium, corpusque contractum laboribus & aetate, suum praenuntiat imperfectum. Habet equidem sanctorum Patrum institutio, ut Episcopis infirmis & senibus coadjutor addatur (b) Nam & Valerio Hipponensi Episcopo ad junctus est Augustinus. Quod si Principis indignationem, aut Capituli vestri vexationes, aut alias hujus vitae molestias formidatis, & ideo pacem eligitis Ann. Eccl. Tom. XIX.

(b) Posid. in vita August. c. 8.

PAGIUS

quidam de Canonicis nostris Lexoviensibus anno praeterito de paucorum, non de universitatis conscientia ad Majestatem Vestram literas pertulerunt, libere adversum me quacunque voluerunt mendacia conscribentes. Paulo post: Audistis eos, & magis quam expediret mihi, etiam exaudistis, quoniam absens & innocens, nulloque citatus Edicto punitus sum, & ex magna Officii mei Episcopalis parte suspensus, &c. Super quo vestra gratias refero Sanctitati, quod me tam misericorditer ab importabili onere liberastis & ad providendum anima mea liberiolem procedere permisistis. In fine ait se ab eo petere, ut quod ex injusta causa sublatum est, restitui faciat, ut ad Fratres, ad quos concessit, pervenire possit quod eis ab initio fuerat destinatum. Quare cum Lucius III. prima die mensis Septemb. currentis anni Pontifex Rom. renunciatus fuerit, Epistola ista citius scribi non potuit quam anno sequenti, cum jam praesenti Arnulphus a suis Canonicis accusatus fuisset apud Lucium III. Cum vero anno MCXLI. exeunte, ut quam citius Episcopus creatus fuerit, ut ex dictis anno MCXLIII. intelligere est, incertum, an mors ejus anno MCLXXXII. vel MCLXXXIII. contigerit;

& quietem: hominem degeneris & dejecti animi decet hac facere, non vos, quem constat praeter ceteris cor magnificum & munificum habuisse. Sane in hac requie non inveniretis requiem, & ecce in pace vestra esset amaritudo amarissima, dum recoleretis cum angustia spiritus gementes, vos ibi defecisse, ubi fortius erat standum; abjectoque spiritu consilii, & fortitudinis, videretis vos a pusillanimitate spiritus, & modica tempestate subversum. Ad resignationem Episcopatus nulla, si mihi creditis, vexatio vos inducet. Nam haec omnia fortasse operatur Dominus, ut det vobis vexatio intellectum. Trituratur granum, ut reponatur in horreo: quadratur lapis, ut sine sonitu mallei in templi adificio collocetur: movetur turbo, ut Elias (c) rapiatur in caelum. Si vero vestri Principis gratiam affectatis, eam potestis obtinere levissime: dummodo vos habeatis circa eum humiliter & devote. Ipse homo est, qui rebellionem & contumaciam in Episcopis super omnia detestatur. Ipse est, qui sola humilitate vincit & vincitur.

(c) 4. Reg. 2.

Porro aliunde subesse potest legitima resignationis occasio. Cum enim scriptum sit, (d) quia prona sunt sensus hominis ab adolescentia coepistis Ecclesiasticos honores olfacere, & ad hunc honorem, qui nunc onerosus est vobis, obsequiis, atque intercessionibus, & aliis ambitionis humane suffragiis aspirare. Currite ergo ad conscientiae vestrae testimonium, & si invenieritis vos minus canonicum habuisse ingressum, sitis sollicitus de egressu, nam hic resignatio habet locum. Beato enim (e) Gregorio teste, Qui in ovile ovium, non per ostium, sed aliunde ascendit, ad a-

XII. (d) Gen. 3. Qui debent renuntiare Episc.

(e) Greg. lib. 9. ep. 40.

V v v z ter-

at certum, toto currenti anno in vivis fuisse. In Necrologio enim Abbatiae Sancti Victoris Parisiensis ad pridie Kalendas Septemb. legitur: Anniversarium solenne Patris nostri pia recordationis Arnulphi Lexoviensis Episc. qui magna devotionis affectu, quem a multis retro annis erga Ecclesiam nostram habuerat, de Episcopatu suo ad nos veniens, Canonicus noster effectus, quietis sibi ac sepultura eandem inter omnes alias Ecclesias praelegit, multis & magnis beneficiis dignum & perpetuum sui nominis & amoris memoriale posteris relinquit, &c. Hoc vero anno pridie Kalend. Septemb. Lucius III. nondum Pontifex Rom. erat.

IV. Vexatus fuit ab Henrico Angli. Reg.

Baronius secutus Hovedenum, qui pag. 613 ait, Arnulphum Episcopatum reliquisse propter odium, quod Rex adversus eum habuit, immo refellit a Guffanvilla in Notis ad Epistolam XLIV. Petri Blesensis ad Arnulphum datam, & a Baronio recitatum. In ea enim Blesensis rationes non approbat, quibus motus Arnulphus Episcopali administrationi cedere decreverat, inter quas odium Henrici Angliae Regis numerat: Si vestri principis gratiam affectatis, eam potestis obtinere levissime; dummodo vos habeatis circa eum humiliter & devote

terna salutis bravium in vanum se fati-
gat, nisi honorem, in quo deliquit, pe-
nitus derelinquat. Sancta ergo & salubris
est cogitatio facta de Episcopatus cessio-
ne, privatam eligere vitam, si recollitis
conscientiam vestram jam dicta promo-
tionis obtentu fuisse vel in modico vul-
neratam. Si mea parvitas acceptatis
consilium, nihil omnino retinebitis penes
vos, quod acquisieritis per peccatum.
Jam advesperascit vobis, & vita vestra
inclinati sunt dies: observat etiam ini-
micus calcaneum vestrum, & ad luctam
vos expectat extremam: (a) Dissolvite
colligationes iniquas, & jugum exactoris
abiciite: deponite sarcinas ambitiosae su-
pellectilis, ne vos luctator occultus inve-
niat oneratum. Nudus athleta fortius di-
micat; natator exiit, ut flumen trans-
eat; viator exoneratur a sarcinis, ut
expeditius currat. In hac vita torrentem
mortis natarurus estis in proximo, pu-
gnaturus cum eo, cum quo semper est an-
ceps congressus, periculosus casus, diffi-
lis reparatio, rara & numquam securi-
victoria. Nihil quæso in vobis reperiat
suum: sed qui vos in annis fortioribus,
quandoque devicit, ipse vos victorem in-
veniat, licet decrepitem, & infirmum.
Vile. Hæcenus ad Arnulphum Petrus.
Hic idem ipse successorum Radulphum
avarissimum foeneratorem, data ad eum
epistola, vehementissima investiva
perstrinxit.

(a) Isai.
38.

(b) Petr.
Bles. epist.
98.

XIII.
Ordo Carmelitanorum.

PAGIUS

Antequam ab Alexandro ad ejus suc-
cessorem convertamus orationem, con-
stantior illa videtur assertio, quod Or-
do religionum Carmelitanorum, qui in
Palæstina in ipso Carmelo monte fixere
sedes sub eodem Alexandro Rom. Pontif.
sumpsit originem, quoto autem anno e-
rite. Imo ipsemet Arnulphus in Epistola ad
Abbatem Cistercii & fratres ejus scripta de eo-
dem secessu, ait: Siquidem sapius ad Regales
cum cateris trabor angarias, eorumque, quibus
desse non possum, frequentibus infestor injuriis.
Vide dicta superioribus annis de doctissimo hoc
Præsule, & Epistolam ab eo ad Henricum Re-
gem Angliæ seniore scriptam, quæ recita-
tur Tom. II. Spicilegii pag. 497. qua ei obicit
obsequia a se præstita, quo gratiam ejus sibi
conciliet, quia scilicet adulatores eum adver-
sus Arnulphum animarant.

V.
Lucius
III. succo-
dit Alex.
III.

Ad num. XV. Post Alexandri III. mortem,
Sedem diem unum vacasse Onuphrius & Baro-
nius scripsere, & Lucii III. ejus successoris
electionem cum quarto Kalend. Septemb. con-
nexuere; Papebrocius vero Sedem tribus die-
bus vacasse credidit. Verum Onuphrius & Baro-
nius recte viderunt interpontificium unius
tantum diei fuisse. Gaufredus enim Prior Vo-
sienfis, qui hoc tempore vivebat, pag. 327.
hæc scribit: *Hebdomada ejusdem mensis (nempe
Augusti) ultima Alexander urbe Castellana
decedens, Lateranis tumulatur anno sui Pape-
tus XXIII. legendum XXII. Feria III. eligi-
tur Humbaldus qui Pontifex erat Ostia & Veli-*

jus Pontificatus, habetur incertum. Ho-
rum autem promotor, propagator, &
custos fuit ille, qui fugebatur in Ori-
ente legatione Apostolicæ Sedis Haime-
ricus Patriarcha Antiochenus, qui con-
siderans, complures ex Occidente, qui
venerant vitam Eremiticam acturi in Ter-
ra sancta, hinc inde dispersos, expositos
barbarorum incuribus; collegit eos in
unum, duxitque in montem Carmelum,
Eliæ habitatione egregie olim nobilita-
tum. Fuere ista principia, ex quibus
ut ex parva scaturigine flumen, immen-
sus est auctus cœtus religionum virorum.
Quas autem, & a quo Regulas, ipsam-
que vivendi formam acceperint, dicturi
sumus inferius suo loco.

Eodem anno sanctus Laurentius Dubli-
nensis Episcopus (ut in Annalibus Roge-
rius testatur) ex hac vita migravit ad
Dominum decimo octavo Kalendas Decem-
bris, cui venerando fineri interfuit
Alexius S. R. E. Cardinalis, Apostolicæ
Sedis Legatus. Retulit autem eum in
Sanctorum numerum (c) Honorius Papa
Reate, anno sui Pontificatus decimo.
Extant res ab eo præclare genitæ scriptis
mandatæ ab Augiensis collegii monacho.
Sed & hoc anno excessit ex hac vita ad-
versarius pessimus ille sancti Thomæ Ro-
gerus Eboracensis, ut ait (d) Neubri-
genfis, qui consignatas reliquit ejus tur-
pitudines stylo suo, & inter alia, dete-
stabiles puerorum amores, quos solos,
rejeclis viris graviores, in Ecclesiasti-
ci honoris titulos allegebat. Sed ipsum
consule. Nunc ad res Romanæ Ecclesiæ
redeamus.

Post obitum Alexandri, Lucius Tertius
natione Etruscus, Humbaldus nomine an-
tea dictus, Cardinalis Episcopus Ostien-
sis,

ternensis urbium. Sequenti Dominica prima Sep-
tembris coronatur & insignitur a Theodino Epi-
scopo Portuensi, & ab Archiepiscopo Ostiensi
juxta consuetudinem, & ab universo populo &
Clero laudatur Lucius III. Lucensis Tuscus vo-
catus. Quæ feria tertia intelligi non potest,
quam de prima die mensis Septembris; cum
asserat Vosienfis Lucium III. sequenti Domini-
ca prima Septembris, nempe die sexta ejusdem
mensis, coronatum fuisse. Porro Joannes de
Ceccano in Chron. observat, Ubalduum Ostiensem
Episcopum in Papam Lucium ordinatum fuisse
se apud Vilitras, seu apud Velitras, quod con-
firmat Anonymus Casinensis, qui ait eum con-
secratum apud Velletrum.

Lucius III. ubi Pontificatum adeptus est,
Joannem Pictaviensem Episcopum, magnum o-
lim S. Thomæ Cantuariensis amicum, Archie-
piscopum Lugdunensem creavit. Galterus enim
de Brugis Ordinis Minorum a patria Brugens-
is cognominatus, Episcopus Pictaviensis, cu-
jus meminit Spondanus anno MCCCVIII. n.
VII. Præsulum Sedis suæ Catalogum in tabu-
lario antiquo Episcopatus Pictaviensis asserva-
tum, qui inscribitur, Galteri Codex, contexit
in quo verba faciens de Joanne de Bellemais
Episc.

XIV.
S. Lauren-
tius Episc.
Dublino-
bitus.

(c) Apud
Sur die
14. No-
vemb.

(d) Neub.
li. 3. c. 5.

XV.

VI.
Joannes
ad Albas
manus fuit
Archiep.
Lugdun.

Lucius
Papa III.
creatus.

Lucius vir grandævus admodum (inquit
Willelmus Tyrius) & modice litteratus,
Patria Lucensis, quarto Kalendas Septem-
bris creatus est Romanus Pontifex, idem-
que postmodum coronatus. Ad quem mox
accedens Joannes Episcopus Pictaviensis,
electus ad Archiepiscopatum Narbonen-
sem, studio ejusdem Pontificis, vacante
sede primaria Lugdunense, a Clero ele-
ctus, ab eodem Pontifice benedictionem
est consecutus, consecratus Lugdunensis
Archiepiscopus. Hæc Robertus in Aucta-
rio ad Sigebertum.

PAGIUS

Episc. Pictaviensis, ait: Anno gratia MCLXXXI.
in Archiepiscopum Narbonensem electus est: qui
cum Romam pergeret, ut a Summo Pontifice Lu-
cio confirmaretur, ab eo factus est Archiepisco-
pus & Primas Lugdunensis, & ob ejus exi-
miam eruditionem ab eodem in regno Francia
creatus est Apostolica Sedis Legatus. Hæc cum
acceperet Stephanus Tornacensis, gratulatus est
de ejus translatione Epistola ordine LXXXV.
ad eum data: *Vidi nuper in transitu, cum
Dominus Rex Tolosam me mitteret, frequentem
& ferventem in illa terra terribilem mortis i-
maginem, semirutos Ecclesiarum muros, ambu-
sta sacrorum adificiorum loca, fundamenta effos-
sa, & ubi fuerant habitacula hominum, in-
culta domicilia bestiarum. Contremui, fateor,
& expavi, cum ad ea loca vos invitari audi-
rem, in quibus etsi contingeret vos præesse, fa-
cile esset non prodesse. Audito tandem quod Rho-
danusa Sidonii (idest, Lugdunum) vos voca-
ret, gavisus sum gaudio magno. Quibus con-
firmantur quæ anno MCLXXVII. de Cotarellis
in Septimania grassantibus in medium adduxi-
mus, constatque verum esse quod asserit Ro-
bertus de Monte in Chron. Joannem hoc an-
no Lugdunensem Archiepisc. electum.*

VII.
Henricus
Cardina-
lis Alba-
nensis
militum
Legatus
in Bur-
gundiam.

Huc referendum quod in Chronico Claræval-
lensis de Legatione Henrici Abbatis Claræval-
lensis, in Concilio Lateranensi Cardinalis Al-
banensis creati, hoc anno habetur: *Albanensis
Episcopus Henricus, missus in Burgundiam Le-
gatus, duos Archiepiscopos, Lugdunensem &
Narbonensem deposuit: castrum hareticorum, quod
Vallis dicitur, per miraculum cepit: apud Ci-
stercium generali Capitulo præfuit: & anno se-
quenti ad Curiam revertitur tempore Papa Lu-
cii. [1] San-Marthani in Archiep. Lugdunen-
sibus post Guichardum anno MCLXXIX. vita
fundum collocant Joannem cognomento ad Al-
bas manus; quare Archiepiscopus a Legato de-
positus, cujus nomen ignoratur, medio illo
tempore Sedem occupavit; recteque Sammar-*

NOTÆ

[1] Ad hunc annum pertinere arbitror concilium quoddam Vasatense, cui Auxitanus archie-
piscopus cum suffraganeis & conprovincialibus adfuit præsentem Henrico Albanensi a-
postolico legato. In eo agitata est controversia quædam inter abbatem S. Severi & monasterium
S. Crucis Burdegalenfis. Ideo vero huic anno illigandum censo, quod Henricus circa hæc tem-
pora legationem obiret. Vide Pagium hic. In sententia de hac controversia in gratiam mona-
sterii S. Crucis data Pictavis anno 1182. Kalend. aprilis concilium illud celebratum legitur die
VIII. K. decembris. Altero vero anno tertia quadragesimæ dominica eadem causa iterum ven-
tilata est in concilio Lemovicensi ex præsulibus Bituricensis, & Burdegalenfis provinciæ coacto
eodem Henrico præsentem, ut ipse in eadem sententia narrat. Est autem Vasatum in Vasconia
urbis episcopalis. Utrumque istud concilium suppeditat Martenii Collectio to. VII. col. 87. For-
te tamen synodus ista Vasatensis ad annum præcedentem 1180. pertinet, qua dies VIII. Kal-
decembris in feriam secundam incidebat. Concilia enim ea hebdomadæ die exordium ducem
consequisse sæpe monuimus. Utriusque concilii mentio in collectionibus desideratur. MANSI

Eodem tempore Ecclesia Orientalis, Persecu-
nem Patriarcha Antiochenus, atque Hierosolymitanus, una cum Suffraganeis Antio-
chena. Antiochenum Principem Boamundum Ju-
niorem censuris eum exagitantibus, eo
quod relicta uxore legitima Theodora,
nepte Imperatoris Constantinopolitani,
aliam in matrimonium sibi jungere præ-
sumpsisset: cum ille spretis Episcoporum
correctionibus, diram adverius eos per-
secutionem excitavit, de qua pluribus
Willelmus Tyrius. (a)

(a) Voil.
Ty. li. 22.
c. 6. & 7.

Mo-
thani in Archiepiscopis Narbonensibus ante Jo-
annem ad Albas manus memorant Pontium de
Alsatio & Petrum Aurelli eodem tempore se-
dentes, sed cum hunc locum non vidissent, Pe-
trum Aurelli confictum perperam credere.

Gaufredus Prior Vosienfis in Chron. VIII.
326. immediate ante quam Alexandri III. mor-
tem narret, hæc de Legatione Henrici scribit
quæ demonstrant verum esse quod nuper di-
ximus, Catharos, & alios hujus temporis hæ-
reticos fuisse Manichæos, & Annales Ecclesia-
sticos mire illustrant: *Legatus igitur Henricus
Albanensis Episcopus tunc multo cum exercitu
perrexit contra hareticos Albigenfes. Castro de
la Vaur expugnato. (Castrum illud, Gallice la
Vaur dictum, quinque leucis a Tolosa distans,
nobilitissimum erat & amplissimum, ut videre est
apud Hadrianum Valesium in Notitia Gallia-
rum pag. 26.) Raimundus de Vernoil, alias
Venoul, occiditur: filia Tolosani Alaisa idem
tradit Castrum Legato, & Rogerius Biterrenfis,
vir ejus cum Principibus multis hareticam præ-
vinitatem se deinceps abdicare profitetur. Quorum
facinus erroris ad cautelam Catholicorum poste-
ris censui significare. Hæc sunt amodo verba.
Cardinalis & Legati: Confessi sunt Magistri quon-
dam erroris, plena prius consilio Episcoporum
& Magnatum sibi libertate restituta, quod li-
cet sectam eorum sequentes Evangelia simplicio-
ribus ad fallendum prædicent, tamen Christum
natum haud verum fuisse hominem, nec com-
disse aut bibisse, aut aliud humana actionis aut
necessitatis in veritate sustinuisse: passum, cru-
cifixum, mortuum resurrexisse non credunt. Sed
omnia, quæ Evangelia, seu Apostoli de Christo
asserunt, phantastica dicunt.*

Quid de sacrificio Altaris, baptisate parvulorum,
conjugiis, aliisque sacramentis & divi-
nis Officiis sacrosancta Romana Ecclesia consti-
tuit, & universitas Catholicorum credit, re-
cipit, & servat, omnia reprobant & condem-
nant: Satanam magnum Luciferum, qui pro-
pter

VIII.
Errores
Albigen-
sum.

IX.
Alti co-
rum erro-
res.

XVI. (a) Rob. de Monte in App. ad Sigeb. hoc anno. Moritur item hoc anno (a) Joannes Saresberienſis, Epifcopus Carnoteniſis, clarus inter celebriores ſæculi hujus Scriptores, illuſtrior autem ex S. Thomæ martyris, cui erat a ſecretis, familiaritate, de quo ſæpe ſuperius mentio facta eſt. Scripſit autem vitam ipſius S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis. Teſtatur id namque (ut ſuperius dictum eſt) Petrus Bleſenſis ad ipſum ſcribens, cum hæc

Joan. Sa. reſb. Ep. Carnot. moritur.

PAGIUS pter elevationem & nequitiam ſuam de throno bonorum cecidit, Angelorum creatorem, celi & terra omniumque rerum viſibilium & inviſibilium, ſpirituum malorum creatorem & principem, & Deum eſſe proſtebantur, ipſumque legem Moysi dediſſe aſſeverant; in carnali conſuetudine cujuſlibet maris & femina, ſive parentes, ſive fratres, ſeu communes matres, aut cujuſcumque conſanguinitatis vel affinitatis mulieres exiſtant, par dicunt eſſe delictum. Mulieres, qua inter ipſas concipiunt, fetus interrimunt; tamen dicebatur a peritioribus eorum id evitari. Cum manifeſte inter illas multa conceperint, proles non comparent. Ea qua dicta ſunt, aliaque plura præfati quondam hæreſarcha publice coram nobis, & coram venerabilibus Fratribus noſtris Gerardo Auxitano Archiepiſcopo, Gerardo Caturcenſi, & Goſſelino Toſoſano Praſulibus in conſpectu populi conſeſſi ſunt. Guarino olim Archiepiſcopo Bituricenſi illic prædicanti, Vierna conjux Sicardi de Boyſſa & de Granovillet, palam confeſſa eſt a quinquaginta religioſioribus ejuſdem ſectæ nocte quadam fuiſſe ſupratam, cum ipſa eiſdem, vita cauſa ſanctioris, thoro viri ſpreto, ſe conjunxiſſet. Revertentibus Catholicis ad propria, ſues illi repetunt antiqua volutabra luti.

X. Hugo Autiſſiodorenſis in Chron. ad annum MCLXXXI. narratis quibuſdam miraculis de Chriſti Corpore, ſubdit: Quamquam res iſta ſit abyſſus multa, credi tamen tam ſecure quam poteſt, id eſſe divinitus geſtum ad conſutationem perfidia & fidei firmamentum: nempe illorum, quos Publicanos, vel Catharos, vel Paterinos Populicanos vocant, hæreſis execranda, qua Chriſti abnegat ſacramenta, per id tempus elam quidem pluribus in locis irreperat, ſed palam in Guafconia maxime populos occupat. Illic namque a Catholica communione præciſi caſtra habent quamplurima adverſus Catholicos communita, Catholico ritu poſſebat ſuis adinventionibus inſervientes, earumque virulentia quos potuerint toxicantes. Quocirca ad eorum retundendam veſaniam miſſus ab Alexandro Papa vir lingua diſerta Henricus, ex Abbate Claravallis, Epifcopus Albanenſis, qui prædicationis verbo militum, peditumque copias expugnavit; verum id fruſtra. Nam ut ſui compotes facti ſunt, ſe in errores priſtino volutabro revolverunt.

XI. Ad num. XVI. Robertus de Monte in Chron. tam Joannis Saresberienſis Epifcopi Carnoteniſis, quam Guarini Archiepiſcopi Bituricenſis mortem hoc anno collocat, eumque Baronius in Joannis morte recitanda ſequitur; verum hunc Chronographum viam in Chronologia tenendam raro per hæc tempora bene indicare, quod forte Librariis attribuendum, ſæpius monuimus. Audiendus itaque Nangius in Chron. qui ad annum MCLXXX. habet: Archiepiſcopus Bituricenſis Guarinus (legendum Guarinus) & Joannes Carnoteniſis obierunt; viri tam ſapientia, quam animi ſtrenuitate famoſi; quorum Joannes Sancti Thomæ Cantuarienſis, cujus ſocius fuerat, paſſionem deſcripſit. Fuerat Guarinus Abbas Pontiniacenſis, quo in monaſterio Ordinis Ciſtercienciſis, ubi hodie ſepulcrum ejus cernitur, Thomam Cantuarienſem

excepit, & inter Sanctos coluit, ac poſtea tranſlatus ad Archiepiſcopatum Bituricenſem magna eum laude rexit, ut videre eſt in Patriarchio Bituricenſi. Guarinum an. MCLXXX. demortuum confirmat Hugo Autiſſiodorenſis in Chron. qui & diem mortis ejus notavit, nempe XX. Martii. Joannem vero Saresberienſem ſuperiori anno vita functum eſſe teſtantur etiam Hugo Autiſſiodorenſis in Chron. & Necrologium Joſaphatenſe, in quo & dies ejus emortualis, nempe vigefimus quintus Octobris notatur. Eſt autem monaſterium Joſaphatenſe Ordinis Benedictini prope Carnotum ſitum.

Joannes ex Anglia Pariſios profectus anno MCXXXVI. in Scholis Pariſienſibus annos fere duodecim conſumpſit, ut ipſemet ſcribit lib. 2. Metalog. cap. 10. qui addit: Quia nobilitatem liberos, qui mihi amicorum & cognatorum auxilio deſtituto paupertatis mer ſolatiante Deo alimenta præſtabant, inſtruendos ſuſceperam, ex neceſſitate officii & inſtantia juvenum urgebar quod audiveram, ad memoriam crebro revocare. Egregium Opus ſuum de Nugis Curialium, ſeu Polycratium dicavit divo Thomæ Cantuarienſi adhuc Archidiacono ejuſdem Eccleſiæ, Regique Angliæ Cancellario. Paſſionem ejuſdem Divi Thomæ, cujus meminit Nangius loco citato, dicit ſe vididiſſe MS. in Bibliotheca Regaliſſ. Montis Ordinis Ciſtercienciſis, Caſimirus Oudinus in Supplement. de Script. Eccleſ. & Lupum jure merito arguit, qui teſtans eam haberi etiam in Bibliotheca Vaticana, ab ejuſ editione ſibi pepercit, quando vitam & paſſionem ejuſdem Sancti, vulgo Quadrilogum appellatam, aliaque editam, in Belgio rurus typis dari curavit. De aliis ejuſ operibus typendi idem Oudinus. Succefforem habuit Joannes Saresberienſis Petrum Cellenſem Abbatem cujus quondam Clericus fuerat, de cujus virtutibus & ſcientia in morte ejus agemus.

XIII. Chronographus Reicherſpergenſis ad annum MCLXXXI. revelatum Dei nutu ſepulcrum B. Virgiliti III. Kal. Martii, & ceperunt coruſcare miracula ad ſepulcrum ejus, & ad ſepulcra aliorum beatorum Pontificum in civitate Saltzburgenſi, cujus vivens Epifcopus fuerat. Baronius refert partem libri miraculorum ejuſ editi hoc ſæculo ab Auctore Anonymo, S. Eberhardi Epifcopi itidem Saltzburgenſis diſcipulo, ex Tomo II. Antiquarum Lect. Henrici Caniſii, quem poſtea idem Caniſius recenſuit Tomo VI. & utrobique legitur Reliquias S. Virgiliti revelatas fuiſſe hoc anno XVI. Kal. Martii, ſed incertum, an Auctori libri miraculorum vel Chronographus Reicherſpergenſis, qui hoc etiam tempore vivebat, in die exprimendo errarit. Caniſius cujus verba recitat Baronius, ait ſe inveniſſe in Annalibus Virgilitium obiſſe anno Incarnat. Domini DCLXXX. & Tomo II. ſe in eiſdem Annalibus inveniſſe eum demortuum anno Incarnat. Domini DCC. Verum utrobique annus Incarnationis mendose deſcriptus; Virgilitium enim an. DCCLXXXIV. ad Deum migraviſſe ibidem monſtravimus. Præterea in eodem libro, cujus verba recitat Baronius num. XVII. legitur eam revelationem.

XII. Varia compoſuit Opera.

XIII. Inventio corporis S. Virgiliti Epifcopi Saltzburgenſis.

(a) Pet. Bleſ. ep. 114.

(b) Pſal. 45.

(c) Henr. Caniſius 1. 2. An. 119. lect. in Epifc. Saltzbur. pag. 264. XVII.

* 22.

PAGIUS

XIV.

hæc inter alia: (a) Illud autem noverris, quod de mandato domini Archiepiſcopi ſcribere triumphum B. Thomæ martyris attentaffem, niſi aliud mihi ſcriptum fortuitus obtuliſſet eventus, in quo elegantia ſtyli ingenium magiſtri Joannis Saresberienſis exprimebat & linguam. Admirans ergo gratiam, qua diſfuſa eſt in labiis veſtris, &c.

Hoc eodem anno, qui ultimus eſt numeratus Alexandri Papæ Tertii Pontificatus, Conradus Archiepiſcopus Saltzburgenſis, Cardinalis Epifcopus Sabinenſis Legatus Apoſtolicæ Sedis in Germania, acerimus olim vindex Catholicæ unitatis adverſus ſchiſmaticum Imperatorem, de quo ſumma cum laude ſæpe ſuperius mentio facta eſt, venerandum corpus S. Virgiliti ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopi, & aliorum trium ſanctorum Antiquitum, caſu reperit, ex quibus quatuor mox uberrima miraculorum erupere flumina, de quibus ſingulis illud Davidicum merito dici poterit: (b) Fluvius impetus lætificat civitatem Dei. Quibus & univerſa Germania irrigata eſt exuberante gratiarum profluvio omnium corda incolarum exhilarante. Res geſtæ antiquitus ſcriptæ, ſed recens in lucem erutæ labore Caniſii, (c) ex ſancto Eberardo ſunt editæ. Sic enim ſe habent exordia:

Anno vero Dominicæ Incarnationis milleſimo centefimo octuageſimo primo, decimaquarta Indiſt. xiv. Kal. Martii ſub Alexandro Papa III. Apoſtolatus ipſius * XXI. & ultimo, regnante ſereniſſimo Principe Friderico Romanorum Imperatore Auguſto, anno regni ejus trigefimo tertio, & conregnante ſibi filio ejus Henrico Romanorum Rege glorioſiſſimo, Otto de Mittelinſpach inſlyto Duce Bavariæ Ducatum tenente; Saltzburgum enim a Bavariæ Ducatu pendebat. At Fridericus, qui anno MCLII. die quarta Martii renunciatus eſt Germaniæ Rex, annoque MCLV. die XIX. Junii Imperator coronatus, non potuit hoc anno aut Regni aut Imperii annum XXXIII. numerare. In eodem libro Miraculorum Caniſius Tom. VI. legit, anno regni ejus XXVIII. ſed numerus ille etiam corruptus, legendumque, anno regni ejus XXIX. Denique apud Baronium loco, Otto de Mittelinſpach, legendum, Ottone de Wittelinſpach, & locus hic confirmat quod anno ſuperiori diximus, tunc Ottonem Bavariæ Ducatum a Friderico Imp. accepiffe.

factam ſub Alexandro Papa III. Apoſtolatus ipſius XXI. & ultimo. Sed locus ille etiam corruptus, legendumque, XXII. & ultimo. Addit idem Anonymus, regnante ſereniſſimo Principe Friderico Romanorum Imp. Auguſto anno regni ejus XXXIII. & conregnante ſibi filio ejus Henrico Romanorum Rege glorioſiſſimo, Otto de Mittelinſpach inſlyto Duce Bavariæ Ducatum tenente; Saltzburgum enim a Bavariæ Ducatu pendebat. At Fridericus, qui anno MCLII. die quarta Martii renunciatus eſt Germaniæ Rex, annoque MCLV. die XIX. Junii Imperator coronatus, non potuit hoc anno aut Regni aut Imperii annum XXXIII. numerare. In eodem libro Miraculorum Caniſius Tom. VI. legit, anno regni ejus XXVIII. ſed numerus ille etiam corruptus, legendumque, anno regni ejus XXIX. Denique apud Baronium loco, Otto de Mittelinſpach, legendum, Ottone de Wittelinſpach, & locus hic confirmat quod anno ſuperiori diximus, tunc Ottonem Bavariæ Ducatum a Friderico Imp. accepiffe.

Anno Domini MCXXXI. apud Claramvallen mortuus eſt venerabilis Eſkylus Danorum Ar-

Ducatum tenente, ſupra memorati fabrica monaſterii, qua ſchiſmatis perſecutione conflagrante ante aliquos annos diruta, & diruenda deperierat, ſumptibus & juffu paſtoris Conradi præclariffimi Saltzburgenſis tunc Archiepiſcopi Apoſtolicæ Sedis tunc in Alemannia Legati, Cardinalis præbyteri S. Marcelli Sabinenſis Epifcopi, modo autem Moguntinenſis Archiepiſcopi, dum a fundamentis cæpere ædificari, ſancti Spiritus cooperante gratia, & divina majeſtatis ſuffragante clementia, corpus B. Virgiliti * quidem ob * f. quod immenſi temporis antiquitatem ab omnibus ignorabatur, contigit revelari. Quadam die factum eſt, ut lapides e muro elapſi aliquantulum intro ſpectandi aditum tranſeuntibus præbuiſſent; diligentius aliquibus licet ipſum conſiderantibus, concavittatis patuerunt indicia, & pictura vetuſtioris deaurata illic viſa ſunt ſtemmata. Porro Canonici hujus rei * noviter perquirentibus, & latius ejuſdem muri aperituras patefacientibus, inventa B. Virgiliti octavi poſt S. Rudbertum, Saltzburgenſis Epifcopi tumba, & depicta imago, ejuſdemque imaginis hujusmodi epigramma: Virgilitus templum conſtruxit ſchemate pulchro.

Et de anno obitus ejus: Tempus etiam, quo dictus pontifex obierat, anno Incarnationis Domini ſeptingentefimo, in eiſdem Annalibus invenimus. Pergit poſt hæc auctor recensere multiplicia, & quidem ingentia, quæ ſunt inventionem Sancti conſecuta miracula, adeo ut de Germania ob ſchiſmata in ſqualentem converſa deſertum, illud Iſaiæ dici poterit: (d) Quæ erat arida, erit in ſtagna, & ſitians in fontes aquarum. Ut plane appa-

chiepiſcopus, ſumto habitu Ordinis (nempe Ciſtercienciſis): qui diu manſerat in Claravalle, & ſibi ſubſtituerat Archiepiſcopum in Dacia Abſalonem nomine, inquit Auctor Anonymus Chronici Claravallenſis. Abſalon vir piſſimus, qui antea Roſchildenſis Epifcopus erat, cum priori dignitate Lundenfem Archiepiſcopatum geſſit, quia hoc ſæculo mos inductus, ut unus plures Epifcopatus adminiſtraret. Eſkylus alias Lundoniæ Archiep. & totius Daniæ ac Sueciæ Primas, de quo ſupra egimus, tempore ſchiſmatis Daniæ & Sueciæ Alexandro III. aſſeruit, quia non audebant Reges, quem ille Regio ſanguine ortus ſuſcepiffet, reiicere. Epifcopos, qui infidelibus Evangelium prædicarent, creavit, aluitque; reformavit Clerum, inſtruxit populum, & ditavit Eccleſias.

Anno MCLXXIX. Gallia Chriſtiano ſanguine a Judæis cruentata, currenti vero Angliæ; Annaliſta enim Mailroſenſis ad hunc annum ſcribit: Miracula magna & multa apud Sanctum Edmundum, per beatum puerum Robertum, quem quidam Judæus occulte crudeliter neci tradidit. Similiter apud Huntoſinam de in Gallia.

XV. Judæi ſa-viunt in Angliæ, ſed puerum Robertum, quem quidam Judæus occulte crudeliter neci tradidit. Similiter apud Huntoſinam de in Gallia.

CHRISTI
1181.

ALEXANDRI III. PAP.
22.

FRIDERICI IMP. 27.
ALEXII COMN. IMP. I.

paruerit, nobilissimæ Ecclesiæ, quæ sola inter Germanos scdædari schismate non consensit, ea divinitus fuisse concessa in fine vitæ cursus sanctissimi Romani Pontificis, quo significaretur, cœlites ipsos piis Fidelibus communionem conjungi, & Catholicis esse præsidio mili tantibus, qui cum Deo regnant in Ecclesia triumphante.

XVIII. At non e S. Virgillii tantum venerandis reliquiis ejusmodi, quæ sunt dicta, miraculorum fluentia manarunt, sed Paradisus velut (a) Saltzburgeris Ecclesia tunc quatuor est irrigata fluminibus virtutum cœlestium in ostensione signorum nempe a S. Virgillii corpore in primis, de quo diximus, nec non a tribus aliis

PAGIUS alio puero, Herberto nomine, nova contigerunt, quem proprius pater ad stipitem impie ligavit, & in aquam, qua juxta ipsam villam decurrit, miserabiliter extinxit. Gervasius in Chron. Herberti non meminit, sed de Roberto scribit, eum hoc anno ad Pascha a Judæis martyrizatum fuisse, subditque: Honorifice sepultus, multis, ut fama fuit, claruit miraculis. Huc referendum quod Guillelmus Armoricus narrat gesum hoc anno in Gallia a Philippo Augusto: Quia Judæos odio habebat, & multas de eis in nomine Christi Jesu blasphemias audiebat, omnes debitores eorum a debitis absolvit, quinta parte totius summae fisco retenta. Idem narrat Rigordus de Gestis Philippi Augusti pag. 9. subditque: Iste annus potest merito vocari Jubilæus; quia sicut in veteri Lege in anno Jubilæo omnes possessiones libere revertebantur ad pristinos possessores, & omnia debita remittebantur: ita tanta relaxatione debitorum a Christianissimo Rege facta, Christiani in regno Franciæ manentes perpetuam libertatem a debitis judæorum sunt secuti.

XVI. Hoc anno Alphonso VIII. Castellæ Rex regionem Castellæ Infantaticum dictam, quam Ferdinandus Legionis Rex patruus ejus occupabat, recuperavit: Omnia qua perdidit, inquit Tolletanus lib. VII. cap. 18. acquisivit, & etiam Infantaticum, quod sub dubio vertebatur. Annus eruitur ex Charta permutationis ab Alphonso Rege cum Ecclesia Segoviensi facta, quam refert Colmenares in Historia sua pag. 154. Ea dicitur data apud Carrionem era. MCCXVIII. pridie Kal. Januarii, anno primo quo Rex serenissimus præfatus Aldephonsus Infantaticum a Rege Fernando patruo suo recuperavit. Eodem anno die nona mensis Septembris idem Alphonso Rex jam Chartas duas emiserat in favorem Ecclesiæ Segoviensis, recitatas a Colmenare, fol. 155. dataeque, ut in eis legitur; apud Secoviam era MCCXVIII. quinto Idus Septembris, anno quinto ex quo Aldephonsus Rex serenissimus Concem fidei Christianæ

ejusdem Ecclesiæ pontificibus, e quorum hoc eodem anno itidem adinventis sacris corporibus totidem scaturigines miraculorum e cœlo potius, quam e terra divinitus erupere. Consignata sunt ista quadruplicibus Chronicis, in quibus (b) hæc summam: Anno Domini millesimo centesimo octogesimo primo Alexander Papa obiit, Lucius successit: Vitalis, Virgilius, Hartwicus, Eberardus Episcopi Saltzburgeris signis claruerunt. Porro sicut Virgillii, ita & (c) Vitalis in codice Antiquæ lectionis singula, eademque multiplicia miracula ex antiquioribus ejusdem Ecclesiæ monumentis jam edita habentur ejusdem Canisii Noviomagensis industria: reliquorum vero desiderantur.

An.

viriliter mancipavit: anno primo, quo idem Rex Aldephonsus Infantaticum a Rege Fernando patruo suo acquisivit. Alphonso enim anno MCLXXVI. Concham, vulgo Cuenca, Castellæ novæ oppidum munitissimum Mauris eripuit, uti refert Joannes Paulus Martyricus in Historia ejusdem urbis pag. 31. qui addit illud expugnatum fuisse die XXI. Septemb. divo Mattheo sacra, & ob id postea ab urbe Patrono electo. Ea non multo post Episcopatu decorata fuit.

Masamuz Rex Malsamutorum, qui fere dominabatur toti Africa, readificare cepit Carthaginem antiquam; adjutu ab omnibus Agarenis, qui terram illam incolunt, inquit Robertus de Monte in Chron. ad hunc Christi annum. Verum fictitius est ille Rex sicut fictitia illa Carthaginis readificatio; urbs enim hæc a Sarcenis, ex quo Hispaniam ingressi sunt, everfa, contemptaque ut Tunetum vicinum oppidum totius Africæ florentissimum celeberrime redderent. Sed, uti jam monuimus, Robertus de Monte de rebus in longinquis regionibus gestis male edoctus fuit. Masamuz vero idem sunt ac Musmitæ seu Musmidæ positi in montibus Atlantis ad meridiem Marocini.

In Gestis Comitum Barcinonensium cap. XXII. de Idelphonso Aragonum Rege, & de fratre ejus dicitur: Raymundo Berengarii fratri suo inclyto juveni Provincie ducatum pro portione tribuit; qui liberalissime tenuit dum vixit, sed a quibusdam proditoribus fuit occisus die sancto Pasche, & deportatus ac tumulatus in Magalonensi sede anno Christi MCLXXXI. Post cujus necem Idelphonsus Rex Aragonum, &c. omnem Provinciam recuperavit, ac dum vixit potenter tenuit. Idem legitur in Chronico Gaudofredi Vossensis pag. 326. & in Chronico Maffiliensi Tom. I. Biblioth. Labbei. Sic Provincia cum Regno Aragoniæ & Comitatu Barcinonensi, quem a regni sui exordio Alphonso seu Idelphonso obtinebat, rursus conjuncta fuit.

XVII. Carthago post exitum nunquam readificata.

XVIII. Comitatus Provinciae Aragonum in quo Aragonum interum unitur.

JESU CHRISTI
ANNUS
1182.

LUCII PAP. III.
ANNUS
I.

FRIDERICI IMP. 28.
ALEXII COMN. IMP. 2.

I. Legatio Regis Scotiæ ad Lucium Pap.

Annus sequitur Redemptoris millesimus centesimus octuagesimus secundus, Indictione decimaquinta, quo contigit, ut Willelmus Rex Scotiæ excommunicatus a Rogero Archiepiscopo Eboracensi, eo defuncto, legationem miserit ad Lucium Papam pro absolutione ab excommunicatione. Quæ autem hæc secuta sint, ita narrat Rogerius in Annalibus Anglorum: Eodem anno ad instantiam Nuntiorum Regis Scotiæ, videlicet Jocelini Glascuensis Episc. & Arnaldi Abb. de Melros, & Osberti Abbatis de Kelron, & Vvalteri Prioris S. Columbae de Insula, Lucius Papa Tertius absolvit Willelmum Regem Scotiæ a sententia excommunicationis, & regnum suum ab interdicto, Romæ in Lateranensi palatio, coram Cardinalibus suis, scilicet Petro de Pavia Episcopo Tusculanensi, & Episcopo Præneste, & Alberto Cancellario, & Hyacintho, & Hugozun, & Petro de Bova, & magistro Viviano, & Rainerio Magno, & Chincbecapel, & Rainerio parvo, & Hardefrun, & Ardevino, & Mattheo Andegavensi. Et postea tradidit litteras absolutiois suæ præfatis Nuntiis Regis Scotiæ in hac forma:

Lucius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Episcopis, Abbatibus, Clero & populo per Scotiam constituto salutem, & Apostolicam benedictionem.

II. Cum Regibus tamquam præcellentibus Lucii PP. Epistola ad Episc. Scotiæ. Cum Regibus tamquam præcellentibus Episcopus statuerit deferendum, dignum est, & consonum rationi, ut eos tamquam filios charissimos propensius honoremus, & in devotione beati Petri, & sacrosanctæ R. E. annuendo justis illorum desideriis, attendamus. Accepimus autem, quod cum charissimus in Christo filius noster Willelmus illustris Rex Scotorum electioni & consecrationi venerabilis fratris nostri Joannis Episcopi inexorabiliter obviaret obtentu litterarum sanctæ recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, bonæ memoriæ Rogerus Eboracensis Archiepiscopus. Ann. Eccl. Tom. XIX.

piscopus & jam Episcopus dictus in eum, & regnum, & quosdam de regno sententiam excommunicationis promulgarunt. Cæterum venerabilis frater noster Jocelinus Glascuensis Episcopus, & dilecti filii Arnaldus de Melros, & Osbertus * Kalkocensis Abbat, & Vvalterus Prior S. Columbae de Insula, propter hoc ad Sedem Apostolicam accedentes, sua nobis assertione monstrarunt, quod Archiepiscopus excommunicationis in Regem, & interdicti in regnum, & Episcopus jam dictus in quosdam de regno excommunicationis sententiam protulerunt, quam ex multiplici ratione retractandam fore, rationabiliter coram nobis, & fratribus ostenderunt. Inde utique fuit, quod præfato Regi tantquam charissimo in Christo filio deferentes, omnem sententiam jam dicti Episcopi pro præfata causa in eum, vel suos, vel regnum prolatam, de communi consilio fratrum auctoritate Apostolica relaxavimus, & statuimus illum, & suos excommunicatione, & regnum interdicto ex præscripta sententia nostra non teneri. Quocirca universitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus ei tamquam Regi Catholico, & habenti communionem Apostolicæ Sedis participare minime dubitetis, sed in omnibus honorem congruum impendatis. Quanto enim certiores sumus de sinceritate devotionis illius Ecclesiæ, & personis Ecclesiasticis regni sui; tanto amplius eum volumus in omnibus, in quibus secundum Deum possumus, honorari. Datum Veletæ decimo sexto Kal. Aprilis. Porro non fuit ista absolutio ejusmodi, ut causæ præjudicaret, ad quam cognoscendam idem Lucius Papa legationem in Scotiam misit, de qua ista Rogerius hoc anno habet:

Eodem anno Rolandus Electus Dolensis, Romanæ Ecclesiæ subdiaconus venit in Angliam ex parte Papæ Lucii, ad pacem faciendam inter Regem Scotiæ, & Joannem Episcopum S. Andreae, & perrexit ad Regem Scotorum una cum Selvano Abba. X x x ba.

III. Legatio a Lucio Papa in Scotiam missa.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6675. SÆC. XII.

II. © 15. C.) 5. P. 28. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 1182.

LUCII III. PAPÆ 2.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 31. IMP. 28.

ALEXII COMNENI IMP. 3.

AD num. III. Robertus de Monte in Chron. ad annum MCLXXVII. loquitur de Ro-

lando Electo Archiepiscopo Dolensi, aitque: An. C. In festivitate S. Martini Canonici Dolenses elegerunt in Archiepiscopum Rolandum, Decanum Abrincensem, virum religiosum & literatum. Cui electioni interfuerunt Henricus Bajocensis, & Richardus Abrincensis, Episcopi, & Robertus de Monte (qui hæc scribit), & multi viri religiosi. Mentionem facit Rolandi Electi Dolensis Baronius ex Rogerio Hovedeno, & ex utriusque Scriptoris verbis intelligimus veterem controversiam inter Turonensem Archiepiscopum, & Dolensem Episcopum, qui Metropolitanum titulum sibi debere contendebat, renovatam fuisse. Ludovicus VII. Franciæ Rex Turonensis Archiepiscopi causam usque ad mortem ruitus est; Stephanus enim Tornacensis in Epi-

bate Rievalleſi collega ſuo : & diutiſſime tractaverunt cum illo de pace faciendâ inter illum, & Joannem Episcopum S. Andree, ad quorum instantiam convenit in hunc modum inter Regem, & prædictum Episcopum, quod Hugo abjuraret Episco-

patum S. Andree, & Joannes Episcopus eundem Episcopatum quietum clamaret a calumnia ipsius, & loco illius haberet Episcopatum de Dunkelden, & omnes redditus quos ipse ante electionem suam habebat, & Cancellariam Regis, & quæ-

PAGIUS Epistola XXXIX. ad Guillelmum Remensem Archiepiscopum data, inquit; De Dolenſium autem causa, qua auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ sopita est, miratur admodum dominus Rex & eam moveri sic moveretur, ut non toleret promoveri. Satisgit, obsecro, Paternitas Vestra, ut Ecclesia Turonensis, qua usque ad senectutem sanctissimi Regis nostri (nempe Ludovici VII. qui Pri cognomen tulit) super hac quaestione tranquillitatem habuit & quietem, quasi extremis diebus ejus non amittat, quæ hactenus habuit dignitatem. Hæc Epistola anno MCLXXIX. data; cum dicat Stephanus se Turonensem Archiepiscopum ad sacrum Concilium euntem (nempe Lateranense) Parisiis vidisse.

II. Magni animorum æstu Bartholomæus Turonensis, & Rolandus Dolenſis Archiepiscopi Romæ de jure Metropolitico contenderunt; nolebat enim Dolenſis ejus suffraganeus haberi, seque ex veteri Privilegio totius Minoris Britannicæ Archiepiscopum, & Primatem esse jactitabat. Contra vero Turonensis, & eum, & cæteros ejusdem provincie Episcopos inter suos connumerabat. Turonensis favebat Philippus Augustus, ejusque causam, & in Scholis Parisiensibus, & in Conventibus Prælatorum agitari & discuti voluerat. Dolenſi tamen suffragabantur omnes Proceres Britannici seu Aremorici; & nonnulli Anglicani Principes. Quod in ea gestum sit ante Alexandri III. obitum, incertum; sed eo demortuo Philippus Augustus scripsit Lucio III. Epistolam ordine CVII. inter Epistolas Stephani Tornacensis, quia ipse eam Regis nomine exaravit. Pontifex Archiepiscopum Turonensem Romam vocarat, & in partes Dolenſis Episcopi valde propendebat, sed nolebat Rex, ut Turonensis iter illud susciperet, & injuriam sibi factam putaret; si Primatus Ecclesiæ Turonensis læderetur: Quod si forte, inquit Rex in ea Epistola, quod non credimus, inexorabilem vos invenerimus, usque ad congruum tempus, quo Dominus pacem & quietem regno nostro daverit, Archiepiscopo nostro Turonensi dilationes indulgeat Benignitas Vestra, quoniam propter necessarias regno nostro causas eum retinimus: Primo, propter difficillimam quam

cum Comite Flandria (nempe Philippo) guerram habemus. Secundo, propter motus plusquam civiles qui in provincia Britannia insurgunt inter Principes ejusdem provincie, & Regis Anglorum filios. Tertio, propter proximum colloquii terminum. quod cum Imperatore post Pascha, Deo volente, sumus habituri. In quibus omnibus ipsius Archiepiscopi industria, presentia, consilio & auxilio indigemus, &c.

Cum vero Lucius III. causas dilationis nullas accipere vellet, seque causam, quæ inter Episcopos de Primatu vertebatur, judicaturum minatus esset, juvenis Rex, extra cujus Regnum Minor Britannia erat, integritatem regni sui nova illa institutione minui existimans, alteram Lucio III. Epistolam ordine CVIII. inter Epistolas Stephani Tornacensis ira exandescens dedit: Usque ad animam nostram pertinet gladius iste, ut exheredati clamemus, plangamus nudati, contempti & abjecti a vobis ultionem quandoque Dei & hominum expectemus, &c. Et sicut antiquis temporibus occasione dissensionis hujus multorum sanguis effusus est: ita & diebus nostris, nisi per industriam vestram venienti morbo citius occurratur, clades communis, & generalis strages inter Francos & Britones poterit suscitari. Scripsit in eandem rem ad Dominum Octavianum in Curia Romana potentissimum Epistolam ordine CIX. & malum quod ex hujus causa disceptatione accidere poterit, totum amolitur, & in Papam, ejuque Consilium refundit. Denique Guillelmus Remensis Archiepiscopus Philippi Regis affinis scripsit ad Magistrum Meliorem Cardinalem, significavitque, Quia si dominus Papa contra Turonensem Ecclesiam processerit in fido isto, dominus Rex & omnes Barones ejus indignatione, ira, & odio, plusquam credi potest animati & armati, abjecta paucis reverentia, quam Ecclesia Romana debent, nova & periculosa consilia tractare cogentur. Ea Epistola ordine est CX. inter Epistolas Stephani Tornacensis. [1]

Nunc inquirendum tempus, quo hæc omnes literæ datæ. Et quidem quoad priores non dubito, quin currenti anno scriptæ fuerint; Chronographus enim Aquicinctinus ad annum MCLXXXI.

III. Lucius III. in eum propendebat.

IV.

draginta marcas redditus de Episcopatu S. Andree in vita sua. Hugo tamen, cum requisitus esset a domino suo Rege Scotiae, quod abjurasset Episcopatum S. Andree: respondit se malle suscipere iudicium in Romana Curia, quam sic abjuravit. Ann. Eccl. Tom. XIX.

rare Episcopatum, ad quem ipse fuerat consecratus. Et statim litteras, quas Joannes Episcopus contra eum a Romano Pontifice impetraverat, arguit falsitatis, & appellavit ad Romanum Pontificem, &c. Subiicit idem litteras Legatorum ad Lucium, X x x 2

PAGIUS MCLXXXI. ait: Philippus puer Rex Francorum, & Philippus Comes Flandrenſium, post Epistola a festivitatem omnium Sanctorum, Instante hyeme, qua in isto anno & hoc mense extitit pluviosa, inter se dissentiunt, & cum ipsis omnes Primores Francorum. Hoc vero anno habet: Post Pascha Henricus Rex Anglorum senior, mari transito, in Normanniam venit: nam filii ejus, sicut supra diximus, Henricus Rex & Richardus Dux Regi Francorum contra Comitum Flandriarum auxilium ferebant. Dux autem Burgundia, & Comitissa Campania, soror Regis, quondam uxor Henrici Comitis, Philippo Comiti associati debellabant Regem (nempe Franciæ). Guillelmus vero Remensis Archiep. & Comes Blesensium Theobaldus, Regis avunculi, reformanda paci intendebant. Igitur transfactis induciis inter Regem & Comitem, pax non sperabatur, sed bellum. Ex desperato tamen Henricus senior Rex Anglorum, & Philippus Rex Francorum, Philippus etiam Comes Flandriarum, mediante Henrico Albanensi Episcopo, Apostolica Sedis Legato, cum Archiep. Ep. Abbatibus & Francorum Proceribus, inter Crispinum, & civitatem Silvanensensem, & nunciis pacis intercurrentibus, pax inter eos firma firmatur. Nunquam nostra atate audivimus tantum belli incendium, tam parva pacis scintilla extinctum. Pacem hoc anno sanctam fuisse produnt etiam Gaufredus Prior Vofensis pag. 330. & Annalista Mailrosensis, & tamen prima illa Epistola ad Lucium III. data quando bellum in Gallia fervebat.

V. Hoc pariter anno Philippus Rex ad Octavianum, qui tunc erat Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, scripsit; cum Epistola data sit Domino Octaviano, iisque testibus Ciaconio & Oldoino, in prima creatione Cardinalium mense Decembri facta Diaconus Cardinalis tit. SS. Sergii & Bacchi renunciatus sit, creatus postea Episcopus Cardinalis Ostiensis & Veliternus. Cum vero Magister Melior Presbyter Cardinalis SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii in secunda creatione anno MCLXXXIV. juxta Onuphrium & Baronium eo anno, dictus sit, ante eum annum Guillelmus Remensis Archiep. ad eum non scripsit. Rolandus Electus Archiep. Dolenſis, quem Hovedenus pag. 617. & ex eo Baronius, testatur venisse hoc anno in Angliam cum Selvano Abbate ad pacem faciendam inter Regem Scotiae & Joannem Episcopum sancti Andree, a Lucio III. in secunda Cardinalium creatione factus est etiam Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu, iisque non Senensis, ut putavit Onuphrius, sed Armoricus fuit, sicuti Magister Melior, ut colligo ex Epistola laudata Guillelmi Archiep. Remensis ad Magistrum Meliorem, in qua orat & consulit, ne propter favorem personæ illius, que tibi natione conjuncta est, pacem turbari permittas. Quare M. Melior & Rolandus Galli extitere, & in minori Britannia nati sunt. Sed, ut redeam ad Lucium III. cum prudentissimus esset, ac pacem Ecclesiæ turbatam nollet, causam quæ vertebatur inter Turonensem & Dolenſem, quæ adhuc anno MCLXXXIV. agitabatur, ut ex mox dictis liquet, indecisam

reliquit, sicuti & ejus Successores usque ad Innocentium III. qui anno MCXCIX. ut videre est apud Spondanum eo anno num. X. sententiam pro Turonensi dixit, & liti, quæ medio circiter seculo nono cepit, finem imposuit.

Roma, inquit Gaufredus Prior Vofensis pag. 331. mortalitas populum multum prostravit. Petrus Legatus Kalend. Augusti apud Ostiam præsentente Papa Lucio decessit, & in Cenobio, quod vocatur Fossa-nova, tumulatur. Hic dedit S. Martiali XX. marcas argenti, eratque electus in Archiepiscopum Bituricensem. Plures quoque de Curia Clerici obierunt. Petrus iste prætermisus in Patriarchio Bituricensi, & a San-Marthanis in Archiep. Bituricensibus, qui tamen id intelligere poterant ex Chronico Alberici a se laudati, in quo ad annum MCXCVI. legitur; Civitate Biturigas post Petrum Episcopum Guarini successorem, erat Archiepiscopus, vir nobilis & religiosus Henricus (cognominatus de Suliaco, Gallice de Sully). Hujus frater Odo Cantor Bituricensis in Episcopum Parisiensem post Mauricium eligitur (de Mauricio & Odone infra fermo erit.) Erant hi duo fratres Egidii de Sorillejo, nepotes magni Theobaldi Comitis.

Dum Romæ mortalitas, in reliqua Italia famæ grassatur, Anonymus enim Casinensis in Et famæ Chron. ad hunc annum scribit: Tribus diebus in unum infra Octavam Epiphaniæ tam maxima venti versæ Italia procella dejavit per totam Italiam, quod homines plures & bestias interfecit, arbores exaruit, & herbas ad radices destruxit. A quinque annis & infra famæ fuit tam valida per totam Italiam, quod diversis partibus fauma tritici pro auri uncia non poterat inveniri, & omnium frugum terra sterilitas maxima, & plures homines præ nimia fame herbas comedentes agrestes deperierunt. Famem hanc prænuñciaverat anno superiori Prophetissa de qua Baronius anno MCLXXX. num. II. refert ex Roberto de Monte in Chron. hæc verba: Præterea constanter asseruit, quod in sequenti anno ab illo maxima famæ ingrueret, & quod ex corruptione aeris innumerabilis hominum multitudo moritura esset, quæ verba etiam demonstrant eam feminam, non anno MCLXXX. ut habet Baronius, sed anno MLXXXI. uti supra ostendimus, Romæ innotuisse. Ad hanc rem facit quod Chronographus Aquicinctinus hoc anno scribit: Luna mensis Augusti, & in accessu & in discessu nimis extitit pluviosa, & admodum frigida, qua magnam incommoditatem per multa generavit loca. Nam segetes humida in horreis sunt recondita, fanum vix potuit colligi, & vini maturitas & collectio tardius provenit.

Hoc anno Philippus Augustus omnes Judæos de Regno suo ejecit & possessiones eorum retinuit sisco, inquit Guillelmus Armoricus de Gestis Philippi Aug. Franciæ Regis, quod fufius narrat Rigordus in Gestis ejusdem pag. 9. Anno inquit, Dom. Incarnat. MCLXXXII. mensis Aprilis, qui ab ipsis Judæis dicitur Nisan, exiit Edictum a serenissimo Rege Philippo Augusto, quod omnes Judæi de regno suo, usque

VI. Mortalitas Rome savit.

VII. Italia.

VIII. Gallia pelluntur.

NOTÆ [1] Uid gestum sit ab Alexandro III. in causa Dolenſi docet Innocentius III. in sententia contra Dolenſes lata, legenda inter acta varia pro ea causa vulgata in Anecdotis Martenii to. III. Ita ibi pontifex: Alexander papa prædecessor noster, de sententia Lucii (II.) confirmatione Eugenii (III.) & Anastasi, (IV.) concordia Hug. (Hugonis Dolenſis, qui a Turonensi consecrationem accepit) & pallo ipsi H. ab Adriano papa concessio, habita mentione, Turonensi ecclesiæ in Dolenſem jus metropoliticum reservavit; mandans Dolenſi capitulo. ut si forte in personam idoneam convenisset, eam Turonensi archiepiscopo confirmandam, & consecrandam, si electionem inveniret factam canonice, presentaret; & consecratus ei debitam obedientiam & reverentiam exhiberet, &c. Ita Innocentius in eadem sententia, addens tamen eundem pontificem in favore electi Dolenſis citasse partes & testes recepisse; quod tamen non in præjudicium alterutrius partis, subdit Innocentius, id intelligitur egisse. Quoad Lucium III. recitantur in actis illis ejusdem pontificis literæ datæ Verona XV. calendis septembris, quibus delectis a se iudicibus testium receptionem committit. Nec plura de causa illa usque ad Urbanum III. qui literis Veronæ XV. Kal. Septem scripsit, Philippo Francorum rege deprecante inducias anni ubi & semis indulget, ut dissidium illud amice ab utraque parte componatur. MANSI

CHRISTI 1182.

LUCII III. PAP. I.

FRIDERICI IMP. 28. ALEXII COMN. IMP. 2.

CHRISTI 1182.

LUCII III. PAP. I.

FRIDERICI IMP. 28. ALEXII COMN. IMP. 2.

cium Papam eo argumento datas. Sed ad res Orientis.

IV. (a) Voil. Tyr. 1.22. 6.8. Maronita ad Ecclesiam reversi.

Contigit hoc eodem tempore (ut qui aderat (a) Willelmus Tyrius docet) Maronitarum hæreticorum ad Catholicam Fidem accessio, de quibus hæc ipse: Interea dum regnum pace a Saladini bello, ut prædiximus, gauderet temporali, natio quadam Syrorum in Phœnice provincia circa juga Libani juxta urbem Bibliensem habitans, plurimam circa sui statum passa est mutationem. Nam cum per annos pene quingentos cujusdam Maronis hæresiarche errorem fuissent secuti, ita ut ab eo dicerentur Maronita, & ab Ecclesia Fidelium sequestrati, scorsum sacramenta conficerent sua: divina inspiratione ad cor redeuntes, languore deposito, ad Patriarcham Antiochenum Himericum, qui tertius Latinorum nunc eidem præest Ecclesia, accesserunt, & abjurato errore, quo diu periculose nimis detenti fuerant, ad unitatem Ecclesie Catholicæ reversi sunt, Fidem orthodoxam suscipientes, parati Romanæ Ecclesie traditiones cum omni veneratione amplecti, & observare. Erat autem hujus populi turba non modica, sed quadraginta millium dicebatur excedere quantitatem, qui per Bibliensem, Botriensem, & Tripolitanum Episcopatus juga Libani, & montis deveuxa (ut prædiximus) inhabitabant: erantque viri fortes, & in armis strenui, no-

stris in majoribus negotiis, quæ cum hostibus habebant frequentissima, valde utiles. Unde & de eorum conversione ad Fidei sinceritatem maxima nostris accessit lætitia. Maronis autem error, & sequacium ejus est, & fuit (sicut ex Sexta Synodo legitur, quæ contra eos lata esse dignoscitur, & in qua damnationis sententiam pertulerunt) quod in Domino nostro JESU Christo una tantum sit & fuerit ab initio, & voluntas & operatio. Cui articulo ab Orthodoxorum Ecclesia reprobato multa alia perniciose nimis, postquam a cœtu Fidelium segregati sunt, adjecterunt. Super quibus omnibus ducti penitentie (ut prædiximus) ad Ecclesiam redierunt Catholicam una cum Patriarcha suo, & Episcopis nonnullis, qui eos sicut prius in impietate præcesserant, ita ad veritatem redeuntibus piæ ducatum præstiterunt. Hactenus Tyrius Archiepiscopus.

Porro hi se a vico Syriæ, Maronia, Maronitas, sive a S. Marone Abbate ante cognitum Maronem Monothelitam, contendunt esse denominatos; ex hocque fieri, ut nomen hoc suum, ipsorum detestantes errorem, retinere mordicus perseverent. Post hæc autem eorum Patriarcha sub Innocentio Papa Tertio venit ad Lateranense Concilium, ubi plenissime res spectantes ad Fidem Catholicam, ritusque sacros edoctus, suos eosdem sequi

Maronitarum stabilita fides Catholicæ.

VO-

PAGIUS

ad sequens festum S. Joannis Baptiste ad exundum parati essent, data eis licentia, ut omnem suam suppellectilem venderent, reservatis sibi & successoribus suis Francorum Regibus possessionibus, videlicet domibus, agris, vineis, graniciis (id est, grangiis, utrumque enim dicitur, ut patet ex Glossario Ducangii,) torcularibus & hujusmodi. Quo audito perfidi Judæi, quidam ex ipsis regenerati ex aqua & Spiritu sancto, convocati sunt ad Dominum. Alii in perfidia sua permanentes cum non possent Principes, Archiepiscopos & Episcopos pecunia & promissionibus allicere, Regis iussa complere satagentes, res suas mobiles sub mira festinatione vendiderunt; possessiones enim omnes ad fiscum Regis sunt devolutæ. Igitur Judæi venditis rebus suis, pretium habentes pro viatico, egressi sunt cum uxoribus & filiis, & universo comitatu suo, anno Domini supradicto MCLXXXII. mense Julii. Idem tamen Rex anno postea MCXCVIII. eosdem contra omnium hominum opinionem Parisios reduxit, inquit Rigordus ad eum Christi annum.

IX. Andronicus de Imperio Orientis usurpando cogitavit.

Alexius Imperator Constantinopolitanus adhuc puer male instituebatur, & ex cognatis ejus ac amicis alii Maria Imperatricis amore flagrabant, alii fiscum depopulabantur, & omnia confusa erant, dum suum quisque negotium agit, & alteri adversatur, inquit Nicetas Choniata. Alii Protosebastum suspectum habebant, alii Protovestiarium Alexium Comnenum Manuelis Patruem, qui pueri Imperatoris matrem sibi conciliarat, cæterosque omnes auctoritate vincebat. Parte alia Comnenus Andronicus Imperatoris Manuelis Patruelis, qui

ab eo in exilium missus fuerat, cum Manuelis obitum & Palatina dissidia accepisset, de imperio usurpando cogitavit, indeque crebras literas ad Alexium Imp. nepotem, & ad Patriarcham Constantinop. Theodosium, acceteros, in quibus aliqua scintilla amoris erga Manuelem defunctum apparebat, mittit, in quibus se indignari simulabat, quod res Imperii eo in statu versarentur. Cumque omnes in suam sententiam pertraxisset, Constantinopolim venit, & ubique honorificentissime exceptus est. Tandem, ut rem paucis absolvam, Byzantii popularis seditio excitatur, & Imperatoris milites mensis Maii die VII. indictione XV. Joannis Theologi ædem occupant, pugna magna committitur, ægreque pax auctoritate Theodosii Patriarchæ Constantinop. restituitur. Is postea a Protosebaste pellitur. Non tamen successit negotium, inquit Nicetas, tum quod nihil in eo reperiebatur, propter quod pellendus esset; tum quod domina & alii plurimi, atque adeo omnes fere Imperatoris consanguinei, virum illum summopere venerabantur. Quare ut Patriarcha in pristinam Sedem reponeretur, Protosebastus assentiri coactus fuit. Hæc summarie ex Niceta Choniata. Constantinopoli Græci in Latinos sæviunt, ut dicitur anno seq. n. XI.

Ad num. IV. Jam suo loco monstravimus quantum Willelmus Tyrius deceptus fuerit, imo & quanto odio erga Equites Jerosolimitanos flagraverit, dum scripsit eos sub Patrocinio Sancti Joannis Eleemosynarii institutos fuisse, & dein cum divitiis crevere, Sanctum Joannem Baptistam in locum ejus subrogasse; hic vero nobis ostendendum, quantum peccaverit Mo-

X. Error Willelmi Tyrii in narratione Conventus Maronitarum.

PAGIUS

nothelismum universæ Maronitarum nationi attribuendo. Eius verba a Baronio recitata in summam contraho. Ait itaque Maronitas cum per annos pene quingentos cujusdam Maronis Hæresiarchæ errorem fuissent secuti, ita ut ab eo dicerentur Maronita, ad cor redeuntes, ad Patriarcham Antiochenum Himericum, qui tertius Latinorum nunc eidem præest Ecclesia, accessisse, & ad unitatem Ecclesie Catholicæ reversos esse. Fuisse autem hujus populi turbam non modicam, sed quinquaginta millium dictam esse excedere quantitatem. Maronis autem error & sequacium ejus est, & fuit (sicut ex VI. Synodo legitur, quæ contra eos lata esse dignoscitur, & in qua damnationis sententiam pertulerunt) quod in Domino nostro J. C. una tantum sit & fuerit ab initio, & voluntas & operatio. Cui articulo multa alia perniciose nimis adjecterunt. Super quibus omnibus ducti penitentie ad Ecclesiam redierunt Catholicam una cum Patriarcha suo & Episcopis nonnullis. Hæc Willelmus Tyrius.

XI. Tyrius traditiones fabulosas quandoque amplexus est.

Verum Tyrius in scribenda sua Historia plura decerpit ex Annalibus Eutychie Patriarchæ Alexandrini, in quibus minime accuratus fuit; imo multa fabulosa habet, variaque afferit, quæ a veritate multum aberrant. Secutum se esse Eutychium ipsemet fatetur in præfatione suorum Operum: Arabica exemplaria ministrate (nempe Amalrico Jerosolymorum Rege) aliam Historiam a tempore Seductionis Mahumeth usque in hunc annum, qui est nobis ab Incarnatione Domini MCLXXXIV. per annos quingentos septuaginta decurrentem conscripsimus, auctorem maxime secuti virum venerabilem Seith filium Patricii Alexandrinum Patriarcham, dictum etiam Eutychium, Medicum insignem, & Patriarcham Alexandrinum mortuum anno CMXL. quo eum obiisse diximus. Cujus integros Annales cum Seldeni Præfatione notisque Arabice & Latine in lucem protulit Pocockius Oxonii. Hæc Tyrii Historia.

dem) contra Sabellianos rursus reviviscentes. Aliam quoque reperitur scriptam epistolam ad Vivianum S. R. E. Cardinalem presbyterum tituli S. Stephani in monte Cælio, de Appellationibus. Puto hunc illum esse Vivianum, qui in causa sancti Martyris Thomæ functus est legatione ab Alexandro Rom. Pontifice. At disertata illa epistola haud integra legitur, sed intercisa. Continet has omnes Laborantis lucubrationes codex membranaceus basilicæ sancti Petri in Urbe.

Hoc item anno nascitur Assisi in Umbria S. Franciscus. Testatur id ex antiquioribus Albertus Abbas Stadenis auctor his temporibus proximus, qui in sua Chronico habet ista: Anno Domini millesimo centesimo octogesimo secundo puer Franciscus natus est in civitate Assisi, patre Petro de Bernardone. Hæc ipse. Affirmant id ipsum præter veteres, etiam recentiores. Ita plane Deus Ecclesiam suam in deterius declinantem, ac collabentem jam depravata morum disciplina, ad erigendam eam, in confatorio divini Spiritus Apostolicum hunc formavit ho-

VI. Nativitas S. Francisci.

perit, sed de ea quæ extat, seu de Historia Belli Sacri hæc subiicit: In hac vero nullam aut Græcam aut Arabicam habentes præcedem Scripturam, solis traditionibus instructi exceptis paucis quæ ipsi oculata fide conspeximus, narrationis seriem ordinavimus. Verum traditiones quas secutus est, non raro errori obnoxia fuerit, constatque etiam eum Eutychio fabularum pleno sæpe adhæsisse. Certe Fauhis Naironus in Dissert. De origine ac religione Maronitarum num. XIX. & seqq. hæc verba ex Eutychio profert, prout extant in textu Arabico: Fuit tempore Mauricii Imp. Romanorum, Monachus quidam nomine Maron, qui asseruit Domino nostro J. C. duas esse naturas, & voluntatem unam, operationem, & personam unam, fidemque hominum corruptit. Maxima autem eorum, qui doctrinam ipsius amplexi, & se discipulos illi præbentes, eandem professi sunt, pars erant, incolæ urbis Hhamah, & Kenesim & Avvasem, cum Romanorum (hoc est Græcorum, qui sub Romano erant imperio) nonnullis, appellatique sunt ejus affecta, qui idem cum ipso assererent, Maronita nomine ab ipso Marone deducto, mortuoque ipso Monasterium ibi extruxerunt & vocarunt Monasterium Maronis, ejusque fidem professi sunt.

Verum hæc commentitia sunt; neque enim sub Mauricii, neque sub Phocæ, qui eum proxime secutus est, Imperio error de unica tantum voluntate & operatione Christi adhuc excogitatus fuerat, sed Heraclio duntaxat imperante, ut omnibus notum, e tenebris prodierunt. Neque etiam Monasterium, de quo Eutychius loquitur, fuit ibi extructum post obitum hujus Maronis; quippe quod jam itabatur ducentis fere ante annis, eratque colligit Naironus ex Procopio Cæsariensi, qui lib. 5. de Aedificiis Justiniani Imperatoris memorat præcipue illa Phœnicæ, ac supra Apameam (quæ est Hhamah) additque; Pauperum hospitium S. Romani re-

XII. Annales Eutychie fabulis referti.

hominem, qui mundi contemptum ac paupertatem non affectu tantum (quod ad sanctorum Patrum imitationem suffice-

re potuisset) sed effectum etiam profectus est. At de eo inferius sequenti Tomo dicendum.

An-

PAGIUS

paravit, & mania B. Maronis. Certum est autem Justinianum anno DLXV. vivere desiisse, & Mauricium an. DLXXXII. creatum Imperatorem, e vita migrasse an. DCII. Quare cum imperante Justiniano Monasterium S. Maronis instaurandum fuerit, tunc antiquissimum fuisse oportet. Quod confirmatur ex Actis V. Generalis Synodi anno DLII. coactae sub Imperio eiusdem Justiniani, cui interfuerunt Legati Monasterii S. Maronis, eratque tunc celeberrimum, & caput Monasteriorum totius Syriae secundae, ut ejusdem Synodi Acta declarant. Imo hunc Maronem ostendimus fuisse Monachum ipsiusmet Monasterii, de quo agitur, ubi proprio nomini, quod erat Joannes, nomen Maronis superinduxit, accepitque ex nomine Monasterii beati Maronis Abbatis. Verum haec fabula jam fusa a nobis anno DCXXXV. confutata.

XIII. Aliqui Maronita sunt haeretici.

Reliquum est, ut hic refellamus quae Baronius ex Tyrio de conversione totius gentis Maronitarum ad fidem Catholicam in medium profert. Verum itaque est haeresim Monothelitarum intra Montem Libanum mansisse, & Patriarcham ipsum venenum illud hausisse, ut anno MCLIX. late narravimus, sed haec circa initium hujus saeculi contigere tempore Thomae Hharanitae Episcopi Kfartabensis, ut loco citato diximus.

XIV. Ab Haymerico Antiochia Patriarcha hoc anno Ecclesia reconcilian-

Post haec & alia a nobis eodem anno MCLIX. narrata Maronitae Patriarcham Catholicum elegerunt, quo ab haereticis interfecto, cum varia, uti habet idem Naironus, inter Maronitas insurrexissent divisiones pro eligendo Patriarcha accurrunt Haymericus Latinorum Patriarcha Antiochenus; cumque illos sedasset, eos qui schisma invexerant vel secuti fuerant, ad obedientiam reduxit, & auctoritate Summi Pontificis a vinculo excommunicationis, quam ob paratum in Patriarcham immane delictum incurrerant, absolvit; & post haec Maronita ad electionem novi Patriarchae integerrimae fidei, unanimiter devenerunt. Sic enim legitur in eorundem Chronico: Extinxit illud venenum Haymericus bona memoria. Objurgavit eos palam apertis verbis, obedierunt ei, & a Romana Sede benedictionem eis mittendam curavit, & elegerunt sibi Patriarcham, qui habitavit in Ecclesia beata Virginis in Habil (quod est Libani oppidum) Observabat, quidquid erat in Evangelio, erat in exponendo peritus, ac varia de fide carmina componebat. Neque damnata, imo confirmata, ac stabilita fuit fides Maronis: Et firmi steterunt in fide Maronis, & superbi humiliati sunt, & adversarii pacem inveniunt. Quam fidem Maronitae in praefata reconciliatione cum praedicassent coram Haymerico, nihil penitus adversus illam opposuisse legitur, indeque evidenter concluditur Maronis sententiam nec leviter Monothelismum redolevisse. Cum Tyrius accepisset Maronitas Schismatis Thomae sectatores, errores abjurasse apud Haymericum, & cum Patriarcha pace-

facta Romanam fidem professos, opinatus est Maronitas omnes in Monothelitarum errore jamdiu fuisse, & toti attribuit, quod pars una minus spectata & perduellis fecerat, nisi forte deceptus fuerit ab aliquo ex Maronitis, qui Schismati Thomae adhaerant. Caterum inexcusabilis est in eo quod tradit collectam esse contra eos sextam generalem Synodum, & damnatum in ea Maronem; cum ne verbum quidem de eo in ea Synodo extet.

Præterea quomodo scribere potuit Tyrius jam a quingentis annis Maronitas Monothelitas fuisse, cum David Archiepiscopus (qui floruit anno Alexandri MCCCCLXX. absoluto in autumno anni Christi MLIX. ut legitur in Epistola Abbatis Joseph, missa eodem anno ad praefatum David, qua eum rogat, ut ex Syriaco Arabici juris faceret Ecclesiasticas Orientalium Syrorum constitutiones) capite primo ejusdem textus asserat Maronitas duas in Christo voluntates admittere: Graeci concordant cum Maronitis, inquit, in prolatione duarum voluntatum, & Maronita asserunt duas voluntates consequentes duas substantias divinam & humanam. Quo pacto igitur Tyrius hoc anno scribere potuit eos per annos fere quingentos haereticos fuisse. Verum quidem est quosdam ex Maronitis, dum inter se divisi essent, in Cyprum insulam pervasisse, & multos corrupis- se, sed ea re nihil aliud efficitur nisi plures Maronitas haereticos fuisse, sicuti ex eo quod multi Calvinista ex Gallis & Germania prodierint; non sequitur utramque nationem non esse Catholicam. Quod autem in Maronitarum libris aliqua reperiantur haereses praefertimque de unica in Christo natura & voluntate; id contigit Jacobitarum dolo, qui cum eadem, qua Maronitae lingua utantur Syriaca, ad haec usque tempora horum codices corruptentes, pravos eorum errores inter Maronitas curarunt diffundere, uti scripsit Petrus Patriarcha Maronitarum ad Antonium Caraffam S. R. E. Cardinalem literis anno MDLXXVIII. die XXV. Augusti datis, & a Nairono citato num. LXXVII. relatis: Et quia frater mi, erit aliquis, qui vobis scribet, in nostris libris invenisse aliqua verba Sanctam Ecclesiam oppugnantia, nos non recipimus, nisi quod recipit Sancta Ecclesia, & quod invenitur in exemplaribus potuerunt ingredi & immiseri in illis (sc. libris Maronitarum) nonnulla ex codicibus nationum, qua sunt circa nos per multum tempus. Frater mi omnem deponas suspicionem de rectitudine nostra; ab antiquo fundati sumus in fide Sancta Ecclesia Apostolica Romana, quam semper sumus amplexi, & nequaquam vobiscum tantum ore loquimur, sed ore simul ac corde, & Deus de hoc sit testis. Maneat itaque Tyrius & plerisque ex recentioribus Scripturibus qui ei nimis facile fidem adhibuerunt, in narrando reditu aliquorum Maronitarum ad Ecclesiam Romanam valde hallucinatos esse.

XV. Quod de tota natione Tyrius male intellexit.

I. Eccl. S. Mariae Montis Regalis aucta in Metrop.

Annus Redemptoris millesimus centesimus octuagesimustertius sequitur, Indictione prima, quo contigit ut Lucius Papa Velitris cum esset, die quinta mensis Februarii, exposcente Willelmo juniore Siciliae Rege, nobilissimam ab eo erectam Ecclesiam sanctae Mariae Montis Regalis, dictam, auxerit in metropolim, subjeceritque ei Catanensem Episcopatum, cui & postea additus Episcopatus Syracusanus. Extat adhuc de his ejusdem Lucii Papae diploma, subscriptione munitum decem & septem Cardinalium, ubi & de impartito pallio ab Apostolica Sede fit mentio, & aliis ad haec spectantibus, de quibus omnibus est locuples scripta historia, de qua superius in Alexandro Papa mentio facta est. Hoc eodem anno Lucius Papae diffensiones inter Scotiae Episcopos componere laboravit: quibus autem conditionibus, Rogerius in Annalibus ita describit: Eodem anno Joannes & Hugo Episcopi, de quibus mentionem feceramus * Velitrem venerunt ad audientiam Papae Lucii, & uterque illorum proposuit coram domino Papa, & universis Cardinalibus suis jus, quod petebat in Episcopatu S. Andreae. Quo audito, dominus Papa de communi fratrum consilio abjudicavit Episcopatum illum utrique, & ipsi in manu summi Pontificis resignaverunt praesentem Episcopatum S. Andreae libere & absolute, & sic a Curia recesserunt, expectantes summi Pontificis misericordiam. Et post paucos dies, & per consilium universorum Cardinalium summus Pontifex reddidit Hugoni Episcopo Episcopatum sancti Andreae, & confirmavit, & concessit Joanni Episcopo Episcopatum de Dunkelden cum universis supradictis, quae ei ex parte Regis Scotiae oblata fuerant, & confirmavit. Hugo autem domum rediit, & recepit Episcopatum sancti Andreae. Joannes vero Episcopus recepit Episcopatum de Dunkelden. Sed quia Rex Scotiae

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6676. SÆC. XII.

An. Eræ Hisp. M. CCXXI. An. Hegiræ D. LXXIX. inchoato die 26. Apr. fer. 3. An. C. 1183. I.

© 16. B. 26. P. 17. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 1183.

LUCII III. PAPÆ 3.

FRIDERICI AENOBARBI REG. 32. IMP. 29.

ANDRONICI COMNENI IMP. 1.

Ad num. II. & seq. Sigonius in Hist. de Regn. Ital. lib. XIV. ad annum MCLXXII. refert, Romanos novo Pontificatu novum bel-

noluit ei ablata restituere, ipse iterum movit questionem contra Hugonem Episcopum de Episcopatu sancti Andreae, sicut inferius notatum est.

Eodem anno ortum est grave dissidium inter Romanos, & Papam Lucium, super consuetudinibus quibusdam, quas predecessores sui facere solebant, quas praedictus Papa juravit se nunquam facturum. Unde Romani indignati sunt, & frequenter rapinas, & iniquas combustiones fecerunt in terra domini Papae. Dominus vero Papa de loco in locum fugiens, castella sua, & civitates munitas adiit. Ad cujus defensionem Christianus Moguntinus Archiepiscopus domini Friderici Romanorum Imperatoris Cancellarius magno congregato exercitu adventu. Cui Romani resistere non valentes, Romam redierunt. Quos praedictus Cancellarius persequens, omnia ad Romanos pertinentia devastavit, & eos usque ad portas civitatis Romae secutus est, omnia suburbana incendio tradens. Romani vero videntes se perditioni traditos, machinabantur, qualiter praedictum Cancellarium dolo interficerent. Et cum alter aditus eis defecisset: statuerunt cum veneno interficere, & ita fecerunt. Nam cum Cancellarius ille, & exercitus ejus fere per decem milliaria ab Urbe remoti essent, Romani direxerunt in paupere cultu Legatos, qui statum Curiae addiscerent. Qui cum totum esse didicissent: inter caetera compererunt unum, quod perditioni illius praelegerunt.

Erat namque prope locum illum fons nitidissima aquae, quam solitus erat Cancellarius, & exercitus ejus vino mixtam potare. Fontem itaque aggressi sunt nefandi proditores illi, & ipsum undique affecerunt veneno, ita ut manans aqua corrumpetur. Ut igitur potavit ex ea Cancellarius, festinae morti succubuit. Occubuerunt & post illum plusquam mille homines, qui ex praedicto fonte potaverunt.

Cum

Lucius movisse, rursusque exercitum ad Tusculum adduxisse, & Lucium III. cum se Romanis odio & contemptui esse animadverteret, exire coegit. Roma exiisse, ac Velitris, proximisque in locis conledisse. Ante haec narrat Sigonius mortem Christiani Archiepiscopi Moguntini. Verum haec omnia ad praesentem annum pertinent, quo ea consignavit Rogerius Hovedenus part. II. Annal. pag. 621. & ex eo Baronius. Audiendus Joannes de Ceccano in Chron. ubi haec sigillatim persequitur: Indict. XV. (legendum, indict. I.) septimo Kal. Junii a corpore puella visibiliter in Ecclesia Canneto B. Petrus demonium expulit. Romani venerunt super Tusculanum Kalendis Julii, ut eam caperent, sed minime potuerunt. Interea Cancellarius (Christianus nempe Archiepiscopus

II. Discordia inter Romanos & Pap.

III. Fons veneno infectus.

CHRISTI
1183.LUCII III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 29.
ANDRON. COMN. IMP. V.

Cum autem obitus Cancellarii divulgaretur, exercitus ejus dissipatus est, & in fugam conversus: & Romani acriter insurrexerunt in dominum Papam. Idem vero Papa non valens resistere Romanis, misit Legatos suos ad Reges, & Principes terrarum tam seculares, quam Ecclesiasticos, pro auxilio habendo ad defensionem B. Petri contra Romanos. Venerunt ergo Nuntii sui ad Henricum Regem Angliæ, postulantes ab eo, & a clericatu Angliæ auxilium. Consuluit itaque Rex Episcopos suos, & Clerum Angliæ de petitione sum-

mi Pontificis. Cui Episcopi, & Clerus consuluerunt, ut ipse secundum voluntatem suam, & honorem faceret auxilium domino Papæ, tam pro se ipso, quam pro illis: quia tolerabilis esset, & plus placeret eis, quod dominus Rex si vellet, accepisset ab eis recompensationem auxilii illius, quam si permisisset Nuntios domini Papæ in Angliam venire ad capiendum de eis auxilium. Quia si aliter fieret, posset verti in consuetudinem ad detrimentum regni. Accepit Rex consilio eorum, & fecit auxilium magnum domino Papæ in au-

PAGIUS

pus Moguntinus) cum magno exercitu Alamanorum (missus a Friderico Imp.) venit apud Tusculanum, & Romanos ibi non invenit; sed remansit ibi cum exercitu, & cepit valde infestare Romam, & depraedare. Tandem mense Augusto ibi mortuus est & sepultus [1] Serarius in Historia Moguntina lib. 5. pag. 826. hunc Christiani hujus nominis II. Archiepiscopi Moguntini, qui anno MCCL. florebat, locum refert quo lucem accipiunt que Joannes de Ceccano de Christiano Cancellario habet: Obiit Christianus juxta Romam. Graviter egrotavit. Vicinus erat Summus Pontifex, qui Episcopum ut proximaret, paternis literis hortabatur. Cumque Papa ad Archiep. pervenisset langor in tantum prevaluerat, ut Patri sancto assurgere non valeret. Facta ergo confessione Summo Pontifici, de manu ejus communicationem sanctam accepit, aliaque Ecclesia sacramenta; & Dominus Papa facta & dicta indulgentia, in pace abiit. & Dominus Christianus Deo animam reddens, mortem obiit.

II. Conradus Moguntia & Adelbertus Saltzburghi Archiepisc. recuperant.

NOTÆ

[1] Totam hanc historiam de obitu Christiani nihil melius illustrat, quam litera encyclica Lucii III. data hoc anno Signa 4. nonas septembris, ad universos per Germaniam præfates ad fundendas pro obitu ejusdem Christiani preces invitantes. Habet igitur pontifex: Christianus Moguntinus archiepiscopus, cum carissimo in Christo filio nostro Friderico, &c. longo tempore magnifice servisset, & contra officii sui debitum excessisset in multis; cum Romanorum perfidiam, qui patrimonium ecclesie hostiliter devastantes Tusculanum nequiter obsidebant; aliter comprimere non possemus, eundem archiepiscopum ad obsequium Ecclesie convocavimus; ipse vero factus obediens usque ad mortem aëris intemperiem parvipendens, ad succurrendum Ecclesie fluctuanti cum ingenti exercitu multitudine properavit; factumque est quod Romani bis ad solius nominis ejus terrorem fugerent. Illo autem Tusculanum ingresso muros civitatis jampridem collapsos pro magna parte per illius auxilium, antequam decederet, fecimus reparari. Tandem Dominus misertus ipsius febris eum aegritudine flagellavit, unde in vera confessione, & multa contritione cordis assumpta cruce & resignatis dignitatibus universis octo Kalendas Septembris diem clausit extremum. Recitat has literas Schannat Vindem. Liter. tom. II. pag. 118. Quoniam vero hic Pagius subinquietor videtur in necrologia, quasi scilicet per sepe aliam ab emortuali diem indicent, quemadmodum ex Necrologio a Serario laudato ad eruendam diem emortualem Christiani probari potest. Ex eodem tamen Schannat falsi revinci facile posset, cum ille pluram referat necrologia, in quibus virorum illustrium dies emortuales accuratissime indicantur, ut diligentius expendenti constabit ex diebus emortualibus Henricorum I. II. III. IV. Agnetis imperatricis, Ludovicorum & Ottonum imperatorum. Igitur ex mendo unius, vel alterius Necrologii suspicio in dies emortuales ab illis indicatas merito creari non potest.

Cæterum fuga Lucii Papæ Velitras quam ad hunc annum referendam Pagius hic censet, ad exitum anni præcedentis anticipandam suadet bulla ejus relata a Roccho Pyrrho in Sicil. S. in Notit. Eccles. Caphaledit. Data enim legitur Velletri die XII. Kal. januarii, Indict. I. (a septembri mutata) Incarnationis Domini anno 1182. pontif. vero domini Lucii III. anno II. Ex quibus intelligimus Sigonium rectum in narratione sua ordinem minime servasse, cum Lucii secessum post obitum Christiani refert. MANSI

radus Apostolica Sedis Legatus in sedem suam pro eo restitutus est. Archiepiscopus etiam, dominus Adalbertus ex Præcepto Imperatoris, & unanimi omnium Saltzburgenfium electione cathedralam suam recepit, & in XIII. Kal. Decemb. rursus Ecclesia sua cum favore omnium reintbronizatus est. De Conrado e Præfatu Moguntino, & de Adalberto e Saltzburgenfi expulsi sæpius locuti sumus. Serarius loco laudato refert e MS. a se viso Christiani anniversarium diem celebrari in S. Victoris Ecclesia XII. Kal. Decemb. sed Christianus mense Augusto mortuus est, certumque in Necrologio anniversaria aliis sæpe diebus notari, quam quibus mortui fuerint in quorum gratiam instituta fuere. Quod hoc exemplo, multisque aliis indubitatum redditur. Porro Anonymus Catinensis, qui ait Christianum apud Tusculanum vita functum, non adversatur Joanni de Ceccano, quia Tusculanum duodecim tantum miliaribus a civitate Romana distitit. Denique Trithemius in Chronic. Hirsaug. ad annum MCLXVII. & in lib. de Script. Eccles. prodit, Christianum in omni genere doctrina multum eruditum fuisse, & scripsisse Friderici Imperatoris I. Gesta a se lecta, addiditque eum reliquisse etiam pulchras, & varias ad diversos Epistolas; sed nihil eorum ad nos pervenit.

CHRISTI
1183.LUCII III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 29.
ANDRON. COMN. IMP. I.

auro, & argento. Dominus autem Papa pro pecunia illam, & per pecuniam aliorum Principum sibi undique allatam, pacem fecit cum Romanis, sibi, & Ecclesie Romanæ necessariam. Hucusque Rogerius.

IV. Contigit hoc eodem anno obitus Regis Angliæ Henrici junioris, filii Henrici ipsius Secundi, quem pater in contumeliam sancti Thomæ per Archiepiscopum Eboracensem coronari fecerat, qui post reconciliationes alias sæpe factas rursus ad scissuras, & discordias leviter revocatus, tandem discendente numine, dedit pœnas, sed miserante Deo, veræ pœnitentiæ post immensa peccata memorandum reliquit exemplum. Describit ista idem qui supra Rogerius:

Henrici Reg. Angl. filii in obitu pœnitentia.

Rex filius, deficiente sibi pecunia, perrexit ad sanctam Mariam de Rupe Adamatoris, & decorticavit feretrum sancti Adamatoris, & thesauros Ecclesie asportavit. Paucis post elapsis diebus idem Rex filius, cum vidisset se non posse multum nocere patri suo, ex indignatione & animi rancore in gravem incidit infirmitatem in villa, que dicitur Martel, non longe a civitate Lenovicensi. Primo enim arripuit eum febris, deinde fluxus ventris, & contrivit eum usque ad mortem. Qui cum sensisset mortem sibi imminere, misit pro domino Rege patre suo; qui ad eum venire noluit: timuit enim insidias illius. Rex igitur filius convocatis coram Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

nit. Legendus Oudinus de Christiano Abbate cum quo noiter male ab aliquibus confunditur in Supplement. de Script. Eccles.

III. Institutur Archiep. Montis Regalis.

Idem Anonymus Catinensis ad hunc annum scribit: Lucius Papa III. apud Velletrum promovit Villillum Abbatem sanctæ Mariæ Regalis de Panormo in Archiepiscopum Montis-Regalis. De Monasterio Montis-Regalis hoc anno in Archiepiscopatum evedto, anno MCLXXIV. cum Baronio locuti sumus. Constitutio a Lucio III. emissa extat non tantum apud Roccham Pyrrhum in Sicilia sacra pag. 408. & seqq. sed etiam in Bullario Catinensi pag. 197. Ait in ea Pontifex Guillelmum Siciliæ Regem Monasterium in loco, qui Mons-Regalis dicitur, construxisse, & brevi tempore Templum Domino multa dignum admiratione edificasse, & in tantum redditibus, aliisque rebus ampliavisse, ut simile opus per aliquem Regem factum non fuerit a diebus antiquis, & in admirationem homines adducat: eum a se petiisse, ut eundem locum dignitate Metropolitana donaret, ideoque se eundem Willelmum Abbatem in ejusdem loci Archiepiscopum propriis manibus consecrare, ac decernere, ut Ordo Monasticus in eodem loco constitutus ibidem inviolabiliter observetur: Episcopatum Catanensem & subesse debere se constituere, ac ei subicere Monasterium Maniacum dictum, quod illustris recordationis Margarita gloriosa quondam Regina in Diocesi Messanensi construxit. Constitutioni subscribunt Cardinales quindecim inter quos Henricus Albanensis Episcopus; de quo mox. In fine legitur: Datum Velletri per manum Alberti S. R. E. Presbyteri Card. & Cancell.

se Episcopis, & viris religiosis, qui aderant, primum secreto, deinde coram omnibus sua confessus peccata, pœnitentiam, & suorum recepit absolutionem peccatorum, & tradidit Willelmo Marefcallo familiaris sui crucem suam Hierosolymam deferendam. Deinde depositis mollioribus indumentis cilicium induit, & ligato fune in collo suo, dixit Episcopis, & cæteris viris religiosis circumstantibus: Trado me peccatorem indignum, & culpabilem, & obnoxium per funem istum vobis ministris Dei, postulans, ut Dominus noster JESUS Christus, qui latroni confitenti in cruce peccata dimisit, per preces vestras, & per suam ineffabilem misericordiam miseretur infelicissimæ animæ meæ. Et responderunt, omnes, Amen. Et ipse ait illis: Trahite me a lecto isto per hunc funem, & imponite lecto illi cinereo, quem sibi preparaverat. Et fecerunt, sicut ipse præcepit illis, & apposuerunt capiti, & pedibus suis duos lapides magnos quadratos: & omnibus rite peractis, ipse præcepit corpus suum, deferri in Noribmanniam usque Rothomagum, & ibidem sepeliri. Et his dictis, ipse sacrosancti corporis, & sanguinis Domini vaticò munitus, in timore Domini emisit spiritum. Quod cum domino Regi patri suo nuntiatum esset, lacrymatu corruit in terram & vehementer planxit (a) Pet. Blesf. ep. Blesensis intimus familiaris his litteris est consolatus: (a) Y y y Hen-

Nonis Februarii, indict. I. Incarnat. Domini anno MCLXXXII. Pontificatus vero Domini Lucii Papa III. anno secundo.

Exhis perspicuum est, primo Lucium III. hoc anno, Velitris commoratum esse. Secundo, Lucius errasse Cantellum in Differ. V. Metropolitanarum urbium Historie cap. VII. ubi scribit, a die Guillelmo anno MCLXXVIII. consecratum fuisse Archiepiscopum Montis-Regalis, sed verosimile errorem in typographum refundendum esse, qui numerum X. in V. mutavit. Martii inchoavit.

Recte tamen addit Cantellius haud multo post Syracusanum Episcopum ejusdem Archiepiscopatus suffraganeum dictum. Tertio, Lucium III. annum a die XXV. mensis Martii inchoasse; a quo etiam die constat Alexandrum III. anni initium repetiisse. Quarto, Margaritam Navarræ, Siciliæ Reginam, Guillelmi II. Regis matrem vitam non prorogasse usque ad diem XXXI. mensis Julii hujus anni, ut Rocchus Pyrrhus laudatus ejus epitaphio innixus, arbitratus est; hoc enim epitaphium, uti & non pauca alia, a posterioribus postum, ad quod Historici & Critici animum non advertentes non raro hallucinati sunt, alioque in errore traxere. Quinto, Henricum Cardinalem Albanensem anno superiori Legationem suam Gallicam absolvisse; cum jam mense Februario currentis anni Velitris fuerit. Ereptioni hujus novæ Metropolis meminit Baronius in Addendis & Corrigendis ad hunc annum, ubi tamen dicit Constitutioni subscripsisse Cardinales XVII.

Ad num. IV. ad VII. Henricus filius Henrici II. Angliæ Regis, Rex ab eo an. MCLXX. de.

V.

Henrico Dei gratia illustri Anglor. Regi, Duci Noribmannia, & Aquitania, Comiti Andegavensi, suis Petrus Blefenfis, Batboniensis Archidiaconus, salutem & spiritum fortitudinis in adversis.

V. Petri Blef. ep. ad Reg. Henricum in obitu filii. Audivi, & conturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea. Nam ex familiarum vestrorum relatione cognovi, quod illa vestra magnanimitas celebri haecenus opinione conspicua in morte filii vestri mortificata est, & quadam mollietate muliebri degenerans, gemitibus indulget ac lacrymis, atque reverentia regie majestatis abjecta, supervacuis doloribus pueriliter intabescit.

(a) Job. 1. lex natura inducit. Nam (a) & Job, audita filiorum suorum morte, vestimentorum scissione, & asperione pulveris vim doloris expressit. Abraham mortua Sara (b) venit, ut fletet eam, & plangeret. (c) Jacob existimans filium suum Joseph devoratum a bestia, multos dies continuavit in planctu. Joseph (d) etiam cum fratribus suis, & cunctis senioribus domus Pharaonis patrem suum deferens mortuum, venit ad Arcam Adad trans Jordanem, ubi septem dies super morte Jacob in fletu & gemitu compleverunt.

(e) 2. Par. 35. Sed & Josia, (e) Rege mortuo, scriptum est, quia universus Juda & Hierusalem luxerunt eum, & pra omnibus Rex Adadremmon: ita quod in proverbium versum est, & populariter dicebatur: Planctus ejus, sicut planctus Adadremmon. In (f) Ecclesiastico etiam legitur, quod luctus mortui septem diebus legitime celebratur, & ibidem haec verba leguntur: (g) Fili, in mortuum producit lacrymas. Christus (h) lacrymas produxit in Lazarum. Ideoque non miror si tam deplorando funeri pietatis lacrymas exhibetis. Nec enim de numero illorum estis, de quibus Dominus dixit per Prophetam: (i) Percussit eos, & non doluerunt. Et ut verbis Job utar: (k) Nec fortitudo vestra fortitudo lapidis est, nec caro vestra aenea est.

(l) Jerem. 3. (m) Job. 6. Sed sit quaeso hic dolendi modus, ne vos dolor rapiat ultra modum. Temperantior debet esse apud vos erga defunctum filium dolendi occasio, quia Christianissime abiit: ne dicam, obiit: & dolendo poenitens dolores aeternos evasit. Nobis super eum flentibus, jam securissime

VI. declaratus, de medio subtractus est in festo sancti Barnaba Apostoli, in urbe Martello, quae sita est in Cadurcensi provincia, eum annum atatis vicissimum octavum complevisset, testibus Rogerio Hovedeno a Baronio laudato, Matthaeo Parisiensi, Annalista Mailrofenfi, Radulpho de Diceto & Gaufrido Priore Vofienfi in

PAGIUS Chron. pag. 290. ubi annum quo Chronicon suum scripsit his verbis explicat: Ego Gaufridus ista dixi anno Incarnationis Domini MCLXXXIII. Philippi, qui fuit filius Ludovici, tertio anno: quo videlicet anno guerra gravissima fuit in Lemovicino inter Henricum Anglorum Regem, & filium ejus Henricum Ju-

dicit: Nolite super me flere, sed super vosmetipsos flete. Planxit (l) David filium parricidam: Absalon, filium mi Absalon. Planxit super Saul & (m) Jonatham, finem eorum deplorans, quos dominum mortis involuerat sine fine. Veruntamen si circa filium vestrum pium est flere, pium est & gaudere. Si enim Petrus Apostolus, si Magdalena suis desceverunt excessus, iste licet adolescens, & inter malitiae incentores, & ut ita loquar, tamquam litum inter spinas, in omnem se deiecit poenitentiae humilitatem, mundi gaudia convertens in planctum, & delicias in dolorem. Conversus est planctus ejus in gaudium: convertatur & vester. Cedat vobis ad plenitudinem gaudiorum talem filium de lumbis vestris processisse, in quem natura dotes universae confluerant: quem timebant remotissima nationes: quem vereri & diligere etiam inimicus & invidus tenebatur. Qui cum pra universis mortalibus obtinisset gloriam & supereminentiam militiae secularis; tandem in abjectionem temporalium, & humilitate poenitentiae factus, & defunctus est Christi miles. Exemplum dedit vobis, ut & vos sequamini vestigia poenitentis. Nemo enim fuit in confessione humilior, in sui accusatione contritior, in emendatione devotior, in propria carnis afflictione crudelior, in omni satisfactione ferventior. Consilio siquidem & suggestione proditoriae factionis minus consulte contra vos erexerat, & direxerat arcum suum: sed Dominus adversus eum tetendit arcum suum, & in eo paravit vasa mortis, volens vobis & aliis dare in eo significationem, ut fugiatis a facie arcus, & liberentur dilecti ejus. Cum igitur de salute ejus spem certissimam habeamus (beati enim, qui in Domino moriantur) ut voce (n) Apostoli utar: nolite contristari de dormiente, sicut & illi, qui spem non habent. Omne iudicium jam evasit: iudicavit enim se ipsam ne in posterum iudicetur. Utinam, amantissime Princeps dum hoc saeculum manet immo potius, dum hoc saeculum manet iudicemus nosmetipsos: fallax enim est hic mundus, vita brevis, finis dubius, exitus horribilis, iudex terribilis, poena insuperabilis. Planctus itaque quos impenditis mortuo, in arma poenitentiae convertatis; ut sicut turbato fatalitatis ordine filius vos praecessit ad mortem; sic ordinato hujus mortalitatis excursu, ca-

te-

veros praecedatis ad vitam. Haec Petrus. Sane quidem iudicia Dei cognita sunt iustificata in semetipsa. Nam quem in odium viri sanctissimi, & contemptum ejus Rex filium coronavit per Eboracensem: tamquam si super caput ejus omnia maledictionum vasa irae evacuaasset ex eo infelix pater uberrimum collegit maledictionum proventum usque ad ejus obitum.

VII. Frideric. Imp. firmat pacem cum Longob.

(a) Ant. r. 2. S. 17. Coterelli haeretici scandalizantur.

Hoc eodem anno tandem post diutina bella, & dissutas saepe concordias Fridericus Imperator una cum filio, & aliis Germaniae Principibus celebrato Constantiae conventu, de firma pace stabilienda in Italiae parte illa, quae dicitur Longobardia, cum suis egit. Sancivit ibi famosam illam Constitutionem, a loco ita denominatam, De pace Constantiae, quae data habetur hoc anno, hacque Indictione, septimo Kal. Julii. Extat ipsa illustrata glossematibus Baldi Perusini Juris consultissimi, in appendice ad Authenticorum collationes.

PAGIUS Junioem, qui tunc obiit in festo B. Barnaba Apostoli. Ego quintum annum tunc Prioratus mei in Conobio Vofiensis expleveram. Ita ille part. I. cap. 22. qui tamen in Prologo & cap. ult. partis II. certis characteribus insinuat, se anno tantum sequenti opus illud absolvisse. Bellum, de quo loquitur, apud Baronium legendum. Erravit itaque Rigordus pag. XI. qui ait, Henricum XIII. Kal. Junii obiisse.

Ad num. VII. Sigonius in Hist. de Regn. Ital. lib. XIV. refert, Fridericum Imp. Legatos quatuor Placentiam misisse ex urbe Constantiensis, ubi mense Martio Conventum egit, qui pacem cum foederatis Longobardiae urbibus facerent, si illi eam peterent. Hoc nuntium Foederati gratissimum habentes Praetores suos cum Legatis Constantiam miserunt, remque cum Friderico, atque Henrico filio praesentibus septimo Kalend. Julias confecerunt. In tabulis pacis Fridericus ait: Restituimus stratam Veronensibus, & Icilinum in gratiam nostram restitimus, & praescriptam concessionem fecimus, haec sunt: Vercella, Novaria, Mediolanum, Laus, Bergomum, Brixia, Mantua, Verona, Vicetia, Padua, Tarvisium, Bononia, Faventia, Mutina, Regium, Parma, Placentia. Ita Fridericus, postquam Italiam & Ecclesiam effusus omnibus Imperii viribus oppugnavit, coactus fuit cum utraque ad aequas pacis conditiones descendere.

VII. Cotarelli in Franc. flammis additi.

Quae refert Baronius ex S. Antonino, de Cotarellis apud Biturigas detectis, defumfit ex Rigordo de Gestis Philippi Augusti, duobus fere saeculis Sancto isto antiquiore. Iis addo quae Chronographus Aquincinus de iisdem, in alia parte Franciae patrata, exhibet; Trans-

Isti enim terram Regis vastando, praedas ducebant, homines captos secum vilissime trahabant: & cum uxoribus captorum, etiam (prob nefas!) ipsis videntibus, dormiebant, Ecclesias incendebant. Sacerdotes autem & viros religiosos captos secum ducentes, & in ipsis tormentis irrisorie dicentes: Cantores cantate, cantate confestim eis alapas dabant, & grossis virgis eos caedebant. Ex quibus quidam sic flagellati beatas animas Deo reddiderunt. Alii longa carceris custodia semimortui, data pro redemptione pecunia, ad propria redierunt. Denique peccatis hominum exigentibus, iidem Coterelli Ecclesias spoliabant, & corpus Domini de vasis aureis & argenteis, in quibus pro infirmorum necessitate reservabatur, extrahentes, & (prob dolor!) in terram viliter proicientes, pedibus conculcabant. De corporalibus vero concubinae eorum populi capitibus suis componebant. Calices vero secum irreverenter portabant, & malleis, & lapidibus confringentes distrabebant. Haec videntes incolae ipsius provinciae, domi no Regi suo Philippo per litteras intimaverunt; acceptoque ab eo exercitu, unanimiter insultum in hostes fecerunt, & omnibus interfectis a minimo usque ad maximum, de praeda illorum ditati sunt. Haec Antoninus.

Y y y 2 Sub

actis diebus Nativitatis dominica, VVilhelmus Remensis Archiep. & Comes Flandria Philippus, in civitate Attrebatensi, de secretis suis locuturi conveniant. Ibi multarum haesum fraudes per quandam mulierem in terra Comitum sunt detectae. Ibi haeretici nullius haesarcha munitur praesidio: quidam dicunt illos Manichaeos, alii Cataphrygas, nonnulli vero Arianos, Alexander autem Papa vocat eos paterinos (legendum, Paterinos). Sed quidquid sint, oris proprii confessione convicti sunt haeretici immundissimi. Multi sunt in praesentia Archiepiscopi & Comitum accusati; nobiles, ignobiles, Clerici milites, rustici, virgines, viduae, uxoratae. Tunc decretalis sententia ab Archiepiscopo & Comite (legendum, Comite) praefixa est, ut deprehensi incendio traderentur; substantia vero eorum Sacerdoti & Principi resignarentur. Addit Rigordus pag. XI. de gestis hoc anno loquens: Combusti sunt multi haeretici in Flandria a VVilhelmo Reverendo Remensium Archiepiscopo tit. S. Sabina Presbytero Cardin. Apostolica Sedis Legato, & a Philippo illustri Comite Flandrensi.

VIII. Loquitur etiam Nangius in Chron. hoc anno de Cotarellis in Provincia Bituricensi ab Manichaeorum confederatis, subditque: Eodem tempore multi haeretici combusti sunt in Flandria a imbuti. Guillelmo Remensium Archiep. Apostolica sedis legato, & a Philippo Flandrensi Comite. Hi dicebant omnia aeterna a Deo creata, corpus autem hominis & omnia transitoria a Luciabelo (idest, Lucifero vel Diabolo) creata, Baptistinum parvulorum & Eucharistiam reprobabant, Sacerdotes Missas celebrare ex avaritia, & oblationum cupiditate dicebant. Ex quibus apparet, eos Manichaeorum dogmatis fuisse infectos. Ad

CHRISTI
1183.LUCII III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 29.
ANDR. COMN. IMP. I.

VIII. Sub hoc eodem anno Vvillhelmus (a) Neubrigensis ponit legationem Viviani presbyteri Cardinalis ad Hibernos, ubi tradit generale Concilium celebrasse, sed infelici exitu ob ingruentia bella civilia, quibus impeditus perficere non potuerit, quod intendit, coactus recedere, auro Hibernico (inquit ipse Neubrigensis) quod multum sitierat, minus onustus. Ita plane nullum unquam bonum finem potuit sortuisse legatio, quam infamis auri cupiditas infamavit. Quod ad res pertinet Orientis, Andronicus tyrannus, qui hactenus visus est pugnasse adversus Imperii perduelles pro Alexio puero, ubi illis e medio sublatis cesserunt ipsi omnia ex sententia, ut solus sibi adificeret summam totius Imperii, infelicem Imperatorem Alexium crudeliter e medio sustulit, strangulato ipso nocte arcus nervo, absolute a juramento, quod viventis præstiterat Imperatori, ab Episcopis pollicitatione re-

PAGIUS IX. Ad num. VIII. Legatio Hibernica Viviani Presbyteri Card. tit. S. Stephani in Caelio Monte, de qua loquitur Baronius cum Neubrigensi lib. 3. cap. 9. trahenda ad an. MCLXXVI. ut non solum ex Neubrigensi deducitur, sed etiam ut diserte tradunt Rogerius part. II. Annal. pag. 567. ad annum Christi MCLXXVII. Gervasius in Chron. ad annum MCLXXVI. Annalista Mailroensis, & Bromptonus ad eundem Christi annum. Ait Neubrigensis Henricum II. Angliæ Regem post subactam Hiberniam in Angliam reversum esse (ideoque anno MCLXXII.) & Præfectos, quos reliquit, commissos sibi fines paulatim dilataste, & inter alios Joannem de Curci Ultoniam hostiliter invasisse. Forte, subdit Neubrigensis, illuc venerat e Scotia Vivianus, vir eloquentissimus Apostolicæ Sedis Legatus, qui convocatis Hiberniæ Præsulibus atque Abbatibus generale Concilium celebravit, & auro Hibernico minus onustus in Scotiam remeavit. Scribit Neubrigensis illud Concilium Divellini coactum fuisse. Joannes vero Bromptonus pag. IIII. apud Dubliniam in Hibernia, ideoque Divelliniam, seu, ut loquitur Gervasius in Chron. quando sermonem habet de Hibernia ab Henrico II. subacta, Duvelinum, idem est ac Dublinum; Divellinum frustra in Lexicis Geographis quæres. Inde Vivianus in Angliam se contulit, dein in Scotiam, ubi ad castellum Puellarum celebrato Concilio suspendit a Pontificali officio Christianum Episcopum Candida casa, quia ad Concilium suum venire noluit, inquit Hovedenus. Utrumque Concilium an. MCLXXVII. congregatum fuisse Hovedenus & Bromptonus testantur, cui anno Labbeus Tom. X. Concil. Scoticum recte illigavit, sed Hibernicum in hunc annum male cum Baronio distulit ex eodem Neubrigensis loco non intellecto.

X. Quoad Joannem Curci, vel de Curci, ante Purificationem S. Mariæ obedit, & cepit civitatem de Dun, qua est caput Ulvestra, inquit Hovedenus, & confirmat Neubrigensis, qui notat Hiberniam Ulvestriam nuncupari, additque eum totam provinciam illam subegisse. Sermonem postea habet de Hugone de Lasci, qui dicebatur diadema sibi Regium parasse; cuius mortem cum Henricus Angliæ Rex acce-

dempta. Describit omnia ista pluribus Nicetas, aitque hunc ipsum (b) indulgentem Andronico, fuisse Basilium Camaterum Patriarcham, Theodosio subrogatum. Habetur hujus Basilii constitutio data anno Redemptoris millesimo centesimo octogesimo sexto, cujus meminit Theodorus (c) Balsamon. At quæ ante ista in Latinos populos Constantinopoli commorantes ab eodem Andronico mota sint prælia, atque publica vi in eos facta grassatio, & sævissima persecutio, Nicetas sic rem paucis attingit:

Andronicus alacrior factus, victoria potitus, Protosebasto capto, missis irremissis, quæ magnum Ducem sequebantur, & delectis ex suo exercitu cohortibus, bellum Latinis in urbe versantibus infert. Cum autem urbana quoque multitudo animos contra eos sumpsisset, & invicem ad strenue pugnandum cohortati essent: terra marique simul pugnatum est: & Latini a duobus exercitibus circumventi, quia se

piisset, ingenti perfusus est lætitia, moxque res Hibernica cautiorem ab eo ordinationem susceperit, ait Neubrigensis de rebus hoc anno & duobus sequentibus gestis loquens. Quare quæ antea in eodem capite de Legatione Viviani, de expugnatione Dani, aliisque habet, antecedentibus annis gesta fuere, & ab hoc Historico, ut non raro aliis in locis, uno tenore exponuntur. Non mirum autem post devictam ab Henrico Rege Hiberniam ejus in ea mandata spreta fuisse; cum Mattheus Paris in Chron. ad annum MCCXX. afferat, Joannem Angliæ Regem, ejus filium, in Hiberniam cum copioso exercitu profectam esse, & ei plus quam viginti Regulos illius regionis timore perterritos fidelitatem fecisse, quosdam vero ad eum venire contempsisse, eo quod in locis inexplorabilibus habitabant. Neubrigensem sub isto anno narrare etiam una serie quæ antecedentibus & proxime subsequentibus in Hibernia accideret nos dubitare non sinit Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 626. qui asserit Hugonem de Lasci anno MCLXXXV. occisum esse in Hibernia Hugo de Lasejo, Dominus provincie, qua Media vocatur, interfectus est a Malua Mindaich infirma manus homine VIII. Kalend. Augusti. Quare Viviani Cardinalis Legationem, quam Neubrigensis hoc anno memorat, anno MCLXXXVI. coeptam esse, & anno MCLXXXVII. absolutam certum esse debet. Iis quæ paulo ante de Legatione Hibernica Viviani duxi addenda quæ Giraldus Cambrensis lib. 2. de Hibernia Expugnata cap. 17. refert: Vivianus Legationis vice per Hiberniam fungens, convocata Dublinia Episcoporum Synodo jus Anglorum Regis in Hiberniam, & Summi Pontificis confirmationem, viva voce publice protestatur tam Clero quam populo sub anathematis interminatione districte præcipiens & injungens, ne ab ejus aliquatenus fidelitate ausu temerario reslire præsumat. Quæ habet Giraldus antequam de Concilio Lateranensi an. MCLXXXIX. coacto verba faciat.

XI. Ad num. VIII. & seqq. Baronius deceptus corrupta editione Willelmi Tyrii, in qua legatur, Latinos Constantinopoli, jubente Andronico male habitos fuisse an. MCLXXXIX. eam corrigens existimavit, hæc ad præsentem annum

(b) Nicet. Chron. in Andronic. l. 2. in fin. Basilium Camat. Patriarc. Constantinop. (c) Bals. tit. 13. de laicis cap. 2. IX. Impietas Andronici tyranni.

CHRISTI
1183.LUCII III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 29.
ANDR. COMN. IMP. I.

se defendere non poterant, ut quisque potuit, salutem quaesiverunt, apertis ad iripiendum adibus, quæ plena divitiarum omnis generis, eorumque bonorum fuerunt, quæ mortales appetere solent. Neque enim consistere, neque Romanos invadere (ita Constantinopolitanos nominat) neque eorum impetum sustinere audebant. Itaque alii, quo fors tulit, in urbe sunt dispersi: alii in magnatum aedes evaserunt: alii longis navibus suorum popularium conscensis, ferrum vix evaserunt. Qui comprehensi fuere, capitis sunt damnati: omnes rei familiaris jacturam fecerunt. Triremes vero fugitivis plenæ ex portibus urbis in Hellepontum provehæ, eo die ad insulas Principis & Protam, cæterasque urbi vicinas non in altissimas appulerunt. Postridie nonnullis earum monasteriis incensis, velis, remisque discesserunt. Nemine autem persequente, ubi placuit, exscensu facto, Romani quidquid potuerunt nocuerunt. Hucusque Nicetas, tantam tragœdiam innumbrans potius, quam describens, cum plurima præteriti horrida auditu, amore suorum. Nos vero veritatis amore ex e-

iusdem temporis auctore rem gestam hic describemus.

Quomodo autem re vera ista se habuerint, dicturi; primum omnium quod ad tempus spectat, locum depravatam apud (a) Willelmum Tyrium corrigere opus est, ubi ista facta esse leguntur anno Redemptoris millesimo centesimo septuagesimo nono. Nam errore illapsam in numeri notam ex iis, quæ idem superius narrat in obitu Manuelis Imperatoris, patris Alexii satis evidenter apparet. Petenda igitur recta ratio temporis a Niceta Græco historico, qui res gestas certis signat Indictionibus, ex quibus hoc anno id gestum colligitur. His accedit, quod & ejusdem temporis scriptor Robertus de Monte, in Appendice ad Sigebertum, hoc anno factum affirmat. Contigerunt hæc, ubi Alexius Protosebastus Imperatoris Manuelis patruelis tibi pueri Imperatoris regimen simul & imperii vendicans, & tyrannide omnia miscens, templa congressu militum profanans, ab Andronico captus & excæcatus fuit. Quæ hæc cuncta exacte Nicetas descripsit. His ergo peractis, statim bellum ab Andro-

X. (a) Voil. Tyr. l. 22. c. 13. in fin. Persecutio Græcorum in Latinis.

PAGIUS num revocanda; verum tam Tyrius in editione post Baronii mortem publicata, quam Nicetas & Robertus de Monte ac Nangius in Chron. hanc carnificinam cum anno MCLXXXII. diserte connectunt. Tyrius itaque lib. XXII. cap. XII. ait invalescente Constantinopoli Andronici & eorum, qui ei præstabant favorem, conspiratione, captum esse Protosebastum & oculis privatum, & Latinos timentes ne civium super eos repentina feret irruptio, alios in Galeis XLIV. Græcorum effugisse molimina, alios in aliis navibus; sed seniores & infirmos in domibus suis relictos eorum rabiem perpeffos esse, & inter alios Joannem S. R. E. Subdiaconum, quem pro negotiis Ecclesiæ Papa illic direxerat, decollatum fuisse, ut fufe ex eo Baronius narrat. Subdit Tyrius cap. XIII. Andronicum, postquam nullum habuit contradicentem, Alexium Imp. cum futura uxore, Regis Francorum filium in die festo Pentecostes, solemniter fecisse coronari, ideoque die XVI. mensis Maii, in quem anno superiori festum Pentecostes incidit. Persecutionem autem Latino- rum mense Aprili coeptam fuisse prodit Tyrius verbis sequentibus: Factum est hoc, ar. ab incarnat. Domini MCLXXXII. mense Aprili. Nangius ad annum MCLXXXII. Græci animati irruunt in Latinos & Francos, & quotquot inveniunt, trucidant aut urbe proturbant, & sic Andronico Palatium occupante porticus incenditur, ubi opes innumere & adificia concremantur. Nicetas annum non exprimit, sed eum ejus narratio satis designat.

XII. Venio nunc ad ea, quæ hoc anno gesta. Nicetas narrat Theodosium, qui in Patriarchatum Constantinop. anno superiori restitutus fuerat, eo cefisse: qui cum se nihil proficere, & mala manifeste ingruere, & partem minorem a majori vinci cerneret: e sacro Palatio in insulam Terebinthum, ubi sibi diversorium & sepulcrum extruxerat, discedit. Andronicus vero, &c. cum de successore sua factionis Patriarcha dando deliberaret, Camatero Basilio acu-

menicum Pontificatum deserit: aut potius illius syngrapha impulsus vendit, qua is promiserat se quidquid cordi esset Andronico, quantumvis illicitum, facturum, & ea declinatorum que illi displicerent. Idem fere habet Hovedenus part. II. Annal.

Interim Andronicus Imperator designatur: Septembris mense, inquit Nicetas, indictione II. (a) Kalend. Septemb. inchoata) anno a mundi exordio sexcies millesimo & sexcentesimo designationi sua adiecit animum; verum legendum, sexcies millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, mense Septembris hujus Christi anni incepto. Assessores ejus acclamationem hanc (Alexius & Andronicus Comneni Magni Imperatores & Principes Romanorum, multos annos vivunt) bianti ore & plenis faucibus cecinerunt, ut parum abesset, quin clamoribus rumpentur. Andronicus non multo post Senatum suum convocat, & Imperator Alexius ab improbo illo catu capitis damnatur, & quidam noctu eum adorti, nervo arcus strangulant. Corpus in profundum maris abiicitur, caput vero a cervice revulsam, ad Andronicum referri jubetur, inquit Nicetas, qui addit Alexium rebus humanis exemptum esse anno atatis nondum decimo quinto, imperii tertio, exæcto, ideoque post diem XXIV. Septembris, quò die anno MCLXXX. Imperator acclamatus fuerat. Accurate itaque Nangius in Chron. Andronici initium huic anno affixit, & Catalogus Imperatorum Codino subjunctus, in quo Alexii cædes in annum sequentem differtur, corruptus ac depravatus, vel Auctor erravit, ut ex dicendis planum fiet.

XIII. Contigit Regem, inquit Tyrius lib. 22. cap. 25. de Balduino IV. Hierosolymorum Rege verba Guido de faciensi, apud Nazareth febre repentina gravissimè laborare; morbo quoque elephantioso, quo ab administatione regni sui, & a primis adolescentia austrator respiciis molestari ceperat, præter solitum ingratum Hierosolymam, lumen amiserat, & corporis extremis partibus læsi & computrescentibus omnino, pedes

XIII. Andronicus Imperator Orientis tyrannice usurpat.

XIV. Guido de faciensi, apud Nazareth febre repentina gravissimè laborare; morbo quoque elephantioso, quo ab administatione regni sui, & a primis adolescentia austrator respiciis molestari ceperat, præter solitum ingratum Hierosolymam, lumen amiserat, & corporis extremis partibus læsi & computrescentibus omnino, pedes

CHRISTI
1183.LUCII III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 29.
ANDR. COMN. IMP. 1.

nico illatum Latinis Constantinopoli com-
morantibus, idem narrat. Occasio autem
vexandi Latinos inde sumpta narratur,
quod scilicet favissent isti Alexio Protose-
basso Imp. affectanti. Sed audiamus de
his Tyrium hujus temporis scriptorem fi-
delissimum, a quo hæc accipe: (a) No-
stri post prostratum (ut audisti) Proto-
sebassum, plurimum mente consternati, ti-
mentes ne civium super eos repentina fie-
ret irruptio: præmoniti a quibusdam, qui
conjuratiōem habebant conscientiam, qui
validiores erant, alii in galeis quadra-
gintaquatuor, quas in portu repererant,
Græcorum effugerunt molimina: alii in
navibus, quarum in portu maxima erat
copia, omnem domum imponentes, evase-
runt discrimen. Qui autem segiores er-
rant, vel infirmi reperti sunt, & ad fu-
gam minus idonei, in domibus suis re-
lictis, impietatis, quam alii effugerant,
rabiam perpeffi sunt. Nam parato clam na-
vigio sepe dictus Andronicus, universas
quas secum traherat in urbem introduxit
copias, quæ vix ingressæ, una cum civi-
bus in eam urbis partem, quam nostri in-
colebant irruentes, residuum populi, qui
aliis abeuntibus, aut noluerant, aut non
poterant exire, desævientibus gladiis pe-
remerunt: & licet pauci essent, qui ad
arma possent sufficere, resisterunt tamen
diu, & cruentam de se hostibus relique-
runt victoriam. Immemores igitur fœde-
ris, & obsequiorum, quæ plurima Imperio
nostri contulerant: peremptis iis, qui resi-
stere posse videbantur, ignem eorum do-
miciliis subiciunt, & universam eorum
regionem subito convertunt in favillam,
mulieribus & parvulis, senibus & vale-
tudinarius incendio consumptis.

PAGIUS des manusque, ei suum denegabant officium.
Febre igitur correptus, convocatis ad se suis
Principibus, præsentem matre & Domino Patri-
archa (nempe Heraclio) Guidonem de Liziniaco
sororis sua maritum, Comitum Joppensem &
Ascalonitanum regni constituit Procuratorem,
salva sibi Regia dignitate. Tum cap. 29. Hor-
tante matre Balduinus adhuc puerulus, vix
annorum quinque prosequente eum universa ple-
bis suffragio, Cleri quoque qui præsentem erat as-
sensu, in Ecclesia Dominica Resurrectionis, Re-
gia decoratus est unctioe, & solemniter coro-
natus. Paucis interpositis: Factum est autem
hoc anno ab Incarnat. Domini MCLXXXIII.
indictionis prima, mense Novembre vicesima die
mensis, quæ hoc anno in Dominicam cadebat.
Dum hæc Hierosolymis aguntur, Saladinus ur-
bem Petracensem trans Jordanem obsidebat, &
obsessam impugnabat hostiliter; cumque Bal-
duinus IV. congregatis copiis ultra Jordanem
festinasset, ut obsessis subveniret, Saladinus
obsidionem solvit.

XV. Anno superiori Judæis e Gallia expulsis,
Philippus Rex semper Augustus non immemor fra-
trum suorum anno Dominica Incar. MCLXXXIII.
atatis ipsius decimo octavo anno incepto, opus
glorioso inceptum, Deo disponente gloriosius con-

XI. Nec sufficiebat eorum impietati, in lo-
ca desævire profana; verum ecclesias,
& loca qualibet venerabilia succedentes,
& loca qualibet venerabilia succedentes,
qui ad ea salutis causa confugerant, cum
ipsis pariter sacris ædibus concremabant.
Nec erat differentia plebeiorum, & Cleri
nisi quod atrocius in eos desæviebant, quæ
religionis & honestatis habitum præten-
debant. Minachis enim, & sacerdotibus
primas irrogabant injurias, & exquisi-
tis perimebant cruciatibus. Inter quos
virum venerabilem Joannem nomine S. R. E.
subdiaconum, quem pro negotiis Ecclesiæ
dominus Papa illuc direxerat, comprehen-
dentes, in contumeliam Ecclesiæ decolla-
verunt, caput ejus ad caudam canis im-
munde religantes.

Robertus autem & ipse hujus tempo-
ris scriptor, hunc Joannem Cardinalem
fuisse tradit, atque ita contigisse imma-
ne facinus narrat: Cum autem Latini oc-
ciderentur per crudelitatem istius Andro-
nici, quidam Cardinalis Romana Eccle-
siæ, Joannes nomine, quem Romanus Pon-
tifex miserat Constantinopolim ad petiti-
onem Manuelis Imperatoris, qui erat vir
religiosus, & volebat per prædicationem
illius Cardinalis revocare Ecclesiam Græ-
corum ad instituta, & subjectionem Ro-
mana Ecclesiæ; hic, inquam, Joannes,
cum Latini occiderentur, erat in hospiti-
o suo; veneruntque ad eum quidam re-
ligiosi viri suadere ei, ut discederet, ne
occideretur. Quod cum audiret, dixit:
Absit hoc ne fiat. Ego hic sto pro uni-
tate Ecclesiæ, & præcepto Papæ Ale-
xandri domini mei: qui miserat eum il-
luc. Tunc irruentes in eum Græci perfidi
occiderunt eum, & ligantes canem cum eo
ita quod cauda canis esset in os ejus, tra-

summavit. Nam omnes Synagoga Judæorum, Parisiis
qua scilicet schola ab ipsis vocabantur, ubi Ju-
dæi sub nomine fidei religionis, causa oratio-
nis quotidie simulate conveniebant, prius mun-
dari jussit, & circa voluntatem omnium Prin-
cipum eisdem Synagoga Ecclesiæ Deo dedicari
fecit, & ad honorem Domini nostri I. Christi &
B. Dei genitricis & Virginis Maria in eisdem
Altaria consecrari præcepit, inquit Rigordus de
Gestis Philippi Aug. pag. 10. Jam dixerat Ri-
gordus: Audierant Judæi strenuitatem Regum
Francorum contra inimicos & pietatem magnam
erga subditos. Et ideo majores eorum & sapien-
tiores in legem Moysi, qui ab ipsis Judæis Di-
dascali vocabantur, Parisios venire decreverunt,
ubi longam habentes conversationem in tantum
ditati sunt, quod fere mediocritatem totius civi-
tatis sibi vindicaverant. Benjamin vero Judæus
in Itinerario suo ait: In qua sapientia Discipuli
sunt omnium, qui hodie in omni regione sunt do-
ctissimi, qui diu ac noctu legis studio incumbunt.

Rostagnus de Flayoso quem Vincentius Barra-
lis in Chronologia Lirinensi part. 2. pag. 165.
tradit hoc anno ad Abbatiam Lirinensem eve-
ctum fuisse, eamque annos duodeviginti ma-
gna cum laude & sollicitudine administrasse,
videns illam a Saracenis sæpius infestari, præ-
fer-

XII.
S. Joan.
Legati
marty-
rium.**XIII.**
Crudeli-
tas Græ-
corum in
Latinos.**XIV.**
Quid La-
tini ad-
versus
Græcos.**PAGIUS**

traxerunt per vicus civitatis, & facta
fovea ibi combusserunt eum & postea vi-
ri religiosi de fovea tulerunt corpus ejus,
& optime sepelierunt illud ubi fiant cre-
bro miracula. Hæc Robertus. Porro hu-
jus nominis Cardinalis sub Alexandro Pa-
pa reperitur fuisse Joannes presbyter Car-
dinalis tituli S. Anastasiæ. Pergit vero
Willelmus:

Sed nec mortuis, quibus omnis parcere
consequitur impietas, ut inter tam detesta-
biles & peiores parricidis sacrilegos, tu-
ta erat quiete, quos de monumentis ex-
tractos per vicos & plateas, quasi illatas
sentirent injurias, distrahebant. Acce-
dentes præterea ad xenedochium, quod
dicebatur sancti Joannis, quotquot in eo
repererunt languidos, gladio peremerunt.
Qui autem ex officio pietatis oppressorum
merito tenebantur afflictiones relevare,
eorum sacerdotes videlicet, & monachi,
dato pretio, grassatores, & sicarios ad
stragem invitabant, disquirentes secessus,
& domorum penetralia; ne qui in eis de-
litescerent, ut mortis discrimen declina-
re possent, inventosque & violenter ex-
tractos tradebant carnificibus: quibus e-
tiam, ne gratis operam impenderent, pre-
tium sanguinis pro miserorum interfectio-
ne porrigebant. Qui autem clementius
cum eis videbantur operari, hi eos, qui
ad se confugerant, & quibus spem dede-
rant salutis, Turcis, & aliis infidelibus
populis in perpetuum vendebant servitu-
tem: ex quibus promiscui sexus, ætatis,
& conditionis plus quam quatuor millia
barbaris nationibus, pretio intervenien-
te, distracta esse dicuntur. Sic ergo im-
pius Græcorum populus, & genimina vi-
perarum, more serpentis in gremio, & mu-
ris in pera, nihil tale meritis, vixitque
tale verentes, male remuneraverunt hos-
pites suos; quibus tamen filias suas, ne-
ptes quoque & sorores, uxoresque dede-
rant, & ex diutino convictu sibi reddide-
rant familiares.

Verum non omnino tantum & a sæculis
inauditum facinus impune commisisse di-
cuntur. Nam qui (ut præmissimus) in ga-
leis exierant, & qui postmodum eos alius

fertim postquam monasterium semel & iterum
eversum fuit, novi Monasterii mira arte con-
structi fundamenta hoc anno jecit, quod suc-
cessores ejus ad felicem exitum perduxere,
quodque adhuc perseverat. Constitit illud in
unica turri, ad quam interclusus est omnis ad-
itus, continetque quatuor supra octoginta di-
stinctas mansiones, Ecclesiam, refectorium, om-
nesque officinas necessarias; adeo ut non tur-
ris aut monasterium, sed prævalida munitio
videatur. Lucius III. cum intelligeret, mo-
nasterii vires & facultates ad tantum opus non
sufficere, literis datis Veletri tertio Nonas Maii
Fideles hortatus est, ut suam hanc in rem ope-
ram conferrent. Inde est, inquit, quod cum
Monasterium Lirinense ab inimicis Crucis Chri-

navibus sunt secuti, habentes secum mul-
titudinem maximam, & classem non mo-
dicam circa urbem, satis in vicino se col-
legerant, rei expectantes exitum. Qui
postquam plenius cognoverunt, quod si, qui
in civitate tumultum excitaverant, eorum
succenderant regiones, uxores quoque &
liberos, & omnem familiam partim gla-
dio, partim consumpserant incendio: ju-
sta indignatione commoti exarserunt in
iram. Et cupientes vehementer fervore ul-
tum iri suorum sanguinem: circumjerunt
utrumque Hellepontum, litus ab ostio ma-
ris Pontici, quod ab urbe Constantinopo-
litana distat triginta miliaribus, usque
ad ostium maris M. d. iterranei, quod ab
eodem distat miliaribus ducentis, urbes,
& qualibet municipia in utroque sita li-
tore comprehendentes violenter, & eorum
habitatores ferro perimentes universos.

Sed & monasteria, quæ tam in utro-
que ejusdem maris litore, quam in insulis
modicis, quæ per illud mare dispersæ sunt,
sita erant, pervadentes, pseudomonachos
& sacrilegos eorum sacerdotes in ultio-
nem fratrum sanguinis gladio peremerunt,
ipsa monasteria cum iis, qui ad ea con-
fugerant, succedentes. Ex quibus locis
infinitas auri, argenti, gemmarum, &
holofericorum dicuntur extraxisse copias,
unde damnum rerum amissarum, & dis-
pendia bonorum suorum in duplici sœnore
sibi poterant recompensare. Nam præter
monasteriorum divitias innumeras, & the-
sauros infinitos, quæ a multis retro con-
gefferant temporibus cives Constantinopo-
litani, ingentia ibidem deposuerant au-
ri, & cæterarum gazarum pondera, quæ
omnia secum deferentes, & mares illius
deserentes angustias, inter Seston & A-
bydon urbes antiquissimas, & maritimas
mare ingressi sunt M. d. iterraneum, litto-
ra Thessaliæ, & mari adjacentium pro-
vinciarum urbes & oppida perlustrantes
diligentius, & cuncta incendio, & ra-
pinæ tradentes, stragem innumeram ope-
rati sunt. Sed & galeas alias a priori-
bus circa Chryso-polim, urbem Macedoniæ
dicuntur reperisse decem, aliasque in lo-
cis aliis quamplures. Unde sibi classem ma-

si sapius infestetur, & dilecti filii nostri Abbas
& Monachi commorantes ibidem, locum velint
communire, nec ad hoc eis ipsius monasterii suf-
ficiant facultates, universitatem vestram per A-
postolica scripta monemus, & exhortamur in
domino, atque in remissionem peccatorum injun-
gimus, quatenus divini amoris intuitu, &
propria salutis obtentu, eisdem Fratribus ad
muniendum locum suum de vestris facultatibus
erogetis, ut ipsius loci munitione redditi tutio-
res hostium sublata formidine solius Dei servi-
tio sint intenti. Has literas cum ibidem Bar-
ralis indicasset, & cum anno MCLXXXI. con-
nexisset, integras mihi describendas ab amico
curavi, comperique eas eo Christi anno da-
ri non potuisse, cum III. Nonas Maii Ale-

CHRISTI
1183.LUCII III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 29.
ANDR. COMN. IMP. 2.

maximam, & Gracis omnino formidabilem in eorum perniciem dicuntur ordinasse. Alii vero, qui stragem & rapinam abominabantur operari, cum uxoribus & liberis, & residuo substantiali suo navem ingressi, quorum illis multus occurrebat numerus, a prædicto declinantes exercitu, ad nos in Syriam descenderunt. Andronicus interea urbem pro votis obtinens & nullum habens contradicentem, Imperatorem cum futura uxore, Regis Francorum filia, in die festo Pentecostes solemniter fecit coronari, omnem ei exhibens reverentiam. Sororem quoque, & sororis

maritum, simul & matrem Imperatoris intra septa palatii adhuc tractans humanus: ipse tamen tam in urbe, quam extra qualibet Imperii negotia pro suo libero disponens arbitrio. Timetur tamen, ne hanc fraude palliata personis exhibeat humanitatem; quousque Imperio paulatim occupato, & subjectis omnibus, liberius ostendat, qualem circa eos gerat voluntatem. Hæc de his Tyrius Archiepiscopus. Quenam autem, ulciscente numine, terribilis ultio Andronicum sit secuta, suo loco dicendum erit.

Mil-

PAGIUS XVII. Refellitur vulgaris opinio. xander III. adhuc in vivis fuerit. In eo etiam peccavit Barralis, quod existimavit, omnibusque persuaserit, Lerinenses Monachos turrem illam seu novum Monasterium jam ante annos nonaginta & amplius incepisse sub Aldeberto II. hujus nominis Abbate Lerinensi, & hoc tempore nonnisi coeptum opus profectus esse; ex harum enim literarum lectione apparet, turris seu munitionis, vel quod idem est Cœnobii initia ad hæc tempora referenda esse, & jam anno MCVII. monstravimus, literas Honorii Papæ, quibus injungit Dei servis, ut ad construendam contra Saracenorum impetum munitionem auxilium por-

rigant, non ab Honorio II. ut Barralis putavit, sed ab Honorio III. sæculo sequenti scriptas esse. Quare nullum dubium esse debet, quin Monasterium Sancti Honorati, ut vulgo dicitur, laudato Rostagno Abbati exordium suum debeat, vel saltem Andeberto ejus decessori, quod tamen minus verosimile videtur, cum vix annum in Abbatiæ administratione compleverit. Cæterum Lucium III. Velitris etiam anno superiori commoratum esse, ostendunt duæ ejus Epistolæ a Rubeo in Hist. Ravenn. lib. VI. memoratæ, quarum prior Gerardo Archiep. Ravennati XII. Kalend. Junii, posterior Kal. Jul. data, anno sc. MCLXXXII.

JESU CHRISTI
ANNUS
1184.LUCII PAP. III.
ANNUS
3.FRIDERICI IMP. 30.
ANDRON. COMN. IMP. 1.

I.

Millesimus centesimus octogesima-quartus annus incipit, Indictione secunda, quo a Lucio Papa tempore Quadragesimæ facta est promotio complurium ad Cardinalatus honorem, de qua electione habet ista Robertus in Appendice ad Sigebertum hoc anno: *Lucius Papa in capite jejuni, id est feria quarta Cinerum ordinavit plures Cardinales, inter quos magistrum Melsorem presbyterum Cardinalem creavit scilicet, quem etiam fecit Camerarium suum. Creavit insuper Electum Dolensem diaconum, & magistrum Radulphum Nigellum charissimum amicum nostrum, magnæ honestatis & litteraturæ & religionis virum.* Hæc Robertus hoc anno. Sequenti vero hæc de creatione Episcopi Ostiensis: *Theobaldus Abbas Cluniacensis factus est Episcopus Cardinalis Ostiensis, cui successit in Abbatiæ filius Comitis de Claromonte. Hic Theobaldus videlicet prius fuit Abbas cujusdam Abbatiæ ordinis Cisterciensis: inde translatus est ad Abbatiam Flaviacensem, inde exortis quibusdam causis factus est Abbas S. Luciani martyris primi Episcopi Bellovacensis civitatis. Exinde (ut diximus) factus est Abbas Cluniacensis.* Ann. Eccl. Tom. XIX.

niacensis. Hæc Robertus (ut dictum est) anno sequenti. Scimus recentiore auctorem seriem Cardinalium diversorum Pontificum texuisse una cum signis familiarum diversarum, sed haud plausum habet ab emunctas nares habentibus.

Hoc eodem anno Lucius Papa Veronam profectus est, ut congressum haberet cum Friderico Imperatore indictum in annum sequentem, prout quæ dicenda erunt, manifeste declarant. Sed accipe quæ hoc ipso anno Redemptoris habet Rogerius in Annalibus Angliæ:

Eodem anno dominus Rex Angliæ sollicitus de pace facienda inter Ducem Saxoniam, & Imperatorem Fridericum, consilio Archiep. Colonienfis misit Nuntios, suos videlicet Hugonem de Nunant Lexoviensem Archiepiscopum, & quosdam alios de clericis, & familiaribus suis ad Lucium summum Pontificem, ut auxilio ejus præfatus Imperator recepisset Ducem Saxoniam in amorem. Venientes itaque Nuntii Regis ad Curiam domini Papæ, inveniunt eum in Italia apud Veronam: & dum ibi moram cum eo facerent, venit illuc Fridericus Romanorum Imperator ad loquendum cum domino Papa, ad cuius

II.
Legatio
ad Pap.
pro Duce
Saxoniam.

PAGIUS SÆC. XII. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6677. 17. AG. 7. P. 1. April. Indict. 2.

An. Eræ Hisp. M. CCXXII. An. Hegiræ D. LXXX. inchoato die 14. April. fer. 7. A. C. 1184. I.

Lucius III PP. Veronam venit.

JESU CHRISTI 1184.

LUCII III. PAPÆ 4.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 33. IMP. 30.

ANDRONICI COMNENI IMP. 2.

AD num. II. Gaufridus Prior Vossensis, quem anno superiori diximus currenti Chronicon suum absolvisse, in parte II. capit. scribit: *Vigilia Natalis domini Geraldus filius Bernardi. sancti Aredii Decanus efficitur. Crastino festum Lucius Papa celebravit Anagnia, ubi de natali Christi anni superioris, a quo annum præsentem exorditur, verba facit; cum quæ postea narrat gesta fuisse mense Februario, certam cum præfenti connexionem habeant. Anagnia vero Velitris, ubi toto anno manserat, proxima est: Inde Lucius III. Veronam profectus est [1]; Anonymus enim Catanensis in Chron. hoc anno ait: *Nono Kalendas**

Junii terra motus adeo magnus & terribilis fuit per totam Calabriam in valle de Grati (Peregrinus in Noris ad hunc locum reprehendit Carraciolum, qui dicit locum hunc corruptum esse, quia, ut ait, olim & etiamnum vallis, & regio percelebris est in Calabria superiori supra Consentiam ad Septentrionem, Tarentinum ad usque sinum porrecta, quam præterfluit flumen Crathis, vulgo Grati, unde illi nomen) & vallem de Sinu (Peregrinus hunc locum corruptum asserit; sed ei non assentio; vallis enim seu regio de Sinu est juxta sinum Tarentinum, quæ sine addito vocatur Sinus, & contigua est valli Grati dictæ) Ecclesia omnes & alia adificia corruerunt, & Rufus Cusentinus Archiepiscopus, & multi alii sub murorum adificio suffocati sunt, &c. Lucius Papa dimisso Comite Bertoldo ad defensionem Campaniam per vallem Orbeti Veronam accessit ad colloquium cum Imperatore.

Joannes vero de Ceccano hoc anno scribit: *Indict. I. hoc anno mensis Aprilis venerunt Romani super Tusculanum: XIII. Kalendas Maii Romanis incenderunt Palianum & Ferronem, Penestrum, & sic Romam reversi sunt. Postea dominus Papa ivit in Lombardiam (ubi Verona sita), & misit Comitem Bertoldum Legatum Imperatoris Frederici pro defensione Tusculana, & ad re-*

II.
Male a
Romanis
habetur.

NOTÆ [1] U T Lucii itinerarium accurate describatur, emendandum est leve quoddam sphalma quod hic Pagio excidit. Neque enim vera sunt quæ hic scribit, Lucium nempe ex Anagnia tranfisse Veronam. Nam ex Anagnia, ubi diem natali Domini sacram egit, rediit iterum Velitras, ubi adhuc versans die XI. non. Febr. anni 1184. bullam de usu pallii pro Catanensi episcopo dedit, quam legas apud Rocchum Pyrrhum in Sicil. Sacr. in Notit. Eccl. Catan. MANSI

ius instantiam predictus Imperator dedit
Duci Saxonie licentiam redeundi in pa-
triam suam, & relaxavit ei omne sacra-
mentum, quod ei fecerat de exilio exe-
quendo, & dominus Papa absolvit eum
de sacramento illo, quod ipse Imperato-
ri fecerat. Ita Rogerius, qui & eodem
hoc anno hec admiranda de obitu Can-
tuariensis Archiepiscopi:

III.
Richardi
Arch.
Cantu-
ar.
obitus.

Eodem anno Richardus Cantuariensis
Archiepiscopus obiit decimoquarto Kalen-
das Martii, cui, antequam inciperet æ-
grotare, apparuit Dominus in visione,
dicens: Tu dissipasti bona Ecclesie mee,
& ego extirpabo te a terra. Qua visione
plurimum perterritus, statim incepit æ-
grotare, & octava die sequenti obiit.
Hec Rogerius. Extat Petri (a) Blesen-
sis ad hunc epistola, qua dum compellat
amicæ, ipsum summæ redarguit negligenti-
æ; quæ sic se habet:

(a) Pet.
Bles. ep.
3.

Reverendi patri & domino Richardo
Dni gratia Cantuariensis Archiepiscopo,
totius Angliæ Primati, & Apostolice Se-
dis Legato, Petrus Blesensis Archidiaconus
salutem, & in melius exurgisci.

Petrus
Bles. re-
darguit
Richard.
Archiep.
Cant.

Hibebim in desideris ad vos cum fe-
stinatione reverti, sed auctoritas regia
non permittit. Millies postulavi licentiam
recessurus, sed nec repulsum passus sum,
nec licentiam adeptus. Quoties causor
moram quam facio, & allego vestræ re-
vocationis instantiam, unica & quotidiana
est ejus responsio: cras recedes. In
omnibus diebus anni, Cras istud invenire
non potui. Dum queritur, latet: &
fortasse, quando non queretur, occurret.
In eo autem turbata est anima mea valde,
& sicut araneam tabescere me fecistis,
quia exprobraverunt, qui me tribulant
inimici mei, mihi, dum dicunt mihi per
singulos dies: Ubi est dominus tuus? ubi
latitat? usquequo piger dormit? exurgat
qui dormit, & exurgat a mortuis. Et
jam hora estet a somno surgere, & vigi-
lare super commissum sibi gregem, & at-

PAGIUS

recolligendam Roccam de Papa, quam ipse cal-
lide & dolose expugnavit, & eam capere po-
tuit; tamen de bellis Romanis sepe sapius præ-
dam faciebat. Arbitratur Baronius Lucium Pa-
pam congressam cum Friderico non habuisse,
nisi sequenti Christi anno, sed illud ibi exa-
minabimus. Loquitur Chronographus Aquicin-
tinus hoc anno de Friderici in Italiam adven-
tu, & de gestis a Romanis adversus Lucium
III. Fridericus Imp. in Italiam proficiscitur.
Romani Lucium Papam parvi pendentes, & Cle-
rum despicientes, magnum commiserunt flagi-
tium. Nam extra urbem forte quosdam Cleri-
cos inventientes comprehendentes, & omnes ex-
cacaverunt, præter unum, quem ad Dominum
Papam direxerunt. Quod intuens Papa ingemuit,
& eos qui hoc scelus perpetraverant, perpetuo
feriens anathemate, cum suis exiit ab Urbe.
Qui veniens Veronam, ibi resedit usque ad diem
mortis sue. Loquitur etiam de injuriis Lucio

tendere, qualem habuit decessorem. Num-
quid Dei gratiam accepit in vacuum, ut
& gratiam sibi datam, & gloriam sui de-
cessoris evacuet? Jam evacuavit ex parte,
nec videmus, quando restaret, quod ami-
sit, quando redimat, quod commisit.
Vobis igitur imputant, quod ab Allophy-
lis Arca Domini capitur, quod a laicis
Ecclesia Dei conculcatur, quod gladi-
um Petri rubigo consumit, quod Chri-
sti sacramenta vilescant, quod terribile
nomen Dei in vanum assumitur, quod sub
prætextu perjurii legitima conjugia dis-
solvuntur. Vobis imputant, quod Mal-
chus in Christum, quod Phasur in Jere-
miam, quod Balthasar in vasa Do-
mini manus extendit sacrilegas. Quo-
ties autem gratiam innocentie & humi-
litate extollo in vobis: non sufficit, in-
quunt, tantæ prælationis homini, non fa-
cere malum, nisi adiciat facere bonum.
Non solum enim arbor, quæ fructus malos
facit, sed arbor, quæ fructus bonos non
facit, excidetur, & in ignem mittetur.

Reperit, inquit, Archiepiscopus tuus
Ecclesiam in optimo statu: ipse vero eam
destituit, & dejecit. Cantuariensis Ec-
clesiæ dignitates, quas gloriosus Mar-
tyr rubricaverat sanguine suo, & quasi
testamentum æternum morte & cerebri ef-
fusionem firmaverat, pusillanimitas ejus
evacuat, eamque reduxit in antiquæ ser-
vitutis opprobrium, quæ se in gratiam
plena libertatis erexerant. Ut quid, in-
quunt, terram occupat? quando morietur,
& peribit nomen ejus? Cur saltem
non exurgit? Numquid qui dormit,
non adiciet ut resurgat? In his omnibus
verecundia mea tota die contra me est,
& confusio cooperuit faciem meam a voce
exprobrantis & obloquentis. Sunt itaque la-
crymæ meæ panes die ac nocte, & ubi
sub umbra vestri nominis magnificari &
extolli speraveram, ibi improprium ex-
pectavit cor meum & miseriam. Estis e-
nim fabula in ore hominum, studiumque
omnium

IV.
Quæ ad-
versum
Richard.
Archiep.
dicen-
tur.

III. factis Nangius, sed anno non suo, anno
nempe MCIXXXIII. inter Lucium Papam &
Romanos orta dissensione, idem Papa proturbatur
ab urbe, & multis læcessibus injuriis a Roma-
nis impetitur; nam multis qui erant ex parte
Papa eruentes oculos imposuerunt eis mitras, &
jurare eos fecerunt quod Papa se videndos tali-
ter præsentarent: quo viso Papa tot consiliis
ferre non valens Veronam se contulit, sperans si-
bi ab Imp. Friderico auxilium proventurum. Quo
ex utroque Auctore deducitur, Lucium III. Ro-
mam hoc anno venisse, ut Romanorum animos
sedaret, sed eos magis insaniisse, quod con-
firmat Onuphrius Panuinius Veronensis, qui
in Adnotatione ad Platinam ait, tentio Ponti-
ficatus sui anno Veronam, civili seditione Ur-
be a Senatoribus pulsam, adiisse.

Ad num. III. & seqq. Richardus Cantuariensis
Archiepiscopus obiit hoc anno, non XIV. Kal.
Martii ut male Baronius ex Hovedeno habet, sed

III.

omnium fere commune est, linguas proca-
ces laxare contra vos in detestandum su-
furium. Quod si vestram velim prædica-
re industriam circa ædificiorum meliora-
tionem, circa prædiorum culturam, &
circa hujusmodi exteriorum administratio-
nem, quæ incessanter exigit humana ne-
cessitas: ipsi universa depravant. Quæ
gloria est, inquit, quod vivaria con-
struit, quod claudit feras indagine, si
clerici imprecantur, si in omnem dissolu-
tionem religiosorum claustrorum ostia re-
laxantur? Quæ utilitas, quod fimo, &
creta ager sationarius impinguatur, si in
Dominicæ messis cultura nec spina evellit-
tur, nec extirpatur tribulus, nec verbum
Domini seminatur? Numquid Deo cura
est de bobus & asinis, ut circa boves &
asinos ita sollicitus occupetur? Cur in-
junctæ sibi legationis officium non exercet?
ligatus est potius, quam Legatus. Prop-
heta, (a) inquit, cui Dominus lega-
tionem injunxerat præcepit, ut evellat,
& destruat, ut dissipet & perdat, ædifi-
cet & plantet. Dominus tuus officii spi-
ritualis intelligentiam convertit in litte-
ram, aut, ut dicatur verius, in lituram.

(a) Jer. 1.

V.
Reg.
Henrici
studium
erga reli-
gionem.

Illud mihi ad cumalum doloris accedit,
quod dominus Rex, qui ex toto corde
vos diligit cujus erga vos dilectionem le-
go assidue in libro experientie, qui tur-
batoribus vestris, in Romana Curia mu-
rum inexpugnabilem se opponit, ipse fre-
quenter incuriam, & desidia vestram
secreta tamen & modesta correctione re-
darguit: ipse crebro vos excitat scri-
ptis & nuntiis gravissime ferens, quod
terre sue maleficos ad excessus enormes
per impunitatis licentiam provocatis.
Quam amabilia nuperrime vobis scripse-
rit, & mandaverit, memorie, credo,
tenaciter affixistis. Inter que ego, qui
Ann. Eccl. Tom. XIX.

confcius secretorum sui, verbum illud
confidenter in communem deduco notitiam:
verbum enim memorabile est: Sciat, in-
quit, dominus Archiepiscopus, quod sibi
filius meus electus, aut aliquis Episco-
pus terræ, vel Comes, vel aliqua perso-
na illustis sue voluntati aut dispo-
sitioni contraire præsumpserit, aut impe-
dierit, quo minus opus sibi commis-
sæ legationis adimpleat: inveniet me sui
contemptus persecutorem, & vindicem,
ac si in coronam meam proditorie commis-
isset. Scio, quidem, pater, dominum
Regem diu habuisse, & adhuc habere in
votis, ut consilio, & auxilio vestro fiant
inreparationes in populis, ut arripiat ma-
nus vestra judicium, & arguat pro man-
suetis terræ.

Dura quidem retuli vobis, amantissimo
pater, & forte hoc aliquis temeritati
adscribet, quod non blandior, quod non pal-
po, quod reverendum populis caput pecca-
toris oleo non impinguo. Quidquid im-
mundissimæ suæ grunniant: ego in Chri-
sti visceribus, & jugi beneficiorum ve-
strorum memoria vos moneo, & monebo,
quatenus cum ea diligentia impleatis Pon-
tificium, ut non vituperetur ministerium
vestrum. Legistis enim: (b) Maledictus
homo, qui facit opus Domini fraudulen-
ter. A claustrali & spirituali militia
elegit vos Deus in sacerdotem sibi: vi-
dete, ne cum spiritu cæperitis, carne
consummemini; & ne de vobis intelliga-
tur illud: (c) Non permanebit spiritus,
meus in homine æternum, quia caro est.
Putatis quod de commissis vobis animabus
vos in districto examine non oporteat red-
dere rationem? Propter hoc irritavit im-
pius Deum: (d) dixit enim in corde suo:
Non requireret. Sed certe requireret exactis-
sime usque ad novissimum quadrantem, &
L. 2. 2. ve-

VI.
Excusa-
tio mo-
nentis.

(b) Jer.
48.

(c) Gen.
6.

(d) Psal.
9.

PAGIUS
Obitus
Richardi
Archiep.
Cantu-
aria.

sed XIII. Kalend. Martii, feria sexta, ut Ger-
vasius in Chron. & Radulphus de Diceto in
Imag. Hist. pag. 618. produunt. Errore quidem
typographi apud Gervasium legitur, XIV. Kal.
Martii feria sexta noctu spiritum exhalavit an-
no XI. ab electione sua; Sed Gervasium scripsit
se XIII. Kal. Martii, non solum feria VI. sed
etiam sequentia ejus verba demonstrant: Cu-
jus corpus Cantuariam delatum, in Ecclesia Chri-
sti in Oratorio S. Maria XII. Kal. Martii die
sabbati honorifice sepultum est; dies autem XII.
Kal. Martii, seu dies XVIII. Februarii, hoc
anno cum feria septima concurrat. Quod cum
non advertisset Wartonus Tom. I. Angliæ Sa-
cræ pag. 112. dicit, male Hovedenum hanc
mortem consignasse XIV. Kal. Maii, rectissi-
me vero Gervasium die XIV. Kal. Martii.
Richardum arguit Petrus Blesensis in Epist. V.
ad eum data, & a Baronio recitata, quod
temporalia potius quam spiritualia curarit, &
non tantum Rogerius Hovedenus a Baronio lau-
datus; sed etiam Gervasius in Chron. Willel-
mus Thornus, Knyghton Canonicus Leycestren-
sis, Stephanus Birchingtonus in Vitis Archie-
piscoporum Cantuariensium, quæ extant apud

Wartonum laudatum, & Geraldum Cambren-
sis ibidem Tom. II. pag. 431. referunt ei pau-
lo ante mortem personam apparuisse, quæ ex-
probravit, quod bona Ecclesiæ dissipasset. War-
tonus Tom. I. pag. 57. refert Dies Obituales
Archiep. Cantuariensium, ex Martyrologio & O-
bituario Ecclesiæ Christi Cantuariensis, ubi ad
diem XIV. Kal. Martii habetur: Obiit pia
memoria Richardus Archiepiscopus, Monachus
nostræ Congregationis, quibus ex verbis intel-
ligimus, Auctorem illius libelli fuisse Ordinis
Cisterciensis, quem professus est Richardus,
& ferius illum scriptum fuisse, cum in die mor-
tis ejus erret. Richardum excepit Baldwinus
seu Baldevinus Ordinis etiam Cisterciensis;
Devonius cognominatus. Plura hic Opera re-
liquit, quorum non pauca hætenus inedita
sunt, aliæque referuntur Tomo V. Bibliothecæ
veterum Scriptorum Ordinis Cisterciensis, nempe
Tractatus XVI. de diversis argumentis. Ejus
Opuscula enumerat Oudinus in Supplemento
De Script. Eccles. Neubrigenis lib. 3. cap. 8. de
Richardo scribit: Homo quidem mediocriter li-
teratus; sed laudabiliter innoxius, & no am-
bularet in magnis modulo sue prudenter conten-
tus.

vevor, ne tempestivius, aut durius, quam credere, aut timere velimus. Utinam velitis recollere comminationes Altissimi, quibus apertissima visione nobis terribilem suam indignationis sententiam revelavit.

(a) Horrendum est autem incidere te in manus Dei viventis. Ignis enim succensus est in furore ejus, quem quandoque spiritualiter vidistis, ipsum autem nunquam sensibilibus sensitis. Hæc Petrus, dominum suum fidelissime monens, licet (b) defenderit eum & excuserit, cum spiritu vehementiori idem Richardus redargueretur ab Alberto S. R. E. Cardinali Legato, qui postea fuit Gregorius Papa Octavus.

(a) Hebr. 20.

(b) Pet. ep. 38.

Sed cum nec exemplo tanti prædecessoris profecerit, nec reprehensionibus Legati Apostolicæ Sedis se correxerit, neque Petri familiaris & domestici ejus admonitiones sive acres sive blandas audierit: Christum judicem, ad tribunal horrificum eum vocantem, cogentem, spiritum abripientem & extorquentem est passus infelix. Ipse autem Petrus, qui

ab aula regia ad munus Cancellariæ ipsius Richardi, cui ab epistolis fuit atque consiliis, venerat, diversis post hæc agitatus est fluctibus, ut suis ipse epistolis queritur. Lege eam, quam ex ipsius scriptis Joannes Busæus collegit vitæ ipsius.

Eodem anno Roma translatum est in Poloniam corpus S. Floriani martyris, de quo ista Longinus in Chronicis Polonorum: Lucius Papa Tertius, assiduis supplicationibus Casimiri Ducis & Monarchæ Polonorum, apud prædecessorem etiam suum Alexandrum Tertium ad exauditionis gratiam admissis volens se præstare morigerum, corpus B. Floriani eximii martyris Duci præfato, & Cracoviensi Ecclesiæ donandum decernit, cujus donatio etiam miraculo divinitus ostenso comprobata est. Summus siquidem Pontifex Lucius (ut veterum etiam usque in tempora nostra derivata fert relatio) sacrarium, quod plura Martyrum corpora confovebat, ingressus, quis Sanctorum illic quiescentium Poloniam migrare vellet, inquisivit. Ad quam vocem

Translatio corporis S. Floriani.

PAGIUS. De Baldwinio vero antea Episcopo Wigornienſi: Vir religiosus & literatus.

IV. Circa dies istos Fridericus Imp. Romanus Concilium habens prope Moguntiam urbem, regni Theutonici diadema capiti filii sui primogeniti (nempe Henrici) fecit imponi, inquit Radulphus de Diceto ad hunc annum in Imag. Hist. pag. 625. Non solum in Gallia, & Anglia; sed etiam in Germania Reges sæpius coronantur. Anno enim MCLXIX. vidimus Henricum Friderici filium Regem ab eo electum & coronatum fuisse. Fridericum autem celebrem hoc anno Conventum Moguntia celebrasse refertur Anonymus in Additionibus ad Lambertum Schafnaburg. cui consentit Dodechinus Abbas, qui ait: Imperator Pentecoste Moguntia celebrem & famosum Conventum habuit; quo peracto in Italiam perrexit.

V. Idem Radulphus pag. 622. refert literas Balduini Jerosolymorum Regis ad Heraclium Patriarcham Jerosolymitanum, & ad Magistrum Hospitalis Jerosolymitani datas, quibus eisdem gratulatur, quod sani Brundisium applicuerint, significatque Saladinum circiter nonum aut decimum diem Julii terram Crati intrasse & vastasse: in vigilia sancti Petri ad Vincula civitatem Crati intrasse, & castrum obsidisse; sed cognito adventu suo Neapolim venisse, & quæ igne potuit consumisse: exinde Sebasten progressum esse, & Episcopum ejusdem civitatis, villam suam & Ecclesiam LXXX. captivis redemisse indeque venisse Arabiam, eamque destruxisse viris & mulieris captivatis. Terra hæc Crati & civitas Crati diversæ sunt a valle seu terra ejusdem nominis, cujus paulo ante meminimus: Neapolis etiam diversa a Neapoli Italia, hujusque invasionis mentionem etiam facit Neubrigenſis lib. 3. cap. 11. dicens: Saladinus Christianos ex improvviso fines aggressus, Neapolim (qua olim Sichima dicebatur) captam evertens, & facta hominum strage non modica, dum nostri convenirent, in propria se recepit. Idem narrat Matthæus Parisius in Chron. qui ideo Literas illas legerat. Balduinus autem Rex hoc anno Heraclium Patriarcham cum

Magistris Templariorum ac Hospitaliariorum; ad Lucium III. Papam, & ad Reges Franciæ & Angliæ misit, ut anno sequenti, quo de eorum adventu Baronius verba facit, monstrabimus.

Paulo antea Radulphus recitavit literas Saladinus ad Lucium Papam datas, quarum hæc inscribitur: Rex Saladinus omnium Regum Orientis potentissimus Domino Papa; initium vero: Presertata nobis fuit cartula de Sanctitate Vestra, quoniam noscimus & credimus, quod sitis demptione in majori officio de hoc mundo, & scimus quod captivorum Deus vobis tantam gratiam dederit, ut sedentis in tanta magnitudine. Scimus autem quod omnes Christiani vobis obediunt, & vos pertimescunt. Subdit, Oliverum Vitalem Legatum ejus sibi significasse magnam amicitiam, quæ inter eos esset, & a se petiisse, ut pacem haberet cum omnibus Christianis, & omnes captivos Christianos dimitteret, Christianos, quos detinebat dimissurum. Notum sit Vestra magnitudini, subiicit Saladinus, quod Christiani, qui a nobis detenti sunt, sunt gentiles & nobiles viri; ac milites nostri, qui a Christianis detenti sunt, sunt rustici & minimi atque vilissimi homines: & si placet vobis nos appreciabimus captivos nostros, quos habemus, & Christiani apprecient suos, & qua pars minus habuerit, restituetur ei ab altera. Deus scit quod quando vestras cartulas & Legatos a Vestra Magnitudine transmissos vidimus, per omnia gavisi sumus, & gratias referimus Deo, &c.

Tum Radulphus exhibet Epistolam Sifidini Regis Lucio III. scriptam, in qua Sifidin se dicit Dominum totius multitudinis Saracenorum, fratrem eandem re & Saladinum fratrem suum appellat, ac Regem victoriosissimum, servatorem sua promissionis, auctorem justitiæ, Dominum legis, & omnium Saracenorum, suscitatore legis Saracenorum. Ait fratrem suum fuisse in partibus Tyri cum Janus Dandulus ejus Legatus ad se pervenit, ubi successit ei contra hostes suos (nempe Saladinum) secundum votum suum, cui Deus tantam his temporibus victoriam contulit, quod omnem terram a Damasco usque Niniven sub-

VI. Saladinus scribit ad talium potentissimus Domino Papa; initium vero: Presertata nobis fuit cartula de Sanctitate Vestra, quoniam noscimus & credimus, quod sitis demptione in majori officio de hoc mundo, & scimus quod captivorum Deus vobis tantam gratiam dederit, ut sedentis in tanta magnitudine. Scimus autem quod omnes Christiani vobis obediunt, & vos pertimescunt. Subdit, Oliverum Vitalem Legatum ejus sibi significasse magnam amicitiam, quæ inter eos esset, & a se petiisse, ut pacem haberet cum omnibus Christianis, & omnes captivos Christianos dimitteret, Christianos, quos detinebat dimissurum. Notum sit Vestra magnitudini, subiicit Saladinus, quod Christiani, qui a nobis detenti sunt, sunt gentiles & nobiles viri; ac milites nostri, qui a Christianis detenti sunt, sunt rustici & minimi atque vilissimi homines: & si placet vobis nos appreciabimus captivos nostros, quos habemus, & Christiani apprecient suos, & qua pars minus habuerit, restituetur ei ab altera. Deus scit quod quando vestras cartulas & Legatos a Vestra Magnitudine transmissos vidimus, per omnia gavisi sumus, & gratias referimus Deo, &c.

VII. Saladinus scribit ad talium potentissimus Domino Papa; initium vero: Presertata nobis fuit cartula de Sanctitate Vestra, quoniam noscimus & credimus, quod sitis demptione in majori officio de hoc mundo, & scimus quod captivorum Deus vobis tantam gratiam dederit, ut sedentis in tanta magnitudine. Scimus autem quod omnes Christiani vobis obediunt, & vos pertimescunt. Subdit, Oliverum Vitalem Legatum ejus sibi significasse magnam amicitiam, quæ inter eos esset, & a se petiisse, ut pacem haberet cum omnibus Christianis, & omnes captivos Christianos dimitteret, Christianos, quos detinebat dimissurum. Notum sit Vestra magnitudini, subiicit Saladinus, quod Christiani, qui a nobis detenti sunt, sunt gentiles & nobiles viri; ac milites nostri, qui a Christianis detenti sunt, sunt rustici & minimi atque vilissimi homines: & si placet vobis nos appreciabimus captivos nostros, quos habemus, & Christiani apprecient suos, & qua pars minus habuerit, restituetur ei ab altera. Deus scit quod quando vestras cartulas & Legatos a Vestra Magnitudine transmissos vidimus, per omnia gavisi sumus, & gratias referimus Deo, &c.

cem, serio ne, an joco, incertum est a summo Pontifice prolatam, ex tumba in qua corpus sacrum B. Floriani conditum erat, manus protensa, summo Pontifici vocitanti, designantis & indicantis se, apparuit, donarique Polonis, & Ecclesiæ Cracoviensi hujusmodi manus protensione corpus suum signavit. Quo quidem miraculo tunc sibi ostenso Lucius Papa commotus, minus cunctanter corpus B. Floriani martyris Polonis, & Ecclesiæ Cracoviensi tribuit, & in ampliore tam Sancti, quam Polonorum honorem, ossa corporis sancti per Egidium Mutinensem Episcopum Duci Polonorum Casimiro, & Cracoviensi Ecclesiæ destinavit. Qui Cracoviensem urbem sexto Kalendarum Novembrium cum sacro onere perveniens, a Duce Casimiro, & Gedeone Cracoviensi Episcopo, omnibusque statibus & ordinibus, obviam illi ad septimum lapidem eunti-

bus, summo honore, summaque jubilatione & gratulatione exceptus est, ovantibus singulis, quod Polonis novus suffragator & Patronus divini propitiacione accessit. Et quia Ecclesiæ Cracoviensis celeberrimi Martyris corpore & deposito fuerit illustrata, decora, funiculoſque sui ornamentis longe lateque & tetendit, & porrexit: in honorem Martyris beati basilica illi pulchro ac sumptuoso opere, extra Cracovienses muros, a Gedeone Cracoviensi Episcopo, in hunc diem divinitate propitiacione perseverans, extructa est. Et Egidius Episcopus Mutinensis a Duce Casimiro, & Gedeone Episcopo magnificis onustus muneribus, Romam remissus. Ab eoque tempore in sancti Floriani decus & memoriam coeperunt Poloni, tam militares, quam civiles, & agrestes, filios suos in baptismo hujus nominis appellatione insignire. Agit post hæc de fundatio-

PAGIUS jugavit, cui omnes vicinitate loci propinqui, & Saracenorum universa Potestates obediunt, cujus expeditioni, volente Deo, adhaerunt infinita nationum multitudines, ut serviant ei, qui tanta manu hostes persequitur, quanta nullus prædecessorum suorum inimicos suos valuit impugnare. Ei etiam significat, se intelligere ex dictis Legati ejus velle modis omnibus observare quæ cum beatæ memoriæ prædecessore ejus Alexandro stabilivit super negotio inter Christianos & Saracenos ad redemptionem omnium captivorum. Subdit: Quod si Christiani qui habitant in Jerosolyma cum Rege suo, & in omni parte Tyri vestris obediunt præceptis eam universa Christianitate, & ordinationem inter nos factam servaverint secundum voluntatem vestram pro faciendâ pace & pro dimittendis captivis qui servantur in carceribus nostris compositi, & nos observare promittimus ea omnia, qua ad istam faciendam pacem a nobis postulatis, &c. Inspiret vobis & nobis Deus prosperante gratia sua illud operari, quod ad salutem omnium Christianorum & Saracenorum proficiat. Utinam. Amen. Scripta fuit hæc carta pridie Kal. Aprilis anno Mahometi DLXXVII. Gratias agimus Deo soli & Mahometo Propheta magno. Is annus Hegiræ die VI. mensis Maii anni Christi MCLXXXII. inchoatus, & die XXVI. Aprilis anni Christi insequentis absolutus, ac utraque Epistola ad Radulfum de Diceto, qui in Anglia vivebat, hoc tantum anno transmissa. Porro frater Saladini ei in omnibus expeditionibus auxilio fuit, appellatus a Sanuto, aliisque Saphadinus, non vero Sifidin.

VIII. Hoc anno Josephus Amiralumenin seu Imperator Almohadum in Hispaniam transfretavit & Alphonsum Portugaliæ Regem aggressus est. Noweirius fidem facit eum obsidione cinxisse fanum sancti Irenæi (nunc etiam amplissimum ad Tagum fluvium situm oppidum, a sancta Irene virgine nomen habens) Anno Hegiræ DLXXX. ibique occisum fuisse mense Rabi-priori (ideſt, solstitio æſtivo currentis Christi anni), ac hanc mortem victoriarum ejus cursum interrupſiſſe. Rodericus lib. VII. cap. X. de eo scribit: Tandem etiam in Hispaniam eiſſetavit, & fere suo dominio omnes Arabes incurſavit, & eo reſerſo in terram suam,

mortuus est Almohadi. Verum mox videbimus eum in ea obsidione interiisse. Subdit Rodericus: Post hæc mortuo Abdelmuno (ideſt, Abdelmumeno) filius ejus Avenia Jacob (fallitur in nomine isto; vocabatur enim Jacob A-ben Jucef Almanſor cognominatus) ſucceſſit in regno.

Lucas Tadenſis, qui fere coævus fuit, ait: Post hæc Saraceni videntes Adefonſum Regem Portugaliæ debilitatum, & quod offenderat Regem (ſc. Legionis) Fernandum, ipſum Adefonſum in oppido, qui dicitur Santaren, obſederunt. Rex autem Fernandus congregato exercitu magno ad auxilium Regis Adefonſi properavit: ſed Rex Al-ſonſus, ut hæc audivit, timuit vilde, credens quod Rex Fernandus in auxilium Murorum veniret, & miſit ad eum nuncios ſupplicans pro pace. Rex Fernandus declaravit ei, quod ad ejus auxilium properaret. Quod Saraceni ut audierunt arrepta fuga ab obſidione turpiter receſſerunt. Noweirius dicit, novam Amiralumenin, ſeu Imperatorem, in Africam transfretaſſe, unde patris morte audita venerat. At Joſephum non in Africa, ut habet Rodericus, ſed in obſidione Santareni interfectum fuiſſe affirmat Marmolus lib. 2. c. 25. & mox ex Radulpho de Diceto confirmabitur. Sed Scriptores Arabes ſuæ gentis adverſos caſus ſæpe tacuiſſe, jam alibi inſinavimus, & exemplis probavimus.

Radulphus de Diceto hoc anno pag. 624. de hac Luſitanorum victoria, & de morte Joſephum Imperatoris, quem Regem Maſſemut appellat, loquitur, aitque: Circa natiuitatem B. Joannis, Rex Gamius (Regulus quidam Saracenorum) adduxit Regem Maſſemut (ideſt, Joſephum) Regem Regum Saracenorum cum XXXVII. Regibus (ſeu Regulis); & primo obſederunt ſanctum Hyrenam, & tribus diebus & tribus noctibus pugnaverunt, tandem deſectis muris irruerunt, &c. Nocte vero ſequenti, venit Episcopus Portugaliſis cum filio Regis, & occiderunt XV. millia Saracenorum & Regem Gamium, &c. In craſſino autem, ſc. in die SS. Joannis & Pauli Archiepiſcopus S. Jacobi XV. millia hominum duxit, & in aurora diei occidit de Saracenis XXX. millia. Poſtea in die S. Margareta Saraceni occiderunt X. millia mulierum & puerorum ad Alubaz; & illi qui fue-

IX. Fernand. Rex Legionis accurrat ad auxilium Regis Portugallia.

X. Joſephum Imp. in pralio occiditur.

CHRISTI
1184.

LUCII III. PAP.
3.

FRIDERICI IMP. 30.
ANDR. COMN. IMP. 2.

tione Ecclesie ejusdem sancti Floriani i- dem auctor. Sed hæc ad institutum satis Mil-

PAGIUS fuerunt in oppido de Alcubaz occiderunt tres Reges cum omni exercitu suo. Postea Massemut vigilia S. Jacobi audivit quod Rex Galicia venerat, ut solus cum solo dimicaret, & cum preparasset se ad praliandum, dum equum suum vellet ascendere, ter de eo lapsus est, & ita mortuus est. Mortuo autem illo omnis exercitus relicta omni pecunia in fugam conversus est, &c. Idem profus refert Mathæus Parisiensis hoc anno, & pari errore Josephum Almohadum Imperatorem Massemut appellat.

Guillelmi Tyrri Archiepiscopi Historia Belli sacri qua vulgo legitur, ad hunc usque annum est deducta, ut legitur in Additione Chronici Aquicinctini ad hunc annum. Historiam suam ab anno MXCV. quo Concilium Claromontanum celebratum, exorsus est, ideoque ea annos rerum per annos LXXXIX. in Bello sacro gestarum narrationem complectitur. Concilium Veronense hoc anno celebratum, ut initio sequentis probabimus.

XI.
Finis Hi-
storia
Guillelmi
Tyrri.

JESU CHRISTI
ANNUS
1185.

LUCII PAP. III.
ANNUS
4.

FRIDERICI IMP. 31.
ANDRON.COMN.IMP.3.

I.
Conven-
tus Veronæ.

Millesimus centesimus octogesimus quintus annus Salutis agitur, Indictione tertia, quo Veronæ congressus est habitus Papæ & Imperatoris, Christianæ Reipublicæ causa coeuntium. Errant qui putant tunc Episcoporum celebratum esse Concilium. Nam ex Actis, quæ adhuc extant, perspicue patet, nequaquam tum Veronæ habitum esse Concilium, sed mutuum dumtaxat conventum. Habes ea recitata (a) in Sclavorum Chronicis tunc scriptis verbis istis: *Sequenti anno, nempe octogesimo quinto post millesimum atque centesimum, Imperator abiit in Italiam pro disponendis negotiis Reipublicæ. Et occurrit ei dominus Papa Lucius apud Veronam, pro quibusdam causis determinandis inter ipsos. Cumque honestissime susceptus esset a Veronensibus, & a clericis, qui illuc convenerant de diversis partibus terrarum, qui tempore Alexandri Papæ a schismaticis ordines susceperant: cepit Imperator omni instantia intercedere pro ipsis ad dominum Apostolicum, ut clementer circa ipsos dispensaret. Qui primo huic petitioni se benevolum exhibuit, & eoque annuerat, ut omnes petitiones suas scriberent, ut secundum casum singulorum dispensaretur circa ipsos.*

(a) Arn.
Liber. I.
3. c. 10.

Et ecce altera die dominus Papa mutat animum & propositum, dicens: Quoniam generalis Concilio, quod Venetiis celebratum est, ubi ipso Imperatore presente dispensatum fuerat circa dominum Christianum Moguntinum, & dominum Philippum Colonensem, & dominum Mintuanum, & alios plures, qui cum ordinatis suis persisterent, hi, scilicet ab eis ordinati, ab ordinibus suis suspensi fuissent: nulla ratione mutandum id affirmabat, nisi de novo in Cardinalium & Episcoporum generali collegio. Promisitque Apostolicus, apud Lugdunum super eodem negotio se Concilium habiturum. De qua mutatione dominus Conradus Moguntinus, & dominus Vormatiensis suspecti habitus sunt. Hi autem, quibus spes de officiis recuperandis data fuerat, contristati sunt valde. Et cum prius in susceptione Imperatoris jucundissime decantassent: Advenisti desiderabilis: in luctum conversi cantabant: Sustinimus pacem, & non venit, domine, quasivimus bona, & ecce turbas, &c. Quod tamen Cardinalibus valde displicuit, dicentibus: Ecce quantæ est præsumptio Alemannorum, qui gratiam minando querunt.

II.
Papa refi-
liit a pro-
missis.

Hoc taliter infecto negotio, tractabant inter se dominus Papa, & Imperator de pa-

causis determinandis inter ipsos manifestum est eum Concilium Veronæ habitum cum hoc anno Christi copulasse. Et tamen Labbeus Tom. X. Concil. Krantzio laudato, illud cum anno MCLXXXIV. conjunxit, licet Krantzius illud diserte currenti Christi anno illigavit. At Concilium ad præcedentem annum pertinere; Krantzium errorem, qui cubat in textu Arnoldi, recte correxisset; & Labbeum illum male citasse apud me certum. Denique Baronius in eo peccavit, quod nolit Colloquium hoc pro Concilio haberi. Nam jam non femel monuimus, Conventus & Colloquia, in quibus de rebus Ecclesiasticis agitur, vel quibus Episcopi interfunt, Concilia passim ab Antiquis appellata, indeque in Collectionem Conciliorum prudenter inserta.

Quare Tancredus Juris Canonici interpres in Collect. 3. Decretal. cap. 2. De restit. spol. citatus ab Ant. Augustino in notis. Ad Collect. I. Decret. loquens de constitutione Lucii III. eo tempore edita, quo Veronæ cum Pontifice congressus est Fridericus Imp. ait emissam esse in generali Synodo. Porro Tancredus Bononiensis Archidiaconus Auctor fuit Quintæ Collectionis Decretalium, quæ continet Constitutiones Honorii Papæ III. sub cuius Pontificatu floruit; hæc autem Collectio anno MDCXLV. ab Innocentio Cironio Tolosæ edita fuit. Eam Lucii III. Constitutionem male recitat Labbeus citatus pag. 1737. inter literas Lucii III. cum sit pars Concilii Veronensis. In ea ait Pontifex: Nos charissimi filii nostri Friderici illustris Roman. Imperatoris semper Augusti, presentia pariter & vigore suffulti, de comuni consilio Fratrum nostrorum, nec

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6678.
SÆC.
XII.
An. Eræ
Hisp. M.
CCXX-
III.
An. He-
græ D-
LXXXI.
inchoato
die 3.
Apr. fer.
4.
An. C.
1185.
I.
Concil.
Veronense
anno præ-
cedenti
habitum.

⊙ 18. F 2) 8. P. 21. April. Indict. 3.
JESU CHRISTI 1185.
URBANI III. PAPÆ 1.
FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 34. IMP. 31.
ISAACII ANGELI IMP. 1.

A Num. I. ad V. Arnoldus Abbas Lubecensis, qui hoc tempore vivebat, in Chron. Sclavorum lib. 3. cap. 9. narrat celeberrimum Conventum a Friderico Imp. celebratum, & cap. insequenti Concilium Veronense cui Lucius Papa & idem Imperator interfuere, sed numeri apud Arnoldum corrupti, & accurate a Krantzio lib. VI. Saxonix cap. 57. emendati, vel, (licet id ipse non dicat) ex genuino Arnoldi exemplari descripti. Ait enim Arnoldus de Curia illa loquens: *Celebrata est in Pentecoste, anno Verbi incarnationis MCLXXXII. imp. aut regni sui an. XXXVI. sed legendum, anno verbi incarnati MCLXXXIV. imperii XXIX. regni sui anno XXXIII. certum enim, ut ex dictis anno superiori liquet, Comitibus illa eo Christi anno Moguntia habita, & tunc in cursu fuisse annum Regni Friderici XXXIII. Imperii vero XXIX. Cum vero postea Arnoldus scribat, sequenti anno Imperator abiit in Italiam pro disponendis negotiis Reip. & occurrit ei dominus Papa Lucius apud Veronam pro quibusdam*

patrimonio domine Matildis matrone nobilissima, quod Imperator in possessione habebat, dicens, ab eadem Imperio collatum: & e converso dominus Papa Sedi Apostolica ab ea datum affirmabat. Cumque in argumentum probandi testamenti, ex utraque parte privilegia porrigerentur, nullo sine causa terminata est.

III. Aliud etiam habebant negotium, quod maximum & precipuum erat de electione Trevirensi. Siquidem metropolis Trevirensis vacabat, in qua duo electi erant, Volmarus, & Rudolphus. Volmarus quidem prior a saniore parte electus est; Rudolphus vero posterior a parte inferiore. Cumque schisma inter eos esset, Volmarus quasi de canonica electione presumens, ad Sedem Apostolicam appellavit; Rudolphus vero ad Imperatorem se transfuit. Imperator ergo audiens quod factum fuerat, propter dissensionem electionis investituram dedit Rudolpho. Apostolicus itaque affirmabat partem Volmari propter canonicam electionem. Et Imperator pro Rudolpho erat propter electionis dissensionem. Sicque ab invicem discesserunt, ut quis suam partem diceret esse justiore. Procedente ergo tempore, cum Volmarus sequeretur Curiam Romanam, & pro suo negotio molestus esset Apostolico: Apostolicus missa epistola, peremptorie citavit Rudolphum, qui tunc cum Imperatore erat. Quod Imperator audiens, non parum agre ferebat. I-

psum tamen, ne contumax videretur, ad audientiam venire hortatus est, mittens secum duos Decretistas, & duos Legistas. Decretistas quidem, ut pro Rudolpho essent justitia canonum: Legistas vero, ut pro parte sua starent jure legum. Cumque ad judicium ventum fuisset allegatum, nullo dato sine, Rudolphus ad Imperatorem revertitur. Volmaro cum Apostolico remanente. Sic ex utraque parte perturbatio non modica erat: quia cum pro eadem causa inter Apostolicum, & Imperatorem quotidie graviora emergent, fideles, qui schismatis usionem experti fuerant, Ecclesiam denuo gravissime scandalizandam timebant.

Interea Rex juvenis & superbus zelatus pro Rudolpho, Decanum, & Canonicos quosdam Confluentia, qui pro parte Volmari stare videbantur, calumniosissime aggressus est, & ablatis stipendiis, domos, & possessiones eorum exterminari precepit. Apostolicus vero exinde magis commotus, Volmarum ad pontificatus apicem promoveri decrevit. Quod audiens Imperator, per suos ei mandat, dicens: Quod si Volmarum contra suam voluntatem ad summum sacerdotium promoveri voluerit: omnem familiaritatem inter eos perpetuo expirasse, certissime sciat. Minus etiam quasdam terribiles addidit, quae tamen pro discretionem eorum, qui internuntii erant, ad medium non devenerunt. Taliter ab invicem disturbati Aposto-

IV. Discordia inter Pap. & Imp.

PAGIUS nec non aliorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, multorumque Principum, qui de diversis mundi partibus CONVENERUNT: contra ipsos haereticos, quibus diversa vocabula diversarum invidit professio falsitatum, presentis Decreti generali sanctione consurgimus, & omnem haeresim, quocumque nomine censeatur, per hujus Constitutionis seriem, auctoritate Apostolica condemnamus. Imprimis ergo Catharos, & Patarrinos, & eos qui se Humiliatos, vel Pauperes de Lugduno, falso nomine mentiuntur, Passaginos, Josephinos, Arnaldistas, perpetuo decernimus anathemati subjacere, & caetera loco laudato legenda. Decretum itaque illud non in Colloquio inter Pontificem & Imperatorem habito, sed in Episcoporum Synodo, cui Papa praesuit, & Imperator, multique Principes interfuere, emissum.

III. Et quidem anno superiori, ut recte Sigonius in Hist. de Regn. Ital. lib. XV. ex aliquo optimo Auctore, quem suo more non citat scripsit: Lucius, inquit trajecto Pado Veronam pervenit; nec multo post Fridericus quoque, rebus, Germaniae per Conventum in Pentecoste habitum constitutis pridie Kal. Augusti, accessit. Concilio convocato, cui raro exemplo Pontifex & Imperator intererant de his potissimum rebus, quae Christianam ea tempestate premebant Ecclesiam, est relatum, nempe de contumacia Romanorum, bello Sarracenorum, & Romana Ecclesia ditione, Romani ut hostes Ecclesiae, & diro Senatus consulto notati. Christianis laborantibus auxilia summittenda, omnesque

, ad eorum, qui quondam Jerosolyma receperunt, virtutem, pietatemque imitandam, excitandos esse, decretum: plus nimirum dedecoris contracturos esse Christianos, si partem forte Sepulcri possessionem amittant, quam gloriae adepti sint, cum pepererint. Tangit postea Sigonius quae Arnoldus & Krantzius, qui ne verbum quidem de Jerosolymis habent, de hereditate Matildis Comitissa & coronatione Henrici filii Friderici Imp. in Concilio gesta fuisse asserunt, subditque Fridericum III. Novembr. adhuc in villa Sancti Zenonis prope Veronam fuisse; anno nempe MCLXXXIV.

Præterea, Radolphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 624. ad annum MCLXXXIV. ait: Quarto die intrantis Novembris considentibus Verona in Ecclesia Majori Papa & Imperatore, Cardinalibus & plerisque Ecclesia Reftoribus Ravennas in serie sermonis sui casum & perditionem terra Jerosolymitana omnibus exposuit, & ad succurrendum in peccatorum remissionibus cujuslibet generis homines evocare curavit. Archiepiscopus ille Ravennatensis erat Gerardus, de quo Rubens in Hist. Raven. lib. VI. loquens de gestis anno MCLXXXIV. scribit: Lucium Pontificem Max. Veronam ad Concilium, quod ipse indixerat euntem Gerardus Archiep. Ravennas profectus est. Subdit Rubens Lucium III. cum Mutina esset, tertio Idus Julias dedicasse Basilicam S. Geminiani, & jam quoque VIII. Idus, Bononiae de Basilica D. Petri idem fecisse, quod utrumque etiam a Sigonio laudato relatum. Tum Rubens scribit: Ab eodem

IV. Quemadmodum & Radolpho de Diceto & Rubeo.

foliticus, & Imperator, quidquid moliebantur, cassum fuit, nec consilium in perturbatione stare potuit: siquidem inter plurima negotia agebat Imperator cum Apostolico de filio suo Rege, ut coronam Imperii super caput ejus poneret. Et quia cum placabilem non habebat, consecrationem illius occasione differebat, quam tamen non sine ratione resellebat. Dicebat enim Apostolicus, non posse simul duos Imperatores regnare, nec filium Imperialis insigniri, nisi ea ipse prius deposuisset. Hæc Arnoldus, sed male anno octogesimo tertio: depravatus putatur numeri nota, ut bene correxisse cognoscitur (a) Crantius. Sed jam ad res Orientales convertamus orationem.

(a) Crant. in Metrop. l. 6. c. 46. in fin. & 47. V. Decernuntur Legationes in occidentem.

Inter hæc autem in deterius quotidie prolabantibus rebus Christianorum in Palæstina, Saladino adversus eos prevalente: coeuntibus una Principibus simul cum Patriarcha Hierosolymitano, & aliis, de mittenda legatione ad Christianos Principes transmontanos, ut opem ferrent periclitantibus Hierosolymis, inter eos decretum est, & firmiter stabilitum. Ita Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS dem etiam Pontifex Gerardus complura Privilegia impetravit, &c. in eo magno Conventu, quem Friderico etiam Casare presente, eodem anno Kalend. Sextil. Verona habuit. Rubens magni Conventus nomine Concilium Veronense intelligit, docetque nos diem, quo illud inchoatum, scilicet, primum diem mensis Augusti, festo S. Petri ad Vincula sacrum. Exhibet postea hic Historicus in notatione temporum accuratus, Lucii III. literas Gerardo Ravennati Archiep. eodem anno datas Verona II. Non. Septemb. quibus declarat se ad ejus, cui tanquam Metropoli sunt subjecta, instantiam, Bononiensem & Mutinensem Ecclesias dedicasse III. & VIII. Idus Julii, dum per Bononiam & Mutinam transiret.

V. Improbabile illud in hunc annum dilatatum fuisse. Profecto cum anno antecedenti Heraclius Patriarcha Jerosolymitanus, Ernaldus Magister militiæ Templi & Rogerius Magister Hospitalium Legati a Rege Jerosolymitano ad Lucium III. & ad Principes Christianos missi, qui lugentis patriæ calamitatem & miseriam multiformem exponerent, & auxilium postulerent, in Italiani pervenerint, inde hoc anno in Galliam & Angliam profecturi, male Concilium illud in presentem annum dilatatum fuisset. Neque refert quod Arnoldus Scriptor coævus sit; cum variis exemplis liqueat, eos qui res suo tempore gestas scripsere, quandoque in errorem lapsos esse; quod eo magis de Arnoldo dicendum, quo longe ab Italia vixerit, constetque eum hallucinatum in eo quod scripsit, Fridericum anno post celebrationem Comitiorum Moguntiaë habitorum in Italiani adventasse. Ad hæc Labbeus pag. 1739. recitat Ordinationem Philippi Regis Francia & Henrici II. Regis Anglia, Consilio Episcoporum, Comitum & Baronum terrarum suarum de contributione in subsidium Terra sancta, a nativitate sancti Joannis Baptista, anno MCLXXXIV. in decem annos. Quare cum anno superiori tam in Gallia, quam in Anglia actum sit de subsidio Terræ sanctæ, & currenti Legati inde missi in Orientem redie-

sane Willelmus Tyri Archiepiscopus in suo de bello sacro (b) scripto historia (b) Voil. libro; qui cum hic finem scribendi fecisset Tyr. l. 23. c. 1. se reperiatur, illud in causa fuisse videtur, quod ipse unus ex Legatis fuit missus ad Regem Francorum, sicque scribendi intermissus visus est institutum, cum præsertim rerum adversarum dolore percussus (ut ipse præfatur in exordio libri novissimi) scribendi officium subiret invitus: adeo ut qualibet intercedente adversa occasione, munus omiserit, quod nec resumpsisse potuit, defunctus, dum eandem legationem obiret. Porro quam operose atque proficue se gesserit in ea functione trans montes, hoc ipso anno, suo loco dicturi sumus inferius. Primum autem omnium adornant primariam legationem ad universalem promotorem ejusmodi expeditionum in Terram sanctam, nempe ad ipsum Romanum Pontificem Lucium Papam, more majorum pulsantes primum omnium precibus Apostolicam Sedem, cujus nutu reliqui omnes Occidentales Principes moveri solerent, impartienda ab eadem remissione pecca-

runt, Concilium Veronense a Lucio III. in hunc annum dilatatum fuisse prorsus improbabile. Denique Onuphrius Panvinus Veronensem suorum decus & ornamentum in Chronic. Ecclesiastic. ad annum MCLXXXIV. habet: Magnus Verona Conventus, cui Papa, Imperator, & multi Episcopi interfuerunt; Chronicon autem illud, Notæque in Vitas Pontificum Rom. a Platina editas, ultima Onuphrii Opera sunt, in quibus ideo res quas narrat ad exactiorem annorum rationem ab eo rediguntur.

Hoc anno Fridericus, dum adhuc in Italia verfaretur, dedit Privilegium Mediolanensibus recitatum a Paricello in Monument. Basilic. toto hoc Ambr. num. 587. in quo dicit, se confirmare concessiones & permissiones, quas in pace (nempe Constantiæ facta, sine censu fecit, pro se, & filio suo Henrico Romanorum Rege Augusto, &c. reservata paratica, quæ nobis debet præstari, & filio nostro illustri Regi Henrico & omnibus successoribus ejus, cum primo coronam regni Mediolani aut Modoetia suscipient, præstanda ab iis, qui ipsam paraticam soliti sunt præstare, paratica idem est ac parata, quæ vox prandium vel cœnam significat, ut explicat Ducangius in suo Glossario. In fine Diplomatist legitur: Actum A. D. Incarnat. MCLXXXV. indi. III. regnante domno Federico gloriosissimo Romanorum Imp. Augusto. Datum apud Regium per manum Rudolphi Imperialis aula Prototarii tertio Idus Februarii. Ante hæc scriptum est: Ego Godefridus Imperialis aula Cancellarius vice Domini Philippi Colonensis Archiepiscopi, & Italia Archicancellarii recognovi anno regni ejus XXXIII. Imperii vero XXXI. sed legendum, imperii vero XXX. Toto hoc anno Imperator in Italia versatus, in sequenti, Italia Henrico Regi filio commissa, in Germaniam reversus est.

A num. V. ad XI. Legati a Rege Jerosolymitano missi sunt ad Lucium Papam, & ad Reges Gallia & Anglia, non hoc anno ut arbitratus est Baronius, sed præcedenti, ut non tantum per-

VI. Fridericus. toto hoc anno in Italia fuit.

VII.

torum, loco militaris stipendii, qua solerent quique Fideles magna frequentia sacrae militiae nomen dare.

VI. Legatio ad Pap. Jerosolymis missa.

Venerunt ergo Legati Romam, ubi acceptis litteris a Lucio Papa ad Anglorum Regem, magna celeritate Angliam versus, ut in mandatis acceperant, dirigunt iter. Quid autem per eos cum Anglorum Rege transactum fuerit, habet ista Rogerius hoc anno in Anglorum Annalibus: Eodem anno Baldwinus leprosus Rex Hierusalem, & Templares, & Hospitalares miserunt ad Regem Angliae, filium Matildis Imperatricis, Heraclium sanctae Civitatis Jerusalem Patriarcham, & summos Hospitalis, & Templi magistros, una cum vexillo regio, & clavis Sepulcri Domini, & Turris David, & Civitatis Jerusalem; postulantes ab eo celerem succursum, sicut ab herede, & domino terrae Jerusalem. Est enim sciendum, quod Fulco frater Gaufridi Comitis Andegaviae, patris quoque istius Henrici, fuit Rex Jerusalem, ut superius dictum est. Cum autem praedictus Patriarcha, & magister Hospitalis venissent in Angliam, Rex Angliae occurrit eis in villa de Redinges, & eos cum gaudio suscepit. Qui statim ad pedes Regis provoluit, cum fletu magno & singultu verba salutacionis ex parte Regis, & principum, & universae plebis terrae Jerosolymitanae proferebant, & exponentes causam adventus eorum, tradiderunt ei vexillum regium, & claves Sepulcri Domini, & claves turris David, & Civitatis Jerusalem ex parte Regis, & Principum terrae Jerosolymitanae, & litteras ex parte Lucii Papae in hac forma:

VII. Lucius Episcopus servus servorum Dei Henrico illustri Anglorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem.

PAGIUS perspicuum fit ex Radulpho de Diceto, sed etiam ex Neubrigeni lib. 3. cap. 10. Matthaeo Parisiensi in Chron. & Rigordo in Philippo Augusto pag. 14. Radulphus de Diceto pag. 625. de Magistro Templariorum, qui unus ex Legatis fuit, ait ad annum MCLXXXIV. Ernaldus Magister militia Templi Verona moritur. Eum autem unum fuisse e Legatis testatur Rogerius Hovedenus apud Baronium num VI. Sed in Italia mortuum esse eruitur etiam ex litteris Lucii III. ad Henricum Angliae Regem, datis & a Baronio num. VII. & (seq. recitatis, qui ait, summos terra illius & magnificos defensores venerabilem fratrem nostrum Heraclium Patriarcham, & dilectum filium nostrum Magistrum Hospitalis ad tuam Excellentiam destinavit, ubi de tertio Legato non loquitur, quia jam mortuus erat, quando litteras illas scripsit. Quare fallitur Baronius num. V. qui tradit Vuillelmum Tyrensem Archiepisc. fuisse unum ex Legatis, quod initio lib. XXIII. dicat, fletus & lacrimas afflictae patriae silentium sibi imponere, & librum illum imperfectum relinquit; nullus enim Antiquorum id literis mandavit, & causa cur opus

Cum *cuncti praedecessores tui praeceteris terrae Principibus armorum gloria, & animi nobilitate longe retro claruerunt, eosque Fidelium populus habere in sua didicerit adversitate patronos: merito ad te non tantum regni, sed paternarum virtutum heredem, quodam securitate praesumpta, recurritur, ubi populo Christiano imminere periculum, immo exterminium formidatur, ut per brachium regiae magnitudinis membris ejus impendatur praesidium, qui te, ut ad tanta gloriae & praelationis apicem pervenires, sua pietate concessit, & te contra sui nominis impugnatores nefarios murum inexpugnabilem ordinavit. Primum noverit serenitas tua, jam crebris & molestis super hac pulsata querelis, qualiter terra Jerosolymitana specialis hereditas Crucifixi, in qua nostrae salutis sunt praenuntiata mysteria, & ipsius rei exhibitione completa, quam ille, qui cuncta condidit, in suam sortem peculiari privilegio deputavit, perfida & spurcissima gentis attrita & convallata pressuris, nisi ei celeri remedio succurratur, prona sit ad ruinam; & inde (quod absit) sustineat irreparabilem Religio Christiana jacturam. Ille enim Saladinus, sancti & tremendi nominis immanissimus persecutor, ita spiritu furoris incanduit, & totius nequitiarum suarum vires ad internecionem populi fidelis exercet, ut nisi immanitatis ejus vehemens impetus, quasi objectis obicibus, reprimatur: certam spem, fiduciamque suscipiat, quod (a) Joardanis insuat in os ejus, & terra aspersione vivifici sanguinis consecrata spurcissima superstitionis ipsius contagio polluat; & quam gloriosus, & nobiles praedecessores tui a domino gentis incredulae multis laboribus & periculis exemerunt, rursus nefando tyranni nequissimi dominio subjugetur. Ob

* inclyti Lucii Papae ad Reg. Angl. pro bello Jerosol. epist.

(a) Job. 40.

non absolverit, incomperta. Quod addit Baronius Tyrium in ea Legatione obiisse, anno MCLXXXVIII. quo in Occidentem Legatus missus est, confutabitur. Legati morati sunt in Italia usque ad finem circiter praecedentis anni, & currenti in Galliam venire, ut narrat Rigordus laudatus qui ait: Eodem anno (nempe MCLXXXIV. quem continuat usque ad diem XXV. mensis Martii) XVII. Kal. Februarii IV. (hi duo ultimi numeri abundant) Heraclius Patriarcha Jerosolymitanus cum Priore Hospitalis transmarino, & Magistro magno Templi ad Philippum Augustum Christianissimum Francorum Regem missi Parisios venerunt. Paulo post: Qui per multa maris pericula, & frequentes incursus Pyratarum ex longo tractu terrarum, Magistro militiae Templi interim in fata collapsa, duo superstites, domino ducente, Parisios venerunt: ubi cum solemnibus processione a venerabili Mauritio Episc. Parisiensi, & Clero, & universo totius civitatis populo, Patriarcha receptus est quasi Angelus Domini. Sequenti die in Ecclesia B. Mariae Missam celebravit, & sermonem ad populum fecit.

VIII. Hoc anno in Galliam venire.

Quo

VIII.

Ob hanc itaque necessitatem, & imminentis doloris instantiam, magnificentiam tuam Apostolicis litteris duximus exorandam, immo dilatatis praecordiis summa acclamatione pulsandam, quatenus ad honorem ipsius respiciens, qui te constituit in sublimi, & juxta nomen magnorum, qui sunt in terris, nomen tibi contulit gloriosum, ad desolationem praefatae terrae pietatis studio te convertas, & ut ejus confusio in hac parte tollatur, qui pro te in ipsa terra voluit haberi ludibrio, operam adhibeas efficacem, quatenus praedecessorum tuorum vestigia subsequutus, quam ipsi de principis tenebrarum faucibus eripuerunt, in cultu magni Dei per tuam diligentiam, auxiliante Domino, conservetur. Eo autem curiosus celsitudinem tuam in tanta oppressione angustia convenit laborare, quod terram ipsam Regis intelligis praesidio destitutam, & totam spem defensionis suae ipsius proceres in tuae magnitudinis duxerunt patrocinio collocandam. Quod inde clarior tua serenitas potest agnoscere, quod summos terrae illius & magnificos defensores, venerabilem fratrem nostrum Heraclium Patriarcham, & dilectum filium nostrum magistrum Hospitalis ad tuam excellentiam destinavit, ut ex ipsorum praesentia considerata dignitate perpenderes, quanta fuerit necessitatis angustia, pro qua eorum sustinent tam diu carere Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Quo audito, Philippus Augustus Francorum Rex, omnibus aliis negotiis omissis, Nunciis citissime occurrit, & in osculo pacis honorifice recepit: diligentissime praepositis terra sua, sive dispensatoribus praecipiens, quod ubicunque per terram irent, de redditibus Regis sufficientes expensas illis ministrarent. Et cognita causa quare venerant, paterna pietate commotus, generale Concilium omnium Archiepiscoporum, Episcoporum & Principum terra sua Parisios convocari praecipit. Celebrato autem cum illis communi Concilio, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus Ecclesiarum Praelatis Regia auctoritate mandavit, quod ipsi per frequentes praedicationes & admonitiones populos sibi subditos admodum, quatenus pro fide Christianorum defendenda contra inimicos crucis Christi pugnaturi Jerosolymam peterent. Ipse enim Philippus Rex tunc regni Francorum gubernacula solus strenue regebat. Nondum enim ex Elizabeth venerabili Regina uxore sua sobolem desideratam acceperat. Et ideo de consilio Principum strenuos milites cum magna multitudine peditum armorum, de propriis redditibus, sumptus sufficientes, prout fama referente didicimus, ministrans Jerosolymam devote transmisit. Haec omnia Vincentius Bellovac. lib. 29. Specul. Hist. cap. 38. uno tenore cum anno MCLXXXIV. recitat; Labbeus vero Tom. X. Concil. Concilium Parisiense in annum MCLXXXVI. male differt cum Roberto Guaguino; cum eo anno Legati Jerosolymorum jam in Orientem redissent.

X.

Adventum Legatorum in Angliam narrat Baronius ex Rogerio Hovedeno num. VI. & seqq. & Giraldus Cambrensis in Hibernia Ex-

praesidio, ut per ipsos facilius ad vota sua tuam devotionem inclinent. Viros igitur praefatos, tanquam ab ipso Domino tibi destinatos benigne suscipias, & debita charitate pertractes, eorumque postulationibus tanto facilius acquiescas, quanto gravitatis, & honestatis intuitu favor est eis & gratia exhibenda. Sane recolat prudentia tua, & sollicitudine secum meditatione revolvat promissionem illam, qua de impendendo sepe dicta terra praesidio, tuam celsitudinem obligasti: & ita in hac parte te cautum & studiosum exhibeas, ut te in tremendo Judicio tuae conscientia non accuset, & ejus, qui non fallitur, districti Judicis interrogatio non condemnet. Hucusque Lucii epistola, quam & recitat (a) Neubrigenis. (a) Neubr. l. 3. c. 12. *al. Igmarum

In istis etiam diebus floruit Tmarus Tusculanensis Episcopus. Hic apud sanctum Martinum de Campis sub domno Matthaeo, tunc temporis Priore, postea vero venerabili Albanensi Episcopo, in juvenili constitutus aetate habitum suscepit monachalem, a quo Cluniacum ducitur, ubi a Pontio Abbate professione, A a a 2 pa-

pugnata lib. 2. cap. 25. & duobus seqq. de eodem adventu, ac in ea legatione gestis agati incurate agit: Advenit in Angliam circa Kal. Februarii mense itinere longo, ab Oriente in Occidentem vergens, vir venerabilis Patriarcha Jerosolymitanus, cui nomen Heraclius, firmiter asseverans, regnum universum in Saracenorum & Saladini, tam Egyptiorum quam Damascenorum tunc Principis, manu sacrilega in brevi devolvendum, petiitque, ut omitti negotiis cunctis, regisque relictis & rebus universis, Crucem assumeret. Die responsionis Londonia tandem a Rege praefixo, responsum a Rege Patriarcha suscepit, quod Regnum suum deferere non posset, sed se se pecuniam transmissurum, & copiose collaturum ad Terra sacra tuitionem. Cui Patriarcha: Principem quare venimus, non pecuniam; qualibet enim fere mundi pars nobis pecuniam mittit, sed Principem nullum. Virum igitur appetimus, qui pecunia indigeat, non pecuniam, qua viro. Et cum nullum aliud a Rege responsum elicere posset, eum rogavit, ut vel saltem, filium natu minorem Joannem eis in subsidium daret, sed id impetrare non potuit.

Ex Historia foundationis Hospitalis Sancti Joannis Jerosolymitani in suburbio civitatis Conventus Londoniensis, quae extat Tom. Monastici Anglicani pag. 505. patet eos cito in Angliam transfretasse. Ibidem enim legitur: Anno Dominica Incarnat. MCLXXXV. sexta Idus Martii, littera Dominicali F. dedicata est Ecclesia dicti Hospitalis in honore beati Joannis Baptistae, a venerabili Patre Heraclio Dominica Resurrectionis Patriarcha. Radulphus de Diceto, qui hoc tempore Londonii florebat, pag. 625. ad hunc

XI.

CHRISTI
1185.LUCII III. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 31.
ANDRON.COMN. IMP. 3.

pariterque benedictione completa, monasterialibus sacramentis artius implicatur. Inde vero, suffragantibus meritis, custos Ordinis efficitur. Abbas postmodum novi monasterii Pictaviensis ordinatus, ubique strenuus rector & præcipuus Ordinis cultor, suæ religionis & sapientiæ clarissima monumenta reliquit. Succedente autem tempore a domno Innocentio Papa in Patriarchio Lateranensi Cardinalis pontifex consecratur, & Coepiscopus & coadjutor Romani Pontificis in partem sollicitudinis advocatus, Lavicanensis & Tusculanensis Ecclesiæ titulo decoratur. Sub domno quoque Lucio Papa legatione fungens in Angliam transfretavit, ubi vires agens Apostolicas, manus suas excutens a turpi munere, ad subvertendum iudicium nullis potuit pecuniis expugnari. Tandem, sicut in voto semper habuerat, in sepulcro videlicet patrum suorum collocari, & ad ipsos opponi desiderans, ad nos veniens, collegit quidquid habere potuit, & tam in stagno faciendo, quam in reliquis beneficiis, quæ Conventus grantanter impendit, amplius quam XLCLII. Solidos devotus expendit. Hæc de Igmaro Legato, a Lucio missõ ad Regem Anglorum: qui licet ipso exordio schismatis Octaviano ipsi faverit; cito tamen resiliit, & partes Alexandri sectatus abstergit maculam quam contraxerat. Pergit autem Rogerius:

IX.
Conventus
London. pro
exped.
in Ter-
ram S.

His auditis, dominus Rex respondit rem bene processuram, Deo volente, & statuit eis terminum suæ responsionis primam Dominicam Quadragesimæ apud Londonias. Ad quam Dominicam dominus Rex, & Patriarcha, & Episcopi, & Abbates, & Comites, & Barones regni Angliæ, & Willelmus Rex Scotiæ, & David frater eius cum comitibus, & Baronibus terræ suæ convenerunt Londoniis, & habito inde cum deliberatione consilio, placuit universis, quod dominus Rex consuleret inde dominum suum Philippum

PAGIUS

hunc Christi annum de his Legatis scribit: Heraclius Patriarcha Sanctæ Resurrectionis, & Rogerus Magister Sanctæ Domus Hospitalis Jerusalem tendentes in Occidentem, & per Italiam transitum facientes & Galliam, nec a Domino Papa, nec ab Imperatore Romano, nec a Rege Francorum aliqua plane consolatoria receperunt. Subdit Radulphus, ad vocationem Regis, Cantuariensem Electum, hujus suffraganeos, Dunelmensem Episcopum, Abbates & Comites Londoniæ convenisse apud Fontem Clericorum XV. Kalendas Aprilis; & fatius visum fuisse universis, & anima Regis multo salubrius, quod regnum suum debita cum moderatione gubernet, & a gentibus exteris tueatur, quam salutem consulat Orientalium in propria sua persona.

XII.
Obitus
Lucii
III. PP.

Ad num. XI. Anonymus Casinensis in Chron. mortem Lucii III. hoc anno his verbis narrat: Lucius Papa apud Veronam obiit VII. Kalendas Decembris, & Archiepiscopus Mediolanensis in

Regem Franciæ. Et sic soluto consilio, dominus Rex dedit universis hominibus suis, tam clericis, quam laicis licentiam capiendi crucem. Unde factum est, quod Balduinus Cantuariensis Archiepiscopus (successerat hic Richardo) & Ranulphus Justitiarius Angliæ, & WALTERUS Rothomagensis Archiepiscopus, & Hugo Dunelmensis Episcopus, & alii quamplures Episcopi transmarini, & cismarini, & fere omnes Comites, & Barones, & milites Angliæ, Northmanniæ, & Aquitaniæ, & Britannia, & Andegavia, & Cenomania, & Turonia, crucem ceperunt. Et inferius post enarrata prodigia quædam, quæ tunc contigerunt, hæc de responsis datis Legatis Hierosolymitanis:

Deinde Philippus Rex Franciæ, & Henricus Rex Angliæ habito colloquio de subventionem faciendam terræ Hierosolymitanæ, promiserunt se bonum auxilium illi facturos tam in hominibus, quam in pecunia. Sed hæc omnia præfatus Patriarcha parvi pendebat. Sperabat enim, quod esset reducturus secum ad defensionem Hierosolymitanæ terræ præfatum Regem Angliæ, vel aliquem de filiis suis, vel aliquem alium virum magnæ auctoritatis. Sed quia hoc esse non potuit, repatriaturus, dolens & confusus a Curia recessit. Hæc de his Rogerius, qui ait Heraclium Hierosolymorum Patriarcham mense Aprilis navigasse in Angliam, & apud Regem mira celeritate negotium istiusmodi pertractasse, cum interea Archiepiscopus Tyrri munus legationis obiret in Galliis.

Accessit autem ad commune damnum & impedimentum promovendæ expeditionis, quod promotor ejus Lucius Papa hoc ipso anno, septimo Kalendas Decembris ægrotans ex hac vita migravit, Veronæ dum esset, ubi & honorifice sepultus, hoc epitaphio inscripto sepulcro: LVCA DEDIT LVCEM TIBI LVCI. PONTIFICATVM OSTIA. PAPTVM ROMA. VERONA MORI. Ad di-

Papam Urbanum substitutus est. Eundem diem emortualem passim alii tam veteres quam recentes etiam exhibent, & legitur in auctori Ciaconio cum ejus epitaphio, quod visitur in Cathedrali Ecclesia Veronensi, ubi ejus corpus conditum fuit. Verum hæc verba, obiit S. Patre D. D. Lucius. Papa. III. A. MCLXXXV. D. XXV. Novembris, illi epitaphio a posterioribus superaddita fuere; nam Joannes Franciscus Tinctus lib. 5. de nobilitate Veronensi cap. 2. illud sine illa chronologica clausula refert, non quod illam omiserit, ut arbitratus est Papebrocius in Conatu Chron. Hist. sed quia epitaphium in antiquis monumentis sine ea invenerit; & clausulam illam a paucis sæculis adjectam fuisse ostendit dies XXV. Novembris positus loco, VII. Kal. Decembr. Hinc Onuphrius Veronæ natus epitaphium illud, apud Baronium legendum, sine illa clausula recens apposita recitat in ultimo suo opere nem-

CHRISTI
1185.LUCII III. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 31.
ANDR. COMN. IMP. 3.

data vero reciproca hæc antithesis: IMMO VERONA DEDIT VERVM TIBI VIVERE. ROMA EXILIVM. CVRAS OSTIA. LVCA MORI. Recitat ista Ptolomæus Lucensis in sua historia, quam antiquitus scriptam habemus in Vaticano. Extat inter alia decreta Lucii hujus illud, quod statuit adversus hereticos, a Gregorio Nono in libro (a) Decretalium collocatum. Incipit: Ad abolendum. Defuncto autem Lucio Papa, & tumulto, miro consensu omnium Cardinalium, qui aderant, statim creatus est ejus successor Urbanus Tertius, dictus antea Lambertus, Archiepiscopus Mediolanensis, de quo dicturi sumus anno sequenti. Modo reliqua anni hujus prosequamur.

(a) Extr.
de haret.
c. ad abo-
lendum.Urbanus
Papa III.
creatus.XII.
Siculi in
Græcos.(b) Nicet.
Chron. in
Andron.

PAGIUS

XIII.
Sedis ejus
duratio.

Hoc namque anno, & Indictione tertia (ut Nicetas testatur) Willelmus Siciliae Rex ingenti comparata classe, in ultionem Græcorum, qui ante biennium in Latinos Constantinopoli adeo immaniter debacchati fuerant; primo Dyrrachium, inde Thessalonicam expugnavit; sicque in Græcos omnes Latini milites adeo sævierunt, ut etiam eorum quæque sacra reddere profana, & veluti execranda, polluere, depravare, atque penitus perdere laborarint. Scribit singula ac plane nefanda idem ipse (b) Nicetas, cujus rei gratia, ut idem ipse testatur, adeo inter Græcos atque Latinos est charitas exulcerata, & odium implacabile

nempe in Nota ad Vitam Lucii III. a Platina editam, licet lib. 7. Antiquit. Veronenf. pag. 184. eam Lectoribus obtulisset.

Verum dies ille VII. Kalend. Decemb. seu dies XXV. mensis Novembris, non mortis, sed sepulturæ fuit, ut recte notavit Radulphus de Diceto citatus pag. 629. ubi ait: Lucius Papa VII. Kal. Decembris Verona sepultus, est, quod extra dubium ponunt Varnerus in Fascic. Temp. Martinus Polonus Auctor magni Chronici Belgici, Platina, & unus ex nostris Catalogis, in quibus legitur sedisse Lucium III. annos quatuor, menses duos, dies octodecim, a die sexta Septembris an. MCLXXXI. quo consecratus fuerat, deductos, & die mortis excluso. Ex quo & habemus Lucium III. Sedis suæ durationem, non a die electionis, sed a die consecrationis numerasse. Eum autem annos Incarnationis a die XXV. mensis Martii auspiciatum esse nuper indicavimus. Onuphrius in Adnotatione ad Vitam Alexandri III. dicit, in electione Lucii III. eam tunc primum redactam fuisse ad Cardinales solos, Clero omnino & populo a Pontificis electione exclusis, legemque salutarem in Concilio generali Lateranensi anno MCLXXXIX. celebrato latam de duobus tertiiis suffragiorum Cardinalium, ad evitanda imposterum schismata, executioni mandatam fuisse, quod dicit sibi constare ex eisdem Pontificis diplomate apud se asservato. Quamvis autem non pauca supersint hujus Pontificis Epistolæ, duæ tamen tantum in Collectione ultima concil. exhibentur, quarum prior scripta ad Episcopos & cle-

excitatum, ut omnis spes reconciliationis exciderit; ait enim: Tanto discordiæ vallo invicem dirempti sumus; nec allo modo animi conjungentur, nisi corporibus conjuncti in eisdem adibus habitemus. Hæc & alia plura id genus ipse. Sed quid accidit? Inversa alea rerum fuit, cum hoc eodem anno inter ista Andronico magna ignominia & sævitia (ut dicitur) sublato de medio, Imperium invadente Isaacio Angelo, & adversus Siculos confluentem universo Græcorum Imperio, victi sunt Siculi, passique duriora ab illis. Hæc singula leges apud eundem Nicetam in Isaacio Imperatore. At quasnam pœnas sive excogitatas, sive furore populi improvisas dederit Andronicus pro sua ipsius immanitate, qua in necem infantium ac præcipue Latinorum, quos Constantinopoli publico indito bello exagitavit, & (ut superius dictum est) sævissime habuit, hic describamus ex Niceta Choniata, qui aderat:

Itaque in Anonæ castellum duobus gravibus catenis cum ferreis seris superbo collo injectis, & compedibus oneratus, ut captivos tractari moris est, conicitur: eoque habitu ad Isaacium perducto contumeliosis verbis insultatur, atque impinguntur, nates pulsantur, barba vellitur, dentes excutiuntur, capilli evelluntur: publice omnium ludibris expositus, etiam a mulieribus pugnis caditur, iis præsertim, quarum maritos aut occiderat, aut excaca-

Græci in
Siculos.XIII.
Divina
ultio in
Andron.XIV.
Gesta a
Guillelmo
II. Sicilia
Rege.

ricos Scotia, de absolute Willelmi Regis Scotiæ; secunda ad Henricum II. Angliæ Regem. Aliæ in altera editione Conciliorum ex Ughello in Italia Sacra, aliisque supplendæ erunt. Ex sententia Baronii, cum de electione Lucii III. verba facit, quam sequitur Papebroc. laudatus, sequitur hunc Pont. supra. annos & menses sedisse dies XXVIII. a die electionis ejus, quam diei XXIX. mensis Augusti alligant, numeratos; sed hæc opinio, ni valde fallor, amplius sectatores non habebit. De creatione Urbani III. Lucii successoris, licet hoc anno facta, anno tantum sequenti juxta ordinem Baronii agemus.

Ad num. XII. & seqq. Anonymus Casinensis in Chron. hoc anno scribit: Pax firmata inter Imperatorem Fridericum & Regem (nempe Sicilia) Guillelmum facta est. Rex Guillelmus copiosum exercitum in Romaniam transmisit, qui civitatem Durachia, & civitatem Saloniquium (id est, Thessalonicam) ceperunt. Præfatus Rex Constantiam amitam suam transmisit in conjugium ad illustrem Regem Henricum filium Friderici Imp. Novum genus hominum, qui Vendicofi dicebantur, in quadam parte regni surrexit, quos prædictus Rex suscipendi fecit, & diversis pœnis affligi. Supradicto folio Regis fraude & vi Græcorum postmodum fortuna adversata. Joannes vero de Ceccano in Chron. hoc anno: Indict. II. Guillelmus Rex Sicilia fecit folium maximum per mare & per terram; super folium maris prænavit Capitaneum (id est, Præfectum militum, qui est in eorum capite) Comitum Tancredum, su-

CHRISTI
1185.LUCII III. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 31.
ANDR. COMN. IMP. 3.

carat. Deinde præcisa dextera, in idem castellum reducitur, sine cibo, sine potu, sine ullo cujusquam officio. Post aliquot dies altero oculo effosso, scabioso camelo impostus, per forum triumphi specie traducitur, calva glabra instar arideæ quercus, & ovo nudore, & brevi tunica tectus, spectaculum miserabile, quod rivos lacrymarum elicere queat ex oculis non inhumanis. Sed stolidissimi & petulantissimi urbis incolæ, præsertim factores, coriarii, opifices, & circumforanea sordidatæ turba, muscarum instar, verno tempore ad multas & pingua cymbria convolantium, nulla ratione habita, quod is nudus tertius Imperator, regio diademate ornatus, ab omnibus laudatus, celebratus, adoratus esset; quoque sanctissimo jurejurando fidem & benevolentiam suam erga illum testati essent, efferatis animis sine ulla ratione ruentes nihil mali prætermiserunt, quo Andronicum per nefas non afficerent. Alii clavos in caput ejus impeerunt, alii stercore nares ejus fœdarunt, alii spongas excrementis hominum & pecudum fœdatis infaciem ejus expresserunt, alii verbis obscenis parentes ejus insectati sunt. Erant & qui verubus latera ejus pungerent. Impudentiores quidam lapidibus coniectis rabidum canem eum appellabant. Scortum quoddam impudens ollam ferventi aqua plenam, e culina raptam, in faciem ejus effudit. Nemo denique erat, quin male faceret Andronico. Ita ignominiose in theatrum ridiculo triumpho perductum, ac misero illo camelo detractum, juxta duas columellas, quibus superne lapis incumbit, prope enseam lupam, &

hyenam, quæ inflexis cervicibus, quasi altera in alteram impetum factura, concitata astant, pedibus suspendunt fune alligatis. Tot mala perpeffus, & alia sexcenta, quæ prætermisimus, tamen generoso adhuc animo illata mala tolerabat, ac mente integra ad affluentem turbam, & jacentem conversus, nihil dicebat aliud nisi, DOMINE MISERERE: & QUID CALAMVM CONTRITVM INFRINGITIS?

Ceterum dementissima populi turba nunc quidem afflictissimo pepercit Andronico, postquam pedibus suspensus fuit: sed directa tunica, virilia ejus vexavit, & quidam homo nefarius longum ensam per fauces ejus usque ad intestina adegit. Duo vero Latini generis, enses ambabus annexi manibus in nates ejus adegerunt, ut periculum facerent, uter esset acutior, ictus dexteritate gloriati. Post tot arumnas & clades ægre vitam abruptit, dextera cum dolore ad os adnota, ut multi putarent, eum calidum ex ea sanguinem ob recentem plagam adhuc destillantem, exugere. Imperavit annos duos: unum vero rerum potitus est sine purpura, & regio diademate. Et inferius:

Post dies aliquot ex alto illo miserabili detractus, & in theatri fornem quemdam, ut bestia projectus, jacuit, donec quidam humanitate adducti, nec iræ nimium indulgentes, cadaver ejus inde sublatum juxta Ephori monasterium, quod ad Zeuxippum est, in quodam infimo loco posuerunt, idque compage nondum penitus dissoluta adhuc spectare licet. Nam Isaacus Imperator criminis

XIV.
Sævum
durissime
in Andr.

XV.

PAGIUS
XVI.
Imarus
Card. usque
ad
Lucium
III. non
pervenit.

Baronius in Addendis & Corrigendis ad hunc annum refert, quæ leguntur in Chronico Cluniacensi in Bibliothecam Cluniacensem nunc inserto, pag. 1644. & seq. de Tmaro Cardinali Tusculano, ab Innocentio Papa creato, & sub Lucio Papa Legato in Angliam misso, ubi ad subvertendum judicium nullis potuit pecuniis expugnari. Verum cum in illo Chronico hæc referantur in Pontio I. Abbate Cluniacensi, intelligenda sunt de Innocentio II. & Lucio II. Jam de eodem Tmaro suo loco verba fecimus. Eum ab Innocentio II. in VI. creatione anno MCXLI. peracta Cardinalem renunciatum, inter omnes convenit, sed quo anno mortuus sit, hæcenus omnibus ignotum. Certum tamen mortem ejus contigisse an. MCLXVI. Joannes enim Saresberiensis in Epist. CX. libri primi Epistolarum S. Thomæ Cantuariensis, Bartholomæo Exoniensi Episcopo data hæc ei nunciat: Episcopus Tusculanus & Humbaldus Cardinalis diem obierunt. Obiit quippe (legendum, quoque,) Willelmus Rex Siculus. Quare cum Willelmus I. Siciliæ Rex anno millesimo centesimo sexagesimo sexto Idibus Maii e vita migravit, eo pariter anno Imarus Episcopus Card. Tusculanus vivere desit.

Mortuus est hoc anno Balduinus IV. Jerosolymorum Rex, Balduino nepote ejus ex Sybilla sorore adhuc puerulo sub custodia Raimundi Comitis Tripolitani in Regem substituto, inquit, Nangius in Chron. quod antea scripserat Anonymus Casinensis ad hunc annum: Balduinus

expers, & justus, ut putabat, non annuit, ut id sublatum sepeliretur, aut in SS. Quadraginta eadem transferretur, quam Andronicus ea de causa studiose condiderat, & exornarat. Hæc Nicetas. Quibus significatur, haud absque spe indulgentiæ a Deo consequendæ poenitentem Andronicum esse defunctum, quem in aliquibus commendatione dignum ostendit, ut illud in primis, quod studiosissimus esset S. Pauli Apostoli, cujus & Epistolas præ manibus habere soleret: Apostolum vero ipsum Andronicum non despexisse, sed intercessionibus adjuvante, cladisque super eum venturæ prænuntium illi fuisse: nam de ejus imagine ista subiicit: Imago vero cælestis illius oratoris Pauli, antiquæ manus opus, quam auro exornatam in illa æde reposuit, imminente ei exitio lacrymavit. Quo is audito explorari jubet, an verum sit. Ad id ministerium præter ceteros Hagiochristophorita Stephanus delectus, per gradus ascendit (nam in sublimi pendebat imago) Paulique pupillas purissimo linteolo absterxit: quo facto, lacrymæ magis etiam tamquam ex fonte exuberarunt. Quod ubi cum admiratione retulit, Andronicus gravi dolore percussus, & diu agitato capite, cum gemitu dixit, Paulum videri sua causa lacrymasse, ac gravissimam sibi cladem impendere. Se enim ex animo amare Paulum, & ejus dicta maxime facere, & a Paulo utique redamari. Adde his etiam dignum Principibus de

XVI.

PAGIUS
XVI.
Imarus
Card. usque
ad
Lucium
III. non
pervenit.XVII.
Moritur
Balduin.
IV. Rex
Jerusalem.CHRISTI
1185.LUCII III. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 31.
ANDR. COMN. IMP. 3.

eo imitatione exemplum, quod tenacissimus erat Catholicæ Fidei custos, ut nec in disputationem adduci modo aliquo pateretur, quod ipsi derogare posse videret; nam audi quid idem Nicetas de his referat: Tantum porro absuit, ut consuetudinem, & tunc, & nunc receptam de divinis dogmatibus disputandi probaret, aut de Deo novi aliquid vel dicere, vel audire vellet (idque, cum nostram doctrinam non summis tantum labris attigisset) ut novarum Patrum Episcopum Euthymium, virum eruditissimum, & Cinnamum Joannem ad Lopadium de illo Christi dicto, Pater major est me, in suo tabernaculo differentes objurgavit, & in Rhyndacum annem abjecturum minatus sit, ni desisterent. Fuit autem illud argumento, non plane efferatum fuisse Andronicum, quod eruditionis rationem habuit, & eruditos non procul a purpura, sed prope solum suum collocatos, & muneribus frequentibus fovit, honores eis non minimos habendo, cælestem sapientiam, divinamque rerum doctores, disertos, & jurisperitos, magnam rem & summi pretii se æstimare declaravit. Hæc & alia laude digna de Andronico Nicetas narrat. Suscepit autem Imperium Isaacus Angelus in ultionem Sicularum, ut declaravit eventus. Porro quod ad ipsum auctorem Nicetam pertinet: de ipso ejus frater Michael Episcopus Athenarum testatur in Monodia ipsius, quod ubi Constantinopoli invaluit tyrannis Andronici, in-

Rex Jerosolymitanus obiit, & Balduinus filius sororis ejus est factus Rex. Tum Nangius ad annum sequentem: Balduinus Rex Jerosolymorum adhuc puerulus obiit, cui Guido Leponensis (legendum, Joppenis) Comes, qui Sybillam ejus matrem habebat in conjugem, in regno successit; qua res Comiti Tripolitano, qui tutor pueri Regis fuerat constitutus displicuit, & ob hanc tam Regi, quam suis cepit multimode adversari. Neubrigensis lib. 3. cap. 15. Unde supra modum indignati sunt Optimates, nec aquanimiter pati potuerunt hominem peregrinum, & qui non esset de stirpe Regum, levare supra capita sua, cum de semine Regio suppetere, a quibus regnum (ut credebant) decentius & magnificentius regeretur. Subdit, Comitem Tripolitani implorasse auxilium Saladini, & impetrasse. Quæ mala inde consecuta sint, infra referemus.

Mortuus est etiam Alphonsus primus Portugalliæ Rex die sexta mensis Decembris, anno ætatis XCI. ut Garibayus in Compendio Historico lib. 34. cap. 14. vel XCVIII. ut alii tradunt. Jam ab anno MCXII. Henrico Comiti patri in Principatum successerat, annoque MCXXXIX. Rex ab omnibus agnitus fuerat, præterquam a Summis Pontificibus, a quibus tandem Regium titulum obtinuit. Univerfam fere Lusitaniam Infidelibus eripuit, plura Cænobobia extruxit, tantisque virtutibus effulsit, ut privatim a Lusitanis veneretur, uti refert Antonius Brandaonius in sua Historia fermo-

XVIII.
Moritur
& Alphon-
sus primus
Portugal-
liæ Rex.

PAGIUS super stolum terra fecit Capitaneos Comitem Al-
duinum & Comitem Richardum de Cerra, &
mandavit eos omnes in Romaniam ad acqui-
rendum imperium Constantinopolitanum. Totum
stolum intravit in mare III. Idus Julii, in festo Jo-
annis Baptista ceperunt Durazzi (seu Dyrrachium
Gallis Duras, Macedoniæ oppidum olim am-
plum). In festo Sancti Bartholomæi adepti sunt
Saloniciam (seu Thessalonicam insigne oppidum
Macedoniæ) cum multis civitatibus & castel-
lis & roccis (idest, castellis in rupe ex Glossario
Ducangii) de Romania, jurantes fidelitatem Re-
gis Sicilia. Tandem exercitus Imperatoris Isaac,
super quem exercitum erat constitutus quidam
Princeps, qui dicebatur Granatus, obvians eis
eum verbis pacificis dicens, quod ultra procede-
re non poterant, tamen si vellet ad propria rever-
ti, promisit eis securitatem, & dedit firmam pacem.
Ipsi tamen acceperunt securitatem, & vice-
versa pacem promittentes, Comites Regis Sicilia,
in festo Sancti Leonardi (die sc. sexta Novembris)
a Græcis decepti sunt & Constantinopolim in ca-
ptione callide ducti sunt; sed Imperator cognita
rei veritate securitatem considerans, & pacem
a Græcis non observatam Latinis, condoluit
valde, & erubuit; & sic demum omnes deli-
beravit (idest, Liberavit) & unusquisque su-
perveniens reversus est ad patriam. Quæ eor-

CHRISTI
1185.LUCII III. PAP.
4.FRIDERICI IMP. 31.
ANDR. COMN. IMP. 3.

inde aufugit, diligens potius exilium
voluntarium degere in alieno solo, quam

sub alca hominis sævissimi periclitari.

An-

PAGIUS de Lusitano vulgata, libr. XI. cap. 38. Ei
successit *Sanctius* filius, hujus nominis pri-
mus.

XIX. In Africa *Ali Duce*, qui *Bugiam* occupa-
vit, magna rebellio excitata. *Jacob Almo-*

hadem Imperator ejus conatibus obstitit, Bu- *Rebellio*
giamque recuperavit, sed impedire non potuit, *Africano.*
quin *Ali* universam Africam Minorem, *Tuneto* *rum in*
& *Almhadia* exceptis, anno Hegiræ DLXXXI. *suum Im-*
sibi subjecerit. *perator.*

JESU CHRISTI
ANNUS
1186.URBANI PAP. III.
ANNUS
I.FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

1. ANNO Redemptoris millesimo cente-
simo octogesimo sexto, Indictione
quarta, pridie Idus Januarii, Urbanus
Papa recens creatus, de sui electione
has ad universum populum Christianum
litteras dedit:

*Urbanus Episcopus servus servorum Dei
venerabilibus fratribus Archiepiscopis,
& Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus,
Prioribus & cæteris Ecclesiarum
Prelatis, ad quos litteræ pervenerint,
salutem, & Apostolicam benedictionem.*

*Cœlestis altitudo consilii firmam reti-
nens in sua dispositione censuram, sacro-
sanctam Romanam Ecclesiam, ad cujus
regimen sumus, licet insufficientes, assum-
pti, supra petram Fidei soliditate funda-
vit: illud ei tribuens in Apostolica con-
fessionis fortitudine firmamentum, cui nec
procella turbinis, nec prævalere possit spi-
ritus tempestatis. Unde ipsa universalis
mater Ecclesia usque ad consummationem
seculi manentem secum retinens Salvato-
rem, ita juxta Canticum (a) Salomonis:
Quem dilexit, amplectitur, ut pro nulla
rerum varietate, vel temporum, ab uni-
tate suæ Fidei, vel pietatis proposito
separetur. Licet enim vel crebra deceden-
tium mutatione pastorum in varia discrimi-
na frequenter inciderit; vel per munda-
næ malignitatis incursum persecutiones in-
numeras pertulerit, & labores: numquam*
Ann. Eccl. Tom. XIX.

Litteræ
Urbani
Papæ de
sua ele-
ctione.

(a) Cant.
3.

*tamen eam gratia divina deseruit, quo
minus robur ejus in qualibet tentatione
perficeret, & inde obtineret spei suæ gaudi-
um, unde suscepit Fidei firmamentum.
Sic igitur ante paucos hos dies faciente
sum ea Domino signum in bonum, quam-
vis ipsam de transitu pii patris Lucii non
modicus dolor tristitiaque turbavit: sta-
tum tamen ejus in unitate spiritus & vin-
culo pacis divina providentia conservavit
ut post vespertinos fletus latitia matuti-
na succederet, & ipsa velut columba pul-
cherrima suis latificata gemitibus, sine
ruga prorsus & macula candoris sui pul-
chritudinem retineret.*

*Defuncto siquidem piæ recordationis Pa-
tre ac prædecessore nostro domino Papa
Lucio, & reverendissimo ejus corpore ho-
norifice tumulato: habitus est a fratri-
bus de successoris electione tractatus, in
quo tanta fuit unitas omnium, tantaque
ad invicem concordia singularum, ut ille
intelligatur operatus in eis, in cujus ma-
nu corda sunt omnium, & per quem adu-
natur diversitas animorum. Cæterum cum
plures essent in Ecclesia Dei viri vene-
rabiles & prudentes, in quos eorum vo-
ta concurrere consultius, ut credimus, &
dignus potuissent, ad insufficientiam no-
stram oculos intenderunt: & factum est,
sicut Domino placuit, ut nos, quibus ad
dignitatis tantæ fastigium nec vires, nec*
B b b b me-

II.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6679.

SÆC.

XII.

An. Eræ
Hispan. M-
CCXX-
IV.An. He-
gira DLXXXI.
inchoato
die 24.

Martii

fer. 2.

An. C.

1186.

I.

Dies &
annus e-
lectionis
Urbani
III. PP.

1

© 19. E. 29. P. 13. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 1186.

URBANI III. PAPÆ 2.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 35. IMP. 32.

ISAACII ANGELI IMP. 2.

AD num. I. & seq. *Urbanus III.* successor
Lucii III. anno superiori die vigesima
quarta Novembris demortui, & die insequen-
ti sepulti, in literis omnibus Ecclesiarum Præ-
latis Verona secundo Idus Januarii datis, & a
Baronio recitatis, ait, *defuncto Papa Lucio,
& reverendissimo ejus corpore honorifice tumu-
lato, habitum fuisse a Cardinalibus de successo-
ris electione tractatum, seque unanimi consensu
in ejus locum subrogatum. Quare cum Lucius
III. die XXV. mensis Novembris anni elapsi
tumulatus fuerit, eodem die ea electio peracta;
quod non tantum Sedis ejus duratio, quam-
ab electione reperebat, ut in morte ejus osten-
demus, demonstrat, sed etiam diserte affirmat
Gervasius in Chron. ad annum MCLXXXV.
ubi de Lucio III. scribit. Verona sepultus est.
Cui successit incontinenti Mediolanensis Archiepi-
scopus, & Urbanus appellatus est. Quod confir-*

mat Radulphus de Diceto pag. 629. ad eundem
Christi annum, ubi postquam asseruit, VII. Kal.
Decemb. Verona sepultum esse, ejus successoris
coronationem, & diem quo ea facta, his ver-
bis nos edocet: *Humbertus Mediolanensis Archi-
episc. ipsa die Cardinalium assensu communi Pa-
pa creatus est vocatus Urbanus; Kal. Decembris
coronatus est in Ecclesia S. Petri montis in super-
cilio collocata. Dies autem prima mensis De-
cembris anno superiori in Dominicam cade-
bat. Dies itaque mortis Lucii III. & dies ele-
ctionis ac coronationis ejus successoris nunc
certi.*

*Urbanus III. ante pontificatum Archiepisco-
pus Mediolanensis erat, & Leonis IX. ac Ale-
xandri II. exemplo Archiepiscopatum retinuit,
ut diserte legitur in Catalogo Archipresbyte-
ri Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolanensis apud
Puricellum in Monument. Basilic. Amb. num.
DCV. ubi etiam pag. 1019. exhibet Instrumen-
tum anno MCLXXVIII. exaratum, in quo
memoratur Obertus Crivellus, ipsius Ecclesiæ
Archidiaconus, qui postea sub Urbani III. no-
mine Pontifex Romanus fuit. Hugo Autissio-
dorensis in Chron. hoc anno scribit: Per hos
dies venit ex Calabria partibus ad Urbanum
Papam Verona morantem quidam Abbas nomine
Joachim, de quo ferebant, quia cum prius non
plurimum didicisset, divinitus accepit intelli-
gentia donam, adeo ut sæcunde disertæque eno-
daret difficultates quaslibet Scripturarum. Hic
itaque dicebat quadam Apocalypsis miseria ba-
stenus latuisse, sed modo per eum clarescere in
spi-*

II.
B. Joachi-
mus Abb.
ad Urban.
III. venit.

CHRISTI
1186.URBANI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

merita suffragantur, in patrem sibi elegerint, & pastorem. Nos autem licet nobis consensu propria infirmitatis essemus, ita ut crederemus eorum proposito non immerito resistendum: ne tamen ex dilatione negotii, vel pertinacia reluctandi aliquid in Ecclesia periculum proveniret, consensimus licet inviti inuncti oneris subire laborem, ab eo sperantes dirigi gressus nostros, qui B. Petro in fluctibus naviganti, & fiduciam præstitit, ut in mare descenderet, & potenter occurrit, ut dubitans non periret. Nunc igitur in eo loco, & officio constituti, in quo valde indigenus omnium Fidelium suffragiis, adjuvari: ad vos tamquam ad speciales Ecclesie Romanae filios cum fiducia, & securitate recurrimus, vosque benedictionis Apostolicæ prevenientes alloquio, litteris familiaribus admonemus, rogamus attentius, & exhortamur in Domino, quatenus transitum supradicti patris & Domini nostri Lucii devotis orationem suffragiis prosequentes, fidem & devotionem, quæ nobis pro reverentia Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, & Apostolicæ Sedis communiter debetur ab omnibus, vos specialiter impendatis, ita quod ex hoc, & a Deo præmium consequi, & majorem semper gratiam valeatis in oculis nostris, & totius Ecclesie promereri. Datum Verona secundo Idus Januarii. Descriptæ leguntur litteræ istæ apud Rogerium in Annalibus Anglicanis.

III. Sed quæ mox post creationem Urbani intercesserunt cum Imperatore adhuc Veronæ agente contentiones, ex Arnolde Abbate Lubecensi ita describimus: (a) Inter hæc autem defuncto Papa Lucio, dominus Urbanus in Sedem Apostolicam sublimatus est. Cumque inter ipsum, & dominum Imperator. colloquia celebrarentur pro negotiis supra memoratis, quæ adhuc minime determinata fuerant: dominus Papa ut zelator justitiæ pro defensione S. R. E. constanter agebat, nec terreni Imperii metuens Principatum, quæ sui juris erant intrepidus requirebat. Ar-

(a) Chron. Slav. l. 3. c. 16. 17. 18. Obortæ contentiones inter Pap. & Imp.

PAGIUS spiritu prophetia, sicut ex Opusculo quod scripsit, legentibus liquet. De beato Joachimo pluribus infra sermo erit.

A num. III. ad XII. Arnoldus Abbas Lubecensis in Chron. Sclavorum lib. 3. cap. 16. & seqq. fufe narrat dissidia inter Urbanum III. & Imperatorem post Lucii III. mortem continuata, & ex eo Baronius. Ad ea pertinent relata hoc anno a Chronographo Aquicinctino & a Joanne de Ceccano in Chron. Hæc prioris verba: Urbanus Papa & Imperator Fredericus inter se dissentiant. Multimoda fuerunt causa dissensionis. Præcipua, quod Patriarcha Aquilejensis, & quidam Episcopi interfuerunt, absque consensu Papa coronationi Heinrici Regis (filii Friderici Imp.) die quodam solemniter in Italia. Quos omnes Papa a divino suspendit officio. Aliæ, quod Formosum (legendum, Fol-

guebat sane Imperatorem de patrimonio domine Mathildis, de quo supra mentio facta est, quod ab ipso injuste occupatum dicebat. Affirmabat etiam quod Episcoporum exuvias injuste acciperet, quæ dum ipsis mortuis de Ecclesiis rapiantur, Ecclesie quasi corrosæ, & expoliatæ ab Episcopis subintrantibus inveniuntur, ita ut ex necessitate quadam rationes injusti inveniuntur, dum ablatis stipendiis, quæ confiscata fuerant, de novo resarcire cogantur. Tertium etiam contra eum proponebat articulum, quod Abbatissarum congregationes plurimas in dispersionem dedisset, dum propter enormitatem ipsarum sub emendationis occasione usurpatis sibi stipendiis, personas quidem removisset, nec alias ad honorem Dei, vel Ecclesie augmentum sub meliore professione restitisset. Hæc autem Imperator, etsi non libenter, patienter tamen audiebat: quia de consecratione filii instanter agebat. Ad quod opus dominus Apostolicus se omnino difficilem reddebat. Dicebat enim, ut a suo prædecessore instructus erat, quod minime Imperatoris filium Imperialibus insigniret, nisi ea pater primum deposuisset.

IV. Inter hæc autem Volmarus electus Trevirensis, de quo superius dictum est, contra voluntatem Imperatoris per manus domini Papæ ad summum sacerdotium meruit promoveri. Imperator hoc audiens iratus est nimis, & ex illa die manifestissima inimicitia inter ipsum & dominum Apostolicum exorta sunt: & facta est in Ecclesia Dei perturbatio non modica. Quia dum inter se discordarent cardines orbis, facta est confusio elementorum, Prælatorum videlicet, hinc inde placere volentium. Filius vero Imperatoris perturbationis hujus causa non parva extitit. Nam sub ipso tempore in Longobardia positus, Episcopum quemdam ad se accersiri jussit, cui etiam dixit: Dic clerice, a quo investituram pontificalem suscepisti? Et ille: A domino Papa. Cumque tertio eisdem verbis eum requisisset, di-

marum, ut Brouverus in Annal. Trevirens. ex Antiquis habet) Electum Treverensem Electum canonice sabbato sancto Pentecostes in Presbyt. Cardin. (nulla hujus Cardinalis apud Oldoinum in Auctiori Historia Card. mentio), & crastino die in Archiepiscopum, contra votum Imperatoris, consecravit. Nam alter electus perperam fuerat (nempe Rudolfus, ut videre est apud Arnoldum lib. 3. cap. 10. qui Cardinalatus Folmari etiam non meminit) quem Imperator manutenebat. His & aliis causis intercurrentibus inter Papam & Imperatorem in Italia Pax turbatur.

Schisma istud Ecclesie Trevirensis per annos septem duravit, uti narrat Auctor Magni Chronici Belgici pag. 201. Istis Papa Lucius auditus, Mosonibil determinavit: cui Urbanus III. mediolanensis successit, cujus progeniem Imp. Fredericus,

IV. Nova accidit causa contentionis.

CHRISTI
1186.URBANI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

dixit Episcopus: Domine nihil de regalibus possideo, nec ministeriales, nec curtes regias habeo: idcirco de manibus domini Papæ parochiam, cui præsum, teneo. Tunc indignatus Rex præcepit servis suis, ut pugnis eum caderent, & eum in luto platearum conculcarent. Quod factum omnibus displicuit, quia post Decium nihil tale auditum fuit de Regibus. Apostolicus tamen insists, Imperatorem de rebus superioribus capitulis instanter arguebat, idest de patrimonio domine Mathildis, de Episcoporum exuviis, & de Abbatissarum stipendiis: ita ut manifeste eum citaret, & excommunicationis maledictum ei intaret. Cui præcipue favebat Philippus Archiepisc. Coloniensis, plurimum dolens, quod post mortem Episcoporum omnia mobilia in fiscum redigerentur.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

cus, qui Mediolanum oppugnavit, universam oppressit; qui licet Imperator Folmarum se non admittendum jurasset, tamen cum Papa approbavit & consecravit, Radulphum reprobandum. Quid moror? Folmarus reversus excommunicavit Radulphum (a paucis electum) & suos: e contra Henricus Rex (nempe Germaniæ) jussu patris (sc. Friderici) Fautores Folmari spoliavit, & domos eorum publicavit. Folmarus impetrato Legationis officio apud Mosanum Carram (seu castellum Mosomium vel Mosomum, quod Mosæ adjacens Archiepiscopo Remensi tum parebat, inquit Brouverus) ut Papa Legatus, convocato Concilio, & celebrato (in Quadragesima juxta Brouverum) Episcopum Tullensem deposuit, Petrum Virdunensem excommunicavit. Tandem Clemens III. misit Sigifrido Cardinale tit. S. Mariae in Via Lata ad Regem mittit,

V. Ad hæc acclamabat Conradus Moguntinus, Volmarus Archiepiscopus Trevirensis, quibus consentiebant Episcopi duodecim, inter quos præcipuus erat Bertoldus Metensis, qui etiam Volmarum post consecrationem ab Apostolico venientem non solum in sua diocesi, verum etiam extra suos terminos ei occurrans, honestissime suscepit. Unde graviter animum Imperatoris exacerbavit, quod recordatus non fuisset, quæ sibi fecisset bona. Denique dum idem Bertoldus ad sedem Bremensem electus, ab Alexandro Papa fuisset depositus, ut in priori libello invenitur, venit ad dominum Imperatorem pauper & exul. Quem Imperator miseratus benigne suscepit, ita ut venienti de sede sua occurrans per manum deduceret, & in latere suo collocaret, sicque honeste & large habitum a conspectu fecit nunquam

ut secundum canones compositione facta inter eos negotium Treviricum terminaret. Veniens vero prædictus Legatus omnes ab obedientia Folmari absoluit, & Episcopum de administratione, non de ordine deposuit, & ab eo dejectos restituit, & excommunicatos absoluit, & amorum scilicet Radulphi & Folmari electionem sustulit, Ecclesia, ut prius, eligendi Episcopum liberam tradens facultatem: & sic discordia septennio jam protracta fuit terminata. Hæc ex Chronicis Pontificum, Trevirensium, ut arbitror, [1] Agunt & de ista Synodo, cujus in Collectione Conciliorum nulla mentio, Vassenburgius in Gallia Belgica, & Brouverus in Annal. Trevir. ex monumentis ejusdem Ecclesie. De Folmari morte anno MCLXXXIX. sermo erit. Hujus Legationis Sigifridi, vel ut alii eum appellant, Sofredi Oldoinus in Hist. Card. non meminit. Ba-

NOTÆ

[1] Concilium istud Mosoniense ad annum sequentem pertinere arbitror; licet enim in magno Chronico Belgico ad annum præsentem 1186. refertur, ejus tamen historia auctor, quæ ibi de illo memorat, ex chronicis pontificum Trevirensium desumpsisse se fatetur. In chronico autem illo, quod ante hæc parum bis prodiit; primo anno 1723. in Corpore Historicæ Eccardi tom. 2. col. 2198. dein Vet. Monument. Collectione Marten. anno 1729. to. 4. col. 141. &c. historia hæc absque anni adscriptione narratur. Qui vero cum certa anni designatione eandem tradiderunt, fidem authoris magni chronici sequuti sunt. Certum est autem illum in nonnullis errasse. Primo quidem Virdunensem episcopum non recte Petrum appellat, cum Henricum accurate habeat author chronici pontificum Trevirensium. Et quidem per hæc tempora cathedræ Virdunensis Henricum sedisse constat ex catalogo episcoporum Virdunensium a Schannat. Vindem. Liter. tom. 2. pag. 104. vulgato. Dein erravit in anno habiti concilii, quem annum 1187. fuisse ex eo arguo, quod Petrus Tullensis in eo concilio anathemate inultum se intelligens audita, ait author chronici Trevirensis, excommunicationis sua sententia in concilio facta, ad sedem Apostolicam, ad quam appellaverat, accessit. Qui dum appropinquasset, audivit Urbanum Papam III. de hoc mundo migrasse, &c. Decessit autem Urbanus anno sequenti 1187. die XIX. octobris. Igitur Petrus audita concilii sententia Romam petiit, parum ante diem 19. octobris anni 1187. Quis autem credat, episcopum integro anno, & semis absolutionem suam distulisse? distulisset autem si concilium illud in quadragesima anni 1186. & non potius anni 1187. celebratum fuisset. Certum enim dies incepti hujus concilii prima quadragesimæ dominica statuitur in chronico Trevirensi. Post hæc scripta demum comperi me quoad annum concilii hujus vera commentatum fuisse; cum illud ad eundem annum 1186. consignatum invenerim a Godefrido monacho, qui Annales a Frehero vulgatos to. I. pag. 335. nov. edit. usque ad annum 1237. scripsit. Ex eo etiam Scriptore didicimus concilio huic episcopos ecclesie Trevirensis suffraganeos invitatos fuisse, sed illorum, ne irent, Fridericum imperatorem prohibuisse. Demum juvat hic animadvertere Gregorium VIII. Urbani III. successorem, depositionem hanc Tullensis episcopi a Folmario in Mosoniensi concilio factam improbasse, scriptisque ad eum literis in reliquiis Ludewigi to. II. pag. 428. legendis, vetuit ne ad excommunicationem vel depositionem personarum Trevirensis provincie sine conscientia & licentia apostolica sedis procederet. MANSI

quam discedere, donec opportuno tempore certa eum & honesta sede locaret. Quod & factum est. Nam dum postea vacaret sedes Metensis, cum summo honore ipsum in ea sublimavit. Cum igitur videret eum Imperator tantorum beneficiorum ingratum, & subito in adversam partem mutatum: per suos eum de sede sua distulit. Qui fugiens, ad Philippum Coloniensem se contulit, qui ei prebendam Colonia ad sanctos Apostolos deputavit. Sicque sedes illa nec ipso, nec alio presidente, diebus multis vacavit. Similiter etiam metropolis Treverensis errore infinito turbata erat, quia Rudolphus, quem Imperator creaverat, per ipsum temporalibus uti videbatur. Volmarus vero, quem Apostolicus propter canonicam electionem consecraverat, nec in spiritualibus, nec in temporalibus praevalerat.

VI. Frideric. rursus rebellat Pontifici.

Igitur reversus de Longobardia, & considerans obstinatum erga se animum domini Papae, clausit omnes vias Alpium, & omnium circumquaque regionum, ut nemo pro quolibet negotio adire posset Sedem Apostolicam. Deinde convocans Philippum Coloniensem, capit secum conferre de importunitate domini Papae, intelligens etiam ipsum fungi vice ipsius in causis decidendis: propterea magis ipsius animum explorare cupiebat, vel qualiter de eo sibi sentiendum esset, scire volebat. Apostolicus enim ipsi legationem Romanae Ecclesiae, sive etiam primatum de suis Suffraganeis dederat, ut quia Imperator (ut dictum) vias Alpium conclusisset, ipse vice Apostolici singulorum causis discerneret, ne propterea magis ab Ecclesia Dei iustitia deficeret. Exponente ergo Imperatore importunitatem domini Apostolici, & querente ab Archiepiscopo, quam fiduciam de ipso esset habiturus; ipse respondit: Domine, non est necesse ut aliquid de me dubitationis habeatis: me enim semper pro iustitia stare velle sciatis. Saepius enim probastis cor meum vobiscum: unde etiam vobis constat, semper in me fiducialiter agendum. Verumtamen, ut omnium Episcoporum ore loquar, si paulo mitius nobiscum agere velletis, & per libertatem Imperialem levigare onus nobis impositum, tanto devotiores, quanto expeditiores in omnibus ad omnia vobis essemus. Nunc autem videtur nobis, quod quibusdam pensis, etsi non iniuste, indecenter tamen gravati simus. Unde etiam videtur domino Apostolico, quod ju-

Quae suggerat Colon. Archiep. Imperat.

PAGIUS V.

Baronius num. X. & seq. refert ex Arnaldo Lubecensi lib. 3. cap. 18. Fridericum Imp. celebrasse Comitium Imperii in Geilenhusen occasione disensionum, quae inter Imperium & Ecclesiam Romanam versabantur; Conradum Moguntinum Archiep. proposuisse, ut scriberetur Urbano III. Papae ex persona Episcoporum; &

stam contra vos causam proponat, quod mortuis Episcopis consisterent Ecclesiae, ita ut ablatis omnibus mobilibus, & stipendiis praesentis anni, Episcopus subintrans omnia exinanita & evacuata inveniat. Si ergo iustitia obtentu, & nostri servitii intuitu, per Imperialem clementiam super hoc nobis peperceritis, mediatores iustitiae inter vos & dominum Papam humiliter erimus: sin autem, a veritatis via recedere nequaquam poterimus.

Ad haec Imperator ita respondit: In veritate compertum habemus, quod praedecessores nostri, antiqui Imperatores, hoc ius habuerunt, ut defunctis Episcopis investituram pontificalem sine alicujus praedictio probatis personis liberrime locaverint. Sed quia hoc ipsorum voluntate mutatum invenimus, ratum habemus. Hanc vero miniam scintillam iuris nostri, quam invenimus, nequaquam mutari permittimus. Sufficit vobis iustitia vestra quam invenistis, quod permittitur vobis electio Episcoporum, quam vos canonicè fieri dicitis. Sciat tamen, quia dum pro voluntate Imperatoris ista dispensarentur, plures iusti sunt inventi sacerdotes, quam hoc tempore, dum per electionem intronizantur. Ipsi enim secundum vitae meritum sacerdotes investiebant; nunc autem per electionem non secundum Deum, sed secundum favorem eliguntur. His dictis Imperator animum Archiepiscopi cum Apostolico sentire intellexit, cui dixit: Quandoquidem audio vos mecum non sentire; nolo ut ad Curiam, quae in Geilenhusen celebranda est, venistis, ubi Episcoporum erit conventus. Cui Archiepiscopus respondit: Fiat juxta placitum vestrum.

Exinde ergo Curiam generalem edixit in Geilenhusen, ubi convenit multitudo Episcoporum & Principum. Et procedens in concionem, sic omnibus locutus est: Rogamus vos summos sacerdotes, & Episcopos, & Principes, quorum corda iustitia possidet, ut animadvertatis, quae dico. Compertum forte habetis, quantis adversitatibus impetar a domino Papa; in quo autem gratiam ipsius diminuerim, ignoro. Unum mihi constat, quod numquam animum ejus exacerbare studui, nec aliquando contra ejus praecceptum vel voluntatem aliquid feci. Nihil etiam ab ipso contra jus indecenter exegi. In quibus autem ipse me arguere habuit, non irascendo, vel contradicendo, sed obedi-

In Comitium illud placuisse Imperatori, & omnibus Episcopis. Et ad voluntatem Imperatoris, perii Episcopi Arnoldus, scripta est Epistola, signata scilicet Gerbellis Episcoporum omnium, & perlata ad dominum Papam. Qui cum legisset Epistolam, male erga oblituit de immutatione Episcoporum, quia ipse causam pro eis videbatur sumsisse, ipsi vero se gerunt.

VII. Quae Imp. in exultationem sui affectat.

VIII. Conventus collectus ab Imp. contra Pontificatum.

diendo, & rationem reddendo decenter ad omnia respondi. Et quoniam in omnibus his innocentia mea mecum est, idcirco non conturbor: sed si placuerit domino Papae, me filium habere dilectum & subiectum, ego eum pro honore & reverentia sanctae Apostolicae Sedis patrem habeo dilectum & reverendum. Si autem ad defectionem meam, non dico iniuste, sed inepte aliqua molitus fuerit; spero, quod divina favente clementia, vestro similiter etiam adiutus consilio, & auxilio, intrepidus ei ad omnia respondeam. Haec pro parte mea dixerim. Pro parte autem vestra, quid sit faciendum, diligenter pensandum est.

IX. Impugnata Imp. jura Pontificia.

Dicit enim Dominus Papa, injustum esse, aliquam laicam personam decimas possidere, quas manifeste Dominus his, qui altari deserviunt, deputaverit, quod sicut de Scripturis habet auctoritatem, ita eadem auctoritate evacuare contendit. Scimus autem decimas, & oblationes a Deo sacerdotibus & Levitis primitus deputatas: sed cum tempore Christianitatis ab adversariis infestarentur Ecclesiae, easdem decimas praepotentes & nobiles viri ab Ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores Ecclesiarum fierent, quae per se obtinere non valent. Affermat etiam injustum esse, quod aliquis in praediis, seu hominibus Ecclesiarum advocatiam sibi usurperet, aut sicut Ecclesiae de libera voluntate, sive donatione, Imperatorum, vel Principum fundatae sunt, ita res Ecclesiasticae a Praelatis tantum libere dispensentur. Et quamvis haec pro Praelatis esse videantur, non tamen credo quod ita facile mutari possint, quae ex longa antiquitate usus in consuetudinem vertit, immo ipsa consuetudo a progenie in progeniem descendens quasi iusta traditione roboravit. Haec de parte vestra dicta sufficiunt. Quae autem a vobis, rectores Ecclesiarum, quid inter ista de vobis mihi sentiendum sit, quid timendum, quidve vel quantum de vestra fide-

PAGIUS

de causa cecidisse. Nec minus tamen in proposito suo perstitit; & veniens Veronam, Imperatorem legitime citatum excommunicare decrevit. Verum Urbanus III. anno superiori Veronae electus toto hoc anno, quo ea Epistola data, & potiore parte sequentis Veronae rededit. Epistolam illam nobis conservavit Radulphus de Dico in Imag. Hist. ad hunc annum pag. 632. qui tamen brevitatis causa, Episcoporum subscriptiones resevit. Dicunt Episcopi Imperatorem in solempni Curia nuper congregata graviter conquestum esse, quod Cremonenses, quos tanquam bannitos & publicos hostes imperii decebat Sanctitatem ejus evitare, contra honorem Imperii familiariter collegisset, debortando civitates universas Italiae ab auxilio ferendo & expeditione promovenda: cum firmiter in verbo Domini promississe nunquam consecraturum Folmarum; & in

litate praesumendum? Sed quia a Domino jubemur reddere quae sunt Dei Deo, & quae sunt Caesaris Caesari: Sic rogo, domino Papae in vice Christi debitam persolvatis obedientiam, ut in parte altera a Deo constitutam non negligatis iustitiam.

Ad haec verba surgens dominus Moguntinus Conradus, accepta opportunitate, sic locutus est: Domine, rogamus serenitatem vestram, ut paululum verba nostra attendatis. Casus iste, in quo laborare videmur, gravis est, nec nostrum inter vos tantas componere lites. Quia sicut paulo superius dixistis, ex una parte tenemur reddere Deo, quae Dei sunt, ex altera parte, quae sunt Caesaris, Caesari. Domino enim Papae, ut patri spirituali, quae supra omnes est, iustum est ad omnia promptissime obedire: vobis autem, quem Deus Principem & Imperatorem Romani Orbis exaltavit, cui hominum fecimus, a quo temporalia possidemus: ad assequendas omnes iustitias vestras jure tenemur assistere. Nunc ergo sine praedictio melioris consilii si placet, scribatur domino Papae ex persona Episcoporum, in quibus commoneatur, ut ea quae ad pacem sunt, vobiscum sentiat, & iustitiam vobis in his, quae iuste ab eo exiguntur, faciat.

X. Conradus Archiep. Mogunt. perorat.

Placuit Imperatori, & omnibus Episcopis, quod dixerat. Et ad voluntatem Imperatoris scripta est epistola, signata bullis Episcoporum omnium, & perlata ad dominum Papam. Qui cum legisset epistolam, obstupuit de immutatione Episcoporum: quia ipse causam pro eis videbatur sumpsisse, ipsi vero de causa cecidisse. Nec minus tamen in proposito suo perstitit; & veniens Veronam, Imperatorem legitime citatum pro capitulis superscriptis excommunicare decrevit. Ad quem accedentes Veronenses, dixerunt: Pater, servi & amici domini Imperatoris sumus: rogamus sanctitatem vestram, ut cum in civitate nostra, nobis praesentibus, non excommunicetis; sed hanc sententiam res-

XI. Papa perorat excommunicationem in Imperat.

Archiepiscopatu Mediolanensi injurias multo ex tempore per eum imperio factas Imperatorem in publico proposuisse, concluduntque: Unde & nos, qui de conservando & manutenuendo jure & honore imperii ipsi & illustri filio suo Rogero (legendum, Henrico) Regi Augusto per sacramentum tenemur, nihilominus quoque Reverenda matri nostrae S. R. E. dilectionis & obedientia debito asstringimur, & paternam Sanctitatem vestram in intimi cordis sinceritate complectimur, Excellentiam Vestram obnixè rogantes, totius humilitatis & filialis devotionis studio deprecamur, quatinus ad laudem Dei & pacem & unitatem Ecclesiae Dei & imperii, quae nunc toti mundo desideranda venit & exoptanda, ea quae ad gravamen imperii facta dinoscuntur, quoniam ea a vobis suscipi aut sub silentio praeteriri fidei vestrae sinceritati nullatenus conveniret, saniori, ut expedit, consilio

CHRISTI
1186.

URBANI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

pellu nostri servitii differatis. Qui faciens juxta petitionem eorum, discessit, & cum in proximo cum excommunicare vellet, morte preventus, sententiam distulit, sicque Imperator maledictionis jaculum evasit. Ita sunt, quae hoc anno inter Urbanum Papam, & Imperatorem transacta sunt: jam reliqua prosequamur.

XII. Rursum ad Sedem Apostolicam Regni Scotiae Episcoporum controversiae ingeruntur, in quibus praedecessores Romanos Pontifices vidimus laborasse. Et cum Urbanus Papa, conquerente Joanne Dunkeldensi Episcopo, audisset querelas de causa, quae vertebatur inter ipsum Joannem, & Hugonem Episcopum S. Andreae, in hac forma scripsit Regi Scotiae:

Urbanus Episcopus servus servorum Dei VVillemo illustri Scotorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum ex injuncto nobis a Deo administrationis officio ad universas Ecclesias proximas nobis, & longe postas aciem nostrae teneamur considerationis extendere, & si qua in eis, vel ministris earum irrationabiliter attentata noverimus, ad factum congruum revocare: non debent ex eo saeculi Principes commoveri, si quando ad correctionem eorum, quae perperam

facta fuerint, manus nostras duxerimus extendendas: cum & ipsi secundum sibi traditam potestatem auxilio nobis in his esse debeant, & cum necesse fuerit, aliquorum pertinacia exigente, contumacium nequitiae fortius obviare. Regia siquidem excellentia non ignorat, quam gravis inter venerabiles fratres nostros Joannem Dunkeldensem, & Hugonem S. Andreae Episcopos fuerit exorta dissensio. Et licet magnos utraque pars labores subjerit & expensas, & tempore felicitis memoriae Lucii Papae praedecessoris nostri apud Sedem Apostolicam diutius litigaverit, negotium tamen non potuit finem habere. Unde cum iidem Episcopi nuper ad nostram praesentiam accessissent, & contendissent super hoc aliquandiu in Auditorio nostro: de consilio fratrum nostrorum praedicto Dunkeldensi Episcopo agendi licentiam super Episcopatum S. Andreae tribuimus contra illum, & eidem sancti Andreae Episcopo ad propria revertendi, ad nostram praesentiam sufficienter instructo, in constituto sibi termino redituro, ita quod si tunc non venerint venerabilis frater noster Jocelinus Glascuensis Episcopus, & dilecti filii de Melros, & de Neubotle, & de Dunfermlin Abbates, eum ex tunc ab officio Episcopali suspendant, & si postmodum contumax fuerit, un-

Litterae Urbani Papae ad Regem Scotiae.

PAGIUS filio permutari faciatis, &c. [1] Haec dissensiones ex aliis Auctoribus magis explicandae, & primo ex Chronographo Aquicinino, qui ait:

VI. Fredericus Imp. Cremonenses sibi adversos auxilio Mediolanensium, in suum invitos cogit servitium. Imperator relinquens Henricum filium suum in partibus Beneventanis, in Germaniam rediit. Henricus Rex Imperatoris filius, quendam Urbani Papa servientem, & multas pecunias auri & argenti pecunias deferentem, obvium ex insperato habens, aurum & argentum auferens, in contumeliam Papa nasum ei praescidit.

VII. Joannes vero de Ceccano in Chron. hoc anno scribit: Hoc anno surrexit quadam secta in regno Sicilia, de vanis hominibus, qui se faciebant nominare Vendicofos, & mala omnia, quae facere poterant, non in die, sed in nocte faciebant (de hac secta Anonymus Casinensis anno

praecedenti agit, ut ibidem vidimus: sed haec factio per annos duos grassari potuit.) Ad ultimum Adinolphus de Ponte ceruo, qui fuerat Magister & Princeps hujus sectae sententia Regali judicatus, suspensus est, & multi alii ferro ardenti signati sunt. Et quidam Presbyter nomine Sinnoritto depositus est ab Aquinense Episcopo: plangens Episcopus, & fere omnes homines S. Germani promittentes & volentes eum redimere, ut non deponeretur, sed non potuerunt.

VIII. Octavo Idus Decembris venerunt Romani in Campaniam, incenderunt Montem longum, & deperdati sunt Sylvam mollem, & sic reversi sunt Romam, &c. Hoc anno venit Rex Henricus filius Frederici Imp & subjugavit sibi totam Campaniam praeter Fummonem, & castrum Ferentinum obsedit per novem dies, & ibi super Guarcinum, &c. Et Rex (nempe Henricus)

Romani & Henricus Rex Urbanum III vexant.

NOTAE [1] Litterae Urbani quibus Frederici singulas accusationes repellit in Reliquiis Ludewig to. II. pag. 409. legenda sunt, & ex iis Annales ecclesiastici non parum illustrantur. Ait igitur Pontifex juris pontificii urbes Narniam, Viterbium, Venusium graves passas fuisse exactiones ab Henrico ejus filio. Ecclesiae Cremonensis possessiones ab ejus ministris vastatas fuisse, ecclesiasticos viros in diocesis Taurinensi, & Hiponensi (sic forte Eporiensi, Yporiensi, Iurea) indubitatis exactionibus & molestiis vexatos, sicut & in Marchia Tusciae a Galtero ministeriali ejus mala eadem illata. Quoad Cremonenses vero, ait, cum ipsi sapius ad nostram praesentiam accessissent, humiliter postulantes, ut eos sub apostolica sedis protectione deberemus recipere; licet id salva conscientia potuerimus admisisse... ne tamen contra tuam excellentiam de favore nostro insolentiores existerent, petitionem ipsorum nequaquam admisimus. Addit insuper: Venerabili fratri nostro Cremonensi episcopo, cum ad tractatum ipsius pacis intenderet, dedimus in mandatum, ut de reformanda pace, qua posset, sollicitudine laboraret. Haec pontifex, qui & adjungit se nunquam prohibuisse episcopis vel civitatibus Longobardiae ne imperatori in Cremonensium impugnatione assisterent, auxiliumve praestarent. De consecratione vero Folmari Trevirensis nihil excusat. **MANSI**

CHRISTI
1186.

URBANI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

vinculo excommunicationis asfringant, nec relaxent sententiam, donec nostro se conspectui repraesentent. Nolumus enim, ut negotio ipso diutius in suspenso manente praescripta S. Andreae Ecclesia grave rerum suarum detrimentum incurrat; sed potius cognita veritate, per nos finem congruum auxiliante Domino sortiatur.

XIII.

Præcipimus etiam praefatis Glascuensis, & collegis suis, quod dilectos filios nostros Ajulfum Decanum de Lodonejo, & Odonem Senescallum, & Rogerum de Fedic, & alios Clericos, & amicos praefati Dunkeldensis Episcopi a qualibet molestia, nostra freti auctoritate, defendant, & possessiones, vel alia bona eorum seu redditus ipsius Episcopi non permittant a quoquam invadi. Si qui vero contra ipsorum prohibitionem super his venire praesumpserint: censura eos canonica, nulla appellacione obstante comescant. Ut igitur, quae mandamus, valeant sine difficultate qualibet adimpleri, monemus regiam excellentiam, & hortamur in domino, atque in remissionem peccatorum injungimus, quatenus pro amore justitiae, & reverentia B. Petri, & nostra, in negotio illo juxta mandati nostri tenorem procedi permittas, & praedictos Decanum, Senescallum, & Rogerum de Fedic, atque alios consanguineos & amicos praedicti Dunkeldensis Episcopi, & Episcopatum, & alios redditus ejus regia protectione defendas, & nec tu ipse illos in aliquo aggravas, nec sinas ab aliis aggravari: ita quod causa ipsa valeat sine impedimento terminari, & regia magnificentia de justitiae opere apud Deum praemium indeficiens, & nomen bonum apud homines consequatur. Noveritis autem, memoratis Episcopis in virtute obedientiae nos injunxisse, ut nec ab Ecclesiis, nec a clericis sibi subditis accipiant aliquid expensarum intuitu, quas in prosecutione memorati negotii sunt facturi, sed de propriis solummodo redditibus sibi procurant necessaria providere. Nolumus enim, ut factio ipsorum Ecclesiae, vel personae aliae regni tui debeant incurere detrimentum. Regiam insuper excellentiam volumus non latere, quod supradictus Dunkeldensis ita honeste suum est negotium prosecutus, & honori regio detulit, quod nihil omnino proposuit, quod in derogationem regii nominis valeat redundare, vel quo tua reverentia adversus eum debeat commoveri. Unde si quid ab emulis ejus in contrarium fuerit celsitudini tuae suggestum, talium verbis aurem regiam non apponas. Datum Verona secundo Kalendas Augusti.

Hucusque Pontificiae litterae ad Regem datae, quas recitat Rogerius in Annalibus Anglicanis: quibus & alias ab eodem Urbano Pontifice datas subiicit de iisdem, quas causa brevitate omittimus: tu consule si vis ipsas. A Scotia autem recedamus in Angliam.

Hoc eodem anno circa sui initia Pontificatus Urbanus Papa ad Balduinum Cantuariensem Archiepiscopum pallium misit una cum legatione (ut Paris testatur) quibus ipse acceptis, dignas tanto viro qui misit, & Petro Blesensi, qui scripsit, has litteras dedit:

Sanctissimo Patri (a) Urbano Dei gratia summo Pontifici Balduinus Cantuariensis Ecclesiae minister salutem & debitum devotionis obsequium.

Domus Dei, quae in lapide adjutorii super fundamentum Apostolorum & Prophetarum stabilita est, a Petro & successoribus ejus formam semper eruditionis & statum incolumitatis accepit. Quod enim scripti rami, quod capiti membra, quod radii soli, quod fonti rivuli: hoc Apostolicae Sedis eminentiae debent Ecclesiae omnes, quas ubique terrarum religio Christiana fundavit. Inde est, quod beatae recordationis Lucio Tertio Papa viam universae carnis ingresso (mortisque tributarii omnes sumus, mortisque responsum habemus in nobis, & foedus cum ea percussimus) erant, & lucebant filiae apud nos sine sponso. Cumque munus exequiale defuncto & pios affectus impenderent: electionis vestrae nuntius supervenit, qui nubulum publici mororis auferens, corda omnium festivo latitia serenavit. Communis enim fama est, quod Dominus, qui juxta verbum (b) Amos, suscitavit de filiis Propbetas, & de juvenibus Nazareos: ipse in specula celsitudinis Apostolicae talem nunc de filijs per gratiam suam collocare dignatus est, qui prodesse velit, & praesse sciat, qui prudentia & moribus praeminens, cathedram Sanctorum meritis implere sufficiat. In commne itaque desiderium cedit, verboque celebri, & votiva gratiarum actione publice recensetur, qualiter Dei sapientia suaviter universa disponens, vos de gradu in gradum, de virtute in virtutem, & de honore in honorem promovet. Nec illud deesse permittit ad plenitudinem gaudiorum, quod tanta fuit eligentium vos unanimitas; nullumque sustinuit rete Petri scissionis aut rupturae dispendium: sed juxta verbum Isaiae: (c) Quod dominus exercituum, decreverat, quis poterit infringere? nec variat casualis eventus, quod con-

Ad Urbanum Papae episcopi Archiepiscopi Cantuar. (a) Apud Petr. Bles. ep. 99.

(b) Amos.

(c) Is. 14.

PAGIUS cus) habuerat Fororum (annonam militarem; ut Ducangius in suo Glossario) ab ipsis castellis. Hospitatus est in pede castris per novem dies; om-

nibus tam Ecclesiis, quam castellis per circuitum omnia mala, quae inferre, & facere potuit, fecit.

Ad

CHRISTI
1186.

URBANI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

CHRISTI
1186.

URBANI III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

constitit celestis altitudo disposuit.

XV. Quia ergo ex hominibus assumpti estis a domino Pontifex, & pro hominibus constituti in his que sunt ad Deum: ipsi, qui vos elegit, cum multa gratiarum actione preces affectuosas offerimus, quatenus is qui segregavit, & vocavit vos ad dandam scientiam salutis plebi ejus, ipse in bonis dies vestros continuet, atque in faciem testamenti, vel Christi sui respiciat, Eccl. ab omni errore purgatam sub vestra provisione tranquillet. Ad hoc non quantas volo, sed quantas valeo vobis gratiarum referens actiones, minorem me profiteor cunctis miserationibus vestris; nam meorum exigentiam meritorum multipliciter vestrorum beneficiorum magnitudine præveneris. Non sufficio tantæ gratiæ respondere ad meritum: ille pro me respondere dignetur, qui secundum divitias bonitatis suæ, suorum insufficientiam supplet. Ego enim vir videns paupertatem meam præ munificentiâ & magnificentiâ indulgæ mihi gratiæ vestræ, me vobis totum debere profiteor, quidquid debere servus domino, magistro discipulus, filius patri potest. Precor igitur, ut imperfectum meum videant oculi vestri, & in ea plenitudine potestatis, quæ vobis cœlitus data est, meam insufficientiam sustentare velitis. Juvate me Pater, orationibus vestris, ut quod possibilitas nostra non obtinet in hac administratione, vestra orationis, & eruditionis suffragio suppleatur. Vale. Hæc Balduinus. Paris autem de aliis ab eodem Urbano Papa eidem Balduino concessis addit ista:

XVI. Eodem tempore Papa Urbanus Balduino Archiepiscopo Cantuariensi scripsit in hæc verba: Præsentium tibi auctoritate mandamus, ut liceat tibi Ecclesiam in honorem beatorum martyrum Stephani, & Thomæ construere, & de idoneis eam ornare personis, quibus beneficia, quæ ad eorum sustentationem constitueris, canonice debeas assignare. Item fraternitati tuæ mandamus, ut quarta parte oblationum, quæ ad reliquias B. Thomæ martyris of-

PAGIUS Ad num. XVI. Rogerius Hovedenus in part. IX. II. Annal. pag. 631. de gestis anno superiori verba faciens ait, Henricum II. Angliæ Regem obtinuisse ab Urbano III. quod unus quem vellet de filiis suis coronaretur de regno Hiberniæ. Tum pag. 634. de rebus currentis anni agens scribit: Post Natale Domini (a quo Hovedenus præsentem annum inchoat) Urbanus Papa misit in Angliam Octavianum S. Rom. Ecclesia Subdiaconum Cardinalem, & cum eo Hugonem de Nunant (Episcopum Dunelmensem), quibus ipse commisit Legationem in Hiberniam ad coronandum ibi Joannem filium Regis: sed Dominus Rex coronationem illam distulit. Quare Legati illi ab Angliâ recesserunt. Jam anno MCLXXI diximus, Henricum Regem Joannem filium in Hiberniam misisse, non quidem eo anno, sed, uti habet Giraldus Cambrensis lib.

feruntur, monachorum usibus concessa, quarta fabricis Ecclesiæ deputata, quarta pauperibus erogata, quartam portionem liceat tibi in alios usus bonos pro tuæ voluntatis arbitrio erogare. Hucusque Urbani litteræ.

De eodem Urbano hæc habet Rogerius in rebus Anglicis: Eodem anno Henricus Rex misit Nuntios suos ad Urbanum Papam, & multa ab eo impetravit, quibus Papa Luctus fortiter resistebat, quorum unum hoc fuit, quod ab eo impetravit: Quod unus, quem vellet, de filiis suis coronaretur de regno Hiberniæ. Et hoc confirmavit dominus Papa bulla sua: & in argumentum voluntatis & confirmationis suæ misit ei coronam de penna pavonis auro contextam. Hæc Rogerius. At quæ hujus anni sunt reliqua profequamur.

Hoc eodem anno sanctus Hugo ex priore Carthusiano creatus est Episcopus Lincolnienfis in Angliâ. Ita idem Rogerius in Annalibus. Porro hic ipse, sui Episcopatus exordio stetit infractus adversus Regem, ejusque ministros, labefactantes Ecclesiæ jura. Extant ejus res gestæ conscriptæ ab auctore ejus æquali, quique aliquandiu cum ipso vixit: qui de ipsius Episcopatus exordio hæc habet (a) digna memoria:

Suscipiente itaque præsulatu, prima cura & sollicitudo ei fuit, ut viros sapientia, & scientia instructos, atque in timore Dei probatissimos suo lateri adhiberet. Horum consilio, & auxilio fretus, pastorale munus perquam strenue executus est. Homines quieti & pudici spiritus impensus amabat, nec alios suo gregi sciens & prudens præficere voluit, quantalibet industriæ aut litteraturæ prærogativa pollerent. Videns autem tyrannidem Forestariorum, ait: Recte quidem Forestarii dicti sunt isti, quia foris stabunt extra regnum Dei. Usque adeo certe illorum injusta erat potestas, ut nemo Rege inferior, eorum posset vim & importunitatem illæsus evadere. Contra hos primum ei bel-

Regnum Hiberniæ a Papa confirmatum filio Reg. Angl.

XVII. S. Hugo Lincoln. Episc.

(a) Apud Sur. die 17. Nov. 1186.

X. Concil. Hibernicum.

(a) Pet. Bles. ep. 95.

XVIII. In collatione beneficii S. Hugo obsequitur Regi.

XIX. Altercatio Regis cum S. Episcopo.

PAGIUS

bellum fuit. Nam cum more solito contra Ecclesiæ libertatem in subditos ipsius debacchari cœpisset: mox summum Regis Forestarium excommunicavit. Quod ubi Rex comperit, magnam animo concepit indignationem. Quinam isti fuerint, & cur sic dicti, discas ex epistola (a) Petri Blesensis, quam adversus hujusmodi Forestarios ad eundem Henricum Regem scripsit, quam tu consulas. Redimus ad S. Hugonem, de quo mox ista idem ejus vitæ auctor sic pergit:

Contigit tunc in Ecclesia Lincolnienfis beneficium (ut vocant) sive Præbendam vacare, pro qua studiosè Rex, dissimulata ira, precabatur, ut uni ex servis ejus illam conferret. Fuit hoc exquisitum quorundam aulicorum consilium, qui obsequium in hoc se præstare viro Dei putabant, cui dedissent occasionem, utcumque mitigandi adversus ipsum commotam Regis indignationem. Lectis igitur litteris, vir sanctus divino timori postponens humanum, ita ait: Non aulicis, sed potius Ecclesiasticis personis Ecclesiastica sunt conferenda beneficia. Habet dominus Rex unde tribuat mercedem servientibus sibi: nec debet summo Regi famulantes privare preventibus suis, ut inde servis suis providere possint a nobis. Hæc dicens, & regios a se Nuntios inanes & vacuos remisit, & Forestarium absolvi noluit. Quibus Rex auditis, graviter in Episcopum commotus est, eo præcipue, quod nec per se, nec per alios, aut certe per litteras veniam peteret, vel factum revocaret.

Accersito itaque ad se inter cetera dixit Rex: Domine Episcope, ubi sunt gratiarum actiones, quas rependere debuisti pro tantis beneficiis? Respondit Episcopus: Novi te, ut Episcopus ego efficerer, studiosè laborasse. Ut igitur animam expeditrem tuam, ubi illi periculum immineret, si quod mei esset officii, exequi non Ann. Eccl. Tom. XIX.

bas de Balkinglas Albinus qui & postea Fernensis Episcopus erat, de continentia Clericorum sermonem texens prolixiorē totam in Clerum, qui de Vallia & Angliâ in Hiberniam adveniant: denique culpam refudit: docens munditiam Cleri Hiberniæ quanta fuerit, donec ex contagio advenarum, (cum a convictu mores formantur, & qui picem tangit, coinquabitur ab ea) corruptelam contraxerunt. Ad cumulum quoque confusionis finito sermone ipsius, Clerici nostrates de Wicfordia finibus se invicem super concubinis publice ductis, domumque traductis & nuptiis solemniter factis, coram Archiepiscopo & universo Concilio constanter accusarunt, & accusatos incontinenti testium productione pariter & susceptione, inligante ad hoc Archiepiscopo Givaldi consilio, ut statim publice justitia sequeretur, cum magna Cleri Hibernici tam irratione, quam insultatione convicerunt. Archiepiscopus autem, ut Hibernicorum insultationem reprimeret, sibi quoque tales immunditias & enormitates displicere probaret, in

curarem: necessario id mihi incubuit, ut oppressorem Ecclesiæ meæ, cui me consulerere oportet, per Ecclesiasticam censuram coercerem, & indebite Præbendam sibi in ea ambientem, nulla ratione exaudirem. Excellentiæ autem tuæ præsentiam pro utrolibet adire negotio, non modo superfluum, sed etiam ineptum sentiebam: cum tua prudentiæ pronum sit, quod vite geritur, sapienter advertere, & voluntati nihilominus tuæ facile sit, quod rectum esse cognoveris, clementer & benigne approbare. Hujusmodi rationibus, Rex cum quod contradici posset, non reperiret, omnino placatus est; ore etiam sereno jam ejus se orationibus commendans, ultra nec addere, nec demere quidquam dictis aut factis ejus attentavit. Forestarium denique dolentem valde, & virgis casum, clementer absolvit. Hunc postea omni reliquo vitæ suæ tempore, speciali quadam benevolentia sibi sensit addictum, & suorum negotiorum fidissimum curatorem. Sic in Rege, sic in satellite veridicam esse sententiam experitur, qua dicitur: Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum magis, quam ille, qui per linguæ blandimenta decipit. Hactenus de rebus Hugonis hoc anno.

Antequam autem a borealibus partibus recedamus, quæ hoc anno accidit, propagationem Fidei in Livonia describamus. Hoc namque anno contigit fundari in Livonia primam sedem Episcopalem, populo ex gentilitia superstitione ad Christum converso, opera S. Meinardi Sigeburgensis Canonici. Quomodo autem ista contigerint, sic accipe ab auctore ejus temporis Arnaldo Abbate (b) Lubecensi; ait enim:

Opportunum arbitror, memoriæ Fidei commendare, nec silentio prætereire devotionem & laborem multorum religiosorum, quo apud Gentiles, qui Livones dicuntur, desudatum est, qui ibi Dominum

convictos illico sententiam dedit, & ipsos omni tam officio Ecclesiastico, quam beneficio suspendit. Die vero tertio Archiepiscopus Givaldo Archidiacono sermonem injunxit; qui de Pastoralis officio materiam sumens, imprimis qua ad laudem Cleri Hibernici vere dici poterant non suppressit; deinde de vitiis eorum & excessibus, præcipue vero de ebrietas incommode cunctos in commune notando; demum ad Prælatos ipsorum se convertens, eos supra incuria & negligentia Pastoralis irrefragabili ratione convicit. Unde & Sermonis ejusdem partem hæc continentem verbis eisdem interserit idem Scriptor, quæ apud eum legenda. Hujus Concilii nulla in Concil. Collect. mentio.

Ad num. XX. & seq. Instituta est hoc anno Episcopatus Rigensis in Livonia a Sancto Meinardo Sigeburgensi Canonico, qui antea per plures annos in reducendis ad fidem Christianam illius regionis Infidelibus magnos labores exantlarat, uti narrat Baronius ex Arnaldo Abbate Lubecensi in Hist. Slavorum lib. 7. cap. 8. & seq.

XX. In Livonia prima Sedes Episcopalis erecta.

(b) Arn. Chron. Slavor. l. 7. c. 8.

XI. Institutio Episcop. Rigensis.

mini semina spargentes, ipsum populum ab idololatria cessare laboraverunt. Vidimus sane propter eorum instantiam multos cooperatores existere, alios peregrinando, alios sua conferendo, ut seges Christi fructuosa confurgeret, & multa messe diaboli zizania suffocarentur. Fuit autem primus hujus institutionis auctor dominus Meinardus Sigebergensis Canonicus, quem eloquium Domini inflammavit, ut eidem populo infideli pacem Domini nuntiaret, & ipsum paulatim calore Fidei scintillaret. Cumque vir bonus per aliquot annos cum negotiatoribus illuc iret, & suis negotiis devotus insisteret: sensit manum Domini non invalidam & auditorum suorum devotionem plurimam. Accedens igitur ad Bremensem Ecclesiam, quam tunc dominus Hartuicus Archiepiscopus regebat: suam intentionem, suorumque auditorum devotionem ipsi Archiepiscopo similiter & Capitulo majori exposuit, ut non sine auctoritate vel consilio coopto labori insisteret. Qui sperantes ipsum plantando, & rigando, incrementum Domini percipere, ipsum ad predicandum gentibus miserunt, simul etiam pontificali honore sublimantes majore auctoritate roboraverunt. Ipse ergo humilis & devotus suis laudatoribus verbi spargens semina, arguendo, increpando, magis tamen obsecrando duritiam Gentilium frangens ipsorum corda non minus muneribus, quam exhortationibus paulatim, ad quod volebat, Deo annuente, perducebat.

PAGIUS & seq. Meinardi socius & coapostolus fuit Bertoldus Monachus Ordinis Cisterciensis & Abbas in Lucca, ut inquit Arnoldus, non vero in Lubeca, ut legitur apud Baronium, errore vel typographi, vel exemplaris, quo usus est. Fuit autem Lucca vel melius Luka monasterium situm in Saxonia, ut refert Casarius Heisterbacensis, Monachus Cisterciensis, qui hoc tempore vivebat, in lib. 7. Miracul. cap. 17. qui Bertoldum, & ejus discipulos magnis laudibus exornat. Promiserat hic Baronius plura se infra de Meinardo Livoniae Apostolo dicturum, quod cum postea ei e memoria exciderit, Annales nobis hac in parte supplendi.

XII. Subdit itaque Arnoldus post decessum Meinardi, qui inquit, bonum certamen certavit, cursumque felicem consummavit, Bertoldus veniens Bremam Rigenis Episcopus consecratur. Et quia Coelestinus Papa hujus nominis III. indulserat, ut quicumque in Livoniam pergeret ad deprimendas Gentilium vires non minorem peccatorum remissionem perciperet, quam si Jerosolymam proficisceretur, fit de tota Saxonia, Westphalia, vel Frisia, Pralatorum, Clericorum, militum, negotiatorum conventus plurimus, qui in Lubeca comparatis navibus, armis & victualibus, Livoniam usque pervenerunt. Cumque Praesul beatus exercitum produceret contra Infideles, Christi cultoribus insidiantes in manus impiorum cum duobus tantum devolvitur, occiditur, & ut speramus, gloria & honore coronatur.

XIII. Addit Arnoldus, post mortem Sancti viri Al-

Anno igitur Verbi Incarnati millesimo centesimo octogesimo sexto fundata est sedes Episcopalis in Livonia a venerabili viro Meinardo, intitulata patrocinio beatae Dei Genitricis Mariae, in loco qui Riga dicitur. Et quia idem locus beneficio terrae multis bonis exuberat, nunquam ibi defuerunt Christi cultores, & novellae Ecclesiae plantatores. Est enim eadem terra fertilis agris, abundans piscuis, irrigua fluviis, satis etiam piscosa, & arboribus nemorosa. Dominus quoque Bertoldus Abbas in Lubeca, relicta pralatione, & ipse verbi semina Gentilibus spargere studens, huic labori non impiger se ingerebat. Unde gratia Dei cooperante, non parum Gentilibus quibusdam acceptus erat. Considerabant sane in viro gratiam conversationis, temperantiam sobrietatis, modestiam patientiae, virtutemque abstinentiae, instantiam praedicationis, jucunditatem affabilitatis. Haec ipse de Livoniae Apostolo Meinardo: reliqua suo loco inferius.

Eodem anno Gotifridus Viterbiensis (ut vulgo fertur) sive Vitembergenis, eam quam elaboravit historiam, prosa, metroque contextam (quam Pantheon appellavit ob rerum universalitatem) obtulit Urbano Papae. Cum autem fuerit ipse ejusdem Friderici Imperatoris, necnon & Henrici Regis ejus filii Notarius, quod ipse iidem scriptis saepe testatur: minime destitit, quin libere saepe professus sit Imperatores & Reges debere sub-

bertum Bremensem Canonicum in Sedem ejus sublimatum fuisse; qui cum multos parentes & amicos haberet, multos etiam in vinea Domini cooperatores habebat. Unde ipsum sequebatur multitudo maxima, & militum manus copiosa: Cumque frequenter astivo tempore exercitum duceret contra Crucis inimicos, non solum Livones; verum etiam alias barbaras nationes ita sibi subjecerat, ut ab eis obsides acciperet, & pacis condiciones cum eo facerent, &c. Multi etiam continentiam voventes, & soli Deo militare cupientes, forma quadam Templariorum omnibus renunciantes, Christi militia se dederunt, & professionis suae signum in forma gladii, quo pro Deo certabant, in suis vestibus praeferebant. Indeque Krantzius Bertoldi martyrio narrato lib. VI. Vandaliae cap. 10. scribit: Inde adaustra multorum fidelium devotione, multi se spontaneos in sacram adversus Christi hostes militiam devoverunt; novoque Religionis habitu adinvento, se Gladiferos Fratres appellaverunt. Duo post invicem ejus Professionis fuere Magistri. Sed cum rebus satisfacere non posse viderent, succrescerentque hostes foris & intus, se magno Teutonorum Ordini per Prussiae conjunxerunt, ut illorum ceptum viribus & tueretur, & augeretur, qua res illis prospere cessit. Bertoldi martyrium in Magno Chronico Belgico pag. 204. cum Anno MCXCIV. in Chronico vero Aquicindino cum Anno MCXCVII. ab ejusdem Chronici interpolatore conjungitur. Meinardus igitur & Bertholdus Livoniae Apostoli fuere.

A. num. XXII. ad XXV. Gotefridus vel Go-

XXI.

XXII. Gotifridus Historiam suam Urbano Papae offert.

XXIV.

subditos esse Papae, ejusque auscultare mandatis. Quantae autem apud eum vertex Pontificalis fuerit aestimationis & pretii: intelliges ex praefatione, quam operi praefixit, nuncupans ipsam Urbano Pontifici, plane dignam hic describi, quae hoc ipso anno eidem sanctissimo Papae est oblata. Sic enim se habet:

Nuncupatoria Gotifridi ad Urban. Pap.

Summo & universali Papae Urbano Tertio, domino & Patri suo reverendissimo, Gotifridus Viterbiensis sacerdos indignus,

Quod Papa cognoscit & probat hoc authenticum.

QVIA NVLLVM SCRIPTVRARVM ELOGIVM NOSCITVR ESSE AVTHENTICVM, NISI AB EIVS SAPIENTIAE FLVMINIBVS, SITIENTIBVS PROPINQVEM INSTITVTIONE CONFICITVR, RATIO SVGGERIT, VT ANTEQVAM IN PVBLICVM DEVENIAT, APOSTOLICO EXAMINI PRÆSENTETVR: QVATENVS, SI ACCEPTIONE DIGNVM ESSE PERPENDITVR, EIVS MANDATO ET IVDICIO APPROBETVR; ET AB EO VIRES, AVCTORITATEMQVE RECIPIAT, CVI TERRENA, ET COELESTIA DIVINITVS SVNT COMMISSA.

XXIII. Probanda auctoritate Rom. Pont. quae edenda sunt scripta.

Ea propter, reverendissime Pater, hoc opusculum longo tempore simplicitatis meae studiis aggregatum, & de veteri, & novo Testamento, atque de omnibus fere historiis in unum volumen sub compendio redactum, ad honorem Dei, & emendationem, seu approbationem S. R. E. ante vestrum examen perferre disposui, vestraeque gratiae praesentare curavi: ut si auctore Deo per vos fuerit approbatum, ad alias Ecclesias ulterius derivetur, & non solum clerici sed etiam Reges, & Principes habeant hoc opus a vestrae sanctitatis auctoritate. Impossibile enim est perfecti regiminis, & regiae potestatis excellentiam convenienter attingere his, qui mundi cursum, & originem, aut Scripturarum dogmata ignorant. Imperator vero, aut Rex, qui ceteris Principibus potestate praepositus, si fuerit philosophiae nescius, errare sapius, quam regnare videtur: quia dum in causis Reipublicae sapientia indiget, cogitur eam ab aliis frequenter emendicare, & ex hoc aliena sapientia quam sua cernitur virtute regnare. Omnes namque Reges debent rerum statum, & iustitiae disciplinam cognoscere, quam sola bruta animantia ignorant. Oportet etiam eos Creatori de his omnibus reddere rationem, quia ipsi, cum legibus sint absoluti, non in legem, sed in Deum potius videntur peccare; unde dicitur: (a) Tibi soli peccavi. Cum ergo Reges, non in leges, sed in Deum peccent, & Dei solius, vestroque exami-

(a) Psal. 50.

PAGIUS defridus Viterbiensis, Presbyter, Capellanus ac Notarius Conradi III. Friderici I. & Henrici VI. Imperatorum Chronicon suum, quod Urbano III. Papae dicavit, usque ad hunc annum perduxit; quod licet multis fabulis refertum sit, habet tamen aliqua singularia. Ba-

se ipsum in omni obsequio & obedientia subjectissimum.

Dum sacrosanctae matris nostrae Romanae Ecclesiae culmen inspicio, & ejus eminentiae considero majestatem: illud ante omnia necessarium esse intueor, ut sicut ipsa omnibus noscitur praesae Principibus: ita omnes Reges & Principes, & universae Orbis Ecclesiae, doctrina ejus, & regimine adornentur: & ab ea, tanquam a fonte iustitiae, totius sapientiae regulis instruantur:

ni reserventur: antiquorum Regum vitam, & gesta atque historias oportet eos cognoscere, ut causa praecedentium fiat eis in posterum cautio futurorum. Ipsi quoque Principes inter alia beneficia S. R. E. gaudeant se huic historiaram libellum de fonte sanctitatis vestrae suscipere: cuius instructi adminiculo poterunt subiectos sibi populos rationabilis gubernare. Reliqua praetermittimus, quae spectant ad susceptum a se scribendae historiae institutum.

XXVI.

Audisti, Lector, quod ex antiquo Ecclesiae usu Gotifridus, quamvis Notarius Imperatoris, & Regis, & inter primarios Regios ministros militans in Curia tantorum Principum, eorundemque (ut saepe vidisti) adversantium hostiliter Ecclesiae juribus: hac tamen sua praefatione constitetur & profitetur, Romanorum Pontificum, non Regum, vel Imperatorum esse scripta quorumvis cognoscere & approbare, sed approbata a Pontificibus Romanae Ecclesiae legere: horum vero muneris esse scripta cognoscere; cognita vero & comprobata ipsis Principibus legenda porrigere. Haec autem antiquo Ecclesiae usu probata, & Catholicae Fidei auctoritate recepta (ut suis locis (b) superius est demonstratum) idcirco hic vehementius inculcamus, quod dictu nefas, horrendum factu, infelicitimis nostris temporibus probata a Romano Pontifice scripta ministri regii redigere audeant sub censuram, ut ea a

(b) In Ep. Nuncup. t. 6. Annal. ad Clem. Pap. VIII.

Cccc 2 li-

ronius eum Viterbiensem, vel Vitembergensem appellat; verum ipsemet in sua ad Urbanum III. Epistola dedicatoria se se Viterbiensem Sacerdotem dicit, neque alii, quos vidi, aliam ei patriam assignant.

Saxo etiam Grammaticus librum XVI. & ultimum

XXV.

CHRISTI
1186.URBANI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

Ministri Regii male sibi arroganti librorum cognitionem. librariis vendi non sinant, nisi ab ipsis impetrata licentia, quam etiam interdum pro arbitrio negent, atque prohibeant, ne vendantur, cum videlicet ex illis arguantur iidem ipsi præter jus fasque aliquid perpetrare. At quidnam hoc est, nisi alteram clavium Petro a Christo collatarum, quæ scientiæ dicitur, e manibus ejus successoris extortam (quod nefas est dictu) a manu laica, ac laicis usurpari Principibus? Quod quidem esse potius arrogantiam ministrorum, quam Principum Christianorum modestiæ, quis negaverit umquam? Quamvis ad excusandas excusationes in peccatis, falsis coloribus probrosa ista delinire soleant ipsi ministri Regum, præstari nimirum ista ab ipsis, ne in regnum irrepant libri hæreticorum falsis titulis inscriptorum, quibus Fides Catholica corrumpatur. At hoc præcipui muneris esse Episcoporum, jam Apostolorum sententiis, Conciliorum canonibus, decretis summorum Pontificum, admonitionibus sanctorum Patrum est cautum, quos ad ista præstanda quam vigilantissime interpellent laudabiliter iidem ipsi Regum ministri.

XXV.
Henrici
Regis
Germ.
nuptiæ
cum Con-
stantia.

Hoc eodem anno (idem qui supra inquit Gotifridus Viterbiensis) ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octogesimo sexto, Indictione sexta, sexto Kalend. Februarii, Rex Henricus Sextus cum Regina Constantia filia Rogerii Regis Sicilia nuptias gloriosas celebravit Mediolani apud sanctum Ambrosium, anno ætatis suæ vigesimo primo, anno autem regni sui decimo septimo. Hæc ipse. Quod autem ex recentioribus complures, immo fere omnes asserant, Constantiam hanc, monialem fuisse: scias fabulosum esse atque commentum, fortasse inde excogitatum, quod asservata fuerit ipsa in monasterio, ut si defuisset Regibus mascula proles, spes esse potuisset nubendi Regi cum dote regni. Scriptorum siquidem omnium temporis Friderici nullum plane reperies, qui aliquid narret de monachatu Constantiæ, quod tamen ob tantæ rei novitatem auditu ipso horrendum, ut nuberet monialis, nullatenus a quoquam ipsorum prætermittendum fuisset. Nam præter Gotifridum, neque Hugo Falcandus scriptor Siculus, qui his aderat, deque ipsius educatione in Apostrophe ad Siciliam agens quidquam de

PAGIUS Finis Historie Saxonis Grammatici. mum Historiæ Danicæ, narrato homagio Canuto VI. Regi Daniæ, a Bugislavo Pomeraniæ Duce præstito absolvit; Stephanus autem Joannis Stephani in Notis ad eandem asserit, penes se esse Chronicon MS. in quo legitur: Anno MCLXXXVI. Bugislavus Senex, factus est homo Regis Canuti, idest, vassallus & cliens feodalis. Dolendum quod Saxo optimus Historicus Chronologiam adeo neglexerit. Nobilissimum illud opus in gratiam Absalonis Archiep. Lundensis suorum studiorum impulsoris, suscepit, ob idque Valdemaro Regi Canuti VI. Patri valde familiaris fuit. Porro post hæc Pomerania Regum Daniæ, uti antea Rugia, vengigalis extitit.

monachatu, sed hæc tantum: Sic & Constantia primis a cunabulis in deliciarum tuarum affluentia diutius educata, suisque instituta doctrinis, & moribus informata: tandem opibus suis barbaros ditatura discessit. Et de monachatu nihil, ubi si fuisset, necessaria mentio adhibenda erat. Nec insuper Arnoldus (a) Abbas Lubecensis, & ipse ejusdem sæculi auctor, cum de nuptiis celeberrimis tunc Mediolani celebratis agit, aliquid penitus de Constantiæ monachatu: nec Romualdus Archiepiscopus Salernitanus, nihil Neubrigensis, nec Appendix ad Urspergensem, vel Rigordus; non Rogerius, ejusdemmet ipse temporis scriptor, qui & de iisdem nuptiis meminit; neque Innocentius Papa Tertius in suis epistolis, in quibus de Constantia frequens est mentio: neque alii ejusdem temporis auctores, qui ejusdem Constantiæ nuptiarum meminerunt. Accedit præterea, quod ratio repugnat, & contradicit, ut, quod falso asseritur a recentioribus, Romanus Pontifex ejusmodi matrimonium dispensando probaret, quem constat ipsi adversat um fuisse; vel faverit magis ipse Papa Tancredo, ut fieret Siciliae Rex: id namque testatur (b) Neubrigensis, quod & dicitur inferius suo loco. Adeo ut fieri non potuerit, ut qui favebat Tancredo, dispensaverit cum Constantia, ut jungeretur Henrico Regi. Si enim dispensasset, ut execrata monialis Regi nuberet, quem certo sciret ea ratione eam ducere in uxorem, ut una cum ipsa potiretur & regno: plane contra Tancredum, non autem pro ipso, ut Rex esset, sed ne Rex fieret, laborasse convinci posset. Sic igitur, quod nullius antiquorum penitus testificatione fulcitur; neque ratione aliqua subsistere ullatenus posse videtur. Quod si nubes testium recentiorum id rumore quodam conclamasse potius, quam auctoritate majorum, vel certa ratione asseruisse cognoscitur; eadem plane qua effutitur levitate, reiicitur. Id genus plane sunt sicut ejusdem fidei epitaphia recens incisa, vel inscripta in eorumdem Henrici Imperatoris, Constantiæque sepulchris, quæ hic tibi describenda suscepimus, ne errore labaris, ut putes tempore eorumdem mortis esse conscripta: sic enim se habent, de Henrico primum:

Imperio adjecit Siculos Henricus u-
trofque Se-

simum illud opus in gratiam Absalonis Archiep. Lundensis suorum studiorum impulsoris, suscepit, ob idque Valdemaro Regi Canuti VI. Patri valde familiaris fuit. Porro post hæc Pomerania Regum Daniæ, uti antea Rugia, vengigalis extitit.

A num. XXV. ad XXXI. Factæ hoc anno nuptiæ Constantia filia Rogerii Regis Siciliae cum Henrico VI. Rege, Friderici Imper. filio, Me-

CHRISTI
1186.URBANI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.Confu-
tantur
adsciti-
tia epi-
taphia.

Sextus, Sævevorum candida progenies.
Qui monacham sacris uxorem duxit ab
aris,
Pontificis scriptis, hic tumulatus
inesst.

Imperavit ann. VII. mens. V. Obiit Mes-
sanæ MCLXXXVIII.

De Constantia ejus conjuge in hunc
modum:

Cæsaris Henrici latec hic Constantia
conjunx,

Undeno lustro hac * platea rugosa sa-
cerdos

Facta, dedit partu Fridericum Augu-
sta secundum.

Pro meritis sacrata tenet sic oßa Pa-
normus.

Vixit ann. LXI. Obiit ann.

MCCIV.

Sed sicut recentia, ita sunt & falsa.

XXVI. De his dicturi, primum omnium quod ad tempus spectat, procul abest, ut antiquitus cum iidem mortui sunt & sepulchris porphyreticis conditi, iidem fuerint in sarcophago exarati versus: quorum explorans ego diligentem antiquitatem, haud pridem (ut sexaginta annorum terminum non excedant) eos ibi reperi esse positos a quodam Canonico Rogerio nomine, Paruta cognomine, sive ab alio aliquo Canonico, ut aliorum est asseritio, licet de tempore recentiori, quo

PAGIUS
Conju-
gium
Henrici
VI. cum
Constantia.

Mediolani apud Sanctum Ambrosium, uti refert Baronius ex Gotefrido Viterbiensi, in cujus Chronico dicitur illas peractas indictione sexta, cum tamen legendum sit, indictione quarta, quod mendum Librarium cum non correxerit Baronius, recentes, qui loca ab eo relata transcribere solent, eundem locum depravatum passim Lectoribus obtrudunt. Monachatum Constantiæ commentitium esse demonstrat doctissimus Cardinalis, sed num. XXX. perperam reprehendit Viterbiensem, qui in suis versibus de nuptiis Henrici Regis cum Constantia, hujus ætatem his verbis exprimit: Jamque triennalis tempore virgo fuit: cum enim, inquit,

ipsæ sepulchris sunt appositæ inscriptio-
nes, una eademque sit omnium affir-
matio. Quod cum a viventibus nunc Si-
culis didicissem, ut crederem, magis ma-
gisque Maurolicus persuasit, qui novissi-
me res Siculas diligentissime hoc sæculo
pertractavit. Cumque Siciliae Regum,
quæ reperit epitaphia, inibi in unum col-
lecta cudenda curaverit: nullius tamen
horum aliquam habuit mentionem; adeo
ut dicendum necessario sit, eadem epi-
taphia post editum ab eo commentarium
illum in eorumdem Principum posita esse
sepulchris. Hæc, quod ad tempus
pertinet versus affixionis, dicta sunt.

XXVII. Redar-
guntur
errores
manife-
sti.
Modo autem de iis, quæ in eis anno-
tata spectant tempora, sunt eadem epi-
taphia mendacii arguenda: atque in pri-
mis, quod in fine post Henrici Impera-
toris epitaphium ipse Imperii tempus
apponitur, imperasse videlicet annos se-
ptem, & menses quinque, & mortuum
anno Christi millesimo centesimo nona-
gesimo octavo: plane mendacia patentis-
sima convincuntur. Siquidem (ut infe-
rius suis locis perspicue declarabitur, ut
non sit quod jure possit opponi) Hen-
ricus, qui coronatus est Imperator a Cæ-
lestino Papa Tertio, anno Christi mille-
simo centesimo nonagesimo primo, die
decima quinta Aprilis, mortuus est an-
no Salutis millesimo centesimo nonage-
simoseptimo, vigesimo octava Septembris:
sicque non nisi annos sex & menses quin-
que

conficit Rogerium ejus Patrem anno MCLIV.
demortuum, Constantiamque posthumam fuisse;
evidens est eam annum ætatis XXXI. paulo
amplius excessisse. Verum Viterbiensis, qui in
aula Imperatoris erat, ætatem Constantia igno-
rare non potuit, ideoque versus ille confirmat
quod sæpius inculcavimus, Poetas & Histori-
cos in annorum enumeratione sæpe loqui nu-
mero rotundo. [1]

XVII. Henricus
VI. absque
consensu
Papa cor-
natus.
Diem, quo matrimonium celebratum nota-
vit Baronius num. XXV. ex Viterbiensi, sex-
tum nempe Kalend. Februarii, seu diem XXVII.
mensis Januarii; præfulem vero, qui Henricum
Regem coronavit, eumque & Constantiam nup-
tia-

NOTÆ [1] Annum & diem conjugii Henricum VI. inter & Constantiam certum nobis & indubita-
tum exhibet inscriptio, quæ Reate adhuc legitur, quam & refert Cosinus de la-
Roma in catalogo ducum Etruriæ.

An. 1185. Ind. 3. mens. Aug. die 28. temporibus Lucii III. PP. & Friderici Rom. Imperat.
& Benedicti Reatina sedis episcopi, & Conradi ducis Spoletis rex Henricus filius ejusdem imper-
ratoris recepit Reate reginam Constantiam filiam Rogerii regis Siculi in uxorem per legatos suos
eum maxima multitudine Principum & Baronum Inscript. Reatin. pag. 117. Hinc errasse quoad
annum Pagium discimus; cum præsertim ad eundem annum 1185. eadem nuptias conferat Si-
cardus Cremonensis auctor coævus in suo chronico, quod prodit Rer. Italic. tom. 7. col. 64.
mina habet Albericus in chronico ad annum 1185. Sed forte dissidium totum ita componendum
est. Henricus die illa augusti anni 1185. nuptias per legatos cum Joanna copulavit. Dein ve-
ro Mediolani anno sequenti ineunte illas præfens confirmavit. Dies vero qua nuptiæ illæ Hen-
rico præfente confirmatæ sunt, indicatur ab anonymo cujus chronico ad Fridericum usque
perductum vulgavit Menkenius Rer. Germanic. Scriptor. tom. I. scribit enim: Anno Domini
MCLXXXV. (filio veteri, novo vero 1186.) quinta (lege quarta) Kal. februarii Henricus
VI. filius Friderici cum regina Constantia nuptias celebravit Mediolani. MANSI

CHRISTI
1186.URBANI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

que cum diebus tredecim imperasse, certissimum est: quod & clarius visurus est in suis locis inferius.

XXVIII. Sed magis portentosa mendacia in epitaphio scripta Constantiæ inveniuntur, atque primum illud, quod de ætate ipsius, quando peperit Fridericum, verbis illis asseritur:

* Undeno lustro hac * platea rugosa sacerdos
Facta, dedit partu Fridericum Augusta Secundum.

Nempe quod suæ ætatis anno quinquagesimo quinto peperit filium Fridericum. Nam cum natus Fridericus dicatur anno millesimo centesimo nonagesimo tertio, ut inferius anno ultimo Tomi hujus patebit: convincitur Constantia suæ ætatis anno tricesimonono, quæ tricennaria nupsit, juxta Gotifridi ejus quoque temporis auctoris asseritionem, Fridericum filium peperisse. Pari modo quod post verus sic scribitur: *Vixit annos sexaginta & uno, obiit anno millesimo ducentesimo quarto*: duplex convincitur in iis esse mendacium. Primum namque de ætate Constantiæ, quæ decessisse ponitur anno suæ ætatis sexagesimo primo, cum non nisi annos nata ad summum quadragintatres ex hac vita migravit, ut inferius luce clarius demonstrabitur. Intexitur vero adhuc mendacio mendacium, dum defuncta ponitur anno Salutis millesimo ducentesimo quarto, quam testificatione Innocentii Papæ in suis litteris, datis anno primo sui Pon-

tificatus, certissimum sit, decessisse ex hac vita anno Redemptoris millesimo centesimo nonagesimo octavo, die vigesima septima mensis Novembris.

Redarguas ex eo quoque mendacium de facta per Romanum Pontificem dispensatione, de abrogatione monachatus Constantiæ, quod dicunt dispensatum fuisse per Alexandrum Papam Tertium, ut monialis Deo sacrata nuberet; & quod subjungitur: non semel id ab eodem Pontifice usurpatum, sed iterum cum Nicolao Justiniano Veneto tunc monacho, postea patre beati Laurentii Justiniani, de quo in vita ipsius Bernardus (a) Justinianus ejus nepos hæc habet: *Imperator ab Alexandro Tertio Pontifice maximo, ut liceat adolescenti monacho solvere vinculum Religionis, ad reparandam sobolem gentis suæ. Et inferius: Quod ne cui forte mirum videatur: iisdem temporibus idem Alexander Pontifex Constantiam Willelmi Sicilia Regis filiam, & monacham plus quam quadragenariam Henrico Imperatori Friderici Barbarossæ filio nuptui concessit ad sobolem Willelmi patris, qui Siculis fuerat charissimus, suscitandam. Hæc Bernardus, qui lapsu fortasse memoriæ in his multipliciter errasse convincitur. Primo videlicet, quod tribuit Alexandro Tertio utramque dispensationem priorem de Constantia, atque posteriorem de Nicolao. Nam cum ante ex hac vita decessisse constat Alexandrum, quam nuberet Constantia Henrico (quod hoc anno factum liquet testimonio ipsius, qui interfuit ut jam dictum est) nihil plane*

(a) Apud Sur. die 8. Jan. in vit. ips. c. 1. Errore tribui Alex. Papæ III. dispensationem de Constantia.

XXIX.

XXX.

est, ut tribui possit ea dispensatio Alexandro, multo vero minus, quæ concessa dicitur Nicolao. Errat & in eo adhuc, dum Constantiam filiam fuisse Willelmi Regis asserit, quam manifestum est, natam fuisse ex Willelmi patre Rogerio. Sed deformior error est, quod vult ab Alexandro Tertio concessam esse dispensationem Nicolao, cum idem ipse affirmet, ejus filium beatum Laurentium claruisse, insignitum munere Episcopali ab Eugenio Papa IV. cum certum sit, ab obitu Alexandri Tertii, qui contigit anno Salutis millesimo centesimo octogesimo primo, usque ad creationem Eugenii VI. quæ accidit anno millesimo quadringentesimo primo, intercedere annos ducentos quinquaginta.

Ut autem, quod ad Constantiam pertinet, tandem cunctas dissolvamus ambages: Gotifridus Viterbiensis, qui his præfens aderat, eam natam posthnam tradit, fuisseque annorum triginta hoc anno, cum nupsit, docet his verbis, dum agit de pace inter Fridericum, & Longobardos composita, deque nuptiis ejus filii Henrici Regis cum ipsa Constantia:

Ætas Constantiæ Regiæ Sicilia.

Fit Regis Siculi filia sponsa sibi, Sponsa fuit speciosa nimis, Constantia dicta, Posthuma post patrem materno ventre relicta, Jamque tricennalis tempore virgo fuit.

Verum cum constet, Rogerium Siciliae ejus nominis primum Regem, patrem Constantiæ jam anno Salutis millesimo centesimo quinquagesimo quarto decessisse ex hac vita (ut tradit ejus temporis auctor Robertus, (a) necnon Fazellus (b) affirmat) plane dicendum, hoc anno Constantiam paulo amplius excessisse anno uno tricesimum ætatis suæ. Cumque etiam constet, eandem Constantiam post ejus obitum natam posthnam: plane eluditur fabula illa, quam idem Fa-

(a) Rob. in Append. ad Sigeb. eo anno (b) Fazell. l. 6. c. 3. in fin.

PAGIUS

tum est. Sexto Kalend. Februarii Viennensis Archiep. Fredericum Imperatorem Romanum Mediolani coronavit. Eodem in die Aquilejensis Patriarcha coronavit Henricum Regem Teutonicum, & ab ea die vocatus est Cesar. Quidam Episcopus Teutonicus coronavit Constantiam amitam Willelmi Regis Siculi generi Regis Anglorum. Hac acta sunt in monasterio Sancti Ambrosii. Ex Henrico & Constantia natus Fridericus II. Imperator, qui Italiam adeo afflixit.

XIX. Nicetas Muntanus sit Patriarcha Constantinop.

Ad num XXXI. Basilii Camaterus Patriarcha Constantinopolitanus hoc anno ab Isaacio Imp. Sede pulsus fuit, ut narrat Baronius ex Niceta in Isaacio Angelo, sed eum annos tan-

CHRISTI
1186.URBANI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

zellus narrat de eadem ipsa Constantia, quod percussus pater Rex vaticinio Joachim Abbatis, quo assererat, si nupsisset, funestam futuram Siciliae faciem: fecerit eam retrudi in monasterium, atque religionem profiteri monasticam: nam si vivo patre Rege ipsa non nata: quomodo potuit per eum monacha effici, atque professa? Sic igitur vides, Lector, pudendum detectum errorem de falsa origine Constantiæ monachatus. Ex ipsius ergo Henrici Imperatoris tunc vivente Notario disce numerare annos Constantiæ, ejusdemque nosse natale tempus post mortem patris, & quando nupsit, ut discas pariter sparsas in vulgus exufflare fabulas, atque solida inhærescere veritati.

Quod ad res pertinet Orientalis Ecclesiæ, Nicetas (c) tradit, Isaacium Imperatorem sede expulisse Basilium Camaterum Patriarcham Constantinopolitanum, hujusmodi præfensa causa. *Principatum adeptus Isaacius, Basilio Camatero, quamquam ejus ope maxime adjutus, Patriarchatu deiecto (causa prætebatur, quod quas nobiles matronas Andronicus in monasteria invitavit abstruxisset, iis ipse nigro vestitu deposito, reditum ad pristinum habitum, & viam rationem concessisset) Nicetam Mundanum pro eo Patriarcham designavit Ecclesiæ maxime Sacellarium. Quomodo autem & ipse redactus ab eodem Imperatore in ordinem fuerit, suo loco dicendum. Sedit annos sex & menses sex. Quod spectat ad res Hierosolymitanas, de his Rogerius in rebus Anglicis hæc habet: Eodem anno paulo ante festum S. Petri ad Vincula, cum prædictus Patriarcha Hierosolymorum, qui pro subsidio Terræ sanctæ functus fuerat anno superiori legatione in Occidentem redisset, & nihil auxilii ad defensionem terræ secum reportasset: timor magnus cecidit super habitatores terræ Hierosolymitanæ. Subdit de proditione facta a Templario transfuga ad Soldanum, spondente daturum ei sanctam civitatem Hierosolymitanam: cum idem Soldanus progrediens cum exercitu, a pau-*

XXXI. (c) Nicetas in Isaacio Ang. l. 1. Nicetas Patriarcha Constantinop.

Jerosolyma defensa a paucis.

XX. Obitus Roberti de Monte.

PAGIUS tiarum solemniter conjuges fecit, Chronographus Aquicinctinus nos edocet loquens de causis dissensionis, quæ inter Papam & Imperatorem versabatur: *Præcipua, inquit, quod Patriarcha Aquilejensis, & quidam Episcopi interfuerunt, absque consensu Papæ coronationi Henrici Regis die quadam solemniter in Italia. Quos omnes Papa a divino suspendit officio. Gotifridus itaque Patriarcha Aquilejensis, vir audax, & qui, ut inquit Ughellus Tom. V. Ital. Sacrae, Ecclesiæ suæ jura armis tuebatur, hoc munere functus est. Quare fallitur Galvanus Flamma in Chronico Majore apud Puricellum in Monument. Basilic. Ambros. num. 597. qui asserit Ubertum de Crivellis Henricum coronasse, cum certum sit Ubertum hoc tempore sub Urbani III. nomine Pontificem Romanum fu-*

isse. [r] Recte etiam Puricellus ibidem reicit Catalogos MSS. Archiepiscoporum Mediolanensium, in quibus ea Miloni Archiepiscopo ejusdem urbis adscribitur; cum Milo nondum eam dignitatem obtineret. Denique ipsemet Puricellus fallitur, cum scribit Henricum ab Uberto de Crivellis, qui Archiepiscopatum Mediolanensem non deposuit, coronam accepisse; cum Chronographus Aquicinctinus disertis verbis affirmet, coronationem istam absque Urbani III. consensu peractam fuisse.

Sed audiendus Radulphus de Diceto in Imag. Histor. pag. 629. qui singula sigillatim his verbis perstringit: *Inter Henricum Regem Teutonicum & Constantiam filiam Rogeri Siculi, Regis amitam vero Guillelmi Regis Siculi, generi Regis Anglorum, matrimonium celebratum*

XVIII. A Patriarcha Aquilejensi.

NOTE [1] Nec chronographus Aquicinctinus, nec Galvanus Flamma in historia coronationis Henrici errarunt. Nam bis coronatum illum fuisse regem suspicor fundamento hujus opinionis desumpto ex autoritate veteris Chalendarii, cujus excerpta primus edidit Muratorius Italic. rerum Script. tom. I. pag. II. fol. 235. ibi enim bis coronatio Henrici memoratur; semel die VI. Kal. januarii; iterum vero ad XVIII. Kal. maii. Prima coronatio Mediolani ad S. Ambrosium; secunda vero Romæ peracta, ut ibidem scribitur. Igitur cum Henricus injussu Urbani primam coronationem obtinuerit, eandem iterum repetendam ab ipso Urbano curavit, quod huc usque ignoratum fuit. MANSI

CHRISTI
1186.URBANI III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 32.
ISAACII ANG. IMP. I.

paucis qui intus erant, contra ipsum.
Cruce prævia procedentibus, victus igno-

miniosissime fuit. Hæc ipse pluribus, re-
liqua autem anno sequenti.

Se.

PAGIUS

II. Biblioth. pag. 349. publicato, ad annum
MCLIV. legitur: MCLIV. Mense Majo sexto
Kal. Junii, feria V. infra Octavas Pentecostes
electus fuit Robertus de Torinejo, Prior Clau-
stralis Bæci. Plurima bona operatus est, & fuit

caſos Caſtelli de Ponte Urſonis. Obiit MCLXXXVI.
Chronicon Roberti ſub ejus nomine uſque ad
annum MCCX. inclusive ab Auctore anonymo
continuatum.

JESU CHRISTI
ANNUS
1187.URBANI PAP. III.
ANNUS
2.FRIDERICI IMP. 33.
ISAACII ANG. IMP. 2.

I.

SEquitur annus Christi millesimus cen-
tesimus octogesima septimus, Indictio-
ne quinta, quo Urbanus Papa legatio-
nem misit in Angliam; de qua ita Ro-
gerius: Eodem anno post Natale Domini
Urbanus Papa misit in Angliam Octavianum
S. R. E. * subdiaconum Cardinalem,
& cum eo Hugonem de Nunant, quibus
ipse commisit legationem in Hiberniam ad
coronandum ibi Joannem filium Regis.
Sed dominus Rex coronationem illam di-
stulit, & prædictos Legatos duxit secum
in Northmanniam ad colloquium inter ip-
sum & Philippum Regem Franciæ. Hæc
de legatione Rogerius hoc anno. Ad
hunc eundem Octavianum legatione fun-
gentem data extat Petri Blefensis episto-
la, querelis plena, non sine stomacho
scripta de his, quæ perperam agerentur
in Ecclesia Dei; quæ sic se (a) habet:
O curas hominum! (b) o quantum est
in rebus inane! o inanis gloria! o ambi-
tio caeca! o terreni honoris inexplebilis
fames! o tinea cordium, animarum sub-
versio, cupiditas dignitatum! Unde obre-
psit hæc pestis? unde invaluit hæc exe-
cranda præsumptio, ut indigni dignitates
ambiant: & quanto minus meruerunt a-
scendere ad honores, tanto importunus
honoribus se importent? Hodie per fas
& nefas, hodie in animæ corporisque di-
scrimine currunt infelices ad cathedram
pastoralem, nec attendunt quod sit eis
(c) cathedra pestilentiae dum sibi & aliis
sunt causa ruinæ. In gregibus & armen-
tis, teste Hieronymo, (d) aries & tau-
rus corpore & animositate præstantior a-
lios antecedit: homo vero bestis omni-
bus bestialior, tanto indiscretius & au-
dacious melioribus anteesse præsumit, quan-
to minus de virtutum titulis, aut concien-
tiæ sinceritate confidit. (e) Utinam
superent, & intelligerent, ac novissima
Ann. Eccl. Tom. XIX.

* diaco-
num
Legatio
Octaviani
in Angl.

(a) Pet.
Blef. ep.
23.
(b) Perf.
sat. 1.

(c) Pf. 1.

(d) Hier.
ep. ad
Fabiolam,
& in cap.
34. 1f. Sc-
nec. ep.
90.

(e) Deut.
32.

providenter, nec populi iniquitates suis
excessibus aggregarent. Verba sunt Eccle-
siastici: Noli (f) querere ab homine du-
catum, neque a Rege cathedram honoris. 7.
Noli querere fieri judex nisi valeas vir-
tute irrumperè iniquitates populi, non
te immittas in populum, nec alliges tibi
peccata duplicia. Qui nihil didicit, a-
liorum doctor efficitur, & quasi es (g) (g) 1. Cor.
13.
prædicantis officium, cum sit truncus i-
nutilis, & idolum mutum. Apud veteres
erat conditio sapientum inestimabiliter
venerabilis, hodieque prudentia tamquam
vilis & abjecta calcatur: quadam vero
abominabili mutatione stultitia ponitur in
sublimi. Hoc est, quod Ecclesiastes (b) (b) Eccl.
deplorando conqueritur: Vidi, inquit, 10.
malum, quod sub Sole est, stultum pos-
tum in dignitate sublimi, & sapientes
federe deorsum. Sacra Scriptura prorsus
experies onus importabile dignitatis usur-
pant, de aliena potius, quam de sua scien-
tia præsumentes. Alia erat Apostoli sen-
tentia discipulum instruens: Tibi, (i) (i) 1. Tim.
1.2. Tim.
inquit, commendo, fili Timothee, rege-
re Ecclesiam Dei, secundum quod novi-
te scientiam habere sacrarum litterarum.
Scientia siquidem spiritalis gladius est
in manu potentis. Hæc est pera, in qua
(k) David tres limpidissimos lapides po- (k) 1. Reg.
suit, quibus Goliath prostravit. Hæc 17. Jud.
est asina mandibula, quæ Sansoni mille 15.
bostium stragem fecit. Hic est vomer ille
aratorius, quo Samgar (l) sexcentos Phi- (l) Jud.
listæos occidit. Episcopus illitteratus, 3.
præco est mutus. Prælati est erudire sub-
jectos, reddere populum acceptabilem Deo,
aperiendo mysteria Scripturarum. Petro
(m) enim & successoribus ejus præcipitur (m) Luc.
ducere in altum rete, id est, profundam
sacra Scriptura intelligentiam in capti- 5.
vam hominum aperire. Verumtamen hodie
D d d d sicut

Hugone de Nunant Episcopo Covetrensi Lega-
tus in Angliam venit, ut Joannem filium Hen-
rici II. Angliæ Regis, Hiberniæ Regem co-
ronaret, ut superiori narravimus, & refert
hic Baronius ex Rogerio Hovedeno, apud quem
Octavianus errore Librariorum a Baronio emen-
dato dicitur Subdiaconus Cardinalis, loco Dia-
coni Cardinalis. Verum Epistola XXIII. Pe-
tri Blefensis data Octaviano S. R. Ecclesia Car-
dinali Presbytero, Apostolica Sedis Legato, ut
testatur Guffenvilla in Notis ad eandem legi
in omnibus exemplaribus, hujus Legationis
occasione, sicuti Baronius, Guffenvilla in No-
tis aliique passim credidere, scripta non est,
cum Octavianus nondum Cardinalis Presbyter
fuerit, sed tempore alterius Legationis, se-
dente Cœlestino III. peractæ ab eodem Octa-
viano in Normannia, ut anno MCXCII. vi-
debimus. In ea Petrus Blefensis dolenter que-
ritur, passim indignos, sive scientiam, sive
virtutem, sive ætatem spectes, per summam
am-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6680.
SÆC.
XII.

An. Eræ
Hisp. M-
CCXX-
V.

An. He-
græ D-
LXXX.
III.

inchoato
die 13.
Martii
fer. 6.
An. C.
1187.

I.

☉ 20. D ☽ 10. P. 29. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 1187.

GREGORII VIII. PAPÆ I.

FRIDERICI ÆNOBARBI REG. 36. IMP. 33.

ISAACII ANGELI IMP. 3.

Num. I. ad IV. Octavianus nobilis Roma-
nus ex Subdiacono Apostolico a Lucio III.
Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi anno
MCLXXXII. a Clemente vero III. Episco-
pus Ostiensis & Veliternensis creatus est, ut
videre est in Hist. Cardinalium. Variis Le-
gationibus cohonestatus fuit, & hoc anno cum

CHRISTI 1187.

URBANI III. PAP. 2.

FRIDERICI IMP. 33. ISAACII ANG. IMP. 2.

CHRISTI 1187.

URBANI III. PAP. 2.

FRIDERICI IMP. 33. ISAACII ANG. IMP. 2.

(a) If. 23. sicut populus, sic sacerdos: sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus. Erubescat (a) Sidon, aut mare: erubescat, doleatque Pralatus praesse populo, nec prodesse: docentis assumpsisse officium, & in doctrina populi mutum esse. Verbum lamentatoris (b) Propheta est: Grex perditus, factus est populus meus: pastores eorum seduxerunt eos: (c) canes muti, non valentes latrare. Lupos a gregibus suis arcerere debuerant, sed ipsi lupi sunt in suos; nec de sua, suorumve salute curantes se cum gregibus suis in foveam mortis aeternae praecipitant. Hodie in Episcopi dignitatem adolescentuli promoventur, & molles. Sic venditur Joseph (d) Putipharis eunuchus, dum Christi magisterium, dum dispensationem sacramentorum Dei sibi damnabiliter usurpare praesumit infructuosus & mollis Episcopus.

Porro dum ad eruditionem populi mittit Dominus Jeremiam, quem sanctificaverat ex utero matris suae: Propheta suum considerans imperfectum, tanquam adhuc elementarius & rudis informatione verborum, respondit (e) A, A, A, Domine Deus, nescio loqui. Moyses (f) etiam dum a Domino destinatur ad liberationem populi Israel de Aegypto: Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es, ab heri & nudius tertius, ex quo locutus es ad servum tuum impeditoris linguae factus sum. Et quis hodie a pontificali onere se excusat? quis hodie allegat insufficientiam suam? quis hodie invidus trahitur aut reclamatur?

(g) Palladius. Ubi hodie similis Ammonio (g) invenitur? hist. Laus c. 12. Soer l. 4. c. 18. Episcopatus refugiendus.

Ubi hodie similis Ammonio (g) invenitur? hist. Laus c. 12. Soer l. 4. c. 18. Episcopatus refugiendus.

(h) Mat. 4. (i) Marc. 5. (k) Mat. 9. (l) Gen. 39.

PAGIUS ambitionem in Episcopatus, aliasque dignitates irruere, & obtenturum Legatum, ut sua auctoritate interposita ambitiosos & simo-

lico (m) sepulturam patris, cum muliere Samaritana (n) hydriam, id est, cupiditatem saeculi reliquerunt. Peccato talium quasi filiorum (o) Heli translata est hodie Arca, sive gloria Domini de Israel in Azotum, ignem scilicet concupiscentiae. Ignis autem iste non inflammat, sed infumat; non illuminat, sed excacat, sicut scriptum est: Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. De Azoto (p) transfertur in templum Dagon, id est, tristitia, vel desolationis. Nonne idolum tristitia & mœroris est Pralatus illitteratus & fatuus? qui in ira Dei & populi desolatione eligitur, & quasi idolum (q) erigitur, ut veniat quod legitur in (r) Matthæo: Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, id est, in Ecclesia Dei: tunc vae praegnantibus & nuriensibus: illi enim, qui spiritum salutis conceperant, exemplo talium suffocantur. Qui vero vitæ caelestis alimenta petebant, nullo verbi divini pabulo sustentantur: Parvuli (s) inquit Propheta) petterunt panem, & non erant qui frangeret eis.

Tu igitur, amantissime pater, qui a lateri summi Pontificis missus es, ut legatione fungaris pro Christo: surge in extirpationem execratiſſimæ pestis hujus. Ecce constituit te Dominus super gentes, & regna, ut evellas & destruas, ut disperdas & dissipas, & edifices, & plantes. Accendatur, & ignescat zelus tuæ auctoritatis adversus ambitionis malum; dissipa & evelle plantationes iniquas. Aedifica & (t) planta in Ecclesia Dei tales, quos humilitas, quos innocentia, quos vita probatior, & litteratura commendat, qui subiectos doceant, qui divites non palpent, pauperes non gravent, qui minas potentum non timeant, qui crimina corrigant, & marsupia non emungant: quorum sermo sit doctrina, quorum conversatio sit justitia, quorum auctoritas sit non in habitu, non in fastu, sed in eruditione, & defensione Fidei: quorum vita sit publice commendabilis: quorum memoria in benedictione. Ad tuum, & collegæ tui ingressum quæso letetur Ecclesia Christi, ut a simoniaco & ambitiosis oppressa, sub vestra consolatione respiret. Congaudeant clerici, & exultent populi, se hodie in vobis suscepisse cives Apostolorum, & domesticos Dei, portantes pacem, & illuminantes patriam, nobis & aliis vitæ aeternæ poscentes præmia, ut de labore, & sollicitudine vestrae legationis immarcescibiles justitiæ manipulos reportetis. Ita ad Legatum Apostolicæ Sedis exæstians zelo Petrus. Hoc

niacos omnes ab Ecclesiæ gubernaculis arceat. Ex ea Epistola manifestum fit, hac ætate Ecclesiam a simoniaco & ambitiosis oppressam fuisse.

IV. Hoc eodem anno vox ab Oriente auditur lugentium, atque lamentantium. interfectos populi Dei, & civitatem sanctam Jerusalem hostili pervasione vastatam: & ut suo ordine res ipsas infelicitate gestas ex ejusdem temporis auctoribus enarremus, hoc, inquam, anno Calendis Maii, & postea infra octavam Apostolorum iterum male pugnatum est a Christianis adversus Saladinum Babylonæ Regem in Terra sancta. Extant de his litteræ Magni Præceptoris Templariorum, qui tunc illis præerat, & rebus interfuit, quas recitat Rogerius in Annalibus istis verbis:

Frater Terricus pauperrimæ domus Templi dilectus magnus Præceptor, omnisque Fratrum pauperrimus & fere omnino annihilatus conventus universis Præceptoribus & Fratribus Templi, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem, & in illum suspirare, in quo Sol & Luna mirantur.

Quot quantisque calamitatibus ira Dei, nostris peccatis exigentibus, nos in præfenti flagellari permiserit: nec litteris, nec flebili voce (prob dolor!) explicare valeamus. Turci enim immensam suarum gentium multitudinem congregantes, Christianorum nostrorum fines acriter invadere cœperunt: contra quos nos nostrarum gentium pbalanges condunantes, infra octavas beatorum Apostolorum Petri & Pauli in eos congregati, & versus Tiberiadem (quam violenter, castro solo relicto, ceperant) iter arripere præsumpsimus. Cum nos in scopulis pessimis impulsissent, nos ita acriter impugnaverunt, quod sancta Cruce, & Rege nostro captis & omni multitudine nostra interfecta, & fratrum nostrorum (ut in veritate credimus) eodem die ducentis & tricenis decollatis (exceptis illis sexagenis, qui prima die Maii interempti sunt) vix dominus Comes Tripolis, & dominus Reginaldus Sidonis, dominusque Ballovius, & nos de illo miserabili campo evadere Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS fuisse, quod plura Auctorum cœvorum & Conciliorum testimonia insinuant.

II. Inducia cum Saladino in fausto successu rupta. A num. IV. ad XI. Hoc anno incomparabilis dolor & tristitia ineffabilis universa accidit Christianitati, ut inquit Chronographus Aquincinus, & fufe refert Baronius. Rem hęc summarie ex Nangio in Chron. ad hunc annum perfringo. Anno superiori, ut apud hunc Chronographum legitur, Reginaldus Princeps Antiochia, fœdus induciale, quod Christiani cum Christianis & Rege Turcorum (nempe Saladino) hinc inde sanxerant observandum, dirupit. Nam cum plurimus, & opulentus Turcorum comitatus a Damasco in Aegyptum transfret, & præter limites terra Christianorum, ob induciarum fiduciam itinerari non formidarent, in eos subito Princeps prædictus irruit, & ipsos cum universis saccinis minus decenter captivos abduxit.

III. Hoc vero anno, ut habet idem Nangius, Sa-

labadinus Babylonia Soldanus injuria suis facta a Principe Antiocheno permotus, Palestinam violenter aggreditur, Admiraliū Edisse cum septem millibus Turcorum, qui Terram sacram depopularentur, præmittens. Hic autem cum in partes Tiberiadis processisset, casu sibi obvius habuit Magistrum militiae Templi Girardum de Bidefordia, & Magistrum Hospitalis Rogerum de Molendinis, illum quidem fugatum, Rogerum vero interfectum inopino Marte confectis, multis Templariis tam captis quam occisis. Saladinus suorum victoria exilaratus, animum totius regni Jerusalem occupandi successum ad majora intendit. Nam Galilaam aggressus Tiberiadem obsidet, quo audito, Guido Rex Jerusalem, Templarii, Hospitalarii, Episcopi, Proceres, populusque in unum congregati hostibus occurrunt, hostes obsidionem deserunt, & ad fontes milliarii quatuor circa Tibe-

potuimus. Deinde Pagani Christianorum nostrorum sanguine debaccati versus civitatem Accon cum omni sua multitudine venire non distulerunt, quam violenter capientes, totam terram fere invaserunt; Jerusalem, & Ascalon, & Tyro, & Berrisbon nobis, & Christianitati solis adhuc relictis. Iſtas etiam civitates, omnibus earum fere civibus interfectis, nisi divinum, & vestrum præsto sit auxilium, nullo modo retinere poterimus. Civitatem etiam Tyrum in præsentiarum acriter obsidentes, die noctuque expugnare non cessant: & tanta est eorum copia, quod totam terræ faciem a Tyro, usque ad Jerusalem & usque ad Gazam velut formica cooperuerunt. Nobis ergo & Christianitati Orientis, ad præfens omnino desperata quantocyus succurrere dignemini, ut per Deum, & vestrae fraternitatis eminentiam, residuas civitates vestro sulci adminiculo salvare possimus. Valete. Post hæc & Patriarcha Antiochiæ Hæmericus ad Anglorum Regem Henricum eodem quoque argumento litteras dedit, petens enixe adjuvari ab eo periclitantem gravissime Terram sanctam. Habet omnes has litteras perpetuæ memoriæ commendatas Rogerius in Anglorum Annalibus; datae autem ab Antiocheno Patriarcha litteræ sic se habent:

Hæmericus Dei gratia sanctæ & Apostolicæ Sedis Antiochiæ Patriarcha Henrico per eandem gratiam Anglorum illustrissimo Regi, dilecto domino & amico, in illo regnare, per quem Reges regnant. Condignum, & inestimabilem dolorem nostrum pro insperato, & terribili, quod nobis, immo toti Christianitati nuper accidit, infortuito, cum lacrymis & singultibus excellentiæ vestrae per hæc præsentia denuntiamus. Audiat vobiscum omne sæculum dolorem nostrum, ut sciat unde veniat, aut quo tendat noster luctus & nostra lamentatio. Quarto die mensis Julii, anno incarnati Verbi millesimo centesimo octogesimo septimo, Saladinus D d d d 2 nus

V. Litteræ Patriarchæ Antiocheni ad Regem Anglorum.

CHRISTI
1187.

URBANI III. PAP.
2.

FRIDERICI IMP. 33.
ISAACII ANG. IMP. 2.

CHRISTI
1187.

URBANI III. PAP.
2.

FRIDERICI IMP. 33.
ISAACII ANG. IMP. 2.

nas collecta hostium peregrina multitudi-
ne praelium commisit cum his qui erant in
Terra Jerusalem Christianis, & suis eo-
rum copiis, de ipsis pro velle suo trium-
phavit vivifica Cruce ludibrio Turcorum
exposita, capto Rege, & magistro Tem-
pli, Raymundo quoque Principe propriis
manibus nefandi Saladini interfecto: &
Episcopis, cum Templariis, & Hospita-
lariis, & cum omni fere multitudine MCC.
& peditum triginta millia in tuitione S.
Crucis gladiis jugulatis, excepta multi-
tudine copiosa, quæ postea in urbibus,
quas cepit, est interempta, vel captiva-
ta. Satiatus denique sanguine Christiano-
rum, Tiberiadem cepit, & munivit: de-
inde civitatem nobilem * Accaron, Cay-
phas, Cæsaream, Joppen, Nazaret, Se-
basten, Neapolim, Lidden, Ramatham,
Arfur, Hebron, Bethlehem, & tunc de-
mum sanctam civitatem Jerusalem, &
Sepulcrum Domini obsedit: jurans quod
ipsum frustatum comminuet, & ejus minu-
tias in profundum maris proiciet. Pro
residuis formidolosa nos detinet hæsitatio,
ignorantes diem & horam, in qua subit-
erantur ditioni ejus, & habitatores ea-
rum vel captiventur, vel occidantur, ma-
xime cum vicinalibus, & equitaturis, &
armis bellicis, & defensoribus constet esse
spoliatos.

* Accon.

VI.

Pro hac tanta ira & indignatione Dei
in nos effusa desuper, panem nostrum cum
lacrymis manducamus, & turbamur ter-
rore horribili, ne Sepulcrum Dominicum
exteris tradatur nationibus, ne pauci,
qui remansimus in terra Christiana, si
tardaverit succursus; urgentibus inimicis,
nostras cervices gladiis ferientium sup-

ponamus. Et quidem prudentia, & opi-
nione, & divitiis cæteris Regibus Oc-
cidentalibus præeminetis; cujus auxilium
semper expectavimus: precamur, ut Ter-
ra sancta potenti festinanter succurratis
auxilio. Et si tardaveritis, Sepulcrum
Dominicum cum Antiochia nobili civitate
& terra sibi adjacente in opprobrium sempit-
ernum exteris subiacebit nationibus. Me-
mentote laudis, & nominis vestri, ut
Deus, qui vos * sublevavit in regnum, * subli-
per vos exaltetur. Et si huic tam digno
operi volueritis manum apponere, ut ve-
niatis, vel optatum nobis mittatis suc-
cursum: totius Terræ sanctæ liberatio vo-
bis post Deum imputabitur, & nos ipsi,
in quantum possumus, lugentes, & red-
pectora nostra percutientes ad Deum cla-
mamus, ut ipse donet vobis & velle & pos-
se id ipsum sic perficiendi ad laudem &
gloriam sui nominis; quatenus in hoc mor-
tis articulo Terræ sanctæ & nobis clemen-
ter succurratis. Alioquin nobis, qui va-
riis subjacentes periculis diutino languore
succumbimus, jam necesse erit expirare,
& fuso sanguine Christianorum, Domini-
cum Sepulcrum, & Antiochia nobilem ci-
vitatem cum terra sibi adjacente in op-
probrium sempiternum exteris nationibus
subjacere. Rogamus præterea, ut dilectos
fratres Cabilonensem, & Valeniensem Epi-
scopos, quos pro hoc ipso ad vos manda-
vimus, commendatos habeatis. Valete.

* subli-
mavit.

VII.

At ingruente cum copiis Saladino, ca-
pta est quoque ipsa sancta civitas Jero-
solymitana a Sarracenis, quarto Kalendas
Ostobris. Cum vero plures hujus tempo-
ris Scriptores cladem tantam stylo lugu-
bri fuerint profecuti: nos his omnibus e-
pi-

Domini a Turcis asportatur. Hanc alteram post
Chosroem Regem Persarum Crux sancta propter
scelera nostra contumeliam pertulit, & qua nos
a veteri captivitate jugo absolvit, propter nos
captiva ducitur, & profanis Gentilium mani-
bus contrectatur: sed & quotquot Templarii &
Hospitalarii inveniuntur, protinus decollantur.

Porro Guido Rex, & Magister Templi in mo-
numentum victoria reservantur. Princeps autem
Antiochia Reginaldus, qui Sarracenos semper
oppresserat, ab ipso Salabado manu propria
decollatur. Sic exigentibus meritis suis in ma-
nus Gentilium nostri sunt traditi, ac a Tur-
cis subjugati. Nimis enim in luxu variis &
Clerus & populus effluxerant, totaque terra il-
la facinoribus & flagitiis sordescerat; sed &
qui Religionis habitum præferabant, regularis
moderantia fines turpiter excefferant, rarus in
Monasterio, rarus in seculo, quem non vel
avaritia, vel luxuria morbus insceret.

V.

Vitia
Christia-
norum
hujus
cladis
causa.

VI.

Virtutes
Saladini.

Saladinus igitur de nostris sic habito cele-
bri triumpho, ad pontem Tiberiadis redit, ibi-
que manubias dividi, & in Damascum me-
liora deferri præcepit: postea erectis ad cælum
oculis de adeptione victoria gratias Deo reddi-
dit; sic enim facere in omnibus qua accidebant
consuevit, & inter cætera hoc sapius dixisse
fertur, quod non sua potentia, sed iniquitas
nostra hanc illi victoriam contulit. Debinc Ac-
con

PAGIUS

beriadem castra ponunt. Quinto igitur Nonas
Julii progrediuntur in bellum, acerrimeque con-
certant, sed nox praelium dirimit. Ea die no-
stri gessere fortius, nisi quod aquam preoccupa-
tam ab hostibus perdidissent, diurno proinde con-
flictu astu, sitique confecti laborabant, eo quod
aquam non haberent: mane hostes præparant,
& in nostros jam non ad bellum præparatos ce-
perunt intrumpere; quod videntes Principes &
primi exercitus Regem adeunt festinanter, & quid
facto opus sit deliberant in communi; Rex quen-
dam de numero equitum, qui cum Turcis mi-
litaverat, consulit quid in instanti negotio sit
agendum, qui consuluit, ut totis viribus in
cuneum irrumpatur, ubi Salabadi vexillum
altius eminebat.

IV.

Sanctam
Crucem
Guidonem
Regem ca-
pit.

Placet consilium universis, excepto Comite Tri-
politano (Remundo appellato), de cuius con-
silio montana occupaverunt, & ita consilio uti
dissipato nostri astu ac splendore Solis gravantur,
& telorum imbribus opprimuntur & obruantur.
Comes Tripolitanus arma dejecit, & ad Castrum
quod Saphetum dicitur, se contulit (Regem enim
prodebat, ut scribit Neubrigenensis lib. 3. cap.
16.) Interim nostrorum strages miserabiliter sit,
Episcopus Aconensis lethaliter vulneratus, Cru-
cem Domini, quam ferebat, tradidit alte-
ri, & ille Regi. Bello itaque vehementer
perurgente, Guido Rex capitur, & sancta Crux

pistolarem præferentes historiam, oppor-
tune subiicimus ejusdem, qui supra, Ter-
tici magni Præceptoris Templariorum lit-
teras, quibus cuncta, quæ hoc anno sunt
gesta, usque ad extremam diem præfens
quæ vidit, accurate recenset, sic scribens
ad eundem Regem Anglorum:

Tertici
ad Reg.
Angl.
litteræ.

Charissimo Domino Henrico Dei gratia
illustri Anglorum Regi, Duci North-
manniæ & Aquitanie & Comiti Andega-
viæ, Frater Terticus quondam magnus
Præceptor domus Templi Jerusalem, sa-
lutem in eo qui dat salutem Regibus.

Sciatis, quod Jerusalem cum arce
David reddita est Saladino. Syrii autem
habent custodiam Sepulcri usque ad quar-
tum diem post Festum S. Michaelis: &
ipse Saladinus in domo Hospitalis permi-
sit remanere decem de Fratribus Hospita-
lis ad custodiendum infirmos usque in u-
num annum, Fratres vero Hospitalis de
Belliverio optime resistunt Sarracenis ad-
huc & duas jam carvanas Sarracenorum
expugnaverunt, in quarum alterius cap-
tione, omnia arma, & utensilia, & vi-
tuaria, quæ erant in castro Fabæ, quod
Sarraceni destruxerant, viriliter lucrati
sunt. Ahuc etiam resistunt Saladino * Gra-
gebus Montis regalis, & Mons regalis &
Saphet Templi, & Gragebus Hospitalis, &
Margatum, & castellum Blancum, & terra
Tripolis, & terra Antiochiæ. Capta autem
Jerusolyma, Saladinus Crucem de templo
Domini deponi fecit, & eam per duos dies
per civitatem in ostentum sustigando por-
tari fecit. Deinde fecit Templum Domi-
ni aqua rosata intus & exterius, sursum
& deorsum lavari, & legem suam desu-
per illud per quatuor partes miro tumultu
acclamari. A festo vero S. Martini usque
ad circumsionem Domini obsedit Tyrum
tredecim petraris die nocteque lapides in
eam incessanter jactantibus. In vigilia
S. Silvestri dominus Conradus Marchio
milites & pedites per murum civitatis
disposuit, & armatis septemdecim galeis,
& decem aliis naviculis, cum auxilio do-

* Gregæus

PAGIUS

con, quæ est Ptolomais, veniens obsidet, quam
post bidduum in ditionem recepit. Manere ibi
volentibus non fuit hostilis oppressio, & recede-
re volentibus data est vita conductio. Id sane
Salabadi liberalitatem commendat, quod nul-
lum gravari sustinuit, qui vellet ei se subde-
re, & degere sub tributo; erat enim suorum
tenax discorum, sui que custos integer juramen-
ti, & iam liberalis, ut vix denegaret quid-
quam alicui. Tota quippe regio tremebat vi-
ris privata fortioribus, & suis destituta tu-
toribus.

VII.
Reimundus
Comes Tri-
politanus
moritur
Sarrace-
nus.

Inter hæc Conradus Marchio filius Conradi de
Monte-Ferrato, qui a Constantinopoli veniebat
Jerusalem, ubi quia sororem habebat Imperato-
ris Cursat (idest Isaacii Angeli) in conjugem,
cum quodam nobili Græco, qui Cursat volebat
deponere, & se in Constantinopolim intrudere,
pugnauerat, eumque occiderat, & inde rece-
dit.

mus Hospitalis, & fratrum Templi ad-
versus galeas Saladini dimicavit, cas-
que expugnans, undecim ex eis retinuit,
& magnum Alexandria Admiraldum cum
octo aliis Admiraldis cepit, Sarraceno-
rum multitudine interfecta. Reliquæ ve-
ro galeæ Saladini Christianorum manus
evidentes, ad Saladini exercitum confuge-
runt, quibus præcepto illius ad terram
extractis, ipse Saladinus igne appposito
in cinerem & favillam fecit redigi; ni-
mioque dolore commotus, equi sui auricu-
las, & caudam amputans, equum illum
per totum exercitum videntibus omnibus
equitavit. Valete.

VIII.

His addimus litteras Conradi filii Mar-
chionis de Monteferrato ad Archiepiscopum
Cantuariensem, eodem argumento
conscriptas, deque fœdere Saladini cum
Constantinopolitano Imperatore, his ver-
bis:

Cantuariensi Archiepisc. Balduino Con-
radus filius Marchionis de Monteferrato
salutem.

Turbantur elementa, & Catholica Fi-
dei derogatur, cum sedes Jerusolymita-
na Apostolica Sedi subtrahitur. Peris
enim Jerusolyma, & inertia Christianorum
a Sarrac. vilissime pertractatur. Fœdant
namque Dominicum Sepulcrum, destruunt
Calvarie locum, nativitatem Christi con-
temnant, & B. Virginis eradicant sepulcrum.
Sedes Constantinopolitana Romana Sedi
nullam exhibet reverentiam; Antiochena
quidem laborare dignoscitur in extremis.
Hæc autem omnia Christianorum constat
desidia contigisse. Lugenda est civitas
Jerusalem atque lugubriter lamentanda,
quæ suis cultoribus spoliata, qui Chris-
to per horas diei ac noctis constituti,
Deo cantando, & orando, famulabantur:
nunc (proh dolor!) Mahometib excelsa vo-
ce laudatur, ritibus polluta Sarracenicis.
Vestra igitur celsitudinis preces cum lac-
rymis porrigo commixtas, quatenus ca-
lamitatum Terræ sanctæ misereri dignemini,
ut confortetis Reges, commoneatis
Fi-

dens, comperto quod Accon teneretur a Turcis,
Tyrum applicuit, & eandem urbem defensus
suscepit: cuius adventus presentibus & ventu-
ris Christianis processit ad commodum, & ipsi
ad laudem & gloriam. Tunc Comes Tripolita-
nus, qui illuc post bellum Tiberiadis confuge-
rat, videns potentiam Marchionis, omnibus su-
spectus, & omnes suspectos habens, Tripolim
fugit; cui statim Salabadinus mandavit, ut
pacta qua sibi juraverat jurare faceret a suis.
Comes civibus convocatis jurare faceret a suis
dicens cedendum esse tempori, nec posse Sala-
badino resisti; responderunt civis minime se ju-
rare nisi prius formam audiant juramenti, &
super hac inducias usque ad mane petentes, ac-
cipiunt. Ea nocte Comitem illum ultio divini
percussit; res dissimulari non potuit; nam cor-
pore defuncti nudato, quia nuper Circumcisionis
stigma susceperat, apparuit; unde palam fuit
quod

CHRISTI
1187.URBANI III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 33.
ISAACII ANG. IMP. 2.

Fideles, ut canibus expulsi a patrimonio JESU Christi, misericorditer subvertant, vincula solvant, profanata mendant, ut terra sanctis Christi pedibus calcata, de potestate Infidelium potenter liberetur.

IX. Imperat. Constantinopolitanus amicus Saladino.
Accedit etiam ad cumulum iniquitatis, ad opprobrium, & desolationem Christianitatis familiaritas, que viget inter Saladinum & Imperatorem Constantinopolitanum, cui idem Saladinus tradidit omnes Ecclesias terræ Promissionis, ut in eisdem serviat secundum ritum Græcorum. Insuper etiam & idem Saladinus misit idolum suum Constantinopolim Imperatoris assensu, ut ibi publice coleretur: sed per gratiam Dei captum est in mari a Januensibus, & cum ipsa navi perductum est Tyrum. Nuper etiam exercitus constructus est copiosus ante urbem Antiochiæ, & dictus Imperator promisit centum galeas. Saladinus quoque dedit ei totam terram Promissionis, ita scilicet, ut impediatur viam Christianorum, maxime autem Francorum,

PAGIUS quod se Saladino confederans sectam Sarracenicam caperat observandam. Post quem Tripolis urbis dominium filius Principis Antiochiæ de jure obtinuit parentela.

VIII. Saladinus suas victrorias profequitur.
Ludovicus filius Philippi Regis Francia primogenitus nascitur in vigilia Assumptionis B. D. Genitricis Virginis Maria. (Is post patrem sub Ludovici VIII. nomine regnavit; Rigorus tamen & Guillelmus Armoricus in Philippo Augusto hoc natale cum die V. mensis Septembris & feria secunda connectunt, sed loco, Feria II. legendum, Feria VII. quæ hoc anno cum die V. Septemb. concurrat, & hæc sententia præferenda, quia uterque Scriptor coetaneus est.) Saladinus post Acon sibi redditam Berytum & Sydonem occupans, cum Tyrum eadem facilitate speraret sibi vendicare, a Marchio turpiter repulsi abesse. Exinde Ascalonem urbem perveniens, eam post diversos assultus IV. die Septemb. obtinuit, ubi pacto ut cives liberi hinc abirent, & Rex Guido cum

ad succursum terræ sanctæ properantium. Nec est aliquis apud Constantinopolim, qui crucem accipiat, quin statim capiatur & incarceretur. Hoc autem nobis solati-um est, quod nuper frater Saladini, & filius ante Antiochiam capti sunt, & sub salva custodia deputati.

Porro ista quidem adeo tristia, & iudicio humano flebilis Dei sententia læta cessere, atque in lucrum sunt animarum conversa, ut ostensum est sanctæ Christianæ virgini magni nominis in Germania, de qua ista Cantipratensis: (a) Longe etiam ante prædixit Terram sanctam & Jerusalem in impiorum Sarracenorum ditionem redactum iri. Quo autem die a Saladino Ægypti Sultano capta fuit Jerusalem cum Sepulcro, & Cruce Christi, illa in castro Loenensi tum constituta, spiritu cognovit rem gestam. Cumque multum exultaret, ab eis, qui aderant, rogata ut ejus lætitiæ causam exponeret: Jure, inquit, exulto: nam & Christus Dominus cum Angelis suis exultans, oc-

XV. de electioribus captivis redderetur. [1] Ipsa die qua præscripto pacto urbs tradita fuit, Sol quasi compatiens, beneficium luminis defectu Eclipsæ urbi & Orbi subtraxit, ita ut stelle sicut in nocte apparerent (hanc Eclipsam supputavit Calvilius & invenit eam horis ante meridiem duabus accidisse). Turcomanni per hos dies Laodiciam urbem impetunt, & cum Principe Antiochia congressi; multos de suis occidunt. Deinde Antiochiam & circumjacentem regionem prostigant cadibus & incendiis ac rapinis, terramque illam copiosam, qua Mons-verra dicitur, rapinis & incendiis sunt lapsi. Sed cum inde redirent, ab Antiochenis sunt devicti & fugati.

Saladinus Ascalone munita cum Turcis suis Jerusalem properat, & eam obsidet a parte Occidentis, oppugnans eam decem diebus continuis; sed civibus fortiter resistentibus, cum nec sic Turci proficerent, per partem Aquilonis urbem sanctam iterum sunt aggressi. Tunc obsessi confide-

X.
(a) Tho. Cantipratensis apud Sur. die 23. Junii c. 20.

IX. Jerusalem obsidet a parte Occidentis, oppugnans eam decem diebus continuis; sed civibus fortiter resistentibus, cum nec sic Turci proficerent, per partem Aquilonis urbem sanctam iterum sunt aggressi. Tunc obsessi confide-

CHRISTI
1187.URBANI III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 33.
ISAACII ANG. IMP. 2.

occasionem præbuit, qua magna possit hominum copia salva fieri. Illis rursus sciscitantibus, quænam esset hæc occasio, respondit: Noveritis Terram sanctam hodie venisse in manus hominum impiorum; atque hæc re magnam salutis oblatam occasionem. Christus enim pro illata ipsi contumelia dignum censuit, ut terra illa hac ignominia afficiatur, quamvis ipsius passione sanctificata, attamen in fine mundi cum ipso mundo peritura: quando illius recuperanda causa animæ semper victuræ, ejusque sanguine redemptæ, ab iniquitate ad justitiæ studium convertentur, fundentque homines sanguinem suum, & quamdam morti Salvatoris vicem cum

PAGIUS rantes obsessibus non posse resisti, in commune deliberant salvis sibi vitæ & mobilibus, reddere civitatem: sed Saladinus, quia contra suam voluntatem diu se tenuerant, petit pro redemptione eorum ab his, qui quindecim annos & supra excreverant, decem bizancios, a mulieribus quinque, & ab infantibus unum similiter sibi reddi: quod ut ab utraque parte concessum est, secundo Octobris die, qui erat ab obsidione XXXIII. (legendum cum Auctore Magni Chronici Belgici pag. 178. XIV.) Feria sexta urbs sancta, quod dici dolor est, Saladino redditur. Qui statim campanas Ecclesiarum confringi fecit, & Turci equos & jumenta in Ecclesiis stabulaverunt; Suriani vero Ecclesiam sepulcri auri pretio redemerunt, ne sordibus Gentilium subjaceret. Templum autem Domini, quod Turci juxta ritus suos consueverant antiquitus venerari, fecit Saladinus intus & extra aqua rosacia ablui, antequam vellet illuc ingredi. Multa vero millia pauperum, quia non habebant pretium, a prætaxato pretio absolvit, & infirmis iussit de fisco proprio per aliquantum tempus necessaria ministrari. Sane Regina Sybil-la, cum Heraclio Patriarcha, Templariis & Hospitalariis, ac immenso exultantium catu apud Antiochiam esset profecta; alii vero apud Alexandriam vel in Siciliam navigaverunt.

X. Captæ est ergo Jerusalem civitas sancta post annos octoginta octo, ex quo a Turcis eruta fuit, & tantumdem fere temporis a nostris possessa, quantum prius a Turcis. Suriani vero, Georgiani, Jacobite, Græci, Armenii in Jerusalem remanserunt sub Turcorum dominio, additi servituti. De die tamen captæ Jerosolymæ Scriptores inter se non conveniunt; ali-

multa devotione rependent. His dictis mirabantur omnes, & quidam annotarunt tempus. Hæc ipse.

Hoc eodem anno Basilio Camatero Patriarcha Constantinopolitano in ordinem redactæ ab Imperatore, in locum ejus subrogatus Nicetas cognomento Mundanus, qui (ut Nicetas Choniata tradit) statim ejectus est, Leontiusque monachus suffectus; quo etiam ante annum absolutum dejecto, propositus est Theodoros Balsamon, sed rejectus; creatus vero est Dositheus Hierosolymitanus Patriarcha. Sed ad res nostras Occidentales convertamus orationem, deque statu Ecclesiæ Romanæ dicamus:

Eo-

qui, quos Baronius secutus est, tradunt urbem IV. Kal. Octob. subactam; alii, ut Neubrigenus lib. 3. cap. 17. circa solemniam B. Archang. Michaelis; sed Nangio suffragatur Chronographus Reicherspergensis, qui hoc tempore vixit. [1] Imo inter Scriptores Latinos & Arabas convenit, urbem a Saladino expugnatam esse die Veneris anno Hegiræ DLXXXIII. Quare non die XXVIII. mensis Septembris, qui hoc anno cum feria secunda concurrat, sed die secundo Octobris, in quem dies Veneris incidit, cum anno Hegiræ DLXXXIII. die XIII. Martii inchoatus fuerit, Jerosolyma in potestatem Turcorum venit. Idem Neubrigenus cap. 14. scribit: A Christianis recepta est sub Papatu Urbani II. & recidit in manus Agarenor. sub Pontificatu Urbani tertii, LXXXVII. ut dictum est, annis interlapsis, sed annum unum minus dicit Christianis remansere, ut notat Chronographus Aquincinus, Antiochia Syriæ Tyrus, & Tripolis.

XI. Ad num. XI. Basilius Camaterus anno superiori Patriarchatu Constantinopolitano dejectus est, eodemque Nicetas Muntanus, vel Muntanus Mundanus in ejus locum substitutus ab Isaacio Angelo Imp. Nicetas quidem Choniata de Isaacio loquens ait: Sed ne hunc quidem, nactus maximum (nempe Nicetam) in sacra sechatu de expirare passus, invitum expulsi, senium Constantinopolitani delirium & levitatem causatus; quibus ex verbis Baronius infert, eum statim ejectum esse. Sed hoc non dicit Nicetas; verum hunc Patriarcham ante mortem suam dignitate motum fuisse; quam usque ad annum MCXCII. obtinuisse anno MCXCI. ostendimus, & de Leontio ejus successore, Dositheoque Jerosolymita-

NOTÆ [1] Guido rex captus a Saladino in prælio, quod cum eo rege die 3. julii ab eodem Saladino commissum fuit, captivitatem hanc suam diutius, quam vulgo huc usque creditur esse, toleravit. Licet enim Ascalonitæ de urbis suæ ditione cum Saladino convenerunt ea conditione si Guido rex, frater ejus & episcopus S. Georgii, nempe Liddensis, eum duodecim ex optimatibus captivis redderentur; easque conditiones Saladinus acceptavit; attamen rex barbarus fidem suam quoad restitutionem Guidonis non statim liberavit. Id non ambigue docet Radulphus abbas Coggeshalis, quem nos in Nota superiori præsentem tunc Hierosolymis additisse monuimus. Ille enim postquam ditionem urbis sub conditionibus jam relatis descripsit, feriem narrationis suæ proficiens obsidionem & expugnationem Hierosolymæ persequitur. Dein vero historiam rerum post casum illum gestarum proficiens scribit: Rex autem Guido cum apud Damasum per annum fere tentus fuisset in vinculis, Saladinus illum absolvit, facti quadam pacto, & abjurato regno, mare quam citius exul transfret. Cumque rex venisset Tyrum a marchio (Conrado de Monteferrato) non recipitur, unde Acon petit cum Pisanis & exercitu non modico, urbemque terra marique obsidet. Ex his plane intelligimus Guidonem diu post captam Ascalonem remissum fuisse, cum urbs illa cesserit hosti post bimestre a prælio Tiberiadis, in quo Guido captus fuit. Rex autem ille, Radulpho teste, captivitatem unius fere anni toleravit. Hinc vero consequitur ejus libertatem in annum sequentem 1188. differendam esse. Hinc pariter deducas Pisanos non quidem anno 1189. ut Pagius ex Nungio refert, sed exeunte anno 1188. in orientem pervenisse, cum rex Guido ante julium mensem ejusdem anni libertati restitutus, ab urbe Tyro exclusus, exercitum ex Pisanis aliisque collectum statim in Aconem seu Ptolemaidam duxerit. MANSI

NOTÆ [1] Die captæ a Saracenis urbis Jerosolymæ non est cur deinceps ambigatur, cum Radulphus abbas Cisterciensis monasterii quod Coggeshale appellabatur in Anglia, in eo, quod scripsit, chronico terræ Sandæ, prodiderit anno 1187. tertia die octobris Saracenos in urbem deditam intrasse; cujus casus luctuosam memoriam perennatam fuisse, addit, sequentibus versibus.

Terdecimis demptis ab annis mille ducentis,
Tertia lux luxit Octobris, D. litera Dominicalis,
Deleta est Civitas die Sabbati; & deriserunt
Increduli Sabbata cordium Christianorum.

Ex eodem etiam Scriptore discimus obsidionem illam a Saracenis captam fuisse die vigesima septembris, quare non diebus XXXIII. sed XIII. duravit. Porro Robertus iste tunc temporis Jerosolymis agens, obsidionem cum cæteris toleravit. Vulgatum est chronicon illud a P. Martene in Amplissima Collectione Monum. tom. V. col. 572. MANSI

XII. Obitus Urbani Pap. III. & Gregorii VIII. subrogatio.

Eodem anno (inquit Rogerius) Urbanus Papa cum audisset, quod temporibus suis captus esset Rex Jerusalemitanus, & Crux Dominica, & civitas sancta Jerusalem: doluit vehementer, & incidit in agritudinem, & mortuus est decimotertio Kalendarum Novembris apud Ferrariam. Neubrigensis autem post Urbani obitum, allatum dicit Romam nuntium, de capta Jerusalem, nempe in die sancti Luca Evangelista, Urbanum autem decessisse decimotertio Kalendas Novembris; ait enim: Rerum quippe infra octavas Apostolorum Petri & Pauli infeliciter gestarum nuntii circa festivitatem beati Luca Evangelista ad Apostolicam Sedem venerunt, Urbano paulo ante ex hac luce subtrahito, & mature substituto Gregorio. Qui venerabilis Pontifex tristi nuntio percussus ingemuit, & vi doloris

PAGIUS tano Patriarcha, qui eum excepit, verba faciemus, ut horum Patriarcharum series & chronotaxis clarior evadat.

XII. Ad num. XII. Neubrigensis lib. 3. cap. 20. scribit, Urbanum III. e vivis excessisse, antequam de clade Christianis Terrae Sanctae illata nuntium accepisset: Sane cum in Oriente illud Christiana plebis exterminium atque irruptio sanctae civitatis sub Pontificatu Urbani contigerint, eidem tamen datum est, tanta infelicitatis fama minime sauciari. Rerum quippe infra Octavas Apostolorum Petri & Pauli, infeliciter gestarum nuntii circa festivitatem B. Luca Evangelista, ad Apostolicam sedem venerunt, Urbano paulo ante ex hac luce subtrahito, & mature substituto Gregorio. Verum Neubrigensi alii passim refragantur, & id in dubium non videtur revocandum. Hugo enim Altissiodorensis, qui hoc tempore floruit, ait: Urbanus Papa cum tam febilem rem audisset, nimis indoluit, & ex nimio dolore animi languescens post breve moritur, sepeliturque in urbe Ferrariae, quo nuper advenerat de Verona. Ferrarienses eives miram defuncto honorificentiam exhibuere, & VII. diebus ejus exequias cum immensis luminaribus celebrarunt. Idem refert Rogerius Hovedenus, cujus verba recitat Baronius, animi tamen dubius, an ei vel Neubrigensi hac in re standum sit. Papebrocius in Conatu Chron. Hist. dicit Neubrigensis textum corruptum esse & loco, paulo ante, legendum, paulo post. Verum Neubrigensis verba alia hujusmodi interpretationem non patiuntur, eumque Hovedeno & Hugoni Altissiodorensi adversari evidenter ostendunt. Adversatur & Chronographo Aquicinctino, Joanni Bromptono, & Gervasio in Chron. ubi disertis verbis idem affirmant. Ait etiam ibidem Gervasius: Pax & concordia inter Dominum Papam & Imp. Fratericum, ut videbatur, ad honorem Dei & Ecclesiae Romanae formata est. Unde Dominus Papa Veronensibus vale dicens Ferrariensem adiit civitatem.

XIII. Moritur Urbanus III. PP.

Urbanus itaque infortunio illo accepto paulo post Ferrariae obiit XIV. nempe Kalend. Novembris, seu die XIX. mensis Octobris, quem diem ejus emortualem fuisse produnt Gervasius in Chron. pag. 1510. Sigonius in Histor. de Reg. Ital. Onuphrius in Chron. & Annalista Mailrosensis, qui tamen Librarium errore loco, XIV. Kal. Novemb. habet, IV. Kal.

anxius tam enormem Christiani nominis jacturam inconsolabiliter deploravit. Haec ejus temporis scriptor nobilis Neubrigensis. Mortuo namque Urbano, sequenti die successit in Papatum Albertus Cardinalis Cancellarius presbyter tituli S. Laurentii in Lucina, patria Beneventanus, dictusque Gregorius Octavus successor doloris, heres calamitatis: qui paucis diebus quibus sedit, nempe mense uno, & diebus vigintiseptem, suae pietatis digna monumenta reliquit, cum in primis pro subsidio Terrae sanctae ad universos Christiani fideles has litteras dedit, quas Rogerius in Anglorum Annalibus descriptas perpetuitati sacravit:

Gregorius (a) Episc. servus servorum Dei universis Christi fidelibus, ad quos litterae istae pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

XIII. (a) Recitat eas etiam Neubrig. l. 3. c. 20.

Novemb. Ipsemet enim Mailrosensis, ut statim videbimus, ita se scripsisse palam demonstrat. Hovedenus a Baronio citatus, qui ait eum e vivis excessisse XIII. Kal. Novemb. diem sepulturae pro die emortuali, ut saepe fit, usurpavit; quare Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. alique qui diem mortis & sepulturae Urbani III. non distinxere, hallucinati sunt. Errarunt etiam Rigordus & Guillelmus Armoricus, qui tradidere eum ex hac luce subtrahitum die sancti Luca Evangelista seu XV. Kal. Novemb. Urbanus enim III. qui die vicefima quinta mensis Novembris anni MCLXXXV. electus fuit, sedit annum unum, menses decem, dies viginti quinque, ut habent Joannes de Ceccano, Martinus Polonus Anonymus Cassinensis in Chron. Ptolomaeus Lucensis in Chron. Urspergensis Abbas, Platina, & Auctor Magni Chronici Belgici pag. 203. ubi tamen errore Librarii loco, annum I. habet, annos II. Ex quibus Scripseribus intelligimus, Urbanum III. Sedis suae durationem, non a die coronationis, sed a die suae electionis repetisse.

Urbanum III. excepit Gregorius VIII. Beneventanus, antea Albertus presbyter Card. S. Laurentii in Lucina, & S. Rom. Ecclesiae Cancellarius, cujus electionis & consecrationis dies Annalista Mailrosensis nobis conservavit, scribens: XII. Kal. ejusdem electus est Gregorius VIII. & VIII. Kal. ejusdem consecratus. Electus itaque Gregorius VIII. die XXI. mensis Octobris, postquam sedes die uno vacasset, & consecratus die XXV. ejusdem mensis, in quam dominica cadebat. Dies electionis ejus confirmatur ex Gervasio in Chron. qui ait, Albertum Cancellarium Urbani III. successisse in Pontificatum die tertia, die nempe XXI. mensis Octob. qui tertius erat a morte Urbani III. Diem vero ejus consecrationis confirmat Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 636. ubi ait: Urbano III. defuncto Papa creatus VIII. Kal. Novemb. Gregorius VIII. ubi creationis nominis consecrationem & coronationem intelligit.

A num. XIII. ad XX. Hugo Altissiodorensis citatus narrata Urbani III. morte subdit: Post eum Albertus Cancellarius substituitur & Gregorius VIII. vocatur, vir litteratura, facundiaque clarus, sed puritate vitae & animi integritate praclarior, sui que corporis vehemens castigatior. Audita ejus promotione latatus est admodum Fredericus Aug. eo quod virum discretum

XIV. Gregorius VIII. ei succedit.

XV. Ejus zelus.

Gregorii Papae VIII. litterae ad Christi fideles.

Audita tremendi severitate iudicii, quod super terram Jerusalem divina manus exercuit: tanto sumus nos & fratres nostri horrore confusi, tantisque afflicti doloribus, ut non facile nobis occurreret, quid agere, aut quid facere deberemus, nisi quod Psalmista deplorat & dicit: Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam: coinquinaverunt templum sanctum tuum: posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam: carnes Sanctorum tuorum bestiis terrae, & escas volatilibus caeli, &c. Ex occasione quippe dissensionis, quae malitia hominum ex suggestionem diaboli facta est nuper in terra, accessit Saladinus cum multitudine armatorum ad partes illas, & occurrentibus eis Rege, & Episcopis, & Templariis, & Hospitalariis, Baronibus, ac militibus cum populo terrae & Cruce Dominica (per quam ex memoria & fide passionis Christi, qui pepercit, & genus humanum redemit, certum solebat esse tutamen & contra Paganorum incursum desiderata defensio) facta congressione inter eos, & superata parte nostrorum capta est Crux Dominica, trucidati Episcopi, captus est Rex & universi fere aut occisi gladio, aut hostilibus manibus deprehensi, ita ut paucissimi per fugam dicantur elapsi. Ipsi quoque Templarii & Hospitalarii in ejus oculis decollati. Superato autem exercitu, qualiter subsequenter invaserint, & rapuerint universa, ita ut non nisi pauca loca remansisse dicantur, quae in eorum non deventerint potestatem, non credimus nostris litteris explicandum. Nos autem licet cum (a) Propheta dicere debeamus: Quis det capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo nocte, ac die interfectos populi mei? non tamen adeo desicere nos debemus, ut in diffidentiam decidamus, & credamus Deum ita populo suo iratum, ut quod communium faciente multitudine peccatorum, si vi permisit iratus; non cito per misericordiam poenitentiae placatus alleviet, & post lacrymationem & fletum exultationem inducat.

(a) Jer. 9.

XIV.

Quisquis sane in tanta lugendi materia, si non corpore, saltem corde non luget, non tantum Fidei Christianae (quae cum omnibus dolentibus docet esse dolendum) sed ipsius, & humanitatis nostrae oblitus; cum ex ipsa periculi magnitudine, ac feritate barbarica Christianorum sanguinem sitiente, ac totam suam in hac Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

tum & iustitia Zelatorem cognosceret, sibi que benevolam & omnibus, si diu viveret, profuturam. Praecipit quoque Principibus & Praefectis omnem ei reverentiam impendere, & transeunti per terram suam de fisco suo victualia ministrare. Pontificali itaque dignitate suscepta vir Dei pensare cepit attentius, qualiter labenti verum

apponente virtutem, ut profanare sancta, & titulum Dei valeant auferre de terra; quod nos tacemus, discretus quisque valeat aestimare. Sane cum Propheta toto prius studio laboraverunt, postmodum Apostoli, & sequaces eorum, ut divinus cultus esset in terra illa, & ad omnia climata mundi ex ea deflueret, immo quod maximum & ineffabile est, Deus, qui voluit incarnari, per quem facta sunt universa, per ineffabilem sapientiam, & incomprehensibilem misericordiam suam, per infirmitatem carnis, esuriam, sitim, Crucem, & mortem, & resurrectionem salutem nostram ibi voluit operari, iuxta quod dicitur: (b) Qui operatus est (b) Psal. salutem in medio terrae; per seipsum ad hoc dignatus est laborare, nec lingua dicere, nec sensus cogitare potest, quantum nobis, & universo dolendum sit populo Christiano, quod id nunc perpeffa est terra illa, quod sub veteri populo legitur pertulisse. Nos autem credere non debemus, quod ex injustitia iudicis ferentis, sed ex iniquitate potius populi delinquentis ista provenerunt, cum legamus, quod quando populus convertebatur ad Dominum; persequabatur (c) unus mille, (c) Deut. & duo fugabant decem millia: immo ipso populo quiescente, exercitum (d) Senacherib angelica manu consumptum. Sed (d) 4. Reg. & terra illa devoravit habitatores suos, & nec diu habere quietum statum, nec transgressores legis divinae potuit retinere, doctrinam & exemplum tribuens illis, qui ad caelestem Jerusalem intenderent, quod non possunt ad eam nisi per exercitium boni operis, & per tentationes plurimas pervenire. Potuerunt autem ista imeri jampridem, quando Arroasia, & alia terra in potestatem transiit Paganorum, & fuisset bene provisum si populus qui remansit, ad poenitentiam redisset, & Deum, quem praevocatione offenderat, conversione placasset. Nec enim subito venit ira ejus, sed & ultionem differt, & tempus tribuit poenitenti. Tandem vero qui in misericordia iudicium, non amittit, vindictam suam ad poenam transgredientium, & cautelam salvandorum exercet.

Porro nos, qui in tanta terrae illius contritione, non solum peccatum habitatorum illius, sed & nostrum, & totius populi Christiani debemus attendere ac vereri, ne quod reliquum est illius terrae depercat, & in alias etiam potestas Eccc eo.

statui subveniret. Videlicet nempe sui temporis Ecclesiam per vitia diffuam, & in maligna prolapsam, ambitioneque & avaritia, luxuriantque necnon haesibus quasi quibusdam pestilentissimis hostibus vineam domini totam fere jam esse depastam. Hoc meditabatur die ac nocte, hac ejus cura, hoc studium, ut sui negligens vi-

CHRISTI 1187.

GREGORII VIII. PAP. I.

FRIDERICI IMP. 33. ISAACII ANG. IMP. 2.

eorum deserviat regiones: cum ex omnibus partibus inter reges & principes, civitates & civitates dissensiones audiamus, & scandala, & lugere cum Propheta, non est scientia Dei in terra: mendacium, homicidium, & adulterium inundaverunt & sanguis sanguinem tetigit. Unde hoc universis & cogitandum imminet, & agendum, ut peccata nostra castigatione voluntaria emendantes, per poenitentiam & opera pietatis convertamur ad Dominum Deum nostrum, & in nobis primo quod male gessimus, emendemus; deinde feritatem, & malitiam hostium attendamus, & quod illi contra Deum tentare non timent; nos pro Deo agere nullatenus hæsitemus. Cogitate itaque, filii, qualiter in hunc mundum venistis, & qualiter exituri estis, & qualiter transeat universa, & pariter transeat & vos; & poenitendi, ac bene agendi tempus, quantum spectat ad vos, cum gratiarum actione recipite, & date vestra, date post vos ipsos, quia non estis ex vobis, nec quidquam a vobis habetis, qui nec culicem unum potestis facere super terram. Nec dicimus, dimittite, sed pramittite in caeleste horreum quæ habetis, & deponite apud eum, apud quem erugo ea non demolitur, aut tineæ, nec fures effodiunt, & furantur, laborantes ad recuperationem terræ illius, in qua pro salute nostra Veritas de terra orta est, & sustinere pro nobis Crucis patibulum non despexit: & nolite ad lucrum, vel gloriam temporalem attendere, sed voluntatem Dei, qui pro fratribus animas in se ipso docuit esse ponendas, & ei vestras commendate divitias, quas sive volentes, sive nolentes nescitis, tandem quibus hereditibus sitis relicтури. Non est equidem novum, quod terra illa iudicio divino percutitur: sed nec insolitum, ut flagellata & castigata misericordiam consequatur. Poterit Dominus quidem sola eam voluntate servare: sed non habemus ei dicere, cur ita fecerit? voluit enim forsitan experiri, & in notitiam ducere aliorum, si quis sit intelligens, aut requirens Deum, qui oblatum sibi poenitentia tempus hilariter amplectatur, & animam ponendo pro fratribus, consummetur in brevi, & compleat tempora multa. Attendite qualiter Machabæi zelo divinæ legis accensi pro fratribus liberandis extrema quæque pericula sunt experti, & non solum substantias, sed & personas pro fratribus docuerunt salute ponendas, & hortantes se ipsos, atque dicentes: (b) Accingimini & estote filii potentes, quoniam melius est nobis

(a) Of. 4.

(b) 1. Mac. 3.

PAGIUS Veret omnibus, ut per eum cooperante domino faries Ecclesia marcida restoreret. Baronius litteras pro subsidio Terræ Sanctæ ad universos

mori in bello, quam videre mala gentis nostræ & Sanctorum. Et quidem illi sub una constituti lege fuerunt, vos per incarnationem Domini nostri JESU CHRISTI ad lucem veritatis adducti, & multis exemplis instructi Sanctorum, sine trepidatione aliqua faciatis, & non timeatis dare terrena, & pauca, & breviter duratura, quibus illa bona promissa sunt, & reposita, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, & de quibus dicit (c) Apostolus, quod non sunt condignæ passionibus hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

Eis autem, qui corde contrito & humiliato spiritu stineris hujus laborem assumpserint, & in poenitentia peccatorum & fide recta decesserint, plenam suorum criminum indulgentiam, & vitam pollicemur æternam. Sive autem supervixerint sive mortui fuerint, de omnibus peccatis suis, de quibus rectam confessionem fecerint, impositæ satisfactionis relaxationem de omnipotentis Dei misericordia, & Apostolorum Petri & Pauli auctoritate, & nostra se noverint habituros. Bona quoque ipsorum ex quo crucem acceperint, cum suis familiis sub S. R. E. necnon & Archiepiscoporum, & Episcoporum, & aliorum Prælatorum Ecclesiæ Dei protectione consistant, & nullam de his, quæ in susceptione crucis quiete possederunt, donec de ipsorum reditu, vel obitu certissime cognoscatur, sustineant questionem, sed bona eorum integra interim maneat & quietæ: ad dandas quoque usuras, si tenentur alicui, non cogantur. Nec eant in vestibus pretiosis, & cum canibus, si ve avibus, aut aliis, quæ ostentationi potius, & lascivia, quam necessariis videantur usibus deservire: sed in modesto apparatu, & habitu, in quo poenitentiam potius agere, quam inanem affectare gloriam videantur. Datum * Ferrariæ 4. Kal. Novembr. Indictione sexta, inchoata videlicet.

His autem eadem die adjecit alias, quibus ad placandum offensum numen indixit Jejunium quinquennale, certis hebdomadæ diebus, quæ sic se habent:

Gregorius Episc. servus servorum Dei universis Christi fidelibus, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Nunquam melius superni Judicis ira patatur, quam cum ex mandato ipsius carnalia in nobis desideria extinguuntur. Proinde quia Jerosolymitanæ terræ discrimen, quod irruentibus Sarracenis nuper evenit, ex peccato maxime habitatorum

Christi fideles datas a Gregorio VIII. duabusque alias zeli, ejus plenas exhibet, quæ apud eum legendæ.

(c) Rom. 8.

XVI. Plenariam indulgentiam Papa largitur.

* apud Neubrig. habetur, Datum Ferentini XVII.

Litteræ Gregorii Papæ VIII. de jejunio servando.

CHRISTI 1187.

GREGORII VIII. PAP. I.

FRIDERICI IMP. 33. ISAACII ANG. IMP. 2.

terre, & totius populi Christiani accidisse non dubitamus: nos de fratrum nostrorum communi consilio, multis Episcopis approbantibus statuimus, ut omnes usque ad quinquennium, saltem per omnes sextas ferias, in cibo Quadragesimali jejurent; & Missa, ubi cantanda fuerit, ad Nonam cantetur, quod ab Adventu Domini usque ad Natale Domini statuimus observandum: feria vero quarta, & sabbato omnes indifferenter, qui bene valent, a carnibus abstineant. Nos autem & fratres nostri in secunda quoque feria nobis, & familiis nostris esum carnis interdiximus, nisi forte aut infirmitas, aut magna solemnitas, vel alia evidens causa visa fuerit impedire: sperantes, quod sic nobis ignoscet Dominus, & relinquet post se benedictionem. Hoc igitur adeo statuimus observandum, ut quicumque transgressor extiterit, quasi prævaricator Quadragesimalis jejunii habeatur. Datum Ferrariæ quarto Kal. Novembris. Hæc Gregorius. Qui eodem mense adjecit alias, quibus statuta litteris Urbani Papæ prædecessoris, etiam non obstante ejus obitu, voluit suam habere firmitatem, & robur obtinere, quæ ab eodem Rogerio in Annalibus Anglicis descriptæ sic se habent:

Asperior afflictio indicta Card.

XVIII. Aliæ Gregor. Papæ litteræ ejusdem argumenti.

Gregorius Episc. servus servorum Dei omnibus Prælati Ecclesiarum, ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quoniam ad Episcoporum maxime spectat officium, afflictis & laborantibus subvenire, unumque illorum, licet, deficientibus meritis nostris, Deus esse nos voluit: prospicere tenemur, & volumus, ne quis ex fortuitis casibus per Romanam visitationem Ecclesiæ, laboris sui, quem ad eam veniendo sustinuit, debito frustraretur effectu. Inde siquidem fuit, quod nos multorum prospicere volentes expensis, & allevare labores, de consueta Sedis Apostolicæ misericordia duximus statuendum, ut litteræ prædecessoris nostri domini Urbani a tribus mensibus ante ipsius obitum destinata pro faciendâ justitia & litigiis dirimendis, quæ tamen manifestum alicujus præjudicium non contineant, aut calumniam equitatis eundem habeant tempore nostræ administrationis effectum, quem habere, si ad hoc viveret, debuissent. Cessante igitur exceptione de mandatoris morte, perficite, quod mandavimus Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Ad num. XX. In Chronico Pisano quod Tom. III. Italiæ Sacræ repræsentatur, mors Gregorii VIII. his verbis narratur: Gregorius Papa VIII. ingressus urbem Pisanam receptus ab iisdem Pisanis cum magno honore IV. Idus Decembris, & mortuus est Pisis XVI. Kalend. Januarii Gervasius vero in Chron. Papa Gregorius XVI. Kal. Januæ. ex inopinato defunctus est. Eundem di-

agendum, ut nemo ad nos pro excusatione hujusmodi accepta per illum justitiam obtinendi fiducia, cogatur vacuus laborare. Datum Ferrariæ * sexto Kalendas * tertio. Novembris.

Idem quoque ejusdem temporis scriptor Rogerius de prompto animo S. R. E. Cardinales ejus temporis, ut succurrerent Terræ Sanctæ, hæc habet admiratione digna: Cardinales vero de assensu domini Papæ inter se firmiter promiserunt, quod abjectis omnibus divitiis, & deliciis, prædicarent Crucem Christi non solum verbo, sed opere, & exemplo; & euntes mendicando, acciperent crucem primi, & præcederent alios in terram Jerusalem. Statuerunt etiam de assensu domini Papæ firmissimam treguam inter omnes Principes Christianitatis usque ad septennium; ita quod quicumque guerram contra Christianum medio tempore moverint, maledictioni Dei & domini Papæ, atque excommunicationi omnium Prælatorum universalis Ecclesiæ subiacebant. Firmiter etiam inter se promiserunt, quod de cætero nulla munera recipiant ab aliquo, qui causam habeat in Curia, sed ea tantum recipere poterunt, quæ fuerint pro eorum necessitate, & sustentatione donata, vel missa. Et non ascendent in equum, quamdiu terra, in qua pedes Domini steterunt, fuerit sub pedibus inimici. Hæc S. R. E. Cardinales admiratione plane digna. Addit ista: Et est sciendum, quod a tempore illo, quo Jerosolyma erepta fuit de manibus Paganorum per prædictos expugnatores, usque ad tempus illud, quo Rex Guido eam perdidit, inter lapsi fuerunt quater viginti & septem anni. Hæc Rogerius.

At illud inexpectate & importune factis hoc anno accidit equidem infaustum, & Dei Ecclesiæ permolestum, quod ipse Gregorius Papa nondum duobus expletis mensibus in Pontificatu Pisis cum esset, ex hac vita migravit, decimo septimo Kalendas Januarii, qui tamquam sapientissimus architectus magnæ molis construendæ jecerat fundamentum. Quod mors licet improba interceperit: illud plane tamquam exarmata & imbecillis, utpote carens stimulo, quo ipsa peccatum armat, nequivit efficere, ut cum ipso extingueretur & gloria, ex virtute mortis cedere nescia, comparata, qua semper gloriosus viveret in terris, & beatus

XIX. Quæ Cardinales sibi indixerint faciendâ.

XX. Obitus Gregor. Papæ VIII.

E e e e 2

em Annalista Mailrosensis exhibet. Quare Gregorius VIII. vita immortalis dignum hominem exiit die XVII. mensis Decembris postquam sedisset mense uno, diebus XXVII. inquit Bromptonus, Joannes de Ceccano & Martinus Polonus in Chron. vel Pontificatus sui die LVII. ut habet Platina, qui uterque diem ejus emortualem excludit. Auctor Magni Chronici Belgii-

CHRISTI
1187.GREGORII VIII. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 33.
ISAACII ANG. IMP. 2.

tus cum Deo regnaret in cœlis.

Sed quod dies diei eructat Verbum, & nox nocti indicat scientiam: Exemplo Evangelici patrisfamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera, agere, nobis liceat. Quid miramur spatium duorum mensium Gregorium non implere? Ecce his diebus, quibus ista cudenta revolvimus, Leo sanctæ memoriæ Papa Undecimus nec unum quidem in Pontificatu mensem explevit. O rerum humanarum inconstantiam! Creatus Pontifex Kalendis Aprilis, esse morte desit vigesima septima ejusdem: sed qui vere egregio ac singulari virtutis exemplo, consummatus licet in brevi, explevit tempora multa. Quippe quod posteris dignum plane reliquerit imitandum exemplum, dum ægrotans suasionibus plurimorum adduci non potuit, ut nepotem suum modestissimum adolescentem, quem penes se educaverat, & unice diligebat, crearet S. R. E. Cardinalem, quique amplissimæ dignitatis jam candidatus cætorum Cardinalium impensis officiis jam Cardinalis videri poterat designatus perindeque ac si eadem etiam esset initiatus visitabatur, ac tractabatur ab omnibus. Vixit licet infirmus corpore, robore animi id studiose petentium, importune exigentium, & extorquentium violenter quorundam Cardinalium, atque etiam regionum Legatorum summam potentiam: superavit, qui adhibitus fuit ad id perficiendum, Confessarium suum, hoc ipsum suadere conantem religionis, qua ex munere sacro fungebatur, auctoritate. Quem ista ingerentem longe longius repulit, expulit, & ad se amplius accedere vetuit, ut quem magis indulgere affectui conjunctorum, quam animæ suæ salutem consulere

re cognovisset: delecto post hæc ad sacrum munus poenitentiae impendendum, viro dignissimo Petro de Matre Dei a Rocca Hispano Carmelitano restitutæ observantiae custode & propagatore, sacrique Palatii a Clemente VIII. delecto Concionatore, quo vix aliquis Romæ sanctior hoc tempore posse reperiri crederetur, sub cujus ministerio animam feliciter Deo reddidit victor & triumphator amplissimus. Expugnavit enim pugnant fortiter, & se ipsum ad plenioram victoriam (quod durioris certaminis fuit) coercens vinculis timoris Dei propensiorum suum erga nepotem affectum; ut quod plurimum exoptasset, id ipsum constantius denegaret, atque vehementius facere recusaret. Sic igitur in triplici certamine triplici victoria gloriosus, triplici palma triumphans, eluso mundo confuso satana, sibi dominans, migravit in cœlum. Sed hæc aliis suis relinquimus pertractanda, quæ nos cursim summamque, & per digressionem (jurre ne an per usurpatam importune licentiam, quisque quod velit, pro arbitrio judicet) tantum; cum occasio temporis, similitudo casus, & quod majus est, tam egregium virtutis exemplum in Ecclesia jugiter prædicandum, summo nos imperio ad hæc modo posteris tradenda præcoci insinuatione traxere. Jam vero eo, unde digressi sumus, redeamus.

Cum adhuc Gregorius superesset, contigit venire Romam Odonem confanguineum duorum Regum, nempe Anglorum, & Francorum, eundemque benignissime ab ipso Gregorio Papa excipi. De ejus enim Romam adventu Petrus (a) Blefensis post celebratas a pueritia ejus laudes hæc habet:

Cum-

XXI.
Odo Regum confanguineus Romam venit. (a) Pet. Blef. ep. 126. & 327.

dictum mandatum inscriptum est. Hujus Legationis mentio in Hist. auctiori Cardinalium Oldoini, dum sub Cælestino III. agit de M. Petro Capuano Amalphytano, Diac. Cardin. S. Mariæ in Via lata, anno MCXCIII. ab eodem Papa in secunda creatione Card. renunciat. Mauricius Odonis decessor in Episcopatu Parisiensis III. Idus Septemb. anni MCXCVI. e vivis excessit, & Petrus Capuanus Legatus ab Innocentio III. in Franciam missus exeunte anno, MCXCVIII. ut refert Rigordus, qui annum a die XXV. mensis Martii incipit. Quare festum Fatuorum anno MCXCIX. abolitum, & Odo annum illum vocat MCXCVIII. quia eodem, quo Rigordus die, annum exorditur.

Nec tamen nefarius ille ritus in Kalendis Januarii de Paganorum consuetudine observatus, in Gallia cessavit; Guffunvilla enim ibidem exhibet Epistolam a Facultate Theologica studii Parisiensis ad Prælatos & Capitula Ecclesiarum Regni Franciæ datam anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto die XII. mensis Martii, in qua decernit non licere Episcopis, vel Archiepiscopis Fatuorum derisorie & cum ludibrio electorum uti insigniis Pontificum, sc. mitra & baculo Pastoralis, nec eis ante se facere portare cruceam cum baculo; nec in-

XVIII.
Nefarius ille ritus diu adhuc perseveravit.

CHRISTI
1187.GREGORII VIII. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 33.
ISAACII ANG. IMP. 2.

Cumque iam in ejus facie pubescentis adolescentiæ lanugo vernaret, Sedem Apostolicam visitavit, eo scilicet tempore, quo Gregorius Octavus successit Urbano. Eram tunc in Curia, & vidi, nec invidi quod honorei a summo Pontifice, Patribusque conscriptis exhibitus non multum inferior Episcoporum reverentia videbatur. Porro ejus insignes virtutes idem Petrus ibi fusius scripsit, & de ejus in Parisiensem Episcopatum electione, in quo resplenduit tamquam lucerna ardens, lucens in Ecclesia Gallicana. Extant (a) ejusdem Odonis Parisiensis Episcopi Synodales constitutiones de omnibus quæ spectant ad sacerdotes in administratione sacramentorum, & celebratione Missarum, & Ecclesiasticam disciplinam.

(a) Habetur t. 6. Bibliot. S.

PAGIUS. insuper præfatis Episcopis vel Archiepiscopis facere divinum officium in Ecclesia eum supradictis insigniis, nec dare benedictiones legendis lectionibus matutinalibus, nec etiam benedicere populum; nec etiam a fortiori ratione licitum esse facere unum Papam Fatuorum, qui similiter eum insigniis Papalibus faciat divinum servitium, aut benedicat populum. Sed his non obstantibus, mos ille perdurabat in civitate Remensi anno MDIX. ut videre est apud Marlotum in Metropoli Remensi lib. 4. pag. 769. Legendum Glossarium Ducangii tam in voce Cervulus, quam in voce Kalenda, ubi complura Veterum loca hunc morem declarantia exhibet.

XIX. Pax inter Imp. Orientis & Sicilia Regem. XX. Moritur Petrus Cellensis.

Ad num. XXII. Iis, quæ Baronius de Imperio Orientali ex Niceta in Isaacio. Angelo narrat, addendum quod Nangius in Chron. ad hunc annum habet: Imperator Constantinopolitanus & Rex Sicilia (Guillelmus nempe hujus nominis II.) reducuntur ad pacem.

Petrus, vulgo Cellensis appellatus, primum Monasterii Cellæ prope Treca, & postea S. Remigii in suburbio urbis Remensis Abbas, qui, uti supra ostendimus, Joanni de Salisberia

Quod autem pertinet ad res Orientalis Imperii, hæc accipe. Exagitatus Isaacius bellis civilibus, Brancæ tyranni opera excitatis, ipse Imperator (spiritualibus in primis rem agit auxiliis, translata Dei Genitricis veneranda imagine ex Hodegio monasterio in mœnia urbis, ubi bellum & aggressus hostium timeretur. Insuper & monachos, quos credidit sanctiores, introduxit in Regiam ad preces nudipedalia, humi cubationem, & alias sanctas exercitationes frequentandas. Nec fraudatus est spe sua, sed liberatus ab imminente exitio, ope Conradi Longobardi Ducis e Monteferrato occiso Tyranno. Rem gestam pluribus describit (b) Nicetas in Annalibus.

XXII.
Isaacius Imp. perstringitur a tyranno.

(b) Nicetas in Annalibus in Isaacio Ang. l. 2.

An-

in Episcopatum Carnotensem anno MCLXXX. successit, hoc anno mortalitatem explevit. Mabillonius Tom. II. Analect. refert e veteri MS. Elogia quorundam Episcoporum Carnotensium, in quibus pag. 570. Petrus Cellensis Episcopus Carnotensis mortuus dicitur X. Kalend. Martii, & in quodam Indice Episcoporum ejusdem Ecclesiæ legitur, eum præfuisse Ecclesiæ Carnotensi annos septem, & anno MCLXXXVII. obiisse, uti jam observatum in Præfat. ad novam Operum ejus editionem, de qua legendus Oudinus in Supplement. Script. Eccles.

Hoc anno bellum civile in Africa excitatum finem accepit, ut refert Noweirius. Jacob Almohadum Imperator, cum adversus Ali rebellem caput copias duxisset, in primo prælio victus fuit; sed cum eas animose collegisset, in secundo prælio Alim occidit, & frequentibus Africanorum rebellionibus irritatus Capsam, urbem olim Episcopalem Carthagenensium Archiepiscopo subditam, penitus evertit anno Hegiræ DLXXXIII. & insequenti Marochium, Imperii sui Sedem rediit. Quare tumultus isti Christianis sub ejus dominio in Hispania Saracenicæ gementibus non multum profuere.

XXI.
Finis belli civilis in Africa.

PAGIUS gici, qui habet mensem unum & dies XXVI. corruptus fuit a Librariis, vel diem unum omisit. Porro licet Clemens III. die decima nona ejusdem mensis electus fuerit post diei unius interpontificium, Baronius tamen electionem ejus in annum sequentem differt ibidem de ea agemus.

XVII. Abolitur Festum Fatuorum.

Ad num. XXI. Odonem de Soliaco Philippi Augusti Franciæ, & Henrici II. Angliæ Regum confanguineum, & Mauricii in Episcopatum Parisiensem successorem plurimum laudat Baronius ex Petro Blefensi Epist. CXXXVI. & seq. Guffunvilla vero in fine Notarum ad eandem Epistolam pag. 778. refert literas Odonis Episcopi Parisiensis pro abolendo Festo Fatuorum, & restituenda solemnitate Circumcisionis Domini, in quibus Odo scribit, sibi id mandatum fuisse a Petro S. R. Ecclesiæ tit. S. Mariæ in Via lata Cardinali, cum in partibus Gallicanis Legationis officio fungeretur, & idem Legatus in suo mandato ibidem recitatio se Diaconum Cardinale sanctæ Mariæ in Via lata appellat. Abolitum festum illud, in quo plerumque enormitates abominabiles, & opera flagitiosa committi continebant, anno incarnati Verbi millesimo centesimo nonagesimo octavo, inquit ibidem Odo, cui & Canonicis suis, præ-

JESU CHRISTI ANNUS 1188.

CLEMENTIS PAP. III. ANNUS I.

FRIDERICI IMP. 34. ISAACII ANG. IMP. 3.

CHRISTI 1188.

CLEMENTIS III. PAP. I.

FRIDERICI IMP. 34. ISAACII ANG. IMP. 3.

I. Clemens Pap. III. creatur.

Annus sequitur Redemptoris millesimus centesimus, octogesimus octavus, Indictione sexta, quo cum vacasset Sedes Gregorii Octavi diebus viginti, Paulinus Cardinalis Episcopus Prænestinus natione Romanus subrogatus est octavo Idus Januarii, dictusque Clemens Tertius. Qui statim indictam a predecessore expeditionem ad Terram sanctam promovere, & ad perfectum ducere laboravit, & Indulgentiam confirmavit, statuens, quod quicumque ea de causa sacram crucem susceperit, de omnibus peccatis, de quibus poenitens confessus fuerit auctoritate Dei, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli esset liber & absolutus. Hæc Rogerius Anglus, qui & præscriptam tunc ab eodem Pontifice per dies singulos precum formam recenseret dicens:

II. Eodem anno a domino Papa, & Cardinalibus statutum est, quod ab universali Ecclesia ferret sine intermissione oratio ad Dominum, pro pace, & liberatione Terræ Jerusalem, & Christianorum captivorum, qui in vinculis Sarracenorum detinebantur. Fiebat autem singulis diebus in Ecclesia B. Pauli in hunc modum: Ad Missam, dicto a sacerdote, Pax Domini sit semper vobiscum: & a Choro, Et cum spiritu tuo: antequam Agnus Dei inciperetur, sacerdos, vel præcentor incipit Antiphonam hanc: Tua est potentia, tuum regnum, Domine tu es super omnes gentes: Da pacem Domine in diebus nostris. In die Dominica cum isto Psalmo: Quare fremuerunt gentes. Et in die Lunæ cum isto Psalmo: Deus in nomine tuo saluum me fac. Et in die Martis cum isto Psalmo: Deus repulisti nos, & destruxisti nos. Et in die Mercurii cum isto Psalmo: Ut quid Deus re-

pulisti in finem? Et in die Jovis cum isto Psalmo: Deus venerunt gentes in hereditatem tuam. Et in die Veneris cum isto Psalmo: Deus, quis similis erit tibi? Et in die Sabbati cum isto Psalmo: Deus ultionum Dominus. Distis itaque Psalmo & Antiphona prædicta sequitur: Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Fiat misericordia tua Domine super nos. Domine non secundum peccata nostra facias nobis. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. Adjuva nos Deus salutaris noster. Saluum fac populum tuum Domine. Esto eis Domine turris fortitudinis. Nihil proficiat inimicus in eis. Fiat pax in virtute tua. Domine Deus virtutum converte nos. Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates & omnium jura regnorum, respice ad Christianum benignus exercitum, ut gentes, quæ in sua feritate confidunt, potentia tuæ dexteræ comprimantur. Hæc de ritu precum.

Porro egit insuper idem Pontifex litteris apud Christianos Principes, ad quos & ab Oriente legationes tunc frequentatæ. Cum & qui missus ad hoc opus fuerat Willelmus Tyri Archiepiscopus, utpote qui natione Gallus cum esset, & magnæ vir existimationis, præstans eloquentia, facile permovere posset Principum animos: operose rem agens, effectit, ut convenirent ad ejus præsentiam ambo Reges, Franciæ & Angliæ, ad hæc tractanda. Quid autem inter ipsos gestum sit, Rogerius ita exactissime narrat:

Ac-

Addunt, Clementem III. ejus successorem die Epiphaniæ currentis anni electum & coronatum fuisse. Papebrocius vero in Conatu Chronico Hist. illos viginti dies retinens autumavit Sedem vacasse diem unum, Clementem Pisis die XIX. mensis Decembris creatum, & die sexta Januarii hujus anni coronatum. Verum Clementem III. natione Romanum, antea Paulum Prænestinum Episcopum ac Cardinalem, anno antecedenti Pontificem Romanum electum & consecratum, ac longum illud interpontificium commentitium esse, apud me certum. Ger-vasius enim in Chron. ad annum MCLXXXVII. Radulphus de Diceto, Matthæus Paris, Nangius ad eundem annum, alique diserte scribunt, Clementem III. illo anno Pontificem Romanum dictum, imo aliqui diem creationis expriment, & Annalista Mailrosensis tam diem electionis quam coronationis ejus exhibet. Hæc ejus verba ad eum Christi annum: XVI. Kal. Januarii obiit Gregorius Papa VIII. & XIV. Kal. ejusdem

Clemens III. eligitur & consecratur Pap.

III. Congressus Reg. Franc. & Angl. pro expeditione ad Terram Sanctam.

Accepto colloquio inter ipsum & Regem Franciæ, inter Gisortium, & Trie, duodecimo Kalend. Februarii, die sanctæ Agnetis virginis & martyris convenerunt illuc cum Archiepiscopis, & Episcopis, & Comitibus, & Baronibus regnorum suorum. Cui colloquio interfuit Archiepiscopus Tyri, qui repletus spiritu sapientiæ & intellectus, miro modo prædicavit verbum Domini coram Regibus & Principibus, & convertit corda eorum ad crucem capiendam, & qui prius hostes erant, illo prædicante, & Deo cooperante, facti sunt amici in illa die, & de manu ejus crucem receperunt, & in eadem hora apparuit supra eos signum Crucis in cælo. Quo viso miraculo, plures catervatum ruebant ad susceptionem Crucis. Prædicti vero Reges in susceptione Crucis, ad cognoscendam gentem suam, signum evidens sibi & suis providerunt: Rex namque Franciæ, & gens sua susceperunt cruces rubeas, & Rex Angliæ cum gente sua suscipit cruces albas, & Philippus Comes Flandriæ cum gente sua susceperit cruces virides: & sic unusquisque ad providendum sibi & itineri suo necessaria reversus est in regionem suam.

IV. Decimarum indictæ pro expeditione Terræ Sanctæ.

Henricus igitur Rex Angliæ post crucis susceptionem venit Cenomanum, ubi consilio suorum ordinavit, quod unusquisque decimam reddituum, & mobilia suorum in elemosinam dabit ad subventionem terræ Jerosolymitanæ hoc anno, exceptis armis & equis, & vestibus militum, & exceptis equis, & libris, & vestibus, & vestimentis, & omnimoda capelia clericorum, & lapidibus pretiosis tam clericorum, quam laicorum, facta prius excommunicatione ab Archiepiscopis, Episcopis, Archipresbyteris singulis in singulis parochiis super unumquemque, qui decimam prætaxatam legitime non dederit sub præsentia & conscientia illorum, qui debent interesse.

Colligatur autem pecunia ista in singulis parochiis, præsentie presbytero paro-

chia, & Archipresbytero, & uno Temporalio, & uno Hospitalario, & seroventis, actionis domini Regis, & clerico Regis, & seroventis Baroni & clerico ejus, & clerico Episcopi. Et si aliquis juxta conscientiam illorum minus dederit quam debuerit, eligentur de parochia quatuor vel sex viri legitimi, qui jurati dicant quantitatem illam, quam ille debuisset dixisse, & tunc oportebit illam superaddere, quod minus dedit. Clerici autem, & milites, qui crucem acceperint, nihil de decima ista dabunt, sed de proprio suo dominio, & quidquid homines eorum debuerint ad opus illorum, colligetur per supradictos, & eis totum reddetur. Episcopi autem per litteras suas in singulis parochiis Episcopatum suorum facient nuntiari in die Natalis, & S. Stephani, & S. Joannis, ut unusquisque decimam prætaxatam infra Purificationem B. Virginis Mariæ penes se colligat, & sequenti die deinceps illis præsentibus, qui dicti sunt, ad locum, quo vocatus fuerit, unusquisque legitime persolvat. Et inferius: Burgenfes vero & rustici, qui sine licentia dominorum suorum crucem acceperint, nihilominus decimas dabunt.

Dispositum est etiam, quod nullus enormiter juret, & quod nullus ludat ad aleas, vel ad dicos. Et quod nullus post proximum Pascha utatur vario colore, vel grisi, vel sabellina, vel escarleta. Et quod omnes contenti sint duobus ferculis ex empto. Et quod nullus aliquam mulierem secum ducat in peregrinatione, nisi forte aliquam lotricem peditem, de qua nulla habeatur suspicio. Et quod nullus habeat pannos decisos, vel laceratos.

Dispositum est etiam, quod quicumque clericus, vel laicus redditus suos ante susceptionem crucis invadaverit, exitus hujus anni integre habeat, & transitio anno creditor redditus rebabeat, ita quod fructus, quos inde receperit, in solutione debiti computentur, & debitum post susceptionem crucis, quamdiu debitor erit in

V. Quæ de morum correctione statutæ.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6681.

SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CCXXVI. An. Hebrææ D. LXXXIV. inchoato die 2. Martii fer. 4. An. G. 1188. I.

© 21. CB. D 11. P. 17. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 1188.

CLEMENTIS III. PAPÆ 2.

FRIDERICI ENOBARBI REG. 37. IMP. 34.

ISAACII ANGELI IMP. 4.

Ad num. I. & seq. Baronius, quem passim alii secuti sunt, Ouphris in Chron. & Sigonius lib. XV. de Regn. Ital. arbitrati sunt Sedem Romanam post Gregorii VIII. mortem dies viginti vacasse, quot revera leguntur in Migno Chron. Belgico pag. 203. in Bromptono pag. 1147. & in octavo Catalogo nostro.

PAGIUS

electus est Clemens IV. & in crastino consecratus, nempe die vicefima mensis Decembris, in quam Dominica cadebat. Mailrosensis hanc Clementem IV. appellavit, quia Guibertus Antipapa se se Clementem III. nuncupabat. Denique Auctor brevis Chronici Pisanii apud Ughellum Tom. III. ait XIV. Kalendas ejusdem (nempe Januarii) Paulum Prænestinum Episcopum Pontificalem cathedram adeptum esse, idest, electum; & Mitthæus Paris in Chron. inquit: Clemens III. decimo tertio Kalendas Januarii subrogatur, idest, Pontifex Romanus coronatur.

II.

A num. III. ad XVII. Rex Francorum Philippus, inquit Matthæus Paris ad hunc annum, & Rex Anglorum Henricus in Normannia pro subventionem Terræ Sanctæ ad colloquium venientes; inter Triam & Gisortium, post longos tractatus, præsentie Comite Flandrensi Philippo,

in hoc pariter consenserunt; ut sumpto Crucis signaculo iter Jerosolymitanum socialiter expedirent. Rex igitur Anglorum primo Crucis signaculum suscepit de manibus Archiepiscoporum Remensis (nempe Guillelmi) & Willelmi Tyrensis: quorum ultimus a Domino Papa, super negotio Crucis officium Legationis susceperat in partibus Occidentis. Deinde Rex Francorum, & Philippus Comes Flandrensis crucem sumentes; exemplum aliis potissimum præbuerunt. Unde tam in imperio, quam de utroque regno Regum prædictorum, Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, Barones, milites & media manus homines, vulgusque promiscuum crucem animo susceperunt.

De adventu Guillelmi Tyrii in Franciam præter Rogerium Hovedenum, cujus verba recitat Baronius, loquantur etiam Giraldus Cambren.

III.

CHRISTI
1188.CLEMENTIS III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 34.
ISAACII ANG. IMP. 3.De red-
ditibus
diftra-
hendis
concesso.

in peregrinatione, non usuret. Statutum est etiam, quod omnes clerici, & laici qui in hac peregrinatione proficiscuntur, possunt licite invadere redditus suos, sive Ecclesiasticos, sive laicos, sive alios, a Pascha, cum iter arripuerint, usque ad tres annos, ita quod creditores, quidquid de creditoribus contingat, fructus omnes reddituum, quos in vadio habebunt, a predicto Pascha usque ad tres annos integre percipiant. Dispositum est etiam, quod quicumque in peregrinatione decesserit: pecuniam suam, quam secum in peregrinatione attulerit, ad sustentationem servientium suorum, & ad auxilium Terræ Jerusalemitanæ, & ad sustentationem pauperum dividet juxta consilium discretorum virorum, qui ad hoc constituentur. Hæc omnia supradicta statuta sunt, & disposita ab Henrico Rege Angliæ in presentia Richardi filii ejus Comitis Pictaviæ, & Vuillelmi Turonensis Archiepiscopi, & Balduini Cantuariæ Archiepiscopi, & Walteri Rothomagensis Archiepiscopi, & in presentia Joannis Ebroicensis Episcopi, & Radulphi Andegavensis Episcopi, & R. Cenomanensis Episcopi, & M. Nanmetensis Episcopi, & in presentia Hugonis de Nunant Cestrensis Electi, & Lsardi Sagiensis Electi, & in presentia Baronum Andegaviæ, & Cenomanie, & Turonorum apud Cenomanum.

VI.

His igitur præordinatis, Rex Angliæ constituit servientes suos clericos, & laicos ad prædictas decimas colligendas per omnes terras suas transmarinas; & postea transfretavit & applicuit in Angliam apud Voinchislee Sabbato, tertio Calendarum Februarii. Interim Balduinus Cantuariensis Archiepiscopus in Angliam veniens ante Regem, consecravit Hugonem de Nunant in Episcopum Coventrensem. Dominus vero Rex, & statim postquam in Angliam applicuit, magnum congregavit Concilium Episcoporum, Abbatum, Comitum, & Baronum, & aliorum multorum tam clericorum, quam laicorum apud Gaintington: ubi in publica audientia recitari fecit omnia supradicta capitula, quæ constituerat de cruce capienda. Quibus

Concil.
Angl. in
quo de
Cruce
capienda
actum.

PAGIUS brensis in lib. de Rebus a se gestis part. 2. cap. 17. & in Hibernia Expugnata lib. 2. cap. 27. Radulphus de Diceto pag. 636. & Neubrigensis lib. 3. cap. 22. Post hæc nulla ejus in probatis monumentis mentio occurrit, ideoque anno incerto mortuus est. Bongarsius quidem, qui ultimam Tyrii Historiæ editionem curavit, in præfatione ad eandem num. XI. citato Scriptore Anonymo natione Gallo, ait Heraclium Patriarcham Jerusalemitanum electum, cum cognovisset Tyrium Romam venisse, ut Pontifici Romano ostenderet talem cum non esse, qui Patriarcha esse deberet, Physicum e suis convenisse, quem ut Romam illum sequeretur, pepulit, atque veneno tolleret. Quod

recitatis, Balduinus Cantuariensis Archiepiscopus, & Gilbertus Rossensis Episcopus vicarius ejus, mirifice prædicaverunt illo die coram Rege, & Principibus suis verbum Domini, & salutifera Crucis mysterium. Ad quorum prædicationem multi tam clerici, quam laici crucem receperunt.

Et tunc dominus Rex misit servientes suos Clericos, & laicos per singulos Comitatus Angliæ ad decimas colligendas secundum prædictam præordinationem, in terris suis transmarinis constitutam, sed de singulis urbibus totius Angliæ fecit eligi omnes ditiores, videlicet de Londonia CC. & de Eboraco C. & de aliis urbibus secundum quantitatem, & numerum eorum, & fecit omnes sibi præsentari diebus & locis statutis; de quibus cepit decimam mobilium suorum secundum æstimationem virorum fidelium, qui noverant redditus, & mobilia eorum. Si quos autem invenisset rebelles, statim fecit eos incarcerari, & in vinculis teneri, donec ultimum quadrantem persolverent. Similiter fecit de Judæis terra sua, unde inestimabilem sibi acquisivit pecuniam. Deinde misit Hugonem Dunelmensem Episcopum, & alios clericos, & laicos ad Vuillelmum Regem Scotorum pro decimis colligendis in terra sua. Quo audito, Rex Scoriæ occurrit eis inter Vverc, & Brigebam in Loenas; & non permittens eos terram suam pro decimis colligendis intrare, obtulit se daturum domino suo Regi Angliæ quinque millia marcharum argenti pro supradictis decimis, & pro castellis suis rehabendis; sed Rex Angliæ facere noluit.

Philippus autem Rex Francorum simili modo colligi fecit decimas reddituum, & mobilia hominum suorum per omnes terras suas. Reliqua vero suo loco inferioris. Extat ejusmodi decimarum indicationis decretum a Rege Philippo, assensu & consilio Gallicanorum Episcoporum sancitum, apud Rigordum in vita ejusdem Philippi Regis, eaque Saladinæ decimas dictas ob bellum adversus Saladinum indictum, testatur. Quod autem ejusmodi pensatione decimarum plurimum

cum successisset, & Archiepiscopus Tyrensis mortuus esset, Heraclium, cum Romam venisset, ab Apostolico quæ voluit impetrasse, & Jerusalem rediisse. Verum hæc mere commentitia; Heraclius enim anno MCLXXXI. Patriarcha Jerusalemitanus dictus, annoque MCLXXXIV. in Italiam ad Papam cum Magistris Templariorum & Hospitaliariorum missus, uti alibi probavimus; & ab anno MCLXXXI. usque ad præsentem Tyrius in partes Occidentis non venit. Quare miror, Bongarsium virum doctissimum huic fabulæ fidem adhibuisse. Oportet Baronium duos Guillelmos Tyrenses Archiepiscopos sibi invicem succedentes per hæc tempora perperam distinxisse; cum

VII.
Decima-
rum exa-
ctio per
Regem
facta.VIII.
Decimæ
Saladinæ
in Franc.
indictæ.

hoc.

CHRISTI
1188.CLEMENTIS III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 34.
ISAACII ANG. IMP. 3.

num gravarentur Ecclesiæ, atque pauperes angustiarentur, Petrus Blefensis scripsit epistolam ad Episcopum Aurelianensem hortans ut se Regi talia præsumenti obiiceret. Est quidem digna epistola, quam legant illi qui quovis prætextu favent Regibus adversus pauperes & Ecclesiæ. Sic se habet, exhortationem præmittens: (a)

(a) Pet.
Blef. ep.
112.

Reverendissimo patri & domino R. Dei gratia Aurelianensi Episcopo M. Petrus Blefensis Bathoniensis Archidiaconus salutem & sinceram dilectionis affectum.

(b) Eccl. 3.
Pet. Blef.
ad Aure-
lian. Ep.
exhorta-
tio.

Scriptum est: (b) tempus tacendi, tempus loquendi; diu tamen obmutui & silui a bonis, sed jam nequeo Fidei Christianæ injuriam dissimulare silentio. Jam circa consinia terræ nostræ barbaries efferrata desævit, & in exterminium Christiani nominis gentium grassatur immanitas. Quid ergo hic statis tota die otiosi? Vibratur in cervicibus nostras gladius hostilis, nec est qui ex adverso ascendat, qui exprobrantibus nomini agminum Dei Israel zelo Fidei se opponat. Tu ergo, reverendissime pater, cum inter ceteras Ecclesiæ columnas quodam statu digniore præmineas, redde testimonium fidei tuæ, & in Christi negotio ulterius non lentescas: non sit alligatum apud te verbum Domini; sed sicut magnificavit te Dominus in conspectu Regum, ita officium magnificentiæ pontificalis exerceas. Clamat ad te Dominus per spiritus sui organum Jeremiam: (c) Sta, inquit, in atrio domus Domini, & loquere ad omnes civitates Juda sermones, quos locutus sum tibi; & sermones illos exprimendo subiungit: Vade, & clama: Revertere adversatrix Israel, dicit Dominus, & non avertiam faciem meam a te. In eodem spiritu clamat (d) Ezechiel, Ann. Eccl. Tom. XIX.

(c) Jer.
26.(d) Ezecl.
33.

PAGIUS

hoc anno mentionem faciat Legationis Guillelmi Tyrii, annoque MCLXXXV. tradat, Vuillelmum Tyrium Archiepiscopum & belli sacri Scriptorem, tunc Legatum in Galliam missum cum Heraclio, aliisque Legatis, vita functum esse. [1]

IV. Mense Martio inquit Rigordus in Philippo Augusto pag. 25. media Quadragesima Parisius celebratum est generale Concilium a Philippo Rege, convocatis omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & totius regni Baronibus. In quo innumerabilis militum multitudo seu peditum, sacratissima cruce insigniti sunt. Et propter hanc instantem necessitatem (oppido enim iter Jero-

dicens: Si speculator viderit gladium, venientem, & non insonuerit buccina, veneritque hostis, & tulerit animam unam de populo: sanguinem ejus de manu speculatoris requiram. Noli ergo otiosi in talento Domini, sed Evangelicam Domini negotiationem exerceas, ut talentum tibi creditum Dominus cum sænoris accessione recipiat.

Insa ergo opportune, importune, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Noli amulari in malignantibus, Episcopis dico, qui Regem tuum blandis adulationibus palpant, canes muti, non valentes latrare. Acceptissima quidem est in Episcopis apud Deum professio veritatis. Animam pro veritate ponere non formides, ut videas dies bonos, quia sanguinem percuntis Dominus de manu muti sacerdotis exquiret. Arca siquidem Dei capitur, & populus gladio ruit, dum sacerdos in filiorum correctione torpescit. Nec motum, aut vultuositatem Regis extimeas, sed in omni libertate cum salutaribus monitis aggredere: quia ubi spiritus Dei, ibi libertas. Maluit Joannes Baptista periclitari apud Regem, quam dissimulare legem Domini, qui ad Herodem, & Herodiadem, sicut Elias ad Achab, & Jezabel Legati officio fungebatur. Vos ergo qui reminiscimini Deum, ne taceatis, & ne detis silentium ori vestro. Joannes in Herodem, Phinees in Judæum & Madianitidem, Samuel in Agag Regem, Petrus in Ananiam & Sapphiram, Paulus in Elymam magum zeli gladium exercuit, atque correctionis exemplum eorum tibi vita præscribit. Lex Dei, & Fides Christi omni supellectili mundana superæstimanda est, honori etiam, & famæ, propriæque salutis. Rex (e) Achab cum Regi Syriæ cum graviter

X.

(e) 3. Reg.
20.

F f f f op.

lymitanum Rex affectabat,) cum assensu Cleri & populi, quasdam decimas ab omnibus esse accipiendas eo tantum anno decrevit, quæ dictæ sunt decima Saladinæ. Recitat postea instrumentum institutionis decimarum. Hujus etiam Concilii meminere Guillelmus Armoricus in Philippo Aug. & Bellovacensis lib. 29. cap. 45. qui addit, Cistercienses, Cartusenses, Fontebaldenses & Leprosos a præstatione decimarum Saladinarum exceptos fuisse. Porro cum Rigordus, qui annum a die XXV. Martii auspiciatur, Concilium Parisiense cum media quadragesima anni MCLXXXVIII. conjungat, manifestum est illud habitum post diem XXV. Mart. Sed

NOTÆ

Uamquam de anno emortuali Guillelmi Tyrii nihil certi constat, ratum tamen exploratumque esse debet vitam exuisse ante annum 1193. nam anno illo ineunte Tyriensem Archiepiscopatum tenebat Joscius qui ejusdem anni januarii mense ut regius cancellarius subscriptione sua munivit Chartam quamdam Henrici Trecentis Palatini comitis in favorem Hospitalis S. Joannis Hierosolymæ. Extat illa in codice diplomatico Melitensi t. 1. pag. 219. Obiit igitur Tyrius intra quinquennium illud, quod ab anno 1188. usque ad annum 1193. intercessit. MANSI

opprirenti servos, & ancillas, filios, & filias, & uxorem, omnemque suppellectilem obtulisset, postquam ventum est ad violandum legem Dei, licet reprobis esset in aliis, tamen pro lege Dei pugnae discrimen inire non timuit. Melius est incidere in manus hominis, quam derelinquere legem Dei.

31. Si Regis Francorum faciem revereris, adhibe tibi de Coepiscopis tuis, qui spiritu Dei aguntur, ut tanta verborum moderazione utaris, ut si fortis est sermo, nihilominus sit suavis. Nam & sapientia quae attingit a fine usque ad finem fortiter, suaviter universa disponit. Super omnia, quae so notam adulatoris, & officium palponis cotes (a). Mel enim adulationis a sacrificio Domini relegatur. Frequenter in palatiis conuersantur, qui mobilibus & delicatis auribus Principum etiam in turpibus blando lenocinantur applausu, ponentes cervicalia sub capite, & pulvinaria sub omni cubito manus. Vix invenitur in Curia, qui non vendat oleum, qui caput peccatoris oleo non impinguet. Laudatur enim peccator in desideris animae suae, & iniquus benedicatur. Sed timeat, quod per (b) Jeremias dicitur Sedeciae: O Sedecia, seduxerunt te viri tui pacifici. Cum in exercitu Xerxis esset navium & curruum innumerabilis multitudo, etque ab aulicis adulatoribus diceretur, quia nec mare tantae classis sufficeret, nec aer tot populorum tela, nec terra tot currus sua caperet vastitate: an tanto exercitu unus fuit Demaratus, qui in spiritu libertatis auderet dicere Xerxi: Victus eris a te ipso, & te opprimet tui exercitus multitudo. Ab exhortatione, quae so, non cesses, licet ille suorum consilio * assessorum ad tuam instantiam se obduret. Scio enim, quod adhuc (c) Joannes & Mambres apud Pharaonem Moysi resistunt, & successores (d) Achitophel iustorum consilia malitiose pervertunt. Circa meretricantium linguarum malitiam patet campus orationis latissimus; sed ad alia festinantes, haec omnia sub dissimulatione transimus; quid expediat tuae famae, tu videris. Tu vero diligentiam adhibe studiosam, ut consanguineus tuus tamquam principarius Ecclesiae, vexillum fides ferat ante Reges, & Principes terrae, ut sicut vigilantior fuit in bellicis actibus, modo non sit in Christianae fides defensione retrogradus.

32. Si autem proposuit iterato iter hujus peregrinationis arripere, non de spoliis Ecclesiarum, non de sudoribus pauperum viaticum sibi & suis exhibeat, sed de redditibus propriis, aut de praeda hostili bella Christi conficiat. Non est enim abbreviata manus Domini, ut qui magna fecit in Israel, etiam in populo acquisitionis brachium suae magnificentiae non exaltet. Certe in exitu Israel de Aegypto (e) Dominus de spoliis Aegyptiorum ditavit Hebraeos. Ingressus autem populus terram Chanaan, de praedis hostilibus innumerabiles sibi divitias aggregavit: immo bellorum lex publica est, ut munificentia principalis suis commilitonibus de castrensibus obventionibus stipendia largiatur. Quae ratio est, ut qui pro Ecclesia pugnant, Ecclesiam spolient, quam inimicorum spoliis donis triumphalibus ampliare debuerant? Putantne insipientes & miseri, quod Christus, qui summa iustitia est, velit sibi de iniuriis, & sacrilegio exhiberi sacrificium; aut sustineat commissi ex his spolia prosperari? Si enim testimonio Veritatis in ignem aeternum mittitur, qui sua pauperibus non dedit: ubi, quae so, mittendus est, qui bona pauperum, vel Ecclesiae rapuit, aut fraudavit? Pro his & consimilibus filii Ephrem intendentes & mittentes arcum, conversi sunt in die belli. NUMQUAM PAUPERUM, NUMQUAM ECCLESIAE SPOLIA PROSPERUM HABUERUNT EVENTUS AUSPICUM. Ideo in ultima peregrinatione effusa est contentio super Principes, & errare fecit eos Dominus in itinere, & non in via. Fuerunt contritio & infelicitas in viis eorum, quia viam pacis non cognoverunt. Patrimonium Christi & Ecclesiae suae hodie vertitur in occasionem scandali, & materiam servitutis. Certe sub (f) Pharaone, cum ex principali decreto omnes ad solutionem quintae partis generaliter urgerentur, sacerdotes tamen fuerunt ab observantia, & onere illius constitutionis immunes. In libro (g) etiam Numeri, ad figuram perpetuae libertatis, praecipit Dominus, Leviticam Tribum ab omni publica functione liberam esse, summiique pontificis dumtaxat arbitrio subjacere.

33. Quid aliud a pontificibus, vel a Cle- ro potest vel debet Princeps exigere, quam ut incessanter fiat oratio ab Ecclesia ad Deum pro eo? Omnis pontifex ab hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quae sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro Rege & populo: & si iratus est in eis Dominus, sacerdos medius intercedat; & in tempore iracundiae fiat reconciliatio. Iratus Dominus populum Israel delere decreverat: stetitque (h) Moyses in confractioe in conspectu ejus, nem duo Reges ex amicis inimici facti; urbes & castella utrimque expugnata, nec ante annum sequentem post-constituta, ut ibi videbimus.

34. Sed cum fidelium devotio ferveret, omniaque ad protectionem Ierosolymitanam apparerentur, repentinum bellum Franciae & Angliae regna turbavit, & contra omnium expectatio-

PAGIUS V. Bellum inter Reges Franciae & Angliae.

Contra exigentes decimas ab Eccl. & pauperibus. (e) Exod. 12.

(a) Levit. 24. (b) Jer. 38. (c) 2. Reg. 17. (d) 2. Reg. 17. (e) Exod. 12. (f) Gen. 47. (g) Num. 1. (h) Psal. 105.

XIII. Non nisi preces exigant Principes ab Eccl.

Bellum inter Reges Franciae & Angliae.

ejus, motumque divina indignationis oratione placavit. Flamma divina animadversionis saeviebat in populum, & (a) Aaron arrepto thuribulo, medius inter viventes & mortuos se flammae objecit, cessavitque quassatio. Item contra (b) Amalec Israel praevalerat, Moyses orante & erigente manus suas ad Dominum: & postea temporibus (c) Josue sacerdotibus vociferantibus, muri Jericho corruerunt. Scio quod si Rex tuus angariis, perangariis, exactioibus, capitatioibus, ceterisque sordidis & extraordinariis muneribus Ecclesiam decreverit praegravare: quamplures Episcopos hujus rei fautores inveniet. Ipsi enim Evangelicae libertatis obliti, quae non solum filios Dei, sed amicos facit, in ignominiam servitutis perpetuae sibi permittent aurem (d) subula perforari. Sic olim Rege (e) Antiocho jura templi & sacerdotum pervertente, multi de Israel egressi sunt, qui solius adulationis, aut vani timoris intuitu in consensum illius tyrannidis transierunt.

XIV. Tu vero, reverendissime pater, pro domo Israel ex adverso ascendas, & pro testamento Dei murum inexpugnabilem te opponas. Enorme namque famae & animae discrimen incurres, si hanc injuriam Christi silentio, aut neglectu dissimulas. Doctrina & exhortatione tua recolat dominus Rex, sed non ad oppressionem pauperum, sed ad tuitionem Ecclesiae potestatem gladii ab Ecclesia suscepisse. Et qui nunc vivens Ecclesiae suffragia jugiter experitur, etiam post mortem ejusdem beneficiis longe amplius indigebit. Morietur enim, & utinam incertis mortis eventus attenderet, ac novissima sua memorans, per presentes divitias futuram miseriam compensaret. Ecclesiasticus dicit: (f) Rex hodie est, & cras morietur: cum autem fuerit mortuus, hereditabit serpentes, bestias, & vermes. Spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. Agnoscat itaque locum suum, & officium in quo posuit eum Dominus; nec de thesauris Ecclesiae, qui solum debentur pauperibus, sed de fiscali arario bella Domini praelietur, neque confidat in fortitudine aut multitudine armorum, sed in Domino. Quia testimonio (g) Salomonis, nomen Domini plurima fortitudo, Dominus fortitudo plebis suae est. Quod apertissime liquet in praeliis antiquorum. Quomodo enim (h) persequebatur unus mille, & duo fugabant decem millia? nonne ideo, quia Deus vendidit eos, & Dominus conclusit illos? Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non salvavit eos, sed dextera tua, & brachium tuum Domine, & illuminatio vultus tui, quoniam complacisti in eis. Sibi autem complacebit Dominus in eis, Ann. Eccl. Tom. XIX.

XV. qui fideles fuerint in testamento ejus. Sine fide autem impossibile est placere Altissimo. Haec est enim victoria, quae vincit mundum, fides nostra. Et quia fere universos regni magnates video in via Domini quodam tadio laboris, & pusillanimitate lentescere: vos, quae so, jugi praedicationis instantia manus remissas, & genua debilia roborate. Plane, quia eis in praecedenti peregrinatione non successit ad votum: credunt abbreviatam esse manum Domini, & inexhaustum fontem gratiae celestis aruisse. Porro tunc in superbia, & in abusione profecti sunt, nec ex defectu suae fidei, sed ab eventu dumtaxat divinae dispensationis iudicium metiuntur. Fides quidem eorum semel probata est, & inventa est minus habens. Adhuc experietur eam Dominus: nam ex eorum fide & humilitate victoriae calculus pendet, ac de his specialiter expectendus & expectandus praedictorum triumphalis eventus. Peccaverat (i) Tribus Benjamin in uxore Levitae, & se reliqua Tribus in ultionem sceleris accinxerunt. Erat causa eorum justior, & exercitus longe numerosior atque fortior. Et cum eis ducem praedicti Dominus assignasset, ipsiusque nutu in praedictum descendissent: terribilis in consiliis super filios hominum Deus, justos ab impiis plures a paucioribus superari permisit: & ceciderunt ea die viginti duo millia de Israel. Iterum ad constatum veniunt ex praedicto Domini, & succumbunt, decemque & octo millia de Israel occisi sunt: nimirum, quia de sua fortitudine & multitudine praesumebant, primo & secundo victi & humiliati sunt, ut per humilitatem denuo vincerent, qui per superbiam victi erant. Fides autem eorum ex prima & secunda frustratione non torpuit, sed ex geminato discrimine crescens, denuo ad confidentem quanto humilior, tanto fortius se accinxit. Tertio autem congressi sunt, & tanta sanguinis effusione purgati fere totam Tribum Benjamin deleverunt. Scias quod secundum populi fidem secunda peregrinationis metiemur eventus. Instrue ergo in fide & timore Dei populum, & populi ducem; & ut multa paucis includam, reverendissime & dilectissime pater mi, tuae discretionis committo religiosorum quietem, pacem simplicium, causam Christi, & Ecclesiae libertatem. Sed redeamus ad Anglorum Regem, qui cum a Patriarchis Antiocheno & Ierosolymitano anno superiori litteras accepisset: ad eos hoc anno has litteras reddidit:

XVI. Venerabilibus in Christo patribus & amicis H. & E. Antiochia & Ierosolym Patriarchis & R. Principi Antiochia & universo populo Christiano Orientalis Ecclesiae, Henricus eadem gratia Rex Angliae. F f f 2 gli.

Reg. Angl. ad Patriarchas Orientales epist. glie, & Dux Northmannie & Aquitanie & Comes Andegavia salutem & consolationem in Christo.

Quoniam peccatis nostris exigentibus visitavit Dominus temporibus nostris in virga furoris sui iniquitates nostras, & terram proprio redemptam sanguine, divino permisso iudicio, manibus pollui perfidorum: ideo dignum est, ut nos, & cuncti, qui Christiana religio sunt, & eiusdem nominis professores, ad desolationem prefatae terrae studio pietatis convertamur, & auxilium, ac consilium studeamus totis viribus impertiri. Cum igitur venisset ad nos A. Dei gratia venerabilis Valeniensis Episcopus, & dolores & calamitates, quibus Orientalis Ecclesia premitur, profusus lacrymis, & profundis suspiriis indicasset: quanto graviora videmus instare pericula, tanto fortius ac celerius ad maturum subsidium compassio nos accingit. Habentes itaque in eo spem & fiduciam, qui in se sperantes nullatenus derelinquit, viriliter agite, & confortetur in Domino cor vestrum quoniam illud credimus Ista (a) vaticinium jam completum: Jerusalem, leva in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati venerunt tibi. Tunc videbis & affries: & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conversi fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tui. Nunc autem Dominus, qui respicit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens De-

um, sic Christianorum hactenus solitor ad servitium suum excitavit affectus, ut unusquisque qui Domini est, gladium iam posuerit super femur suum; & beatum se quisque reputat & fidelem, qui patrem & matrem, & omnia relinquit, ut possit Christo, & Terrae sanctae illatas iniurias vindicare. Constantes igitur estote, & in promptu videbitis auxilium Domini vobis preparatum. Citius enim, quam credatis, tanta vobis per terram, & mare in auxilium fidelis populi superveniet multitudo, quantum nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; quam quidem Dominus ad terrae vestrae subsidium preparavit. Inter ceteros autem Principes & filius meus, rejecta huius mundi gloria, & spreto voluptatibus universis, omnibusque quae mundi sunt postpositis, in propriis personis, totis viribus vos cito, auctore Domino, visitabimus. Valete. Ista Rex Angliae. At quoniam ista retardarunt, audi:

Hoc eodem anno, cum ad disponendam expeditionem in Terram sanctam pax facta esset inter Regem Francorum, & Anglorum, missus est Henricus Cardinalis Episcopus Legatus a Clemente Papa in Gallias, qui excommunicationis sententia Richardum Comitem percussit, cuius occasione, quae fuerat sancta inter Reges pax, turbata est. Haec Rogerius in Annalibus Angliae anno isto; idemque inferius ista addit: Eo-

cipibus crucis signaculum acceperunt. Inde in Germaniam redire decrevit ad prefatam Curiam Dei, cuius terminus instabat.

Adveniente Curia termino, subdit idem Anonymus, convenerunt plures Episcopi, Marchiones & Barones ad locum designatum cum innumerabili peregrinorum multitudine, & tam Imperator quam ejus filius, Episcopi multi & Principes publice se voto & promissione itineris adstrinxerunt. Sed quia tam arduum negotium moram ad preparationem itineris posebat, visum est Imperatori, ut proposita expeditio a solemnitate instantis Pasche in annum protelaretur, & nono Kalend. April. in festo S. Georgii peregrini omnes simul apud Ratisbonam in itinere convenirent.

Quia vero Imperator & Saladinus, tam per nuncios, quam per donatorum alternam missionem a longo tempore amici fuerint ad invicem; Imperator suae Majestatis prospiciens honoris, duxit conveniens ad eum praemittere Legationem, & cum denunciazione belli se illum hostem fateri, nisi Sanctam CRUCEM in praedio Christianis ablata, redderet cum terra Jerusalemiana, quam sua subjugaverat ditioni. Jam dudum alii Legati ad Imperatorem accesserant, omne bonum amicitiae de Soldano mendose pronunciantes, non solum pro mercato, & via securitate; verum etiam de antiqui amoris perseverantia, ac totius honoris exhibitione, quem, ut aiebant, illi praesentialiter impendere peroptabat. Verum promissio illa perfidia plena erat: Interim nono Kalendas Aprilis peregrini

XVII.

VII. Crucem accipit.

VIII. Legatos ad Saladinum mittit.

Eodem anno Fridericus Romanorum Imperator accepta Cruce de manu Henrici Albanensis Episcopi Cardinalis, sicut prudentem & circumspexit decebat, satis provide sibi & itineri suo necessaria providebat. In primis enim reconciliavit se Deo & sanctae Ecclesiae, & Clementi Romano Pontifici, & postea in hac forma scripsit Saladino:

Friderici ad Saladinum ep.

Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus, & hostium Imperii magnificus triumphator, Saladino praesidi Sarracenorum quondam illustri, exemplo Pharaonis fugere Israelitem.

Devotionis tuae literas multis retro temporibus ad nos destinatas super arduis negotiis, tibi quidem, si fides verbis suffuisset, profuturis (prout majestatis nostrae decuit magnificentiam) suscepimus, & epistolarum nostrarum alloquiis magnificentiae tuae consulere dignum duximus. Nunc vero quia Terram sanctam profanasti, cui aeterni Regis imperamus imperio: in tanti sceleris presumptuosam & plebibilem ac ausibilem audaciam debita animadversione decernere, Imperialis officii sollicitudo nos admonet. Quamobrem, nisi occupatam terram Judaeae, Samaritiae, & Palaestinarum ante omnia restituas, adjuncta satisfactione sacris constitutionibus pro tam nefariis excessibus taxata, ne minime legitimum videamur taxare bellum, a capite Kalendarum Novembrium, anno Incarnationis Dominicae, millesimo centesimo octogesimo octavo, revoluti anni spatio, terminum tibi praefigimus ad experiendam belli fortunam in campo Taneos in virtute vivifica Crucis,

& in nomine veri Joseph. Vix enim credere possumus hoc te latere, quod ex scriptis veterum, & historicis antiquis nostrae temporis factum redolet. Numquid scire dissimulas ambas Aethiopias, Mauritaniam, Persiam, Syriam, Parthiam, ubi Marci Crassi nostri Dictatoris fata sunt praematurata, Judaea Samaritiam maritimam Arabiam, Chaldaeam, ipsam quoque Aegyptum, ubi pro dolor, civis Romanus Antonius vir insigni virtute praeditus citra nitorem temperantiae, & secus quam decebat militem, a tanto culmine rerum emissum, minus sobriis Cleopatrae inferre videbat amoribus? Numquid etiam scire dissimulas, Armeniam, & innumerabiles alias terras nostrae ditioni subjectas?

Norunt haec Reges, quorum cruore gladii Romani sunt crebrius inebriati, & tu quidem in ipsa rerum experientia, Deo auctore, intelliges, quid nostrae victrices aquilae, quid cohortes adiversarum nationum, quid furor Teutonicus, etiam in pace armis capessens, quid caput indomitum regni, quid juvenus, quam nunquam fugam novit, quid procerus Bavarius, quid Suanus astutus, quid Francia circumspexa, quid Anglia provida & ingentiosa: quid Albania, quid Cimbria, quid in gladio ludens Saxonia, quid Turingia, quid Voestphalia, quid agilis Brabantia, quid nescia pacis Lotbaringia, quid inquiet Burgundia, quid Alpini * salices, quid Frisonia in armento praevolans, quid Reemia ultro mori gaudens, quid Boemia, suis feris ferior, quid Austria, quid Frisia, quid Rutiona, quid partes Illyricae, quid Lombardia, quid Italia.

XVIII.

* salices

PAGIUS VI. Imperator Comitum Moguntia cogit. A num. XVII. ad XX. Canisius Tom. V. Antiq. Lect. expeditionem Asiaticam Friderici Imp. ex Anonymo coevo hoc modo narrat: Imperator, ut vir multivida circumspeditionis, quod jam dudum intra se voverat de peregrinandi voluntate, adhuc dissimulabat, quousque major pars Principum ac aliorum virorum copia Crucem sine retractatione arripere, quorum ope & opera annitente, facilius & efficacius posset expeditionis negotia promoveri. Ad hoc igitur provida & necessaria deliberatione ordinandum peregrini specialiter in medio Quadragesima. qua tunc evenit sexto Kalendas Aprilis (ideoque hoc anno) Curiam indixit apud Moguntiam, quam recte CURIAM DEI voluit appellari. Interea vir quidam religiosus literarum scientia praclarus & suavis eloquio, Henricus scilicet Albanensis Episcopus in eadem Legatione, ut predicator egregius, primo ut dignum, adivit Imperatorem; a quo, ut decuit, satis accurate receptus est, & benigne. Qui cum de bono Imperatoris ipsius animo, circa peregrinandi negotium familiari inquisitione & alloquio cognovisset, gavisus est in Domino, & abiens per Alemanniam, verbi divini semine jacto in terram bonam, multos ad viam Jerusalemitanam expeditionis in brevi temporis spatio lucrifecit. Deinde profectus est ad Serenissimum Francorum Regem Philippum, & Henricum Regem Anglia, qui tunc discordes erant, sed ejus sermone persuasorio, pacis revocati ad concordiam (nempe ad inducias, de quibus anno sequenti), cum multis utriusque regni Prin-

PAGIUS grini apud Ratisbonam, sicut statutum fuerat, convenerunt, anno nempe MCLXXXIX Narrat postea Anonymus perfectionem Imperatoris, & quae in ea expeditione evenere.

IX. Legatio Germanica Henrici Albanensis Card. Huc etiam revocanda quae alter Anonymus coetaneus in Chron. Claravallensi habet ad hunc annum: Dominus Henricus Albanensis Episcopus a Papa Gregorio VIII. constitutus Legatus, cum diligentia omnimoda officium sibi injunctum peragebat. Et primo quidem secundum mandatum sibi datum, instituit ut a presenti anno in quinquennium, per omnes sextas ferias esset fidelium populus in cibo Quadragesimali; & ut feria quarta & sabbato omnes incolones abstinerent a carnibus. Dominus vero Papa sibi & fratribus suis Cardinalibus, & famulis, etiam secunda feria per eosdem annos usum carniarum interdixit [1]. Venit autem dictus Legatus, (post

colloquium Regis & Imperatoris, quod fuit apud Leodium) exinde Moguntiam: ubi cruce signatus est Imperator cum LXVIII. magnis Principibus. Inde venit Leodium, ubi Radulphum Episcopum cruce signavit: & Clericos LXVI. qui praebendas suas in manu sua resignaverant, ita de una Ecclesia ad aliam commutavit per suam providentiam, ut & simoniam evaderent; & praebendas non amitterent. Et hoc anno assignantur ea quae in parva Historia Walliae continentur de Archiepiscopo Cantuariensi Balduino, qui fuit de Ordine Cisterciensis, & de Legatione ejus. Giraldus Cambrensis in lib. de rebus a se Gestis part. 2. cap. 17. & seqq. refert, Balduinum Cantuarie Archiep. Walliam peragrasset; praedicationibus suis quam plurimos ad crucem suscipiendam animasse, ipsamque etiam cruce sumpta Jerusalem profectum esse. Per-

NOTAE [1] A pud Ludevigg in Reliquiis tom. II. pag. 449. extant literae quibus Henricus iste Legatus apostolicus ad Moguntinam hanc curiam omnes per Germaniam episcopos & paganos illos etiam abbates invitat, mandans ut huic, quem vocat Concilio Christianitatis omnes adiant. Ibi pariter pag. 437. exhibentur literae ejusdem Henrici, quibus Clericis omnibus aptam temporis reformationem morum praescribit, tum & subicit praecipuum illud, de quo Pagius hic n. 9. de abstinentia scilicet a carnibus & sanguine fer. IV. & Sabbato, tum & de eorum quadragesimalium ciborum omnibus sextis feriis. MANSI

CHRISTI 1188.

CLEMENTIS III. PAP. I.

FRIDERICI IMP. 34. ISAACII ANG. IMP. 3.

F. Arconitana March.

Tuscia, quid * Ammonita Narsia, quid Venerus pirata, quid Pisanus nauclerus: donique quid dextera nostra, quam senio arguis effectam, quam gladios vibrare didicit dies illa plena reverentia & jucunditatis triumpho Christi praefixa te docebit. Hucusque apud Rogerium litterae Imperatoris ad Saladinum, mendis quidem obstitit. Habet eandem, sed alia versione Matthaeus Paris, qui & Saladini ad Fridericum Imperatorem responsum, ita conscriptam recitat:

XIX. Saladini ad Imp. Frideric. epist.

Illi Regi sincero amico, magno, excelso Friderico Regi Alemanniae in nomine Dei miserentis, per gratiam Dei unius potentis, exuperantis, victoris perennis, cujus non est finis.

Gratias ei agimus perennes, cujus gratia est super omnem mundum; deprecamur cum, ut infundat orationem suam super prophetas suos, & maxime super instructorem nostrum, nuntium suum Mahamet prophetam, quem misit pro correctione rectae legis, quam faciet apparere super cunctas leges. Notum facimus Regi sincero, potenti, magno, amico, amabili Regi Alemanniae, quod homo quidam Henricus nomine, venit ad nos, dicens, se esse Nuntium vestrum, & detulit nobis quandam chartam, quam esse dixit vestram. Nos legi fecimus chartam, & audivimus cum viqua voca loquentem, & verbis, quae ore dixit, verbis respondimus, & hoc est responsum chartae. Quod computatis qui vobiscum concordant, veniendi super nos, & nominatis, & dicitis: Rex talis terrae, & Rex alterius terrae, & Comes talis, & talis: & tales Archiep. & Marchiones, & milites: sed si nos vellemus dinumerare eos, qui sunt in nostro servitio, & qui sunt invidentes nostro praeepto, & prompti nostro sermone, & qui dimicarent coram nostris manibus: non possent in scriptum redigi. Et si Christianorum computatis nomina, Sarracenorum sunt plura & abundantiora, quam Christianorum: & si inter vos, & eos, quos nominastis Christianos, mare est, inter Sarracenos, qui non possunt asstimari, non est inter eos & nos mare, vel ullum impedimentum veniendi ad nos. Et nobiscum habentur Bedevini, quos si opponeremus inimicis nostris, sufficerent. Habemus & Turkemannos, quos si effunderemus super inimicos nostros, destruerent eos. Habemus rusticos, qui dimicarent strenue, si juberemus, contra gentes, quae venturae sunt super terram nostram,

& ditarentur de eis, & exterminarent eas. Habemus Soldanos bellicosos, per quos terram apertam habemus, & acquisitam, & expugnatos inimicos & omnes Reges Paganissimi non tardabunt, cum eos submonuerimus, & vocaverimus. Et vos cum fueritis congregati, sicut charta vestra dicit, & ducetis multitudinem vestram, ut narrat Nuntius vester, obviamus vobis per potentiam Dei & obtinebimus terras fortitudine Dei. Nam si veneritis, cum toto posse vestro venietis, & praesentes eritis cum omni gente vestra. Et scimus, quod nullus remanebit in terra vestra, qui se defendere possit, vel terram tueri, & quando Deus victoriam vobis sua fortitudine donaverit, nihil amplius erit, quam ut terras vestras libere capiamus fortitudine sua, & voluntate. Adunatio enim legis Christianorum vobis venit super nos in Babylone, una vice apud Damiatam, & altera apud Alexandriam; & nostis qualiter Christiani utraque vice redierint, & ad qualem exitum venerint. Et Deus adunavit nobis regiones affluentius, & adunavit eos longe lateque sub potestate nostra, Babyloniam cum pertinentiis suis, terram Damasci, & Maritimam, Jerusalem, terram Gethsurae, & castella ejus, terram Roastiae cum pertinentiis, regionem Indiae cum pertinentiis. Et per gratiam Dei hoc totum est in manibus nostris, residuum Regum Sarracenorum nostro est imperio subiectum. Nam si mandarem excellentissimis Regibus Sarracenorum, non retraherent se a nobis. Et si submoneremus Calypsum de Baldac, quem Deus salvet, de sede excelsi imperii sui exurgeret, & veniret in auxilium excellentiae nostrae. Et nos per virtutem Dei obtinimus Jerusalem, & terras ejus; & remanent adhuc in manibus Christianorum tres civitates, Tyrus, Tripolis, & Antiochia: & de his non est aliud, nisi ut capiantur. Attamen si bellum vultis, & si Deus voluerit, ut sit per voluntatem suam, & quod totam terram Christianorum acquiramus, obviamus, sicut scriptum est in charta vestra. Verum si nos de bono pacis requisiveritis, mandabitis procuratoribus istorum trium locorum praedictorum, ut ea nobis sine contradictione resignent, & vobis sanctam Crucem reddemus, & liberabimus omnes captivos Christianos, qui sunt in tota terra nostra, & permittemus vobis ad Sepulcrum unum

PAGIUS X. Obitus Henrici Card. Albanensis.

Pergit Chronographus: Inter hac autem & ista, Albanensis Episcopus, Dominus Cardinalis Henricus quandam tractatum ad suos Claramvalenses edidit. Laborabat autem pro pace inter Regem Francia & Regem Anglia; inter Comitum Philippum Flandrensem, & Ecclesiam Atrebatensem. Et ista lucerna talis extinguitur apud Atrebatum Kalendis Januarii (anni sc. sequen-

tis), cujus corpus Claramvallem cum gloria relatum, tumulatum est in medio duorum Sanctorum retro majus altare; inter Sanctum videlicet Malachiam, & S. Bernardum; & quidem tertio Idus Januarii, ut legitur in lib. Sepulcrorum Claramvall. quam diem Manricus anno MCLXXXIX. cap. I. de ejus die emortuali perperam interpretatur; in eo enim libro

CHRISTI 1188.

CLEMENTIS III. PAP. I.

FRIDERICI IMP. 34. ISAACII ANG. IMP. 3.

unum sacerdotem, & reddemus Abbatis quae solebant esse in tempore Paganismi, & bonum ejus faciemus, & permittemus venire peregrinos in tota vita nostra, & habebimus vobiscum pacem. Charta haec scripta fuit anno adventus prophetae nostri Mahumet quingentesimo octuagesimo quarto, gratia Dei solius. Haec barbarus tyrannus impius, virga furoris Domini, novus Assur. Quae autem haec secuta sint, dicturi fumus inferius.

XX. Res Scotiae compo. litae per Clement. Pap.

Sed redeamus ad Clementem Papam, functiones obeuntem Apostolicae Sedis. Fatigatus ipse sui initio Pontificatus in Scotorum Ecclesiae plurium annorum controversiis agitatis: finem iisdem impositurus, litteras scripsit ad Regem Scotorum alias ejusdem argumenti ad Regem Angliae, ad Clerum Episcopatus sancti Andreae alias, alias vero generatim ad Episcopos Scotiae, seorsum vero alias privatas ad quosdam Scotorum Episcopos: quae omnes extant integrae, conservatae a Rogerio, atque descriptae in Annalibus Anglicanis, quas, vitantes fastidium quod possent afferre Lectori, hic describere praetermittimus, qui si cupit, habet quem petat auctorem. Quem autem tandem consecuta sit controversia finem, sic narrat idem Rogerius:

His auditis, praefatus Rex Scotorum tandem suorum consilio & prece victus:

PAGIUS

bro disertere dicitur, Henricum eo die sepultum fuisse. Henriquez in Menologio cum memorat ad diem XIV. Julii, quia in hujusmodi libris Sancti & personae illustres aliis saepe diebus, quam quibus obierint, reponuntur.

XI. Finis discordiae inter Summos Pontifices, & populum Romanum.

A num. XX. ad XXVII. Baronius num. XXI. refert Privilegium a Clemente III. Ecclesiae Scotorum & Willelmo Regi concessum, ut ea nullo mediante Apostolica sedi subiaceret. Datum Laterani III. Idus Martii; Pontificatus nostri anno primo. Quare eo die jam pax Clementem inter & Romanos sancita fuerat, ut recte ex ea subscriptione deducit Baronius. Perpetua, inquit Onuphrius in Adnotatione ad Vitam Clementis III. per annos plus minus quinquaginta, inter populum, Pontificesque Romanos ab Innocentio II. usque ad Clementem III. discordia civilis fuit, regiminis Urbani occasione excitata: cum populus Romanus Pontifici suo urbis administratione submoto Senatores, qui Reipublicae praesentent, cum Patricio quodam, summa cum auctoritate creassent, ut Otto Frisingensis Episc. lib. Hist. 7. & lib. 1. de Gestis Friderici Imp. & Abbas Urspergen-

supradictum Joannem Episcopum in gratiam suam recepit, & concessit ipsum pacifice possidere Episcopatum Dunkeldensem, & omnes redditus, quos ipse ante consecrationem suam habuit: ea conditione, quod ipse Joannes quietum clamaret a calumnia sua in Dei, & Regis misericordia: sciens quod melior est buccella panis cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio. Hugo vero quondam dictus Episcopus S. Andreae degradatus, & anathematizatus Romam venit, qui data cautione standi iudicio Ecclesiae a domino Papa clementer absolutus est, sed paucis supervixit diebus. Nam mense Augusti tanta extitit aeris corruptio Roma, & in finibus ejus, quod multi Cardinales, & ditiores Urbis cum innumera plebis multitudine interierint, & ipse Hugo cum tota fere familia sua, & Henricus Dolensis electus cum familia sua ibidem obierint. Haec Rogerius, quibus vides impleta quae praedixerat prophetissa. Sed videamus privilegium ab eodem Clemente Papa concessum Regi, Scotorumque Ecclesiae, de quo scripsit ipse eorum Regi, Willelmo, quod his verbis idem Rogerius recitat: Cle-

Joannes suam recepit Ecclesiam.

Romae Luc.

sis, item Vitarum Pontificum incerti nominis Scriptor Bibliothecae Palatinae auctores sunt. Ex cujus rei occasione Innocentius II. & Celestinus II. animi dolore defecerunt; Lucius II. pene & interfectus. Eugenius III. Alexander III. & Lucius III. urbe pulsi, Urbanus III. & Gregorius VIII. exules fuere: Donec novissime tanti dissidii utraque parte pertaesa populus Rom. cum Pont. populari suo Clemente III. pacem aequis conditionibus fecit, Senatoribus confirmatis, Patricii vero loco Praefecto, quem Magistratum aboleverant, reselecto. Hujus pacis foedera, & conditiones cum omnibus subscriptionibus ex libris Censuum Camerae Apostolicae excerptae adhuc apud me sunt. Diuturna dein de quiete & tranquilla Ecclesiae tempora fuerunt. Ita Vir de antiquitate Ecclesiastica optime meritus. Baronius num. XXIII. refert litteras Senatus Romani ad Clementem III. datas, quibus concordia inter utrumque inita continetur, in quarum fine legitur: Actum XLIV. anno Senatus, indict. VI. mense Maii, die ultima. Quare Senatus anno MCXLIIV. post mensum Majum restitutus fuerat. [1]

NOTAE

[1] Pax inter pontificem & Romanos hoc anno conciliata non tantum mense maio jam coaeluerat, ut ex Baronio Pagius hic notat; sed & nondum elapso februario mense pontifex jam Romae agebat, ut eruitur ex Bulla Clementis III. pro episcopatu Camminensi in Pomerania legenda in Appendice Continuationis III. Spicilegii Lungiani pag. 7. Data est Laterani per manum Moysi Lateranensis Canonici, vicem agentis Cancellarii VI. Kal. Martii Indict. 6. Incarnationis Dominicae anno millesimo, centesimo octuagesimo octavo, Pontificatus verae Domini Clementis Papa tertii anno primo. MANSI

XXI.
Clem.
Pap. pri-
vilegium
concef-
sum Eccl.
Scoto-
rum &
Reg.

Clemens Episcopus servus servorum Dei
charissimo in Christo filio Vuillelmo illu-
stri Scotorum Regi salutem & Apostolicam
benedictionem.

Cum universi Christi jugo subiecti, ad
Sedem Apostolicam patrocinium invenire
debeant & favorem; illos tamen specta-
lius convenit munimine protectionis con-
fiteri, quorum fidem, ac devotionem in-
pluribus est experta, ut ad ipsius electio-
nis favorem tanto amplius provocetur,
& ejus reverentia devotiori affectione sub-
dantur, quanto benevolentia ipsius & gra-
tia pignus se noverint certius affectos.
Ea propter (charissime in Christo fili) re-
verentiam, ac devotionem, quam ad Ro-
manam te habuisse a longis retro tempori-
bus Ecclesiam novimus, attendentes, præ-
sentis scripti pagina duximus statuendum,
ut Scotiana Eccl. Apostolicæ Sedis, cujus
filia specialis existit, nullo mediante de-
beat subiacere. In qua hæc sedes Episco-
pales esse noscuntur: Ecclesiæ videlicet S.
Andrea, Glasguensis, Dunkeldensis, Du-
blinensis, Brehinenfis, Aberdonensis,
Moravienfis, Rosenfis, Katinensis, &
nemini liceat nisi Romano Pontifici, vel
Legato ab ipsius latere destinato, in re-
gnum Scotiæ interdici, vel excommuni-
cationis sententiam promulgare, & si pro-
mulgata fuerit, decernimus non valere.
Adiciamus, ut nulli de cætero, qui de
regno Scotiæ non fuerit, nisi quem Apo-
stolica Sedes propter hoc de corpore suo
specialiter destinaverit, licitum sit in eo
legationis officium exercere. Prohibemus
autem, ut controversiæ, quæ fuerint in
regno illo de possessionibus ejus exortæ, ad
examen extra regnum postorum iudicium
non trabantur, nisi ad Romanam Eccle-
siam fuerit appellatum. Si qua vero scri-
pta contra hujus libertatis statuta appa-
uerint impetrata, vel in posterum, istius
concessionis mentione non habita, contige-
rit impetrari: nullum tibi, vel ipsi re-
gno circa hujus prærogativæ concessionem
præjudicium generetur. Præterea liber-
tates, & immunitates tibi, vel eidem re-
gno, vel Ecclesiis in eo constitutis, a præ-
decessoribus nostris Romanis Pontificibus
indultas, & hactenus observatas, ratas
habemus, & illibatas futuris temporibus
statuimus permanere. Nulli ergo hominum
liceat paginam nostræ constitutionis & pro-
hibitionis infringere, vel ei aliquatenus
contrariare. Si quis autem hoc attentare
presumpserit: indignationem omnipotentis
Dei, & beatorum Petri & Pauli Aposto-
lorum ejus se noverit incursum. Datum
Laterani tertio Idus Martii, Pontifica-
tus nostri anno primo. Hactenus privile-
gium concessum a Clemente Papa Sco-
torum Ecclesiæ, ipsique Regi. Quod autem
eadem litteras Romæ datas intellexisti:
scias pacem initam inter Clemen-

tem Papam atque Romanos. Quibus au-
tem conditionibus transegerit cum ipsis,
æstantibus odio in Tusculanos: audi e-
jusdem temporis auctorem Rogerium ista
scribentem:

Electo & consecrato in summum Ponti-
ficem Clementem domino Prænestino Epi-
scopo, videlicet, ut moris est, Pisis, ubi
bonæ memoriæ Gregorius Octavus migra-
vit ad Dominum ex hac luce, misit idem
dominus Clemens sine ulla mora Legatos
suos ad cives Romanos, ut inter se & il-
los pax deberet firmissima reformari. Di-
scordia siquidem concepta est occasione Tu-
sculanæ civitatis, scilicet propriæ domi-
ni Papæ, per decem miliaria distantis ab
Urbe, quam Romani guerra insatiabili,
ut eam sibi subicerent, impugnabant: &
etiam occasione confictus, qui fuerat in-
ter Romam, & Tusculanum, per quem
plus quam quinque millia Romanorum eo-
dem die gladio perierunt, a tempore A-
lexandri Papæ, usque tempora prædicti
Clementis inter Ecclesiam duraverat & Ro-
manos. Legati autem cum venissent ad Ur-
bem, induxerunt Romanos, ut tamquam
filii benigni ad patrem suum spiritualem
corda sua converterent, ipsumque ut pium
patrem redeuntem ad eos devotissime cura-
rent recipere, ac fierent de cætero unum
sicut condecabat. Quibus responderunt in
hæc verba Romani: Hoc quia sanctum &
dignum est, ardenti desiderio, etiam plus-
quam dominus, & pater noster, sicut ve-
ri & humiles filii (omni mora sublata)
fieri præoptamus, ita tamen, si damna
nobis emendare, & injuriam simul, & ve-
recundiam, quam occasione guerra Tuscu-
lani sustinimus olim cum patribus no-
stris, & adhuc sustinemus, nobiscum pa-
riter voluerit vindicare, & ad impugnan-
dum Tusculanum si necesse fuerit, milites
suos in expensis propriis mittere, si pax
ad honorem Urbis per subiectionem, &
tributum annuum in scriptis redactum a
Tusculano solvendum Urbi, non poterit
inter nos reformari. Si etiam Tusculanum
ad voluntatem nostram faciendam trade-
re nobis promiserit, si post refutationem
ineunda pacis secundum antedictum teno-
rem inter nos, & Tusculanum, aliquo die-
rum poterit Tusculanum habere. His itaque
& quibusdam aliis libertatibus tandem a
supradicto Clemente Papa Romanis conces-
sis idem Clemens accessit ad Urbem, de
qua extiterat oriundus, &c. Extat di-
ploma Senatus de concordia, quam tunc
cum Clemente Papa iniit, quibusdam con-
ditionibus servandis appositis: quod hæ-
tenus in Vaticana bibliotheca asservatur
in volumine Cencii Cameralis: sic enim
se habet:

Sanctissimo Patri & domino Clementi
Dei gratia summo Pontifici, & universa-
li Papæ Senatus populusque Romanus sa-
lu-

XXII.
Pax in-
ter Pap.
& Rom.
damno
Tuscula-
nor.

XXIII.

Senatus
Rom. cum
Clem.
Papa con-
cordiani
iniit.

XXIV.

litem, & fidele cum subiectione servi-
tium.

Dignitas Senatus populique Romani in
optimum statum roboratur, & Reipubli-
cæ nimium confert, si pacis concordiam
inter sacrosanctam Ecclesiam, & inclytam
Urbem firmiter stabilitam, & ad postero-
rum memoriam solemniter scripturarum exa-
ratione reducimus, ne forte per negligenti-
am, vel socordiam inestimabiliter pacis
veritas temporis lapsu depereat, quæ suæ
excellentiæ prærogativa ab omnibus est
tam colenda, quam perpetuis temporibus
observanda. Per abundantiam namque
pacis, auxiliante Deo Patre, crescit de-
fensio, & Romana Ecclesiæ atque Urbis
egregiæ dignitas conservatur illasa. Hic
agrorum fertilitas procreatur, quæ in u-
sum humanæ vitæ multiplici commoditate
porrigitur, per quam equidem nobis,
& vobis, cæterisque illam conservantibus
utilitates, & lucra generantur quampluri-
ma, & hostibus nostris, vestrisque ma-
le merentibus digna præparantur exitia.
Proinde piissime in Christo Pater & domi-
ne, tenores ejusdem pacis ad perennem
rei memoriam per præsentem Senatoriæ di-
gnitatis paginam de certo amplissimi or-
dinis sacri Senatus, & aliorum quampluri-
morum, tam sapientium, quam multorum
prudentium virorum consulto duximus ro-
borandam, & vobiscum taliter componen-
dam, videlicet: Ad præsens reddimus vo-
bis Senatum, & Urbem & monetam; ta-
men de moneta habebimus tertiam par-
tem, sicut inferius continetur. Item Ec-
clesiam B. Petri absolutam reddimus, &
Episcopatus, & alias Ecclesias obli-
gatas pro guerra reddimus absolutas, hoc
modo, quod de tertia parte moneta,
quam Senatus habebit, singulis annis ex-
onerentur, donec tota pecunia, pro qua
obligata sunt solvatur, & sicut fors mi-
nuetur, ita minuatur usuræ pro rata
parte.

Reddimus omnia regalia, tam intra,
quam extra Urbem, quæ tenemus, præter
pontem Lucanum, quem tamen, non re-
futatis his quæ alii tenent, non facie-
mus vobis contrarium. De Capitaneis si-
militer, salvo quod ex eis infra scri-
ptum est, defendemus omnes dignitates,
& honores Urbis, ad opus, & utilitatem
vestram, & Romanæ Ecclesiæ; & tam-
nos Senatores, quam alii Senatores, qui
erunt per tempora singulis annis, jurabi-
mus fidelitatem & pacem vobis & succes-
soribus vestris, sicut consuetum est, &
faciemus, quod omnes perdentes, susce-
ptis emendationibus, sicut concordatum
fuerit, faciant inde refutationem per
publicum instrumentum vobis, successoribus-
que vestris, & Romanæ Ecclesiæ. Et quo-
cumque modo Tusculanum dirui contige-
rit: nihilominus omnes possessiones, & te-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

nimenta ejus intus & extra cum omni-
bus bonis & rebus eorum sint in jure &
potestate Romanæ Ecclesiæ. Vos autem da-
bitis Senatoribus, qui erunt per tempora,
beneficia, & presbyteria consueta. Item
Judicibus, Advocatis, & Scriptariis a Ro-
mano Pontifice ordinatis, & officialibus
Senatus presbyteria consueta dabitis. De
perdentibus autem res eis ablatas per
masnadam Romani Pontificis, & forisfa-
ctores, & Tusculanenses per guerram, sicut
promissum est a vobis, per concordiam
emendabitis, salvo exceptionibus a vobis
factis, quibus dependentibus, observabi-
tis conventiones a vobis factas, sicut cum
eis convenistis, & dependentes observa-
bunt vobis conventiones ab ipsis factas si-
sicut vobiscum convenerunt, & dabitis
singulis annis pro restauratione murorum
hujus excellentissimæ Urbis C. libras bo-
norum proventuum de Tusculano. Sic
fiet, quocumque modo ad manus nostras
devenit, infra dimidium annum omnes
muros & carbonaria civitatis, & Roc-
cæ Tusculani, & suburbiorum dabitis no-
bis ad diruendum, quos & quæ nunquam
reficietis, nec refici facietis in vita ve-
stra, retentis & salvis tam vobis, quam
successoribus vestris, & Romanæ Ecclesiæ
omnibus possessionibus, tenementis, & per-
tinentiis ejusdem Tusculani intus & ex-
tra. cum hominibus, rebusque eorum. Quod
si hinc usque ad Kalendas Januarii dictum
Tusculanum ad manus nostras non vene-
rit, tunc excommunicabitis Tusculanos,
& per fideles vestros de Campania, & de
Romania cogetis eos perficere de Tuscula-
no, quod dictum est supra, cum adjuto-
rio nostro.

Propter hoc autem nos Senatores pacem
& securitatem vobis, & Episcopis, &
Cardinalibus, totique Curie vestræ, &
euntibus ad Curiam, & moram facienti-
bus, & redeuntibus jurabimus, salvis ju-
stitiis Romanorum, quas petent bona fide,
sine malitia: & insuper vos eligetis per
singulas contradas universarum regionum
Urbis decem viros sine malitia, de quibus
nos Senatores faciemus vobis jurare, quæ a
Romana Curia habere consueverunt. Et
si plures hanc pacem jurare voluerint, nos
Senatores permittemus. Si ad defensionem
patrimonii beati Petri Romanos vo-
caveritis; ipsi ibunt cum expensis, quas
prædecessores eorum a Romana Curia ha-
bere consueverunt. De Capitaneis sit sal-
vum Urbi, & populo Romano quicquid ab
eis conventum est, & permissum Romæ per
scriptum, & juramenta, ac * plevarias,
& * stararias, ac præcones, salva pro-
prietate Romanæ Ecclesiæ, quam de Præ-
nestina civitate habet, & salvo hominio
Capitaneorum, quod debent vobis & Ro-
manæ Ecclesiæ. Tibur non recipietis ad
de-

Pacta
conventa
contra
Tuscula-
nos.

XXV.

detrimētum & damnum Urbis; sed si Tiburtinos impugnare voluerimus, non facietis nobis contrarium. Monetam facietis fieri intra Urbem ubi vobis placuerit, de qua tertiam partem dabitur Senatoribus per tempora. Si nos p̄cepto vestro guerram alicui fecerimus, & propter hoc nobis aliquis contrarium fecerit: iuvabitur nos inde, atque defendetis, cum adiutorio nostro. Omnia supradicta vos & universi Episcopi, & Cardinales Romanae Ecclesiae pro vobis, & successoribus vestris promittetis observare Senatori, populoque Romano in perpetuum. Et nos Senatores, & universus populus Romanus promittimus pro nobis & successoribus nostris omnia ista observare vobis & toti Curiae, successoribusque vestris in perpetuum. Haec omnia bona fide & sine fraude ab utraque parte observentur.

XXVI. Ut autem compositio ista perpetuis temporibus illibata consistat, eam decreto Senatorum confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communitus. Auctoritate itaque omnipotentis Dei, & magnificentissimi ordinis Senatus edicto firmiter precipimus, ut nullus nosler concivis, amicus vel fidelis, contra haec, quae per scripta firmiter stabilita sunt, aliquo modo venire praesumat, si amorem, & bonam nostram voluntatem habere desiderat: alioquin iram amplissimi senatoris & metuendi populi Romani gravissime incurrat & odium. Actum XLIV. anno Senatus, Indictione VI. Menis Martii, die ultima. Haec pacta inita, quae postea abrogata fuere. Quomodo autem secuta sit desolatio Tutulanæ civitatis, dicturi sumus inferius suo loco.

XXVII. Hoc eodem tempore Gaufridus monachus S. Bernardi rogatus ab Episcopo Cardinali Albanensi, ut res gestas in Gallia in causa Giliberti Porretani coram Eugenio Papa scriberet; copiosissime satisfecit. Scriptam enim ab eo de his epi-

stolam recitavimus superius, ubi contigit de eadem controversia haberi sermonem. Post hæc idem Gaufridus eundem Cardinalem reddidit certiore de ventilata nuper in Galliis quaestione, afferentibus aliis, in sacrosancto Missæ sacrificio aquam vino mixtam mutari in Christi sanguinem, aliis vero negantibus. Quod enim utriusque partis increbruscitibus studiis periculolum esse posset, ne (ut solet accidere) in his obstinatio pareret hæresim: de his consulendam Apostolicam Sedem more majorum Gaufridus existimavit, hanc ad eundem Cardinalem scribens epistolam:

Anantissimo domino & patri A. Dei gratia Albanensi Episc. & Domini Papæ Vicario, Frater Gaufridus de Claravalle minimus, id quod est.

Quia semel cepti, loquar ad dominum meum super verbo etiam altero, cum vobis opportunum fuerit, vestrum desiderans obtinere responsum. Ad partes enim Galliae, sicut nobis, hoc anno cum vestra benedictione reversus, novam, & mihi hactenus inauditam ventilari inter aliquos reperi quaestione de substantia aquae, quae vino mixta in calice similiter offertur, & an & ipsa similiter cum eodem vino in sanguinem Domini convertatur. Nec mediocris est inter modernos Theologos super eadem quaestione dissensio, negantibus aliis, aliis affirmantibus, totius liquoris mixti, sicut panis, qui ex simila & aqua similiter conficitur, unam fieri transubstantiationem. Et affirmantium quaedam assertio est, nullatenus esse credendum, quod in calice Domini parum fuerit vinum, praesertim cum in regione illa sic habeatur in usu commixtio aquae, ut de (a) Sapientia quoque legatur, quia miscuit vinum: nec nisi mixtum in illis maxime regionibus facile soleat propinari. Ajunt etiam, quod dum substantia aquae, quae ad conficiendum

Novæ hæresi occurrit Gaufrid. Monachus Cisterc.

XXVIII. Consultatur A. post. Sedes de orta controversia.

(a) Prov. 9.

Ita Cardinalis eruditissimus, Joannes, qui ab Episcopatu Pictaviensi ad Archiepiscopatum Lugdunensem translatus fuerat, vulgo ad Albas manus appellatus, de quo suo loco egimus, aliquot post annos quam Ordinem Cisterciensium, dignitate deposita, amplexus est, anno sc. MCCII. eandem quaestione Innocentio III. proposuit, huiusque petitionis occasione ab hoc Pontifice emissæ celebris illa Decretalis de celebrat. Miss. cap. VI. cum Martha, quam Manricus eo anno cap. r. & seq. in Annalibus Cisterciensibus fufe explicat, atque, licet Pontifex nihil definit, probabiliorem tamen censuisse sententiam Henrico Card. Albanensi currenti anno propositam, nempe quod aqua immediate transit in sanguinem; quæ Gaufridi memorati sententia fuerat, quæque Baronio probatur, qui tamen in eo aliquantum excessit, quod dixerit, hunc totius Ecclesiae perpetuum sensum semper fuisse, contra quem nulli liceat opinari. Ex quo cum ali-

dum panem miscetur simila, post consecrationem aqua non maneat; incongruum fore videtur, ut mixta vino similiter in consecratione non mutetur. Postremo, cum elementa quatuor, ignis, aeris, aquae, & terra supernus artifex sic conjunxerit, ut non tam elementa simplicia, quod ex eis elementata sunt quæ videntur, si ab illa mutatione excipere cœperit, alius ignem, alius aerem, alius terram, sicut isti aquam excipiunt: non mediocris inde confusio consequetur. Igitur circa hoc & huiusmodi affirmantium conversionem totius mixti liquoris, qui in calice continetur, in sanguinem Domini, rationato studiosa versatur. Auctoritates etiam quasdam protulere, quas praesentis scripturae consummationi duximus reservandas. Nam qui eis super hoc adversantur, ex nullis antiquorum, siue etiam modernorum scriptis tam evidentiæ testimonia protulere suæ assertionis: ceterum innituntur potissimum uni verbo, quod principales Sancti in duabus speciebus panis, & vini, consecrationem perfici perhibentes, nullam in verbo illo alicuius diversæ speciei, nullam aquæ fecerint mentionem. Ad quod respondetur eis, quod non consueverunt homines mixturam vini & aquae, nec si quantitas aquae praevaleret, aquam nuncupare, sed vinum. Præterea calicem Domini legitur accepisse, non vinum, quamvis continens Evangelista posuerit pro contento. Sacerdos quoque cum Missam celebrat, quid dicere soleat attendendum: Similiter postquam cœnatum est, accipiens & hunc sacrosanctum calicem (in quo videlicet continetur vinum mixtum aqua) benedixit, & dedit Discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus, &c.

XXIX. Dicunt aliqui, qui sub magistro Petro Lombardo, dum adviveret, studuere, quod nunquam eos docuerit aqua mutationem: Sed quod eam negaverit, neminem audio profitentem. Nam & in libro Sententiarum ejus super eodem sacramento auctoritates plurimæ continentur, quarum aliquas, ajunt illi, pro parte sua: sed nec soluta, nec saltem proposita in ejus codice eadem quaestio reperitur. Opponunt iidem auctoritates, in quibus nihil legitur de mutatione aquae in sanguinem, & huic verbo potissimum innituntur, quoniam per Apostolos, ad significandam plebem uniendam Christo, misceri iusta est aqua vino. Et respondetur eis, quod auctores, qui non astruunt commutationem, non tamen negant, & proferunt testimonia de Scripturis, in quibus & idem ipsi, siue alibi reticent, siue etiam alibi Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS aliqui recentes Theologi ansam sumpserint, Baronii propositionem censuræ non inurere,

vini mixti mutationem evidentius asseruerant. Cyprianus (a) martir: Calix (a) Cypri. Domini non est aqua solum, vel vinum ep. 63. solum, nisi utrumque misceatur; sicut nec corpus Domini potest esse farina sola, vel aqua sola, nisi utrumque fuerit adunatum, & panis unius compage solidatum. Idem (b) Cyprianus: Si quis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non hoc servavit, quod Dominus noster facere exemplo & magisterio docuit: potest simplicitati ejus, indulgentia Domini, venia concedi, non potest vero nobis ignosci, qui nunc a domino instructi sumus, ut calicem Domini cum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus. Hieronymus (c) in Hier. in Marcum: Format sanguinem suum in calice, vino & aqua mixtis, ut alio purgemur a vitis, & a culpis alio redimamur & pœnis. Ambrosius (d) in libro de sacramentis: Sermone Christi hoc conficitur sacramentum, quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calice mixtum fit sanguis consecratione verbi caelestis. Augustinus (e) de Baptismo: Unde & aqua mittitur in calicem, fit sanguis consecratione verbi caelestis. Paschasius: (f) Aqua consecratur, non quod aqua permaneat, sed vertitur in sanguinem. Hildebertus (g) Cenomanensis: Aqua in sanguinem vertitur, ut populus, qui per aquam figuratur, in melius se mutatum intelligat. Algerus: (h) Sed licet in mensa Domini tria constituentur munera, sunt tamen duo: per quam sacrificatur, est aqua mixta prius vino; sed quando sacrificatur, non nisi sanguis erit, quo anima intus alatur. Ceterum pars adversa auctoritates priores utcumque permittit, dicens vinum, quod aqua mixtum est, sed non propterea aquam mutari. Testimonium vero Paschasii quod evidens est, eadem pars contemnit, licet magnum ipsius B. Papa Gregorius in libro (i) Dialogorum perhibeat testimonium sanctitati. Sicut Hildebertum ajunt versificatorem fuisse, non Ecclesiasticorum dogmatum assertorem: de Algero dictum: Nescimus hominem; ipsius tamen nullum adhuc comperi librum, & Sancti, vel cuiuscumque doctoris auctoritatem similiter suffragari. Ac proinde placeat vestra dignationi, cum dominis nostris fratribus vestris super hoc verbo, cum opportunum tempus affuerit, diligenti collatione tractare; ut auctoritas S. R. E. definit, quid super hoc credi debeat, vel doceri. Hæc Gaufridus. Quid autem rescripserit ad petitam consultationem Cardinalis Episcopus Albanensis, non invenimus: sed aliud

ibidem a Manrico ea solide defenditur.

PAGIUS A num. XXVII. ad XXX. Hoc tempore, qua occasione incertum, in Galliis cepta est disputari quaestio de conversione aquae, quæ calicante consecrationem infundi solet; an sc. immediate transeat in Christi sanguinem non secus ac vinum, etiam si in eum liquorem non sit converta; an maneat mixta speciebus vini substantia aquæ post verba prolata, non unquam in aliam transitura. Delata a quibusdam ad Gaufridum olim Sancti Bernardi secretarium, tanquam ad judicem controversia, isque Henricum Albanensem Episcopum hoc anno in Gallia Sanctæ Sedis Legatum consuluit literis a Baronio recitatis, quibus hæc verba ipse subiungit: quid autem rescripserit ad petitam consultationem Cardinalis Episcopus Albanensis, non invenimus; sed aliud rescribere non potuisse certum est, quam quod credit, & custodivit semper Sancta Romana Ecclesia, nimirum, aquam simul & vinum transubstantiari in sanguinem Christi.

Ad

CHRISTI
1188.

CLEMENTIS III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 34.
ISAACII ANG. IMP. 3.

aliud rescribere non potuisse, certum est, quam quod credidit, & custodivit semper S. R. E. nimirum, aquam simul & vinum transubstantiari in sanguinem Christi.

XXX. Interea Jerosolymis vita fungitur qui nationis Græcorum illic præerat Patriarcha Athanasius, & arbitrio Græcorum Imperatoris subrogatur Leontius. Reperimus autem Athanasii hujus scriptorum monumentum, nempe litteras ad Georgium Corcyræ Episcopum redditas, cum primum has ad eum ipse Georgius litteras dedisset: quas ambas continet codex Metianus citatus sæpe superius:

Georgius Metropolita Corcyræ ad sanctissimum Patriarcham dominum Athanasium Jerosolymorum.

Jerusalem, Jerusalem! numquam aequidem tibi dicere, quæ occidis Prophetas, & quæ lapidas eos, qui ad te missi sunt; hoc enim dicere, solius erat Dominicæ (a) illius vocis, & divinæ proferentis eloquia. Dicam igitur, quoties volui colligere meipsum, & omnium quæ hic apud nos sunt oblitus, recurrere ad sanctissimum istum verticem tuum, & celsitudinem tuam, ut viderem & scrutarer ea, quæ in te sunt mirabilia? cum multa certe illa sint, & terribilia; & ut convenire Patriarcham tuum, verum videli-

(a) Matt. 23.

PAGIUS Ad num. XXX. & seq. Præter Patriarchas Latinos, qui Ecclesiæ Jerosolymitanæ præerant, alii a Græcis instituebantur, & Athanasio Patriarcha Jerosolymitano Græco demortuo Leontius, qui Patriarcha Constantinopolitanus fuerat, in ejus locum subrogatus est; sed Athanasius ante annum MCXCIII. a Græcis Patriarcha Jerosolymitanus constituitur non potuit, ut ex dicendis ibidem constabit. Quare Epistola Georgii Metropolitæ Corcyræ ad Athanasium Patriarcham Jerosolymitanum, & hujus ad illum responsum, quæ hic a Baronio recitantur, ad illum Christi annum revocanda.

XIV. Moritur Radulphus Nigellus Card.

Hoc anno, ut narrat Gervasius in Chron. pag. 1537. Radulphus Cardinalis cum literis Clementis III. datis Laterani IV. Idus Decemb. pontificatus ejus anno primo in Angliam Legatus directus est ad decidendas controversias, quæ versabantur inter Monachos Cantuarienses & Balduinum Archiepiscopum; sed cum Legatus pervenisset Papiam & prædictas Domini Papa literas Archiepiscopo præmississet, nimia confectus abstinencia, & ex insolito itineris labore fatigatus, decidit in lectum apud Mortiers, & infra dies X. defunctus & sepultus est. Est is Radulphus Nigellus, cujus creationis mentionem facit Baronius an. MCLXXXIV. num. 1. quo ea peracti. Scriptores Historiæ Cardinalium annum mortis ejus ignorarunt; sed ex laudatis verbis intelligimus, eum anni sequentis initio e vivis abiisse.

XV. Legatio Germanicæ Jordani Card.

In Germaniam vero Jordanus de Ceccano Presbyter Card. Sancti Prudentianæ tit. Pastoris Legatus missus est, ut testatur Joannes de Ceccano in Chron. ubi ad hunc annum scribit: Dominus Jordanus Abbas fossa nova IV. Idus Martii ordinatus est Diaconus Cardinalis IV. Nonas April. consecratus est Presbyter Cardinalis

cet virtute inaccessibilem, & incomparabilem, & qui immortalis memoriæ jam bene refert præmia. Sæpe id certe facere volui, & magno desiderio flagravi, & quasi ignis quidam divini amoris in corde accensus est meo: repulsus sum tamen ab operis executione: voluntas enim & impetus vehemens desiderii mei ad alia longe conversus est. Ecce enim vincula quædam immobilitatis (ut ita dicam) pedes meos in cubili quasi clavis quibusdam confixerunt, nec valeo aliquo pacto morbi improbitatem & malitiam superare, nisi tuarum precum & benedictionum virtus immensa & insuperabilis mihi opem ferat, o vir diviniſſime, & solus carnis mee vinculis, rectum me statuat. Et quemadmodum Princeps Apostolorum claudum illum ad Spectosam portam; ita etiam tu Corcyræ Metropolitam tuam, capta ejus manu, tecum illum venire facias cum confessione laudis & exultationis in sanctam Sion, quæ cælum imitatur, & est ejus imago quedam. Hæc singulis diebus vitæ meæ Deum oro, & deprecor, quinimo bona etiam teneor spe, me non omnino casurum ab eo, quod animo cupio. Toto autem corde, & toto ore aures audientium impleo gratiarum actionibus pro sanctitate tua, quod nos tuis adorandis litteris boras, & quasiunculis quibusdam perfectam

tit. Pastoris sanctæ Pudentianæ. Mense Junii missus est in Legatione Alemannia. Tum ad annum sequentem: Jordanus Card. reversus est de Legatione Alemannia, & applicuit Ceccano in vigilia S. Petri IV. Kal. Julii. de eo infra sermo erit.

Sanctus Gilbertus fundator Ordinis Sempringhamensis in Anglia pridie Nonas Februarii obiit, annoque MCC I. ab Innocentio III. in Sanctorum numerum relatus est, ut in utraque ejus Vita ab Authoribus Anonymis scripta quæ extant in Actis SS. Bollandianis ad diem IV. Februarii dicitur Verum quidem est, in utraque hanc mortem cum anno sequenti connecti, sed Bromptonus in Chron. & Hovedenus pag. 649. in parte posteriori, qui hoc tempore vixere, eam hoc anno recitant, & non constat de tempore, quo uterque Bibliographus floruerit. Quod enim prior canonizationem ejus non memorarit, non sequitur, ut putavit Henschenius, eum ante Canonizationem vitam illam edidisse. Sed quidquid de anno ejus emortuali sit, in fundando suo Ordine Sanctum Bernardum adiit, & ejus consiliis in suo proposito roboratus piii captis insistere non cessavit, ut inquit Neubrigenis lib. 1. cap. 16. qui addit: Servorum Dei duo, & ancillarum Dei octo non ignobilia construxit monasteria, quæ & numerosis replevit collegiis, & juxta datam sibi sapientiam regularibus ordinavit instituit. Et quidem circa servos Dei instituendos abundavit indulta ei divinitus gratia, in sollicitudine faminarum. Quippe in hac parte meo judicio palmam tenet inter omnes, quos instituendis regendisque feminis religiosam operam impendisse cognovimus, &c. Vocatur a Bromptono fundator alborum Monachorum Ordinis de Sempringham. Hoc

XVI. Obitus S. Gilberti fundatoris Ordinis Sempringhamensis.

XXXI. Athanasii Græcorum Patriarch. Jerosolym. ep.

Etiam nobis reddis consolationem. Præcurrit autem mihi veritatem quam dico, suavis ille odor olei nardini, quod a te mihi missum est, licet illud integrum non acceperim, sed paucas quasdam guttas, quæ ab eo, qui illud nobis attulit, servatæ sunt. Litteræ vero tuæ (bone Deus) ut pulchra, ut jucundæ, ut benedictionibus plena? Sanctificavit enim me, dum videam illas tantum, dum tangam; & dum applicantur, gravem dolorem sceti pedis mei minuunt. Vivat itaque celsitudo divine virtutis tuæ ad multos annos, humilibus quidem te humilians, & dolorem omnem auferens eorum, qui in hujus vitæ rerum vanitate affixi sunt, & a vera lætitia procul absunt. Vera autem lætitia illa est, ambulare scilicet in via divinarum justificationum, & vivere juxta Evangelicæ præcepta: quorum tu optimus operarius, lucens in mundo instar luminaris, quod mundum universum illuminat ab extremis partibus usque ad extremas. Hastenus ad Patriarcham Græcorum Athanasium Georgius, ad quem ille ista rescripsit:

Responso domini Athanasii Patriarchæ Jerosolymorum ad Georgium Metropolitam Corcyræ.

Jerusalem, Jerusalem! utar etiam ego (diviniſſimum mihi caput) eodem proximo, quo usus es tu in pulcherrima epistola tua; licet non eodem argumento. Jerusalem igitur, Jerusalem fuit quidem aliquando edificata ut civitas, cujus participatio in id ipsum: nunc vero, juxta beatum Isaiam, (a) deserta & eversa a po-

(a) Is. 1.

PAGIUS Hoc anno, vel era MCCXXVI. ut habet Lucas Tudensis hujus temporis Scriptor Ferrandus Legionis Rex e vivis excessit. Toletanus lib. 7. cap. 23. ait: Rex Ferrandus annis triginta uno in regno feliciter consummatis obiit Beneventi (quod oppidum in regno Legionis situm) era MCCVIII. sed numeri hi manifeste corrupti, legendamque, MCCXXVI. Successit ei filius ejus Alphonsus seu Alphonsus hujus nominis IX. quem Toletanus dicit fuisse hominem pium, & strenuum.

XVIII. Algrubia & Sylvia urbs Sarraenis crepta.

Referunt Annales Portugalenses, cum hoc anno Anglorum, Flandrorum, Frisonum & Danorum Classis in Tagum Fl. ingressa esset, Sanctium primum Portugaliz Regem eis persuasisse, ut secum adversus Infideles pugnarent, & valida illa classe adjutum Algrubiam cum urbe Sylvenſi, quæ ad promontorium Sacrum posita, in potestatem redegit. Hæc urbs, quæ hodie quadraginta tantum incolæ habet, ut notat Mendez Sylva in sua Populatione Hispaniæ lingua vulgari scripta, hoc tempore celeberrima erat. Hinc expeditionem & Sylviæ expugnationem accurate describit Radulphus de Diceto ad annum MCLXXXIX. pag. 646. aitque, circa dies istos Sylviæ civitatem magniſſimam, & virorum ad paginam aptorum refertam, subactam fuisse VIII. Idus Septemb. ac Portugalensem Episcopum die Nativitatis B. Mariæ Meſquitam in honorem B. Virginis

CHRISTI
1188.

CLEMENTIS III. PAP.
I.

FRIDERICI IMP. 34.
ISAACII ANG. IMP. 3.

pulis alienigenis, ut civitas jam depopulata, ut tabernaculum in vineis, ut pomorum custodia, & in parvis reliquis habitatorum, in salo sita, & quotidie undis agitata, & jactata tempeſtatibus frequentibus, agitationibus, & fluctibus mariorum. O innumerabilia peccata mea! o divinum, & justum judicium! A quo constitutus sum ego indignus deplorator hujus throni, qui mihi forte datus est, ut initium faciam lamentationum erga te, dilectum mihi caput: nihilominus veneranda litteræ tuæ reverendiſſime domine mi, in memoriam revocant miseras quæ nos angunt, tum ab impiis hominibus, tum ab irreligiosis, dum utriusque contendunt banc infelicissimam Sion sedem occupare, qualiscumque ea sit, non tamen propter ipsam Sion, sed propter lucrum & proventus. At utinam pereat hujusmodi avaritia & lucri cupiditas, & primus ejus inventor & autor. Et hæc quidem dicta nobis sunt, quasi memoriale quoddam compassionis, & commiserationis, pro ea quæ nos provocat commemoratione turum miseriarum, quibus tua affligitur fraternitas. Tu vero homo Dei, & meæ exiguitatis indefessus laudator, & multarum (ut ita dicam) artis laudandi scilicet, legum transgressor, præ nimia & vehementi erga nos dilectione, certo scis, quod pro sola bona animi tui propensione retributiones magnæ apud divinum benignitatem tibi sunt repositæ. Confite itaque, venerandum mihi caput, quod tibi, ac si venisses ad hæc nostra sancta loca, & orationes, & preces Domino fulisses in tabernaculis Domus



dedicasse, & ibidem Episcopum præfuisse. Cum vero tam Nungius in Chron. quam Garibajus lib. 34. cap. 16. Sylviæ expugnationem in annum sequentem differant, ea ad illum pertinere videtur.

Hoc tempore sexto Joachimo Abbate Curatii Monasterii Ordinis Cisterciensis in Calabria cisteriensi ac diocesi Miterani positi a suis Cisterciensibus exagitato, quasi divinationibus superfluis & fictis, quæ ad ipsum non spectarent, diffunderetur, res ad Clementem III. delata est, qui literis Laterani, sexto Idus Junii, Pontificatus sui anno primo datis, & a Jacobo Græco Florenti Monacho, & Joachimi Vitæ Scriptore cap. 4. relatis, eum hortatus est, ut Expositionem Apocalypsis, & Opus Concordiæ judante Lucio III. inchoata, & postmodum mandante Urbano III. ejus successore compoſita, compleret, & diligenter emendaret, ac postea discussioni Apostolicæ Sedis & judicio se præſentaret. Quare Joachimus Curatiensis Abbatiz renunciavit, & ut injunctum opus ad debitum finem perduceret, alio migravit. Hinc ut opinor, inquit Manricus, in Annal. Cisterc. hoc anno cap. 4. num. 2. originem coeperunt longa Joachimi diffidia cum Cisterciensibus, ultra mortem producta, ipſo institente novam Congregationem a Cistercio diviſam, atque Florentem a primo ejus cœnobio cognominatam, & nostris in cum

XIX. B. Joachimus Abbas a suis Monachis vexatus.

CHRISTI
1188.CLEMENTIS III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 34.
ISAACII ANG. IMP. 3.

mus Dei in medio Jerusalem, ita computabitur ab eo, qui corda & renes scrutatur summo bonus Judex. Tantum ferenda fer, & gratias agendo gratias age, & jam audi divinas voces, quæ tibi pollicentur, quæ dico in fide & charitate. Benedicat (a) tibi Deus, qui fecit cælum, & terram. (b) Benediximus etiam

(a) Ps.
133.
(b) Ps.
117.

PAGIUS eum acriter invecit, quasi in male scribentem de Trinitate: atque accusantibus in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. recens defuncti libros, quod ipse vivens videtur prophetasse. Ita Manricus, qui fuit Ordinis Cisterciensis in Hispaniarum Observantia Generalis. Porro Joannes Græcus loco citato cap. 3. vocat castrum *Sylani*, in cujus territorio *Curatium* situm, patriam suam, & se ipsum *Sylanaum* appellat.

XX. Inter hæc *Joachimus* in deserta *Silæ* secedit, & monasterium de *Flore* dictum construit; incertum tamen an statim a Cisterciensibus deservit. Crevit deinceps Florense monasterium, Regum *Siciliæ*, Ducumque *Calabriæ*, atque Imperatorum munificentia, illique cetera ejusdem Congregationis cœnobio subjecta esse voluit *Joachimus*, postquam Cistercienses reliquit. *Gabriel Barrius Franciscanus*, qui libros *V. de Antiquitate & situ Calabria* patriæ suæ scripsit, in *Vita Abbatis Joachimi*, quæ una cum ejus Operibus Venetiis excusa fuit, memorat his verbis ejus discipulos: Ex *Canobitis* ejus, qui ipso (id est, *Joachimo*) vivente, docenteque, ipsius magisterio floruerunt, hi sunt. *Peregrinus*, & ejus frater *Bonatus*, quibus futuræ, & proximas revelavit tribulationes. *Luceus*, ejus *Scriba*, qui postea *Episcopus Cosentinus* fuit. *Gerardus Abbas Joannes*, & *Nicolaus*, quorum alter *Abbas*, monasterii *Curatii* fuit, alter istius vices gerebat. Item *Mattheus*, qui post *Joachim* *Abbas Florensis* fuit, & postea *Tarentinus Episcopus*: *Rogerus diaconus Ecclesia Sancta Severina*; *Petrus & Nicolaus*, qui omnes *Sanctæ Vita* exiterunt. Denique *Gregorius Lurus Sagitariensis*, *Abbas*, Ordinis Cisterciensis, in *Apologia beati Joachimi* pag. 303. refert *Matthæum Guerram*, post probatam in Concilio Tridentino operam suam, propter egregiam qua excelluit Theologiæ, Canonumque peritiam, Fundanum creatum *Episcopum*, indeque ad *Episcopatum Sancti Marci* in *Calabriam* patriam suam translatus, in suis super *Psalterium beati Joachimi Notulis MSS.* hæc de eo scribere: Ego *Matthæus Guerra scripsi*. *Abbas Joachim compatriota meus Calici natus* (locus distat a civitate *Consentina* quatuor milliaribus) *Monachus Cisterciensis*, *Institutor Ordinis Florensis in vita*, in morte, & post mortem miraculis claruit.

XXI. Nec *Joachimi* Sanctitati officit, quod in *IV. Concilio generali Lateranensi*, sub *Innocentio III.* habito, libellus, quem edidit contra *Magistrum Petrum Lombardum* de unitate seu essentia *Trinitatis*, damnatus fuerit, quia *Joachimus* duobus ante mortem annis omnia scripta sua *Apostolicæ Sedis* judicio approbanda vel corrigenda subjecit, & *Honorius III.* litteris duabus a *Jacobo Græco* cap. 5. *Vitæ* ejus relatis vetuit, ne propter libellum illum in eo Concilio damnatum, ipsi aut *Florensi Ordini* detrahatur. Præterea *Innocentius III.* in *Epistola XCIX. lib. XIV.* data anno *MCCXI.* *Joachimi* demortui honorabilem mentionem facit, & *Albericus Monachus trium Fontium in*

vobis nos e domo Domini, e sancto scilicet Sepulcro, quod Deum continuit, cujus divino lumine illuminamur omnes, & mente & animo, & corde, & miserationibus, & gratia deitatis individua & inconfusa, licet in tribus constet luminibus. Salutate, & amplector te, juxta divum (c) Rom. Paulum in osculo sancto. Et gratia Domini.

Chron. ad annum *MCCI.* ea damnatione narrata, subdit: Tamen cetera *Joachim* opuscula, & vitam ejus religiosam, & morum institutionem & eruditionem, quam in *Florentino* (legendum, *Florensi*) monasterio idem *Joachim* reliquerat, *Papa Innocentius III.* non improbat, sed approbando commendavit. Quæ verba exscripsit *Auctor Magni Chronici Belgici* pag. 210. *Papebrocius* ad diem *XXIX. mensis Maii*, in *Comment. prævio* ad *Vitam B. Joachimi* §. 4. loquens de *Psalterio Decharordo*, ab eo composito, ostendit *Joachimum* magna verborum, exemplorumque claritate *mysterium Trinitatis* doctissime elucidare, ac eas *Scripturas* atque similitudines, quas in *Libello* ut perperam usurpatus damnat *Concilium*, in *Psalterio* nequaquam sic usurpari, ut redargui possint.

XXII. Tertio, non sine magno fundamento suspicantur aliqui, Congregationis *Florensis* inimicos libellum illum sub *Joachimi* nomine publicasse, ut ea aboleretur: an vero aliquid, inquit *Jacobus Græcus* laudatus cap. 5. fuisse appositum in *Opere* illo, antequam *Concilio* presentaretur, De *judicio examinandum* relinquatur. Nam hoc ipsum apertissime idem *Joachim* prædixisse videtur in caput *XI. super Jeremiam*, de qua prophetia mox sermo erit. Certe ordinis *Florensis* inimicos ea *Concilii Lateranensis* damnatione, ut eidem nocerent, usos indicant duæ citatæ *Honorii Papæ* literæ ibidem a *Jacobo Græco* recitatæ, quarum prior ad *Lucanensem Episcopum* directæ, alteraque *Consentino Archiepiscopo & Episcopo Bisiniacensi* inscripta. In priori dicit *Pontifex*, ad audientiam suam pervenisse eum tam *Abbatem*, quam *Monachos ordinis Florensis* de crimine hæreticæ pravitate infamare, & a suis permitti subditis infamari; sumentem occasionem ex *Libello*, quem ejusdem Ordinis institutor edidit contra *Magistrum Petrum Lombardum*: *Fraternitati suæ*, subdit *Honorius III.* per *Apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus Fratres Ordinis supradicti super hæreseos crimine, nec ipse infamare præsumas, nec a subditis tuis permittas, vel aliquatenus dissimules, infamari.* In secundis litteris scribit *Pontifex*, eum qui *saluti hominum* invidet, occasione ejusdem libelli a *Synodo Lateranensi* damnati nonnullos tam *clericos, quam laicos, Prelatos & subditos* concitare adversus *Ordinem Florensem*, exprobrando quod idem *Abbas, qui Pater & Institutor* fuit *Ordinis* eorundem, hæreticus ab *Ecclesia Dei* habetur. Propter quod non solum *simplices Læti* participes a consortio ejusdem Ordinis avertunt; sed etiam fortes, qui uti cibo solido didicerunt, & ad discretionem boni & mali exercitator pro consuetudine habent sensus, circa instituta Ordinis ejusdem incipiunt fluctuare, &c. *Fraternitati vestra* per *Apostolica scripta mandamus, quatenus per totam Calabriam* faciatis publice enunciari, quia eum fuisse virum *Catholicum* reputamus, *Sanctæ fidei orthodoxæ* sectatorem, &c. Prædixerat *Sanctus Abbas* hanc nominis & Ordinis sui diffamationem, ac *Libelli præfati* da-

ma-

CHRISTI
1188.CLEMENTIS III. PAP.
I.FRIDERICI IMP. 34.
ISAACII ANG. IMP. 3.

mini nostri *JESU Christi* sit semper tecum. Amen. Hactenus *Athanasii* litteræ,

postremæ *Græcorum* ejus sedis lamentationes.

Se-

PAGIUS Se & suum ordinem a quibusdam Monachis vexandum prædixit.

mnationem, in *Opere* suo super *Jeremiam* cap. *XI.* juxta interpretationem *Jacobi Græci*, quam & aliqui *Cistercienses* amplectuntur: *Libellum scandali* ponent, inquit *Joachimus*, ut *scram doctrinam* extinguant, & nomen *Doctores* cui revelabitur, *sententia domini*, evertant (is *Doctores* est *Joachimus* ipse, qui *Danielis* prophetias enodavit ad caput *XII. Apocalypsis*, & alibi), futurum est enim ut *Summus Pontifex* veritatem insinuet, ut unus moriatur, id est, *damnetur doctor pro populo*, & non tota gens pereat in errore. Sic *Sedecebas* contra *Jeremiam* insurgit, *damnat librum*, scindit *Trinitatem* ab unitate, & *scalpello* scribe *sententiam doctoris*. Et post pauca: designat *summum Pontificem* post *Cælestinum* futurum (Cælestinum nempe hujus nominis *III.*) quicumque sit ille (fuit autem *Innocentius III.*) a quo, quia *stella* disparuit, *spiritalis intelligentia* extinguetur in dolo, & per invidiam tradetur, & perimere cogitabit. Quibus agentibus id factum,

faciendumve, non multo post prædixisse etiam videtur *Joachimus* ad illa verba *Jeremæ* c. *II. v. 21.* Propterea hæc dicit dominus ad viros *Anatboth*, qui quarunt animam tuam, & dicunt: Non prophetabis in nomine domini, & morieris in manibus nostris. Quæ verba exponens *Joachimus*, subdit: sequitur ad viros *Anatboth*, qui quarunt animam tuam. A quibusdam *Cisterciensibus* egredietur iniquitas hæc, ut doctor ille non prophetet in nomine Domini, & in eorum manibus, id est operibus, & consiliis moriatur, id est, reprobetur. Ita *Joachimus* de se ipso & de doctrinæ suæ de *Trinitate* accusatoribus, quam prædicebat damnandam. Extat etiam *Expositio Joachimi* super *Jeremiam* inter alia ejus *Opera*, annumque, quo illum composuit, ipsemet his verbis expressit: *Agitur enim nunc millesimus centesimus nonagesimus septimus annus*, &c. quo certum est, *Cælestinum III.* *Ecclesiæ Romanæ* adhuc præfuisse.

XXIII.

JESU CHRISTI ANNUS 1189.

CLEMENTIS PAP. III. ANNUS 2.

FRIDERICI IMP. 35. ISAACII ANG. IMP. 4.

CHRISTI 1189.

CLEMENTIS III. PAP. 2.

FRIDERICI IMP. 35. ISAACII ANG. IMP. 4.

I. Legatio a Clem. Pap. ad concilium Reges.

Sequitur annus millesimus centesimus octogesima nonus, Indictione septima, quo Clemens Papa Joannem Anagninum Cardinalem misit in Gallias, ad pacem conciliandam inter Regem Francorum & Regem Anglorum, ut ad expeditionem in Terram sanctam utrumque perurgeret: mutuo enim inter se ipsos tanti Reges in dispendium totius Christianae religionis bella gerebant. Quid autem per eumdem Legatum a latere missum actum sit, Rogerius haec oculis spectans sic narrat: Venit ergo Joannes Anagninus Cardinalis ad praedictos Reges ex parte domini Papae, & illos nunc blandis, nunc asperis ad pacem faciendam exhortatus est. Ad cujus instantiam praefati Reges, divina inspirante gratia, cautionem dederunt standi iudicio illius, & Rhemensis, & Bituricensis, & Rotbomagensis, & Cantuariensis Archiepiscoporum; & statuerunt sibi diem colloquii juxta Feritatem Bernardi (ita locus nominatus) in octavis Pentecostes. Et praedictus Cardinalis, & praedicti quatuor Archiepiscopi statim protulerunt sententiam excommunicationis in omnes tam clericos, quam laicos, per quos staret, quominus pax fieret inter praedictos Reges, exceptis personis eorumdem Regum tantummodo.

II. Colloquium inter Reges.

Adveniente igitur die colloquii, Rex Franciae, & Rex Angliae, & Comes Richardus, & Joannes Anagninus Cardinalis, & praefati quatuor Archiepiscopi electi, & Comites, & Barones utriusque regni convenerunt juxta Feritatem Bernardi ad colloquium. In quo colloquio Rex

Franciae petiit a Rege Anglia Alefiam sororem suam donari in uxorem Richardo Comiti Pictaviae, & ut fidelitates terrarum suarum eidem Richardo fierent, & ut Joannes frater suus accepta cruce Jerosolymam iret. Cui Rex Angliae respondit, haec se numquam esse facturum: & obtulit Regi Franciae, quod si ipse consentire vellet, daret Joanni filio suo praefatam Alefiam cum omnibus supradictis plenius & perfectius quam petebat. Sed Rex Franciae hoc concedere noluit, & sic finito colloquio, discordes ab invicem recesserunt.

Joannes vero Anagninus Cardinalis assererat, quod nisi Rex Franciae ad plenum componeret cum Rege Angliae: totam terram suam sub interdictione poneret. Cui Rex Franciae respondit, quod sententiam suam non timeret, nec teneret, cum nulla aequitate miteretur. Dicebat enim, quod non pertinet ad Ecclesiam Romanam, in regnum Franciae per sententiam, vel alio modo animadvertere, si Rex Franciae in homines suos demeritos, & regno rebelles, causa injurias suas, & corona dedecus ulciscendi insurgit. Adjecit etiam, quod praenominatus Cardinalis jam stertulos Regis Angliae olfecerat. Et sic finito colloquio, Rex Franciae inde recedens, cepit Feritatem Bernardi, deinde Montem fortem, &c. Sed tandem armis Regis Francorum perstrictus Anglorum Rex, invitus licet, conditiones, quas praecipit illi Rex Francorum, accepit. Quenam fuerint illae, Rogerius enumerat; sed pax illa tenuit, vivente ipso Henrico Angliae Rege.

Refiliit Rex Franc. & Legatum minantem urget.

Pau-

vedenus apud Baronius habet) Cardinalis, & IV. Archiepiscopi cum multis Episcopis & diversis ordinibus Praelatis (legendum, & de diversis ordinibus Praelatis) ex auctoritate Domini Papae Clementis IV. (qui melius dicitur Clemens III.) sententiam excommunicationis tulerunt in audientia duorum Regum, sc. Francorum & Anglorum, & Comitum Richardi, & totius plebis, in omnes tam Clericos quam laicos, per quos staret quod pax non fieret inter praedictos Reges & Comitem Richardum & iter Jerosolymitanum expediatur, in eos tanquam in vivifica ac dominica Crucis inimicos ipsam sententiam promulgaverunt, prope Feritatem Bernardi, ubi Reges suum colloquium fecerunt.

Tandem, inquit Radulphus de diceto citatus II. Ea pax constituitur. pax inter tantos Principes consilio Magnorum reformata fuit in hunc modum. Anglorum Regi restituentur omnia tam castrum Radulphi, quam alia post crucem susceptam ablata, sc. intra Bituricam, provinciam; Regi Francorum numerabuntur XX. millia marcarum, expensarum nomine quas fecerat circa castellum Radulphi. Praedicti Reges & Comites in manus Remensis Archiepiscopi (nempe Guillelmi de Campania) fidem dederunt, quod in media quadragesima con-

III. Obitus Henrici II. & Successio Rich. Regis Ang.

(a) Apud Sur. 1. 6. die 17. Novemb. Juste digneque restitit novo Regi S. Hugono.

Paulo post autem ipse Henricus Anglorum Rex in octavis, (ut idem ait Rogerius) Apostolorum Petri, & Pauli ex hac vita decessit poenitens, Christiano more confessione peccatorum facta, & sacratissima Eucharistia accepta, sepultusque in monasterio Fontis Ebrardi: in cujus locum major natu filius Richardus successit, consecratus tertio Nonas Septembris, qui adversus Francorum Regem exercitum movit. Quae autem memoria digna tunc intercesserint inter ipsos Richardum Regem, atque S. Hugonem Lincolnensem Episcopum, his ejus regni primordiis, narratur in rebus gestis (a) ejusdem Episcopi, descripta ab eisdem temporis auctore; sic enim se habent:

Cum aliquando idem Rex contra Regem Franciae extra fines regni sui acriter dimicaret, & militi pecuniam multam erogasset; Archiepiscopum in patriam remisit cum mandato, ut Episcopis, & Praelatis in unum convocatis indicaret, se pecunia habere opus, cupereque ab illis adjuvari. Sed vir sanctus accuratius rem ipsam examinans, cum reperisset pauperulam plebem hac ratione gravari, respondit: Etiam si omnes Regi consenseritis, at ego tamen nequaquam illi consentiam. Unus etiam ex Episcopis, auditis rationibus, quas beatus Hugo copiose contra illam exactionem affererat, ei adhaesit. Graviter hoc Archiepiscopus accepit, & gradu concito ad Regem abiit, multa ei de sancto Episcopo conquesturus. Audiens Rex, solum Lincolnensem suum retardasse conatum, & alium etiam Episcopum in suam sententiam pertransisse: praeter iram insanens, cuidam amico suo dixit: Sicut tu meam diligis salutem, ita ego tibi praecipio, ut Hugonem cum adhaerente ei Episcopo penitus extirpare festines. Eje- Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

venient apud Viceliacum, votum peregrinationis quod inierunt prosecuturi, nisi communis consilii mutatio, vel corporis infirmitas virorum opinionis bona testimonio probata fuerit impedimento, &c. Facta sunt autem hac in vigilia Apostolorum Petri & Pauli intra Turonem & Aza. Postmodum Rex Anglorum hominagium fecit Regi Francorum.

III. Obitus Henrici II. Angl. Regis.

Ad num. III. ad VIII. Rex Henricus (hujus nominis II.) filius Mathildis Imperatricis cum XXXIV. annis regnasset, anno Dom. MCLXXXIX. mense Julii in Octavis Apostolorum Petri & Pauli Luna XIX. feria V. apud Chinonense castrum (in Turonensi Provincia situm) febre invalescente obiit, Princeps inter Reges Orbis terrarum nominatissimus, aut in multitudine prolis felicissimus, nisi in eum qui ex ejus femore exierant, surrexissent. Quod tamen non tam humana severitati, quam divina ultioni nonnulli adscribunt. Eadem enim mensura qua mensus est, remensum est ei, ut qui patrem suum E. Thomam Cantuariensem Archiep. usque ad mortem, & licet mortem non intulerit, persecutus est, ipsi a filii proprii usque ad diem extremum persecutio non desset. Et licet hostes, qui excel-

ctus est ergo alter ille, & omnia quae possidebat, Fisco Regis addita sunt, ipso per aliquot dies a sede propria, & regno exulante. Et certe vix tandem amicorum adjutus auxilio, ad pedes Regis pervenit, clementiam cum lacrymis implorans, promittensque se deinceps Regi numquam contradicendum.

Sed justus (b) tamquam leo confidens, absque terrore erit: utpote qui in deserto Carthusiana celsitudinis non visus est molibus vestiri, nec quasi arundo vento mundani terroris aut favoris agitari. Revera non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Appropinquantes enim milites, ut Lincolnensem Episcopum eadem ratione vexarent: non refugam mercenarium, sed strenuum pastorem repererunt. Nam antequam manum ad praedandum extendissent, iussit omnes in vicinis parochiis, pulsatis campanis, excommunicatos denunciari. Videntes ergo illi, solita magnanimitate virum sanctum stare pro ovibus suis; nutu divino territi discesserunt inanes. Valde enim timebant, ne in satana potestatem traderentur, morteque reproba a diabolo praefocati perirent, sicut pluribus jam evenerat, quos sanctus Episcopus percusserrat anathemate.

Verum perpendens vir Dei, inique delatum se esse apud Regem, metuensque ne ea causa gregi suo pejora acciderent: animam suam posuit in manibus suis, celesiterque adivit Regem in longinquis tum constitutum. Cum autem appropinquasset aulae, quidam boni viri occurrerunt ei rogantes, ut quamprimum sese subduceret, nec vultui Regis se praesentaret, verentes, ne sicut in diebus sancti Thoma ultio divina in totum regnum se effunderet, si tantus vir absque causa trucidaretur. Sed penitus non acquievit, quin-

IV.

(b) Prov. 28. S. Hugonem milites Reg. Angl.

V.

H h h h m-

lenti gloria ejus & virtuti semper inviderant; ipsum extinctum lamentasse & laudasse dicuntur, omnes tamen proximi sui cum decederet, & familiares circumstantes ita rapacitati indulserunt, ut corpus Regis diu nudum jaceret, donec puer quidam inferioris corporis partes pallio brevi contegeret, inquit Joannes Bromptonus in Chron. cui alii Historici Anglici contentiunt.

Refert postea Richardum Londoniam venisse, & III. Nonas Septemb. die dominica Luna XIX. Richardus die mala, idest, Aegyptiaca & infauusta apud Westmonasterium a Balduino Cantuariensi Archiepiscopo in Regem Angliae consecratus & solemniter coronatum fuisse. Radulphus de Diceto Auctor Historiae a nobis saepius laudatae, ac laudandae, pag. 647. dicit se huic coronationi interfuisse, docetque quod Brouverum in Hist. Treverensi & San-Marthanos in Archiep. Treverensibus latuit, Vorumarum Archiep. Treverensem suorum persecutionem fugientem venisse in Angliam, & ibi hoc anno mortuum esse: Cantuariensis, inquit de Richardi coronatione loquens, Rotomagensis, Treverensis, Dublinensis Archiepiscopi de diversis partibus convenerunt. Comes itaque Pictavorum Richardus hereditario

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6682.

© 22. A.) 12. P. 9. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 1189.

CLEMENTIS III. PAPÆ 3.

FRIDERICI AENOBARBI REG. 38. IMP. 35.

ISAACII ANGELI IMP. 5.

An. Eræ Hisp. M. CCXXVII. An. Hegiræ D. LXXXV. V. inchoato die 19. Feb. fer. 1. An. C. 1189. I. Agitur de pace inter Reges Fran. & Angl.

AD num. I. & seq. Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 641. & seqq. varia hoc anno gesta refert: Inter Reges Francorum & Anglorum & Comitem Pictavorum (Richardum Aquitaniae Ducem, Henrici II. Angliae Regis filium) bis habitum est colloquium prope Feritatem Bernardi. (vulgo, la ferte Bernard, amplum Cœnomanniae oppidum) sed ad ultimum post longos tractatus inimici recesserunt ab invicem. Loquitur de hoc colloquio Annalista Mailrosensis ad hunc annum, atque: Joannes de Aragnia (legendum, Anagnia, ut recte Ho-

CHRISTI 1189.

CLEMENTIS III. PAP. 2.

FRIDERICI IMP. 35. ISAACII ANG. IMP. 4.

immo uni ex illis viro bono, singulari- que amico, qui se sequestrum idoneum fore sponondit, si vel parum expectare dignaretur, sic fertur respondisse: Itane mihi parcam, ut te, heredesque tuos in discrimen consciam? Et quid tam gratum atque optatum amulis nostris esse poterit, quam ut te quoque dissentientem asserant, si pro me locutus fueris: Quo dicto, statim in aulam ingreditur. Cumque comperisset Regem in sacello Missam audire, protinus pergit illuc, restaque ad Regem se conferens, propiusque ad eum accedens, constanter ei dicit: Da mihi osculum. Cui Rex: Non meruisti, inquit. At ille: Immo vero merui, ait: nam via longa veni ad te. Osculum mihi debes, & fortiter trahens eum per eblumydem, debitum extorsit. Subridens Rex inclinavit se & osculo eum impartit. Cumque omnes Episcopi, caterique circumstantes Hugonem de Rege triumphantem cernerent, præ stupore non erat ultra in eis spiritus. Videns denique Rex constantiam viri, & quod spreto loco Episcopi assignato, iuxta altare humiliter se submisisset, ut immortalem Regem liberius adoraret; tum etiam quod minas, universaque pericula pro nihilo duceret: eum ex animo venerari cepit. Pacis etiam symbolum sibi oblatum, primum Lincolnienf Episcopo perferri iussit. Propter hunc honorem sancto viro delatum, Dominus ei insignem victoriam paulo post meritis ejus creditur contulisse.

VI. Finita vero Missa, Hugo retro altare duxit Regem, ut eum majore libertate reprehenderet. Cumque sederent pariter, bis blandimentis eum aggressus est: Dic, quomodo se habeat conscientia tua. Parochæ nostræ es, & tremendo Judici pro te rationem reddituri sumus. Cui Rex: Satis ait, bene mihi conscius sum, nisi quod invidia quotidie torqueor contra hostes regni mei. At Hugo rursus eum ob- jurgatione: Et quid est, inquit, quod

PAGIUS rio jure promovendus in Regem, post tam Cle- ri quam populi solemnem & debitam electio- nem, involutus est triblici sacramento, sc. quod opem impendet pro viribus, ut Ecclesiæ Dei po- pulusque Christianus veram pacem obtineat, quod interdicit omnibus rapacitatem, quod in Judi- ciiis aqutatem præcipiet & misericordiam. Can- tuariensis Archiep. celebravit divina. Quia ve- ro tunc temporis Lundoniensis Ecclesiæ De- canus tam in oleo sancto quam in Chrismate ministravit Archiepiscopo. Paulo post: Treve- renf Archiep. in Anglia moriens apud S. An- dream sepultus est Northamptonia. Vivebat ta- men adhuc die XVII. Septembris, quo inter- fuit consecrationi Joannis Candidæ Catæ Epi- scopi Electi, ut videre est apud Bromptonum pag. 1162. Volnarum coronationi Richardi Re- gis interfuisse testantur etiam Matthæus Paris in Chron. hoc anno, & Hovedenus pag. 656.

audio? An non quotidie pauperes oppri- mis, innocentes affligis, exactiores graves imponere non formidas? Insuper & s- dem chori te violasse fama clamitat. Num isthæc parva tibi videntur? Ad hanc vo- cem Episcopi, immo Spiritus Dei, qui lo- quebatur in eo, territus est Rex in tan- tum, ut nec semel mutire ausus fuerit contra eum. Cumque de his & aliis mul- tis proluxe objurgasset eum; de quibusdam humiliter ille se excusavit: de aliis ve- niam postulans, emendationem promisit. Reddente etiam Episcopo legitimam ratio- nem coram Rege, & omni frequentia, quod cum pastor esset, in gravamen ovi- um suarum consentire neutquam debuerit: Rex libenter accepit, simul Deo gratias agens, si ab ulteriori reprehensione cessaret. Tantem vir Dei Regi valedixit, & imperterritus ad propria remeare cepit. Eo autem abeunte, Rex convertens se ad suos: Si omnes, inquit, Episcopi tales essent nihil adversum eos possent si- ve Reges, si ve Principes. Dicitur est propterea vir sanctus, Regum Malleus, quod perpetuo de ipsis triumpharet.

VII. Fuit vero non minus zelosus contra quos- libet alios pauperum oppressores, Eccle- siasticæque libertatis violatores, quos in- discriminatim absque ulla personarum ac- ceptione arguebat, admonebat; & si con- tunaces persistenter, etiam excommunica- tionis sententia feriebat. Hastenus res sancti Hugonis Episcopi pro debito E- piscopalis officii, relinquentis posteris imitandum dignum virtutis exemplum.

Inter hæc autem ad pecuniam congeren- dam Richardus ipse (inquit Rogerius) missis Nuntiis suis ad Clementem Papam obtinuit ab eo litteras patentes, ut quos- cumque ipse vellet dimittere ad terras suas custodiendas, essent, quieti a captio- ne crucis, & ab itinere Jerosolymitano; unde ipse sibi inestimabilem acquisivit pecuniam. Hæc ipse qui & professionem, amborum Regum in Orientem, in annum sequentem dilatam affirmat. In-

at denique pag. 659. apud Northamptoniam obiisse. Præter Richardum Henricus II. reliquit alium filium Joannem vocatum, circa quem Richar- dus Rex frater ejus, proprium egregie declara- vit affectum, ut narrat Neubrigenfis lib. 4. cap. 3. Nam præter paternam in Hibernia acquisitio- nis plenitudinem, & Comitatum in Norman- dia Moritanensem, de quibus sc. paternam do- nationem ratam habuit: in regno Anglorum tanta illi adjecit, ut quasi Tetrarcha videretur. Denique Cornubiam, Devonensiam, Noti- gamfram, & Loncastrum, cum adjacente pro- vincia, atque alia plurima de Regio Dominio contulit, & nihilominus illi Gloucestrensis Co- mitis filiam propriam, sc. in quarto gradu con- sobrinam, cum integritate juris paterni, quod esse amplissimum noscitur, minus quidem legi- tima, & plus, juxta provisione despondit. Ve- rum hæc in ejus fratrem immoderata atque im- provida largitas; multa & gravia mala sequen-

S. Hugo compellat Regem.

VII.

V. Incongrua- rata agen- di ratio Richardi Regis er- ga Joan- nem fra- trem.

CHRISTI 1189.

CLEMENTIS III. PAP. 2.

FRIDERICI IMP. 35. ISAACII ANG. IMP. 4.

VIII. De expeditione dilata ni- mis. Inter has autem Principum Christiano- rum prolixas moras, Petrus Blefensis pu- blicam scripsit declamationem de Jerosolymitana peregrinatione acceleranda. Quem non moveret urgens necessitas Ter- ræ sanctæ, & mille laqueis morarum, præpedita diu multumque expeditio di- versorum Principum Christianorum? Pe- trus igitur, ut qui zelo exæstuaet religio- nis offensæ, tuba Levitica perstrepsens, classicum intonat, & ad maturandam ex- pectatam diu profectionem, scripto libel- lo, eodemque vulgato, excitat omnes. Extat adhuc ipse quidem cuius opera Jo- annis Bufæi: est ejus exordium: Quis da- bit (a) capiti meo aquam, & oculis meis (a) Jer. 9. fontem lacrymarum, & plorabo interfe- ctos populi mei? &c. Inter alia, quæ lu- genda proponit, ingerit illud, quod a- liis scriptis reprehenderat de collectis, in- dictis Ecclesiis dicens: Sperabam quod re- florisset Crux Christi, & quasi sangui- ne ejus iterum irrigata & vivificata fru- ctum salutis & gratiæ faceret tempestivum. H h h h 2 Nunc

PAGIUS ti tempore peperit, & profusum largitorem pro- funda penitudine castigavit. Indulta enim Jo- anni Tetrarchia fecit eum ambire monarchiam, unde & factus est de cætero fratri insidus, & ad ultimum manifeste infestus, ut tam ipse Neu- brigensis, quam alii Historici Anglici passim narrant.

VI. Gesta in Oriente inter Crus- ceignatos & Sala- dinum. Ad num. VIII. & seq. Agit Baronius de col- lectione decimarum Saladinarum. quæ eo mi- nus differenda videbatur, quo Saladinus victo- rias suas prosequi conabatur. Anno superiori, uti narrat Nangius in Chron. Tyrum iterum impugnavit terra & mari, sed Conrado Mar- chione Montisferrati urbem valide propugnante, Saladinus terra & mari a Marchione de- victus recedit inglorius. Hoc vero anno Nangius scribit: Ravennefis & Pisanus Archiepiscopus cum multo Italarum agmine transfretantes, & Tyrum appulsi, Tyrensisibus fiunt non modicum ad- jumentum. [1] Post aliqua interpolata: Erachium quoddam castrum duobus annis a Turcis obse- sum Saladinus reddidit (certis sc. condi- tionibus) & propter hoc Eufridus de Turone, qui in vinculis tenebatur, liberatur: pari fa- cto Magister Templi Girardus absolvitur, & pa- ter Marchisi (Conradi nempe Marchionis Mon- tisferrati) cum cambio cujusdam captivi Gen- tilium liber ascendit. Cum multa millia Chri-

stianorum apud Tyrum & Tripolim applicuissent Guido Rex Jerosolymorum eos Accon (seu Pro- lemaidem totius Barbarici Imperii munimen- tum) petere & obsidere fecit, quibus Salabadi- nus occurrit ut succurrat obseffis, & impetras obseffores: cumque nostri hostium assultus ferre non possent, valla & aggeres in gyro castrorum facientes, turiores pugnam acerrimam cum ho- sibus pertulerunt; & sic in obsidione longo tem- pore commorantes, multi morbo dissentientia pe- rierunt, siquidem a facie & a tergo hostilis emi- nebat obsidio: & aeris intemperies tanta fuit, ac inundatio pluviarum, ut pra nimia hume- ctatione cibaria corrupta deperirent; unde mi- randa & perpetuo veneranda vivorum illorum constantia, quæ tot malis obsta non defecit, sed permansit infracta.

In hac obsidione defungitur Regina Jerusalem Sybilla cum quatuor filiis, quos de Rege Guido ne- merito susceperat, & habebat solummodo. Post billa Re- gina Je- rosolymit. cujus obitum Guido Rex jus regni perdidit, & ad sororem Regina nomina Izabellam uxorem Eu- fridi de Turone obvenerit, sed ab Eufrido separata, quia eam ante nubiles annos, & contra vo- luntatem suam duxerat, Marchioni Conrado uxor tribuitur, qui hoc modo regni Jerusalem obti- nuit Principatum. Quæ diversis annis gesta uno tenore recitat Nangius. [2] Ad

NOTÆ [1] P Ifanorum adventum in Orientem, & Acconis obsidionem ad præcedentem annum perti- nere in Nota ad A. 1187. 8. demonstravimus. MANSE

[2] J Us quidem regni obeunte uxore Guido perdidit, at regis Hierosolymitani titulum & autoritatem aliquam aliquandiu retinuit, ut probat diploma eiusdem recitatum in co- dice Melitenf t. I. pag. 85. quod sic exorditur: Ego Hugo Dei gratia in sancta civitate Hieru- salem Latinorum rex octavus. Datum est apud Accon, per manus Petri cancellarii, & Ecclesiæ Tripolitana venerabilis episcopi; anno MCLXXXI. Indictione X. II. Kal. Februarii. Licet hic mendium in indictione subest, cum legendum fuerit Indict. IX. attamen diploma autographum, creditum fuit Cl. editori. Idque si admiseris, jam cernis Guidonem etiam extincti conjugæ, cuius in eodem diplomate fit mentio sub nomine pia recordationis Sibilla; regis autoritatis non inanem titulum prætulisse; cum & episcopo pro regio cancellario uteretur, & in urbe Acconis pro imperio disponeret, uti ex eodem Diplomate liquet; ac denique Magister summus Equitum Hospitaliorum ad illum recurreret, ut publicam viam Diplomate obtineret. Diploma istud an- no 1191. notatum esse superius asserui; ac mendium in Indictione cubare notavi, quod pro Indi- ctione IX. Indictio X. adscripta sit. Forte tamen apud Melitenfes, vel saltem apud cancella- rium illum mos obtinere cæperat, ut annum a Martio, vel a Pascha inciperet; quod si ad- mittatur indictio X. II. Kal. februarii conjuncta, licet annum 1191. præferat, sequentem ta- men an. 1192. a januaria captum designat. Id autem perspicuum vel maxime fit, quod Gui- do de via quadam urbis Accon in eo diplomate disponit; Urbs autem illa non nisi anno 1192. julio mense in potestatem christianorum rediit.

Post hæc scripta legens chronicon Anglicanum Radulphi nonnulla reperi, quæ præfens ar- gumentum, nostrumque diploma, mire illustrant. Narrat igitur coævus iste author post captam Ptolemaidem dissidium ortum fuisse inter regem Galliæ, & Richardum Angliæ regem adnitente Philippo ut urbs illa, & reliquæ quæ deinceps caperentur Conrado de Monteferrato cum ti- tulo regis Jerosolymitani traderentur. Restitit vero Anglus asserens justius fore regi Guidoni re- gno jam pridem spoliato regnum suum restituere. Causam vicisse regem Angliæ ex diplomate Me- litenf liquet. Igitur rex Guido dignitatem quead usque Anglus in Oriente substitit retinuis- se censendus est. MANSE

CHRISTE
1189.CLEMENTIS III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 35.
ISAACII ANG. IMP. 4.

Nunc autem (quod stens dico) inimici Crucis Christi, qui debuerant esse filii, per avaritiam suam pretextu cujusdam collectæ damnabilis, primam voti sui fidem irritam faciunt, luxuriantes in Cruce Domini, &c. Votis namque obstricti tenebantur, ut ait, Imperator, & Rex Francorum peregrinandi Jerosolymam cum exercitu. Adversus autem eandem collectas idem Petrus sicut antea scripserat ad Episcopum Aurelianensem, rursus eadem refricans, damnat easdem, de his scribens ad Decanum Rothomagensis, qui apud Regem Anglorum plurimum posset. Cum itidem agit de accelerando Jerosolymitano itinere, urget eum, ut moneat Regem, ne ab Ecclesiis, eorumque ministris ejusdem itineris nomine aliquid exigat. Incipit epistola (a) ipsa: *Cum in con-ractu bona fidei. Ubi inferius ita de his habet:*

(a) Pet.
Bles. ep.
121.

IX.

In primis viriliter state pro domo Domini, ne per vestram incuriam humilietur status Ecclesiastica dignitas. Ecclesia quidem a diebus antiquis libera est, & filii ejus, (b) qua libertate Christus nos liberavit, dicens in Evangelio, quia filii (c) liberi sunt. Si autem angariatur exactioibus, & oppressioibus potentium cogitur ancillari: jam ipsa est Agar, quæ servit cum filiis suis. Sed quid (d) dicit Scriptura: *Ecce ancillam & filium ejus. Si principes vestri novæ peregrinationis obtentu volunt Orbem describere, & Ecclesiæ Christi tributariis functionibus characterem servitutis inurere; qui filius Ecclesiæ est, ex adverso ascendat, mori potius eligat, quam servire. Arguuntur a Seneca, Catilina, & Lucius Sylla, quia pax eorum fuit bello deterior, subjectumque sibi populum plus exactioibus tyrannicis, quam hostes præliis afflixerunt. De collectis igitur faciendis, & de ducendo exercitu Princeps vester non suum sequatur arbitrium, sed semper animum ejus præcedat, & omnia ejus gesta præordinet studiosa deliberatio sapientum. Panctius in libro Tusculanarum asserit, neque Ducem bello, neque Principem domi posse*

PAGIUS
VIII.
Frideric.
proficisci-
sur.

Ad num. X. *Exercitus Christianorum*, inquit ad hunc annum Chronographus Reicherspergensis, magnus valde & fortis de multis regnis & diversis regionibus congregatus, viam sancti Sepulchri aggressus est. Dominus Imperator, & filius ejus Dux Alamannia (Conradus appellatus) cum multis Principibus regni, Episcopis videlicet ac Ducibus, Marchionibus & Comitibus cum magna multitudine populi per Ungariam & Graciam iter suum direxerunt statim post transactos dies Pascha, quod venerat in V. Idus Aprilis, ipso Imperatore navali itinere in Danubio descendente a Patavia, in prima die Rogationum, hoc est in Idibus mensis Maii. Episcopus quoque Pataviensis Dominus Dietpoldus cum Fratribus suis quibusdam Canonicis videlicet præcipuis ac majoribus de choro Pataviensi,

salubriter magnas res agere, si eat post impetum cordis sui, si non omnia ejus negotia depingat ante rei adventum maturioris causa consilii. Unum rogo & consulo, ne opus Dei, sicut alia vice, frustratoris dilationibus protrahatur. Scriptum (e) est: *Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Cæsar audita rebellionem Pontice regionis: illuc armatas acies sine dilutione direxit, fuitque tanta festinatio victoria, ut in pompa triumphali tria hæc verba diceret: Veni, Vidi, Vici. Assyriorum Regina Semiramis erat circum cultum capitis sui occupata: & nuntiatum ei est Babyloniam rebellare. Ipsa vero adhuc soluta una parte crinium, ad bella cucurrit; nec prius composuit incultam capitis partem quam urbem, & civis illius in suam redigeret potestatem. Inducere possemus exempla multorum, sed sufficiat pro exemplo biennalis illa dilatio novissimæ peregrinationis, quæ toti Christianitati versa est in singultum: illud etiam, quod viam suam ab exactioibus inceptum, & viaticum sibi de rapinis pauperum & Ecclesiarum spoliis consecerunt. Fuit propterea hæc via illorum scandalum ipsi. Verbum quidem (f) Salomonis est: *Initium viae bonæ facere iusta. Inter iustorum autem, & impiorum vias sententia divina distinguit: Quoniam novit (g) Dominus viam iustorum, & iter impii peribit.* Hæc Petrus, atque de his omnibus haud falsus vates inventus.*

(e) Jer.
48.(a) Nicet.
in Isaac.
Ang. l. 2.

XI.

(b) Joan.
Mag. hist.
Goth. l. 19.
c. 19. in
fin.
Danica
expeditio
morte
Regis
impedita.(f) Prov.
16.(g) Psal.
1.

X.

Inter hæc autem Fridericus Imperator, qui anno superiori ab Henrico Cardinali Albanensi Sedis Apostolicæ Legato crucem acceperat, hoc anno profectioem (b) instituit. Cujus exercitus pars altera terre tri via, altera vero bene munita classe navium quinquagintaquinque e portu Orientem versus solvit. Porro Imperatoris itinerarium, conscripsit Arnoldus (c) Abbas, qui & numerum militum habito delectu fuisse centum quinquaginta millium armatorum affirmat. Cæterum propter ingruentes afflictiones, & Græcorum impe-

(b) Rog.
in Appen.
ad Sigeb.
Frideric.
Imp. pro-
fectio in
subsidiis
Terræ S.
(i) Arn.
Chron.
Sl. l. 3.
c. 29.

pe-

huic via ac labori Imperatoris se strenue pro Domino & pro redemptione animæ suæ junxit. Recitat postea Chronologus literas Dietpoldi Pataviensis Episcopi ad Loipaldum (seu Loepoldum) Ducem Austriae datas, in quibus narrat exercitum intrantem Bulgariam male habitum fuisse a Bulgaris; Imperatorem Græcorum & fratrem ejus, necnon & exercitum eorum semper tentasse eos circumvenire; eundem Imperatorem in literis, quas tribus vicibus Friderico Imp. misit, nomen ejus tacuisse, nec eum Imperatorem vocasse, & Fridericum Legato Græcorum ad se misso significasse, de cætero se literas Imperatoris Græci non recepturum, nisi solemnitas nominis sui expresse in eis contineretur. Subdit Dietpoldus: *Exercitus in tribus locis se recepit. Græci hæreticos nos ap-*

CHRISTE
1189.CLEMENTIS III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 35.
ISAACII ANG. IMP. 4.

peratoris inconstantiam, non nisi anno sequenti in Thraciam pervenit exercitus. Quænam passus sit ejusdem Imperatoris Græcorum opera, ab eodem petas auctore nobis hæc satis ad institutum. Res etiam singulas, qui aderat, profectus est stylo (a) Nicetas, tum Præfectus Imperatoris Græcorum in rebus administrandis bellicis: quem tu consulas pro arbitrio.

XI.

Quod ad Danicam pertinet expeditionem in Terram sanctam, quam suis litteris procuraverat Clemens Papa: adversis casibus est impedita. Nam de his hæc habet Joannes (b) Magnus: *Petrus Episcopus Upsalensis Clementis Papæ Tertii Epistolis urgebatur, ut Canutum Regem, totumque populum ejus monarchiæ subiectum hortaretur ad communia arma cum cæteris Christianis Principibus & populis in Sarracenos Christianæ Fidei hostes assumenda, aut sumentibus, commeatu, auxiliisque providendo. Quam piam paternamque summi Pontificis exhortationem optimus Rex maturo consilio perpendens, decrevit omnibus modis tam sancto negotio succurrendum esse, decretumque suæ promissionis liberaliter executus fuisset, nisi præmatura fata ipsum celeriter abstulissent. Hæc ipse. Cæterum, teste Rogerio, una cum navibus Teutonicorum quoque Danicæ convenerunt hoc ipso anno in Palæstina ad obsidionem munitionis hostilis.*

XII.

Quod autem fuit maximo impedimento in Terram sanctam expeditioni, per-

PAGIUS

pellant; Clerici & Monachi dictis & factis maxime nos persequuntur. Scripta hæc Epistola circa diem III. Idus Novemb. [1]

IX.

Canoni-
zatio S.
Ottonis
Apostoli
Pomeraniae.

Ad num. XIII. Sanctus Otto Bambergensis Episcopus, de cuius in Pomerania prædicatione suo loco egimus, a Clemente III. in Sanctorum numerum refertur literis datis Laterani III. Kalendas Maii, Pontificatus ejus anno secundo, a Baronio recitatis. Præter Anonymum, qui paucis post hujus Sancti Præfulis mortem annis vitam ejus elucubravimus, cujus mentionem fecimus anno MCXXIV. Andreas Abbas, postea Bambergensis Episcopus aliam hujus primi Pomeraniæ gentis Apostoli vitam composuit

NOTÆ

[1] IN Collectione veterum Monum. Marteniana tom. I. col. 909. vulgata est Epistola Friderici imperatoris qua late prosequitur toleratas ab exercitu suo Græcorum infestationes, rogatque Henricum regem filium suum ut subsidia querat a Genuensibus, Venetis, atque Pisani; additque ut per litteras roget Alexandrum Pontificem qui per sacros præcones fideles in hanc expeditionem, præcipue contra Græcos, moveat. Denique certiorum illum facit se totumque exercitum die XVI. Kal. decembris Philippopoli movisse. MANSI

[2] S OTTONIS canonizatio hoc quidem anno, at serius aliquanto peracta est; nam in litteris Clementis II. datis Laterani Kal. Maii recitatis ab Ebbone qui vitam S. Præfulis ex oculatis testibus acceptam scripsit, non de canonizatione ejusdem datæ sunt, sed tantummodo iniungunt Merseburgensi & Eistettensi Episcopis ut de gestis, & miraculis Viri Sancti inquirant, dein eorum veritate comperta canonizationem solemniter & publice autoritate fratrum Apostolica nuncient. Igitur ea canonizatio tandem peracta est 2. Kal. Octobris die S. Hieronymi ut recte Gretserus apud Bollandistas ad diem 2. Julii, pag. 368. MANSI

spicue demonstrat Nicetas (c) in Isaacio, nimirum quod impostor quidam Dositheus monachus Studii, vatem se esse professus, falsis vaticiniis perculit animum Isaacii Imperatoris, quibus assereret, Fridericum Occidentis Imperatorem rem captiosæ agere, fingere nimirum se in Palæstinam adversus Sarracenos profecturum, cum serio aliud agens, potiri haberet in animo Constantinopolitana civitate. Describit ista quidem Nicetas, qui pseudovatem accepisse ait in præmium redditæ revelationis, Patriarchatum Jerosolymorum post Leontium; sed eo privatum esse, cum ad Patriarchatum Constantinopolitanum anhelasset. At quando id acciderit, ex eodem eris auditorus Nicetas.

XIII.

Hoc eodem anno Clemens Papa retulit in Sanctorum numerum Ottonem Episcopum Bambergensem, Pomeranorum Apostolum nominatum, de quo superius plura sunt dicta: de cujus canonizatione ejusmodi extat epistola in Chronico Bambergensi:

Clemens Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Merseburgensi, Eistettensi Episcopis, & dilectis filiis S. Emmerami Ratisbonensis, & Suvarzensis Abbatibus, Decano, & Scholastico Vuirzburgensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ad audientiam nostram & quarundam serie litterarum, & relatione multorum pervenit, quod divina potentia per merita & interventum B. Ottonis Bambergensis multorum est operata salutem præ-

De Cano-
nizatione
S. Ott.
Episc.

Ad

CHRISTI
1189.CLEMENTIS III. PAP.
2.FRIDERICI IMP. 35.
ISAACII ANG. IMP. 4.

cipue in gente Pomeranica, ad quam fuit ab Apostolica Sede transmissus; & in ea quampluribus miraculis donavit illi Dominus coruscare. Quoniam igitur juxta divina (a) Scriptura testimonium, lucerna non sub modio, sed supra candelabrum est ponenda: discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus de vita ipsius & miraculis diligentius inquiratis, quae nobis fuerunt per multorum litteras indicata: & si non inveneritis aliquid quod obsistat, ipsum canonizatam auctoritate freti Apostolica, solemniter & publice annuntietis, anniversarium diem sui transitus facientes, & publice annuntiantes, ad honorem D. I. & ipsius beati viri memoriam solemnem haberi. Datum Laterani tertio Kal. Martii, Pontificatus nostri anno secundo. Ita juxta simpliciorum ritum ejus temporis.

XIV.
(b) Roger.
in an. Angl.
gl. hoc
an.
Willelmi
Regis Sicil.
obitus.

Moritur hoc anno Willelmus Rex (b) Siciliae absque liberis, Constantia nupta Henrico Regi (ut dictum est) regni herede relicta. Sed Tancredus ejusdem Willelmi consanguineus vendicans sibi regnum, bellum civile conflagavit. Ad quem pellendum Henricus Rex exercitum in Italiam misit. Cumque plurima damna

PAGIUS
X.
Moritur
Guillel-
mus II.
Sicilia
Rex.

Ad num. XIV. Joannes de Ceccano in Chron. ait, hoc anno mense Novembri Guillelmum II. Siciliae Regem obiisse. Eundem mensem notavit Richardus de Sancto Germano Auctor Chronici ab hoc anno ad annum MCCXLIII. perducti, & ab Ughello Tom. III. Italiae Sacrae publicati. Dies emortualis Guillelmi II. notatur in antiquo Necrologio Casinensi a Caraciolo edito, in quo mors ejus inscribitur ad XV. Kal. Decembris. Quae in morte ejus contigerint, narrat Chronographus Aquicinctinus hoc modo: Obiit Willelmus Rex Apulia (id est, Rex Siciliae & Dux Apuliae) Christianorum transmarinarum protector & defensor, absque herede: qui congregatis totius regni sui Principibus, heredem regni designat Henricum Regem, filium Friderici Imperatoris, qui ejus amitam (nempe Constantiam filiam Rogerii Siciliae Regis, & Willelmi II. avi) habebat in conjugio. Qui omnes cum sacramento fide interposita prae miserunt, sua praedicto Regi colla submissuros. Post mortem vero Regis Willelmi, fidem & sacramentum quod fecerant parvi pendentes, quendam Tancredum ex semine Regio sibi Regem creaverunt. Loquitur & de morte Guillelmi Siciliae Regis, & de malis quae per illam accidere, Neubrigenfis lib. 3. cap. 17. aitque ejus religiosa & potenti opera Christianitatis in Syria reliquias potissimum conservatas fuisse: Quas profecto, lubdit, ab initio desolationis, competentibus subsidiis sublevare cu-

rebellibus intulisset, re adhuc infecta, reversus est in Germaniam. Haec Rogerius hujus temporis scriptor in Annalibus suis. Romanum autem Pontificem, favisse Tancredo, cui investituram more majorum dederit, testatur Neubrigenfis. In quantas autem calamitates Siciliae Regnum obitu Willelmi Regis conjectum fuerit, Hugo Falcandus, haud falsus vates, suae ipsius historiae exordio narrat; ait enim: Audita morte Regis Siciliae, intelligens, ac mecum reputans, quantum haec rerum mutatio calamitatis afferret, quantum illius regni quietissimum statum vel hostilis incursum procella concuteret, vel gravis seditionum turba subverteret: repente consternatus animo cepta deserui: versa in luctum cithara, malui si biles modos, & lamentationum lugubre carmen ordiri. Et lugens queritur de Constantia Regina, quae nupta Henrico Regi spoliaverat recedens Siciliae divitiis, & postmodum rediens cum Henrico depradata esset eam. Interea vero Tancredus, qui a Romano Pontifice accepit investituram, in Sicilia regnare coepit. Ita & Arnoldus Abbas Lubecensis.

Mil-

ravit: cum nec a regnis remotioribus quicquam possent percipere, & Saladini ob recentem victoriam vehementius excaudesceret feritas. Et quidem illius sublatio tolerabilis utcumque fuisset, nisi post eum exitialis de regni successione altercatio emerisset, qua nimirum regiones clarissime ita turbatae sunt, & desolatae, ut Christianis in Syria laborantibus nihil postea exinde solatii juxta morem pristinum ministrari.

Tancredus iste, inquit Joannes de Ceccano in Chron. ad annum MCCXC. Ducis Rogerii filius fuerat naturalis, cujus Pater Rogerius primus in regno Siciliae Regis sortitus est nomen; Rex Siciliae & huc de re quia hunc tenebat titulum, quod lia stirpe Regia descendisset, inter alios Comites est electus in Regem. Subsecutam etiam dissensionem & turbationem declarat his verbis Richardus de Sancto Germano: Nulli eorum (nempe Regni Comitum) fuit aqua voluntas. Omnes inter se ceperunt de majoritate contendere, & ad regni solum aspirare; & obliis jurisjurandi quod fecerit eorum quilibet, contra facere anhelabat. Factum est autem, ut cum suis complicibus, ne pars Archiepiscopi (nempe Panormitani) praevaleret, Cancellarius obtinuerit in hac parte, & tunc vocatus Panormum Tancredus Comes Licii, Romana in hoc Curia dante assensum, est per ipsum Cancellarium (Matthaeum nominatum) coronatus in Regem, ut anno sequenti, quo ea coronatio peracta videbimus.

XI.
Tancredus
eligitur
Rex Sici-
liae.

JESU CHRISTI
ANNUS
1190.CLEMENTIS PAP. III.
ANNUS
3.FRIDERICI IMP. 36.
ISAACII ANG. IMP. 5.

I.
Profectio
Reg. Angl.
Je-
rosolym.

Millesimo centesimo nonagesimo Salutis anno, Indictione octava, Richardus Anglorum Rex profecturus in Orientem, ad regni custodiam, relicto Willelmo Eliensem Episcopum, eundem firmare legatione Apostolica laboravit: cujus rei gratia Nuntios misit ad Clementem Papam, quam & ab eodem obtinuit. Ita Rex, ne Gaufridus ejus frater Episcopus Eboracensis, & Joannes item frater Regis sibi aliquid, Rege absente, super regnum ipsum vendicarent auctoritatis: quos & juramento, ne quid innovarent, atrinxit. Hoc igitur anno, septima Augusti mensis die solvit Rex Anglorum Massilia Orientem versus, cujus navigationem & stationes per dies ferme singulos relegit Rogerius quam exactissime in Annalibus, in quibus describendis inter alia haec habet de querelis ejusdem adversus Octavianum Cardinalem Ostiensem, qui ei occurrit ad Ostia Tiberina vigesimaquarta die Augusti: Rex venit ad portum. Et infra: Et postea intravit Tiberim. Ad cujus introitum est turris pulchra, sed solitaria, & sunt ibi ruinae maximae antiquorum murorum, nempe antiquitus illic constructi portus Trajani. Et illuc venit ad eum Octavianus Ostiensis Episcopus Cardinalis. Cui Rex turpia multa dixit, inproperando Romanis simoniam, quod septingentas marchas debuerint habere pro consecratione Episcopi Cenomanensis, & mille & quingentas marchas pro legatione Eliensis Episcopi, & pecuniam magnam, ne deponeretur Burdegalensis, qui a clericis suis accusabatur in crimine. Haec de his. Quae si vera sunt: erit profecto, ut lau-

danda sint tempora nostra, quibus quidquid simoniacum suspicione tantum auditur, procul abiicitur, & aliae exactiones, aliqua justa causa praetensa, sunt modeltiores. Pergit vero idem auctor navigationem ita describere:

Deinde venit ipse ad Garilam, Gari-
lianum videlicet, & inde ad Castellum, quod dicitur, le Cape del Espurun. Hic est divisio terrae Romanorum, & terrae Regis Siciliae in illa parte, quae dicitur, Principatus Capuae. Quibus videas, Lector, quantum decreverint Ecclesiae jura, cum hodie fines apud Tarracinam, publicis erectis monumentis, appareant. Addit vero inferius, ipsum cum suis in Siciliam pervenisse die vicefimatertia mensis Septembris, atque appulisse Messanam, cum jam Philippus Rex Francorum illuc antea devenisset, nempe decimafexta ejusdem mensis Septembris, qui tempestate maris repulsus, illic hiemare est coactus invitus. Detinuerunt autem Richardum fororis suae Joannae uxoris Willelmi Regis defuncti negotia, ut ea cum Tancredo Rege illic regnante pro Willelmo componeret. Cum interea inter Messanates & Anglos graves sint ortae discordiae, nec non multae turbae excitatae inter Anglos & Francos, sed concordatae sunt per Episcopos pacis sequentes. Quae haec omnia sigillatim ab eodem auctore prolixius describuntur, simul & leges nauticae sancitae, & pacta inter Reges conventa.

Quibus autem capitulis transactum sit inter Regem Anglorum, atque Tancredum tunc in Sicilia regnantem, ex litteris ejusdem Regis Angliae tunc ad Ro-

venit, causa licentiam accipiendi. Consueverant enim antiquitus Reges Francorum, quod quandocumque contra hostes arma movebant, vexillum desuper altare B. Dionysii pro tutela seu custodia secum portabant, & in prima acie pugnatorum ponebant. Quod videntes adversari, & cognoscentes territi, multoties terga dederunt. Ideo Christianissimus Rex ante corpora SS. Martyrum Dionysii, Rustici & Eleutheri, humiliter super pavementum marmoreum in oratione prostratus, Deo & B. Virgini Mariae & SS. Martyribus, & omnibus Sanctis se commendavit. Tandem cum lacrymis ab oratione surgens, spatam & baculum peregrinationis de manu Guillelmi Remensis Archiep. avunculi sui Apostolicae Sedis Legati devotissime ibidem accepit. Deinde desuper corpora Sanctorum duo stantialia decenter insignita pro memoria SS. Martyrum & tutela, contra inimicos crucis Christi pugnaturus propriis manibus accepit. Demum orationibus Fratrum se commendans, accepta benedictione clavi & spineae corona, & S. Simeonis brachii, recessit, & feria IV. post octavas sancti Joannis Baptistae cum Rege Angliae Richardo apud Viseltam cum venit.

PAGIUS
SÆC.
XII.
An. Erae
Hispan. M.
CCXX.
VIII. an.
Hegiræ
DLXX.
XVI. in-
choato
die 8 Fe-
br. fer.
5.
An. C.
1190.

I.
Philippus
Francia
& Ri-
chardus
Anglia.
Reges per-
gunt in
Orient.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6683.

☉ 23. G. ☽ 13. P. 25. Mart. Indi. 8.

JESU CHRISTI 1190.

CLEMENTIS III. PAPÆ 4.

HENRICI VI. REG. 1.

ISAACII ANGELI IMP. 6.

Num. I. ad V. Richardus Angliae Rex in Orientem profecturus, in Sicilia Baroniis ex Rogerio Hovedeno, qui cum de Philippi Augusti Francia Regis in eadem insula commoratione verba non faciat, hic nobis ejus narratio ex Rigordo in Philippo Augusto supplenda: Anno Domini MCXC. in festo S. Joannis Baptistae Philippus Rex ad Ecclesiam beatissimi Martiris Dionysii cum maximo comitatu

II.

In Sicilia
Reges
hiemant.

III.

Ad Cle- men. PP. epist. Reg. Ang.

Romanum Pontificem datis sic accipe: Reverendissimo domino ac beatissimo Patri Clementi Dei gratia sanctae Sedis Apostolicae summo Pontifici, Richardus eadem gratia Rex Angliae, & Dux Nor-

manniae & Aquitaniae, & Comes Andegaviae, salutem & sinceram in Domino devotionis affectum. Justiore exitum facta Principum sortiuntur, cum a Sede Apostolica robur & favorem accipiunt, & S. R. E. colloquio diriguntur. Proinde dignum duximus, ad notitiam beatitudinis vestrae transmittere, quae inter nos & dominum Tancredum illustrem Siciliae Regem publico nuper & admodum necessario sunt celebrata contractu. Sane dilectionem, fraternam, & pacem perpetuam cum eo firmavimus, quam magnatum nostrorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & plurimorum virorum illustrium juramentis ei & suis, & regno suo, & toti terrae dominationis suae, nos illibata fide promissimus servaturos. Cum etiam jam pacis & amicitiae foedus arctiori adhuc vinculo astringeret, inter Artburum egregium Ducem Britanniae charissimum nepotem nostrum & heredem (si nos decedere sine prole contingeret) & illustrem filiam ejus matrimonium, volente Domino, conduximus contrahendum; quod Domino largiente debitam consummationem accipiet, cum illustris puella nobiles annos attigerit; aut praedicto domino Tancredo Regi placuerit, ut infra nobiles annos illa in uxorem nepoti nostro desponsanda tradatur: nos ipsum nepotem nostrum hoc facturum concessimus, si Sancta Romana Ecclesia decreverit similiter dispensare. Pecuniam vero, quam pro matrimonio ipso, ad opus nepotis nostri ab eodem domino Rege Tancredo receperimus, scilicet viginti millia unciarum auri, si forte (quod absit) morte interveniente alterius, aut culpa nostra, aut nostri nepotis, aut partis ipsius matrimonium non sciret: nos, aut heredes nostri ipsi domino Regi Tancredo, aut heredibus ejus ex integro restituere, praestitis super hoc sacramentis, ex parte

Dispensationem quirit Rex Angl. a Rom. Pont.

PAGIUS II. In Sicilia veniunt.

Ubi accepta licentia ab omnibus Baronibus suis, Adela charissima matri sua (Elizabeth enim uxor ejus Idibus Martii hujus anni obierat, ut jam retulerat Rigordus) & Guillelmo Remensi Archiep. avunculo suo (Adelae sc. fratri) pro tutela & custodia totum regnum Francorum eum filio suo dilectissimo Ludovico commendavit. Et paucis evolatis diebus apud Januam venit, ubi naves & ea, quae erant victui necessaria, cum armamentis diligentissime parari fecit. Richardus autem Rex Angliae apud Massiliam, cum omnibus suis mare intravit. Et sic jam dicti Catholici Reges pro sancta Christianitate defendenda, & propter amorem D. N. J. C. ventis & mari se committentes, cum multis & magnis periculis apud Messanam venerunt. Sed antequam Rex Philippus de regno Francorum

nostra tenemur. Ut igitur tenor pacis intacta, & initiati matrimonii fides cum integritate debita ex parte nostra, & nepotis nostri servetur: sicut ipsi domino Tancredo, interposita jurisjurandi religione, firmavimus, sanctitatem vestram, & S. R. E. omnixe rogamus, quatenus & firmata pacis servanda perpetuo, & matrimonii consummandi; vel si ex praedictis causis matrimonium ipsum non fieret, restituenda pecunia sanctae Sedes Apostolica fidejussionem pro nobis suscipiat erga dominum nostrum Regem Tancredum, & heredes ipsius. Cujus fidejussionis onus ut confidenter vobiscum Romana Ecclesia suscipiat, praesentium litterarum testimonio vobis & S. R. E. liberam concedimus potestatem, nos, & heredes nostros & terram nostram districtius coercere, si vel contra pacem praesatam venerimus, vel praedictis causis matrimonio non secuto, nos, aut heredes nostri solutionem pecuniae negaremus. Ad honorem utriusque nostri vestra novit beatitudo spectare, si mediante Romana Ecclesia, pacis pariter, & matrimonii bonum ad congruum finem deveniat, unde multiplex in futurum utilitas consequatur. Testibus nobis ipsis undecima die Novembris, apud Messanam.

At quid summa admiratione dignum post haec acciderit, cum idem Richardus Rex Angliae divino spiritu illustratus, eoque detestatus est facinora sua, ut illic eadem coram Episcopis palam confiteri non erubuerit, ita idem Rogerius enarrat:

Eodem anno Richardus Rex Angliae, divina inspirante gratia, recordatus foeditatis vitae suae, post contritionem cordis, convocatis in unum in capella Reginaldi de Moyac universis Archiepiscopis, & Episcopis suis, qui cum eo erant apud Messanam, nudus prociens ad pedes eorum, vitam suam foeditatem coram illis Deo confiteri non erubuit. Vepres enim libidinum exceperant caput illius, & non erat eradicantis manus: sed Pater misericordiarum Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vi-

exiret, Parisius convocatis amicis & familiaribus testamentum condidit & regni totius ordinationem fecit.

Recitato illo testamento ait Rigordus: Quando Rex Philippus apud Messanam venit mense Augusto, honorifice receptus est in Palatio Regis Tancredi, & de vicualibus suis abundanter ei donavit, & infinitam auri summam ei dedit, si unam de filiabus suis ei, aut filio suo Ludovico desponsasset. Sed Rex Philippus propter amicitiam, quam erga Henricum Imperatorem habebat, utrique desponsationi superstitit. Postmodum contentio quadam, quam Rex Angliae pro dotalitio sororis suae (Joannae appellatae) cum Rege Tancredo habebat, interventu & labore Regis Philippi hoc modo terminata est, &c. Narra- rat postea tractationem habitam inter duos Re-

Richard. Reg. publica coram Episcopis poenitentia.

IV.

III. Anno sequenti in Syriam pervenerunt.

Abbat. Joachim cum Richardo Reg. congressus.

PAGIUS

IV. Virtutes Joachimi Abbat. Abbat. Abbat. Abbat.

V. Ejus miracula & annus eorum.

vivat, respexit eum oculis misericordiae suae, & dedit ei cor poenitens, & ad poenitentiam vocavit. Ipse enim a praedictis Episcopis poenitentiam recepit, & ab illa hora deinceps factus est vir timens Deum, & recedens a malo, & faciens bonum. O felicem illum, qui sic cadit, ut fortior resurgat! O felicem illum, qui post poenitentiam non est relapsus in ruinam & culpam? Post haec autem subicit idem Rogerius congressum, quem idem Richardus habuit cum Abbate Joachim, qui propheta Dei circumferebatur esse Ann. Eccl. Tom. XIX.

ges Francia & Anglia, qui cum inter se non convenirent, coepit oriri inter utrumque inimicitia. Rex autem Francorum Philippus cum summo desiderio volens iter perficere quod inceperat, Martio mense mare intravit, & revoluitis paucis diebus, prosperis ventis, cum omnibus rebus suis, vigilia Pascha Accon applicuit, anno sc. sequenti.

Ad num. V. Florebat, ut jam diximus, in Calabria beatus Joachimus, fundator Ordinis Florentis, ita appellati quod primum monasterium in loco Floris dicto constructum sit. Is a quibusdam Sanctus, Doctor ac Propheta, a quibusdam vero illusor, hypocrita & Pseudo-Propheta dictus, adeo de eo variae fuerunt sententiae. Verum in eo Prophetiae Donum comprobavit eventus, sanctitatem, miracula, doctrinam libri, ut pluribus Auctoribus in medium adductis, & ejus Vita accurate examinata ostendunt Manricus in Annal. Cisterc. Tom. I. & II. & Papebrocius in Actis SS. Bollandianis ad diem XXIX. mensis Maii, quo eam vitam notis illustravit. Lucas Archiepiscopus Consentinus, seu melius Cusentinus in Calabria citeriori, ipsius Beati olim Scriba familiaris refert, se eum vidisse anno secundo Pontificatus Lucii Papa, ut legere est in pravio Commentario Papebrocii §. 3. subditque: Tunc coram eodem domino Papa & Consistorio ejus, cepit revelare intelligentiam Scripturarum, & utriusque Testamenti concordiam: a quo & licentiam scribendi obtinuit, & scribere cepit, &c. Mox vero, ut me cognovit intelligere aliquid, & Notarium esse Abbat. mei rogavit eum, ut me sibi concederet Scriptorem: quod & actum est, quia sibi nil Abbas Geraldus negare poterat; ita eum ferventissime diligebat. Refert postea se ministrasse ei celebranti Missam, & pietatem ejus esse miratum, cum nonnunquam illum lacrymantem vidit tam in celebratione Missae, quam cum in ea Passio Dominica legebatur. Varia habet de ejus vigiliis, sobrietate, castitate, constantia in oratione, & jejunii rigore; testaturque ejus meritis solutam sibi fuisse linguam, depulsum febrem & repressam intempestivi potus appetentiam.

Certe in loco ubi mortuus & primum humatus fuit, arserunt alias lampades, & in monasterio Floris simili honore cultum fuit novum ejus sepulcrum, ad quod auxilium causa tum emergentes, tum alio quocunque morbo laborantes accedere solitos & juveni, plura exempla manifestant. Abbat. & Monachi Ordinis Florentis anno MCCCXLVI. in Monasterio Florenti congregati unum ex suis Romanam misere, qui peteret, Episcopos delegari qui inquirerent de Miraculis in vita & post mortem a Joachimo factis. In hoc usque sepulcrum ejus veneratum fuit visitan-

in Sicilia monachus Cisterciensis, Abbas de Curacio.

Porro mutuum tunc habitum inter eos colloquium idem Rogerius recitat, ex quo plane tam suis ipsius vanis responsis, quam inanibus prophetiis, inventus est non Dei propheta, sed pseudo-propheta esse. Nam praedixit pleraque ventura, quae re vera caruerunt eventu. Quod quidem signum Deus dedit populo suo ad cognoscendum prophetam verum a falso: nam (a) ait: Quod sita cita cogitatione responderis: Quomodo Iiii pos-

tium concursu, & celebratum miraculis. Jacobus Gracus, Monachus Florentis Patria Calaber, qui hujus seculi initio vitam beati viri ex variis monumentis collegit, mortem ejus usque ad annum MCCXIV. perperam distulit. Gregorius enim de Laude seu de Lauro, Ordinis Cisterciensis, qui Apologiam ejus edidit, detexit ex Actis publicis eum anno millesimo ducentesimo secundo ad coelestem patriam migrasse, quod confirmat laudatus Lucas Consentinus Archiepiscopus, dicens, quod ob singularem beati Joachimi devotionem, qua erga quindenam Dominicam Passionis afficiebatur, forte ei datum sit, ut in Sabbato, quo SITIEN- TES cantatus, mortalis vita dolore arderet; & verum adeptus Sabbatum, ut cervus ad fontes properaret aquarum; Gregorius autem de Lauro inquit, se in pervetustis Floris monasterii manuscriptis reperisse Joachimum die XXX. mensis Martii ad aeternam felicitatem transmigrasse, & anno MCCII. sabbatum Dominicam Passionis praecedens, quando Introitus missae incipit, Sistentes venite ad aquas, incidit in diem XXX. Martii, ut methodus cyclica ostendit. Quare Albericus in Chron. annum a Paschate incipiens mortem ejus conjungit cum anno MCCI. sicuti, & Auctor Magni Chronici Belgici qui Albericum exscripsit pag. 210.

Joachimum varia spiritu prophetico praenunciante quae postea evenere, certis exemplis demonstrant Manricus & Papebrocius, indeque contigisse, ut aliquas fictitias prorsus atque inanes praedictiones quidam ei adscriperint, quarum nugacitas effecit, ut suspensi haberent viri etiam sapientissimi, quo loco sc. haberent Joachimum, vel quid de spiritu illius statuerent. Nec longe nobis exempla petenda; cum Rogerius Hovedenus in Annal. parte posteriori pag. 68r. loquens de rebus hoc anno gestis scribat, quod an. MCXC. Richardus Rex Angliae, cum Philippo Rege Francia Messanae agens, donec in Terram sanctam transmitterent, audierit per famam & multorum relationem, quod quidam vir religiosus erat in Calabria, dictus Joachim Abbas de Curatio, de Ordine Cisterciensi, habens spiritum propheticum, & ventura populo praedicabat, mistique pro eo, & libenter audiebat verba prophetiae ejus: eruditus enim vir erat in Scripturis divinis, & interpretabatur visiones B. Joannis Evangelista, quas ipse Joannes narrat in Apocalypsi, in quibus audiendis Rex Angliae & sui multum delectabantur. At, ut recte Papebrocius laudatus §. 6. infans sit, qui existimet, Joachimum ibi aliter Apocalypsin explicasse, quam fecit in eo quod jam super Apocalypsin scripserat Opere, quod etiamnum extat. Interim quispiam ex iis, qui in aula videri volunt omnia

V.

(a) Deut. 18.

VI.

Varia praedixit.

CHRISTI 1190.

CLEMENTIS III. PAP. 3.

FRIDERICI IMP. 36. ISAACII ANG. IMP. 5.

possunt intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? Hoc habebis signum: Quod in nomine meo propheta ille praedixerit, & non evenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit. At accipe, quae vana tum coram Rege homo vaniloquus est commentus mendacia; atque primum illud, cum interpretatus Apocalypsim, unum ex septem capitibus Bestiae ostensa in visu Joanni, significatum fuisse Saladinum, qui nuper ceperat Jerosolymam, quam post septem annos ab eo tempore, quo ab ipso capta est, per Christianos fore, eo devicto, recuperandam, false praedixit. Nam longe diverse rem accidisse declaravit eventus. Secundo vero, cum eidem Regi praedixit ea peregrinatione Deum exalta-

turum nomen ejus super omnes Reges terrae; sed plane secus accidit: nam in reditu captus ab aemulo Principe Imperatore, ab eo diu est detentus in vinculis, nec solutus, nisi ingenti auri summa redemptus a suis. Tertio insuper in eodem cum Rege sermone dixit, Antichristum jam natum esse in civitate Romana, eundemque in Sedem Apostolicam, provehendum. Quae omnia Episcopi qui aderant, dum ista homo inaniter fabularetur, redarguerunt falsitatis. Auctor autem ipse, qui tunc ista scribebat, veritatem ab eventu jure fore noscendam asserens: ex eo plane longe diverso ab ipsa praedictione convicit, toto caelo Joachim pseudopropheta fuisse. Quando autem sententiam condemnationis accep-

Pseudo-propheta convictus Abbas Joachim.

PAGIUS omnia scire & nosse, totius velut doctrinae synopsis perscripsit in Angliam, qualem post citata verba Hovedenus transcripsit; addens, (quod nusquam vel per umbram in Joachimi Operibus legitur, sed potius contrarium) Saladinum, qui tunc Jerosolymam occupabat, in proximo illam perditurum.

VII. Quia vero tum fami spargebatur, consultantibus de successu expeditionis Regibus Joachimum respondisse, quod nondum adesset tempus recuperanda Jerosolyma adeoque Christiani non multum essent ex expeditione futuri, id ne in Angliam delatum examinaret populus, finxere Aulici assentatores Joachimum a Rege interrogatum, quando futura essent illa de Saladino, respondisse: quando septem anni elapsi erunt a die captivitatis Jerusalem, adeoque anno MCXCVI. cum urbs anno MCLXXXVII. expugnata fuerit. Ad haec subintulisse Regem: Ergo quare venimus huc tam cito? cui Joachim responderit, ut videre est apud Hovedenum: Adventus tuus valde necessarius est: quia Dominus dabit tibi victoriam de inimicis tuis, & exaltabit nomen tuum super omnes Principes terra. Quod purum putum esse commentum Joachimo affictum ad spem bonam Anglis immitendam, nemo dubitabit, qui infelicissimam fortunam Richardi Regis, in ea expeditione vidit, captique, conferre volet, cum indubitata Joachimi sanctitate, qua nollet Regem in tanti momenti negotio false revelationis praetextu decipere. Sic cum Joachimus cap. 13. super Isaiam praedixisset, duos Religiosos Ordines jam in Ecclesia nascituros sub SS. Dominici & Francisci Ducatu, finxere aliqui priusquam Sancti ipsi Instructores nascerentur, Joachimum eorum imagines in habitu, quem Religiosis quique suis daturi erant, pingi curavisse Venetiis in Templo Sancti Marci; cum tamen, ut inquit Papebrocius §. 8. constat, Sanctos Dominicum anno MCLXX. Franciscum verum anno MCLXXXII. natos esse, & Templum D. Marci, ut colligitur ex Historia Veneta Petri Justiniani lib. 2. majori ex parte instructum, inflauratumque fuisse opibus Sebastiani Zani, qui ducatum non inivit ante annum MCLXXI. & anno regiminis VIII. excessit e vita, cum prius omnes fortunas opesque suas, qua amplissima erant, in pias causas distribuisset. Quis autem dubitet, quin pluribus annis fuerit in ea mole laboratum, antequam ad ornatum interiore, qui ultimus esse solet, curandum deveniretur? ut. consequens sit,

Templum, quod Sancto Dominico nascente vix inchoatum erat, Sancto Francisco, in lucem prodeunte necdum eo fuisse perductum, ut ejus ibi imago posset a Joachimo collocari. Quare huic commento Wadingus in Apparatu ad Annales Min. §. 2. num. VI. fidem adhibere non debuit.

Baronius relato Joachimi cum Richardo Angliae Rege colloquio ex Rogerio Hovedeno, Quod vi- subjungit; Auctor ipse, qui tunc scribebat, ,, veritatem ab eventu jure fore noscendam ,, asserens, ex eo plane longe diverso ab ipsa ,, praedictione convicit, toto caelo Joachim fuit. ,, Pseudo-Prophetam fuisse. Quando autem sen- ,, tentiam condemnationis acceperit ipse & ,, ejus scripta sub Innocentio III. suo loco di- ,, cendum erit. Ita Baronius. Sed ex iis, quae tam hoc anno, quam an. MCLXXXVIII. in medium attulimus, haec omnia plane corruunt, constatque Joachimi quidem Libellum de Trinitate damnatum fuisse, sed eum virum Catholicum, & Sanctae fidei orthodoxae sectatorem declaratum. Hinc Papebrocius laudatus §. VI. eam objectionem non aliis verbis solvit, quam optando, ut ad Annales Ecclesiasticos prosequendos ulterius vita & otium Baronio sufficerent: ,, vix ,, enim, inquit, dubitamus, quin pro sua inge- ,, nuitate emolliisset sententiae praecipitae ri- ,, gorem: ut enim tum ex ipso Concilii de- ,, creto, tum ex Pontificum consequentium. ,, Bullis cognovisset, unicum duntaxat, qui ,, sub nomine Joachimi ferebatur, libellum. ,, fuisse damnatum, idque citra praetitulati ,, Auctoris notam; ita fortassis etiam ad ipsam ,, Apocalypseo Expositionem legendam aliquan- ,, do applicuisset animum, agnovissetque, quam ,, falsis praedictis plerique ejus accusatores ,, nitantur. Haec Papebrocius.

VIII. Quod in toto ris Doctis errandi causa fuit.

Nec etiam aliquem movere debet quod legitur in Vita S. Thomae de Aquino Religiosi Ordinis S. Dominici, vulgo attributa Guillelmo de Thoco ejusdem Instituti, recitata a Bollando ad diem VII. mensis Martii pag. 655. In ea num. XXI. sermo est de Fraterculis, diciturque; Quia ex dictis Abbatis Joachim praedicti haeretici fomentum sumunt praefati erroris pestiferi, praedictus Doctor (sc. S. Thomas) in quodam monasterio petivit librum praefati Abbatis, & oblatum totum perlegit, & ubi ali- quid erroneum reperit, vel suspectum cum linea subducta damnavit, quod totum legi & credi prohibuit, quod ipse sua manu docta cassavit. Nam, ut ait Papebrocius laudatus §. 8.

IX. Lapsus Auctoris Vita S. Thomae de Thoco de Joachimo loquentis.

CHRISTI 1190.

CLEMENTIS III. PAP. 3.

FRIDERICI IMP. 36. ISAACII ANG. IMP. 5.

VI. Frideric. Imp. obitus.

PAGIUS

X. Alter ejusdem Auctoris lapsus.

XI. Antiquitas Scholae Doctoris Subtilis.

perit ipse & ejus scripta, sub Innocentio Tertio, suo loco dicendum erit. Hoc eodem anno, mense Junii, die decima ejusdem, Fridericus Imperator post immensos superatos labores in Terrae sanctae expeditione, post victum in proelio Soldanum Iconii peragrans partes inferio-

ea linearum subductione Sanctus Doctor, minus cognitam habens Joachimi sanctitatem ob plurima figmenta, quae ei imputabantur, & ex quibus aliqua memoravimus, solum monere voluit ejusmodi loca cautius esse legenda, quia ipsis perperam acceptis praedicti haeretici abutebantur. Quare praefatus Guillelmus videtur animo praecipitatus fuisse, cum ea linearum subductio lenius accipienda foret, ut fufius idem Papebrocius.

Juvabit hic obiter observare dubitandi locum esse, an Guillelmus istius Vitae Scriptor fuerit; cum id tantum meris conjecturis adstruatur, constatque ex ea ipsum an. MCCCXIX. collaborasse, ut fieret processus canonizationis Doctoris Angelici, quae postea an. MCCCXXIII. peracta fuit. Nam eo tempore Doctor Subtilis Scholam suam habebat, sicuti Doctor Angelicus, & tamen in ea Vita num. XVII. dicitur: Est omnibus manifestum, quod in toto mundo inter fideles Catholicos in Philosophia & Theologia in omnibus scholis nihil aliud legitur, quamquod ejus scriptis hauritur quamvis multi alii Magistri ejus styli scribendi, quo potuerunt studio, imitantes, quasi ex ejus (sc. S. Thomae) scriptis clavam habentes scientia, ingressi sunt Divinorum secreta cancellaria: & multa volumina scripserunt, suum exercitantes studium supra positum dicti Doctoris fundamentum: Divina dispensatione mirabiliter permittente, ut quicumque ab hujus Doctoris scriptura volunt divertere, contingat eos aut in fide aut moribus aberrare. Quod vere dici non potuit a Guillelmo de Thoco; cum an. MCCCXX. schola Scotistarum jam viguerit, ut manifeste ostendit Codex MS. Francisci Mayronis Joannis Scoti discipuli in primum librum Sententiarum, qui aservatur in Bibliotheca. Conventus nostri Caesennae manuscriptis diviti, a me alias lectus, in illius enim codicis sine legitur: Explicat lectura super primum Sententiarum Fratris Francisci Mayronis de provincia Provincia Ordinis Fratrum Minorum reportata sub eo Parisiis, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo. Praefatum Opus, cujus initium, Attendite popule meus legem meam, &c. nondum lucem vidit, nec ejus apud Wadingum in lib. de Script. Minorum mentio. Quare cum Mayronius tam in illo Codice, quam in aliis omnibus libris Theologicis in lucem editis doctrinam Scoti propugnaverit, liquet scholam Scotistarum jam ab eo saltem anno floruisse. Cum vero Joannes XXII. Papa an. MCCCXXII. ut eo anno num. XXII. & seq. apud Wadingum videre est, Cancellario Academiae Parisiensis mandavit, ut Mayronium, qui in Parisiensi studio more Baccalaeorum legendo solitum cursum perfecerat in lectura Magistrali honore donaret, apparet eum ante Doctoratum Reportata sua legisse.

Praefato tempore Scholam Scotistarum jam institutam fuisse, ex ipsomet Mayronio in suis Quaestionibus Quolibetalibus, quas apud me habeo in Codice vetustissimo MS. in quo plures quaestiones continentur, quam in Quolibetis editis, demonstrari potest; in quaestione enim XIV. haecenus non edita, quae est Utrum

ris Armeniae, in Saleph flumine, dum * al. Calavaret se, sive transiret illum, rapido leph. cursu ejus undarum absorptus interiit. Quonam modo ista adeo tristitia se habuerint, cum alii dicant ipso fluminis transitu periisse, alii vero, cum se aquis ablueret, natando abreptum undis esse Iiii 2 de.

in divinis sint duae emanationes seu duae productiones, ait Mayronius: Ponitur ratio Doctoris nostri, qua demonstrare videtur, &c. ubi Scotus, qui vocatur a Guillelmo Okamo ejus discipulo Doctor Ordinis, a Mayronio DOCTOR NOSTER appellatur. Quaestiones autem illas a Mayronio scriptas esse ante canonizationem Doctoris Angelici patet ex quaest. XVII. etiam inedita, quae est Utrum gratia gratum faciens sit composita ex genere & differentia sicut ex partibus quidditative distinctis, in qua citat Fratrem Thomam de Aquino, & Fratrem Bonaventuram, argumento manifesto Doctorem Angelicum tunc nondum Sanctorum honoribus exornatum fuisse. Praeterea in eadem Quaestione Mayronius loquens de distinctione inter essentialiam & relationes divinas, ait in studio Parisiensi actum fuisse de pace inter duas Scholas (nempe Thomistarum & Scotistarum), additque dixisse se quod inter istas Scholas erat perfecta pax secundum ista, quia positionem de rationibus formalibus, de qua fuit longa concertatio, iste socius (cum quo disputaverat) manifestissime declarabat, ponendo plures rationes distinctivas, &c. & tunc ex dictis suis eliciebam quatuor conclusiones, in quibus solet impugnari SCHOLA NOSTRA, &c. Ex quibus necessario sequitur, aut Guillelmum de Thoco non edidisse Vitam Sancti Thomae ipsi adscriptam, aut eum non vere scripsisse tempore, quo prosequeretur canonizationem Doctoris Angelici, anno nempe MCCCXIX. in toto mundo inter fideles Catholicos in Philosophia & Theologia in omnibus Scholis nihil aliud legi, quam quod de ejus scriptis hauriretur. Certum quidem videtur doctrinam Doctoris Angelici ante annum MCCC. communiter a Professoribus lectam fuisse; sed postquam anno MCCCIV. Joannes Scotus lauream Doctoratus Parisiis accepit, quamplurimi ejus doctrinam professi sunt, tandemque ut quam tardissime ante annum MCCCXX. Theologia & Philosophia in duas scholas divisa fuit. Vivebat adhuc Mayronius anno MCCCXXVII. ut constat ex Instrumento authentico in fine Sermonum divi Antonii Paduani de Sanctis, a me publicatorum, recitato, mortuus Placentiae anno incerto. Quibus suppleri possunt Annales Ordinis Min. a Luca Vadingo compositi, quem scholae Scotistarum antiquitas latuit. Hic obiter Lectorem monebo me in eorumdem Sermonum calce publicasse Testamentum S. Ludovici Episcopi Tolosani, ex eoque demonstrasse Summam Theologicam, cujus in eo mentio, genuinum fore esse Doctoris Angelici.

Ad num. VI. & seqq. Chronographus Reicherspergensis refert expeditionem Friderici Imp. in Orientem, ubi mortuus est ex Tagenone Pataviensis Ecclesiae Decano, qui Imperatorem comitabatur, & singula notavit; prolixitatis tamen vitandae gratia minus necessaria praetertittam: Pars illa exercitus nostri, qua hymaverat apud Philippopolim secuta est dominum Imperatorem Adrianopolim (legendum Adrianopolim) XVII. Kal. Febr. & venit Constantiam ea die, qua cantabatur, Circumdederunt me

XII. Friderico Imp. in Orientem proficiscitur.

demersum: nos tutius ab eo qui interfuit, rem petemus, qui licet incertus habeatur auctor; certum tamen, quod is fuit unus ex illis, qui in ea erant expeditione, & casui interfuit, scripsitque brevi compendio quæcumque toto illo itinere contigerunt, unaque cuncta perstrinxit epistola, quæ absque titulo reperta ita se habet:

Credentes (a) sanctitatem vestram esse cupidam circa notitiam rerum ab Imperatore gestarum: ea quæ vidimus, & manibus tractavimus, sine adulterina falsitatis admixtione succincta brevitate vobis scribere curavimus.

Cognoscat itaque vestra sanctitatis discretio, quod ab amantissimo Rege Hungariae Bela honorifice recepti, & benigne ab ipso & humaniter tractati, statim cum regnum Græciæ intravimus, in manus furum & latronum incidimus, nulla in Græcis fide reperta. Nam contra communem non violandorum Legatorum legem, Episcopum Monasteriensem, & Comitem Robertum ceperant. Unde cum magno labore per partes Bulgariae procedentes, post longam viam nostræ moram (capta prius civitate * Philipoli, & destructa, & famoso castro Verm. destructo, & tota circumjacente regione gladio devastata; capta etiam nobili civitate Andrinopoli, & circumjacentibus civitatibus, captaque inexpugnabili civitate Timotico a Duce Sæviæ, & infinitis de habitatoribus villa occisis; destructo etiam quodam castro, nomine Maniceta, a militibus nostris & paucis de exercitu, ubi circiter sex millia Græcorum perierunt igne & gladio: captis quoque complurimis castris, & facta magna strage Græ-

corum, cum etiam fame perirent: acceptis etiam a Constantinopolitano Imperatore idoneis obsidibus, redditis etiam nobis Nuntis Soldani, & filiis ejus, quos ad nos missos ante ceperant): in festo Paschæ cum omni prosperitate rerum & personarum Brachium S. Georgii transivimus. Sed postmodum, quæ a prædicto Imperatore nobis jurata & promissa sunt, nequaquam sunt observata.

Deinde procedentes per partes Philadelphiam, usque Laodiceam pervenimus in manu forti, omni die armata militia exercitus Christi. Inde proficiscentes, feria sexta ante diem Rogationum, propter graminis & aquæ defectum, & propter diætam solito longiorem, inestimabile damnum in equis passi, venimus, ubi fluvius Mandra oritur. Et cum adhuc essent circa nos Nuntii Soldani & filii ejus, qui magna domino Imperatori munera attulerant, & sub fidei certa pollicitatione pacem nobis firmissimam promississent: invenimus tamen ibi in magna copia Turcorum acies contra nos ordinatas, qui ad mortem nostram missi fuerant. Sed Deo auxilium & duce, sub sanctæ Crucis vexillo, diluculo feria secunda, quæ prima erat Rogationum dies, in ore gladii eos vicimus, magna eorum facta strage, transcentes eadem die fauces & angustissima montium versus Susopolim. In quibus partibus in angusto quodam transiui in vigilia Ascensionis Domini nostri, magnam Turcorum multitudinem occidimus. Et quia jam equorum defectum sensimus, qui vulnerati fuerant & occisi, & propter frigiditatem segetem & herbam non invenimus, cum jam fame arctari inciperemus, nec a

VII.

Nun-

Inde intraverunt quadam desertissima loca Turcia, &c. Sequenti mane invenerunt eos mala mille sæculis inaudita; nam Turci equites & pedites sine intermissione jaculis & incursionibus vexaverunt eos, &c. Inde VI. Nonas Maii iterum persecutores Crucis Christi ceciderunt ad trecentos; & nostri in maximo defectu fuerunt. Quinto Non. Maii plusquam triginta millia Turcorum in quadam arctissima clausura convenerant, per quam transiuri erant nostri: ubi Imperator Græcorum Emmanuel cum magno exercitu destructus fuit, ut nostros eodem modo interimerent, &c. Sequenti die Turci circumvallaverunt eos, & die ac nocte sagittis, & incursionibus acriter infestaverunt. VI. Nonas Maii validissima fames cepit esse in exercitu, & nuntii Soldani recesserunt fraudulenter ab eis captivato Gotsfrido. Tunc liquido cognoverunt quod aurum Soldani & amicitia ipsius versum fuit in scoriæ: & quod ipse & Græci in hoc convenerant, quod fraudulenter interimerent eos, quia vi non poterant, &c.

His etiam diebus in regno Romano Henricus Dux Saxonie filius magni Ducis Heinrichi, & nepos Lotharii Imperatoris ex filia, qui jam per decem fere annos gratia Imperatoris Friderici & regni, indeque Ducatu Bavaria etiam caruerat, pacificatus est cum Rege Ro-

XIII.

Frideric. multum patitur in itinere.

XIV.

Nuntis Soldani aliquod inveniremus consilium: a via regia, quam Imperator Emmanuel ire solebat, eo quod esset deserta & longissima versus Iconium & tota montibus clausa, necessitate coacti ad sinistram declinavimus.

VIII.

In die Ascensionis Domini summitates montium, per quos erat nobis transitus, occupantes, per montes asperrimos, & viam angustissimam contra spem omnium hominum, cum summa difficultate, & magna rerum & personarum jactura, eadem die in planiciem Finimini descendimus. Turci enim ex omni parte quasi corona totum cinxerant & impugnabant exercitum: & Dux Sæviæ cum Duce de Mair, & Marchione de Baden, & aliis nobilibus & sagittariis a tergo remanserant, ad tuendum præcedentes. Qui cum præmissis eorum equis, pedites descendere deberent: tanta fuit Turcorum instantia cum sagittis, & fundis, & lapidibus, quod nostri ab invicem divisi sunt, positi in magno necessitatis articulo, & Dux Sæviæ vulneratus est, uno superiore dente penitus excusso, & medietate inferioris. Quamplures etiam milites ex nostris vulnerati sunt, unus solus occisus est. Saumaris multi cum pecunia, vestibus, vasis perditii sunt, sed de Turcis plurimi occisi sunt. Turcorum vero vires supra quam dici potest quotidie augebantur. Nam statim Ducem Sæviæ cum suo exercitu, & Ducem de Finimini cum suo exercitu, Ducem de Ferma cum suo exercitu in occursum habuimus, cum infinito aliorum numero. Quibus omnibus coadunatis, a mane usque ad vesperam, per omnes sequentes dies conflictum habuimus, & Deus semper posuit victoriam in manibus nostris, multis tamen vulneratis ex nostris, & multis equis occisis. Post diem vero Ascensionis, proxima Dominica, Fridericus de Hunlitra eos insequendo, de equo cecidit, & fracta cervice obiit. Sequenti autem die apud Finiminum castrametati sumus: ubi cum circa vesperam castra nostra Turci aggredierentur, ita ut de quibusdam hospitii spolia jam raperent armatis: nos in fugam eos convertimus, & ex eis ce-

derunt plus quam sex millia Turcorum, inter quos trecenti septuagintaquatuor de melioribus totius Turciæ occisi sunt, & nullus de nostris interit: sed & equi multi occisi. Et resonabant montes ex clamore plangentium, & nox divisit nos ab invicem.

Incepit autem inter nos fames valida regnare. Vinum autem & farina ex toto defecerat, & ego cum aliis equinas carnes comedi. Defecerant autem equi fame, & nec annonam, nec segetem invenimus: & Turci die ac nocte cum tanto nos arctabant exercitu, quod nulli extra castra licebat exire. Item feria quarta ante diem Pentecostes magnam eorum multitudinem occidimus. Post sanctum vero diem Pentecostes invenimus Melich magni Soldani filium, & acies contra nos dispositas, & Turcorum multitudinem, circa quadringenta millia equitum, qui totam, ut locustæ repleverant terram: contra quos vifrices aquilas in nomine Christi a fronte ereximus, nec famem, nec vulneratorum defectum sentientes. Et cum vix sexcenti equites essemus, sub signo vivifica Crucis eos vicimus, & convertimus in fugam. Ubi Melich filius Soldani ab equo dejectus est, & quatuor nominatissimi Principes ejus occisi sunt, & alii quamplurimi. Ibi etiam quiddam accidit dignum memoria. Sanctus Georgius eadem die, sicut & prius, quasdam acies nostras a Ludovico de Halffenstein præcedere visus est, impendens auxilium exercitui nostro. Ipse enim Ludovicus sub iurejurando publice confessus est, & sub religione sua peregrinationis, coram domino Imperatore, & exercitu. Sed & ipsi Turci postmodum nobis retulerunt, se quasdam acies vidisse candidis amictis vestibus, & equis albis.

Eadem die sequentes Melicum, qui fugerat versus Iconium, post tantam victoriæ gloriam vix circa noctem venimus ad hospitium, nullumque reperimus. Fueruntque homines & pecora sine cibo, & potu: & quodammodo incidimus in vitæ desperationem. Nam equi, qui prius remanserant, fame, & ob viæ longitudinem fe-

IX.

S. Georg. vivus præire in auxilium Christianorum.

X.

XV.

tantum narratur.

(a) Extat in Appen. ad Radevic.

Itinerarium Frideric. Imp. in Orient.

* f. Philippopoli.

PAGIUS

gemitus mortis, hoc est in XII. Kal. Februar. venit autem Adrianopolim ad Imperatorem VIII. Idus Febr. XVI. Kalendas Martii venit Nuntius Imperatoris Græcorum (Isaacii Angeli) ferens finalem & præcisam pacis compositionem ad Dom. nostrum Imperatorem XIII. Kal. Martii venerunt Nuntii Soldani & filii ad Dominum Imp. apud Adrianopolim morantem, bonam portant legationem. VI. Kal. Martii habuerunt peregrini nostri ventum intolerabilem & frigus asperum apud Adrianopolim: inde tunc missi sunt nuntii, qui explorarent securitatem transitus braccii (nempe Sancti Georgii) III. Kal. Mart. venerunt Imperatori obsides Græcorum, quos expetierat ab eis Imperator (nempe Fridericus). Narratis aliquot stationibus subditur: districum Turcorum intraverunt. Qui cum omni humanitate & hilari vultu eos excipientes forum (id est, commeatum seu cibaria ad alendum exercitum) pro posse exercitui ministraverunt. Tunc accesserunt ad campos Laodicia, qua sita est in pede cujusdam altissimi montis ultra quem Ephesus est, ubi bonum forum habuerunt: ibique dicebatur Rex Francia Ludovicus (hujus nominis VII.) quondam devictus fuisse a Turcis; & Dominus Otto Episcopus Frisingensis in expeditione Chunnaræ Regis (sc. Germaniæ).

PAGIUS Ingratiam recipit Henricum Leonem Ducem Saxoniam.

mano (Henrico scilicet Cesare) filio Imperatoris, & in gratiam regni receptus est solemniter in Curia ejusdem Regis, qua habitus est post dies Paschæ, quod venerat in VIII. Kal. Aprilis. (Ex isto Henrico cognominato Leone exorta familia Ducum Brunsvicensium). In Nonis Maii Turci existimantes nostros omnino inedia extabuisse hora vespertina, castra eorum fundis, jaculis, lanceis potenter invaserunt; sed exercitus vivifica Crucis incursionibus ipsorum viriliter occurrit, &c. VI. Idus Maii audierunt nostri tubam Soldani, & vexillum ipsius viderunt, sicut referebat Turcus ductor eorum, qui captivus ducebatur ab eis, &c. In Idibus Maii sicut præmortui itinerantes, aquam in palustribus locis invenerunt. Hic

in locis illis paludosis equi eorum aliquantulum refocillati fuerunt, &c.

Dominus itaque Imperator, quia res pro vita videbatur arctari, tametsi occulte aliquantulum Pars ejus videbatur de castris crastina diei, que & habere proposuit in feriali horto & viridario Reniorum gali Soldani, &c. mane facta XVI. Kal. Junii, tantum auditis Missarum solemnitatibus, & accepta communione in nomine Domini, valde paulatim, ita etiam, quod multi debiles & infirmi sustinerent admodum tarde aque processimus, &c. Reliqua prætereo, ut veniam ad mortem Friderici Imp. Sequenti die V. Idus Junii, cum maximo labore ad hospitium venimus: & exercitus propter incredibilem viæ difficultatem, non servata constituta progressione, nec expectatis Prin-

CHRISTI
1190.

CLEMENTIS III. PAP.
3.

FRIDERICI IMP. 36.
ISAACII ANG. IMP. 5.

re omnes mortui sunt. Inde proficiscen-
tes summo diluculo, cum jam essemus pro-
pe Iconium ad milliare, accessimus vici-
nius, & invenimus aquam, ubi mansimus
tota feria quarta. Sequenti vero die re-
cipimus nos juxta quemdam hortum amœ-
nissimum clausum muris, apud ipsam civi-
tatem Iconii; ubi etiam duo nobilissima
palatia Soldani destruximus. Et quoniam
ultima vite necessitas imminerebat, eo quod
fames nos maxima invasisset, & vix ha-
beremus jam circa quingentos milites in
equis, nullumque superesset procedendi,
vel redeundi consilium: ipsa cogente neces-
sitate, & docente, militiam nostram in
duas divisimus partes, feria sexta post
Pentecosten directa via procedentes ad
captivandam civitatem: ubi (quod mirabi-
le & incredibile dictu videtur) divino
auxilio Dux Sueviæ cum sibi adjunctis
sex, occupavit civitatem, in ore gladii
habitoribus ejus occisis. Et dominus Im-
perator interim manens a tergo, contra
altos Turcos in campo pugnavit. Et cum
essent circa CC. millia equitum, virtute
Austriaci eos expugnans, fugæ reddidit.
Nec indignum memoria. Civitas enim Ico-
nium in magnitudine æquatur Colonia:
ubi captis spoliis, mansimus a feria sex-
ta usque ad feriam quartam, donec Sol-
danus, qui se & suos in castra receperat,
timore mortis arctatus, viginti obsides
ad electionem nostram dedit, quos adhuc
captivos tenemus, quia fidem promissam
non tenuit.

PAGIUS
cipum & societatum vexillis, unusquisque pro
posse suo alium ante ire attentabat. Et nocte
illa major pars exercitus quendam altissimum
montem in littore præfata aqua protensum tran-
sivit. Obscuritas enim noctis impeditit quod
multa prærupta semitella pericula non poterant
videri, qua in die iter nostrum sequentibus mul-
tum terruerunt; & secundum relationem ipso-
rum in maximis angustiis eos fuisse intellexi-
mus, &c. Ibidem miserabile erat spectaculum,
quomodo laudabilis, & bene remuneranda eo-
rum, qui scutiferi dicuntur, sedulitas domi-
norum suorum debilitatem in sua debilitate in
sudore vultuum suorum per montem illum por-
taverunt. In descensu montis herbarum reperta
abundantia, prandium sumentes aliquandiu quie-
verunt.

XVI.
Moritur
apud Se-
leuciã.
Accidit autem, ut dominus Imperator, &
qui cum illo erant, juxta consilium eorum qui
indigena erant, volentes evitare periculum mon-
tis, quod præ oculis erat, dum aurora radios
suos spargere cepisset, in littore aqua descen-
derunt, nec in minari labore fuerunt, quam
illi qui per jugum montis descenderant. Nam
quidam Episcopi, & alii Principes, præpoten-
tes, relictis equis in quibusdam locis, ubi a-
qua a dextris, præcipitium montis a sinistris
periculum exitiale minabatur, manibus, & pe-
dibus, sicut quadrupedia reptabant, &c. Exer-
citu qui præcesserat ea die, hoc est IV. Idus Junii,
in campis Seleuciæ castra metatus fuit,
& erat lætitia magna in populo; quia evase-
rant pericula multa, &c. Repente autem & i-

Inde moventes castra proximo sabbato,
directa via versus Jarandinum ivimus,
ubi Kalendis Junii hospitati sumus. Et
intempesta noctis silentio tantus factus est
terræmotus, quod putabamus super nos Tur-
corum acies irruisse: quod credidimus fuisse
prælagium mutationis circa dominum
Imperatorem. Nam cum inde procederemus,
ivimus * Salepb, ubi tantam asperitatem
& difficultatem viæ in transitu montium
invenimus, quod summa jactura rerum vix
pervenimus Salepb in Dominica die, qua
fuit vigilia Barnabæ Apostoli, nempe
quarto Idus Junii. Porro barbaræ voces
obscura reddunt loca, in quibus ista sunt
perpetrata; nam si constaret quoniam fue-
rit locus dictus Jarandinus, Salepb quo-
que flavius sciretur quis fuerit. Pergit
auctor:

Eodem die cum dominus Imperator per
quoddam compendium transiret in convul-
libus montium quamdam tepidissimam a-
quam, * salvamque eum recepit in aliam
partem. Facto autem ibi prandio, post
insuitos & intolerabiles labores, quos per
mensam jam erat passus, & vellet balnea-
ri in eadem aqua, & ita se refrigerare
vellet narando: Dei judicio casu lacry-
mabili, & inopinato submersus est. Cuius
reliquias debita veneratione nobi-
scum portamus: & usque Tursoch fa-
mosissimam civitatem pervenimus, versus
Antiochiam inde procedentes; maximam-
que rerum nostrarum spoliationem passi su-
mus, & continue per sex hebdomadas la-
bo-

inopinate gaudium eorum mutatum est in mero-
rem; & versa est, heu, prob dolor, in luctum
cithara eorum, &c. quia ibidem apud Seleu-
ciam in illa die cecidit corona capitis nostri,
& gloria decusque Imperii Romani periit. Im-
perator enim noster Fridericus Augustissimus,
& omnium fere Regum fortunatissimus, IV.
Idus Junii, ut dictum est, quod erat tunc Do-
minica dies, subito debita mortis circa vesperam
exsolvens, diem clausit extremum secundo anno
peregrinationis suæ; anno autem regni sui quar-
to (legendum regni sui tricesimonono) Imperii
XXXV. omnibus peregrinis, qui eum sequeban-
tur inconsolabiliter lugentibus & stentibus.

Tunc sicut scriptum est, Percutiam Pastorem
& percutientur oves gregis; sic in exercitu no-
stro factum est; percusso enim & amisso capite, id-
est Duce populi, ex magna parte dissipatus & di-
spersus est exercitus, quia dissoluta sunt manus eo-
rum præ tristitia. Major tamen pars exercitus Du-
cem Sueviæ (Conradum) filium Imperatoris, &
alios Principes secuta, post dies luctus Imperatoris
XVIII. Kal. Julii Curcam venit. Et ibi quidam
mare intraverunt, &c. IX. Kal. Julii vene-
runt Antiochiam, &c. ubi etiam ossa Imperato-
ris tunc primum tumulata sunt a filio suo præ-
dicto ante altare S. Petri. Dum autem essent
Antiochia, &c. exercitus ille electissimorum mi-
litum, morte consumi cepit; ita ut diatim mul-
titudines morbo depasta caderent, in tantum quod
etiam non erat, qui sepeliret. Episcopi cum
Claricis, Principes cum innumerabili multitu-
dine electissimorum militum, mortem sui Princi-
pi-

XL

* Caleph.
alii Sa-
pber,
Salepbium
alii.
De obitu
miseran-
do Fride-
rici Imp.
narratio.
* saluum
se recepit.

CHRISTI
1190.

CLEMENTIS III. PAP.
3.

FRIDERICI IMP. 36.
ISAACII ANG. IMP. 5.

boravimus victualium penuria, eo quod
venalia non invenirentur. Hæc de mul-
tis periculis nostris, licet pauca, vobis
scribere curavimus: de cætero expectantes
solatium a misericordia Dei. Hactenus quæ
tunc ab itineris comite est scripta episto-
la. Extat & alia prolixior apud Cani-
sium tomo quinto Antiquæ lectionis. Ar-
noldus (a) ejusdem temporis auctor, lu-
ctum apponit communem universi Chri-
stiani Orbis: Nam non Occidentalium
tantum, sed & Orientalium, & ipso-
rum quoque æmulorum Græcorum lamen-
tatio fuit. Etenim Nicetas Choniata Græ-
corum doctissimus eandem historiam pro-
secutus est stylo lugubri valde, laudans
eundem Imperatorem. Extat & Petri
(b) Blesensis acerbissima lamentatio de
ejusdem Friderici morte: Incipit: Rumor
terribilis & horribilis, &c. At sicut dol-
or de ejus obitu pertigit universos: ita
admiratio ingens invasit omnes, cur Deus
permiserit in tam calamitoso statu rerum
Christianorum morte repentina sic abri-
pi tantum præsidium, cujus vel solo no-
mine consternati hostes videri possent.
Porro ex omnibus ista scrutantibus ma-
gis illorum consilium laudem meretur,
qui a profunditate & abyssio judiciorum

(a) Arnol-
in Append.
ad Hel-
mold. l. 3.
c. 33. 34.
(b) Petr.
Bles. ep.
169.

PAGIUS
pis secuti sunt. Ita Chronographus Reicher-
spergensis ex Tagenone Patavienfis Ecclesiæ De-
cano, ut ibi ipsemet refert, qui anno sequenti
scribit, Conradum Ducem Sueviæ obiisse
III. Kal. Febr. apud Acon. Friderico Imper.
succesit Henricus filius, qui jam Rex Germa-
niæ erat.

XVIII.
Concil.
Rotomag.
Valterus de Constantiis Archiepiscopus Ro-
tomagenfis, post mortem Henrici II. Anglo-
rum Regis Concilium Rotomagi celebravit an-
no ab Incarnat. Domini MCLXXXIX. tertio I-
dus Februarii, præsidente beatissimo Papa Cle-
mente III. regnante gloriosissimo Rege Francorum
Philippo, regente Normanniam invictissimo Re-
ge Anglorum Richardo, præsentibus omnibus Suf-
fraganeis, Abbatibus quoque præsentibus, mult-
tis etiam viris discretis & prudentibus, inquit
Gustavilla in fine Operum Petri Blesensis pag.
799. ubi illud recitat. Quare Concilium ad
præsentem annum pertinet, annusque ille In-
carnationis more Gallico adhuc in cursu erat
usque ad diem XXV. mensis Martii currentis
anni. Neque enim mense Februario superio-
ris Christi anni Richardus in Anglia & Nor-
mannia regnabat. Condita in eo Concilio ca-
pitula XXXII. ad disciplinam Ecclesiasticam
pertinentia, cujus cum nulla mentio sit in
Collectione Conciliorum, in altera editione
prætereundum non erit.

XIX.
Multi per Angliam, inquit Radulphus de
Diceto in Imag. Hist. pag. 651. loquens de gestis
hoc anno, tendere Jerosolymam properantes, prius Judæi ma-
in Judæos insurgere decreverunt, quam invade-
rent Sarracenos. Igitur VIII Idus Febr. Judæi
glia ha-
quotquot inventi sunt in domibus propriis apud
biti.
Norovicum trucidati sunt; aliqui refugium ha-
buerunt in castellum. Nonis Martii, tempore
scilicet nundinarum apud Stanford occisi sunt
multi. XVII. Kal. Aprilis apud Eboracum, sicut
dicitur, fere quingenti neci traditi sunt, mu-
tuus se vulneribus appetentes. Malebant enim a
proprio dente percuti, quam manibus incir-
cumcisorum perire. XV. Kal. Aprilis, scilicet
in Ramis Palmarum, sicut dicitur LVII. jugu-
lati sunt apud sanctum Edmundum. Ubicum-
que reperti sunt Judæi manibus peregrinantium
percussi sunt, nisi qui municipalium erueban-
tur auxilio. Necem Judæorum tam funestam,
tam exitialem viris prudentibus placuisse cre-
dendum non est; cum Davidicum illud auribus
nostris frequenter occurrat, Nec occidas eos. [r]
Obiit Everardus Tornacensis Episcopus; cui
succesit Stephanus, inquit Chronographus Aequi-
cinctinus ad hunc annum. Idem habet Meye-
phanus in Annal. Fland. hoc anno. Est hic Ste-
phanus, qui ex Abbacia sancti Evertii Ordinis
sancti Augustini in urbe Aurelianensi posita
translatus fuerat in Abbaciam Parisiensem san-
ctæ Genovefæ, quam per plures annos summa
cum laude rexit. Hunc inter omnes Galliarum
Præsules Philippus Augustus potissimum elegit,
qui sponforis, seu, ut ajunt, patrini officio
in

(c) Isai.
40.
(d) Ps. 118.
(e) Sap.
12.

XII.
Quorum
crimini
luerit
Frideric.
Poenas.
(f) Neub.
l. 4. c.
13.

NOIÆ [r] Hanc Judæorum stragem superiori anno contigisse notat Radulphus Abbas de Cogges-
shale qui tunc in Anglia florebat & Chronicon Anglicanum scribebat. Capisse au-
tem asserit Londini ipsa die qua Richardus regni coronam accepit. Judæos vero per illos dies
jubileum suum capisse affirmat. MANSI

Jus multa judiciorum Dei! vir tantus, & qui divino quodam fervore, relictis deliciis, opibusque Imperii, mille se exposuerat propter Christum periculis, tam subito misero casu absumitur. Peccatum, tamen ejus tantum & tale elucet, quod forte Imperialibus non potuerit deliciis expiari; atque ideo oportuerit, ne aternaliter plecteretur, pia divinitatis provisione in hac vita severius castigari. Si quidem nefarii schismatis sub venerabili Papa Alexandro principalis fautor extiterat, & pacis Ecclesiasticae per Imperialem potentiam multo tempore perturbator. Tandem vero perspicue dans palmam

veritati, minus tamen in deliciis palatium piacularare malum deserverat. Porro, ne propter hoc gravia post mortem supplicia lueret, sed potius tam grande malum momentanea mortis casus acerbis perfecte dilueret: illa insigni devotione, qua propter Christum relicto Imperio tantis se immergit periculis, actum credo. Hæc Willelmus Neubrigensis, qui tantum ea quæ Alexandri Papæ tempore Fridericus mala commiserit, non quæ antea, non quæ postea utque ad Urbanum III. animo nimis acerbis patrarit, recensuisse sat judicavit ad supplicii causam intinuantdam. Quod si ita, ut depinxit, divina fen-

PAGIUS in baptisate filii primogeniti Ludovici qui postea in Gallia sub Ludovico VIII. nomine regnavit fungeretur, at liquet ex Epistola ejusdem Stephani CCXXXVII. Ludovico Regis primogenito data. Claudius quidem du Molinet Canonicus Regularis Abbatia sanctæ Genovefæ, qui ab aliquot annis ejus Epistolas emendatores edidit, & notis illustravit, in Vita ejus a se composita dicit, Stephanum anno MCXCII. ad Episcopatum Tornacensem electum fuisse, sed gratis & sine teste. Eum tamen eo anno consecratum elicio ex Epistola ejus CCLXXXVII. qua declarat Abbatiam S. Bartholomæi Noviomensis nullo jure teneri erga Episcopum Tornacensem: Actum, inquit, anno Domini MCXCII. consecrationis nostræ anno tertio, ab illo Christi anno, aut saltem ab anno MCXCII. deducto. Idem Scriptor, passimque alii mortem ejus in annum MCCIII. conferunt, sed nulla ad id probatione in medium adducta; certum tamen illum ad eum circiter annum pervenisse.

XXI. Sicilia bellis civilibus afflicta. Tancredus Comes Licii, ait Anonymus Casinensis ad hunc annum, qui apud Trojam cum quibusdam aliis juraverat fidelitatem Constantia uxori Henrici Regis Teutonicorum & filia quondam Regis Rogerii (anno nempe MCLXXXV. quo Guillelmus II. Siciliæ Rex hoc conjugium peregit) Panormum vocatus a Magnatibus Curia de assensu & favore Romana Curia (nempe Clementis III. Germanis contrarii), coronatur in Regem mense Januarii. Rogerius Andria & Richardus Caleni Comites melius sua fidei memores cum quibusdam aliis Tancredo restant; sed differente suprascripto Rege Henrico in Italiam venire, Tancredus Apuliam fere totam, & terram Laboris sibi subicit, cui etiam munitiones blanditiis Aceriarum Comitum cognati sui inducta se reddunt. Item Comes Aceriarum de Campania & regno collecto magno exercitu pro expugnandis Capuanis & Aversanis, terram S. Bened. aggreditur. Rex Henricus Henricum Testam cum exercitu mittit in regnum, qui per Amiternas & Teatinas oras intrans, plurima loca incendio, pradaque consumsit; qui junctus cum predicto Comite Rogerio in Apuliam vadunt, locaque quam plurima depopulantur. Cornitum capiunt & incolas compellunt exulare; contra quos exercitus Tancredi munit civitatem Aviani, & loca vicina, metuentes bello campestri pugnare. Teutonici vero aliquandiu eos obsidentes, tum astatis fervore, tum penuria depresti obsidionem solvunt, & de regno exeunt. Comes Aceriarum invalescit; & supradictum Comitem Rogerium dolo ad concionem vocatum, fide rupta capit. Rediit cum exercitu Capuam & A-

versam; Capua se reddit improvido consilio, sicut semper usa, cum jam Rex Henricus, cui favorebat, appropinquaret.

Richardus vero de S. Germano in Chron. ad hunc annum de Tancredo Rege scribit: Qui postquam assumptus est, laboravit pro viribus qualiter regni fines in pace disponeret, & sibi rebelles ac adversarios subjugaret. Et primum quidem quinque Sarracenorum Regulos, qui ob metum Christianorum ad montana confugerant, de montanis ipsis Panormum redire coegit invitos, atque ut ceteros regni Comites ac Barones ad suam voluntatem converteret, & mandatum, Regales effudit opes & diu servatas est ausus frangere gazas. Hic Richardo Aceriarum Comiti, cujus soror sua conjux erat, de qua geminam suscepit prolem, auri talenta plurima expendenda transmittit, quibus omnes de Principatu & terra Laboris eidem Regi contrarios flexit ad mandatum ipsius. Tunc & Rosfridus Casinensis (nempe Abbas) ipsi Regi (Tancredo) juravit (licet Imperialium partium sectator). Erat ea tempestate in Apulia finibus Rogerius quidam Andria Comes, qui se non reputabat dicto Rege (Tancredo) inferiorem; cum tempore memorati Regis Guillelmi totius regni Magister Justiciarius fuerit, & in Apulia plenum tunc Dominium exerceret. Hic telo percussus invidia de Tancredi Comitis promotione in Regem, sibi que subesse dedignans, contra ipsum seditione facta turbare ad eum conversos pro viribus cepit, misitque quam cito ad Henricum Alemanniam Regem, quod veniret, vel mitteret, regnum Sicilia sibi jure uxoris pertinens, quod Tancredus Comes Licii usurpaverat, recepturus.

XXIII. Testam imperii Marefcalcum, cum multitudine gravi mittit in regnum, & veniens in Apuliam nullo obstante, ad ipsum Andria Comitem primum casale quoddam, quod Cornetum dicitur, ad Abbatem Venusii pertinens pro eo quod Abbas loci ipsius in partem cesserat dicti Regis, hostiliter intrans cum predicto Comite, & suis dedit in direptionem & pradam, & qua potuit dicti Regis parti faventibus mala irrogans, tandemque cum minorificato exercitu in Alemanniam reversus est. Dicitur vero Andria Comes in Apulia remanens, firmata Roccha sancta Agatha, quam tunc ipse tenebat, de suis confusus viribus se in Asculo recipit contra Regem, quem dictus Aceriarum Comes intus circumposita obsidione coarctans, cum flectere illum precibus & promissis non posset, vocatum ipsum ad colloquium quadam die proditorie cepit, & miserabili morte damnavit, &c. Rex Francia & Rex Anglia cruce signati Jerosolymam petunt, qui venientes Mes-

XXII. Tancredus Rex laboravit, ut regnum in pace disponeret.

XXIII. Henricus Germanis Rex Sicilia Regnum sibi debuit credit.

sententia justa sed misericordi factum esse dixerimus; haud absque exemplo divinæ Scripturæ tale ipsum præsumpsisse judicium, dici potest. Siquidem David, quantumlibet peccatum suum a Deo remissum audierit per Prophetam (a) Nathan: tamen soluta culpa divinitus, pœnam peccati haud condonatum fuisse, simul afferri potest; quæ nec jejuniis, neque humi cubatione valuit expiari, sed morte filii, & aliorum immisione malorum abstergi.

(a) 2. Reg. 15.

XIII. Sublato eo modo, quem diximus, Friderico, filius ejus Dux Sueviæ Conradus successit, & quibus valuit viribus in unum collectis, in Terræ sanctæ auxilium properavit, & in obsidione Acconitana diem & ipse clausit extremum. De Henrico autem Germaniæ Rege ejusdem Imperatoris filio, quem reliquerat, habet ista (b) Rogerius: Eodem anno millesimo centesimo nonagesimo Henricus Rex Alemannorum, audita morte Friderici Romanorum, ann. Eccl. Tom. XIX.

(b) Roger. in Annal. Angl.

PAGIUS Messanam, orta inter eos discordia partem civitatis igne cremarunt, quos dictus Tancredus magnis honorans xeniis, ne civitatem Messanæ destruerent, cum multis precibus impetravit.

XXIV. Hovedenus parte post Annal. pag. 669. loquens de parte copiarum Regis Angliæ quæ Jerusalem proficiscebatur, ait: Bajæ Almiramisi (legendum Jacob Amirelmumin) Imperator Africa & Hispania Saracenicæ, magno congregato exercitu, venit in terram Sancti Regis Portugalesis in vindictam Imperatoris Africa patris sui (Joseph appellati), anno sexto proximo praterito defuncti in obsidione apud sanctam Erenam castellum Aldefonsi Regis, patris predicti Sancti Regis Portugalesis. Civis autem Sylvia timentes adventum predicti Imperatoris, non permiserunt juvenes illos Lundonienses ab illis recedere. Rex Portugalesis misit Legatos suos ad peregrinos illos, & petiit ab eis succursum contra Saracenos, obtinuitque, quod fufe narrat Hovedenus, & ex eo fere de verbo ad verbum Bromptonus in Chron. pag. 1176. nisi ipsem Hovedenus id acceperit a Bromptono. Quis Auctor fuerit Chronici a Seldeno sub Joannis Bromptoni nomine vulgati, ipsemet Seldenus in Præfatione ad Scriptores X. Historiæ Anglicanæ, quorum unus est Auctor illius Chronici, pag. 38. investigavit, sed de-

manorum Imp. patris sui, reddidit Henrico Duci Saxoniam universam, quæ pater suus ei abstulerat, & in incrementum dedit ei decem castella optima. Similiter fecit cæteris omnibus, a quibuscumque pater suus aliquid abstulerat, reddens unicuique quod suum erat. Reconciliatis itaque sibi omnibus hominibus suis, misit Nuntios suos ad Clementem Papam, & ad Cardinales, & Senatores Urbis, petens Romanum Imperium, & promittens se in omnibus leges & dignitates Romanas servaturum illasas. Clemens vero Papa habito cum Cardinalibus, & Senatoribus, & populo Romano super petitionibus Regis Alemannorum cum deliberatione consilio, concessit Regi Alemannorum quod petebat, salvo dignitatibus, & consuetudinibus Romanorum. Et statuerunt eum terminum veniendi Romam proximum Pascha sequens. Hæc de his Rogerius. Atque finis hic præsentis anni.

K k k k Se-

tegere non potuit. Verum ut redeam ad Saracenos, Nowerrius anno Hegira DLXXXVI. refert, Jacob Imperatorem Africæ & Hispaniæ Saracenicæ ex Africa in Hispaniam transfretantem terras Christianorum ingressum Sylviam urbem recuperasse, quod Scriptores Lusitani confirmant, ajuntque hoc accidisse annis MCXC. & MCXCI. & addunt, eundem Imperatorem terram quidem illam deprædatam esse, sed Santarenum occupare non potuisse.

Bela hujus nominis III. Hungariæ Rex hoc anno obdormivit in Domino, Kalendis Maii, feria tertia, postquam regnasset annis XXIII. mense uno, diebus XIX. ut refert Joannes Thwroczius in Chron. cap. 64. Uxorem duxerat Margaritam Ludovici VII. Francorum Regis filiam, ac viduam Henrici Regis Angliæ ab Henrico II. patre dicti, sed ante patrem demortui. Bela successit Emericus filius ejus, cujus uxor Constantia, subdit idem Auctor, filia Regis Aragoniæ (Ildefonsi nempe, ut liquet ex Gestis Comitum Barcinonensium cap. 23.) Casari Frederico (hujus nominis II. per consilium Apostolica (legendum, Apostolici) copulatur, post mortem nempe ejusdem Emerici Regis. Anno MCXCVI. eodem Ildefonso Rege demortuo Petrus Blefensis ad Constantiam ejus filiam scripsit Epistolam consolatoriam, quæ ordine est CLXX.

XXV. Moritur Bela III. Hungariæ Rex.

JESU CHRISTI ANNUS 1191.

CÆLESTINI PAP. III. ANNUS I.

HENRICI V. IMP. I. ISAACII ANG. IMP. 6.

CHRISTI 1191.

CÆLESTINI III. PAP. I.

HENRICI V. IMP. I. ISAACII ANG. IMP. 6.

I. Clem. Pap. III. obitus.

(a) Arn. Chron. Slav. lib. 4. c. 4.

(b) Pet. Bles. ep. 123. Cælestini III. Pap. creatio.

Sequitur annus Salutis millesimus centesimus nonagesimus primus, Indictione nona, quo Clemens Papa obiit iv. Idus Aprilis, antequam Henricum filium Friderici coronare potuisset Imperatorem: de quo audi Arnoldum (a) Abbatem Lubecensem hujus temporis auctorem, scribentem ista: His autem ita dispositis, Rex cum manu valida Italiam intravit cum Philippo Colonienſi Archiepiscopo, & Ottone Duce Boemiæ, & aliis multis. Cumque appropinquaret Romæ, suscepturus Apostolicam benedictionem: dominus Apostolicus Clemens mortuus est. Pro quo dominus Cælestinus in Sede est sublimatus. De quo Rogerius: Mense Aprilis, quarto Idus ejusdem mensis, feria quarta, obiit Clemens Papa Tertius, cui successit Hyacinthus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, & in ipsa vigilia Paschæ ordinatus est in sacerdotem, & in die Paschæ, quæ in xviii. Kalend. Maji evenit, in Romanum Pontificem consecratus est ab Ottaviano Ostiensi Episcopo, & vocatus est Cælestinus Papa Tertius. Erat autem tunc Cælestinus ætatis plane decrepitæ, nempe octogintaquinque circiter annorum, quippe qui sexagintaquinque annis in functione diaconatus Cardinalis permansisset: de eo enim ista Petrus (b) Blesensis habet in Epistola ad Richardum Episcopum Londoniensem: Vidimus quamplures in Ecclesia Romana in ordine diaconatus usque ad decrepitam ætatem & exhalationem extremi spiritus ministrasse. Certe dominus Cælestinus, qui hodie sedet, sicut ex ipsius ore frequenter accepi, in officio Levitæ sexagintaquinque annos expleverat, antequam ipsum Dominus in summi Pontificatus apicem sublimasset. Hæc Petrus.

Quod autem spectat ad ejusdem Pontificis consecrationem, Cencius Cameraarius, qui aderat, & ista videbat, cærimonias illas scripsit, quibus tunc temporis creari consueverint & consecrari Romani Pontifices: quas hic opportune putavimus describendas. Sic se habent: Mortuo Romano Pontifice, & sepulto, omnes Cardinales ad propria revertuntur secundum antiquam consuetudinem. Secunda vero die conveniunt in Ecclesia, & Missa mortuorum cantata, omnes similiter secundum consuetudinem antiquam recedunt. Tertia autem die iterum omnes in Ecclesia congregati, & Missa sancti Spiritus ibidem primitus celebrata, tractant de electione. Et perscrutata omnium Cardinalium voluntate ab aliquibus de ipsis: in quem major & melior pars convenit Cardinalium, prior diaconorum ipsum de pluviali rubeo ammantat, & eidem electo nomen imponit; ipsumque deinde duo de majoribus Cardinalibus adextrant usque ad altare, ubi prostratus adorat, Primicerio cum schola cantorum & Cardinalium cantantibus, Te Deum laudamus. Quo facto, ab Episcopis Cardinalibus ad sedem ducitur post altare, & in ea, ut dignum est, collocatur. In qua dum sedes electus, recipit omnes Episcopos Cardinales, & quos sibi placuerit, ad pedes, postmodum ad osculum pacis.

Surgensque de sede ducitur a Cardinalibus ad sedem lapideam per porticum, quæ sedes dicitur Stercoraria, quæ est ante porticum basilicæ Salvatoris Patriarchatus Lateranensis, & in ea eundem electum ipsi Cardinales honorifice ponunt, at vere dicatur: (c) Suscitans de pulvere egenum, & de stercore erigens pauperem ut sedeat cum Principibus, & solum gloria

eum defunctum circa mediam Quadragesimam, & die XXX. Martii Cælestinum III. electum. In Necrologio Casinensi, in quo de more aut dies mortis, aut dies sepulturæ Pontificum Rom. quorum in eo mentio, notatur, Clementis III. nomen legitur ad V. Kal. April. diem nempe viceſimum octavum mensis Martii, quo ideo aut mortuus aut sepultus est. Sed audiendus Chronographus Reicherspergenſis, qui tam electionis Cælestini III. successoris ejus, quam consecrationis diem luculenter expressit: Defuncto tunc Roma Clemente Papa circa mediam Quadragesimam, constitutus est in locum ejus dominus Hyacinthus Cardinalis admodum senex, lectus a Romanis III. Kal. April. illo sabbato quando cantabatur Officium; Sitiennes venite ad aquas. Et in sancta die solemnitatis Paschæ, quod venerat tunc in XVIII. Kal. Maii consecratus, Cælestinus est dictus. Rex quoque Romanorum Henricus sextus, qui vivente adhuc patre suo Friderico Imperatore regnare coeperat, Romam cum exercitu veniens, sequenti die ejusdem

II. Cærimonia: hujus temporis in creatione Rom. Pont.

III. De usu Sedis Stercoraria.

(c) Psal. 112.

(a) Arn. 3.

IV. Utium clavium accipit.

PAGIUS

II. Henricus VI. Imp. coronatur.

ria teneat. Post aliquantulam moram stans juxta eandem sedem, electus accipit de gremio Camerarii tres pugillatas denariorum, & proicit, dicens: (a) Argentum & aurum non est mihi ad delectationem: quod autem habeo, tibi do. Tunc autem accipit ipsum electum Prior basilicæ Salvatoris Patriarchatus Lateranensis cum uno de Cardinalibus vel uno de fratribus suis. Venientibus autem per eandem porticum juxta ipsam basilicam Salvatoris, acclamatur: Domnum Cælestinum S. Petrus elegit. Sicque ducitur ab illis usque ad gradus portæ, quæ videlicet porta est in introitu palatii venientibus de Ecclesia ad palatium ipsum, ibique Judices eundem electum accipientes, ducunt cum per palatium usque ad basilicam sancti Silvestri.

Ubi vero ventum est ante basilicam ipsam (super cujus arcum, qui sustentatur de duabus columnis porphyreticis, est imago quædam Salvatoris, quæ a quodam Judæo percussa olim in fronte, sanguinem emisit, sicut hodie cernitur) idem electus sedet ad dexteram in sede porphyretica, ubi Prior basilicæ S. Laurentii de palatio dat ei ferulam, quæ est signum regiminis & correctionis, & claves ipsius basilicæ, & sacri Lateranensis palatii: quia specialiter Petro principi Apostolorum data est potestas claudendi & aperiendi, & ligandi atque solvendi, & per ipsum Apostolum omnibus Romanis Pontificibus. Et cum ipsa ferula & clavibus accedit ad alteram sedem similem & ejusdem lapidis, & tunc reddit eidem Priori tam ferulam, quam & ipsas claves. In qua dum aliquantulum

dem Paschalis solemnitatis, idest secunda feria, ab ipso Cælestino Papa consecratus honorabiliter Roma & coronatus, Imperatoris & Augusti nomen adeptus est nonagesimus quintus Regum ab Augusto. Quare Clemens III. sepultus est die XXVIII. mensis Martii, Cælestinus III. post duorum dierum interpontificium electus die XXX. ejusdem mensis, die decima quarta mensis Aprilis, in quam Pascha incidit, consecratus, & postridie Henricus VI. Rex Germaniæ Imperator ab eo coronatus.

Causam cur præter morem Cælestinus III. in decimum sextum ab electione diem consecrationem suam distulerit, nos edocet Arnoldus hujus temporis Scriptor lib. 4. cap. 4. ubi de Henrico VI. Rege loquens ait: Rex cum manu valida Italiam intravit cum Philippo Colonienſi, & Ottone duce Boemiæ, & aliis multis. Cumque appropinquaret Roma suscepturus Apostolicam benedictionem, dominus Apostolicus Clemens mortuus est; pro quo dominus Cælestinus in sede est sublimatus. Qui videns Regem cum multa jactantia venisse, ad protelandam ejus consecrationem, suam distulit. Paulo post: His precibus (nempe Romanorum) ubi consensum præbuit Apostolicus, cum summo tripudio Rex Urbem ingreditur: sicque Dominus Papa in die Paschæ solemniter consecratur, & proxima secunda feria cum summa pacis tranquillitate dominus Imperator cum Imperatrice (nempe

tula mora quævit, cingitur ab eodem Priore zona rubea de serico, in qua dependet bursa purpurea, in qua sunt duodecim sigilla pretiosorum lapidum, & muscus. Qui quidem electus in illis duabus sedibus sic sedere debeat, ac si videatur inter duos lectulos jacere, id est, ut accumbat inter Petri principis Apostolorum primatum, & Pauli Doctoris Gentium prædicationem. In zona notatur continentia castitatis: In bursa gazophylacium, quo pauperes Christi nutriantur, & viduæ: In duodecim sigillis, duodecim Apostolorum potestas designatur: Muscus includitur ad percipiendum odorem, ut ait (b) Apostolus: Christi bonus odor sumus Deo. In qua secunda sede dum sedet electus, recipit omnes officiales palatii ad pedes, & postea ad osculum; & deinde sedens ibidem recipit de manu Camerarii denarios argenteos valoris decem solidorum, & proicit eos super populum. Hoc facit tertio, dicendo: (c) Dispersi, dedit pauperibus: justitia ejus manet in seculum seculi. Istitis peractis ducitur per ipsam porticum, sub iconas Apostolorum, quæ per mare Romam venerunt, nullo ductore, & intrat basilicam sancti Laurentii, in qua postquam peregerit prolixam ante proprium & speciale altare orationem, pergit ad Papalem cameram, ubi cum pro sua voluntate pauserit, pergit ad mensam.

Post hæc autem in proxima die Dominica electus cum omnibus ordinibus sacri Palatii, & nobilibus Romanis vadit ad Ecclesiam B. Petri, & ante altare majus, prout in Ordine continetur, ab E-

Constantia) benedicitur & coronatur. Cælestinum consecrationem suam distulisse refert etiam Krantzius lib. VII. Saxonice cap. 3.

De diebus consecrationis Cælestini III. & coronationis Henrici VI. inter omnes convenit, sed quicunque ad dilationem consecrationis ejusdem Cælestini animum non adverterunt, uti Baronius, Papebrocius in Conatu Chronico-Hist. alique, credidere cum Rogero Hovedeno Clementem III. obiisse mense Aprilis, quarto Idus ejusdem mensis, feria quarta, die nempe decima illius mensis, nisi quod Papebrocius animo præoccupatus scribit, etiam obiisse Clementem die V. Aprilis, & vacasse Sedem dies sex. Baronius vero existimavit, Cencium, qui Ordinem Romanum composuit, cujus ipse verba de electione Romani Pontificis, ejusque consecratione recitat, indicare Cælestinum III. die XII. Aprilis electum, & biduo post consecratum esse in die Paschatis. Ait enim Cencius mortuo Romano Pontifice & sepulto omnes Cardinales secunda die convenire in Ecclesia, & tertia die tractare de electione, & Pontifici Electo nomen imponere: Tunc autem subdit Cencius, accipit ipsum Electum (ut habet accurata editio Romani Ordinis ejusdem Cencii de Sabellis Cardinalis, a Mabilonio curata Tom. II. Musei Ital. non verò, accipit, ut perperam legitur apud Baronium num. III.) Prior Basilicæ Salvatoris Patriarchatus La-

(b) 2. Cor.

(c) Psal. 112.

V. Processio ad S. Petri Basilicam.

III. Dilatio consecrationis Cælestini III. varios in errorem induxit.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6684.

SÆC. XII. An. Eræ Hisp. M. CCXXIX.

An. Hegiræ D. LXXX.

VII. inchoato die 29. Jan. fer. 3. An. C. 1191.

I. An. Eræ Hisp. M. CCXXIX.

An. Hegiræ D. LXXX.

VII. inchoato die 29. Jan. fer. 3. An. C. 1191.

I. An. Eræ Hisp. M. CCXXIX.

An. Hegiræ D. LXXX.

VII. inchoato die 29. Jan. fer. 3. An. C. 1191.

I. An. Eræ Hisp. M. CCXXIX.

An. Hegiræ D. LXXX.

Num. I. ad XII. Ricardus de sancto Germano, qui hoc tempore vivebat, in Chronico. ad annum currentem ait: Anno MCXCI. Clemens Papa Roma obiit mense Martii, ac Hyacinthus Diac. Card. in Cælestinum Papam consecratur. Illum vero mense Martio demortuum, tradunt etiam Anonymus Casinensis in Chron. & Chronographus Reicherspergenſis, qui ait

CHRISTI
1191.

CÆLESTINI III. PAP.
I.

HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

piscopo Ostiensis specialiter, & aliis Episcopis de Curia consecratur; hoc addito, quod si forte Episc. Ostiensis praesens non fuerit, Archipresbyter Portuensis, seu Velitrensis interesse debet consecrationi. Qua consecratione finita, Prior S. Laurentii sacri Palatii ponit pallium super altare, quod ipse prior propria manu debet parare, & statim Archidiaconus cum secundo diacono dat in manu Pontificis, & solus Archidiaconus dicit Pontifici: Accipe pallium, plenitudinem scilicet Pontificalis officii ad honorem omnipotentis Dei, & gloriosissimae Virginis eius Genitricis, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & S. R. E. & nihil aliud: Statimque ipse Archidiaconus cum Priore basilicario aptat pallium praedictum super Pontificem, intromissis spinulis aureis tribus ante, & retro, & sinistro latere, in capite quarum sunt intixi tres hyacinthini lapides; & sic ornatus accedit Pontifex ad altare, & ibi celebrat honorifice Missam. Et notandum quod laudes Ab Archidiacono cum Cardinalibus, subdiaconis, & Scriniariis dicuntur epistola Latina cum Graeca, & Evangelium Latinum cum Graeco: & omnes aliae solemnitates tunc fiunt, sicut in secunda feria post Pascha. Missa autem celebrata, revertitur ad palatium coronatus cum processione & honore arcuum, representatione Legis a Judaeis, & thuribulorum a clericis Romanis, & iactibus totidem, & tanta quantitate factis, sicut in secunda feria post Pascha. Sciendumque

quod Cardinales omnes, Graeci, Primitivius cum schola cantorum, Praefectus, Senatores, Judices, & Advocati, Scriniarii, Praefecti navales, schola Crucium, & Capellani tale presbyterium, & taliter datum accipiunt, quale in die Paschae superius nominatum recipiunt; subdiaconi autem singuli, singulos meloquinos habent, quod tamen non fit in aliqua praedictarum solemnitate: nam non dantur eis, sicut ibidem scriptum plenius invenitur, etiam si xxx. vel amplius essent, nisi xii. meloquini. Unversa etiam scholae palatii, clerici Romani pro thuribulo, Judaei pro representatione Legis, structura arcus, tale presbyterium recipiunt, & taliter, quale datur in coronationibus aliis domini Papae. Pincerna insuper, & Marescalcus tam de comestione, quam alius donarius remuneratur similiter, excepto quod capita porcorum aptata non habent, neque claretum; familia quoque, & Curiales presbyterium habent juxta Camerarii voluntatem.

Si vero electio facta est in Ecclesia S. Petri, post nominationem ducitur electus a duobus Cardinalibus, cantando, Te Deum laudamus, ad altare, ubi prostratus postquam adoraverit, ponitur in sede post altare, & ibi Episcopos, & Cardinales, & quos sibi placuerit, recipit ad pedes, & postmodum ad osculum pacis. Et proxima die Dominica sequenti consecratur, ibidem cantata Missa, cum solemnitatibus superius nominatis, & coronatus revertitur ad palatium, factis omnibus aliis, si-

VI.
Quando electio fit in Ecclesia S. Petri.

dictis eos tam in die emortuali Clementis III. quam in die electionis Caestini III. hallucinatos esse, & Chronographum Reicherspergensium, cui aliqui Auctores coetanei suffragantur, electionem Caestini III. diei XXX. mensis Martii recte affixisse, & demum in Necrologio Casinensi diem mortis Clementis III. aut sepulturae ejus, aut forsitan utriusque, exacte illigatam fuisse cum die XXVIII. mensis Martii. Quo pacto Cencius loquens de electione Pontificis Romani in medium adducit exemplum Caestini III. quia ea tertia die a morte decessoris ejus facta fuit. Cum itaque Clemens III. Pontifex Romanus die decimano mensis Decembris anni MCLXXXVII. electus fuerit, sedit annos tres, menses tres, & dies novem aut decem, si diem sepulturae includas. Pauci Scriptores de integra duratione Sedis ejus locuti sunt; ei tamen recte Joannes de Ceccano in Chron. annos tres & menses tres assignat, sed errore librorum adduntur dies XXVII. Auctor magni Chronici Belgici pag. 204. & Vernerus in Fasciculo temp. recte scribunt, eum sedisse annos III. sed prior male addit menses X. & dies XVI. Vernerus vero praeteritis mensibus male etiam habet dies XVI. Joannes Diaconus junior in libro de Ecclesia Lateranensi Tom. II. Musei Ital. ait: Clemens III. Papa jacet ante chorum Canoniorum.

Restant hic tres alii errores corrigendi, Papebrocius enim loco laudato num. II. ait, Pontifi-

V.

PAGIUS

teranensis cum uno de Cardinalibus vel uno de Fratribus suis. Venientibus autem per eandem porticum juxta ipsam Basilicam Salvatoris exclamatur: DOMINUM CÆLESTINUM S. PETRUS ELEGIT. Et postea dicit Cencius in proxima die Dominica Electum consecrari in Ecclesia B. Petri. Quae omnia Baronius existimans servata fuisse in electione Caestini III. inde deduxit ejus creationem die XII. Aprilis peractam; cum certum sit, proxima illius diei Dominica, nempe XIV. mensis Aprilis, Caestinum III. consecratum fuisse. Verum res non sic se habuit, & Cencius in Ordine Romano descripsit, quae de more in electione & coronatione Pontificis Romani fiebant, & quia Caestini III. electio more solito peracta est, ipseque Cencius sub Caestino III. floruit, ex occasione illius meminit. Sed inde nullo modo sequitur, quae postea de coronatione Romani Pontificis narrat, eidem convenire, aut Cencium ea in ordine ad illum scripsisse; cum, uti jam supra insinuavimus, Caestini consecratio praeter morem per multos dies post ejus electionem dilata fuerit.

Illam dilationem observant Onuphrius in Chron. Sigonius lib. XV. Hist. de Regn. Ital. & Ciaconius in Hist. Cardinalium cum scripserint, Clementem III. Octavo Kal. April. seu die XXV. mensis Martii, vita functum, & IV. Kal. ejusdem mensis, seu die XXIX. Martii, Caestinum electum esse, & deinde die XIV. Aprilis consecratum. Verum liquet ex

IV.
Duratio Sedis Clementis III.

CHRISTI
1191.

CÆLESTINI III. PAP.
I.

HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

sicut est superius per ordinem enarratum. Antequam autem intret in palatium, descendit ad sedem Stercorariam, ibique sedens, prout moris est, & faciens jactum ter replicatum, sicut superius dictum est, accipitur a Cardinalibus, & ducitur per porticum ipsam ad Ecclesiam basilica Lateranensis, & ascendens sedem post altare, recipit Canonicos ejusdem Ecclesiae ad pedes, & deinde ad osculum pacis. Quo facto, pergit per palatium usque ad sedem sancti Silvestri, ibique sedet, & facit omnia in eodem loco & in antea, sicut dictum est superius ordinatum.

VII.

Si autem extra Urbem fuerit electus, & non consecratus, omnia fiunt ordine supradicto, sive fiat descensus & consecratio ejusdem electi in Ecclesia S. Petri, seu in Ecclesia Lateranensi idem electus descendat.

Quod si electus & consecratus fuerit extra Urbem, & a parte Lateranensi venerit ad Urbem, omnes clerici Romani occurrunt ei extra Urbem induti cum crucibus, & thuribulis in processione, & sic intrat Ecclesiam Lateranensem, & sicut alia omnia sicut superius est narratum, hoc excepto, quod cum descenderit ad sedem Stercorariam, & per porticum vadens, Ecclesiam Lateranensem intraverit, non statim ascendit ad altare, seu ad sedem; sed veniens inferius in choro majori ante cruces, finito, Te Deum laudamus, dicit: Aduatorium nostrum in nomine Domini, &c. Sit nomen Domini, &c. Hoc facto ducitur ad altare, & prostratus orat. Qui postquam oraverit, sedem majorem ascendit, & ibi Canonicos ejusdem Ecclesiae ad pedes recipit, & ad osculum pacis.

VIII.

Si vero descenderit ad Ecclesiam S. Petri consecratus, omnia fiunt sicut in Ecclesia Lateranensi, hoc excepto quod ibi non est sedes Stercoraria; & proxima die sequenti celebrata Missa non coronatus revertitur ad palatium: antequam intret Ecclesiam, descendat ad Sedem Stercoraria-

PAGIUS
Tres alii errores emendandi.

tificem Romanum Electum non eguisse consecratione, quando jam ante Episcopus erat, sed tantum coronatione. Verum jam anno MXLIX. loquentes de consecratione Leonis IX. qui antequam summus Pontifex eligeretur, consecratus fuerat Episcopus Tullensis, monstravimus consecrationis nomine Antiquos intellexisse Regis inaugurationem, ordinationem Episcopi, & ceremoniam, qua quis Papa aut Archiepiscopus inauguratur. Quare omnes Pontifices Romani sive Episcopi fuissent ante adeptum summum Pontificatum, sive non, in laudato sensu consecrabantur. Secundo, Baronius num. XI. ait consecrationi Henrici Reg. interfuisse Godfredum Viterbiensem, & tunc carmen scripsisse, quo explicat mysteria omnium insignium Imperialium, cujus sex priores versus in medium affert. At Viterbiensis an. MCLXXXVI. Chronico suo finem imposuit, ut ibidem jam

riam, ibique sedens, prout moris est, & faciens jactum (sicut superius est enarratum) accipitur a Priore Lateranensi, & cum uno Cardinali ducitur per porticum ad Ecclesiam, & omnia facit, sicut superius est denotatum.

Sciendum vero, quod presbyterium scholarum non ita datur, sicut si fuisset consecratus in Urbe. De presbyterio enim eorum tunc medieta reseratur, exceptis Judaeis, & clericis Urbis, & adextratoribus. Praeterea Senatores Urbis dominum Papam debent adextrare, sive venerit consecratus a porta civitatis, usque ad locum ubi fit descensus, sive descenderit ad Ecclesiam Lateranensem, sive ad Ecclesiam B. Petri. In remuneratione ejus servitii xl. solidos pro equo debent habere. Verumtamen schola adextratorum debet habere xx. solidos. Haec de ritibus.

IX.

Quod vero attinet ad consecrationem Imperatoris, Papa Caestinus eam distulit. Cur autem, Arnoldus (a) Lubecensis sic narrat: Videns Caestinus Regem cum multa jactantia venisse, ad proteclandam ejus consecrationem, suam distulit. Sed Romani exeuntes ad Regem, sic ei locuti sunt: Fac nobiscum amicitias, & honora nos, & Urbem jure nostro, quod exhibuerunt Reges, qui ante te fuerunt. Insuper fac nobis justitiam de castellis tuis, quae sunt in Tusculano, quia sine intermissione nos inquietare non cessant: & erimus pro te ad dominum Papam, ut coronam Imperii super caput tuum ponat. Qui in omnibus ad voluntatem Romanorum se promptum exhibuit. Praestiterunt Romani quod sunt Imperatori polliciti, & obtinuerunt, quod petierunt a Caestino.

(a) Arnold. Chron. Slavor. l. 4. c. 4.

X.

Quae autem tunc temporis transacta sunt cum Imperatore, ex Rogerii Annalibus tunc scriptis referre sic pergitimus: In crastino autem consecrationis suae dominus Papa transfuit se a Laterano usque ad Ecclesiam B. Petri, & venit ibi obviam ei

diximus, & Baronius tradit eo anno num. XXII. & seq. & tamen versus a Baronio recitati leguntur part. 19. ejusdem Chronici. Quare Viterbiensis ibi Regalia insignia, videlicet sanctam crucem, gladium, lanceam sacram, sceptrum, aliaque sine ullo ordine ad Regem Henricum, de quo part. 17. locutus fuerat, exponit. Dicit etiam potest, Viterbiensem eo anno Regalia insignia explicasse, quia tunc Henricus Rex Lombardia coronatus & Caesar dictus est, ut eo anno vidimus, sed prior solutio magis probanda; cum in his versibus exponat quid significet Crista in corona Imperiali. Denique Puricellus in Monument. Basil. Ambros. num. 616. conjicit, Milonem Archiep. Mediolanensem Henricum & Constantiam ejus uxorem hoc anno Italiae Regem corona ferrea coronasse, quod in Catalogo Ecclesiae Mediolanensis, & in libro, cui titulus, Successores sancti Barnabe

ei Henricus Alemannorum Rex cum Constantia uxore sua, & cum copiosa plebe armata. Romani vero clausurunt portas Urbis, & custodierunt eas in manu forti & armata, non permittentes eos intrare. Dominus vero Papa ante ostium Ecclesie beati Petri supra gradus recepit sacramentum a predicto Alemannorum Rege, quod ipse Ecclesiam Dei, & jura Ecclesiastica fideliter servaret illibata, & quod rectam justitiam teneret, & quod patrimonium beati Petri, si quid inde ablatum esset, in integrum restitueret, & quod Tusculanum ei redderet. Deinde introduxit eos dominus Papa in Ecclesiam, & unxit eum in Imperatorem, & uxorem suam in Imperatricem. Sedebat autem dominus Papa in cathedra Pontificali, tenens coronam auream Imperialem inter pedes suos, & Imperator inclinato capite recepit coronam, & Imperatrix similiter de pedibus domini Papæ. Dominus autem Papa statim percussit cum pede suo coronam Imperatoris, & dejecit eum in terram, significans, quod ipse potestatem eiiciendi eum ab Imperio habet, si ille demeruerit. Sed Cardinales statim arripientes coronam imposuerunt eam capiti Imperatoris. Hæc Rogerius. Porro factum hujuscemodi Pontificis auspicias Imperii scias ea ratione recens adhibitum, quod successor & filius illius esset, qui post tantum ab Ecclesia acceptum beneficium in Imperii corona eidem impartita, de ipsa tamen adeo male meruisset. Ut autem id fixum menti ejus hæreret, nempe, dare, custodire, conservare, & auferre, si causa exigeret, Imperium, esse in voluntate Romani Pontificis: ejusmodi voluit commouisse ipsum exemplo.

Assuit consecrationi Gotifridus Viterbiensis Notarius Imperatoris, qui rogatus ab eo tunc carmine scripsit mysteria omnium insignium Imperialium, præfatus ista poemati:

Casus jussit heri, quæ sunt insignia
queri,
Quæ caput Imperii digne perhibentur
haberi
Et cur signa gerit, quid rationis
erit.
Ut scriptura tonat, Crux, ensis, sce-
ptra, corona,
Lancea, palla, bona nobis insignia do-
nant.

PAGIUS ba de Milone dicatur: Henricum quintum Imp. una cum Constantia Augusta uxore in urbe Mediolani corona ferrea decoravit. Sed inter omnes Antiquos convenit, Henricum Italiae Regem semel coronatum fuisse anno MCLXXXVI. nullusque duplicis illius coronationis meminit. Hinc Chalvus hoc anno ait: Henricus Rex animo ad res Siculas adjuncto ex Germania cis Alpes ve-

Restat ut exponam, quid sua signa
sonent, &c.

Quæ autem post hæc fuerint cum Romanis adversantibus Imperatori transacta, ut destruerent civitatem Tusculanam: ab eodem Rogerio item hoc anno inferius ista narrante sic accipe: Romani antequam idem Rex accessisset ad Urbem, supplicaverunt domino Cælestino, ut antequam prædictum Regem in Imperatorem ungeret, obtineret ab ipso, ut civitatem Tusculanensem sibi redderet, quæ in ipsius posita erat potestate. Ad ipsum enim se converterant, & ipsius patrocinium invocant, ex quo supranominatus Clemenens exposuit (ut dictum est) illos Romanis: eidem domino Cælestino instantissime proponentes, quod hæc erat via, qua Tusculanum ad eorum manus rediret, & quod ad faciendum hoc tenebatur ex conventionem prædicta. Quod ita concessum est illis. Euntes autem Nuntii Papæ ad Regem, firmiter proposuerunt eidem, quod de Tusculano antedicto facta erat conventio inter summum Pontificem, & Romanos, & ideo ut Tusculanum domino Papæ redderetur, necessitas exigebat. Quod cum intellexisset Rex, & advertisset, quod aliter coronationi suæ de facili posset impedimentum præstari, petitioni domini Papæ de Tusculano reddendo liberaliter acquievit. Factumque est ita, quod coronato Rege in Imperatorem, altera die traditum est Tusculanum ab eodem Imperatore domino Papæ, & a Domino Papa sequente die tertia Romanis: atque a Romanis destructum, ita quod lapis super lapidem non remansit. Sic igitur ulciscente numine (etsi res atrox nimis videri posset ut civitas antiquissima excideretur) tubis tamen sacerdotalibus perstreptentibus, cecidit Jericho, adversatrix Rom. Ecclesie: nam ejus Comites Apostolicam. Sedem diu summa sæpius ignominia affecerant. At vindicta ista plurima fuit admitta misericordia, cum nonnisi in parietes fuerit vindicatum, liberis jussis exire civibus ab sive alicujus ex ipsis internecone. Qui ut colerent sua rura, in locis proximis fixere sedes, aliis castrum Molarie incolentibus, aliis Roccam Papæ in Albanis montanis sitam, aliis Roccam perjuram, quæ nunc Rocca

nit: Constantiam Reginam & infantem filium adduxit. Dum Mediolani diverfatur, Privilegia a patre Papiensibus olim data affirmavit. Mediolano Romam venit, & post coronam Imperialem acceptam, Neapolim irrito conatu aggressus est, & postquam Constantia Augusta ab hostibus capta fuit, ipse Mediolanum rediit, ut statim videbimus.

Ad

ca prioris honestiori vocabulo nuncupatur, in summo Algido collocatam, aliis habitantibus Castrum S. Cæsarii, haud longe a Crypta Ferrata situm; reliquis vero ejusdem Tusculi Burgum, nempe suburbia civitatis, in quæ & sedes Episcopalis est translata, occupantibus, quod vulgo Fracatum dicitur, ex rei eventu ita nominatum, cum ad tegumenta turguriorum arborum cæsi sunt rami, & cæcis stipitibus superpositi: Hæc majori ex parte apud sanctum, (a) Antoninum. Rogerius autem de ejus Pontificatus exordiis hæc habet:

(a) Ant. par. 3. tit. 17. §. 24.

XII. Nuptiæ vetitæ contractæ inter Reges Hispaniarum.

Eodem anno fuit laborandum eidem Cælestino Papæ in dissolutione matrimonii inter Reges Hispaniarum, cum videlicet Sancius Rex Portugallensis dedit Tarsiam filiam suam Adelfonso Regi Gallicie nepoti suo in uxorem, de qua genuit tres filios. Et licet post Clementem Cælestinum Papa multum laborasset, ut separarentur: tamen tenuit ipse eam contra Deum & prohibitionem domini Papæ per quinque annos, & dominus Papa Cælestinus præfatum Regem de S. Jacobo excommunicavit, & totam terram suam sub interdicto posuit, & ita permansit per quinque annos. Interim surrexit in prædictum Regem de S. Jacobo Adelfonsus Rex Castellæ, & coegit eum relinquere uxorem suam, filiam Regis Portugallensis, & dedit ei propriam filiam suam in uxorem. Hæc Rogerius in annalibus hoc anno.

XIII.

Sed redeamus ad Henricum nuper creatum Imperatorem, de quo ista habet hujus temporis auctor Arnoldus Lubecensis Abbas:

(b) Arn. l. 4. c. 5. Henricus Imp. Regnum Neap. invadit.

Igitur (b) dominus Imperator percepta benedictione, profectus est in Apuliam, accepturus totam terram Vvillelmi Siculi, quæ eum cum Imperatrice uxore sua continebat. De qua tamen profectio ani-

PAGIUS VI. Gesta in Apulia ab Henrico VI.

Ad num. XIII. & seq. Chronographus Reicherspergensis Gesta ab Henrico Imp. hoc modo summarie narrat: Imp. Henricus VI. profectus est in Apuliam cum exercitu statim post ordinationem suam adversus Tancredum Regem (nempe Siciliæ), qui Apuliam sibi vendicabat, sed in cassum. Tunc Imperator rediit circa mensem Novembrem; quia exercitum suum pene totum pestilentia & aliis infortuniis perdidit, captivata insuper Regina uxore Imperatoris, ad quam hereditario jure Apulia pertinebat. Episcopus Colonienfis (Philippus) Dux Bohemicus (nempe Otto); Cancellarius Imperatoris ibi mortui sunt, & alii Principes multi. In eadem expeditione, dum Imperator detineretur in expugnatione unius civitatis Apulie filii Ducis Saxonie Henrici nepotis Lotharii Imperatoris recessit in ira & indignatione ab Imperatore, ideoque civitas non est expugnata.

VII. Gesta in Apulia a Tancredo Sicilie Rege.

Filius de Henrico Richardus de Sancto Germano ad hunc annum: Rex dicitur Tancredus de Sicilia in Apuliam veniens solemniter Curia apud Thermulas habitata (sita hæc urbs ad mare Adriaticum in consiliis Apulie & Abrutii

mum domini Papæ non parum offenderat: quia alius Rex, Tancredus nomine, a Sede Apostolica jam ibi ordinatus fuerat. Qui quidem rebellare parabat, sed imperium Imperatoris ferre non valebat. Siquidem Imperatore adveniente, territi habitatores terræ illius, omnes civitates munidas, & castra firmissima in manu ejus tradiderunt. Veniens autem ad montem Cassinum, ubi Benedictus requiescit, cum summa benevolentia ibi susceptus est. Ubi cum esset, apud sanctum Germanum in radice montis, filius Ducis Henrici eo non salutato, discedens Romam reversus est. Ubi a quibusdam Romanis acceptis navibus, per aquas evasit. Imperator vero dissimulata injuria abiit via, qua cœperat, & ita prospere venit Neapolim, & invenit ibi manum validam, & obstinatos animos eorum qui intus erant. Imperator vero devastans omnem terram, succidensque vineta eorum, & oliveta, obsidione maxima vallavit civitatem. Quod non multum attendebant, qui intus erant, quia per maritima intrandi & exeundi copiam habebant. Ipse vero de Pisa & aliis civitatibus cogitabat contrahere naves plurimas, & arctare civitatem terræ, marique. Inter hæc autem appropinquabant dies caniculares, & morsus continuos in exercitu faciebant. Tunc temporis mortuus est illic Episcopus Colonienfis, cuius corpus Coloniæ translatum est, & ibi cum honore condigno tumulatum. Hæc (c) 4. c. 15. Arnoldus Abbas.

XIV.

Antea vero fuisse expugnatam ab eo civitatem Salernitanam, Rogerius in Annalibus addit; relictam autem ibi conjugem Constantiam, cum ad obsidionem Neapolis se conferret, per Salernitanos prodicione captam, missamque ad Tancredum regnantem in Siciliam. Cum interim luc laborante exercitu, ipse Imperator

in Aprutium vadit, Comitem Raynaldum obsidet, cumque ad suam redire fidelitatem coegit; & exinde Brundisium se conferens de altero filio suorum, Rogerio scilicet, cum Isaacio (idest Isaacio) Constantinopolitano Imperatore de Urania filia sua contraxit, & nuptiis apud Brundisium magnifico celebratis, ibique dicto filio suo coronato in Regem Rex dicitur cum triumpho & gloria in Siciliam remeavit; & tunc Roccam Bantre, & Roccam Guillelmi Roffredo Abbati Cassuensi assignari mandavit, &c. Henricus cum Constantia consorte sua, ad quam regnum Sicilia jure hereditario pertinebat, Romam venit, quem dicitur Cælestinus Papa apud Sanctum Petrum in Imperatorem & consortem suam in Imperatricem coronavit, dato ab ipso Imperatore Tusculano Romanis, quam funditus destruxerunt (ut fufe narrat Baronius ex Hovedeno num. XI. & qua de re Radulphus de Diceto pag. 659. scribit, Paschali feria 14. Romani civitatem Tusculanam funditus diruerunt). Tunc Imperator ipse regnum intravit mensis Martio (legendum, mense Maio; cum Imperator post coronationem suam mense Aprili para-

CHRISTI
1191.CÆLESTINI III. PAP.
I.HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

rator vix morbo liber, Mediolanum se conferens scripsit ad Cælestinum Papam, ut pro liberatione conjugis ageret. Quæ hæc secuta sint, dicitur anno sequenti. Porro Chronicon Foissæ novæ habet, relictos ab Imperatore in faucibus regni, nempe in castello Sorano, Sorella dicto, Conradum, & apud Arcem oppidum, Diopoldum, per quos totum infestaretur regnum positum intra Pharium. Post hæc autem idem qui supra (1) narrat duo insignia miracula, alterum de Baptismate, alterum de Eucharistia, de quo nos suo loco, anno sequenti. Jam vero ad res Orientales convertamus orationem.

(a) Idem
ib. c. 14.

XV. Hoc eodem anno Rex Francorum Philippus, deinde Richardus Rex Anglorum solventes Messina perveniunt in Palæstinam. Describit singulorum navigationem Rogerius adeo distincte, ut plane visus sit ipse interfuisse rerum gestarum inspector, vel accepisse ab aliquo qui præsens inspexit, singulaque scriptis mandavit. Tu si cupis ista, ipsum consulas. Hic ve-

PAGIUS peractam regnum Neapolitanum ingressus sit, & error ille attribuendus Librariis, quæ sæpe Majum in Murium & e contra mutant) Papa prohibente & contradicente, & per Campaniam venit in Roccam Arcis, quam Mattheus Burrellus pro ipso Rege (nempe Tancredo) tenebat, a bellatoribus suis aggregi faciens, ut cepit eandem. Quod tanti causa timoris fuit, ut qui se in Casino receperant, cum rebus suis bonis sancti Germani, quos ad eundem Imperatorem mittunt, fidelitatem jurant.

VIII. Imperator frustra tentata Neapoli in Germaniam rediit. Tunc enim dictus Rosfridus Cassinensis Abbas in monasterio Cassinensi graviter infirmabatur, quem urgentibus ipsi hominibus sancti Germani oportuit ipsi Imperatori jurare. Sorella quoque (seu Soræ arx) Atinum Castellum cæli, metus causa ipsi Imperatori se reddunt, in quibus ipse suos posuit Capellanos (sed legendum buto, Castellanos); tunc Comes Fundorum & Comes Molisi fidelitatem præstant eidem; & procedens in terram Laboris (hic Auctor Campaniam a terra Laboris juxta novam Geographiam distinguit), Theano, Capua, & Aversa sibi danti- bus manus, Willelmum Caserta Comitem recepit & Aversam. Et exinde super Neapolim vadens, eam posita obsidione circumtulit, cordisilenti- bus ei dictis hominibus, & Baronibus Principatus (nempe Capuani) nec non & Abbatibus Casinensibus prædicto cum viribus suis. In qua (nempe urbe Neapolitana) cum se recepisset dictus Acerrarum Comes, pro sepe dicto Rege satis strenue defendit eandem. Tunc Salerni civitas ipsi Imperatori se reddidit, ubi Imperatricem consortem suam moratam transmittit, & ipse civitatem ipsam Neapolim crebro aggreditur & impugnat. Cumque nec viris nec viribus pugnando proficeret, superveniente agritudine digressus est abinde vel invitatus, qui relictus Imperatrice consortem suam Salerni, & Muscam Cervello in castello Capua constituto, ad S. Germanum veniens cum debilitato exercitu suo, dictum Casinensem Abbatem, toto tunc conventu sibi fidelitatem præstante, secum in Alemanniam ducit, Gregorio fratre ejus ad majorem securitatem obside relicto apud Ducem Spoletini, & qui-

ro breviter sic habeto, inter utrumque Regem tum ob antiquam æmulationem, tum ob recentes diebus ferme singulis emergentes occasiones, fuisse oborta dissidia, & interdum usque ad sanguinis effusionem. Quamobrem expugnata Accone, olim Joppe dicta, Rex Francorum relictis nonnullis ex suis, discessit a Palæstina. Cujus navigationem per singulas stationes idem Rogerius describit, ejusque appulsum Hydruntum contigisse ait sexto Idus Octob. De adventu autem Romanam sic ipse: Cum venisset Romanam, mala multa incutus est de Rege Angliæ in conspectu domini Papæ & omnium Cardinalium, dicens, quod Rex Angliæ coegerit eum a terra Jerusalemiana recedere, & appellavit eum de prodicione sua. Sed nec dominus Papa, nec Cardinales fidem habuerunt verbis ejus, scientes hoc magis ex invidia processisse, quam ex delicto Regis Angliæ. Dominus vero Papa cum omni honore & diligentia recepit eum, & per octo dies ministravit ei necessaria. Et pro amore Domini & suo novum fecit

re-

busdam de melioribus terra sancti Germani captis obsidibus, quos Diopoldo (seu Diopoldo,) cuidam Teutonico in Rocca arcis relicto, & Conrado de Marlei in Sorella constituto custodiendos commisit, & tunc per terram Patricii Comitis sub illius fido Ducatu de regno exiens in Alemanniam reversus est mense Septembris.

Tunc it, quem præfatus sum, Acerrarum Comes de Neapoli exiens cum Neapolitanis, & aliis undique collectis militibus venit Capuam, castellum obsidet, in quo Muscam Cervellum se pro Imperatore receperat, qui cum non haberet victui necessaria, cum Comite ipso componens, tradito sibi ac resignato castello ipso, abiit securus quo voluit. Tunc & Aversam recipit, Theanum & Sanctum Germanum ad Regis dicti (Tancredi) revocavit fidelitatem; & Casinum conscendens villam monasterii nullo obstante intravit. Qui cum blande satis alloqueretur Adenulphum Casertanum Decanum Casinensem, ut illum ad dicti Regis fidelitatem converteret, & hoc ab eo precibus obtinere & promissis non posset, de loco descendit & abiit. Tunc Comitem Molisi recipit, & ponens in S. Germano & in S. Angelo Theodoro misnedam (idei, catervam militum præfidiariorum) quantum potest pro servitio dicti Regis sororii sui laborat. Tunc Richardus Fundanus Comes pro eo quod ab Imperatore Suesam emerat, & Theanum metus causa comitatu relicto in Campaniam (nempe Romanam) secessit, & Comitatus Fundanus cuidam, fratri Aligerni Cotronis de Neapoli ab ipso Rege conceditur. Adenulphus Casertanus Decanus Casinensis, pro eo quod in partem non cessit ipsius Regis, a Cælestino Papa excommunicatus est, & monasterium suppositum interdictum (quia Cælestinus Papa Tancredi Regis partibus favebat) Salernitani ad captandam Tancredi Regis gratiam, detentam Imperatricem ipsi Regi in Siciliam mittunt: Idem narrat Anonymus Casinensis, & ex parte Joannes de Ceccano in Chron.

A num. XV. ad XXI. Philippus Franciæ Rex hoc anno vigilia pasche Accon applicuit, & cum summo gaudio ab universo exercitu, qui

X.

CHRISTI
1191.CÆLESTINI III. PAP.
I.HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

remedium peregrinis, scilicet quod eum, & omnes, qui cum eo venerant, vel post eum venerint absolvit a voto suo, & abstinere profectiois Jerusalemianæ: & licet votum non solvissent, tamen palmas eis distribuit, & cruces collis eorum suspendit, statuens, quod essent peregrini. Hæc Rogerius, referens antiquos ritus de his qui votum Jerusalemianum impleverunt, quod scilicet Romam redirent, palmamque acciperent a summo Pontifice, crucemque suspensam ad collum. Quem solemnem ritum impleri rogavit Rex Francorum suis, licet immeritis, quod haud perfecte votum impleverunt tam cito redeuntibus.

XVI. Interim vero (inquit idem Rogerius) sextadecima Mensis Julii Alardus Veronensis Episcopus Cardinalis, & Apostolica Sedis Legatus, & Turonensis, & Pisanus, & Arienensis Archiep. & Hubertus Saresberiensis, & Joannes Ebroicensis, & Bernardus Bajonensis, & Tripolitanus & Philippus Carnotensis, & Bellovacensis Episcopi, & ceteri Ecclesiarum Principes Ecclesias civitatis Accon dedicaverunt, quas Pagani polluerant. Et edificaverunt altaria Domino, & in eis celebraverunt Missas. Hæc Legatus Apostolica Sedis cum Episcopis.

Quod autem ad Regem Anglorum spectat, cum Messina solvisset feria quarta majoris hebdomadæ tempestate maris delatus in Cyprum insulam, adversante illi Isaacio tyranno, qui agebat Imperatorem, eodemque expugnato, & ducto captivo, potitus est Insula. Inde vero appulit in Palæstinam, perstititque in expugnatione civitatis Acconis, & sepe pugnavit cum Saladino, atque retulit superiores. Quæ cuncta per dies singulos idem qui supra Rogerius est profectus, quem si cupis ista, consulas. Satis namque, si hic non deerimus reddere litteras ab eodem Rege ad Abbatem Claravallensem datas, ubi destitutus est Francorum Regis auxilio. Sic se habent ab eodem auctore petita:

XVII. Richardus Dei gratia Rex Angliæ, Dux Northmanniæ, & Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, viro venerabili, & amico in Christo charissimo Abbati de Claravalle salutem, & continuæ felicitatis successum.

Post lacrymabilem, & in commune plorandam civitatis sanctæ Jerusalem destructionem, civitatem Dei viventis, su-

PAGIUS in obsidione Accii (seu Ptolemaidis) longa tempore federat, cum hymnis & laudibus, & effusione lacrymarum multa receptus est quasi Angelus Domini, inquit Rigordus de Gestis Philippi Regis pag. 32. Postea vero quam Richardus Rex Angliæ advenit, civitas adeo impugnatæ fuit, ut Satrapæ Saladini eam sub cer-

per quam invocatum est nomen ejus, commota est & contremuit terra, quia Rex cæli perdidit terram suam, terram, ubi steterunt pedes ejus. Sed a Sede Apostolica diffusa Dei benedictione per universam terram, amici Crucis Christi ad suscipiendum signum salutis in frontibus, & in humeris eorum & ad ulciscendas S. Crucis injurias, sicut vestram non latet sanctitatem, certatim evolabant. Inter quos & nos ad serviendum Deo viventi, signo crucis accepto, ad defendenda loca mortis ejus, pretioso suo sanguine dedicata, quæ inimici Crucis Christi hætenus ignominiose profanabant, tanti & tam sancti laboris onus in nos suscepimus, & intra breve temporis spatium post adventum domini Regis Francorum ad Accon, ibidem Domino duce prospere applicuimus. Ubi non multo temporis tractu elapso, reddita est domino Regi Francorum, & nobis civitas Accon, salva vita Sarracenorum, qui ad eam defendendam & custodiendam intus missi fuerant. Pactione etiam ex parte Saladini plenius firmata, quod nobis Crucem sanctam, & mille & quingentos captivos vivos resignaret, diemque ad hæc omnia persolvenda nobis constituit. Sed eodem termino expirato, & pactione, quam pepigerat, penitus infirmata, de Sarracenis, quos habuimus in custodia, circa duo millia & sexcentos, sicut decuit, fecimus expirare; paucis tamen de nobilioribus retentis, pro quibus sanctam Crucem, & quosdam captivos Christianos sperabamus recuperaturos. Domino autem Rege Francorum ad propria remeato, & ruinis, & scissuris murorum civitatis Accon reparatis, ipsaque civitate fossatis & muro plenius firmata, ad promovendum Christianitatis negotium, & prosequendum nostri voti propositum, apud Joppen proposuimus, & nobiscum Dux Burgundiæ cum *Franciscenis *Francis sibi subditis, Comes Henricus cum suis, & multi alii Comites, & Barones, & populus innumerabilis ire. Cumque inter Accon & Joppen plurimum esset spatium, & tractus viarum prolixior, apud Casaream tandem cum multo sudore, gravique jactura nostrorum descendimus. Et ipse Saladinus in eodem itinere de suis quamplurimos amisit. Cumque populus Dei ibidem aliquantulum respiraret, ad Joppen propositum iter sumus profecti. Et nostra anteriori custodia procedente, & castra apud Asurum metante: Saladinus

LIII cum

ta pactione dederint mense Julio, quod fuisse refert Rigordus. Diem notavit Nangius in Chron. Accon, inquit, tertio Idus Julii a nostris recipitur, post decursum fere biennium ex quo cæperat obsideri. Porro Turci intra urbem reperti, cum pacta qua cum Rege Franciæ iniierant, tenere non possent, alii evasere redempti,

cum vehementi Sarracenorum incurfu super ultimam custodiam nostram impetum faciens, divina miserationis favente gratia a quatuor solummodo turmis, quæ ei in fronte oppositæ fuerant, compulsus est in fugam: ipsaque fugientem per unam leucam turmæ Christianorum plena prosequuta, tantamque stragem de nobilitatibus Sarracenis, quos Saladinus habebat, die illa, sabbato videlicet, vigilia Nativitatis S. Mariæ Virginis, prope Asfur fecerant, quantam Saladinus quadraginta annis transactis antea, una die non sustinuit. Nos vero de nostris gratia Dei nullum animum die illa, nisi virum optimum, & suis meritis universo exercitui charum, Jacobum de Avennis, qui in exercitu Christiano per plures annos ad serviendum Deo viventi, quasi columna exercitus in omni sanctitate & sinceritate Fidei promptus extitit & devotus. Deinde Joppen, Domino ducente, pervenimus villamque illam fossatis & muro firmavimus, in proposito habentes, ubique Christianitatis negotium pro posse nostro efficaciter promovere.

Post diem prædictum confusionis Saladini, non est ausus Saladinus cum Christianis congregari, sed ad trucidandos amicos Crucis sicut oves occisionis, insidiatur e minus in abscondito, quasi leo in spelunca sua. Audito itaque, quod nos apud Ascalon maturo congressu tenderemus, Ascalon evertit, & ad terram prostravit totamque terram * Suriæ, quasi totus consiliorum & auxiliorum beneficio destitutus jam deserit, & contemnit. Unde bona spei sumimus argumentum, quod in brevi Domino dante, plenius recuperabitur hereditas Domini. Et cum hereditas Domini jam in parte recuperata est, & ad eam recuperandam omne diei pondus sustinimus & æstus, totamque pecuniam nostram, & non solum pecuniam, sed & vires &

corpus jam exhaustum; fraternitati vestræ notificamus, quod ultra solemnitatem Paschalem in partibus Syriæ nequaquam potuimus commorari. Dux Burgundiæ cum Francigenis sibi subditis, & Comes Henricus cum suis, & ceteri Comites, & Barones, & milites, qui in servitio Dei suam jam expenderunt pro Deo, ad propria remeabunt, nisi per vestra prædicationis solertiam eis in populo, unde terra posset populari, & muniri, & in pecunia, quam in servitio Dei uberius expendant, circumspicte provideatur.

Unde vestrae sanctitatis genibus provoluti, & profusis lacrymis, preces affectuosas porrigimus, rogantes attentus, quatenus sicut officio vestro congruit, & honori, Principes, & viros nobiles per universum Christianismum constitutos, aliumque populum Dei ad serviendum Deo viventi inducere, & ad hoc provocare satagatis, ut post prædictam solemnitatem Paschalem hereditatem Domini, quam nos, Deo propitio, ad idem Pascha plenius obtinebimus, tueantur & defendant. Tantumque faciat in hac parte vestra sedulitatis diligentia, ne ex vestro neglectu depereat, quod utilitas totius Christianitatis expectat. Ideo sanctitati vestrae super negotio Christianitatis litteras nostras tam mature dirigimus, ne forte torporis arguamur & negligentia, sitantum & tam sanctum virum super instantibus Christianitatis negotiis aliquo modo pertermiserimus præmunire. Vos igitur, sicut nos & alium populum Dei ad serviendum Deo, ad restituendam hereditatem suam sibi, ante itineris acceptationem animastis; ita & nunc plurimus instat articulus, ut populum Dei ad hoc idem faciendum fortius excitetis. Teste nobismet ipsis apud Joppen primo die Octobris. Eadem quoque die dedit alias breviores ad alium his verbis, perstringens æmulum Francorum Regem: **Ks-**

annos, est etiam emporium a Gallis frequentatum, sed plus CCCC. stadiis distat a Joppe. Utriusque urbis mentio est in literis Richardi Angliæ Regis a Baronio num. XVII. & in aliis num. XX. recitatis.

Richardus vero, inquit Nangius in Chron. Rex Angliæ cum ratibus & Galeis suis post Regem Franciæ de Sicilia movens, venit in Cyprum, ibique inveniens quandam Pseudo-Imperatorem Insula dominantem, ipsum cepit; Cyproque sic subjugata, gente sua eam munivit. Tum anno sequenti: Richardus Rex Angliæ vendidit

XIX.

XI.

Exordium Regni Cypri.

XVIII.

* Suliz.

PAGIUS

pti, alii ad serviendum compedibus sunt detenti, alii gladio truncati. Audita ergo captione Acconis timor irruit super hostes, & Ascalonem atque quadam castella qua nostris abstrulerant, diruunt vacuæque dimittunt. [1] Baronius num. XV. existimat Accon olim Joppen dictam fuisse. Verum sunt hæc duæ urbes longe inter se distitæ; Joppe, nunc Jaffa, urbs est Palestinæ cum portu in ora maris Mediterranei, & Ptolemæi seu Accon, hodie Saint Jean d'Arce, eo quod Equites Sancti Joannis Hierosolymitani ibi sedem habuerint per multos

NOTÆ

[1] C. L. Saxius in Notis ad Sigonium t. 2. col. 843. Pagium accusat oscitantiam quod imprudenter fidem Nangio addiderit scribenti Acconem die 13. julii captam cessisse nostris, cum Urbis illius dedicationem in feriam sextam incidisse nempe in diem 12. Hovedenus scribat. Re ipsa quidem die 12. factam dedicationem illam affirmat Radulphus Coggeshale author non coævus tantum, sed & rerum illarum scientissimus in Chronico Anglico vulgato in Collectæ. Vet. Monum. t. V. col. 818. Forte tamen alia die deditio facta est, alia vero Christiani in Urbem intrarant, quod & in Hierosolymæ deditio accidit, ut ex eodem Radulpho notavimus. MANSI

Richardus Dei gratia Rex Angliæ, & Dux Noribmanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegavia N. dilecto & fideli suo salutem.

XX. Aliæ ejusdem Reg. literæ.

Scias, quod post captivum Accon, & post recessum Domini Regis Franciæ a nobis apud Accon, qui ita turpiter peregrinationis suæ propositum & votum contra voluntatem Dei dereliquit in opprobrium æternum sui, & regni ipsius, iter arripimus usque Joppen. Et dum prope Assurum accederemus, Saladinus cum vehementi Sarracenorum incurfu obviam nobis occurrens, insultum fecit contra nos. Sed Deo miserante, nullum amissimus die illo; nisi virum optimum, & suis meritis universo exercitui charissimum Jacobum de Avennis, qui in exercitu Christiano per plures annos ad serviendum Deo quasi columna exercitus in omni sanctitate & sinceritate Fidei promptus extitit & devotus. Deinde Joppen, Deo volente, pervenimus. Eandem villam fossatis & muro firmavimus, in proposito habentes, ubique Christianitatis negotium pro posse nostro promovere. Ipso autem die secunda vigilia Nativitatis B. Mariæ ipse Saladinus infinitos de magnatibus viris suis amisit, & in fugam conversus quasi consiliorum & auxiliorum beneficio destitutus, totam terram Suliz destruxit. Tertia autem die ante ipsius Saladini confusionem, in sinistro latere cum quodam pilo vulnerati fuimus, sed gratia Dei jam ad sanitatem pervenimus. Scias etiam, quod per Dei gratiam intra viginti dies post Natale Domini speramus recuperare sanctam civitatem Jerusalem & Sepulcrum Domini; & deinde ad partes nostras revertemur. Teste nobismet ipsis apud Joppen prima die Octobris.

XXI. Contra Legatum Apostolicæ Sedis in Angliæ motus.

Inter hæc autem absente Rege perturbatur status Angliæ regni a fratribus Regis ibi relictis, turbas cientibus, adversus quos interpellatur Apostolicæ Sedis auctoritas. Sic igitur ista audientem contigit Cælestinum Pontificem laborare adversus ipsos impetentes regnum Angliæ fratres Regis, Joannem Comitem Moretonii, atque Gaufridum Ebo-

PAGIUS

didit insulam Cypri, quam acquiserat, Guidoni quondam Jerusalem Regi, qui Rex fuit ibidem constitutus. Hoc initium Regni Cypri, cujus postea sæpe occurrit mentio in Scripturis Latinis. Porro tyrannus ille vocabatur Isaacius Comnenus, qui ab Isaacio Angelo Imperatore defecerat, ut legere est apud Nicetam in fine libri 3. De capta Cypro loquitur Baronius num. XVI. & fule Neubrigenis lib. 4. cap. 19. qui uti & Chronographus Aquicindinus, refert, Guidoni anno sequenti attributam fuisse.

XXII. Discessus Philippi Franciæ Regis a Palestina.

Quando Accon subacta Philippus Galliarum Rex gravabatur morbo gravissimo, inquit Rigordus, & ex alia parte Regem Angliæ valde suspectum habebat: quia Rege celato frequentes nuncios ad Saladinum mittebat, & mutua dona ab

racensem electum. Hi relictis in Northmannia, contra jusjurandum Richardo Regi præstitum, absente Rege, redierunt in Angliam: quibus cum adversaretur Willelmus Eliensis Episcopus, Reg. Cancellarius atque Vicarius, Sedisque Apostolicæ Legatus, dira pati cogitur, atque tandem occultam fugam inire. Extat ejus inimici epistola tamquam famosus libellus palam vulgandus Hugonis Coventrensis Episcopi, quam Rogerius hoc anno in Annalibus recitat istis verbis:

Epistola Hugonis Coventrensis Episcopi de defectione Willelmi Eliensis Episcopi Regis Cancellarii Romam missa. Non speciatim (ut opus erat) ad Romanum Pontificem, sed generatim ad omnes, eademque patens affigenda, in triviis ac plateis, perspicua omnibus exponenda in Legati Sedis Apostolicæ ignominiam; sic enim se habet:

Quæ litterarum apicibus annotantur, posteritati profecto signantur, ut pagina paucorum testatione roborata, multorum consalat saluti, vel proficiat indemnitate. Quod hic proponitur, sit quasi in exemplum. Multa enim scribuntur ad cautelam, ut fiant, & multa ne fieri debeant; ut Ecclesia Christi in utroque proficiat, & cum appetenda inquirat, & cum fugienda declinat. Casum itaque Eliensis Episcopi ad notitiam omnium litteris * testantibus volumus * impetratum consignari: ut in hoc exemplari semper inveniat & humilitas quod prosperet, & superbia quod formidet. Erat enim ille vir magnus inter omnes Occidentales, utpote qui regni potestatem, & Sedis Apostolicæ auctoritatem quasi ambidexter habebat, & Regis sigillum super omnem terram gestabat, ut pro sua voluntate posset imperare, & de potestate valeret omnia effectui mancipare, ut pariter Rex, & Sacerdos haberetur & esset; nec inveniri posset, qui sue auderet resistere voluntati. Cum ipse dixit & facta sunt mandavit, & inventa sunt universa. Hujus erant regniæ gaxe, thesaurus totus, & fiscus generaliter omnis ut jam

XXII. Contra Eliens. Episc. famosus libellus.

* extantibus. * in perpetuum.

XIII.

eo accipiebat. Qua de causa habito cum Principibus suis familiari consilio, ordinato suo exercitu, acceptaque a suis licentia, &c. ad partes Apulia, Deo volente transvectus est, &c. Et transitum faciens per Romanam civitatem, visitatis Apostolorum liminibus, & accepta benedictione a Romano Pontifice Cælestino, in Franciam rediit circa Nativitatem Domini quam apud Fontem Ebraldi celebravit. A num. XXI. ad XXXIX. Turbas in Angliæ absente Richardo Rege exortas fuisse narrat Baronius, quæ cum diversimode ab Historicis Anglicanis literis mandata fuerint, & res amplioris sit discussionis, quam brevis hujus Operis patiat, sufficere legere, quæ de iis Baronius habet.

CHRISTI
1191.CÆLESTINI III. PAP.
I.HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

non Regis, sed sua diceretur res quereret, quæ sub climate nostro nataret. Quia nec venatio in terris, nec piscatio in aquis, nec volatus erat in aere, qui suæ non cogeretur mensæ servire: ut paritudo videretur fuisse elementa cum Domino, cælum tantum cæli Domino relinquens; cætera tria suis usibus, immo abusibus & lusibus profutura reservans. Haic omnes filii nobilitum serviebant vultu demisso, nec in cælum aspicere audebant, nisi forte vocati ab eo; & si aliter intentassent, aculeo pungebantur, quem dominus præ manibus habebat, memor piæ recordationis avi sui, qui servilis conditionis in pago Bellovacensi, & aratrum ducere, & boves castigare consueverat. Qui tandem ad remedium libertatis ad fines Northmannorum transfugerat. Hujus nepotes, & consanguineas, si-ve quascumque propinquas de paupereturgurio procreatas, Comites, & Barones, regnique magnates sibi summa aviditate in matrimonium copulare ardebant; gloriosum reputantes, quocumque titulo familiaritatis ejus gratiam acquisissent. Nec erat rusticus, qui agrum, nec civis, qui fundum, nec miles, qui prædium, nec clericus, qui Ecclesiam, nec monachus, qui Abbatiam affectaret, quem in jus & potestatem ejus transire non oporteret.

XXIII.

Licet igitur sereno genu tota Anglia desideraret, ad Francorum tamen libertatem semper aspirans, apud Oxonium milites, & servientes, omnemque suam familiam abstraheret, & spreta in omnibus gente Anglorum, stipatus agmine Francorum, & Flandrensium, pompitice incedebat, subsannationem in naribus, cachinnum in ore, derisum in oculis, supercilium in fronte gestans pro lamina sacerdotis. Hæc ad augmentum, & famam sui nominis emendicata carmina, & rhythmos adulatorios comparabat, & de regno Francorum cantores & jocularios muneribus allecebat, ut de illo canerent in plateis: & jam dicebatur ubique, quod non erat talis in Orbe. Et re vera, si tempus Cæsaris fuisset, se deum vivum cum Tiberio appellari fecisset. Cum autem Rex ei Comites addidisset, ut communi consilio saltem majora ordinaret: regni consorte nequaquam habere sustinuit, quod gloriæ suæ plurimum crederet decorari, si cujusquam mortalis indigeret consilio. Solus ergo regnabat, & solus imperabat, & a mari usque ad mare timebatur ut Deus, & si plus dicerem, non mentirer: quia Deus longanimis est, & misericors; ipse autem in impetu male cuncta ministrans, nec in faciendo justitiam habere, nec in sustinendo moram potuit expectare. Hinc etiam domini sui litteras omnes & mandata spernebat, ne dominum habere videretur, nec cuiquam subesse crederetur, qui

omnes quasi servos suæ effecerat voluntatis. Cum igitur Anglia sub tam gravi onere & jugo importabili diutius laborasset, ingemiscens tandem propter opera clamavit in fortitudine, & ascendit clamor ejus ad Dominum, & respexit eam oriens ex alto, qui superborum & sublimium colla propria virtute calcet, & humiles exaltat in magnitudine brachii sui. Sol nempe justitiæ licet bonis & malis luceat, tamen alta sapientum oculos excæcat, & mentes humilium sui luminis illustratione fecundat.

Licet igitur Cancellarius ille fortiter legisset, Summis stare diu negatum, & qui stat, videat ne cadat, & qui se exaltat, humiliabitur, & quod ante ruinam cor exaltabitur: tamen humanæ conditionis, quæ nunquam in eodem statu permanet, & oblitus volubilitatis rotæ, quæ infirmum erigit, & elevatum deprimere consuevit, nunquam tamen voluit intelligere, ut bene ageret, sed iniquitatem meditans in cubili suo, ubi cum ministris nequitiae, & pueris suis dormiebat in conclavi: apposuit iniquitatem super iniquitatem, ut propter superbiam, & abusiones suas digno Dei judicio se ipsum precipitaret in potentias Domini, ut jam non esset locus misericordiae, sed soli potestati; nec esset tempus miserandi ejus, nec parcendi. Ipse enim declavit sententiam adversum se, exasperavit vindictam, qui tantum facinus affectavit, in quo non hominis tantum, sed Dei magis iracundiam provocavit. Licet enim Dominus omnia possit, innocentem tamen condemnare non potest, nec nocentem salvare, nisi parcat, si forte nocens fuerit obstinatus. Mentis enim obstinatio, & fronti meretricis, duricies opponitur veri adamantis, ut conterat. Quia nihil tam forte est, quod fortiori non cedat.

Cum igitur homo tantus superari ab homine non posset: Pater misericordiarum & Deus totius consolationis venit in adiutorium populo Dei supplicanti, & in affectum ejus manum misericordiae supponens, dejecit illum a potestate, & accusatorem, immo destructorem in eum spiritum vertiginis induxit, a quo reverti non posset vel resurgere. Sed ita induravit cor, excæcavit mentem, infantavit consilium illius, quod Archiepiscopus Eboracensem in Ecclesia prius obsedit, postmodum coepit, captum violenter extraxit, extractum fortiter vinxit, vinctum turpiter traxit, tractum incarcerationavit. Et licet concursus fieret populorum dicentium: Justus homo, & amicus Dei quid fecit, ducatur, ut ad carcerem? innocens sanguis ejus sine causa damnatur: tamen non potuit audiri pietas, ubi superbia regnabat; nec auditus est Deus, ubi imperabat Tyrannus. Veniebat enim a partibus

Nor.

XXIV.

XXV.

CHRISTI
1191.CÆLESTINI III. PAP.
I.HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

Northmanniæ Archiepiscopus ille praefatus cum baculo pastorali, cum mitra, & anulo, & superhumerali, quod novis temporibus pallium nuncupatur. Et cum esset filius Regis Henrici bonæ recordationis, & frater Richardi Regis modo regnantis, frater quoque Comitissæ Joannis Moretonii: nihil tamen potuit ei prodesse regius sanguis; cumque esset noviter consecratus, nihil eum potuit juvare novitas sacramenti. Ergo per totam Insulam a laicis publice proclamatur: Pereat, qui perdere cuncta festinat: opprimatur, ne omnes opprimat. Quod si in viridi hoc fecit, in arido quid faceret? Et ecce Spiritu sancto ducente, ab Aquilone, & mari, & ex omni parte totius Insulae concurrunt & conflunt universi, ut Archiepiscopus ille posset liberari. Verum funiculus peccatorum suorum ipsum constrigentibus Cancellarium, & conscientia sua cum vehementius accusante, fugit loricatus a facie hominum, & se abscondit, & inclusit cum suis hominibus in turre Londoniarum. Nobis autem introeuntibus civitatem in sero, plures de familia ejus armati cum gladiis exercitis nos invaserunt, & nobilem virum de nostris militem interfecerunt, & plures vulneraverunt.

XXVI.

Mane ergo habito consilio cum omnibus fere magnatibus regni, presente domino Joanne fratre Regis, & Rotbomagensi & Eboracensi Archiepiscopo, Episcopis etiam presentibus Dunelmensi, Episcopis etiam presentibus Dunelmensi, Londoniensi, Vintoniensi, Bathoniensi, Rossensi, Norwicensi, Lincolnensi, Herefordensi, Menevensi, Coventrensi. Factoque concilio coram omni populo totius civitatis, presentibusque Justitiariis domini Regis, & approbantibus, de consilio universorum statuitur, ne talis de cætero regno Angliæ dominetur, per quem Ecclesia Dei ad ignominiam, & populus ad inopiam erat redactus. Ut enim cætera omittam, ipse & ganeones sui totum regnum exbauferant, nec viro balibeus, nec feminae monile remansit, nec anulus nobili, nec quodlibet pretiosum etiam alicui Judæo. Thesaurum quoque Regis exinaniverat prorsus, ut in omnibus scriniis, vel sacellis nihil præter claves, de toto isto biennio posset inveniri. Tertia autem die promissit firmiter, & per quemdam de suis fidem dedit corporaliter, cunctis videntibus, quod Insulam non exiret, donec castella quædam, quæ in manu sua habebat, & advenas, & ignotis personis & obscuris tradiderat, quæ ibi nominata fuerunt, libera penitus resignasset, & personis nominatis tradi fecisset: super quo & fratres suos, & Camerarium suum obfides dedit. Et Cantuariam properavit, ut ibi, sicut decebat, crucem acciperet peregrinationis, & deponeret crucem legationis, quam per annum & dimidium an-

ni, post mortem Papæ Clementis, in praedictum Romanæ Ecclesiæ & detrimentum Anglicanæ portaverat. Omnes enim Ecclesias Angliæ cruce illa redemit, id est, ad redemptionem coegit: nec fuit aliquis immunis, qui crucis illius stigmata non sentiret. Et si forte alicujus Episcopi domum intravit, ab eo scire poteritis, quod centum, vel ducentarum marcharum pretio sua constiterit procuratio.

Cum autem in castello Doroberniæ aliquot diebus commoratus fuisset, immemor suæ professionis, & fidei obligationis, quam fecerat: oblitus etiam fratrum suorum, quos obsides datos morti turpiter exponebat, navigare proposuit: & cum hoc aperte non auderet, novum genus fraudis invenit, & sese foeminam simulavit, cujus sexum semper odit: vestem quoque sacerdotis in habitum convertit meretricis. Proh dolor! vir factus est foemina: Cancellarius Cancellaria; sacerdos meretrix; Episcopus scurra. Ergo de castello superioris, licet claudus esset, pedibus preelegit properare ad litus, tunica foeminea viridi & enormiter longa, pro tunica sacerdotis hyacinthina indutus, cappam habens ejusdem coloris deformiter manicatam, & pro planeta, peplum in capite pro mitra, pannum lineum in manu sinistra, quasi ad vendendum pro manipulo, virgam venditoris in dextera pro baculo pastorali. Talibus ornatus Antistes, descendit ad mare, & qui lorica militis sepius gestare solebat (mira res) quod tam effoeminati animi factus foemineum animum preelegit. Cum enim sederet in litore supra petram, piscator quidam, qui statim reputans scortum, proprius accessit, & qui quasi nudus de mari descenderat, calefieri forte cupiens, cucurrit ad monstrum, & manu sinistra collum complectens, dextera partes inferiores rimatur. Cumque tunicam subito sublevasset, & nimis inverecunde ad partes verecundas manum extendisset audacter, femoralia sensit, & virum in foemina certis indicibus agnovit, & vehementer admirans, & retro profliens, totus attonitus, voce magna proclamavit: Venite & videte omnes mirabilia, quod virum in foemina inveni. Protinus servientes ejus, & noti qui stabant a longe, accesserunt, & modesta quadam violentia eum repulerunt, & increpaverunt, ut taceret. Tacuit ergo piscator, & clamor ille quievit, & sedebat hermaproditus expectans. Interim mulier quædam exiens de villa, videns pannum lineum, quem ille, vel illa gestabat expositum venditioni, & procedens coepit querere quanti esset pretii, & pro quanto ulnam daret. Ille vero non respondebat, quia linguam Anglicanam prorsus ignorabat, & illa magis instabat: & continuo supervenit alia mulier, illud idem in-

Pudenda in Legatum concinnatur.

instanter inquirens, plurimum instans, ut pretium venditionis ei aperiret. Cumque ille nihil responderet, sed magis subrideret, cœperunt inter se fabulari, & quarere quidnam esset. Et dolum arbitantes, profecerunt manus ad peplum, quo facies tegebatur, & submittentis a naso usque deorsum, viderunt faciem hominis nigram, & noviter rasam, & stupefcere ultra modum cœperunt. Et corruentes ad terram, voces ad sidera tollunt; dicentes: Venite, lapidem hoc monstrum, quod deformavit utrumque sexum. Et facta est statim multitudo virorum, ac mulierum extrahentium de capite peplum, & trabentium eum poststratum in terram per manicas, & per capucium, per arenam ignominiose, & per saxa non sine lesione. Servientes autem bis aut ter impetum fecerunt in turbam, ut eum liberarent, sed non potuerunt, quia populus totus eum insatiabili corde persequens, & verbis, a lapis, & sputis, pluribusque modis turpiter tractavit per totam villam, & sic tractatum, immo distractum in quodam cellario tenebroso eum quasi sub carcerali custodia inclusit. Tractus igitur est, qui traxerat; captus, qui ceperat; ligatus, qui ligaverat; incarceratus, qui incarceraverat: ut secundum quantitatem culpæ, commensurabilis videretur quantitas pœnæ. Factus est enim opprobrium vicinis suis valde, & timor notis suis, & datus est in derisum omni populo. Utinam se solum sacerdotem, & non ipsum sacerdotum inquinasset. Provideat igitur Romana Ecclesia, ut tantus excessus taliter puniatur, ne delictum unius contamineet omnes, & sacerdotalis auctoritas ne vilescat. Et Rex Angliæ nihilominus prospiciat, ut talem regno suo personam præficiat, per quem regalis dignitas honoris servetur, & juris sui detrimenta non sentiat; sed de ejus regimine Clerus & populus merito debeant gloriari.

XXVIII. Ista quidem hostis, hostilique animo exaggerata in Urbem misit, & pervulgavit per Orbem. At non defuerunt ejus temporis inter celebriores Scriptores veri amantes, suadente justitia, adversus invafores regni pro Eliensi Episcopo Legato ad defensionem parato qui scriberent, condolentes ejusmodi fieri adversus virum prudentissimum ab improbis impressiones. Nam inter alios Petrus Blesensis Archidiaconus Bathoniensis, doctrina & probitate omnibus notus, pro eodem Eliensi plura scripsisse reperitur. Et inter alia audi epistolam consolatoriam, in his turbis ad eundem Legatum Episcopum scriptam, (a) qui audisti adversus eum adeo ignominiosam pervulgatam satyram: Reverendo patri & domino VVILLEMO Dei gratia Eliensi Episcopo, Regis Angliæ Cancellario, & Apostolicæ Sedis Le-

gato, Petrus Blesensis Bathoniensis Archidiaconus salutem, & in adversitate constantiam.

Super lectum doloris mei in infirmitate versabar, cum doloribus dolores accumulans, intermeantium crebra relatio nuntiavit, quam proditorie, & quam maligne vestram supplantavit innocentiam factiosa conjuratio invidorum. Ab ea die sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Idcirco ego gemens, & oculus meus deducens aquam, nullam invenit requiem compatientis affectus. Nam ut verbo beati (b) Job utar: Si dormiero, dicam, quando resurgam? & rursus expectabo vesperam, repleborque doloribus usque ad tenebras. Sane antequam cum domino Rege Angliam exivissem, præsens eram, vobisque prædixeram, qualiter amuli vestri jam contra vos arma iniquitatis in invidiæ fornace conflabant. Invidiæ est, quæ Christum in mortem tradidit? invidiæ Cain armavit in fratrem, Saul in David, Job in Abner, & Amasam. Per invidiam, dicit (c) Salomon, mors intravit in Orbem terrarum. Hæc est bestia saltus, quæ devoravit exercitum Absalon. De illa Sapientis dicit: (d) Ne ambules, & ne comedas cum homine invidio. Comede & bibe, dicit tibi & mens ejus non erit tecum. In oculis tuis, dicit Ecclesiasticus, lacrymabitur, & quasi adjuvans suffodiet plantas tuas. Filius ille perditionis, qui numquam posuit Deum adiutorem suum, sed confisus est in verbis mendacii, mel, & lac habebat in ore, caudam vero scorpionis abscondebat in corde. Ipse & complices ejus, quorum os amaritudine plenum erat, qui os suum semper docuerunt loqui mendacium, linguæ suis dolose agebant, Sirenes usque in exitum dulces, eorumque nequissimam similitudinem prudentia vestra deprehendere potuit, sed inter amicum, & hostem prosperitas non distinguit. Vidi, vidi, reverendissime Præsul, quando ille detractores Deo odibiles, illi venditores olei dicebant tibi, euge, euge, humiliantes se nequiter, & in tuum exitum excubantes. Est enim qui nequiter se humiliat, dicit (e) Ecclesiasticus, & interiora ejus plena sunt dolore. Eos quidem domesticos & unanimes tibi fecerat linguæ meretricantis astutia; nunc autem est gladius in labris eorum. Et in libro experientia legis, (f) quia inimici hominis domestici sunt, sicut ignis in sinu, serpens in gremio, mus in pera, suos remunerant hospites. Quam cito malignandi occasione obtulit, ut verbo (g) Isaia utar; ova aspidum ruperunt, & quod confortum est in eis, erupit in regulum. Si inimicus tuus maledixisset tibi, sustinuissem utique: nunc autem homo pacis tuæ, qui edebat panes tecum, magnificavit

Pet. Blesensis ad Eliens. Episc. ep.

(b) Job. 7.

(c) Sap. 2.

(d) Prov. 23.

(e) Eccl. 19.

(f) Mat. 10.

(g) Is. 59.

vit super te supplantationem. Sic homo bonam vinum primum ponit, cum autem inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Quia supplantatores impii per vinum adulatoriæ lenitatis propinaverunt tibi vinum de suburbanis Gomorrhæ, venenum aspidum insanabile. Et te quidem pater, usu & convictu novisse credideram illud semen Chanaan, geminen viperarum: generatio enim prava est, & exasperans, & quæ nunquam direxit cor suum, nec creditus cum Deo spiritus ejus. Si potest (a) Æthiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas, & isti, qui quasi aquam biberunt iniquitatem ab adolescentia sua, poterunt oblivisci malitiæ, quam a parentibus contraxerunt.

(a) Jer. 13.

XXIX.

(b) Prov. 27.

(c) Jerem. 3.

(d) Is. 59.

(e) Os. 4.

(f) Job. 20.

(g) Id. 22.

(h) Psal. 118.

Verbum Salomonis (b) est: Si impius contuderis in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo iniquitas ejus. Heu, heu, ubi est timor Dei? ubi memoria mortis? ubi gehennæ terror? & horribilis illa expectatio tremendi iudicii? Quomodo filium illum plorationis æternæ non revocavit a tanto scelere vinculum fidei, tot beneficiorum memoria, tanta fœderis promissi, & obligatio juramenti? Sane juxta Jeremiæ (c) verbum: Frons meretricis facta est ei, noluit erubescere, obduruit in malitiâ cor illius & adhuc manus ejus extenta. Domine JESU Christe, qui es amator veritatis, aut potius amor & veritas, quomodo diminuta sunt veritates a filius hominum? Corruerunt in plateis, dicit (d) Isaia, veritas & justitia. Et Osee; (e) Non est veritas, non est misericordia in terra: maledictum & mendacium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit. Ideo maledictus qui confidit in homine. Prævum enim est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Sophistica dilectionis faciem tibi prætendebat amulus, & de cœnoissimo lacu conscientia jam scatebant exultationes inferni, ventus urens, aer pestilens, & aura corrumpens. Porro testimonio (f) Job, Si ascenderit in cælum iniqui superbia, quasi sterquilinum in fine perdetur: transibit enim sicut visio nocturna, & invenient eum mala quæ fecit. Verbum Salomonis est, Semper jurgia querit homo perversus; angelus autem malus contra eum mittetur. Habe igitur pater sustinentiam & in opus fortitudinis te accinge. Si enim in spiritu mansuetudinis hæc sustineres, propter mansuetudinem, & justitiam tuam liberabit & exaltabit te qui arguit pro mansuetis terræ, & erigit mansuetos in salutem. Qui afflictus, & humiliatus est, dicit (g) Job, erit in gloria. Et tu quæso, frequentius psallas: & dicas (h): Bonum mihi Domine, quia humiliasti me. Tamquam aurum in fornace probavit te Dominus. Non est enim Jacob, quem E-

sau non persequitur: nec est Abel, quem Cain malitia non exercet. Justus septies cadit in die, fortiorque resurgit. Multa enim sunt tribulationes justorum. In sex tribulationibus, dicit (i) Job liberabit te Dominus, & in septima non tanget te malum. Non deseras, quæso, patientiam, patientia enim justorum non peribit in finem. Non te moveant opprobria exprobrantium tibi quia testimonio (k) Scripturæ non contristabit justum quidquam acciderit ei. Docent nos exempla majorum quia viri magnanimi fortitudo gravioribus injuriis laceffita grandescit. Nihil arduum, nihil magnum est magno viro: nec timendum est ei quidquam esse difficile, cum soleat difficultas ex solo timore procedere. Si rei familiaris dispensata, jacturamque & pressuram tuorum ægre sustines, recole verbum Apostoli (l) ad Hebræos: Spectaculum, inquit, opprobrii & tribulationibus facti, rapinam bonorum nostrorum recepimus cum gaudio, cognoscentes nos habere meliorem & manentem substantiam.

(i) Job. 5.

(k) Prov. 16.

(l) Heb. 10.

XXX.

Erit, erit, quando hæc meminisse juvabit: erit, quando respondebis exprobrantibus tibi verbum. Erit, quando cum gratiarum actione cantabis, & dices: (m) Ostendisti mihi Domine tribulationes multas & malas, & conversus vivificasti nos. Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. Lampas (ait (n) Job) contempra apud cogitationes divinum, parata est ad tempus statutum. Hæc omnia peccator videbit, & irascetur: te enim oportet crescere, ipsum autem minui. Princeps quidem quæ digna sunt Principe cogitabit, & ex tua restitutione plenior & exuberantior gloria subsequetur. Tunc videbis, & afflues, quia tuis remetieris amulis in mensura, qua mensi sunt tibi. Tuli, (o) dicit Dominus per Isaia, calicem indignationis meæ de manu tua: non adicies, ut bibas illum ultra: & ponam illum in manu illorum qui te humiliaverunt. Deus enim, dicit (p) Job, non abicit potentes, cum ipse sit potens, sed causas intuebitur singulorum. Scio quia faciet Dominus de persequentibus me iudicium: reposita est hæc spes mea in sinu meo. Expecto, ut juguletur (q) Goliath gladio, quem paraverat in mortem David: & Aman (r) puniatur in cruce, quam paraverat Mardocheo. Tua vero circumspectio, pater, de cætero fidem diligentius examinet singulorum, quos decreveris admittendos in tuæ familiaritatis sacrarium. Nam sicut in Ecclesiastico (s) legis: Amico fideli nulla est estimatio, & non est ad comparationem illius ponderatio argenti & auri. Causam tuam, dicit (t) Salomon, tracta cum amico tuo & consilium tuum extraneo ne reveles. Et

(m) Psal. 70.

(n) Job. 12.

(o) Is. 52.

(p) Job. 36.

(q) 1. Reg. 16.

(r) Hester. 9.

(s) Eccl. 6.

(t) Prov. 25.

(a) Eccl. 22. Ecclesiasticus : (a) Non credas inimico tuo in aeternum, quia sicut aramentum semper aruginabit nequitia illius. Bene & diu valeas benignissime pater. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiatur cor & intelligentiam vestram, ut servietis in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus tuis. Ego autem ad dominam Reginam me contuli, donec videam ultionem de inimicis tuis, & in statum pristinum cum gloria & honore revertaris. Hactenus consolatoria Petri, cujus & alia extant litteræ quibus ejusdem Eliensis Episcopi laudes mirum in modum prædicantur, quas brevitas causa hic describere præmittimus, ad ipsum itidem (b) datas. At parum ista visa sibi, nisi acerrima invectiva perstringeret ipsum, malorum omnium concinnatorem Hugonem Episcopum Coventrensem, cum ad eum hanc scripsit epistolam : (c)

(b) Pet. Bles. ep. 118.

(c) Apud Reg. in Annal. Angl.

XXXI. Eiusdem Pet. Bles. ad Hug. Covent. epist.

(d) Eccl. 20.

(e) Eccl. 28.

XXXII.

Quondam domino & amico Hugoni Coventrensi, & Cestrensi dicto Episcopo, Petrus Blesensis Bathoniensis Archiepiscopus, Dei memoriam cum timore.

Livor quo tendat, invidia quo feratur, proditoria factionis hodie patefecit immanitas. Dilectus Deo & hominibus Episcopus Eliensis, vir sapiens, amabilis, generosus, benignus, & mitis, & in omnes liberalitates effusus, juxta divinam dispositionem gratiæ, & suorum exigentiam, morum & meritum, Republicæ administrationem, & summam rerum fuerat administratus. Vidisti, & invidisti : ex tunc irata tua. Ibi invidia concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Ipse autem ambulans simpliciter, te in suæ familiaritatis sacrum, atque unanimitatem, amicitiam vinculum & fœderis accersivit. Totus requiescebat super te spiritus ejus, & erant adversus eum omnes cogitationes tuæ in malum. Væ, dicit (d) Ecclesiasticus, duplici corde, atque labiis scelestis, & peccatori ingredienti duas vias. Interioris conscientia malum quodam pretextu amicitia facies hypocritæ palliabat, & tu exercebas occulte in hominem innocentem linguæ seditionaria & procacis injurias; Maledictus, inquit (e) Salomon, susurro, & bilinguis in populis : turbat enim pacificos. Omnem conscientiam suam effundebat in sinu tuo; te enim quasi se alterum reputabat : tu vero eum in occasionem præcipiti proditorii adulationibus impingebas. O detestanda proditio ! Judas osculo tradidit, & tu verbo. Exhibebas exterius diligentis officium, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum. Væ homini illi, per quem scandalum venit.

Hoc equidem facinus interminabilem tibi maculam sinistra opinionis inussit, & si quid commendabile de beneficio nature

perceperas, culpa hæc perenniter abolerit. Nimirum Joab (f) multa fortiter fecerat, sed proditio in Amasam, & Abner omnes in eo virtutum titulos denigravit. O labia detractoria ! O lingua maledica & dolosa ! Quid apponetur, Domine, ad hanc linguam dolosam ? Utinam apponantur sagittæ, quæ eam transfodiant, & carbones desolatoris hanc incendiant. Utinam tu (Seraphin) qui cælesti carbone (g) Propheta labia emundasti, egenali flamma totum os & linguam ejus emundando destrueres, ut possemus cantare, & dicere : (h) Destruisti eum ab emundatione. Labia Evangelio consecrata numquam desinunt effatire ventum in verba mendacis. Totum vanitati datur, quod erat debitum veritati. Porro vir linguosus non dirigetur in terra. Ergo qui stat, videat ne cadat ; ante ruinam exaltatur cor.

Exultas infelix & jactitas, quod supplantaveris innocentem. Sed certe postquam est in ruinam, resurrectionemque multorum in suam scilicet, & suorum restitutionem; in tuam vero, tuorumque ruinam completum. Faba hæc recudetur in caput tuum. Omnis enim fraus in se reversa colliditur. De dolo non colliges, nisi fructum doloris; & orditus es telam, ut dispoide vestiaris. Verbum Isaia est : (i) Qui ordinini telam & in umbra Ægypti confidit, diem amaritudinis expectate. Publice gloriaris & jactitas, quod hanc turbam moveris quod incautam deceperis & induxeris plebem, ut armis inermem, & insidiis appeterent innocentem. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate ? Quid prædicas malitiam tuam, quæ in pluribus provinciis tua discurrente infantia jam plebescit ? sed de te, consimilibusque tuis dici (k) potest : Lætatur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Porro verbum Sapientis (l) est : Qui lætatur in ruina alterius, punietur. Salomon : (n) Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, ne videat Deus & in te iracundiam suam vertat. Sane semper familiare & proprium tuæ proscipia fuit dissensionum materiam seminare; ramusque pestilens malitiam suam de mala arboris radice contraxit. O generatio prava ! O domus exasperans ! O genimen viperarum ! Quis te docuit fugere a ventura ira ? putas, quod non videat, & requirat hæc Dominus ? Propter hoc irritavit impius Dominum, dixit enim in corde suo : Non requireret. Sed certe requireret Dominus, requireret etiam ille, de cujus nunc angustia gloriaris; quandoque dante Domino respirabit. Sapientia enim justum venditum non derelinquet, & in tempore erit respectus illius. Decebat tui ordinis gravitatem, pacem conciliare in populis, sedare sedi-

XXXIII. XXXIV.

(i) If. 30. (k) Prov. 2. (l) Ib. 17. (m) Ib. 24.

(n) Prov. 24.

(o) Prov. 24.

(p) Prov. 24.

(q) Prov. 24.

(r) Prov. 24.

(s) Prov. 24.

viones, maxime in Anglia, quæ te satis pauperem suscipiens magnificis honoribus ampliavit. Jeremias loquens ad eos, qui in transmigratione Babylonica erant (a) : Querite, inquit, pacem civitatis, ad quam migrare fecit vos Dominus : quia in pace illius erit pax vestra. Vice alia tibi scripsi, & ut cessares a talibus, monitis salutaribus supplicavi. Verumtamen (b) cithara David namquam Saulis vesantiam sedavit ad plenum, & adhuc manus ejus extenta est. Memento igitur homo, si tamen homo; memento, inquam, tuæ conditionis; memento hujus vitæ brevis; memento esto districti, & horrendi Judicis; memor esto pœnæ terribilis, horribilis, interminabilis, & intolerabilis, quæ tibi in aeternum parata est, si a tali maleficio non desistas. Hactenus Petrus. At qualis fuerit Hugo iste, ex sua ipsius audi confessione, cum in extremis laborans coactus est, exigente conscientia, dicere veritatem; nam de ipso ista Rogorius :

(a) Jer. 29.

(b) 1. Reg. 18.

Eodem anno Hugo de Nunant Coventrensis sive Cestrensis Episcopus Romam tendens, in Northmannia cœpit graviter infirmari. Cumque ingravescente agritudine, mortem sibi vicinam cognovisset, fecit accersiri viros religiosos totius Northmanniæ, quos habere poterat, Abbates, & Priores, & audientibus cunctis voce clamorosa confessus est pure, & maxima cordis contritione, ac lacrymarum iugiter effusione, omnia peccata, scelera, & enormitates omnes, quæ suæ memoriæ occurrerant. Tanta autem contritus erat & commotus pœnitentia, quod omnes astantes, & se intuentes ad lacrymas & singultus commovit. Denique flens & ejulans, manibusque consertis, Prælator omnes in virtute Dei adjurabat, quatenus sibi pœnitenti super tot & tantis flagitiorum excessibus pœnam infligerent & satisfactionem condignam. Audientes autem viri religiosi, qui lecto astabant, in Episcopo vitam adeo flagitiosam, simul & admirabilem cordis contritionem, ad invicem sese contuentes, obmutuerunt universi, nescientes quid darent consilii, vel quid tam subito responderent. Quod cernens Episcopus, dixit eis : Scio, scio, quod tantis enormitatibus auditis, hæsitatis inter vos, quid mihi pro pœnitentia infligatis : sed obsecro vos in nomine JESU Christi Domini nostri, quatenus in loco pœnitentia & remissionem peccatorum meorum injungatis mihi, ut secundum voluntatem Dei, si in pœnis Purgatorii usque in diem Judicii, ut tunc per misericordiam Redemptoris nostri, qui semper misericordiam exultat super judicium, salvus sim. Placuit hoc consilium universis, salva semper sibi clementia divina, quæ omnes servari desiderat, & neminem

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XL.

XLI.

XLII.

vult perire. Tunc Episcopus, audientibus cunctis, cum ingenti mœnore recognovit, qualiter expulsis monachis Coventrensis, ad cumulum omnium malorum in loco eorum irreligiosos clericos introduxit. Ad cuius flagitii satisfactionem aliud genus correctionis non invenit, nisi ut in eorum habitu vitam finiret, in quos, diabolico spiritu exagitatus dum potuit, persecutionem excitavit, mendicare coegit, & quantum in se erat, odio mortali afflixit. Sicque cum magno ejulatu Abbatem Becci, qui inter ceteros aderat, deprecans adjuravit, quatenus intuitu charitatis, ad diaboli confusionem, habitum sibi concederet monachalem, ut illos haberet patronos in sæculo futuro, quos persecutus fuerat in hoc mundo. Quod cum impletum fuisset, omnia quæ possidabat in auro & argento, in gemmis, & vasis pretiosis, domibus religiosi, & pauperibus erogavit. Et sic in spe bona omnium assistentium, & jugi lacrymarum effusi ne, sine insperato quiet. Hæc de fine Hugonis post aliquot annos accidere, sed hic recensita, Eliensis causa id exigente, ut ex persona detrahentis & calumniantis discas innocentiam patientium ista.

Sed prosequamur ipsam causam. Ubi delata sunt hæc ad Cælestinum Papam : mox ad Archiepiscopos Angliæ ista rescriptit : (c)

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis in regno Angliæ constitutis salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum dilectus in Christo filius noster Richardus illustris Rex Anglorum, quando se suscepto signo crucis ad ultiscendam injuriam Redemptoris accinxit, tutelæ regni sui curas, quod sicut vir intelligens, & requirens Dominum, duxit obsequio postponendum, sub Apostolica protectione dimiserit : statum regni sui ac jura, & honorem ipsius, tanto majore studio conservare volumus, & debemus, quanto de nostra protectione confisus, majoribus periculis personam suam, & res pro exaltatione sanctæ religionis exposuit, & in obsequio Creatoris laudabilis, faciente Domino cum eo signum in bonum, atque ferventius, sicut ex suis operibus elucescit, cognoscitur se habere. Cum igitur quædam tam contra regnum ipsum quam contra venerabilem * patrem vestrum Willelmum Eliensem Episcopum Apostolicæ Sedis Legatum, cui regnum tradidit gubernandum, per Joannem Comitem Moretonii, & per quosdam alios accepimus attentata, quæ nonnulla in se suspicionis continent argumenta, & si vera sunt, non in modicam noscuntur Sedis Apostolicæ contumeliam redundare; eidem præsumptioni tanto maturius duximus occurrendum.

* fratrem

M m m m

Ann. Eccl. Tom. XIX.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

CHRISTI
1191.

CÆLESTINI III. PAP.
I.

HENRICI V. IMP. R.
ISAACII ANG. IMP. G.

dum, quanto ex mora ipsa jam dicto Re-
gi, & terræ Jerosolymitanæ gravius de-
trimentum, ac nobis, & Ecclesiæ Roma-
næ major inde posset ignominia provenire.

XXXVI. Excom-
municatio
in fratrem
Regis.
Proinde universitati vestræ per Aposto-
lica scripta mandamus, & in virtute o-
bedientiæ præcipimus, quatenus, si (prout
nobis insonuit) memoratus Comes, vel al-
lius in jam dictum Episcopum manus vio-
lentas iniicere, vel eum capere, vel ju-
rumentum quodlibet ab eo per violentiam
extorquere seu eum in captione tenere, seu
statum regni a severitate regia in recessu
suo dispositum aliquatenus immutare præ-
sumpserit: omni occasione, vel simul-
tate postposita, convenientes in unum, præ-
dictum Comitem, & omnes antedicta præ-
sumptionis consiliarios, auctores, compli-
ces, & fautores accensis candelis, & pul-
satis campanis, omni appellatione & ex-
cusatione, necnon & personarum acceptio-
ne postpositis, publice nuntietis vinculo
excommunicationis astrictos: & tam diu
faciatis sic excommunicatos ab omnibus ar-
ctius evitari, nec non & in terris illo-
rum, & in aliis, quas invaserint, præ-
ter pœnitentias, & parvulorum baptis-
mata, divina penitus sine appellationis
obstaculo prohibeatis celebrari officia: do-
nec jam dicto Legato tam a captione, quam
a juramento primitus absoluto, & regno
ipso in statum a prænominate Rege in re-
cessu suo dispositum reformato, cum testi-
monio litterarum ipsius Legati, & ve-
strarum pariter ad Sedem veniant Aposto-
licam absolvendi. Scituri pro certo, quod
si in hujus nostri executione præcepti ne-
gligentes fueritis, aut remissi, non mino-
rem in vos præstante Deo, duximus ul-
tione, quam si prædicta injuria perso-
næ nostræ, vel uni de fratribus nostris
esset irrogata. Datum Laterani, quarto
Nonas Decembris, Pontificatus nostri an-
no primo. Hæc Cælestinus. Qui & has
contra Eboracensem Archiepiscopum, fra-
trem itidem Regis litteras addidit, quas
idem qui supra Rogerius recitat istis ver-
bis:

XXXVII. Quæ Cæ-
lestinus
in Eboracens.
Archiep.
Cælestinus Episcopus servus servorum
Dei venerabilibus fratribus Lincolnensi,
& Roffensi Episcopis, & dilecto filio Ab-
bati de Burgo, salutem & Apostolicam
benedictionem.

Sicut ea, quæ a venerabilibus fratri-
bus Coepiscopis nostris circumspicione
provida, & ratione prævia statuuntur,
debemus illibata servare: ita quæ minus
quoque considerate aguntur, providentia
pleniori corrigere, & in statum debitum
nobis imminet reformare. Cum itaque
venerabilis frater noster Gaufridus Ebo-

PAGIUS
XIV. A num. XXXIX. ad XLX. Discessum Ri-
chardi Angliæ Regis a Terra Sancta, ejus ca-
ptivitatē, aliaque ad utrumque pertinentia

racensis Archiepiscopus in venerabilem
fratrem nostrum Hugonem Dunelmensem
Episcopum, & quosdam alios excommuni-
cationis sententiam promulgasset, & eorum
Nuntiis ad nostram præsentiam venienti-
bus in Consistorio nostro, fuisset hinc inde
super ea sententia & quibusdam aliis ar-
ticolis plenarie disceptatum: nos cogno-
scentes tam in ipsum, quam in alios ja-
culatam sententiam inconsulte prolata, fuisse
nullius causæ rationabilis munimine roboratam,
eam de consilio fratrum nostrorum denuntiavimus publice non te-
nere, irritantes eam, ne quid auctorita-
tis habeat inhibentes. Ut itaque, quod nos
decrevimus, per partes vestras publice
nuntietur, per Apostolica scripta vobis
mandamus, ut eandem sententiam per Ec-
clesias vestras prædicetis auctoritate Sedis
Apostolicæ irritatam: ut fidelium popu-
lus tam ipsi Episcopo, quam aliis una
cum Episcopo injuste ligatis, fraternæ com-
munionis participium secure impendat, & ab
illorum nullatenus propter hoc communio-
ne recedat. Datum Laterani.

Interea temporis, cum qui missus fuit
e Sicilia a Richardo Rege Archiepiscopus
Rothomagensis, in Angliam pervenisset
ad sedandos tumultus, quibus illud regnum
exagitabatur: partes adversus Legatum Apo-
stolicæ Sedis Eliensis Episcopi Cancellarii
tutari cœpit. Verum quod ille non Regis tantum,
sed Apostolicæ Sedis auctoritate roboratus
haud facile privari posset, Nuntios suos
Romam adversus eundem Legatum Apostolicum
misit. Tunc & Eliensis Legatus Nuntios
suos legavit ad Cælestinum Pontificem.
Quid autem in ea causa actum sit Romæ,
loco suo, anno sequenti disturi sumus.

Interea temporis Richardus ipse Rex
Angliæ, novis obortis inter Principes
Christianos discordiis in Palæstina, de-
ploratis jam rebus, discessionem cogitans,
ut licuit, res componere laboravit. At-
que primum omnium cum Saladino ad
triennium fœdus statuit, regnum Jero-
solymorum Henrico nepoti tradidit, Con-
rado competitore nece sublato, Guido-
ni vero loco regni tradita ab eo est In-
sula Cypri. His vero peractis, octavo I-
dus Octob. rediturus in Angl. solvit Ac-
cone. Cujus progressus singulos per singu-
los ferme dies descripsit Roger. in Anglo-
rum Annalibus, & inter alia illud fune-
stum, quod ipsum contigerit in Hadri-
tico sinu pati naufragium, ex quo vix sal-
vus emergens eum paucis, ubi compendio-
siori via per Germaniam transire in Angliam
constituisset; cum Viennæ territorium at-
tigit, quantumlibet incognitus iter face-
ret,

recitat hic Baronius; sed cum ea ad sequen-
tem annum pertineant, majoris claritatis gra-
tia ibidem de iis agemus.

Discessus
Reg. An-
gl. e Pa-
læstina.

CHRISTI
1191.

CÆLESTINI III. PAP.
I.

HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. G.

ret, cognitus tandem, per violentiam ex-
torta confessione suorum, a Leopoldo Au-
striæ Duce capitur, & ad Henricum Im-
peratorem captivus mittitur. Cujus rei
causa perturbatus & concussus est Orbis.
Facta hæc sunt in fine anni hujus. Cum
vero ad se missum Regem Anglorum Im-
perator accepisset, mox hæc scripsit ad
Regem Francorum:

XL. Imp. lit-
teræ ad
Regem
Franc.
de Reg.
Angl.
capto.

Henricus Dei gratia Romanorum Impe-
rator & semper Augustus, dilecto & spe-
ciali amico suo Philippo illustri Franco-
rum Regi salutem, & sinceræ dilectionis
affectum.

Quoniam Imperatoria celsitudo non du-
bitat regalem magnificentiam tuam læ-
tiores effici de universis, quibus omni-
potentia Creatoris nos ipsos, & Romanum
Imperium honoraverit, & exaltaverit:
nobilitati tuæ præsentium tenore declara-
re duximus, quod inimicus Imperii no-
stri, & turbator regni tui, Richardus
Rex Angliæ, cum esset in transeundo mare,
ad partes suas reverurus, accidit, ut
ventus, rupta navi sua, in qua ipse erat,
duceret eam versus partes Istriæ, ad locum,
qui est inter Aquilejam, & Venetias, ubi
ipse Rex, Dei permissione, passus naufragium,
cum paucis evasit. Quidam itaque
fidelis noster Comes Munardus de Gortze,
& populus regionis illius, audito,
quod in terra erat, & considerato dili-
gentius qualem nominatus Rex in Terra
promissionis prodicionem, & traditionem,
& perditionis suæ cumulum exercuerat,
insecuti sunt, inveniētes eum captivum.
Ipso autem Rege in fugam converso, cœ-
perunt de suis octo milites. Postmodum
processit Rex ad Burgum in Archiepisco-
pato Saltz-burgensi, qui vocatur Friso-
rum, ubi Fridericus de Botesouwe, Re-
ge cum tribus tantum versus Austriam
properante noctu, sex milites de suis ce-
pit. Dilectus autem consanguineus no-
ster * Leopoldus Dux Austriæ, obser-
vata strata, impositis, ubique custodi-
bus, sepeditum Regem iuxta Voenam in
villa viciniore in domo despecta captiva-
vit. Cum itaque in nostra nunc habeatur
potestate, & ipse semper tuæ molestiæ,
& turbationibus operam præstiterit; ea,
quæ præmissimus, nobilitati tuæ insnuare
curavimus, scientes ea dilectioni tuæ be-
neplacita existere, & animo tuo uberrimam
importare lætitiā. Datum apud Ri-
thencie, quinto Kal. Jan. Quod autem
(ut audisti) excitatos ait milites Ducis
ad capiendum eum, ob mala illa quæ
fecisset Rex Anglorum in Palæstina: quæ-
nam fuerit ista, quæ præcessit inimicitia-
rum causa, ut Austriæ Dux adversus ipsum
tanta sit ausus, jam enarremus. Recenset
ista Matthæus Paris, prosecutus sua hi-
storia res Anglorum, & quam præsertim
hospitii causa tunc ab eo injuriam sit
Ann. Eccl. Tom. XIX.

passus in Palæstina; ait enim:

XLI. Causa
captivi-
tatis Reg.
Richardi.
Circa idem tempus venit Dux Austriae,
ut in Terra sancta votum suæ peregrina-
tionis perficiendo, in exercitu Christiano
Deo fideliter militaret, & Salvatoris ve-
stigia ibidem adoraret. Cumque prævii
ejus Marecalli sibi hospitium accepissent,
& necessaria præpararent, supervenit præ-
cipitanter quidam miles de familia Regis
Richardi, natione Neuster, & more suæ
gentis ebulliens stultitia cum jactantia,
aserebat se majus jus in illo hospitio ha-
bere, quam aliquis alius: cum prius il-
luc adveniens, sibi, suisque sociis il-
lud assignasset. Multiplicatis convi-
ciis utrobique, clamor ad aures Regis
pervenit. Rex autem nimis causæ Nor-
thmanni favorabilis & credulus, in iram
excanduit contra familiam Ducis, & non
perpendens civiliter moderamen Domini-
cum, scilicet: (a) Descendam & videbo,
præcepit præcipitanter, & secus quam de-
ceret, ut vexillum Ducis in eodem hospi-
tio pro signo affixum in cloacā deticeretur.
Quod factum cum Dux hospitio pri-
vatus, & turpiter a Northmannis gar-
rulis laceffitus, cognovisset, Regem que-
rulus adit, sed nihil nisi sannas reporta-
vit. Unde Dux a Rege spreus, ad Regem
Regum se convertens, Dominum Deum in-
vocavit in ultionem cum lacrymis, ut quem-
que superbum frangens, tantam passum
injuriam consolaretur, qui ait (b): Mihi
vindicta & ego retribuam. Dux autem
cito post reditum ad propria confusus &
verecundus maturavit. Hic factus Rex
Richardus postea non mediocriter expro-
bratus erabit. Hæc Paris.

(a) Gen.
18.

(b) Rom.
12.

Qui igitur tanta affectus injuria ad pro-
pria reversus, silentio devorabat quo de-
pascabatur ipse, mœrorem: oblatam sibi
divinitus vindictam existimans, haud in-
vitus arripuit eam. Ad quam exercen-
dam consortem adhibendum putavit Im-
peratorem, qui ab eodem Anglorum Re-
ge multipliciter se quereretur offensum.
Quænam fuerint illa, vera ne, sive præ-
tensa, idem auctor recenset inferius, cum
ea idem Imperator in conventu Episco-
porum, ac Principum palam exposuit ju-
dicanda in suam excusationem, ne vide-
retur tyrannice agere, si tantum Regem,
militem Terræ sanctæ, naufragum, omni
ob id commiseratione dignum, detineret
tamen vincitum arcta custodia, ut publi-
cum inimicum. Ea vero qualiacumque
fuerint, tu ab eodem auctore sic accipe;
ait enim:

XLII. Præsentia
justitia
Imp.

Imperator autem iratum animum ac fe-
rocem contra Regem diutius præferens,
nullatenus eum in præsentia sua convoca-
re, vel alioqui dignabatur: sed ipsam in
pluribus contra eum & suos graviter accu-
sans, calumnias multas eidem Regi præ-
tendit. Tandem hinc inde mediastibus a-

XLIII. Concil.
in causa
Reg. Ang.

CHRISTI
1191.

CÆLESTINI III. PAP.
I.

HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

CHRISTI
1191.

CÆLESTINI III. PAP.
I.

HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

micis, & præcipue H. Cluniacensi Abba-
te, & Vuillelmo Regis Cancellario, Im-
perator, convocatis Episcopis, Ducibus,
& Comitibus suis, Regem in præ-
sentia sua accersiri iussit, eumque in plu-
ribus articulis coram omnibus accusavit.
In primis scilicet quod per ejus consilium
& auxilium, regnum Sicilia & Apulia,
quod sibi jure hereditario debebatur, de-
functo Rege Vuillelmo, amiserit. Pro quo
adipiscendo exercitum permaximum, da-
ta pecunia infinita, conduxerat: cum idem
Rex sibi auxilium præstiturum fideliter
spondisset, ut a Tancredo regnum illud
obtineret. Deinde causabatur de Rege Cy-
pri, qui ei affinitate conjunctus fuerat,
quod cum injuste ab imperio ejecerit, &
carcerali custodia deputaverit, & terram
ejus cum thesauris violenter invaserit, &
Insulam cuidam alieno vendiderit. Postmo-
dum vero accusavit ipsum de morte Mar-
chisi de Monte Ferrato, heredis sui:
quod videlicet per ejus proditorem &
machinationem ab Arfacidis peremptus
sit. Quos & miserat ad perimendum Re-
gem Francorum dominum suum, cui nul-
lam fidelitatem, apud Joppen in cloac-
cam proici jussit, & Teutonicos suos in
Terra sancta verbis probrosis & factis ubi-
que debonestaverit.

XLIV.
Rex Ang.
tuetur
causam
suam.

Super his & bujusmodi calumniis Rex
Anglorum ab Imperatore conventus, pro-
tinus in medio stans, contra singulas ob-
jectiones ita luculenter & arguente re-
spondens peroravit, ut omnibus admira-
tioni & venerationi haberetur, ita ut nul-
la suspicio de his, in quibus accusabatur
in cordibus audientium ulterius remaneret.
Nam dictorum veritatem & ordinem ve-
ridicis quibusdam assertionibus & argu-
mentatione probabili ita in lucem propa-
lavit, ut omnes suspensiones falsas, quibus
impetebatur, omnimodis allegationibus cas-
saret, & gestorum veritatem non taceret.
Proditionem quoque omnimodam, vel ali-
cujus Principis necis machinationem con-
stanter depellebat, asserens se semper fo-
re paratum ad suam innocentiam purgan-
dam super talibus objectionibus prout Im-
peratoris Curia rationabiliter judicaret.
Cumque diutius coram Imperatore, &
Principibus ejus disertissime, ut erat fa-
cundissimus, allegasset: Imperator admi-
rans tantam Regis facundiam, surrexit,
& accersito ad se Rege ejus in oscula-
vuit: ac deinceps blande leniterque cum

PAGIUS
XV.

A num. XLV. ad XLIX. De virtutibus
Sancti Hugonis ex Ordine Cartusensi jam ab
aliquot annis Episcopi Lincolnensis creati agit

eo agebat. Ab illo denique die cepit
Imperator mitius agere, & Regem fami-
liariter honorare. At hæc (ut diximus)
postea, nempe post annum acciderunt,
hic recensita ad causas simultatum obor-
tas insinuandas ipso rerum gestarum ex-
ordio. Cæterum de his, quorum Rex
Angliæ argueretur, nempe quod fuerit
auctor necis Marchionis de Monte Fer-
rato, & machinator mortis Regis Fran-
corum: procuratæ sunt litteræ excusato-
riæ a Sene de Monte, ipso nempe Prin-
cipe Assassinatorum (hic namque titulus
illi) quibus immunis penitus & innocen-
tissimus idem Richardus Rex Angliæ red-
deretur. Extant adhuc ipsæ litteræ in-
nihilo labefactæ, quas recitat (a) Neu-
brigenfis, quem consule. Sed reliqua
anno sequenti.

(a) Neubr.
l. 5. c. 14.

Hoc eodem anno contigit (quod non
putamus omittendum) illud memoria di-
gnum facinus S. Hugonis Episcopi Lin-
colnensis, de quo Rogerius in Annali-
bus ista scribit: Eodem anno Hugo Lin-
colnensis Episcopus faciens visitationes
suas per domos religiosorum in sua diœ-
cesi, venit ad Abbatiam sanctimonialium
de Godestove, quæ est inter Oxoniam &
Modestoc: & cum intrasset Ecclesiam, ut
oraret, vidit tumbam in medio chori ante
altare sericis pannis velatam, & lampadi-
bus & cereis circumdatam. Et quaesivit
cujus esset tumba. Et dictum est ei, il-
lam esse tumbam Rosamundæ, quæ quondam
extiterat amica Henrici Regis Angliæ,
filii Matildis Imperatricis, & quod ipse
pro amore illius multa bona Ecclesiæ
illi fecerat. Et respondit Episcopus: Tol-
lite eam hinc, quia scortum fuit, & se-
pelite eam extra Ecclesiam cum cæteris,
ne Christiana religio vilescat, & ut exem-
plo illius cæteræ mulieres exterrita ca-
veant sibi ab illicitis & adulterinis con-
cubitibus. Et factum est ita. Hactenus
auctor. Sed quid mirum, si hæc in mor-
tuam Regis pellicem egerit, qui nec
parceret viventi Regi, quem pro Eccle-
siastica vendicanda libertate redarguere
minime prætermisit? Nam audi quæ de
rebus ab eo (b) præclare gestis omni fi-
de scribuntur auditu digna:

S. Hugo
pellicem
Reg. ex-
tumulat
ab Eccl.

(b) Extant
apud Sur.
t. 6. die
17. Nov.

A singulis enim Romanis Pontificibus,
qui ejus tempore Ecclesiæ præfuerant, id
humillime petiit, nempe ut solutus Epi-
scopali cura viveret, sed non obtinuit:
immo vero tamquam bene dignus coactus
ab illis est suo munere perfungi. Nuntios
etiam & fautores bujus rei durius illi
objurgantes, cum minis remisissent, ve-
taruntque, ne deinceps bujusmodi litte-
ras ad Apostolicam Sedem afferrent. Gra-
viora

Baronius, sed cum anno MCXCIV. iterum de
eo verba faciat; quæ de eo dicenda habemus,
ibi uno tenore in medium adducemus. Ad

XLVI.
S. Hugo
non im-
petrat
missionem

Floret S.
Hugo Ep.
Lincoln.

viora quoque totius provinciæ negotia ei
expedienda delegarunt. Singularem nam-
que a Domino gratiam acceperat justum
ab injusto discernendi, ita ut peritissi-
mi Jureconsulti cum admiratione di-
cerent numquam se talem virum reperisse
in decidendis etiam difficilibus subtilissi-
misque causis, quamvis ille bujusmodi præ-
xim nusquam didicerat. Gaudebant omnes
qui causas justas ad ejus judicium affere-
bant, certinimirum, quod nec ignavia
seduci, nec muneribus, aut minis corrup-
pi, vel frangi posset.

XLVII.
Excom-
municati
divinitus
puniantur.

Spiritus quoque sanctus, qui hoc ei con-
tulerat donum sermonem illius, atque
sententias confirmabat sequentibus signis.
Nam cum rebelles quosdam & contuma-
ces satana tradidisset in interitum car-
nis, subito non comparuerunt. Miles qui-
dam propter quoddam mendacium ab Epi-
scopo sancto reprehensus, cum admoniti-
onem ejus parvi penderet, ne se emendare
vellet, mox ab illo excommunicatus est.
Usurpabat namque sibi bona quaedam, quæ
incitante eum uxore, quod prolem legiti-
mam non haberet, a veris heredibus per
simulationem alienare consenserat. Tre-
menda res. Invasit eum diabolus nocte
sequenti, extorquens subito animam men-
dacem. Alius quidam in eodem scelere ei
succedens, cum letus & temulentus lecto
exciperetur, sopori mortem socians, etiam
misere extinctus est. Forestarius quidam
propter facinus plexus anathemate, viri
Dei sententiam non metuens, intra paucos
dies horribili morte decessit e vita. Qui-
dam diaconus, livore impellente, militem
quemdam nequiter accusans de crimine re-
giæ proditionis, Hugonis sententia ob spem
emendationis percussus, cum peccatum suum
non modo non vellet agnoscere, sed etiam
ab Archiepiscopo absolutionem impetraret,
rediensque ad virum sanctum, purgatio-
nis, ut putabat, suæ chirographum secum
afferret, rursus non obstante mandato,
ab illo excommunicatus est. Ut autem Do-
minus ostenderet, utrius sententiam ap-
probasset: diaconum horrendum in modum
percussit, nec eum diutius vivere passus est.
Adolescentula quaedam cum impudenter spu-
eret in faciem sponsi sui, præsentem sancto
Episcopo, nec veniam petere vellet, a dia-
bolo præfocata expiravit.

PAGIUS Ad num. XLIX. In Serie Episcoporum By-
zantii, quæ lib. 4. Juris Cræco-Romani extat,
XVI. Patriarchæ Constantinopolitani, qui per hæc
Chronota- tempora Ecclesiam illam rexere hoc modo di-
xii Pa- geruntur: Dominus Nicetas Muntanes, magnus
triarcha- Sacellarius, qui renunciavit. Leontius huic suc-
vum Con- cessit, qui Monachorum in collis S. Auxentii
stantinop. mansione SS. Apollolorum Abbas, & Ecclesia
Diaconus fuit. Cumque menses VII. exegisset,
renunciavit. Post hunc Dominus Dositheus Mo-
nachus, Jerusalemorum Patriarcha, translatus
est ad Patriarchatum Constantinopolitanum dis-

Clericus quidam propter tyrannidem XLVIII.
quorundam potentium jus suum, quod ei
erat in quadam Ecclesia, obtinere non po-
tuit. Pecuniis quoque, ac aliis rebus pe-
ne omnibus in Curia Romana consumptis
jam summa egestate cepit urgeri. Audiens
vero sanctum Hugonem oppressorum con-
solatorem piissimum esse, ad illum tandem
venit etiam longe extra fines diœcesis suæ,
& cum lacrymis ejus auxilium imploravit.
Motus ergo vir Dei, omnes excommunica-
vit, licet ejus jurisdictione non teneren-
tur. Quid plura? Alii in amentiam ver-
si, alii repentina morte extincti sunt: quo-
rundam oculi cum ingenti cruciatu exci-
derunt, donec legitimo possessori restituta
est Ecclesia. Alios etiam viros septem
quandoque excommunicavit vir sanctus,
quod furem a cœmeterio dolo abstraxissent,
& mox sine dilatione suspendissent. Timen-
tes vero illi ne accideret ipsis quod jam
multis evenisse constabat, ad pedes Epi-
scopi pariter venerunt. Sex satisfactione
dura illa quidem, sed brevi expurgati
sunt: septimus, quia noluit satisfacere,
absolutionis gratiam non impetravit. Tam
vero dura fuit ea satisfactio, ut etiam
brumali tempore pene nudi furem a pati-
bulo depositum; per longum iter humeris
portare, atque in eo, quod diximus, cœ-
meterio, unde illum extraxerant, tumu-
lare compulsi sint. Res prorsus stupenda.
Jam septem anni transferant, & ecce
redit miserabilis ille, cum lacrymis pe-
tens absolutionem: Domine, inquit, post-
quam sententia tua me perculit, accide-
runt mihi mala multa. Gratiam Regis
continuo perdidisti, exulare coactus, ad ino-
piam redactus sum: corporis molestia con-
tabui, plurimisque adversis casibus sub-
jacui. Sed ne pejora his succedant, di-
gnare, obsecro, vel seropententem rele-
vare. Misertus ergo vir pius tantæ cala-
mitatis, quod ex fortunato & divite æ-
rumnosus & morbidus factus esset, clemen-
ter eum absolvit, & ne dolorem dolori ad-
deret, multam ei mitiorem irrogavit. At
de his modo satis, ad res Constantinopoli-
tanæ Ecclesiæ demum convertamus ora-
tionem.

Hoc eodem anno Georgius Xiphylinus XLIX.
Constantinopolitanus Patriarcha federe
cepit, seditque (ut Nicetas habet, &
Patriarc. le-
Constan.

pensatione Principis, Domini Isaacii Angeli,
consilio & etiam adsenso. Cumque annos...
exegisset, deturbatus est, & substitutus in ejus
locum Georgius Xiphylinus, magnus vasorum
custos. Onuphrius, qui diversum exemplar ab
eo quo usus est Leunclavius in editione præ-
fatæ Seriei, nactus erat, in Chron. initium
Niceta Mundani cum anno MCLXXXVI. con-
nectit, aitque eum post annos sex & menses
sex abdicasse. Quare Patriarchatum admini-
stravit usque ad annum MCXCII. quo Leon-
tius Sedem iniit, annoque MCXCIII. post-
quam

series Græca Patriarcharum Constantino-
politano-) annos septem, quibus per-
venisse constat usque ad primam Indi-
- cationem, annum scilicet Redemptoris
millesimum centesimum nonagesimum octa-
- vum, ita testante ejus successore Joanne
Camatero in constitutione a se edita an-
- no sequenti, quæ extat in collectione
legum Orientalium libro quarto. Qui-
- bus corrigas eos, qui anno millesimo
centesimo nonagesimo quarto eum sedere
cœpisse scripserunt.

Theodor.
Balsamon
quando
scribere
cœpit.

Huic autem Xiphylino Theodorus Bal-
- samon obtulit commentarium a se scriptum
super canones, imperatum ipsi opus (ut
- dictum est) ab Imperatore Emmanuele
Comneno & Michaelae Anchialo Patriar-
- cha: quod absolutum hoc epigrammate
ad fores inscripto eidem Xiphylino nun-
- cupavit ejusmodi titulo:

L.
Dedica-
tio No-
mocano-
nis.

Theodori Patriarchæ Antiocheni ad
- sanctissimum Patriarcham Georgium Xi-
- phylum carmen:

*Perquam pias traditiones canonum,
In vasto ego mari tremens Atlantico
Pervasi, ut Aſcræus Charybdin hos-
- pes trahit,
Vel rubrum ut pelagus Israelites senex,
Tuae manus dextræ stabilitus gratia,
O Patriarcharum valde pium decus:
Unde bacilli mystici calamo levans
Illorum inaccessible iter bifariam,
Ipse in duobus tradidi scripto libris,
Quæ canonica disciplina sunt opera.
Te rogo, qui bonis nites actionibus,
Et luce doctrinæ cunctos illuminas,
Hujus libri columna itineris, ut spes,
Ægyptiorum mores quidem exustulans,
Verum in salutis via lucem porrigens.
Hæc tibi scribo Theodorus Balsamon,
Qui Patriarcha sum religione inclytæ,
Antiochiæ, atque adeo Orientis totius.*

Græci
Episcopi
inter La-
- tinos
quomodo
admissi.

Sed titulo tenuis dicebatur Antiochenus
- Patriarcha, cum illic consistere non va-
- leret, sed Latinus ejusdem Ecclesiæ Pa-
- triarcha sedens rerum dominus, non sine-
- ret Græcum Patriarcham illuc accedere.
In reliquis autem locis sinebantur resi-
- dere Episcopi Græci ad curandos Græ-
- cos, qui illic habitarent. Testatur enim

PAGIUS

quam anno uno sedisset, abdicavit. Tum Do-
- sitheus ex Patriarcha Jerosolymorum factus
est Patriarcha Constantinopolitanus, & post
- annum abdicavit, anno sc. MCXCV. cui
Georgius Xiphylinus in Sedem illam successit.
Ex his facile est respondere, ad ea, quæ præ-
- cedentibus annis Baronius de duratione Sedis

hoc idem ipse Balsamon libro secundo,
- statum Orientalis Ecclesiæ his verbis de-
- scribing in canone decimo sexto Synodi
Antiochenæ: *Non sinuntur pedem in eam
- immittere Græci a Latinis, Antiochiæ
- scilicet, vel Jerosolymam, vel Tarsum.
Jerosolymæ enim ab impiis Sarracenis
- polluta sunt, thronus Antiochenus a Pa-
- triarcha Latino detinetur, & Tarsus ab
- Armeniis. Reliquæ autem Jerosolymorum,
- Antiochiæ, & quædam Orientales Con-
- stantinopolis Ecclesiæ non reputantur va-
- care, quia Sultanus, Latini, & reliqui
- Agareni permittunt Antistibus suis Eccle-
- sias Episcopaliter administrare, & Chri-
- stianorum, qui illic sunt, curam gerere.*
Hæc Balsamon, qui Constantinopoli consti-
- tit ad opus elaborandum, munificentia
Patriarchæ vivens.

Quod ad opus ab ipso elaboratum per-
- tinet, plura dicenda sunt, nec levis qui-
- dem momenti; permagni quippe interest
quo animo quisquam ad scribendum se
- conferat: secundum illud (a) Evangelii-
- cum: Si oculus tuus nequam fuerit,
- totum corpus tenebrosus erit. Theodo-
- rus vero pessime affectus in Latinos, a
- quibus sua Ecclesia pelleretur: toto o-
- pere illo, summa animi amaritudine a
- se conscripto, nihil magis elaboravit,
- quam ut infamaret Latinorum Ecclesiam
- principalem, Romanam Sedem, cujus
- auctoritate ab Antiochena Ecclesia se ex-
- cludi cognosceret. At quam calumnio-
- se, astute, vafroque consilio id egerit,
- videndum est: plurimi namque interest
- ista nosse, & ad propinata venena an-
- tidotum offerre paratum.

In primis vero homo vaferrimus con-
- sueta arte Pelasga apocrypha in sua col-
- lectione miscuit, cum authenticis atque
- probatis, nempe canonibus, Apostolorum
- dictis, ab Ecclesia Catholica nunquam
- receptos, & probatos; itemque reje-
- ctos alios, appositosque mentitos cano-
- nes ad Sextam Synodum, ex quibus tam-
- quam e pharetris sagittas sumit contra
- cælibatum Ecclesiæ Occidentalis, jeju-
- - nium sabbati, & alia id genus. Item-
- que, quod nemo alius Græcorum antea
- fecerat, ex actis Silvestri Papæ, sub Eu-
- - sebii Cæsariensis nomine falso Græce
- scri-

Mundani, Leontii, & Dosithei habet. Nec vi-
- deo hos Patriarchas melius digeri posse. [1]
Ad num. L. & seqq. de Balsamone & dona-
- tione Constantiniano Magno attributa suis locis egi-
- - mus, & Lectorem ad ea, quæ jam diximus
- remittere satius erit, quam rursus hic fabellas
- omnibus notas refellere.

Tam

LI.
Quid de
Nomoca-
- none sen-
- tiendum.
(a) Mat.
6.

LII.
Acta Sil-
- vestri du-
- plicia.

(a) Dist.
96. c. 14.
ex palea.

XVII.
Donatio
Constanti-
- ni M. com-
- mentitia.

scriptis edidit edictum Constantini de
- donatione, non ut rem gratam faceret
Romanae Ecclesiæ, sed ut Constantino-
- politanum Patriarchatum ostenderet an-
- tiquissimum. Quod quidem quia falsum
- sit, ostendimus in Annalibus suo loco.

Sed dicamus de his hæc obiter, ante-
- quam quæ sunt Theodori, reliqua pro-
- sequamur, duplicia reperiri Acta Silve-
- - stri: Latina primum, quæ & ad Græcos
- sunt derivata, ut quæ habentur in ple-
- - risque antiquis codicibus, & ex Latinis
- accepta. Recitat ipsa Metaphrastes, nec-
- - non Zonaras, atque Cedrenus. Alia rur-
- - sus, quæ post hæc, nec ante sæculum
- præcedens, nempe non ante millesimum
- Christi annum cognita ab aliquo fuisse
- noscuntur ab aliquo Græcorum com-
- - menta, proditaque sub Eusebii nomi-
- - ne ex libro de Martyribus, quibus su-
- - peradditum est a Græcis Græce scri-
- - ptum ipsum recitatum a Theodoro Con-
- - stantini edictum, idemque Latinitate do-
- - natum, atque receptum una cum Actis,
- prout glossemata testantur apposita apud
- Gratianum in dicto Constantini Impera-
- - toris edicto, (a) in verbo, Utile. At
- quod alibi diximus Græci non Latinorum
- amore, sed odio, sui que utilitate fecisse
- noscuntur, in odium, inquam, Ro-
- - manæ Ecclesiæ, ut quæ ipsa possidet,
- non diceretur a Christo ea accepisse (quod
- sæpe sæpius protestatos esse vidimus san-
- - ctissimos Romanos Pontifices, Gelasium,
- Nicolaum, & alios adversus Græcos a-
- - gentes) sed a Constantino Imperatore.
In sui vero utilitatem, eo quod in eodem
- edicto affirmaretur, jam antiquitas sub
- Constantino Ecclesiam Constantinopolita-
- - nam esse Patriarchatum: quod liquet,
- neque post plura sæcula illi fuisse conces-
- - sum, penitus autem negatum a sancto
- Leone Pap. Gelasio, & aliis superius suis
- locis recensitis: ex quibus concessio ista
- quæ in edicto habetur, penitus esse com-
- - menticia, prorsusque falsa convincitur. Sic
- igitur, cum idem Theodorus affectarit,
- ex privilegiis Imperatorum Constantino-
- - politanam Ecclesiam habere privilegia,
- quæ habet Romana Ecclesia: in sui lu-
- - crum illud prodidit Imperat. Constanti-
- - ni decretum, ut ex illo ea derivare pos-
- - set in sua: quod ostendit ipse Balsamon
- in Nomocanone Photii, titulo secundo,
- & in Justiniani Novella, capite centesi-
- - mo vigesimotertio. Sed & cum agit de
- canonibus Synodi Antiochenæ, canone
- duodecimo de Appellationibus, eadem
- privilegia a Synodis œcumenicis in ea flu-
- - xisse mentitus est, dicens: *Secunda uni-*

*versalis Synodus & Quarta dederunt Pa-
- triarchæ Constantinopolitano privilegia.
- Papæ, & statuerunt, ut is quemadmodum
- & ille in omnibus honoretur: unde ne-
- - cessario in ejus sententia appellatio non
- - cadit. Hæc ipse, sed in his omnibus men-
- - dacissime: sicut & falsissima noscuntur ef-
- - fe, quæ a nobis suis locis sunt superius
- demonstrata. En vides Balsamonis consi-
- - lium in edendo Constantini decreto, a
- nullo Græcorum hætenus in lucem prodito,
- nempe, ut ageret, quod (b) age-
- - bat, scilicet ut Patriarchatum Constanti-
- - nopolitanum privilegiis parem ostende-
- - ret esse Romanæ Ecclesiæ, a Christo tan-
- - tum in Petro fundatæ.*

(b) Theod.
Bals. glos-
- semat. sa-
- per Synod.
Antioch.

Quod autem inani studio laborent No-
- vatores improbare quod fertur edictum
- seu decretum Constantini donationis, e
- Græco in Latinum translatum: sciant
- ipsi, se in his nostram potius causam age-
- - re, quam contra nos pugnare, qui pro-
- - fitemur cum Irenæo, Cypriano, & aliis
- sanctis Patribus, iidemque Romanis Pon-
- - tificibus, Romanæ Ecclesiæ privilegia
- non ab hominibus, sed a Christo in Pe-
- - tro esse collata, & a Petro in successo-
- - res esse transfusa, id ipsum sentientes
- cum Latinis etiam Græcis sanctis Patri-
- - bus qui ab exordio nascentis Ecclesiæ hæ-
- - tenus floruerunt. Neque ob eam cau-
- - sam, quod nolint suffragari nobis ipsum
- Constantini decretum, mox jure excidit
- eadem Ecclesia temporalium rerum do-
- - minio, quod certum atque indubitatum
- omnibus est, plurium Imperatorum di-
- - plomatibus possidere, quæ suis locis sunt
- recitata superius. Neque enim tot tan-
- - tosque Pontifices Romanæ Ecclesiæ, qui
- claruerunt a Constantini temporibus, quos
- contigit sæpe adversus Principes de juri-
- - bus Romanæ Ecclesiæ disputare, legimus
- ea voluisse defendere ejusdem Constanti-
- - ni edicti auctoritate, sed potius Evan-
- - gelica, ut sanctus Leo, Felix, Boni-
- - facius, Gelasius, Hormisdas, sanctus Gre-
- - gorius, & reliqui successores omnes in-
- - nixi Petræ super quam Christus testatus
- est se fundare Ecclesiam suam: quorum
- plures liquet non ignorasse Acta Silve-
- - stri, cum ipsorum contigit meminisse,
- neque tamen ejusdem edicti fecisse ali-
- - quam mentionem, utpote quod eo illa
- caruerint, & post longa tempora arte
- Græcorum illis accesserit, ex quibus in
- Occidentalem fuerit delapsum Ecclesiam,
- acceptum vero bona fide a nonnullis,
- quousque mala fides Græcorum inexplora-
- - rata latuerit, & a pluribus pugnantibus
- pro illo in hanc usque diem, putanti-
- - bus

LIII.
Const.
edictum
hæud pro-
- ficuum
Rom.
Eccl.

PAGIUS
XVIII. Tam Hovedenus pag. 685. quam Joannes
- Bromptonus in Chron. pag. 1191. referunt no-
- mine nobilium defunctorum in obsidione Acra s

*Heracleo
Patriarcha
Jerusalem
succedit
Albertus.*
videlicet Sybilla Regina uxor Guidonis Regis Je-
- - rusalem & dua filia ejus. Eraclius Patriarcha
- - Jerusalem. Balduvinius Cantuariensis Archiep.
- - Albertus.

NOTÆ [1] Hanc Patriarcharum Græcorum chronotaxim corrigas ut in Nota ad an. 1153. 20. MANSE

CHRISTI
1191.CÆLESTINI III. PAP.
I.HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

bus germanum Constantini privilegium omni fraude purum, omni studio defendendum, & quidquid Romanæ Ecclesiæ juris est, non finire aliquo modo subverti. Qui primus ejusdem edicti meminisse inter Romanos Pontifices reperitur fuit Leo Papa Nonus in epistola ad Michaellem Constantinopolitanum & Leonem Acridanum Episcopos, anno Redemptoris millesimo quinquagesimoquarto, ex quo haud modicum fidei incrementum accepit, unde posterius absque aliqua Græcorum imposturæ suspitione, & indagazione, bona fide sicut ipsum leguntur, ita receperint.

LIV.
Ottonis
III. diploma
contra e-
dictum
Const.

Verum emerit in lucem tempore Benedicti Papæ Duodecimi Ottonis Tertii Imperatoris nomine diploma, quo idem edictum esse falsum argueretur, scriptumque ab impostore Joanne diacono. Quod quidem licet mendis depravatum, atque ut ex ipso apparet, nimia vetustate corruptum, corrosam blattis, tineisque voratum, in lucem vendicandum tamen idem Pontifex cupidus veritatis a consumentis omnia faucibus temporis procuravit, idque publicis monumentis omni fide munitis. Quod rursus cum ad custodiam fervaretur, sicut, a legentium oculis, ita a memoria labi hominum contigit, sed emerit in lucem. Nam ejus duo exempla nactus sum alterum Parisiis a Nicolao Fabro, una cum aliis Romanorum Pontificum litteris Apostolicis uno volumine comprehensis; alterum vero ex eadem continente codice epistolarum, seu diplomatum itidem Romanorum Pontificum atque Regum opera, & industria Benedicti Romani Pontificis collectarum, misso nobis Cremona ab honestissimo viro Ecclesiasticarum antiquitatum studio Petro Antonio Tolentino una cum aliis summa diligentia per ipsum collectis & conservatis scriptis, ad Romanam Ecclesiam pertinentibus. Quorum exemplorum habita collatione, quod in altero deesse videbatur, cum licuit, ex altero suppletum est. Prodimus in lucem eo magis, quod oppignoratam exhibuerimus fidem nostram superius, tertio Annalium Tomo, anno Redemptoris trecentesimo vigesimoquarto, ubi de Constantini Imperatoris donatione sermonem habuimus, cum per Joannem diaconum e Græco derivatum fonte diximus, nec de ipso aliquid, quinam ipse fuerit, vel quando scripserit, propalavimus, reddituri inferius ex litteris Apostolicis Benedicti Duodecimi, unde accepimus, rationem. Sed quod occasio-

ne Theodori Balsamonis de eodem edicto verba facere necessitas impulit: quid pariter de ejus auctore in Ottonis diplomate sit expressum, hic describere rerum opportunitas persuasit, ab ejus titulo inchoando. Demum vero ipso Ottonis diplomate integre reddito, quid sit de ipso sentiendum, nostrum quaecumque interponemus judicium, liberum cæteris relinquentes, in diplomate adeo vetusto atque corrupto, pro arbitrio suum exercere judicium, & reddere cuncta consona veritati. Hæc enim in nuper citato codice descripta leguntur:

Instrumentum, in quo est bulla Apostolica certæ commissionis, & litteræ Ottonis Imperatoris invectione in Pontifices dilapidatores bonorum, & expressivæ donationis litterarum assignatarum Romanæ Ecclesiæ.

IV.
Moni-
menta pu-
blica sub
Benedict.
Pap. XII.

In nomine Domini Amen. Noverint universi, hoc præfens instrumentum publicum inspecturi, quod nos Joannes de Amelio Forojuliensis Archidiaconus, Cameræ domini Papæ Clericus, delegatus specialis commissarius ad infra scripta specialiter deputatus, dudum in Romana Curia residentes personaliter recepimus cum debita reverentia quasdam litteras sanctissimi Patris & domini nostri domini Benedicti divina providentia Papæ XII. ejus vera bulla plumbea cum filis cannabis, more Romanæ Curie bullatas, non vitiatas, non cancellatas, non abolutas non abrasas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione carentes, tenoris & continentis infra scriptorum.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio magistro Joanni de Amelio Archidiacono Forojuliensi, clerico Cameræ nostræ, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum certis privilegiis, registris, libris, & scripturis Ecclesiam Romanam tangentibus, quæ in thesauro ejusdem Ecclesiæ, qui conservatur in civitate Assinatensi, existunt, pro quibusdam incumbentibus ad præfens Ecclesiæ memoratæ negotiis egeamus: nos de tua circumspeditionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, te pro eisdem privilegiis, registris, libris, & scripturis perquirendis, eligendis, ac nobis mittendis, vel deferendis, ad civitatem eandem providimus destinandum. Quocirca discretionis tue per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus illuc te personaliter conferre procurans, dilectis filiis

Litteræ
commiffa-
riæ Be-
ned. Pap.
XII.

jus temporis Scriptoribus constat, tam Sybillam Reginam, quam alios ibidem memoratos præfenti anno mortalitatem expleffe. Qua-

CHRISTI
1191.CÆLESTINI III. PAP.
I.HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

filiis magistro Raymundo de Pocoliis, Archidiacono Petragoricensi rectore, & Joanne Rigaldi Canonico Albienfi, thesaurario Ducatus Spoletani, vel eorum altero, vel pluribus tabellionibus auctoritate Apostolica publicis tecum adhibitis, visis quoque ac recensitis inventariis, alias de thesauro prædicto confectis, privilegiis, registra, libros, & scripturas hujusmodi, de quibus tibi verbotenus direximus, & injunximus, perquirere, ac eligere solerti & fideli adhibita diligentia non postponas, illa ex eisdem privilegiis litteris, & scripturis, de quibus juxta voluntatem & intentionem nostram, quam tibi oraculo viva vocis expressimus, cognoveris expedire, de verbo ad verbum per dictos tabelliones transcribi, & eorum transcripta in formam publicam redigi faciendo, & nihilominus decernendo auctoritate Apostolica, eisdem transumptis in publicam formam, ut præfertur, redactis, & coram te solemniter publicatis, esse ubique perpetuo in judicio, & extra judicium fidem plenariam tanquam originalibus adhibendam. Subsequentur vero privilegia, registra, libros, & scripturas, quæ, quos, & quas elegeris, & de thesauro prædicto receperis, sive ipsorum privilegiorum, litterarum, & scripturarum transumpta publicata (ut superius est expressum) nobis mittere studeas fideliter, vel deferre, te taliter super his habiturus, quod tuam circumspeditionem fidelitatem ac diligentiam in hac parte merito commendare possimus. Datum Avenione secundo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno quarto.

LVI.
Testifica-
tio Com-
missarii
Apoll.

Auctoritate quarum, nos Joannes delegatus & Commissarius suprascriptus, ad civitatem Assisi, & locum Fratrum Minorum Beati Francisci, videlicet ad cameram juxta Sacristiam superiorem, ubi præfatus thesaurus in Archivis Romanæ Ecclesiæ conservatur, venerabili viro domino Joanne Rigaldi legum Doctore, Canonico Albienfi, Spoletani Ducatus thesaurario, & magistris Bartolo Voannis de Spello, Bertrando Glauderia, & Geraldo de Carreria clericis Spoletanis, & Caturcensis diocesis, auctoritate Apostolica tabellionibus publicis nobiscum adhibitis, nos personaliter conferentes, visis, & recensitis inventariis, alias de dicto thesauro factis privilegiis, registra, & libros, ac scripturas alias, de quibus præfatus dominus noster Papa nobis verbotenus dixit specialiter, & injunxit, adhibita solerti diligentia, tenorem commissionis nostræ servantes, &

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS re accurate Interpolator Chronici Aquicindini ad hunc Christi annum scribit: Albertus Eremita, Petri Eremita, qui belli sacri auctor Urbano II. Pontifici fuit, pronepos, ex

fideliter exequentes, perquisivimus, investigavimus, inspeximus, ac nonnulla elegimus, ex eisdem, juxta voluntatem, & mandatum ejusdem domini nostri, quod nobis expressit oraculo vocis viva. Inter alia vero elegimus, ac vidimus, & diligenter inspeximus quoddam privilegium cum quadam bulla plumbea parva in pendentis, sive in fine dicti privilegii cum pergamento alligata. In qua quidem bulla ab una parte in circumferentia ejusdem scriptum erat, Otto Imperator Romanus, ab alia vero parte erat quoddam caput hominis cum pilis crispis, & cum spatulis scriptumque erat in circumferentia, Aurea Roma, ut prima facie apparebat. Quod quidem privilegium nos Joannes delegatus & Commissarius memoratus transcribi per Geraldum de Carreria, & subscribi, & in formam publici instrumenti redigi fecimus per suprascriptos, inferiusque subscriptos tabelliones, volentes, & auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa specialiter decernentes, sedentes pro tribunali, quod transumpto, seu transcripto hujusmodi deinceps illa fides adhibeatur tam in judicio, quam extra judicium, sicut & originali prædicto, ipsumque transumptum, seu transcriptum ubique eandem fidem faciat in agendis, quod faceret privilegium memoratum. Quibus omnibus & singulis nostram auctoritatem interponimus & decretum. Tenor vero dicti privilegii sequitur in hæc verba:

LVII.
Litteræ
Ottonis
III. Imp.

In nomine sanctæ & individue Trinitatis Otto servus Apostolorum, & secundum voluntatem Dei Salvatoris Romanorum Imperator Augustus.

Romam caput mundi prostemur, Romanam Ecclesiam matrem omnium Ecclesiarum esse testamur, sed incuria & inscientia Pontificum longe suæ claritatis titulos obfusasse. Nam non solum quæ extra Urbem esse videbantur, vendiderunt, & quibusdam colluviis a lare S. Petri alienaverunt, sed (quod absque dolore tace non dicimus,) si quid in hac nostra Urbe regia habuerunt, ut majori licentia evagarentur, omnibus cum vindicante pecunia in commune dederunt, & S. Petrum & S. Paulum, ipsa quoque altaria spoliaverunt, & pro reparatione semper confusionem duxerunt. Confusio vero Papaticis legibus, & jam abjecta Ecclesia Romana, in tantum quidam Pontificum irruerunt, ut maximam partem Imperii nostri Apostolatus suo conjungerent, jam non quærentes, quæ & quanta suis culpis perdidissent, non curantes quanta ex volun-

N n n

ta-

Episcopo Bethlemitano Patriarcha Jerosolymitanus post Heraclium a Cælestino III. Papa constituitur. Est hic Albertus Bethlemita Episcopus, qui teste Willelmo Tyrio lib. XXI. cap.

PAGIUS Arch. de Nazareth Arch. de Besançon, &c. Hæc quidem uterque refert ad ann. MCXC. sed ex iis quæ ipsimet ibidem habent, & ex aliis hu-

CHRISTI
1191.CÆLESTINI III. PAP.
I.HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

*taria vanitate effuderunt; sed sua propria, utpote ab illis ipsis dilapidata, dimittentes, quasi culpam suam in Imperium nostrum retorquentes, ad aliena, id est, ad nostra, & nostri Imperii maxime migraverunt. Hæc sunt enim commenta ab illis ipsis inventa, quibus Joannes diaconus cognomento, Digitorum * mutius, præceptum aureis litteris scripsit, sub titulo magni Constantini longa mendacii tempora finxit. Hæc sunt etiam commenta, quibus dicunt, quemdam Carolum S. Petro nostra publica tribuisse. Sed ad hæc respondemus, ipsum Carolum nihil dare jure potuisse, utpote jam a Carolo meliore fugatum, jam Imperio privatum, jam destitutum & annullatum. Ergo quod non habuit, dedit: sic dedit, sicut nimirum dare potuit, utpote qui male acquisivit, & diu se possessurum non speravit. Spretis ergo commenticis præceptis, & imaginariis scriptis, ex nostra liberalitate sancto Petro donamus quæ nostra sunt, non sibi quæ sua sunt, veluti nostra conferimus. Sicut enim pro amore S. Petri dominum Silvestrum magistrum nostrum Papam elegimus, & Deo volente, ipsum serenissimum ordinavimus & creavimus: ita pro amore ipsius domini Silvestri Papæ sancto Petro de publico nostro dona conferimus, ut habeat magister, quod Principi nostro Petro a parte sui discipuli offerat. Otto igitur Comitatus pro amore magistri nostri domini Silvestri Papæ sancto Petro offerimus & donamus, ut ad honorem Dei & sancti Petri cum sua & nostra salute habeat & teneat, & ad incrementa sui Apostol. nostrique Imp. ordines. Hos autem sibi ad ordinandum concedimus, Pisaurum, Fanum, Senogall. Anconam, Fossabrunum Callium, Esium, & Aufsum, ut nullus umquam ei & sancto Petro audeat aliquam inquietationem facere, aut eum aliquo ingenio fatigare. Quicumque vero præsumperit: omnia quæ habuerit, amittat, & sanctus Petrus, quæ sunt sua, recipiat. Ut hoc autem in æternum ab omnibus conservetur: hoc præceptum manu nostra diu, Domino adjutore, victura confirmavimus, & nostro sigillo præcepimus insigniri, ut sibi, suisque successoribus valeat.*

* Signum domini Ottonis invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

In cujus rei testimonium præsens transcriptum in formam publicam redactum sigilli proprii, quo utimur, jussimus appensione muniri. Datum & actum Assisi in loco Fratrum Minorum, in palatio domini Papæ. Anno Nativitatis Domini

MCCCXXXIX. Indictione septima, tempore prædicti domini nostri Benedicti divina providentia Papæ XII. Pontificatus sui anno V. die xx. mensis Martii, præsentibus venerabilibus viris dominis Joanne thesaurario prædicto, & cæteris ibi scriptis & subscriptis. Hactenus ex scripto codice est recitatum diploma. Quod ne improba impostura in rebus Ecclesiasticis partem aliquam sibi vendicet; sanctissimus Pontifex Benedictus curavit fide integra describendum, atque memoria perpetua conservandum. Non enim mala fide scindi voluit, tradique igni abolitione perenni, eo quod videretur adversari edicto vulgato Constantianæ donationis. Sed nec tamen, quia describi curavit, ne periret, ipsum probasse dici potest, sed disquirentium doctorum virorum reliquit disputationi.

Porro de illo dicturi, id in primis examinandum, an re vera affirmari possit, diploma ipsum, Ottonis Imperatoris esse, vel ejus nomine scriptum. Felices enim omnes forent impostores, si ex falso tantum superposito titulo, quod cuperent, probatum haberent, & non plura intercederent, quibus luce perspicua convincerentur esse falsarii. Sunt quidem complura, quæ in eodem diplomate scripta reperiuntur, quæ veritati adversari noscuntur; insuper alia desiderantur, quorum ommissio perspicue possit redarguere falsitatem, & esse commenticium demonstrare. Sed omittimus leviora, nempe conjecturas, quibus idem diploma in suspicionem saltem induci possit, non esse ipsius Ottonis Imperatoris. veluti titulum insuetum apponi cæteris ejusdem Imperatoris diplomatibus, & alias formulas diffformes ab usu; ea tantum profecuti, quæ repugnare penitus veritati noscuntur, quibus redargui possit diploma ipsum Ottonis Tertii esse omnino falsum & commenticium. Ut illud in primis, quod in eo illa leguntur, quibus dicitur: *Hæc sunt etiam commenta, quibus dicunt, quemdam Carolum S. Petro nostra publica tribuisse. Sed ad hæc respondemus, ipsum Carolum nihil jure dare potuisse, utpote jam a Carolo meliore fugatum, jam Imperio privatum, jam destitutum & annullatum. Ergo quod non habuit, dedit: sic dedit, sicut nimirum dare potuit, utpote qui male acquisivit, & diu se possessurum non speravit.* Hæc ibi.

Quæ quidem nulla penitus historica veritate subsistere possunt, vel saltem verisimilia fingi. Siquidem ea Carolo

LVIII.
Quid de Ottonis diplomate sentiendum.

LIX.

Patriarcha Jerosolymitano constituto. Porro locum illum Interpolatoris Chronici Aquicinctini & duo alia citata non vidit Papebrocius; cum in Serie Patriarcharum Jerosolymitani-

CHRISTI
1191.CÆLESTINI III. PAP.
I.HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

Manifeste falsitatis arguitur diploma.

M. aptari non possunt, qui donavit. Etenim de ipso illud dici nullatenus potest, a Carolo meliore fugatum, atque Imperio privatum. Successorem quippe habuit Ludovicum Pium, qui eandem donationem comprobavit, & firmiter stabilivit. Neque tribui possunt Secundo ejus nominis Carolo Imperatori, cognomento Calvo, qui eandem (ut suo loco dictum est superius) suorum prædecessorum factam Rom. Ecclesiæ confirmavit donationem sed nullum habuit Carolum successorem, a quo fuerit Imperio privatus, sed Ludovicum Balbum, ejus nominis Tertium, heredem Imperii. Porro primi tantum Caroli fit mentio in diplomate Ottonis primi Imperatoris, & ante eum de facta a Pipino donatione de illis omnibus Eccl. Romanæ, quamvis Secundum Carolum eandem donationem certum sit confirmasse. At vero horum neutri Carolo ea, quæ sunt redita, aptari possunt, multo minus Carolo Crasso novissimo Francorum ejus tunc nominis Imperatori, qui non Carolum aliquem sed neminem habuit in Imperio successorem. Ista igitur adeo incongrua, & falsa prorsus inventa redarguunt ipsum Tertii Ottonis Imperatoris diploma apertissimæ falsitatis. Sed si Ottonis Tertii asseritur esse diploma: cur damnatur ab eo Carolus donator, qui citatur, & laudatur ab Ottone avo pietatis nomine in donatione ab eodem Ottone facta eidem Romanæ Ecclesiæ? Vel si jure putavit idem Otto Tertius Carolum esse damnandum: cur non itidem damnavit Ottonem avam, qui amplissimo diplomate scripto, quod extat superius, recitatum pariter eadem quæ Carolus, Ecclesiæ Romanæ donavit & ejus filius Otto Secundus, pater vero ipsius Tertii Ottonis scripto firmavit? ambo plane cum Carolo damnandi fuissent. His accedit, quod in diplomate donationis Henricus Primus ejus (a) nominis Imperator, ubi mentio certa habetur de Imperatoribus singulis, qui amplam illam provinciarum plurium donationem scripto diplomate Romanæ Ecclesiæ contulerunt, vel confirmarunt, Ottones tantum recenset patrem & filium nominatim, non autem Ottonem, hunc de quo agimus, ordine Tertium, ejus nominis, eundemque nepotem prioris Ottonis. Eandemque cum factam, dicit Papæ Joanni, plane significat donationem illam a Primo Ottone Joanni Papæ duodecimo collatam, superius suo loco recitatam, eandemque confirmatam ab ejus filio Ottone Secundo Imperatore; de cujus filio Ottone Tertio, cujus memoria erat longe recentior, cum nulla

Ann. Eccl. Tom. XIX.

ibi fit mentio, ab eo quidquam esse Romanæ donatum Ecclesiæ: arguitur plane ea quæ hic ejus asseritur donatio, commenticia. Vides igitur, Lector, quomodo duabus his contrariis objectionibus, tanquam difflata vento caligines, evanescat, diploma illud, quod Ottonis Tertii nomen, ut ex nube solet formata pro arbitrio concipi imago quælibet, præferret.

Modo videndum, num aliquid eidem addere possit auctoritatis, quod certus in eodem diplomate asseritur auctor, qui de Constantini donatione edictum vulgatum effinxerit Joannes diaconus, cognomento Digitorum mutius, nempe digitis amputatus: vox enim illa, mutius, non a Latinitate aliqua, sed ex recenti voce Italica, vulgo concepta, qua dicitur mozzo, quod Latine, præcisum, nominamus, derivatur, nisi forte pro mutilus, mutius, librarius male scripserit. Quisnam autem fuerit Joannes iste diaconus digitis amputatus, & cur, vel a quo ita male affectus est, pervestigandum, seu potius ex superius enarratis in memoriam revocandum. Ex Luitprando Ticinensi superius, anno Redemptoris nongentesimo sexagesimoquarto enarratum est, ab Octaviano illo Romæ potentissimo, Joanne XII. Papa nominato, ab Ottone Imperatore, expulso, reverso demum, inter alias cædes, sævitum adversus Joannem S. R. E. diaconum. Cardinalem quem abscissis duobus digitis, ac naribus, atque lingua deformavit; cujus summi Pontificis uti gravioris excessus meminit, & exprobrat Gerbertus Tomo superiori, anno Christi nongentesimo nonagesimo secundo. Erat Joannes iste jam decretus a Papa Legatus Constantinopolim, sed Capuæ interceptus, fuerat revocatus in Urbem: factusque erga Ottonem Imperatorem propensior, ab eodem Joanne Papa resiliens ejusdem Papæ Joannis in se odium concitavit, ut recitata superius Joannis Acta testantur. Alium ab isto non invenimus Joannem diaconum digitis amputatum, cui tribuatur edicti Constantiniani commentum, quod asseritur in recitato numero Tertii Ottonis diplomate. Sed cum ejus fides in multis (ut vidimus) periclitetur, immo ea penitus deferatur: nec quod ibi asseritur de Joanne diacono digitis amputato, quod auctor fuerit ipsius edicti Constantiniani, constans esse potest assertio. Abhorret vero magis ab omni verisimili conjectura, ut a Romano Pontifice passus ipse sit digitorum abscissionem, quia ea scribendo, visus sit de Romana Ecclesia studuisse contra Imperii jura bene mereri, qui-

LX.
De Joan. Diac. citato auctore.

N n n n 2

que

PAGIUS mitanorum Tomo III. SS. mensis Maii præ-

fixa pag. 51. dicat: de Heraclio, ubi vel quando

PAGIUS cap. XXVI. anno MCLXXIX. Concilio Oecumenico Lateranensi III. interfuit, ideoque diversus a Beato Alberto primum Bobiensi, postea Vercellensi Episcopo, annoque MCCCIV.

CHRISTI
1191.

CÆLESTINI III. PAP.
I.

HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

que eo nomine dignus magis premio, quam supplicio existimari potuisset. Sive igitur iste, sive alius Joannes diaconus auctor edicti donationis assertus fuerit: illud constat, ipsum nusquam ab aliquo auctore citatum reperiri ante eisdem Ottonis tempora.

LXI. Quamquam enim plerique Romanorum Pontificum, ut S. Gregorius, & Hadrianus, necnon etiam Nicolaus, vel alii meminerint beneficentiae erga S. Romanam Ecclesiam Constantini, cuius tamen A. S. Silvestri, quam Damasi Papae certam amplamque fidem faciunt: nullus tamen ante Leonem IX. ut dictum est, ejusdem donationis edicti aliquo modo mentionem fecisse reperitur, quo etiam tempore sit mentio ejusdem edicti in disputatione, quae asseritur Petri Damiani cum Advocato Regis. Postea vero de ipso aliquandiu altum silentium, cum tamen in iisdem cum Principibus controversiis ejus occupati fuerint successores, praesertim vero Gregorius Septimus, atque Alexander Tertius: ut appareat frugisse apud eos ejusdem edicti auctoritatem a cujus citatione abstinendum putarint quod illo non indigerent, cum firmiorem haberent propheticum sermonem, & firmissimum Evangelicum testimonium, & contentes omnes sancti nos Patres de transmissa Christi in Petrum Apostolum auctoritate, & transfusa in ejus pariter successores. Sed nec Imperatores ejusdem edicti meminisse, certum est, quantumlibet Ottones pater & filius antecessorum Principum, qui donarunt Ecclesiae Romanae, Pipini & Caroli, videlicet, mentionem habuisse inveniuntur, & Henricus Imperator eorundem, & predecessorum Ottonum. Sed nec qui diplomata ab ipsis acceperunt Romani Pontifices, de praetermissa mentione edicti Constantini, questi inveniuntur; cum nec damnum aliquod ex ejus omissione sentirent: quandoquidem quidquid Constantinianae donationis contineretur expressam, jam certiori titulo Romana possideret Ecclesia, existentibus integris ipsis Pipini, & Caroli, ac successorum Imperii diplomatis in his, quae spectant ad diversarum civitatum atque provinciarum donationem. In his autem, quae continentur in eodem asserto Constantini edicto de Pontificis ornamentis, nec minimum quidem dispendium Romana Ecclesia pati potest, si integritas corruat ipsius edicti: quandoquidem ea cuncta, antequam in eodem scriberentur edicto, jam possidebantur ab ejusdem Romanae Ecclesiae Pontificibus, ut de corona, sive lamina aurea, purpura, & aliis insignibus saepe superius est demonstratum. Hec dixisse, & aperuif-

se volumus adversus eos etiam, qui tanti ponderis existimant ipsum donationis Constantini edictum, ut stulte timeant, si labefactetur, universam cum ipso Ecclesiam corruere posse, reclamantibus ex adverso sanctis Patribus, & antiquioribus Romanae Ecclesiae Pontificibus, non Regum privilegiis, sed Christi verbis in Petro peritatis suffulta, superque petram firmam aedificatam, quamvis postea certiora ab Imperatoribus acceperit privilegia.

Sed redeamus ad Theodorum Balsamonem, cujus occasione fuit ad Constantini edictum, quod describit dolo malo in Nomocanone, divertendum: quo opere quae non in Occidentalem Ecclesiam, quavis occasione conjecit opprobria?

LXII. Sed parva visa sibi sunt ea omnia, quae adversus Latinos in duobus libris istis evomuit Nomocanone: longe execrabiliora sunt, quae habet idem in Meditatis, sive Responsis de Patriarchatu privilegiis, in codice Juris Orientalis toto primo intexta libro septimo, (a) sive quae habet in responsione ad Marcum Patriarcham Alexandrinum, quae eodem codice (b) continentur libro quinto, in quibus omnibus asseritur Romanus Pontifex jure apud Graecos esse penitus execrabilis, nullaque commemoratione eorum in sacris dignus. Scribebat ista (ut testatur ejus exordium) anno millesimo ducentesimo secundo, cum post duos annos capta est Constantinopolis a Latinis, & Ecclesiae illi datus est Patriarcha Latinus, qui coleret, & obediret Romano Pontifici: ita Deo ulciscente immanissimum sacrilegium. Ceterum scias, ipsos suos, Graecos inquam, adversatos esse Responsioni Theodori Balsamonis ad Marcum Patriarcham de non communicando cum Latinis, quos ipse execrandos affinat velut haereticos. Qui ista tradit contra Balsamonem, est Demetrius Chomaterus Archiepiscopus Bulgariae in Responsionibus ad Constantinum Cabasilam Archiepiscopum Dyrrachii, ubi recitatis verbis Balsamonis, ista subiicit: *Huc autem Responso Balsamonis praecleari multi viri tunc non sunt suffragati, ut quod multum duritiae & acerbitalis haberet, nec convenientis reprehensionis Litinicarum formarum, & morum, & quod inquirunt, haec synodaliter decreta non sint, neque ipsi, ut haeretici, publice rejecti fuerint, sed & simul nobiscum cibum sumant, & precentur, &c.* Theophylactum etiam Archiepiscopum Bulgariae magni nominis in Oriente Praesulem ejusdem quoque fuisse sententiae, in fine ponit, cum probat adversantem Balsamoni sententiam, adversus quem judicatam esse causam affirmat. Extat Respon-

Quod a suis Balsamon redarguitur erroris.

(a) pag. 442.
(b) pag. 326.

Reprehensus Balsamon a suis Graecis.

storum silentium. Albertum vero fuisse Latinum,

PAGIUS quando obiter, incompertum est, propter Au-

CHRISTI
1191.

CÆLESTINI III. PAP.
I.

HENRICI V. IMP. I.
ISAACII ANG. IMP. 6.

(a) pag. 322. & 323.

ponso ista Demetrii in eodem tomo Juris Orientalis, libro (a) quinto. Quibus plane apparet (quod magnopere notandum est) Latinos a Graecis numquam uti haereticos fuisse damnatos, publice rejectos. Unde ergo Theodoro Balsamoni tot declamationes in Romanum Pontificem, quod execrabilis sit, & excommunicatus a quatuor Patriarchis Orientalibus? quod affirmat toties & exaggerat in Responsionibus, ac Meditatis suis.

LXIII. Addit praeterea idem Demetrius in eadem Responsione, id usu probatum, quod scilicet numquam intercepta, vetitaque fuerit communicatio his temporibus inter Graecos, atque Latinos, ut Graeci cessaverint Latinorum adire Ecclesias, & cum Latinis orare, & sacrificiis interesse;

PAGIUS num, ostendit electio ejus facta a Caesare.

ait enim post alia multa: *Repletur autem & Italia divinarum Apostolorum & Martyrum templis, inter quae summus obtinet locum Romae inclytum Petri Apostolorum coryphaei templum. In qua nostrates ingredientes, tam Ecclesiastici ordinis, quam laici vota faciunt ad Deum; & Sanctis, qui in eis coluntur, debitam venerationem & honorem exhibent, nec praedictum ullum sustinent, quod videlicet in Latinorum sunt templis. Sic igitur, cum a suis ipsis erroris redarguatur atque perfidiae Balsamon: opus non est, ut a nobis amplius corrigatur, omni ipse execratione dignus, utpote quod de ejus Meditatis jure illud (b): *Davidicum dicitur (a) Psalms possit: Meditatus est iniquitatem in cubili suo: abstulit omni via non bonam, malitiam autem non odit.**

Mil-

III. & cognatio cum Petro. Eremita, qui Galilus erat.

JESU CHRISTI ANNUS 1192.

CÆLESTINI PAP. III. ANNUS 2.

HENRICI V. IMP. 2. ISAACII ANG. IMP. 7.

I. Canonizatio S. Ubaldi Episc. Eugubini.

Millesimus centesimus nonagesimus secundus sequitur annus, Indictione decima, quo Cælestinus Papa quarto Nonas Martii retulit in Sanctorum numerum S. Ubaldum Episc. Eugubinum. Extat de his diploma ejusdem Pontificis his verbis:

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri B. Episcopo, & dilectis filiis B. Priori, Clero & populo Eugubino salutem & Apostolicam benedictionem.

Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui secundum multitudinem miserationum suarum illis, qui natura fuerant filii iræ, spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba pater, indulget, & homines ex lutea materia constitutos in consortium Angelorum & gloriam suam pietate assumit. Sicut factum est temporibus nostris de sancta recordationis Ubaldo pontifice vestro, qui cum pius & iustus, dum in carne viveret, haberetur, post transitum a vicinis & longe postis propter miracula, quæ per merita ejus operatus est Deus, Sanctus meruit æstimari. Impletum est in ipso, quod Propheta dixit in Psalmo: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos Principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. Tu autem frater Episcopo, apud Sedem Apostolicam constitutus opportune & importune in humilitate qua decuit institisti, ut memoriam prædicti pontificis canonizare, & ipsum adscribere Sanctorum catalogo auctoritate Apostolica deberemus, consideratione habita ad religiosam vitam ipsius, & ad multa miracula, quæ per eum, postquam migravit a sæculo, Omnipotens dignatus est operari. Nos vero opus istud

intuentes sensum, & intelligentias nostras excedere, quia potius est divini judicii, quam humani, cum ipse solus plene noverit, qui sunt ejus: suspendimus desiderium tuum aliquandiu, ut nobis & fratribus nostris, quid potius agendum esset, Spiritus sancti gratia revelaret. Tua igitur tandem pia supplicatione inducti, & multorum Episcoporum, & aliorum testimonis inclinati, non de propriis meritis, sed de misericordia Creatoris potissimum confidentes, de communi fratrum consilio acquiescimus votis vestris, & canonizantes prædictum Sanctum auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli, qua fungimur, licet immeriti, decrevimus, ut festum transitus ipsius sicuti beatissimi Confessoris apud vos perpetuo habeatur. Quapropter universitatem vestram monemus & exhortamur in Domino, quatenus non in vacuum gratiam istam recipiatis, sed exemplo beati viri renovemini spiritu mentis vestræ, & in reverentia Dei & prædicti Sancti, & omnium aliorum, ferventiores solito existatis, & festum ejus septimodecimo Kalendas Junii hilariter annis singulis celebrantes sollicitè operemini, quod vestra circa divinum cultum devotio profecisse merito videatur, & alij de facto vestro exemplum profectus asumant, & ipse vestris motus precibus, pro totius Ecclesiæ statu apud omnipotentem Dominum intercedat. Datum Laterani, quarto Nonas Martii, Pontificatus nostri anno primo. Hactenus Cælestini diploma, ex Archivo Eugubino depromptum. Ex quo Surius corrigatur, qui S. Ubaldum floruisse ait usque ad annum millesimum ducentimum decimum.

Hoc eodem anno ad eundem Cælestinum II.

ex rescripto ejusdem Pontificis ibidem a Baronio recitato. Is tamen memorie lapsu rursus illud hic exhibet sub Cælestini III. nomine. Idem præstitum a Labbeo Tom. X. Concil. ubi illud tam sub Clementis III. quam sub Cælestini III. nomine refert. Clementi III. Privilegium illud attribuit Bromptonus in Chron. ad annum MCXCI. qui ultimus fuit Clementis III. omiſsa parte subscriptionis. Neque dubitandum, quin illud ab hoc Pontifice emissum fuerit; cum jam antea sub ejus prædecessoribus inter Joannem Dunkeldensem, & Hugonem Sancti Andrea Episcopos dissensio exorta fuerit, ut videre est apud Hovedenum in Annal. ubi Privilegium, de quo agimus Clementi III. adscribit, & apud Baronium variis in locis. Error inde processisse videtur, quod cum Librarius quispiam priora rescripti verba hoc modo expressisset, C. Episcopus servus servorum Dei, aliqui postea per litteram C. Cælestinum interpretati fuerint, scripserintque, Cælestinus Episc. servus servorum Dei, &c.

Rescriptum Clementis III. Cælestino male attributum.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6685, SÆC. XII. An. Erz Hisp. M. CCXXX. An. Hegeriræ D. LXXX. VIII. inchoato die 17. Jan. fer. 7. An. C. 1192. I. Canonizatio S. Ubaldi II.

AD num. I. De Sancti Ubaldi Episcopi Eugubini, & Eugubinatorum patroni, quem hoc anno Cælestinus III. in Sanctorum numerum retulit, virtutibus & canonizatione egimus anno MCLX. ideoque ibi legenda quæ de iisdem in medium adduximus. Ad num. II. Anno MCLXXXVIII. Clementis III. Ecclesias regni Scotiæ exemit a jurisdictione Metropolis Anglicanæ, ut liquet

CHRISTI 1192.

CÆLESTINI III. PAP. 2.

HENRICI V. IMP. 2. ISAACII ANG. IMP. 7.

Legatio Regis Scotiæ ad Cælestinum Pap.

num Papam venit legatio, a Rege Scottorum, petente ab eo, quod etiam ipsi concessum fuerat a prædecessoribus, privilegium immunitatis pro Ecclesiis regni sui, ne subessent Metropoli Anglicanæ. Concessit Pontifex. Tractat ista Rogerius in Annalibus Anglorum, atque ait: Eodem anno Vuillelmus Rex Scottorum misit Nuntios suos ad Cælestinum summum Pontificem pro libertatibus Ecclesiarum regni sui confirmandis: & invenit gratiam in oculis domini Papæ, ita quod dominus Papa in hac forma scripsit illi:

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei charissimo in Christo filio Vuillelmo illustri Scottorum Regi salutem & Apostolicam benedictionem.

Privilegia concessa Ecclesiæ Scotiæ.

Cum universi Christi jugo subiecti apud Sedem Apostolicam patrocinium invenire debeant & favorem; illos tamen specialius convenit promotionis munimine confoveri, quorum fidem & devotionem in pluribus est experta: ut ad ipsius dilectionis favorem tanto amplius provocentur, & ejus reverentiæ devotiori affectione subdantur, quanto benevolentia ipsius, & gratiæ pignus se noverint certius affectos. Ea propter, charissime in Christo fili, reverentiam ac devotionem, quam ad Romanam te habuisse a longis retro temporibus Ecclesiam novimus, attendentes, præsentis scripti pagina duximus statuendum, ut Scotiana Ecclesia Apostolica Sedi, cujus filia specialius existit, nullo mediante, debeat subjacere. In qua hæc sedes Episcopales esse noscuntur: Ecclesiæ, videlicet, sancti Andrea, Glasguensis, Dunkeldensis, Dublinensis, Brehinensis, Aberdonensis, Moraviensis, Rosanensis, Cathnensis. Et nemini liceat, nisi Romano Pontifici, vel Legato ab ipso latere destinato, in regnum Scotiæ interdici, vel excommunicationis sententiam promulgare, & si promulgata fuerit, decernimus non valere. Adicimus, ut nulli de cætero, qui de regno Scotiæ non fuerit, nisi quem Apostolica Sedes propter hoc de corpore suo specialiter destinaverit, licitum sit in eo legationis officium exercere. Prohibemus autem, ut controversiæ, quæ fuerint in regno illo de possessionibus ejus exortæ, ad examen extra regnum positorum judicium non trabantur, nisi ad Romanam Ecclesiam fuerit appellatum. Si qua vero scripta contra hoc libertatis statutum apparuerint impetrata, vel in posterum, illius concessionis mentione non habita, contingerit impetrari: nullum tibi, vel ipsi regno circa hujus prærogativæ concessionem præjudicium generetur. Præterea libertates & immunitates tibi, vel ei regno, vel Ecclesiis in eo constitutis, a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus indultas, & hactenus observatas ratas habemus, & illibatas fu-

turis temporibus statuimus permanere. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis & prohibitionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli se noverit incursum. Datum Laterani tertio Idus Martii, Pontificatus nostri anno primo, nondum absoluto.

Eodem anno cum pervenissent Nuntii missi ab Archiepiscopo Rothomagensi ad Cælestinum Papam adversus Eliensem Episcopum Legatum Apostolicum in Angliam, itemque Nuntii ipsius pariter advenissent in Urbem. Quid in turbulentiſſimo negotio fuerit actitatum, ex relatione Nuntiorum Rothomagensis Archiepiscopi ad ipsum missa cognoscet. Sic enim se habet, a Rogerio intexta Annalibus Anglicanis:

Vvaltero Dei gratia Rothomagensi Archiepisc. charissimo domino & patri clerici sui salutem.

Omittimus pericula & labores, quos in via sæpius nos oportuit sustinere, & quod frequenter infidiis declinatis, tandem incidimus in latrones, bonisque omnibus spoliati præter quosdam equos, & litteras, sine omni viatico venimus in Urbem sumptuosam, tertio Idus Februarii, apud B. Petri Ecclesiam Curia commorante. Ibi que invenimus Cancellarii clericos plurima jactantes, & multa (ut videbatur) prosperitate gaudentes. Nam plena legationis officio impetrato, jam sæpe dominus Papa, & Cardinalium quidam Eliensi Episcopo cum subscriptione Legati, suas epistolas dirigebant, & principalibus legationis bullatis litteris inde nondum traditis, sese recessui imminenti prædicti Nuntii præcingebant. Etenim dominum Papam ex toto pronum invenimus, ut partes Cancellarii tueretur, & qui domino Papæ familiariter assident, & adhærent, ipsius negotia tamquam propria promovebant. Verum per Dei gratiam ad adventum nostri instantiam litteræ sunt retentæ, quibusdam, qui devotius negotia nostra respiciunt, sæpe & multum ducentibus, non fuisse hactenus adeo necessariam vestrorum præsentiam Nuntiorum. * Verum quando potuimus, audiendi copia impetrata, coram domino Papa & Cardinalib. universis litteras proposuimus, a vobis & Episcopis, & Prælati & Justitiariis Angliæ destinatas, cum diligentia digna cætera annexentes, quæ intentioni vestræ credidimus expedire.

Et cum Nuntii Elienses attentassent obicere tam responsionibus, quam obiectis; dominus Papa in vestri depressione negotii plurima indignanter & cum amaritudine proponebat, multiplicatis inculcans sermonibus, & affirmans: Scimus quod il-

III.

Relatio de rebus gestis in causa Eliensis Episcopi Legati ad Sedem. Apost.

* Porro

IV. Cælestinus Papæ favet Eliensi Episcopo Legato.

CHRISTI
1192.CÆLESTINI III. PAP.
2.HENRICI V. IMP. 2.
ISAACII ANG. IMP. 7.

Iustis Rex Anglorum domino Eliensi regni sui totius administrationem reliquit nec aliquid ei parem vel majorem adhibuit. Litteras domini Regis super eo vidimus: revocatorias, aut contrarias non vidimus, nec videmus, nec earum transcriptum sigillis suppositis & authenticis consignatum. Sed multæ venerabiles personæ scribunt contra dominum Cancellarium, & nos pro domino Cancellario multarum receptimus venerabilium litteras personarum. Sed & litteræ, quas vos portatis, eorum sunt qui dominum Cancellarium expulerunt; nec miramur admodum, si pro se scribere videantur. Scimus quia dominus Rex nulli unquam mortalium tantam dilectionem exhibuit, vel honorem impendit, quantum domino Eliensi. Ipsum fecit non modo Episcopum venerandæ sedis & ditissimæ Eliensis, sed Cancellarium suum; sed & regnum Angliæ universum ejus solius custodia commendavit. Sed nec omnibus istis contentus esse potuit dominus Rex; sed & pro legationis officio domino Cancellario committendo, & bonæ recordationis domino Clementi, & nobis etiam supplicavit. Vide quam tenere amabat eum: quem unquam hominum tantum diligit, vel dilexit? Ad preces domini Regis & instantiam multam, præsentem legationem indulgimus domino Eliensi. Ab homine, quem dilexerat, Regem tam subito tantam gratiam revocasse vix possumus credere, nisi litteras ejus, & sigillum regum videremus. Et quod domino Regi dedimus (puta legationem domini Eliensis) sine falsitatis nota nec suspendere possumus, nec auferre. Sed & omnes Anglicani Episcopi pro legationis officio confirmando nobis proprias litteras transmissit; & nobis unanimiter supplicantes, pro ipso Cancellario commendationem plurimam porrexerunt. Et modo quod contrarium postulatur ab iis, suæ potius levitati imputandum videtur. Sed & dominus vester Rothomagensis Archiepiscopus nobis pro domino Eliensi plenam devotionis litteras destinavit, cum pro ipso scripsisset, dum prosperis uteretur: contra ipsum exilis calamitate oppressum eos grave est exaudiri, cum contra eos scriptum sit:

Dum fueris felix, multos numerabis amicos:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

V. Porro cum pristina felicitate gauderet, & legationis vice apud vos fungeretur, quæ unquam Ecclesia, quod monasterium, quæ persona, quis vulgaris, aut nobilis, super erogationibus domini Eliensis, vel Ecclesiarum gravamine, verbum miserat ad nos, aut querelam? omnes

applauderant felici, omnes murmurant in oppressum. Amici fortunæ fuerunt, cum fortunæ gratia recedentes.

Hæc quidem & multa alia a domino Papa opposita, non esse non poterant magni ponderis & momenti, ut ab eo proposita, qui superiorem non habet, & a Pontifice summo & iudice, & cujus voluntati nemo est qui resistat. Sed & multam contra nos quibusdam facere videbatur, quod dominus Rex Angliæ in reversione vestra supplicavit pro vobis, ut in Northmanniæ partibus, & cæteris transmarinis vobis legatio transferretur. Verum prima facie nemini videbatur, quod regiæ esset voluntatis, vos in Angliæ partibus administrationem habere, & legationis officium in Northmannia exercere: cum & Angliæ tutelam gerere, & legationis officium in Northmannia exercere, uni & eidem homini nec facile, nec promptum esse videbatur. Sed & formæ regiæ voluntatis, quæ pro vobis fuerat a Rege Cancellario destinata, Senescallo Northmanniæ a Rege dicebatur transmissa, ut & ipse in Northmanniæ partibus vestro consilio fungeretur. Ad quæ & similia cum responsiones idoneas haberemus, tamen domini Papæ favor & adiutorium in partem contrariam nitentur. Verumtamen tandem dubitare coactus, tum ad instantiam nostram, tum Cardinalium aliquorum, quos in nostræ partis gratiam traxeramus: Cardinalibus omnibus congregatis in unum, singulorum consilia requisivit, nostroque negotio diu suspensis deliberationibus agitato, suam dominus Papa sedens pro tribunali dedit sententiam sub hac forma: * Puta (ut breviter & summatim procedamus) & Cancellarium a vestra & domini Rothomagensis Decani denuntiatione absolvit, & vice mutata sententiam Eliensis Episcopi, quam occasione quarundam litterarum probabilium in vos tulerat, & Decanum, & alios quosdam Cancellario odiosos, nullam fuisse publice judicavit. Porro dominus Papa in sua procedens sententia, super injuria Archiepiscopo Eboracensi illata, sine forma præscripta, Cancellario purgationem indixit: legationem autem, nec ejus executionem ademit, cum jam ipsam ad præcum regiarum instantiam contulisset, & vobis etiam supplicantibus cum pontificibus Angliæ universis: eam tamen legationem protulit exequendam sub hac exceptione adjecta; quod ipse * interdum * f. interrim vel suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferendi in vos, vel in Decanum Rothomagensis, vel Episcopos Angliæ, vel Justitarios, vel magnates nullam habeat potestatem. Cujus interpretationem sententiæ nos habituros confidimus utiliore, verborum faciem vobis in proximo, in ipsius Papæ litteris transmissuros. Sen-

CHRISTI
1192.CÆLESTINI III. PAP.
2.HENRICI V. IMP. 2.
ISAACII ANG. IMP. 7.

VI.

Sententiæ vero prænominate adjecit, quod Concilio Cardinalium convocato, nostroque adhibito, & Nuntiorum domini Eliensis, personas venerabiles in vestris partibus providebit, quibus mediantibus inter vos & dominum Cancellarium posset pax & concordia reformari, saltem quantum ad mutuum rancorem animi remittendum. In hujus autem deliberationis tractatu, & prædictæ forma sententiæ, eas pro certo credimus ex toto litteras revocandas; quæ cum essent Episcopis totius Angliæ destinata, tamen occasione ipsarum, idem Cancellarius vos cum multis aliis excommunicationis vinculo denuntiavit astrictos. Super quam tamen denuntiationem cum nos domino Papæ ad mandatum domini Rothomagensis Decani proposuimus querelam palam in Consistorio, coram Cardinalibus universis, & populo, lectis eisdem litteris & inspectis; quantum protestatus est, voce coram omnibus exaltata, quod numquam prædictæ litteræ a conscientia ejus originem habuerunt, cœtu Cardinalium de se idem cum admiratione plurima proclamante. Et cum Nuntii Eliensis Episcopi Papæ instantissime reclamarent nemini aurem propitiam vel fautricem impendit. Vale.

VII.
Querelæ
Nuntio-
rum Can-
cellarii.

Quæ autem post hæc sint secuta, sic pergit narrare Rogerius: In nocte sequenti venerunt Nuntii Eliensis Episcopi ad dominum Papam, & increpantes eum, quod ita in conspectu universorum Cardinalium protestabatur, quod confirmatio sententiæ, quam Cancellarius dederat in Archiepiscopum Rothomagensis, & complices suos, qui in dejectione illius unanimes extiterunt, non manisset a conscientia sua; & quæserunt, ut pro amore Dei, & honore Romanæ Ecclesiæ reduceret ad memoriam servitia, quæ Cancellarius ei & Romanæ Ecclesiæ devote exhibuit: & ut ipse per testimonium veritatis opprobrium Cancellarii, & suorum tolleret, ne inimici illorum de injusta condemnatione sua gratularentur. His & aliis hujusmodi exhortationibus dominus Papa exhortatus, in crastino sedens pro tribunali, coram Cardinalibus, & omni populo confessus est, quod litteræ illæ quas die præcedenti decesserat, præcepto illius factæ fuerant, & in Angliam missæ ad confirmandam sententiam excommunicationis, quam Cancellarius dederat in Archiepiscopum Rothomagensis, & complices suos, qui eum a regno decesserant. Et inferius: Quæsit Rex, ut dominus Papa cassaret omnes donationes reddituum Ecclesiasticorum, quas Cancellarius post recessum Regis fecerat: sed dominus Papa noluit ita absolute illas donationes cassare, sed communiter cassavit omnes donationes reddituum Ecclesiasticorum ad Regem pertinentium, a quocumque factæ fuerant, & super hoc constituit dominus Papa Lincolnensem, & Londoniensem Episcopos judices. Concessis autem litteris, clerici domini Rothomagensis Archiepiscopi accesserunt ad dominum Papam, & dixerunt ei de Cancellario: Ecce quomodo amabat eum. Pergit auctor:

Eodem anno dominus Papa misit a latere suo duos Cardinales, scilicet, Octavianum Ostiensis Episcopum, & Jordanum de Fossa nova, ad dirimendam litem, quæ erat

VIII.
Legatio
Apostol.
in North-
manniam.

O o o o

PAGIUS
III.
Duo Legati in
Normanniam misit non recipiuntur.

A num. VIII. ad XIII. Octavianus Cardinalis bis in Angliam Legatus missus est. Primum anno MCLXXXVII. ut eo anno num. I. ostendimus. Secundo, currenti Christi anno, ut utrobique recte Baronius. Hujus anni Legationem hoc modo Bromptonus narrat pag. 1238. sed male eam ad annum MCXCI. refert. Dominus Papa Calixtus duos Legatos a latere suo in Normanniam (quæ Regi Angliæ parebat) misit quorum unus dicebatur Octavianus Ostiensis Episcopus, & alter Jordanus Abbas de Fossa (legendum, de fossa nova, ut ex sequentibus, & ex Historia Cardinalium liquet) tit. S. Anastasia Presb. Card. ad litem controversa, quæ erat inter Willelmum Eliensem, & Walterum Rothomagensis Archiepiscopum, & quosdam alios dirimendam. Quibus in Normannia ad Gisors portis venientibus, milites castelli & Burgenfes portis villa per præceptum Willelmi filii Radulphi Senescalli Normanniæ clausis, illos intus accipere noluerunt; dicentes quod Rex Ricardus illorum dominus nondum de peregrinatione rediens omnes terras suas cismarinas & transmarinas sub protectione Dei & Romana Ecclesiæ & Domini Papæ posuerat, nec aliquem Legatum in terra sua recipi præceperat, & ideo illos, neque alios hujusmodi viros sine illius mandato recipere voluerunt. Cardinales vero hæc contradicentes dixerunt, quod illi advennerunt, Cardinales vero hæc contradicentes dixerunt,

quod illi advennerunt portantes facem, & illuminantes patriam, dare pacem gentibus & liberare populum Domini. Sed neque propter hoc, neque propter illorum minas milites prædicti vel Burgenfes eos recipere voluerunt, imo illos retro ire cum gladiis & fustibus coegerunt.

Illi autem ibant gaudentes a conspectu populi, quoniam digni habitus sunt pro nomine Jesu connumeliam pati. Quibus de Normannia exeun- tibus, Octavianus Ostiensis Episcopus, sententiam interdicti in Normanniam dedit, & prædictum interdictum excommunicavit Normanniam Senescallum, & omnes complices suos fautores, consiliarios; ac dicta præsumptionis auctores. Jordanus vero de fossa nova Regem Angliæ diligens noluit in Normanniam sententiam dare, nec quidquam moleste inferre; unde Rex Francia iratus eum a Regno suo fugavit, & cætera late ibi narrata. Ex quibus intelligimus, quam pessimo loco essent res Ecclesiasticæ in regno Angliæ, sed multo magis ex Epistola XXIII. Petri Blefensis ad eundem Octavianum data, ubi accepit eum Legatum in Angliam mitti. Hanc quidem Epistolam Baronius, aliique ad priorem ejus Legationem, ad annum nempe MCLXXXVII. referunt, sed ibidem certo argumento ostendimus, eam secundæ ejus Legationis tempore datam esse, anno scilicet currenti.

Epi-

erat inter Cancellarium, & Rothomagensem Archiepiscopum. Qui cum venissent in Northmanniam usque ad Gisortium, clausa est eis janua, & intrare non potuerunt. Et cum cognovissent hoc factum fuisse per Vvilelmum filium Radulphi, Senescallum Northmanniæ, illum excommunicaverunt, & omnes complices suos, & fautores, & consiliarios, & auctores prædictæ præsumptionis, & totam Northmanniam sub interdicto posuerunt. Quod cum nuntiatum esset in Angliâ, Regina Alienor, & Rothomagensis Archiepiscopus miserunt ad eos Hugonem Dunelmensem Episcopum, ut relaxarent sententiam, quam dederant in Senescallum Northmanniæ, & in ipsam Northmanniam. Primo vero inveniente Dunelmensis Episcopus apud Parisiis, deinde secutus est eos usque Vizeillacum; sed nullo modo relaxare sententiam suam voluerunt, nisi recepti fuissent in Northmanniâ. Sed dominus Papa interdictionem Northmanniæ relaxavit, & relaxari fecit a Legatis, nec tamen intraverunt Northmanniam. Hactenus Rogerius.

At quod magis Cælestini Pontificis animum fauciabat, illud erat de Terra sancta, destituta a duobus Regibus, in tanto discrimine constituta: cujus rei causa in emendationem præteritarum culparum, & correctionem morum, has litteras Apostolicas dedit, ut putamus encyclicas, licet ex inscriptione pateat, ad Ecclesiam Anglicanam missas esse, quæ sic se habent, ab eodem Rogerio in suis Annalibus intextæ:

(a) Apud Roger. in Annal. Angl. hoc anno. Cælestinus Episcopus (a) servus servorum Dei venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Angliam constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

PAGIUS V. Cælestinus III. de Terra Sancta dõnfer-vanda sollicitus. Epistola vero Cælestini III. hic a Baronio recitata ad annum sequentem pertinet; his enim verbis clauditur: Datum Roma apud S. Petrum III. Idus Januarii, Pontificatus nostri anno secundo, qui adhuc mense Januario anni sequentis in cursu fuit usque ad diem XXX. mensis Martii. In ea Pontifex universis Orbis Principibus in remissionem peccatorum injungit, ut si quis adversus aliquem concepit rancorem, Creatori dimittat, & omnes toto animi studio procurent, ut illud tantillum terra domini portionis, qua adhuc sub Christianorum potestate tenetur, servari possit, & accingatur denuo multitudo Fidelium, qua illuc sub debita & devota humilitate itura totam possit terram, & Sepulcrum dominicum, devicto & conculcato penitus occupantium furore, liberare. Jure merito verebatur Cælestinus ne in Terra Sancta res pessum irent, Hovedenus enim ad hunc annum pag. 716. ait: Post Pascha orta est gravis dissensio inter Pisanos & Jannenses (legendum Genuentes), qui erant in Accon, & mutuo se interfecerunt; & Dux Burgundiæ (nempe Odo) per exhortationem Jannensium misit Tyrum pro Con-

Cum ad propulsandam injuriam populi Christiani, & communis notam Fidei abolendam, quam ei Paganorum spurcitia in captione sanctæ Terræ, quæ Domini est hereditas nuncupata, perniciose, ac violenter impressit, & ad emundandam etiam civitatem sanctam, & Sepulcrum Dominicum ab Sarracenorum, & aliorum insuper occupantium immunditiis, ac auferendam illam per auxilium supernæ clementiæ a potestate illorum, Sedes Apostolica suum debitum recognoscens, per diversas mundi partes Nuntios sæpe a suo latere, ac communitarias litteras destinaverit, & in divina confisa clementia magnas illuc tendentibus impenderit indulgentias: licet, ut fraternitas vestra potest perpendere, ad hæc agenda per exhortationes illius viriliter ac devote plurimi se accinxerint, & tot in transmarinis partibus Christi fideles propter hæc sæpe fuerint congregati, ut multitudo eorum oppugnantium numerum non modicum videretur excedere, & auxiliis, ac viribus etiam prævalere: non multum tamen proficere potuit, vel his qui ex adverso contendebant obesse pro eo (sicut ex effectu datur intelligi) quod nisus & actiones eorum, qui fuerant ad partes illas profecti, Domino pro parte magna displicebant. Unde merito aliorum peccaminum, quia non in Deo, sed viribus propriis confidebant, & non erat ante ipsorum oculos timor Dei, ex præconcepta superbia cor eorum permissum est obsecrari, ut alia insuper agerent, quæ minime convenirent, divinum contra se suis perveritatibus judicium provocantes. Verum quia multæ sunt misericordiæ Domini, qui etsi ad malorum perveraciam retundendam, & subdenda cervicorum hominum colla, disciplinæ manus quandoque

Cælestini Pap. Que. relæ de Terra Sancta.

* animis,

vado pro Marchione (nempe Montis Ferrati) volens levare eum in Regem, & Pisani miserunt pro Rege Angliæ (sc. Richardo), qui tunc temporis morabatur in Scalona, significantes ei propositum Ducis Burgundiæ.

Sed præstat audire Neubrigensem narratorem, cur minus sit a Crucesignatis in Oriente profectum, & loquentem de repatriatione peregrinorum lib. 4. cap. 26. Interea exercitus Christianus Regi Regum in Oriente militans, in multo labore & periculis experimento agebat. Verumtamen Christianum negotium minus procedebat, tum propter dissensiones, amulationesque ducum (ut dictum est) tum propter difficultates plurimas, tanquam Deo minus propitio, obstantes. Decernebant quidam adeundam, totisque oppugnandam viribus, sanctam civitatem, quam impii profanabant. Aliis vero hoc impossibile videbatur certis ex causis. Terra quippe, qua paulo ante fertilissima fuerat, & quasi omnimoda copia promptuarium, maligna & callida Saladini provisione, redacta erat in solitudinem, ne scilicet Christianus exercitus quantumcumque ex ea subsidium caperet; unde nec poterat a mari quicquam majus negotium

VI. Crucesignati valde inter se discordet.

que suas medicinaliter aggravat; & ut elevet, opprimit & percutit, aut flagellat, ut sanet: si ad eum cum debita fuerimus humilitate reversi, & de peccatis castigati, ac de observandis Creatoris de cetero studio ferventiori mandatis, firmum propositum assumpserimus; absque ulla poterimus hæsitacione sperare, quod affluentius gratiusque nobis assistet, & de inimicis nominis Christi plenam indulgebit de cælo victoriam, ita quod univversa, quæ incurrimus hucusque gravamina, oblivioni tradantur, omnibus conversis retrosum, & merita confessione ruentibus, qui oderunt Sion, & gentilibus præsumpserunt contaminationibus maculare.

X. Attendentibus autem, ac studio diligenti scrutantibus, quales minas populo Israeli, cum ex promissione memoratam supra Terram intraret, divina potestas tulit: non erit dubitationis scrupulus, qui hujusmodi inquisitioni opponat quare vestrum pro Deo inceptum conamen speratos non sit consecutum effectus. Dicitur enim illis, ut ab habitatorum illius terra contagiis & spurcitiis abstinere, & illorum vitia imitatione digna non duceant, quæ ipsi possint accidere in ruinam, sed legem Domini firmo proposito, & omni animi & intentionis nisu servarent. Quibus itaque monitis si devote, ac humiliter obedirent, (a) unus eorum mille vinceret, ac decem ex illis decem millia. Quæ certiori postmodum experimento noverunt cum pauci de ipsis magnam ex illis, & infinitam quasi multitudinem trucidarent: & dum devote divinis intenderent mandatis, non fuit civitas, vel munitio, quæ ipsorum posset evitare congressus, vel ipsorum subtrahi conamine aliquo vel consilio potestati. Quia tamen cum eorum filii, qui Dominum, ut ibi dicitur, (b) non noverunt, ab illorum, quæ fuerant sibi legali promulgatione injuncta, temere cœpissent observatione desicere: inimici eorum adversus eos cuneos obstructi.

(a) Deut. 32.

(b) Jud. 2.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS ium longius progredi, cum solum ei mare navigiis necessaria ministraret. Rex autem Anglorum exacta hyeme in montanis, cum aliud non posset, urbes maritimas, quas Turci eversas reliquerant, & maxime Ascalonam summo studio & profusus opibus instaurare cœpit, carpensibus cum amulis, & rumores de illo pessimos per totum fere orbem Christianum spargentibus, scilicet quod Regem Francorum insidiis appetiisset; quod Conradum Marchionem (Montis ferrati) virum Christianissimum nefarie per sicarios peremisset; quod cum Saladino de proditione Terra sancta nequissime collusisset, atque ideo ad expugnandam civitatem sanctam accedere noluisset. Porro ille cæptis insistens præ animi magnitudine amulantium maledicta & molimina contemnebat.

VII. Neubrigensis autem jam cap. 22. narrarat, quomodo Conradus Marchio Montis ferrati a

entes, suæ illos potentia sæpius subjugarunt: quos denuo per divinum sibi auxilium subegerunt, cum de commissis excessibus poenitentes, ac reatum suum cognoscentes humiliter pia sunt ad Deum devotione conversi. Satis autem indubitanter potestis agnoscere, quod cum ex subortis discordiis proventus speratæ victoria Christianæ militiæ auferretur, causa erat simultatum & odiorum * frequentius in exercitu pullulantium, quia carnem (c) posuerant brachium suum, & a Domino receperant corda eorum.

* frequentius (c) Jer. 17.

Si ergo volumus sine magno labore in adversariorum perniciem gloriosum per omnia obtinere triumphum, propter hucusque perpeffa gravamina non humilitate, ac cordis contritione misericordiam Creatoris, in confusionem eorum perpetuam insuperabilem poterimus victoriam ex consueta supernæ dignationis merito benignitate sperare. Hac itaque consideratione inducti, universis Orbis Principibus in remissionem injunximus peccatorum, ut divini amoris, & propriæ salutis intuitu, si quis adversus aliquem concepit qualibet occasione rancorem, & si despexerit, homini, Creatori dimittat, ne ulterius dissentienti ad invicem occasio præbeatur, quæ hactenus, & victoriæ nobis (ut nostris) proventus abstulit, & maxima multitudinis parti absque ullo commodo periculum mortis induxit: & toto animi studio id inter se consilii reperire procurent, quo & interim valeat illud tantillum terre Domini portionis, quæ adhuc sub Christianorum potestate tenetur, ne a perverforum manibus occupetur, inconcussa servari, & contra impiorum impetum, sine aliquo pavore defendi, & accingatur denuo multitudo Fidelium, quæ illuc sub debita & devota humilitate itura totam possit terram, & Sepulcrum Dominicum, devicto & conculcato penitus occupantium furore, liberare.

O o o o 2 Ad

ficariis interfectus fuerit; quod hoc anno contigisse Chronographus Aquicinctinus, Nangius in Chron. alique tradunt, priorque tempus quo nefarium scelus commissum, indicat, nempe in diebus Paschalibus III. Kal. Maii. Incertum, inquit Neubrigensis citatus, a quo malignante immisi duo sicarii in ejus obsequio sub schemate militantium diuiscule fuerant: patrandi vel cum proprio periculo sceleris opportunitatem jugiter observantes. Quæ inventa clarissimum virum solito paucioribus forte stipatum ministris, in medio propria civitatis (nempe Tyri, cujus Conradus Princeps erat) cum prope sancta nequissime collusisset, repente aggressi: claudens cultris extractis mactarunt.

VIII.

Tum Neubrigensis cap. 26. continuans sermonem de dissidiis, quæ erant inter Crucesignatos, inquit: Sane post memorati Marchionis interitum, cum & Guido quondam Rex Jero-

CHRISTI
1192.

CÆLESTINI III. PAP.
2.

HENRICI V. IMP. 2.
ISAACII ANG. IMP. 7.

XII.
Tornea-
menta
prohiben-
tur.

Ad hæc etiam, quia ex hoc nobis & un-
nverso populo Christiano nimium esuperat
causa fletus, & tristari debemus omnibus
modis non letari, dum videlicet ter-
ra, ubi steterunt pedes Domini, & sa-
lutis nostræ sunt sacramenta patrata, Gen-
tilium occupationibus detinetur: torneam-
enta, quæ causa lætitiæ inventa fuerunt,
& tyrannum exercenda virtutis, penitus in-
hibemus, ut qui se voluerit exercere, ad
terram illam accedat, ubi & corporis &
animæ virtus viriliter poterit ac salubri-
ter demonstrari: taliter etiam unitati,
& pacis concordie ad invicem procurent
& intendere, ut nullus sit, qui adver-
sus alium guerram intendat, vel armis
injuriam audeat propulsare; sed commu-
niter potius studeant, quæ dissidentium a-
nimos studio ac labore diligenti refor-
ment.

Si quis vero (quod non credimus) Dei
timore postposito, & reverentia nostra &
Fidei Christianæ contempta, contra hoc
agere aliqua temeritate præsumpsit: no-
verit nos vobis, & aliis Archiepiscopis,
& Episcopis districtius injunxisse, ut eor-
um terras, qui contumaciter incepto hu-
jusmodi duxerint insistendum, interdicta
Ecclesiastica supponatis, & personas etiam,
si opus fuerit, excommunicationis vinculo
astringatis, & faciat utramque sen-
tentiam inviolabiliter observari. Vobis er-
go per Apostolica scripta districtè præci-
piendo mandamus, quatenus ad ea, quæ
prædiximus, celeriter adimplenda, omni
tarditate & contradictione postpositis, vos
accingatis, & studeatis per vestras dice-
ceses, dilatione & appellatione cessante,
id executioni mandare. Datum Romæ apud
S. Petrum tertio Idus Januarii, Pon-
tificatus nostri anno secundo, nondum
absoluto.

XIII. Inter hæc autem ubique terrarum in-

PAGIUS solymorum, qui cum eo contenderat, uxore su-
blata, solo jam Regis nomine esset contentus: de-
liberavit Rex Anglorum cum ducibus & nobili-
bus universis, cuinam fines Christianos crede-
rent, mature ad propria reversurus. Et concor-
di decreto constituerunt Principem Christianæ ac-
quisitionis Henricum, illustrem Gallicana Cam-
pania Comitem (filium Theobaldi magni anno
MCLII. demortui, ut ibidem diximus) utri-
usque Regis, Francorum scilicet & Anglorum
communem ex communi Germana nepotem, tan-
tis condignum avunculis. Quo facto & novo
Principi integre traditis munitionibus Christianis,
& ordinatisque presidiiis urbium: Princeps
& populi, tanquam expleto militia tempore,

notuit captivitas Regis Anglorum, quam
in fine anni superioris vidimus contigisse.
Qui autem primus in Angliam de his
litteras misit, fuisse reperitur Archiepi-
scopus Rothomagensis, cujus de ea re ex-
tant adhuc litteræ ad Hugonem Dunel-
mensensem his verbis:

Venerabili in Christo fratri (a) & a-
mico charissimo, Hugoni Dei gratia Du-
nelmensi Episcopo, Vualterus eadem gra-
tia Rothomagensis Archiepiscopus salutem
in vero salutari.

Super adventu regio rumoribus variis
ventilatis, tandem, quia veritas latere
non potuit, nobis omnia sunt aperta. Ve-
rum in adversis & prosperis esse equanim-
es nos oportet: Dei enim non possumus
avertere voluntatem; & cum ejus judicia
sint occulta, eventus rerum fortuitos ejus
misericordie & providentiæ commenda-
mus. In mœrore animi nostri cogimur pro-
fiteri, de domino nostro Rege aliter ac-
cidisse, quam ejus regno, & universis suis
fidelibus expediret, & si ejus merita
plenius intuemur, is casus ejus operibus
nullatenus deberetur. Qui enim ad Deum
gratiam patrimonium universum exhausti,
& bellorum fortune suorum, & suum
sanguinem indifferenter commisit, in om-
nibus viis suis protectionem Dei mereba-
tur. Verum adversitas, quæ bonis votis
obicitur, probatio virtutis est, non in-
dicium reprobationis. Et quid plura loqui
compellimur, quod nollemus? Imperato-
ris Alemannorum litterarum transcriptum
vobis ducimus transmittendum, quæ de
domini nostri Regis Angliæ captione ad
Regem Francorum destinavit, præsentis pa-
gina nostra involutum. Vobis autem non
est opus lacrymis, sed virtute: quoniam
fortune aggressibus non est plangitibus oc-
currendum, sed dissimulato dolore, pro-
bitatis experientie intendendum. Forfi-
tan

cum jam sumptus ad moram deficerent, certa-
tim repatriare cœperunt, anno ab expugna-
tione Ptolemaidis secundo (hoc scilicet an-
no) tempore autumnali. Verumtamen eorum,
qui post Christiana in Terra sancta plebis exci-
dium, propter Christum peregrinati fuerant, ne
quarta quidem pars ad propria rediit. Cum enim
ex omni fere orbe Christiano infinita hominum
millia ad illam peregrinationem sancta devotio-
nis fervor accendisset: vel morbus, vel gladius
vel inedia, vel laboris intolerantia majorem
longe partem absumperat. [1]

A num. XIII. ad XIX. Neubrigensis lau-
datus cap. 27. de Richardi Angliæ Regis dis-
cessu a Palæstina verba faciens, ait, eum ante
dif-

(a) Apud
Roger. in
Annal.
Angl.
De capti-
vitate Re-
gis litte-
ræ Arch.
Rotho-
mag.

IX.
Discessus
Angliæ
Regis e
Palæstina.

NOTÆ [1] Richardum a duce Austriæ captum fuisse die S. Thomæ apostoli, nempe 21. decembris
in quadam villa nomine Ginana in Austria ad Danubium prodit Radulphus in Chro-
nico Anglico ad A. 1192. col. 83. Is forte pagus seu villa erat Vienna paucum distans, ut
merito a Chronographo Reicherspergeni captum illum apud Viennam scribi potuerit. MANSI

CHRISTI
1192.

CÆLESTINI III. PAP.
2.

HENRICI V. IMP. 2.
ISAACII ANG. IMP. 7.

XIV.

tan ad vesperum demorabitur fletus, & nos
ad matutinum lætitiæ visitabit.

Et quoniam spei nostræ maxima pars
post Dei misericordiam in sinu vestro re-
ponitur; lacrymantibus intimis & toto
corde deprecamur supplices & devoti, &
quasi charissimi postulantes, quatenus in
negotio, quod domino nostro Regi supra
opinionem arduum incumbit, vestra dili-
gentiæ partes & industriæ totis conati-
bus impendatis, & consilium vestrum,
quod totis visceribus exoptamus, nullius
recordatione angustia, nullius adversita-
tis prospectu, nulla occasione, nulla tem-
poralium, aut felicitatis cautela nobis
& domino nostro, immo vobis potius de-
negetis. Et quoniam præsentis animus,
quam absenti plenius intimatur, & in-
personarum præsentia consilium præsentis
articuli copiosius elucescet, & salubri-
orem dominus inde sortietur effectum: id-
circo nos a vobis affectione præacta la-
crymantibus postulamus, ut omni diffi-
cultatis exceptione postposita, die Domi-
nica, ante Latere Jerusalem, apud O-
xenford nobis & aliis domini Regis fide-
libus occurratis. Præsentis enim negotium
instantiam eam desiderat, ut omnis excu-
satio delitescat, & omnem dilectionem do-
mino Regi debitam, in casu quem loqui-
mur, probationem credimus habituram.
Dominum autem Baboniensem noveritis
de domino nostro Rege quantocumque libe-
rando cum domino Imperatore jam habuis-
se tractatum. Omnem enim impendit laborem
& operam, ut ei præset obsequium, &
regiæ debeat reverentia, & honori gra-
tiam, & utile ad præsens, sicut & alias
plenum exhibeat famulatum: sicut ab eis
recepimus, qui interfuerunt colloquio,
quod de nostro domino Baboniensis habe-
bat. Et quoniam universis eventibus di-
vinum est a Deo auxilium implorandum;
rogamus, quatenus in universa vestra
diæcesi pro ipso preces apud Altissimum fa-
ciatis effundi. Plurimum (a) enim va-
let deprecatio justæ assidua; & importuna
mulier in (b) Evangelio meruit exaudi-
ri, & sicut ibi dicitur, Christus filium
suscepit, quia multæ pro eo lacrymæ fun-
debantur. Valete. Pergit auctor:

(a) Jacob.
5.

(b) Luc. 7.

XV.

Audita itaque Regis captione, Vualter-
rus Rothomagensis Archiepisc. & ceteri
domini Regis Justitiiarii miserunt Abba-
tem de Boxeleja, & Abbatem de Ponte
Roberti in Alemanniam, ad querendum

PAGIUS

discessum firmasse inducias cum Saladino inter
Christianos & Turcos, a Paschali solemnitate
proxima in tres annos, additque: Quibus actis
idem Rex repatriandi propositum declaravit, in-
sulam Cyprum Guidoni olim Jerosolymorum Regi
viro strenuissimo mira liberalitate donavit (alii
tamen ut anno superiori narravimus, dicunt

Regem Angliæ. Qui cum totam Aleman-
niam peragrasset, & Regem non invenis-
sent, Bavariam ingressi sunt, & obviam ve-
runt Regi in villa, quæ dicitur Oxefen.
ubi ducebatur ad Imperatorem, habiturus
cum eo colloquium in die Palmarum. Et
comperito, quod prædicti Abbates venis-
sent de Anglia, Rex præbuit se illis hi-
larem & affabilem, quærens de statu re-
gni sui & de fidelitate hominum suorum,
& de salute & prosperitate Regis Sco-
tiæ, in cujus fide fiducialius inniteba-
tur. Ipse vero quæ audierant & viderant
testificati sunt. Conferentibus itaque illis
ad invicem, conquestus est Rex super pro-
ditione Joannis fratris sui Comitis More-
tonii, cui tot beneficia, & honores con-
tulerat immensus, qui se Regi Franciæ
contra eum dederat, & rupto fraternita-
tis fœdere, fœlus cum morte inierat, &
pactum cum inferno. Super hoc itaque Rex
valde contristatus, subito in vocem conso-
lationis erupit, dicens: Johannes frater
meus non est homo, qui sibi vi terram
subiciat, si fuerit, qui vim ejus vi sal-
tem tenui repellat. In itinere autem per
tres dies, usque dum ad Imperatorem per-
venisset, quomodo se hinc hinc strenue, e-
legantè, prudenter, admirati sunt uni-
versi, iudicantes illum dignum Imperato-
ria celsitudine, qui ita novis animo im-
perare, & fortune biformes eventus uni-
formi constantia superaret.

De con-
stantia
Regis An-
gl. dum
detinere-
tur capti-
vus.

XVI.

Die vero constituto habito colloquio per
internuntios cum Imperatore, non potue-
runt illo die confœderari, eo quod Impe-
rator multa petierat: quibus nec etiam
pro mortis periculo Rex consentiendum
judicavit. In crastino autem, omnibus de-
sperantibus, cum successu lato successit læ-
ta consolatio. Nam Imperatore Regem im-
petente in multis, & obicente quamplu-
rima, tum de prodicione terræ Suliæ,
tum de morte Marchionis, tum de qui-
busdam conventionibus ad invicem habitis
& non observatis; Rex libere & constan-
ter, & ita intrepide respondit, quod non
solum eum Imperator gratia vel venia
dignum, sed etiam laude judicavit. Nam
inclinantem se Regem erexit, & suscepit
in osculo pacis, & confœderavit eum sibi,
& ampliando honoribus & auxiliis (cir-
cumstante populo, & in lacrymas ruen-
te præ gaudio) promisit asserens, quod con-
fœderaret Regem Angliæ Regi Franciæ.
Et tunc quasi pro mercede Rex Angliæ
centum millia marcharum, mediante Duce
Au-

vendidisse): Dilecto nepoti (sc. Henrico Co-
mitem Campaniæ) quem finibus Christianis præ-
fecerat, suam, Christo propitio, reverentiam
circa induciarum expletionem sollicitus, chara-
tere dominico, quo insignitus advenerat, in ar-
gumentum proposita reverentis retento insidit
se statibus credidit: & quidem hoc anno, ut
Ho-

CHRISTI
1192.CÆLESTINI III. PAP.
2.HENRICI V. IMP. 2.
ISAACII ANG. IMP. 7.

Austria, pro sua liberatione promisit Imperatori. Promisitque Imperator, quod si per operam ejus Rex Angliæ, & Rex Franciæ non possent confœderari: ipse Regem Angliæ ad propriam remitteret sine pecunia. Hæc ipse. Sed accipe tantum facinus summa cum execratione a Petro Blefensi tunc ita decantatum versibus elegis: (a)

(a) Pet.
Blef. ep.
27.

*Quis aquam tuo capiti,
Quis dabit tibi lacrymas?
Ut laudes Regis inclyti,
Fraudesque Ducis exprimas,
In regiones ultimas
Planctu discurras anxio
Proditio, nostrique Regis captio,
Quæ tot affligit animas.
Fœda rubigo mentium,
Te pestis avaritiæ
Dux duxit in flagitium
Damnabilis memoriæ,
Hostis Herodis impie,
Invasor Christi gloriæ.
Nam regiæ non nocet innocentie,
Sed Christo, sed Ecclesiæ.
Flos Regum, Ducum, Procerum
Iter, quod erat liberum,
Sensit inextricabile,
Dum incidit in Cerberum,
Qui facile detexit cor ignobile,
Vas Deo detestabile, vas scelerum,
Dum crucifigit iterum
Christum in Christi pugile.
Judas Christum distraxerat,
Dux Regem vendit Angliæ,
Sed crimen hoc exaggerat
Idololatra pecunia.
Nam impie pacem cum Rege finxerat,
Dum ei Rex improperat, quod fugerat
Relicta Crucis acie,
Cedens in partem Syriæ.
Christi miles in hostiles irruerat cuneos,
Dux cum pravis & ignavis
Fabricabat laqueos
In Regis captionem;
Sic fecit in leonem
Vulpecula versutia:
Bibe nunc avaritia,
Dum puteos argenteos
Larga diffundit Angliæ,
Tua tecum pecunia
Sit in perditionem.
Infidelis & crudelis
Triumphalem titulum*

*Crucis Christi pollusti,
Vendidisti populum
Terræ promissionis,
Fili perditionis.
Rex revertendi studio
Firmaverat triennio
Discordiam in gratiam,
Sed tua machinatio,
Confirmat in David folio
Tyrannum Babylonis. &c.*

Insuper & scribens epistolam ad (b) Conradum Archiepisc. Moguntinum, acerbissima investiva eundem Leopoldum est infectatus. At cum Petrus adeo factum exaggerat; præterit eum fortasse quæ ad ista perpetranda causa Ducem Leopoldum impulerat superius recitata; quam si novisset, stylum puto continuisset, cum in ultionem peccati Deum id voluisse, videri potuisset. Tunc autem ad Cælestinum Roman. Pontificem, his verbis (c) scripsere Episcopi Northmanniæ pro eodem Anglorum Rege:

(b) Pet.
Blef. ep.
143.(c) Id. ep.
64.

Reverendo Patri ac domino Cælestino Dei gratia summo Pontifici Vualterus ejusdem permissione Rotbomagensis Ecclesiæ humilis minister, ipsiusque Suffraganei, Bajocensis, Ebrotensis, Saginensis, & Ebrincensis Episcopi salutem, & devotissimam servitutis affectum.

Vulgariter dicitur, quia nova & insolita morborum genera nova indigent medicina. Ab usu siquidem nostrorum temporum prorsus credimus alienum, quod capitur, aut ad redemptionem aliquatenus compellatur, vel ineundo, vel in reditu, quicumque Jerosolymitana peregrinationis persecutor existit. Recolimus, quod illius viæ, sanctique signaculi professores Ecclesia Romana in sua custodia & tuitione suscepit. Nec dubium est, redundare in totius Ecclesiæ caput, quidquid contra ejusdem Ecclesiæ auctoritatem in ejus filios attentatur. Christianissimus Princeps, Rex Angliæ, illustrissimus dominus noster & devotissimus Ecclesiæ Romanæ filius, quem specialiter in sua protectione suscepit, in sua peregrinatione post sudores & pericula, post angustias, & discrimina vitæ, quæ pro amore, & honore Dei diu sustinuerat, revertendo captus est, & injuste detentus. Plangimus dolores & angustias nostras, quas utinam nobiscum communicare velletis paterno compas-

Ad Cælestinum
Pap. litteræ Episcopi de Rege captivo.

PAGIUS Hovedenus, Bromptonus, Radulphus de Diceto, Matthæus Paris, aliique produnt, præsertimque Neubrigenensis lib. 4. cap. 29. scribens: Captus Rex nobilis a Duce nequissimo anno gratia MCXCII. mense Decembri. Diem notavit Radulphus de Diceto ad hunc annum pag. 668. Captus est in civitate, qua Viena dicitur, XIII. Kalend. Januarii, sc. die XX. Decemb.

K.

Quomodo autem in via captus fuerit, hoc

modo refert Chronographus Reicherspergensis ad hunc annum: Cum Dux Austria (nempe Leopoldus) in partes Austria rediret cum suis, comperit per certos nuncios, quod Rex Angliæ naufragus & profugus devenisset in terram ditionis suæ. Statim missis, qui veritatem in hac re inquirerent, inventus est idem Rex apud Vueniam (nunc Viam) occultans se in tugurio cujusdam pauperis, & cibos propriis man-

CHRISTI
1192.CÆLESTINI III. PAP.
2.HENRICI V. IMP. 2.
ISAACII ANG. IMP. 7.

passionis affectu, & ostenderetis per experientiam in nostris angustiis, quantum vobis teneri debeat affectio filialis. Docet publicus experientie liber uberiores esse charitatis affectum parentibus ad filios, quam filius ad parentes: ideoque pensata devotione, quam hactenus habuerunt Reges Angliæ erga Romanam Ecclesiam, speramus in eo, qui spes nostra est, quod non deficiet in hac angustia nostra illa exuberans, & inexhausta gratiæ plenitudo, quæ se imparit afflicto, lapsos erigit, læsos reparat; & ut quod multum est, claudatur in modico, se communicat universis. Qui & universorum & singulorum totus est, qui se servum servorum publice proficitur: quid faciat pro tanto filio, pro tanto Principe, cujus injustissimam captionem provincia lamentatur, dolent populi, plorant Ecclesiæ, & omnia jura tam moderna, quam vetera detestantur? Exerat beati Petri gladium manus vestra, clementissime Pater, quid & quantum tanto filio debeatis, exhibeatis in opere: ut experientia mediante addiscant minores, & inferiores filii, quantum a vobis auxilium in suis necessitatibus debeant expectare. Valete.

XVIII. Pulsavit etiam tunc fores importunius Romanæ Ecclesiæ Aleonora Anglorum Regina, sperans auctoritate Romani Pontificis posse fieri, ut ipse Rex captivus conjux ejus vinculis solveretur. Sed cum adhuc minime audiretur, amariore ad eum litteras frequentare cogebat doloris acerbitas, quarum cum priores exciderint

PAGIUS *nibus sibi & sociis suis paucissimis in officina rustica preparans. [1] Quo comprehenso tradidit eum Dux hominibus suis custodiendum, hac de causa, quod ipse Rex graviter injuriatus ducem, dum simul fuissent superiori anno in transmarinis partibus in expugnatione Acris civitatis, qua per eundem tamen Regem expugnata erat. Inde autem idem Rex tam (legendum, jam) impatiens consortis erat, & societatis ibi, quia ipse valde regali apparatu & majori quam Rex Francia, & alii Principes, venerat illuc, & sub manu ejus erat multitudo exercitus usque ad sexaginta & amplius, ut fama erat, millia.*

XI. Repatriavit autem Rege Francia, cum ipse solus ibi disposuisset potenter quacunque voluisset, & pacem per triennium inter Christianos & Sarradinum firmasset, redire & ipse ad patriam simili quo venerat apparatu, cogitavit. Sed Deus aliter ordinavit; nam cum prospere aliquanto tempore navigasset, postea subito correpius tempestate illa savissima, de qua supra di-

tres ultimo loco datæ extant inter Petri Blefensis epistolæ, ejusdem auctoris stylum redolentes, quas reddemus anno sequenti, quo datæ intelliguntur. Modo anni hujus reliqua profequamur.

Hic est annus, quo Cencius Camerarius consulturus rebus temporalibus Romanæ Ecclesiæ, aggressus est opus utile valde, ut census, qui tunc Romanæ Ecclesiæ a diversis persolverentur, scriptis mandaret: cui volumini in ejus argumentum ista præfatus est:

Incipit liber censuum Romanæ Ecclesiæ, a Cencio Camerario compositus secundum antiquorum Patrum Regesta, & memorialia diversa, anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo nonagesimo secundo Pontif. Cælestini Papæ Tertii an. secundo.

Ecclesiæ Romanæ censuum opus jam retroacto tempore a quibusdam aliis ordinatum, cur reordinare opus fuerit, & necesse? ego Cencius, quondam felicis recordationis Clementis Papæ Tertii, nunc vero domini Cælestini Papæ Tertii Camerarius, S. Mariæ Majoris Canonicus breviter & aperte respondeo. Quod cum felicis memoriæ Eugenius Primus, & Hadrianus Papa successor ipsius, & quidam alii deinde, quædam memorialia semiplena tantum, nec authentice scripta, seu ordinata in scriptis de censibus redigissent, & posteris, sive successoribus eorum, per memorialia ipsa, quæ Ecclesiæ, vel monasteria, hospitalia, seu domus elemosynariæ (quod ferme idem esse dignoscitur) quæ etiam civitates, castella, villa, vel do-

XIX.
De Cencio Camerario.

rum est, & disjectis navibus, quæ cum multa sequebantur more Regio, ipse solus cum navibus sua, vento validissimo impellente, projectus est in partes vicinas Aquilegensibus. Ibi a majoribus terra illius valde injuriatus & spoliatus bonis, quæ ei mare iratum reliquerat, occisus etiam & captivatis hominibus suis, ipse cum paucissimis evadens, per partes Karentia, nesciens, quo iret, terram Ducis Austria ignorans ingressus est. Baronius num. VIII. meminit Epistolæ Petri Blefensis, a se anno sequenti recitatarum, quibus Eleonora Angliæ Regina vehementer a Pontifice Romano petiit, ut ipse Rex captivus conjux ejus vinculis solveretur. Verum Eleonora non Richardi, Conjux, sed mater erat, ut anno sequenti diserte asserit Baronius, & inter omnes constat. Quare typographus vel forte amanuensis Baronii, loco matris, conjugem animo distractus posuit.

Ad num. XIX. Onuphrius in Præfatione, quam libro Cencii præfixit, in magno suo Ritualium veterum Opere, quod Romæ extat in Bi-

XII.

NOTÆ [1] Quod ea quæ hic Pagius narrat de exaltato in regnum Hierosolymitanum Henrico ac regno Cypri in Guidonem translato singularia quædam narrat Radulphus in Chronico Angliæ Uxoræ marchisii (Conradi de Monteferrato Tyri principis) dedit rex Richardus Henrico nepoti suo comiti Trecentium, cum regno Hierosolymitano; sorore ejus (Sibilla) jam defuncta, rege Guidone hoc ipsum pro pacis tranquillitate libenter annuente. Insulam autem Cypri quam ab imperatore obtinuerat, regi Guidoni concessit, accepto ejus homagio. MANSI

CHRISTI 1192.

CÆLESTINI III. PAP. 2.

HENRICI V. IMP. 2. ISAACII ANG. IMP. 7.

De censibus Apostolicæ Sedis.

domus speciales, seu quæ Reges, aut Principes in jus admissi & proprietatem B. Petri & S. R. E. persistentes censuales esse, vel quantum deberent persolvere, instrui plenarie non valerent, eadem Romana Ecclesia detrimentum incurrebat non modicum, & iacturam. Quod utique compariens, & videns me de facili posse remedium huic damno præstare; recognoscens etiam personam meam a S. R. E. primis a cunabulis educatam, promotam in omnibus & creatam: vigilantem atque uehementem meditatione motus, & voluminibus Regestorum antiquorum Pontificum Romanæ Ecclesiæ, & modernorum, & aliorum librorum quorundam, seu memorialium veracium inveni, etsi non omnes producents in medium, certis regnis, provinciis, Episcopatibus, atque locis a præmissis tantum Patribus sanctis primitus constitutos, in quantum facultas permisit, ut inferius annotabitur, insigniui. Novos census, qui meo tempore in Romana fuerunt Ecclesia constituti, vel amodo statuentur, in hoc volumine studiose depingendos ostendi, ex hoc successoribus mei præstans materiam universis, qualiter de cætero, usque ad exitum mundi & census illos describant, qui suis de novo temporibus statuentur. Hæc Cencius Camerarius.

PAGIUS Cencius composuit librum censuum Ecclesiæ Rom.

Bibliotheca Vaticana, ait librum Censuum ante annos plus minus quadringentos collectum, & in unum corpus redactum fuisse a Cencio quodam diacono Cardinali S. Lucie in Orphee, & S. R. E. Camerario sub Cælestino Papa III. & tandem Pontifice Romano Honorio III. nominato. In eo, subdit Onuphrius, cum omnibus S. R. E. redditibus, vestigialibus & censibus ab eodem Cencio summa diligentia, cum singulorum publicis instrumentis, in unum redactis, hic etiam omnium vetustissimus Ritualis sive Ceremonialis liber descriptus est: in quo Sancta illius & veneranda vetustatis puritas & sinceritas, atque Romana Ecclesia in tractandis sacris, & re divina celebranda, summa cura & observantia inspicitur. Subiungit, se illum in brevem formam contraxisse. Prima pars continet omnes ritus, qui ab Adventu domini ad Exaltationem S. Crucis in Ecclesia Romana usitati sunt. Secunda est de presbyteriis per annum erogari solitis, deque variis Officialibus Pontificis. Ultima denique de electione & consecratione Pontificis, ac de coronatione Imperatoris. Purum putum Cencii librum Mabillonius Tom. II. Musæi Italici sub nomine Romani Ordinis, & Baronius præfationem libri censuum Romanæ Ecclesiæ exhibent.

XII. Bellum in Apulia gestum inter Casares & Tancredum Regem.

Ad num. XX. Anno superiori diximus, Henricum Imp. ex Apulia discedentem reliquisse Diopoldum, qui suo tempore contra hostes pugnavit. Quæ hoc anno gesserit, refert Richardus de S. Germano in Chron. dictus Adenulphus Cassinensis Decanus, facta compositione cum Diopoldo Rocca arcis Castellano, qui se pro Imperatore gerebat, congregato militari & pedestri exercitu in Campaniam, quos prece, pretioque conduxerat, de Cassino veniens mense Januario vi-

Præter hæc autem, quid hoc anno Cælestinus Papa operatus fuerit pro redimenda Constantia Augusta e manu Tancredi Siciliæ Regis, atque ea restituenda Imperatori, in Chronico Fossæ novæ ista breviter:

Hoc anno dominus Cælestinus Papa misit dominum Ægidium diaconum Cardinalem Aragoniæ Panormum, & retulit Imperatricem Constantiam, quam Salernitani dederant Regi Tancredo, & honorifice duxit eam Romam. Et dominus Papa suis expensis eandem honorifice remisit in Alemanniam ad Imperatorem. Hæc ibi. Cum interea Henricus Imperator tantam illatam sibi a Salernitanis ulturus injuriam, tam in ipsos, quam in Regem Tancredum, & alios Imperii perduelles, ingentem in sequentem annum parat exercitum, classemque maritimam. Quæ autem egerit, suo loco dicitur anno sequenti, quo fieri contigerunt, nempe cum adhuc Richardus Rex Angliæ tenetur ab Imperatore captivus, ut apparet ex litteris Aleonoræ Reginæ ad Cælestinum ultimo loco datis. Inter hæc vero Rogerius Tancredi filius primogenitus coronatus in Regem migrat ex hac vita, & haud diu post Tancredus pater pariter obiit, superivite matre Regina, cum puero, atque puellis duabus. Sed quæ admiranda in Slavorum historia ab-

XX. Constantia ope Pont. liberata & restituta Imp.

cepit castrum S. Petri monasterii, & bonis propriis spoliavit, de civitate S. Germani usque ad Ecclesiam omnium Sanctorum occupavit, non tamen absque strage plurima Campanorum, & paucæ tandem hinc inde clamata, tota terra ipsi Decano se reddidit, & tunc de S. Germano nonnulli, qui dicti Regis (Tancredi) partem fovebant, in alteram partem secesserunt, quorum bona omnia a Teutonicis sunt direpta. Tunc idem Decanus cum præfato Diopoldo terram equitans cum insigniis monasterii relicto castrum Plumbareola occupavit, vi cepit castrum Pignatarium, & quædam alia castra. Legendus hac de re Anonymus Casinensis.

Qui etiam scribit: Imperator Bertoldum Comitem cum exercitu mittit in Italiam, & cum Constantia Augustam (nempe Rosfridum Casinensem Abbatem); sed Bertoldus in Tuscia demorans milites Abbati concedit; cum bertatem quibusdam rediens Ceperani adloquitur supradictam Imperatricem jam a Rege remissam, ducibus eam Cardinalibus ad hoc missi a Papa, qui putabat Roma cum ea de concordia tractare (de Siciliæ Regno cum Tancredo). Sed eadem Augusta Urbis declinat ingressum, & per Tiberim in partes Spoletii recipitur. Applicat Abbas (nempe Casinensis) cum militibus, quæ die quadam cum Decano euntes Atinum, Cancellos diruunt, magnam partem Atini depraedantur & comburunt, cepissentque castrum, si consilio Decani stetissent. Sed Teutonicus furor eodem quo venit impetu recessit. Iterum eadem via Cominum intrant, Gallinarium capiunt & inhabitant. Post dies aliquot milites, qui conduxerant Abbatem, recedunt paucis remanentibus, quæ fufius idem Anonymus prosecutur. Joannes de Ceccano a Baronio citatus in tribus

XIV. Constantia Augustam in litteris in Tuscia demorans milites Abbati concedit; cum bertatem quibusdam rediens Ceperani adloquitur supradictam Imperatricem jam a Rege remissam, ducibus eam Cardinalibus ad hoc missi a Papa, qui putabat Roma cum ea de concordia tractare (de Siciliæ Regno cum Tancredo). Sed eadem Augusta Urbis declinat ingressum, & per Tiberim in partes Spoletii recipitur. Applicat Abbas (nempe Casinensis) cum militibus, quæ die quadam cum Decano euntes Atinum, Cancellos diruunt, magnam partem Atini depraedantur & comburunt, cepissentque castrum, si consilio Decani stetissent. Sed Teutonicus furor eodem quo venit impetu recessit. Iterum eadem via Cominum intrant, Gallinarium capiunt & inhabitant. Post dies aliquot milites, qui conduxerant Abbatem, recedunt paucis remanentibus, quæ fufius idem Anonymus prosecutur. Joannes de Ceccano a Baronio citatus in tribus

XV.

CHRISTI 1192.

CÆLESTINI III. PAP. 2.

HENRICI V. IMP. 2. ISAACII ANG. IMP. 7.

autore hujus sæculi Helmoldo Abbate hoc tempore accidisse narratur fide dignissima accipe:

XXI. De Eucharistia ingens miraculum.

His ferme diebus puella quadam in partibus Thuringiæ prope civitatem Erpifordiam agrotabat. Quam dum sacerdos ex more visitaret, dans ei viaticum, ablationem digitorum fecit in bicario mundo, ipsam aquam ad bibendum ei tradens, sicque discessit. Illa vero bene suæ mentis compos dixit his, qui circa ipsam erant: diligentissime ipsam aquam operite; quia de digitis sacerdotis vidi portiunculam Eucharistiæ in eam decidere. Quo facto cum ipsa aqua ei postea ad bibendum fuisset allata, & tota mutata fuisset in sanguinem, ipsa quoque portiuncula, licet minimi formam acceperat digituli, versa in cruentam carnem. His visis terrentur omnes, fit clamor muliercularum accurrentium, clamantium, mirantium, stupentium, & de re tam inaudita sic & sic loquentium. Mittitur, sacerdos vocatur, qui magis stupebat, qui suam in his negligentiam metuebat. Qui etiam timens officii suspensionem, celare rem voluit, hortans tanti sacramenti exustionem. Sed celari non potuit, quod Deus miraculose manifestari voluit. Communicatur res pluribus, fit conventus sacerdotum: qui in perturbatione non habentes consilium, adierunt Archidiaconum. Qui super his timens aliquid dispensare, quæ gesta erant, per episcopum significavit domino Moguntino. Interea ipsum bicarium cum vivifico corpore, & sanguine opertum corporali, super altari ponitur, & videntibus cunctis qui aderant, columba venit super labium bicarii, & diu sedit non sine admiratione cunctorum, quod corporis sui pondere ipsum vasculum non everterit. In partibus enim illis bicaria quasi ductilia in inferioribus sunt angusta, in superioribus vero ampliora. Unde, qui viderant, non corporalem sed spirituales columbam arbitrati sunt.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS Rediens in Germaniam Roma ingressum declinat.

bus peccat. Scribit enim: Anno MCXCIII. indit. X. dominus Cælestinus Papa misit dominum Ægidium Diaconum Cardinalem Anagninam (apud Baronium Librarii errore loco, Anagninam, legitur, Aragonia) Panormum retulit Imperatricem Constantiam, quam Salernitani dederant Regi Tancredo, & honorifice duxit eam Romam (verum Cælestinus III. non unum, sed plures Cardinales misit in Siciliam, & Imperatrix noluit ire Romam). Et sic dominus Papa honorifice remandavit eam cum suis expensis Imperatori in Alemanniam. Sed hoc quidem verum, at non anno MCXCIII. ut habet Ceccanus, cujus errorem Baronius corrigi, sed anno currenti, ut inditio X. demonstrat. Baronius existimavit, hoc anno Henricum Imp. classem parasse in Tancredum Siciliæ Regem, huncque & Rogerium ejus filium hoc anno obiisse. Verum hæc ad annum MCXCIV. pertinent, ut suo loco dicitur.

XVI.

Ad num. XXI. & seqq. Arnoldus Abbas lib.

Cum ergo hæc circa festum B. Vincentii Martyris facta fuissent, in festo Annuntiationis venit dominus Archiepiscopus in partes illas. Ipsam enim diem præfixerat omnibus Prælatibus suis, cum omni Clero, similiter & universo populo, ut omnibus in unum positis, quid super eodem negotio ageret, omnium consilio ueretur. Omnibus igitur convenientibus ad villam, ubi ipsum sacramentum repositum erat, ordinata processione, Prælatibus portantibus sanguinem Dominicum supplicatione Litania, & populi devotissima prece, omnes discalceatis pedibus ad civitatem supradictam veniunt, & primam in monte B. Cyriaci stationem faciunt. Quibus cum nimia humilitate occurrant Sanctimonialia ejusdem loci, cum genuflexione intima cantantes devotissime: Jesu nostra redemptio, &c. Ubi cum Missarum solemnitas pro instanti articulo celebrata fuisset, procedunt ad montem B. Petri ubi magnus & religiosus ab antiquo institutus monachorum est Conventus: ubi similiter cum devotissime Missarum solemnitas celebrata fuisset, ventum est ad Ecclesiam B. Dei genitricis semperque Virginis Mariæ. Ubi dominus Archiepiscopus pontificalibus indutus, inter divina populum ad lacrymas & orationes est adhortatus, ut divina clementia, semper humano generi amica, quæ ad evacuandum errorem infidelium, sive ad corroborandam fidem suorum Fidelium, sacramentum, quod sub specie panis, & vini benedicitur, sanctificatur, sumitur, vere suam carnem & sanguinem evidentissimis indicis demonstrasset ad laudem, & gloriam nominis sui, similiter etiam ad jucunditatem & exaltationem Ecclesiæ suæ sanctæ ut consisteamur nomini suo sancto, & gloriamur in laude sua: rursus in priorem substantiam panis, & vini transformare dignetur. Ut sicut ipse vere est panis vitæ & vinum, quod spiritualiter lætificat cor hominis; ita vere sacramentum, quod

XXII. Processio ordinata.

* al. religioforum

Pppp Ec-

4. cap. 14. narrat quoddam de Eucharistia miraculum suo tempore, idest, hoc sæculo deficiente accidisse in quadam Thuringiæ puella, quæ cum suscepto a Sacerdote viatico Portiunculam Eucharistiæ in Bicarium, in quo Sacerdos data communionem manus suas abluerat, decidisse animadvertisset, & sibi ad bibendum jussisset afferri, totam aquam, in sanguinem mutatam deprehendit, & portiunculam ipsam versam in cruentam carnem. Baronius hoc facto narrato concludit: Hæc de transubstantiatione aqua in sanguinem Christi, per commissionem Christi corporis divinitus facta: quod semper fieri in vino, cum commissio intercederet, Antiquitas existimavit. Unde illud Romani Ordinis: VINUM, ETIAM NON CONSECRATUM, &c. Refert etiam istud miraculum Mabillonius Tom. II. Musæi Italici Comment. in Ordinem Romanum pag. 89. & seqq. Verum perperam uterque hanc narrationem Helmoldo Abbati attribuit; Helmoldus enim non Abbas, sed

CHRISTI
1192.CÆLESTINI III. PAP.
2.HENRICI V. IMP. 2.
ISAACII ANG. IMP. 7.

Ecclesia sub specie panis & vini usurpandum dederat, in formam notam vertetur.

XXIII. Cumque diu oratum fuisset, & sanguis & caro in formam priorem non redisset: pontifex de novis lapidibus novum altare construi præcepit, ut in eo idem sanguis cum carne Dominica reverenter condere-
tur. Verum cum inter ipsius rationes & exhortationes sæpius misisset, & transformatio facta non fuisset: venit subito qui diceret, dominum preces & gemitus filiorum Israel audisse & priorem illam substantiam plenissime redisse. His auditis, Dominus Archiepiscopus multis suffusus lacrymis, omnes ad gratiarum actiones hortari cœpit; ipse vero cum sermone exhortationis in laudes Domini nostri JESU Christi prorumpens, sic omnibus locutus est:

XXIV. Perorat Archiep. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. O Redemptor, quis unquam mortalium facta pietatis tuæ dignis effera laudum præconis? qui semper cogitas cogitationes pacis, & non afflictionis. Et quia proprium est tibi semper misereri & parcere, cujus natura bonitas, voluntas potentia, opus misericordia, tu facis quod tuum est, nos autem quod nostrum est. Tu, antequam invocemus, paratus es misereri; nos prout ad malum sumus a diebus adolescentiæ nostræ. Nos ingrati sumus tantæ pietatis munificentiæ; tu vero nec ingratis beneficiâ subtrahis, qui Solem tuum oriri facis su-

PAGIUS sed Presbyter Buzoviensis fuit, & Chronicon Slavorum anno MCLXVIII. absolvit, quod postea Arnoldus Abbas Lubecensis continuavit, uti jam diximus.

XVII. Quæritur an consecratio ex contactu fieri possit. Sed quod Baronius Antiquitati tribuit, ut ibidem animadvertit Mabillonius, non ita accipiendum est, quasi generalis fuerit totius Antiquitatis ea persuasio. Nam præterquam quod in primis octo sæculis nulla hujusce opinationis apparent vestigia, imo in iis illa conversio non nisi verbis Christi a sacerdote prolatis fieri semper & ubique credita est; in subsequentibus sæculis, quo tempore apud nonnullos hæc opinio invalescere cœpit, multi Auctores, iique gravissimi in contrariam abiierunt sententiam; alii vero media via incedentes, rem sub dubio reliquerunt. Inter Auctores partis negantis quasi princeps censendus est Sanctus Bernardus, qui ex immissa in vinum non consecratum particula, vinum quidem sacrum, sed non vere ac propriè consecratum fuisse dicit in Epist. LXIX. Huic occasionem præbuit factum cujusdam Abbatis Sacerdotis, qui cum super liquorem aquam in calice temere positam verba consecrationis protulisset, atque errore animadverso postea vinum infudisset, ac consecratæ Eucharistiæ particulam in calicem immisisset ad consecrationem suppleendam; Bernardum, quid super hac sentiret, consuluit, hocque responsum impetravit: *Nec sub tanto articulo melius fieri potuisse putamus, arbitantes, liquorem, etsi non ex consecratione propria atque solemnè in san-*

per bonos & malos, & plus super justos & injustos. Sed qui de terra est, de terra loquitur: tu quoque qui de cœlis descendisti, super omnes es: quia tu solus scis, unde venias, aut quo vadas: qui ad firmandam plebis tuæ fidem, sacramentum hoc vertisti in cruentam carnem, qui vere te panem vivum, qui de cœlo descendit, homini, ne deficiat in via hujus peregrinationis, comedendum dedisti, quem sine fastidio continue manducat Angelus in cœlo. Quam tamen ille manducat deliciosum, iste interim manducat ad remedium; uterque vere, sed non uterque plene. Apostolus enim dicit: (a) Probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat. Aliud quippe est, sumere sacramentum, aliud rem sacramenti. Unum est visibilis forma, aliud invisibilis gratia. In his duobus duo comedendi sunt modi, unus sacramentalis, alius spiritualis. Secundum unum comedunt universi, secundum alium tantum boni. Ibi multi vocati, hic pauci electi. Ideo dixi, Uterque vere, sed non uterque plene: quia alius tantum sumit sacramentum, alius autem & sacramentum & rem sacramenti. Alius enim devotus & dignus cum sacramento visibili invisibilem percipit & gratiam: alius autem indignus sumens sacramentum, reus efficitur corporis & sanguinis Domini, quia judicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini.

Nunc igitur, ut condignas persolvamus gratiarum actiones Domino nostro JE-

guinem mutatum, sacrum tamen fuisse ex contactu corporis sacri. Ubi cum Bernardus dicit, vini liquorem, non ex consecratione propria atque solemnè in sanguinem fuisse mutatum, cave, inquit Mabillonius, eum existimes sensisse transmutationem factam ex consecratione minus propria, minusque solemnè, quæ fieret per contactum corporis sacri. Nam sacrum tantum fuisse ex hoc contactu liquorem, non consecratum, palam est eum existimasse.

Eandem sententiam confirmat Jacobus a Vitriaco in Hist. Occident. cap. 38. non dicimus ait, quod ex tactu sanguinis vinum ablutionis convertatur in sanguinem: sed remanet purum vinum, licet ex contactu sanctæ rei sit sanctificatum, sicut aqua fluminis aqua benedicta commixta, dicitur sanctificari. Quibus præmissis hæc subdit, quæ in rem nostram magis expresse faciunt: *Mentiuntur ergo qui dicunt, quod in die pasche Corpus Christi ex contactu mutat vinum in Sanguinem. Illo enim die Corpus, sed non Sanguis sumitur: neutrum autem conficitur, eo quod die illo in veritate immolata fuit hostia: & ideo non immolatur in figura. Non poterat Jacobus magis affirmatè sententiam pronunciare. Vitriaco prævit Johannes Beletus, qui teste Alberico in Chron. anno MCLXXXII. in Ecclesia Ambianensi vivebat. Ipse negantem sententiam ratione confirmat in cap. XCIX. Si quis autem roget, num istud vinum quod eo die (sc. Pasche) sumitur, ex Domini Corporis contactu conse-*

Gratiarum Actio.

JESU Christo, qui in hoc facto nos, & terreri & consolari voluit, hoc suadens, præcipimus, statuimus omnibus sub nostra jurisdictione consistentibus, ut omnes a minimo usque ad maximum, a juvene usque ad senem, & pueri & puellæ, incurvati adorent, laudent, magnificent Dominum nostrum JESUM Christum, cui omne genuflectitur, cœlestium, terrestrium, & infernarum & honoremus almistia ejus sacramenta, ut non solum sacramentum, sed & rem sacramenti fideliter percipiamus per gratiam ipsius, qui secundum ordinem Melchisedec sacerdos est & sacrificium, quo nos sibi faciat populum peculiarem, sectatorem bonorum operum. Cumque omnes responderent, Amen, Dominus Archiepiscopus ipsam aquam transubstantiatam in vasculo pretioso ad posteritatis Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS cretur, quamvis COMPLURIUM scripta illud asserere videantur; nos tamen veritatem magis sequentes, & ea qua Sancti Patres tradiderunt, dicimus, vinum illud omnino non esse consecratum ex illo contactu, sed sanctificatum.

XIX. Partem negativam tunc dicitur etiam Durandus Rationes hujus sententiæ subjicit idem Beletus, eisdemque totidem fere verbis repetit Guillelmus Durandus in Rationalis lib. 6. cap. 75. Sed nunquid vinum, quod in die Pascheves cum Dominico Corpore servato sumitur, in altari consecratur, & Sanguis Christi efficitur per immisionem ipsius Corporis in calicem & per ejus tactum: super hoc dicunt quidam (in quibus Amalarium & Micrologum haud dubie intelligit) quod per Dominicam orationem, qua tunc dicitur, fit consecratio sive commutatio vini in Sanguinem. Nam Gregorius assignans causam, quare Dominica oratio in die illa a Sacerdote dicatur, dicit, quod in primitiva Ecclesia Apostoli sola dominica oratione utebantur in consecratione. Nos tamen hoc non dicimus, quia si hoc jam esset, non esset necesse Corpus Domini ad diem illum servari (nempe quia æque panis ac vinum per Dominicam orationem consecraretur). Præterea ex his, qua in Canone Dominicam orationem præcedunt, satis patet, quod ad prolationem ipsius orationis transubstantiatio non fit; & nullo tempore Missa fuit celebrata sine illis verbis, Hoc est corpus meum, &c. qua sola in principio nascentis Ecclesia proferebantur ab Apostolis, qui post modum orationem Dominicam superaddiderunt. Dicimus ergo illud non consecrari, sed sanctificari. Difert autem inter hæc; nam consecrare est consecratione transubstantiare: sanctificari est ex contactu, seu admisione sacra rei reverendum & sanctum effici, ut patet in aqua benedicta, &c.

XX. Hac sententia affirmativa preferenda. Ex his quædam elici possunt. I. variam & inconstantem fuisse Auctorum & Ritualium sententiam, aliis affirmantibus, negantibus aliis, aliis vero rem in medio relinquentibus: nec proinde ejusmodi consecrationem ut dogma Ecclesiæ Romana nequaquam fuisse traditam aut propugnatam, neque in libellis Romani Ordinis certo assertam; imo verba hæc, sanctificatur enim vinum non consecratum, &c. Quæ Auctoribus affirmantis opinionis fundamentum præbuerunt, a quodam Glossatore fuisse inserta. III. non immerito Beletum dicere affirmantem illam sententiam pugnare contra ea,

CHRISTI
1192.CÆLESTINI III. PAP.
2.HENRICI V. IMP. 2.
ISAACII ANG. IMP. 7.

memoriam in ipsa Ecclesia honorifice repositus; bicarium vero secum Moguntiam detulit, ubi usque hodie honore maximo veneratur. Omnes autem, qui in omni diœcesi sua constituti erant, ita devote ad laudem Christi incurvati sunt, ut etiam infantuli, qui in cunabulis jacebant incurvati gratias agerent, juxta illud: (a) Ex ore infantium, & lactentium, (a) Psal. 8. perfecisti laudem. Hæc de transubstantiatione aquæ in sanguinem Christi, per commisionem Christi corporis divinitus facta. Quod semper fieri in vino, cum commissio intercederet, antiquitas existimavit. Unde illud (b) Romani Ordinis: Vinum etiam non consecratum, sed sanguini Domini commixtum, sanctificatur per omnem modum. Sed hæc prolixior exigunt disputationem. Confutavit P p p p 2

qua Sancti Patres tradiderunt: quorum hæc concors & unanims sententia est, veram utriusque speciei consecrationem non nisi verbis Christi Domini a Sacerdote prolatis perfici posse: ac tandem jacere Hieronymi argumentum adversus diaconos, qui se efferebant supra Presbyteros, ad quorum preces Christi Corpus, Sanguisque conficitur, si ex contactu (qui Diaconis etiam imo & laicis tribui poterat, & revera tribuebatur in communionem domestica) verus sanguis consecrari poterat. Hæc folide Mabillonius, qui concludit, valide hinc refelli Heterodoxorum argutationem, ex commisionem particula cum vino haud consecrato, communionem sub altera specie suppleri contententium.

XXI. Sanctus Albertus Episcopus Leodiensis & S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis Remis occidit ab apparitoribus missi ab Henrico Imp. qui cum ab eo fuissent amanter recepti, nacti spatium occasionem, extra muros civitatis educum interfecerunt VIII. Kalend. Decemb. ut fusc narrant Ægidius Aureæ vallis Monachus in Hist. Episcoporum Leodiensium; verebatur enim Imperator, ne Dux Lovaniensis frater ejus contra imperium junctis sibi fratris viribus intumesceret. Annus occisi Alberti Ecclesiasticam libertatem defendentis accurate a Ciacionio in Hist. Cardinalium notatus fuerat, præsens scilicet, sed Oldoinus in illustratione ejusdem Historiæ hoc martyrium in annum sequentem distulit hoc unico fundamento, quod in Sacratio Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis Albertus anno MCXCIII. dicatur Remis occisus. Verum hujusmodi annotationes, ut identidem insinuavimus, a posterioribus, iisque sæpius rei chronologicæ imperitis positæ. Motus fuit etiam, opinor, his verbis Ægidii capit. 86. Passus est Martyrium idem Albertus VIII. Kal. Decemb. anno Domini MCXCIII. verum locus ille corruptus, legendumque an. Dom. MCXCII. Ipsemet enim Ægidius cap. 64. dicit Albertum Episcopum Leodiensem consecratum die dominica, qua eras vigilia Sancti Matthæi Apostoli & Evangelistæ, ideoque hæc Christi anno. Tum cap. 73. inquit: *Hac luctu luctabatur ab exilii sui primo die usque ad diem mortis suæ, per dies circiter sex atque sexaginta; a die autem XX. mensis Septemb. in quem vigilia S. Matthæi incidit, usque ad VIII. Kal. Decemb. seu diem XXIV. mensis Novembris, quo interfectus fuit, totidem dies fluxere. Denique Ægi-*

CHRISTI
1192.CÆLESTINI III. PAP.
2.HENRICI V. IMP. 2.
ISAACII ANG. IMP. 7.

vit idem miraculum hæresim hoc sæculo
obortam, negantium aquam vino mixtam

mutari in sanguinem.

Sc-

PAGIUS

Ægidius cap. 79. loquens de ultima Missa,
quam Albertus ante mortem in monasterio S.
Cæcilie virginis celebravit, scribit: *Venerat
Dominica dies, qua occurrerat Sancta Calicia
virginis & martyris festum*, qui uterque dies
præsenti anno concurrerunt. Hæc itaque
epocha extra omne dubium posita. Anno
MDCXII. Albertus & Isabella Archiduces Au-

stria, consentiente Ludovico XIII. Francie
Rege, Sancti Martyris corpus a Ludovico Car-
dinali de Guisla Archiepiscopo Remensi, &
Capitulo ejusdem urbis obtinere, & piissimus
Princeps *Bruxellis* illud suis humeris in Car-
melitanarum Ecclesiam a se extructam deporta-
vit, ut narrat Marlotus in Metropoli Remensi,

JESU CHRISTI
ANNUS
1193.CÆLESTINI PAP. III.
ANNUS
3.HENRICI V. IMP. 3.
ISAACII ANG. IMP. 8.

I. Equitur annus Redemptoris millesimus
Centesimus nonagesimus tertius, In-
dictione undecima, quo Henricus Imperator
audita morte Tancredi, ejusque filii
in Sicilia regnantium, exercitu, clas-
seque parata in Campaniam venit, Sa-
lernum expugnat, diramque vindictam
sumit de civibus, qui captam Constantiam
Augustam miserant ad Tancredum,
receptisque Appulis, atque Calabria in-
fidem Messanam se contulit, ubi promissio-
nibus allectis Siculis, eisdem in dedi-
tionem accepit, pactisque conventis Re-
ginam matrem cum puero, atque puellis

redegit in suam potestatem, quos perju-
rus idem Imperator Henricus vinculis
alligavit, puerumque excæcavit, puellas
vero duas sorores custodiri mandavit u-
na cum matre. Hæc omnia ex Chroni-
cis Fossæ novæ ubi & asseritur adventus
Henrici Imperatoris in Siciliam contigisse
hoc anno, Mense Decembris, sicque
cladem illam illatam Siculis hoc anno co-
eptam, in sequentem propagatam fuisse.
Addit his Rogerius in Annalibus, cum-
dem Henricum Imperatorem jussisse effo-
di corpora Tancredi, & filii ejus Roge-
rii, regisque nudari coronis, quas acce-
pisse illegitime, asserbat. In-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6686.
SÆC.

XII. ☉ 26. C. ☽ 16. P. 28. Mart. Indict. II.

An. Eræ
Hisp. M-
CCXXXI
An. He-
gizæ D-
LXXX-
IX.
inchoato
die 6.
Jan. fer-
4.
An. He-
gizæ D-
XC. in-
choato
die 27.
Decemb.
fet. 2.
An. Cæ-
1193.
1.
Gesta anno
superiori
inter
Tancre-
dum Sici-
& Casim-
teos.

JESU CHRISTI 1193.

CÆLESTINI III. PAPÆ 3.

HENRICI VI. REG. 4. IMP. 3.

ISAACII ANGELI IMP. 9.

AD num. I. Richardus de Sancto Germano
in Chron. verba facit de expeditione Ber-
tholdi Comititis exeunte autumnno superioris
Christi anni suscepta, atque: *Bertholdus Comes
ex parte Imperatoris in regnum (nempe Neapoli-
lis) Legatus mittitur; qui veniens cum ele-
ctis militibus & bellatoribus de Florentia iis
ei faventibus, qui partem Imperatoris fovebant,
& convenientibus ad eundem, Venafrum in fe-
stis Martini vi cepit, & suis dedit in di-
reptionem & pradam. Tunc Comes Rogerius de
Molisio metus causa, quia se in partem Regis
(nempe Tancredi) dederat, in Roccam Mage-
mul recipit. Idem Richardus de Sancto Ger-
mano hæc ad currentem annum refert, quæ
etiam ad præcedentem pertinent: *Roffridus di-
ctus Casinensis Abbas de Alemania rediens, re-
lictis ibidem obside Gregorio Germano suo, cum
nonnullis quos secum duxerat electis militibus,
Cominum intrat. Atinum foris devastat, inco-
latum occupans Sancta Maria de Atino, & di-
rui faciens muros Cancelli & portam ejus. Vi-
cepit Gallinarium, & bonis propriis spoliavit.
rediens vero ad terram monasterii, castrum S.
Angeli Theodocii sibi contrarium, quia partes
Regis Tancredi fovebat; cum Conrado Castella-
no Sorella & cum gente sua, licet non profe-
cerit, vehementer impugnat, faciens quam po-
tuit in exterioribus vastitatem. Sed hæc ad an-
num præcedentem pertinent; cum ipsemet Ri-
chardus de Sancto Germano diserte asserat,
hunc Abbatem Casinensem in regnum Neapo-
litanum rediisse eo anno, quo Rex Anglia ab
Jerusalem rediens a Duce Austria retentus &
captus est, quod certum est anno præcedenti
contigisse.**

II. Quæ vero currenti contingere, Anonymus
Gesta hoc
anno in-
ter eos-
dem.
Casinensis hoc modo narrat. *Bertoldus relictis
in Comitatu Molisii Conrado Muscancervello. re-
dit, & ducit in uxorem sororem Comititis Re-*

*rardi, relictam Comititis Roberti de Caserta. Dio-
pultus (seu Diopoldus) in pradam discurrens.
versus Campaniam gradientem contra se. Comi-
tem Caleni capit, & transductum in Rocca ar-
cis captivum servat, & prada tali gloriosus us-
quequaque per terram Laboris licenter jam dis-
currit, & depraedatur. Supra scriptus Abbas
(nempe Casinensis) exercitu collecto recuperat
Castellum novum, & alia vicina castra, patto de-
reddendo se statuto tempore, nisi erit eis a Re-
ge (nempe Tancredo) succursum. Castrum S.
Angeli foris devastat. Idem Auctor hæc etiam
narrat: *Bertoldus coadjuvantibus ei Muscancer-
vello, Diopuldo, & Conrado (Sorella Gubernatore)
prædictis, nec non & Abbate Casinen-
se; Eundem & Casertano Comitibus cum vi-
ribus suis castrum Sexti, ubi Landus de Mon-
telongo Comes abulabatur, cum quibusdam Cam-
panis militibus, pro parte Regis Tancredi vi ce-
pit, ipsoque castrum bonis propriis spoliavit, ip-
sum Landum cum sociis suis captivum duxit;
quorum libertati post multa supplicia pietatis
causa non profuit, nisi redimi profuisset. Roc-
cam etiam Ravenula aggredi a suis bellatoribus
faciens per insultum cepit Vairanum acriter im-
pugnans, ubi quidam erat Rogerius de Theate
pro Rege statutus in nullo profecit. Demum
succrescentibus ei viribus regnum Imperiali ni-
tatur subicere servituti.**

Idem Anonymus etiam scribit: *Bertoldus re-
dit in Comitatum Molisii. Rex Tancredus in-
Apuliam veniens recepit filiam Imperatoris Con-
stantinopolitani in uxorem Rogerio filio suo du-
gitaria.*
gesta mi-
litaria.
Exinde collecto exercitu venit ad Montem Euscum, contra quem
Bertoldus castra movens tentoria figit apud Pa-
ludam, ubi die belli condito pugnare volentem
Regem quidam de suis retrahunt. Inter moras
autem exercitus Imperialis penuria coactus re-
dit in Comitatum Molisii. Rex vero transiens
vi capit Roccam S. Agatha, & castrum Sa-
biniani, ubi plures de Teutonicis captos ex-
tremo supplicio damnat. Bertoldus castrum Mon-
tis Rodonis obsidet, quia fidem ruperat; sed die
quadam suis machinas exterius instruens de ma-
china interiori emissis lapide percussus moritur.
Conradus prædictus (Muscancervello) parte
quadam exercitus dilapsa, aux eligitur ab aliis
obsidionem non deserit, donec castrum vi cepit,
proditores in circuitu suspendit, consumptisque
rebus castrum ipsum incendio primum, dein
de ruina usque ad solum evertit. Rex Tancre-
dus prosperis successibus animatus venit in ter-
rum Laboris, obsidet Casertam, donet Comes
Guil-

Interea vero hoc eodem anno Regina Anglorum pro liberatione filii sui Richardi Regis denuo & importunus pulsata fore Apostolicæ Sedis, ista scribens ad Romanum Pontificem Cælestinum (a) per Petrum Blesensem, qui Regi patri fuerat a secretis:

(a) Pet. Bles. ep. 144.

II. Regina Angliæ litteræ ad Cælest. Pap. pri. mæ.

Reverendo Patri & domino Cælestino Dei gratia summo Pontifici, Aleonora in ira Dei Regina Anglorum, Ducissa Northmanniæ, Comitissa Andegavensis miseræ matri exhibere se Patrem.

Silere decreveram, ne insolentiæ & præsumptionis arguerer, si forte adversus Principem sacerdotum verbum aliquod minus cautum abundantia cordis, & vehementia doloris eliceret. Sane non multum ab insania differt dolor; dum in impetu suæ accensionis est, dominum non agnoscit, socium non veretur, nec desert, nec parcat alicui, sed nec tibi. Nemo ergo mireretur, si verborum modestiam vis doloris exasperet, jacturam enim plango publicam: sed & familiaris dolor in spiritus mei præcordiis inconsolabiliter radicavit. Sagittæ enim Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Gentes divulse, populi lacerati, provinciæ desolatæ, & generaliter tota Occidentalis Ecclesia confecta lamentis in spiritu contrito & humiliato supplicat vobis, quem constituit Deus super gentes & regna in omni plenitudine potestatis. Afflictorum, quæso, clamor introeat in aures vestras: calamitates enim nostræ multiplicatae sunt super numerum. Nec ista dissimulare potestis citra criminis, & infamiæ notam, cum sitis Vicarius Cucifixi, successor Petri, sacerdos Christi, christus Domini, Deus etiam Pharaonis. De vultu tuo, Pater, judicium prodeat, oculi tui videant æquitatem. De arbitrio vestro, & de clementia vestræ Sedis pendent vota populi, & nisi maturius arripiat manus vestra-

judicium, tota redundabit in vos tragedia hujus mali: cum sitis pater orphanorum, & iudex viduarum merentium, & dolentium consolator, & omnibus civitas refugit. In tanto cumulo miseriarum unicum & commune omnibus expectatur de vestra potestatis auctoritate solatium. Filii Israel Moysen, cujus agitis vices, consaltabant in duris, & ad tabernaculum fœderis confugiebant in angustiis suis. Rex noster in arcto est, & undique angustia premunt eum.

Videte statum, aut potius casum regni, malitiam temporis, Tyranni sevitiã, qui de fornace avaritiæ arma iniquitatis incessanter fabricat contra Regem, quem in sancta peregrinatione, in protectione Dei cœli, & tuitione Romanæ Ecclesiæ captum, & vinculis carceralibus coarctatum tenet, occiditque terrendo. Contemnit enim Deum, & terribilia judicia ejus; prædæ incubat, & non est qui de manu ejus possit eruere. Si Ecclesia Romana complois manibus ad tantas injurias Christi silet: exurgat Deus, & judicet causam nostram, respiciat in faciem Christi sui. Ubi est zelus Eliæ in Achab? zelus Joannis in Herodem? zelus Ambrosii in Valentem? zelus Alexandri Tertii, qui sicut audivimus, & vidimus, patrem istius Principis Fridericum plena auctoritate Apostolicæ Sedis solemniter & terribiliter a Fidelium communionem præcidit? Porro Tyrannus Apostolicas claves habet ludibrio, nec nisi verba reputat legem Dei. Sed tanto constantius deberetis arripere gladium Spiritus, quod est verbum Dei; scriptum est enim: (b) Qui vos spernit, me spernit. Ideo si vestram non vultis, aut Ecclesiæ Romanæ injuriam persequi; vobis tamen dissimulare non licet Petri opprobrium, & injuriam Christi. Non sit ergo alligatum in ore vestro verbum Domini, nec in vobis timor humanus obruat spiritum liber-

III.

(b) Luc. 10.

PAGIUS Guillelmus reddit se: deinde obsidet Torsam, & ipsi se reddunt obsidibus datis. Conradus transit in vallem Forconi, exercitum recreat captis terris, qua reddiderant se Regi. Rex venit Theanum sperans ad se revocare supraddictum Abbatem (nempe Casinensem); sed vir consilii futurorum providus & justitia conscius, nec numeribus Regis, nec terroribus Sedis Apostolicæ (quæ Tancredus Regi favebat) potuit insecti. Rex agritudine correptus rediit Siciliam; quo recedente Conradus Cominum intrat & devastat, & deducto Comite Caleni recipit. Diopultus Roccam Montis Draconis, Conradus vero in Apuliam transiens loca immunita capit, munita depredatur & devastat.

IV. Annales emendansur.

V.

Baronius ad hunc annum revocat adventum Henrici Imp. in Campaniam, mortem Tancredi Regis, ejusque filii, & sevitiã Imperatoris in Tancredum & Rogerium Reges jam demortuos. Verum hæc omnia ad annum sequentem pertinent, ut ibidem videbimus.

A num. II. ad XIX. Recitat Baronius Epi-

stolas tres ab Eleonora Angliæ Regina, ac Richardi Regis matre, ad Cælestinum Papam datas, quibus hunc lamentis atque querelis urget, ut Richardo Regi filio in captivitate detento opem ferat. Baronius num. XVII. recte quidem arbitratur, hoc anno a Petro Blesensi Regi nomine scriptas fuisse, sed quod addit eas emissas post subjugatam ab Imperatore Sicilia subistere non potest; cum nonnisi anno sequenti Sicilia in Henrici Imp. potestatem venerit, & ante hujus anni finem inter Henricum Imp. & Richardum Regem convenerit de conditionibus, quibus hic liberandus esset. Quare hoc tantum verum est de tertia, quæ ideo ante initium anni sequentis non data, ut ibidem monstrabimus.

Rex Richardus, inquit Matthæus Paris in Chron. remansit in custodia Ducis Austria, donec ipsum vendidit Imperatori Romanorum Henrico pro sexaginta millibus librarum argenti ad pondus Colonensium. Quem feria tertia post Ramos Palmarum adducens, diligentissime custodi-

Tres epistola Eleonora Regina ad Cælestinum PP.

VI. Richardus Rex Henrico Imp. traditur.

tatis. Tolerabilis est incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei. Confidunt in virtute sua, & in multitudine divitiarum suarum gloriantur inimici Crucis Christi, quorum finis interitus, & gloria eorum in confusione. Quidquid Ecclesiarum & pauperum necessitati subtrahitur, insatiabilis avaritiæ devorat in gluvies. Sed prope est, ut in eos manus Domini tempestivam exercent ultionem, & eveniet, quod beatus (a) Job de prædone impio protæstat: Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet eas Deus. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. Quod si ad tempus humanum evadunt judicium, divinum terribilius est, quod imminet eis: quorum gaudium præsens instar puncti; interminabilis vero pœna ignis & vermis. Quis enim unquam persecutor innocentie ultricem illius manum, qui aufert spiritum Principum, potentesque potenter punit, legitur evasisse? Ut de pœna taceam gehennali, sæpe legimus, quomodo digitus Dei pro arbitrio suo regna & Imperia transfert: quis etiam, sicut vult erigit, & sicut vult, deicit potestates. Non deterræat, quæso, vos secularis elatio. Superbus est (b) Moab, & major est superbia ejus, quam fortitudo ipsius: e contrario autem nomen Domini plurima fortitudo.

(a) Job. 10.

(b) Is. 16.

IV. Justæ querelæ Regiæ.

Illud vero publice contristat Ecclesiam, populisque murmur excitat, nec mediocriter militat in dispendium vestræ opinionis, quod in tanto discrimine, in tot lacrymis, in tot provinciarum supplicationibus, nec unum Nuntium ad Principes illos a vestro latere destinastis. Sæpe pro causis mediocribus vestri Cardinales in magna potestate etiam ad partes barbaras legatione funguntur: in causa vero tam ardua, tam lamentabili, tam communi, nec unum adhuc Subdiaconum, aut Acoluthum destinastis. Legatos enim hodie facit quæstus, non respectus Christi, non honor Ecclesiæ, non regnorum pax, aut populi salus. Quis quæstus vobis, aut proventus gloriosior posset esse, quam in hac liberatione Regis summi Pontificis apicem, sive sacerdotium Aaron, & Phinees exaltare? Sane non multum humiliasset Sedis Apostolicæ dignitatem, si in propria persona ad tanti liberationem Principis in Germaniam descendisset. Quem enim tam officiose colebat in prosperis,

tam desidiose deserere non debuit in adversis. Quare non appenditis in libra justitiæ beneficia, quæ bonæ memoriæ Henricus pater istius Regis vobis, sicut vidimus, in articulo summæ necessitatis exhibuit, ut e diverso tyrannidem Friderici quam in vos & in Ecclesiæ Romanæ possessiones, & in omnes qui vobis fideliter adharebant, exercuit? Cum enim prænominatus Fridericus fautor schismaticæ dissensionis & Auctor contra Alexandrum Tertium, canonice, sicut scitis, electum, in partem apostatæ Octaviani conjurasset, atque sub illa schismatis concussionem generaliter ubique terrarum Ecclesia laboraret: Reges Franciæ & Angliæ variis ex utraque parte legationibus tentabantur. Cumque sententia Regis Francorum consiliorum varietate, cui faveret parti, fluctuans dubia vacillaret; Rex Henricus dolens Christi tunicam diutius scindi, primus Alexandro Papæ consensit, multaque cautela trabens Regem Francorum pariter ad consensum, Apostolicum, suis munivit consiliis, & firmavit auxiliis; & sic navem Petri sub certo discrimine naufragantem in securo littoris statione locavit. Hæc apud Castrum Radulphi vidimus, ubi etiam Romanorum votis (sicut ipsi pro miraculo publice prædicabant) plenioribus xenis auri & argenti regia munificentia satisfecit.

Henrici Reg. digna merita.

V.

Notabiliter igitur debonestat gloriam Sedis Apostolicæ, quod aliqua unquam ingratitude tanti benefici memoriam potuit abolere. Quandoque poterit ex causa consimili (quod Deus avertat) schismatis pullulare fermentum, vestræque præsentis desidia & defectus recordatio poterit tunc aliquibus cedere in singulum. Licet enim liberationem Regis ille veteratus serpens, ille coluber tortuosus machinationibus præstigiosis impediat: confidimus tamen in Domino, quod tempestive respiciet in faciem Christi, & dabit imperium Regi suo. Expectatio siquidem nostra in spe certa, & fide firma convaluit. Fit enim incessanter oratio ab Ecclesia ad Deum pro eo. Deus autem, qui in tempore acceptio exaudit, & adjuvat in die salutis: respiciet in orationes humilium, & non spernet preces eorum (c). Multum enim valet deprecatio justis assistentibus. Sol ad (d) preces Josue stetit, & Luna contra vallem Ajalon non est mota,

(c) Jacob. 5. (d) Josue 10.

PAGIUS

ri fecit. Et ut Regem ad immoderatam redemptionem pecunia impelleret quantitatem, retrudi eum precipit in Triballis, a quo carcere nullus ante dies istos exiit, qui ibidem intravit, &c. Ubi sub copiosa militum & servientium multitudine, quievit in locis omnibus, nec desuere, qui etiam die nocteque strictis comitarentur gladiis. Lectum autem Regis ambientibus deputati, nemineque suorum cum eo pernoctare permiserunt. Idem fere narrat Radul-

phus de Diceto in Imag. Hist. pag. 668.

Illustris Rex Anglorum, inquit Neubrigenis lib. 4. cap. 31. a Duce Austria, qui paulo ante illi in Syria contra Turcos militaverat, tenebatur in vinculis. Imperator allegans Regem betur non debere teneri a Duce, nec esse indecent, si ab Imperatoria Celsitudine decus Regium teneretur, insignem ad se trahere curavit captivum. Et cum negari non posset, a Duce resignatum in propriam avarus Imperator traducit custodiam,

VII.

A quo desime habebatur.

ta, quia iusti precibus obtinetur, ut a corde peccatoris Sol iustitiæ non recedat, & mens hominis, quamvis in defectum prona sit virtutum tamen stabilitate firmatur. Non enim tantum remittitur oratione peccatum, sed & poena peccati declinat peccatio precum. Ideo bonum est Regi prestolari cum silentio salutare Domini. Nam si nunc in fornace tribulationis purgatur a Deo, qui circa eum ad-versa & prospera saluberrima moderatio-ne disponit, vexatio transibit in gloriam atque pro confusione duplici & rubore in terra duplicia possidebit. Beatus itaque vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Sane sicut nunc ei publici gemitus, & generales impenduntur lacrymæ: sic desideratus gentibus tempestive communibus excipietur votis in exultatione universæ terræ. Domine in virtute tua exaltabitur Rex, & Ecclesia Romana, quæ nunc nimis culpabiliter in ejus liberatione lentescit, non sine lacrymis evalescet, quod in tantis angustiis tantum filium non agnovit. Hactenus litteræ Reginae matris; sed non quievit, nec expectavit patienter quid decerneret Apostolica Sedes.

VI.

Rursum vero materna viscera importuna ipsum exagitant Cælestinum Papam, aliis urgent litteris adversus filii detentores, iisdemque amarioribus: quo enim magis spe frustrari visus sibi, eo graviore dolore exulceratus est animus ejus. Audi eas, ut non mireris, si Cælestinus Papa demum rem egerit censuris Ecclesiasticis:

(a) Apud Pet. Bles. ep. 145. Alconora secundæ litteræ ad Cælestinum.

Sanctissimo (a) Patri ac domino Cælestino Dei gratia summo Pontifici, Alconora eadem gratia Regina Angliæ, Ducissa Noribmanniæ, & Comitissa Andegavia, salutem, & misericordiæ visceribus abundare.

Tædet animam meam vitæ meæ; quidquid enim verebar, accidit, & adhuc expectatio durioris eventus omnem gratiam consolationis abscidit. Quando ego non timui graviora pericula veris? Laborem itaque & dolorem meum considerans, a pusillanimitate spiritus & tempestate subvertor. Ego vero jam delibor, & doloribus festinata senectus paucitatem

PAGIUS

diam, passus tamen Duci competentem ex proveniente comodo portionem. Post aliqua interposita: Imperator quidem avaritiam pallians, & quod fadissime faciebat, adumbrata iustitia colore obducens illudrem captivum concinnatis maculabat mendaciis, & gloriabatur voluntate Dei incidisse in manus suas plestendum severius hostem imperii & Terra sancta, in cujus medio Dominus salutem operatus est, proditorum. Denique circa dominicam Palmarum solemniter sibi presentatum, coram omni frequentia nobilium & populi, gravium objectu excessuum terrere tentavit. Ille vero hilari fretus

dierum meorum nuntiat mihi. Multoties vobis scripsi, atque sacrificium cordis in spiritu contrito & humiliato frequenter obtuli. Quia tamen semel cepti, loquar adhuc ad dominum meum, cum sin pulvis & cinis. Dimitte me domine, ut planctum paululum dolorem meum. Nescio enim, quo pacto impetus anxietatis, ex ipso planctu, & lacrymarum profusione, lentescit. Diu expectavi ego perdita, si esset, qui leniret dolorem matris, qui diceret, Joseph filius tuus vivit, & educus est de cisterna, nec eum fera pessima devoravit. O fera pessima, tigris & lamia, omniq; fera crudelior, qui filium meum, militem Christi, Christum Domini, peregrinum Crucifixi, vinculis alligatum Imperatori vendidit & tradidit! Sic ei durior adversarius constitutus est, atque de ergastulo in labyrinthum, & de Scylla translatus est in Charybdim. A diebus Judæ Ischariotis non est inventus similis illi, qui sic violaret legem. Excelsi; qui ita malitiose traderet iustum. Et hæc in occulto, & in tenebris facta sunt: erant enim opera tenebrarum.

Memoriam abundantæ suavitatis tuæ, Pater misericordiæ, precor, ut de ore leontis, & de manu bestiae liberes innocentem. Et quæ tibi utilitas in sanguine ejus, qui de manu tua exactissime requiritur? Quia credebamus aliquando, quod disposuisset Dominus per vos filio facere misericordiam, facti sumus latentes: nunc autem res in contrarium versa est. Triumphat enim longe lateque diabolus, sapientiam vincit malitia, & audita in gentibus filii mei captione, personat in trivis Getb, & in compitis Ascalonis incircumcisorum solemnibus applausus. Heu, heu, percussit nos Dominus plaga gravi & castigatione crudeli! A me viscera mea tyrannus avulsit, & Ecclesias spolians in Terra Sanctorum iniqua gessit, plebes innumeras amaritudine & mœrore confecit. In his omnibus non est adversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta: non parcat monachis, non reclusis, non eremitis, non monialibus, non leprosis: perierunt enim jus & fas, timor Dei, fides, religio, & honestas.

Exur-

conscientia, constanti & libera responsione ita objecta diluit, ut Imperator quoque non solum ad misericordiam; verum etiam ad venerationem ejus flecti videretur. Multis enim pra gaudio in lacrymas resolutis, inclinatum Regem dignanter erexit, uberiolem de cetero gratiam, & fusiora solatia pollicens, re autem vera ingenti summa, mediante Duce Austria ab ipso Rege pro sua liberatione, promissa, sitibundè inhians. Unde nec relaxandum duxit, quem sic honorare voluit, nullum commodius judicans pignus promissionis, quam corpus promissoris.

VII.

VIII.
De potestate Rom. Pont.

Exurge, quare obdormis, domine, exurge, & ne repellas in finem. Moveat te, summe Pontifex, etsi non bujus peccatrici infelicissima dolor, saltem clamor pauperum, compenditorum gemitus, interfectorum sanguis, Ecclesiarum spoliatio, & generalis denique pressura Sanctorum. Vide, quanta malignatus est inimicus in sancto, invaluerunt hostes Ecclesia, prolongaverunt iniquitatem suam, confortati sunt, addentes prævaricationem, iniquitatem apponunt iniquitati, ut sanguis sanguinem tangat, ut superbia eorum ascendat semper, & impietas modernorum mensuram patrum suorum non solum impleat, sed transcendat. Certe horrendo anathemate feriendi erant, aut potius fulminandi. Exurgat igitur orbis Episcopus, & arripiat quasi fulgur judicium manus tua. Sicut Petrus uno ictu Ananiam & Sappiram, & uno ictu Simonem Magum potuit delere de medio: sic spiritu laborum tuorum interficias impios. Alioquin videbitis declinare in obligationem malitiæ per consensum. Declinantes autem in obligationem adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime: gladio scilicet spiritus, quod est verbum Dei. Arripiat judicium manus tua, & in potestate collata tibi cælitus tolle virgam peccatorum de super sortem iusti: scuto bonæ voluntatis tuæ protege filium meum, & filius iniquitatis non apponat nocere ulterius innocenti.

Cum innocentia Regis filii mei testimonium habeat ab his, qui prope sunt, & ab his qui longe; non habetis excusationem de peccato. Quæ enim excusatio possit vestram desidiæ, & injuriam palliare, cum omnibus liqueat, quod liberandi filium meum habetis potestatem, & subtrahitis voluntatem? Nonne Petro Apostolo, & in eo vobis a Deo omne regnum, omniq; potestas regenda committitur? Benedictus autem Dominus, qui talem potestatem dedit hominibus. Non Rex, non Imperator, aut Dux a jugo vestra jurisdictionis eximitur. Ubi est ergo zelus Phinees? ubi est auctoritas Petri? ubi est quæ dicat: Zelus domus tuæ comedit me? Appareat, quod non in vanum dati sunt vobis, & Coepiscopis vestris gladii accipites in manibus vestris. Dicite iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Non degeneret in herede Petri dignitatis Apostolica reverenda successio. Vestrum agnoscite principatum, probate zelum, accingimini ad opus fortitudinis, & honorate ministerium vestrum; gloria vestra derivetur ad posteros, & cognoscat generatio altera, quam inaniter tyrannus ille præsumpsit, & quam potenter præsumptionem ejus Sedes Romana punierit. Vobis equidem convertetur in discrimen. Ann. Eccl. Tom. XIX.

men, & crimen si remissas habeatis manus, & addat impunitas cornua peccatori. Si enim in viridi hæc facta sunt, in arido quid fiet? Recolat, quæso, vestra paternitas, quantus amicus vir meus Rex, pater istius Regis, & quam fidelis vobis fuerit: attendite, quam benignus iste successor paternæ devotionis extiterit. Nec a corde vestro excidat, quanta ego sollicitudine per ipsum vestrorum negotia Legatorum immo vestra promoverem. Si etiam in vestris necessitatibus mea unquam circa vos affectio torpuit: decidam merito ab inimicis meis inanis.

Ego autem nunc experior vestrorum promissa Cardinalium verba esse & folia; arbores autem non a foliis, aut floribus, sed a fructibus cognoscuntur. Et nos quidem a fructibus eorum cognovimus eos. Dicere pudet, quod utinam eos fecisse pudeat, tyrannus eos habuit malitiæ fautores, cujus se debuerant exhibuisse ultores. Dilexi vos, non lingua & verbo, sed opere & veritate; numquid redditur pro bono malum, & odium pro dilectione? Ut salva pace domini mei unum loquar: Dico ei, quod quandoque (a) Joab (a) 2. Reg. 19. exprobase legitur David Regi: Diligis eos, qui te oderunt, & eos odio habes, qui te diligunt. Heu quomodo exarmatur zelus iustitiæ! quam miserabiliter claves Ecclesiæ suam perdidit officium! Et ubi gloriosus Petri principatus eminere debuerat, ibi contumeliosus opprimitur, & vilescit Pontificalis auctoritas. Lupus irruit in ovile, leo in Ecclesiam Dei, & singularis ferus depascitur eam, nec est, qui pro domo Domini ex adverso ascendat: quodque familiaris, & intolerabilis doleo, filium meum tyrannus cruciat. Dissimulat hoc summus Pontifex: nec est qui redimat, neque qui salvum faciat. Si qua ergo consolatio in vobis, si qua virtus charitatis in Christo, si qua miseratio, si qua compassionis viscera, si quid denique quod affectum patris, & Pontificalem sapiat attentionem: audiat omnis populus sapientiam esse in vobis ad faciendum judicium.

Sed quid talibus immoror? curro in incertum, & aera verbero, atque in ventos nostri gemitus evanescent: Obstinatio tyranni durior adamante est, & scio quem Deus negligit, nemo poterit corrigere. Sermo meus in terram cecidit, & revertitur ad me vacuus, nec in his, ad quæ missus est, prosperatur. Me igitur tribulationum tempestas horrenda demergit, me profundum absorbet abyssi terribilis, & urget super me puteus desperationis os suum. Populi nostri omnes dant manus suas morti, atque cum inferno percutiunt fœdus, tabescentes, & arescentes præ timore, & expectatione, quæ superveniunt universo Orbi Occidentali. Tu

autem Domine Deus Sabaoth, qui iudicas iuste, vide, quia vim patior, iudica causam meam. Et quia in terris iudicem non invenio ego misera, & nulli miserabilis, terrarum iudicem ad tuum terribile tribunal appello. Infelix ego, quare doloris mei vehementis impetum sequor, & os meum in cælum pono? Sed æquanimiter, quæso Pater, sustineat benignitas vestra, quod ex dolore, non ex deliberatione processit. Peccavi ego, & ut verbo beati (a) Job utar: Quæ dixi, utinam non dixissem. Ideo non addam ultra, & supponam digitum ori meo. Vale. Anne satis ista? minime gentium; sed quietis impatiens mater quousque videat filium liberum non cessat importunioribus litteris lacessere eundem Pontificem Cælestinum, & interpellare ipsum querelis, atque lamentis urgere in adversariorum ultionem, ista eodem argumento conscribens:

XI.
(b) Apud Pet. Bles. ep. 146. Postrema litteræ Alconoræ Regine ad Cælestinum Pap.

Reverendo (b) Patri & domino Cælestino Dei gratia summo Pontifici, Alconora misera, & utinam miserabilis Anglorum Regina, Ducissa Northmanniæ, Comitissa Andegaviæ, misera matri exhibere se misericordiæ Patrem.

Invidente locorum distantia prohibeor, beatissime Papæ, vobis præsentialiter loqui: necesse tamen est, ut plangam paululum dolorem meum. Et quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Tota interior & exterius anxior: unde & verba mea dolore sunt plena. Foris sunt timores, intus pugna: nec ad momentum mihi respirare liberum est a tribulatione malorum & dolore, a tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis; tota dolore contabui, pellicule meæ, consumptis carnibus, adhæsi os meum. Defecerunt anni mei in gemitibus, & utinam omnino deficiant. Utinam totus sanguis corporis mei jam emortui, cerebrum capitis, ossiumque medulla ita dissolvantur in lacrymas, ut in fletu tota pereffluam. Avulsa sunt a me viscera mea: baculum senectutis meæ, & lumen oculorum meorum perdidit. Mæis que votis accederet, si Deus infelices oculos meos, ne mala gentis meæ ulterius videant, perpetua cæcitate damnaret. Quis det mihi, ut pro te moriar, fili mi? Matrem tantæ miseriæ respice misericordiæ Mater; aut si filius tuus, fons misericordiæ, inexhaustus, peccata matris requirit a filio, ab ea quæ sola deliquit, totum exigit, puniat impiam, & de pœnis innocentis non rideat. Qui cœpit, ipse me conterat, tollat manum suam, & succidat me & hæc sit consolatio mea, ut affligens me dolore, non parcat.

XII. Ego misera, & nulli miserabilis, cur in huius detestandæ senectutis ignominiam veni? duorum regnorum domina, duorumque Regum mater extiteram. Avulsa sunt a me viscera mea: generatio mea ablata

est, & convoluta est a me. Rex junior, & Comes Britannia in pulvere dormiunt, & eorum mater infelicissima vivere cogitur, ut irremediabiliter de mortuorum memoria torqueatur. Duo filii mihi supererant ad solatium, qui hodie mihi misera & damnata supersunt ad supplicium. Rex Richardus tenetur in vinculis, Joannes frater ipsius regnum captivi depopulatur ferro, & vastat incendiis. In omnibus versus est mihi Dominus in crudelem, & adversatur mihi in duritia manus suæ. Vere pugnat iræ ejus contra me. Ideo & filii mei pugnant inter se. Si tamen pugna est, ubi unus vinculis arctatus affligitur; alius addens dolorem super dolorem ipsius crudeli tyrannide sibi regnum exulis usurpare molitur. Bone JESU, quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, donec cessent sagittæ, quæ in me sunt, quarum indignatione spiritus meus totus ebibitur? Mors in voto mihi est, & vita in tædio; & cum sic moriar incessanter, in desideriiis tamen habeo mori plenus. Vivere compellor invita, ut vita mihi sit pabulum mortis, & materia cruciatu. O felices, qui in experti ludibria vitæ bujus, & inopinatos eventus conditionis incerta beato prævenerunt aborsu!

Quid facio? cur subsisto? quare moror misera, & non vado, ut videam, quem diligit anima mea, vinculum in mendicitate & ferro? ut quid enim tanto tempore mater potuit oblivisci filii uteri sui? Tigres erga fœtus suos, & lamias etiam sæviores emollit affectio. Fluctuo tamen in dubio. Si enim abeipro, deserens filii mei regnum, quod undique gravi hostilitate vastatur; erit in absentia mea communi consilio & solatio destitutum. Si autem subsitero, desideratissimam mihi faciem filii mei non videbo. Non erit qui liberationem filii mei studiose procuret, & quod magis vereor, ad impossibilem pecuniæ quantitatem delicatissimus adolescens tormentis urgebitur, tantaque afflictionis impatiens, facile in mortem suppliciiis adiget. O impie, crudelis, & dire tyranne, qui non es veritus manus sacrilegas immittere in Christum Domini! nec te regalis unctio, nec sanctæ viæ reverentia, nec Dei timor a tantâ inhumanitate cohibuit!

Porro Princeps Apostolorum adhuc in Apostolica Sede regnat & imperat, & in medio constitutus est judiciarius rigor: illudque restat, ut exeratis in maleficos Pater, gladium Petri, quem ad hoc constituit super gentes & regna. Christi Crux antecellit Cæsaris aquilas, gladius Petri gladio Constantini, & Apostolica Sedes præjudicat Imperatoriæ potestati. Vestra potestas a Deo est, an ab hominibus? Nomen Deus decorum locutus est vobis

XIII.

XIV.
De potestate Rom. Pont.

(a) Mat. 16.

bis in Petro Apostolo, dicens: (a) Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis? Quare ergo tanto tempore tam negligenter immo tam crudeliter filium meum solvere differtis, aut potius non audetis? sed dicetis, hanc potestatem vobis in animabus, non in corporibus fuisse commissam. Esto certe, sufficit vobis si eorum ligaveritis animas, qui filium meum ligatum in carcere tenent. Filium meum solvere, vobis in expedito est, dummodo humanum timorem Dei timor evacuet. Redde igitur mihi filium meum, vir Dei, si tamen vir Dei es, & non potius vir sanguinum, si in filii mei liberatione torpeas, ut sanguinem ejus de manu tua requirat Altissimus. Heu, heu, si summus Pastor in mercenarium pervertatur, si a facie lupi fugiat, si commissam sibi oviculam, immo arietem, electum ducem Dominici gregis in faucibus cruenta bestia derelinquat! Bonus pastor alios pastores instruit & informat, non ut fugiant, si viderint lupum venientem, sed animas suas pro ovibus suis ponant. Anima tua tibi, quæso, salva sit, dummodo non dicam ovis tuæ, sed filii tui liberationem crebris legationibus, salutaribus monitis, comminationum tonitruis, generalibus interdicitis, sententiis terribilibus studeas procurare. Sane sero vestram pro eo animam poneretis, qui pro eodem adhuc unum verbum dicere, aut scribere noluisse. Dei filius testimonio Prophetæ (b) de cælo descendit, ut educeret vincitos de lacu, in quo non erat aqua. Numquid quod decuit Deum, dedecet Dei servum? Filius meus torqueatur in vinculis, nec ad eum descendis, nec mittis, nec moveris super contritione Joseph. Christus hoc videt & silet: sed opus Dei negligentibus agentibus abundanter in summa distractione retribuet.

(b) Zach. 9.

XV.

Legati nobis jam tertio promissi sunt, nec sunt missi, ut verum fatear, ligati potius, quam Legati. Si filius meus in prosperis ageret, ad simplicem ejus vocationem festinantius accessissent, quia de magnifica ejus magnificentia, & de publico regni quæstu sue legationis uberes manipulos expectarent. Et quis quæstus eis gloriosior esse posset, quam Regem liberare captivum, reddere pacem populis, Religiosam quietem, & gaudium universis? Nunc autem filii Ephrem intendentes & mittentes arcum, in die belli conversi sunt; & in tempore angustiae dum lupus prædæ incubat, canes muti latrare aut non possunt, aut nolunt. Hæcne promissio illa, est, quam nobis apud castrum Radulphi, cum tanta dilectionis & fidei protestatione fecistis? quid profuit vobis simplicibus dare verba, & illudere vobis

Ann. Eccl. Tom. XIX.

ta innocentium inani fiducia? Sic olim Rex (c) Achab fœdus amicitiae contraxisse cum Benadad perhibetur, illorumque mutuam dilectionem eventus habuisse infausos audivimus. Pugnas Judæ, Joannis, Simonis, Michabæorum fratrum cælestis dispensatio felicibus prosperabat auspiciis: missa vero legatione sibi firmantes amicitiam Romanorum, Dei perdidit auxilium, nec eis semel, sed sapius venalis eorum familiaritas versa est in sanguinem. Solus desperare me cogitis, qui solus post Deum spes mea, populi que nostri fiducia fueratis. (d) Mileditus qui confidit in homine. Ubi est ergo nunc præsolatio mea? Tu es Domine Deus meus. Ad te Domine, qui laborem consideras, sunt oculi ancillæ tuæ. Tu Rex Regum & Dominus dominantium, respice in faciem Christi tui; da imperium puero tuo, & salvam fac filium ancillæ tuæ, nec in eo punias delicta sui patris, aut malitiam matris suæ.

(c) 3. Reg. 20.

(d) Jer. 17.

Ex certa & publica relatione cognovimus, quod Imperator post Legentis Episcopi mortem, quem funesto gladio, longa tamen manu dicitur occidisse, Ostunensem Episcopum, & quatuor Episcopos comprovinciales ejus, Salernitanum etiam, & Tranensem Archiepiscopos coarctat miseris carcerali; & quod auctoritas Apostolica nullatenus dissimulare debuerat, Siciliam, quam a temporibus Constantini constat esse patrimonium sancti Petri, post legationes, post supplicationes, post comminationes Apostolicæ Sedis, in perpetuum Romana Ecclesiæ præjudicium, usurpatione tyrannica occupavit. In omnibus bis non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta. Gravia quidem intulit, sed certissime potestis expectare in proximo graviora. Hi enim, qui debuerant esse columna Ecclesiæ, in omnes ventos arundinea levitate moventur. Utinam recolerent, quod propter negligentiam (e) Heli sacerdotis ministrantis in Silo, gloria Domini de Israel translata est: nec jam parabola temporis præteriti est, sed præsentis: quia repulsi Dominus tabernaculum Silo, tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus, & tradidit in captivitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Imputatur eorum pusillanimitas, quod Ecclesiæ conculcatur, periclitatur Fides, opprimitur libertas, dolus, patientia, & iniquitas impunitate nutritur.

XVI.
Quæ Imp. in Romanam Eccles.

De occupata Sicilia ab Imp.

(e) 1. Reg. 4.

Ubi est, quod Dominus Ecclesiæ suæ quandoque promissit: (f) Suges lac generum & mamilla Regum lactaberis? (g) Ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generatione & generationem Ecclesiæ olim superbiorum & sublimium colubella propria virtute calcabat, legeque Imperatorum sacros canones sequebantur.

XVII.
(f) Is. 60.
(g) Ibid.
Quomodo a pristina gloria Ecclesiæ exciderit.

Q999 2. Nunc

Nunc autem ordine turbato, non dicam canones, sed canonum conditores priores legibus & consuetudinibus arctantur. De testanda potentum flagitia tolerantur, nec est, qui mutire audeat, & in pauperum peccata dumtaxat rigor canonicus exercetur. Ideo non immerito Anacharsis Pbilosophus telis aranearum leges & canones comparabat, quæ animalia debiliora retinent, fortia autem transmittunt. Astiterant Reges terræ, & Principes convenerunt in animum adversus Christum Domini filium meum. Unus cum torquet in vinculis, alter terras illius crudeli hostilitate devastat. Et ut verbo vulgari utar, unus tondet, alter expilat; unus pedem tenet, alter excoriat. Hæc videt summus Pontifex, & gladium Petri supprimit in vagina repositum. Sic addit cornua peccatori; ipsa taciturnitas ejus præsumitur ad consensum. Videtur enim consentire, qui cum possit & deberet, non corripit; & dissimularis patientia societatis occultæ scrupulo non carebit. Imminet, sicut prædixit (a) Apostolus, tempus dissensionis, ut perditionis filius reveletur, instantque tempora, periculosa, ut scindatur tunica Christi inconsutilis, ut rumpatur rete Petri, & Catholica unitatis soliditas dissolvatur. Initia malorum sunt hæc. Sentimus gravia, graviora timemus. Nec prophetissa nec filia sum Propheta; plura tamen de futuris turbationibus dolor dicere suggererat, sed ipsa verba, quæ suggerit, surripit; spiritum enim singultus intercipit, & animæ vires mæror absorbens, vocales meatus anxietate præcludit. Vale. Hactenus postremæ litteræ Reginae Angliæ, quas datas esse oportuit extremo anni hujus tempore, post subjugatam ab Imperatore Siciliam, vel sequentis exordio, ante liberationem Richardi Regis.

XVIII. His omnibus flexus & excitatus Cælestinus Papa, præviis legitimis denuntiationibus sententia excommunicationis perculit Leopoldum Austriæ Ducem, nec quidem frustra. Quæ enim ipsam secuta sint damna, dicetur suo loco anno sequenti. Sed & comminatus est Imperatori & universo Imp. anathema & interdictum itidemque & Regi; regnoque Francorum. De quibus ista Rogerius in Annal. Dominus vero Papa Cælestinus similiter pro

PAGIUS VIII. A num. XIX. ad XXIV. Totius Alemanniæ generalis Conventus, ait Radulphus de Dico ceto pag. 670. Magnates solummodo comprehendunt, habitus est apud Vvarmatiam tertio Idus Julii. Tractatum est ibi de redemptione Regis Anglorum: tandem sub audientia plurimorum propalatum est pretium appreciati, quem appreciavit Henricus Imp. Romanus ab Austria Duce Limpaldo (legendum Leopoldo) se. quinquaginta millia marcharum argenti. Sed ut Impe-

ipso Rege Anglorum scripsit universis viris Ecclesiasticis regni Angliæ ut Imperator, & totum ipsius regnum subiicerentur anathemati, nisi Rex Angliæ celeriter liberaretur a captione illius. Similiter præcepit, ut Rex Franciæ, & regnum ejus anathemati subjacerent, nisi ipse desisteret a persecutione Regis Angliæ. Inter hæc autem pacta redemptionis pecunia, quam Imperatori persolvere deberet ipse Rex Angliæ: ab eodem humanius tractari coepit ac coli, permissusque ad suos scribere pro pacta colligenda pecunia, ad illos sub titulo etiam matris suæ has litteras dedit:

Richardus (b) Dei gratia Rex Angliæ, Dux Northmanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegavia, Alienor eadem gratia, Regina Angliæ charissimæ matri suæ, & Justitiariis suis, & omnibus fidelibus suis per Angliam constitutis salutem.

Notum sit universitati vestra, quod postquam recesserunt a nobis dilecti nostri, Hubertus venerabilis Episcopus Saresburiensis, & Vuillemus de sanctæ Mariæ Ecclesiæ Protonotarius noster, venit ad nos charissimus Cancellarius noster Vuillelmus Eliensis Episcopus: & eo inter dominum Imperatorem & nos fideliter interloquente, eousque res pervenit, quod de castello de Trivellis, in quo detinebamur, obviam venimus Imperatori apud Hagenou, ubi honorifice ab ipso Imperatore, & tota Curia recepti fuimus. Ibiq; dominus Imperator, & domina Imperatrix nos magnis & variis muneribus honoraverunt; & quod præcipuum est, mutuum fœdus amoris & indissolubile inter dominum Imperatorem contractum est & nos, ita quod uterque nostrum alterum contra omnes viventes in jure suo obtinendo, & retinendo juvare debet. Honeste autem circa ipsum Imperatorem moram facimus, donec ipsius & nostra negotia perficiantur: & donec ei septuaginta millia marcharum argenti solverimus.

Quare vos rogamus, & in fide, quam nobis tenemini, adjuramus, quatenus in hac pecunia perquirenda solliciti sitis, & vos Justitiam nostram, qui aliis in regno nostro præstis, exemplum aliis præbeat, ut ita honorifice & magnifice de proprio nobis subveniatis, & etiam de his, quæ de aliis mutuo accipere poteritis, ut aliis fidelibus nostris exemplum de-

vator egregius federator legitimarum usurarum summam, qua per annum aequiparantur forti, per unum diem in duplum excederet, centum millia marcharum sibi suo tempore solvendarum extorsit, a Rege. Summa redemptionis Regis Anglorum est argenti centum millia librarum, ad pondus Colonia moneta publica probata. Quæ pecunia certis temporibus & distinctis quinquaginta datis obfidibus persolvetur. De ejus liberatione anno sequenti sermo erit.

XIX. (b) Apud Reg. in Annal. Angl. hoc anno. Richardus ad suos scribit.

XX.

XXI.

(a) Apud Reg. in Annal. Angl. hoc anno.

deitis similia faciendi. Universum autem aurum & argentum Ecclesiarum diligenti observatione, & scripti testimonia ab ipsarum Ecclesiarum Prælati accipiatis; eisque per sacramentum vestram & aliorum Baronum nostrorum, quos volueritis, affirmetis, quod eis plenarie restituentur. Universorum etiam Baronum nostrorum obfides recipiatis, ut cum fidelissimus Cancellarius noster, quam cito peractis in Alemannia negotiis nostris, in Angliam venerit, eosdem obfides penes charissimam matrem nostram Reginam reperiat, ut eos, de quibus inter nos & dominum Imperatorem convenit, expedite possit ad nos transmittere; ne libertas nostra per absentiam obfidum, & negligentiam vestram moram patiat. Pecunia autem collecta similiter matri meæ, & illis, quibus ipsa voluerit, tradatur. Quem autem in necessitate nostra promptum inveniemus, in suis necessitatibus amicum nos reperiet & remuneratorem; gratiusque nobis erit, si quis in absentia nostra in aliquo nobis subveniat, quam si in presentia nostra in duplo quis nobis subveniret. Volumus autem, ut singulorum magnatum nomina, & subventiones, quæ presentialiter fieri, per sigillum matris nostræ nobis significentur, ut sciamus, quantum unicuique in gratiarum actionibus teneamur. Sciatis pro certo, quod si in Anglia in libera potestate nostra esse non constituti, tantam vel majorem pecuniam domino Imperatori daremus, quam modo damus pro passionibus consequendis, quas per Dei gratiam consecuti sumus: & si etiam pecuniam non pro manibus haberemus, proprium corpus nostrum Imperatori traderemus, donec pecunia solveretur; antequam quod factum est, relinqueretur imperfectum. In bulla autem domini Imperatoris aurea fert vobis Cancellarius noster prædictam testificationem. Testibus nobis ipsis apud Hagenou decimotertio Kalendas Maii. Accepisti, Lector, ex iis illud etiam, Eliensem Episcopum jam antea ejectum, restitutum fuisse in pristinum ministerium Regis.

Eadem quoque die datæ extant ad Anglos litteræ Henrici Imperatoris his verbis conscriptæ:

Henricus (a) Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, dilectis sibi Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, nobilibus, & omnibus, ad quos præsens pagina pervenerit, in Anglia constitutis, salutem & bonam voluntatem.

Dignum judicavimus, & nostræ celsitudini gloriosum, si universitatem vestram sollicitius inducamus ad ea modis omnibus, quibus potestis, agenda, quæ ad honorem charissimi nostri illustris Re-

gis Richardi domini vestri debeantur, ne devotionis vestrae constantia, & meritum fidei circa ipsius commoda appareat mortuum, sed in suis, & in regni sui obsequio vivere videatur. Sane omnibus, quorum devotio prædicto Regi absenti sincera extiterit & pura, uberes referemus gratiarum actiones; ad universitatis vestrae notitiam devenire volentes, quod Imperatoria sublimitas cum regia ipsius nobilitate in concordia, & bona pace consistit. Unde quæcumque ipsi irrogata fuerint contraria, pariter cum eo nobis parient molestiam & gravamen. Quare ad devotorem suorum, & fidelium honorem & profectum, & turbatorum suorum damnationem & exterminium operam præstabimus semper efficacem, & quia corde & animo uniti sumus, facta Regis vestri, specialiter nostra, & Imperii nostri potestus reputabimus, & gravamina ejus nobis & corona Imperiali illata censebimus, nec ea (Deo concedente) sine ultione, & eorum, qui ea intulerint, gravi damno & destructione transibimus. Datum apud Hagenou decimotertio Kalendas Maii. Junctum his pariter fuit scriptum diploma de conventionione inter eundem Anglorum Regem & Imperatorem hoc titulo:

Forma compositionis (b) inter Henricum Imperatorem, & Richardum Regem Angliæ.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Hæc est forma compositionis inter dominum Imperatorem semper Augustum, & dominum Richardum illustrem Regem Angliæ. Dominus Imperator mittet Nuntios suos cum Nuntio domini Regis, qui Londonias ibunt, & ibi recipient centum millia marcharum puri argenti ad pondus Colonia. Quæ pecunia a Nuntio Imperatoris accepta, & ponderata sigillabitur in presentia Nuntiorum ipsius, & in conductu Regis per regni sui terminos ducetur: ita ut si eam in regno suo perdi contigerit, periculo Regis perdat. Postquam vero ad terminos Imperii venerit dicta pecunia, per Nuntios Regis Nuntio domini Imperatoris presentabitur, qui eam ilico ibi recipient; & si forte in partibus Imperii eam perdi contigerit, pericula Imperatoris perdetur, & Rex in ea non tenebitur, nec obfides sui. Alia quoque quinquaginta millia marcharum argenti dabit Rex Imperatori, & Duci Austria, & pro illis ponet obfides: scilicet domino Imp. pro triginta millibus marcharum sexaginta obfides; Duci vero Austria septem obfides pro viginti marcharum millibus. Solutis ergo centum millibus marcharum, & datis obfidibus Rex libere recedat. Si autem dominus Rex solverit promissionem, quam domino Imperatori de Hæbrico quondam

Henrici Imp. litteræ ad Anglos de concordia in nita cum eorum Rege.

XXII. (b) Idem in Annal. Angl. hoc anno. Forma concordia in nita inter Imp. & Angl. Reg.

CHRISTI
1193.CÆLESTINI III. PAP.
3.HENRICI V. IMP. 3.
ISAACII ANG. IMP. 8.

dam duce Saxonie fecerat, Imperator de quinquaginta millibus marcharum Regem liberum dimittens & absolutum, pro ipso Rege solvet Duci Austrie viginti millia marcharum, & Rex non tenebitur dare Duci Austrie septem obsides, nec Imperatori sexaginta.

XXIII. Cum igitur Rex prædictam promissionem de Henrico quondam Duce Saxonie impleverit, & centum millia marcharum solverit, libere recedet. Præterea Rex fecit jurare in animam suam, quod neptem suam filiam Comitis Britannie tradet nuptus filio Ducis Austrie infra septem menses, postquam liberatus fuerit, & in terram suam redierit, & eam transmittet usque ad introitum Imperii, si eam recipere voluerint; & si noluerint, erit absolutus. Item si promissio de Henrico quondam Duce Saxonie completa non fuerit, quinquaginta millia marcharum, quæ residua sunt, solvantur infra septem menses, postquam Dominus Rex in terram suam redierit. Cum autem Rex liberatus fuerit, & redire voluerit, Imp. dabit ei conductum per terram suam usque ad fines Imperii sui, & in portu illo, ubi mare intrabit, quam diu ibi stabit, donec prospere vento recedat. Præterea ea omnia quæ tam in his, quam in aliis familiaribus litteris, sigillatis sigillis Imperatoris, & Regis, super contractibus, qui inter eos ordinati sunt, uterque pro parte sua rata & firma habebit, & bona fide observabit. Hæc de forma conventionis. Attamen non nisi anno sequenti pridie Nonas Februarii, contigit liberari Regem: nam anno uno, hebdomadis sex & diebus tribus detentum fuisse sub

custodia, Rogerius in Annalibus anno sequenti testatur.

Eodem anno Philippus Rex Francorum duxit uxorem Botildam filiam Regis Daniæ, eandemque cognitam dimisit ob sanguinis propinquitatem, annuentibus Episcopis. Hæc pluribus hoc anno Rogerius. Egit autem pater ejus Rex Daniæ apud Cælestinum Pontificem, ut quam dimiserat, in conjugem reciperet. Scripsit de his Papa ad Regem, sed nihil potuit obtinere: unde ejus successor Innocentio fuit in his plurimum laborandum, ut ejusdem litteræ (a) docent datæ ad Episcopum Parisiensem. Agit de iisdem (b) Neubrigensis, & de commissa tunc causa a Cælestino Episcopis Bellocacensi & Carnotensi.

Quod spectat ad res Orientalis Ecclesiæ, hoc anno Isaacius Angelus Imperator loco amovet Nicetam Mundanum Patriarcham Constantinopolitanum, cum annos sex, atque sex fessisset menses; de quo hæc Nicetas Choniata: Sed hunc quidem hominem natu maximum in sacra sede expirare non passus, invitum expulit, sensum, & delirium, & levitatem causatus. Cum autem diligentius de gubernatore Ecclesiæ cogitaret, Leontium Monachum quemdam, magnum pastorem designat; in populi frequentia pro tribunali iurejurando testatus, eum virum prius ignotum, sibi a Dei Genitrice noctu esse demonstratum, non forma & virtute ejus dumtaxat descripta, sed loco etiam offenso, in quo habitaret. Verum eo quoque Dei homine, priusquam annus elaberetur, repudiato, nihil verecundatus, quod coram tam multis eum ut divinum hominem lau-

XXIV.
Nuptiæ
atque di-
vorium
Regis
Franciæ.

(a) Innoc.
l. 1. ep. 4.
(b) Neubr.
l. 4. c. 24.
& l. 5. c.
14.
XXV.
Nicetas
Mundan-
us Patriarcha
Constant.
abrogatur.

Theodor-
us Balsamon
qualis cog-
nitus.

XXI.
Dositheus
transfer-
tur Con-
stantinop.

X.
Series Pa-
triarcha-
rum Con-
stantinop.

PAGIUS IX. Ad num. XXIV. Philippus Rex (Franciæ), inquit Chronographus Aquicincinus, secundam Philippus Franciæ Rex filiam Danie Regis uxorem accipit, & mox repudiatur. Inquit Chronographus Aquicincinus, secundam Philippus Franciæ Rex filiam Danie Regis uxorem accipit, & mox repudiatur. In die autem Assumptionis ejusdem die dominica, presente VVillemo Archiepiscopo Remensi (Cardinali tit. S. Sabinæ anno MCLXXIX. creato, ut ibidem num. XIII. ostendit Baronius; sed ante annum MCC. Historici de Episcopis aut Archiepiscopis Cardinalibus loquentes plerumque Cardinalatus mentionem non faciunt, indeque factum, ut Historia Cardinalium ante sæculum duodecesimum manca hætenus fuerit, quod observare juvat) Petro Attrebatensi, Joanne Cameracensi, Theobaldo Ambianensi, Lamberto Morinensi, Stephano Tornacensi, & aliis suffraganeis Archiepiscopis, & aliis Francia Principibus assistantibus, Regio diademate coronata est, in totius civitatis gaudio & conspectu. Octogesimo autem & secundo die post has nuptias, quorundam consilio, apud Compendium Rex cum suis Archiepiscopis, Episcopis & Baronibus colloquium habuit. Ibi quidam consurgentes, consanguinitatem inter primam Reginam & secundam juraverunt. Quo juramento Rex accepto, absque ulla dilatione & consilio, dimisit eam. Ingelburge, seu Ingeburga, ab Historicis Gallicis sæpe Gerberga appellata, nun-

quam vero Botildæ, uti eam Baronius Hovedenum secutus nuncupat. Error inde procedit, quod ejus proavia Botilde dicta fuerit. Hæc enim Ingeburga profapia, ut videre est apud Pontanum lib. 6. Rer. Danicarum pag. 288. Ericus cognomento Bonus Botildem Succicam uxorem duxit, quo ex matrimonio natus sanctus Kanutus Lavardus Rex Obotritorum & Dux Sleswicensis de quo an. MCXXXI. actum. Ex Kanuto & Ingeburga Ruthenica genitus VVoldemorus ejus nominis I. Daniæ Rex, & ex eo & Sophia conjugis ortus Kanutus Daniæ Rex hujus nominis III. & Ingeburga Philippo Augusto Galliarum Regi hoc anno nupta. Elizabeth enim seu Isabella prima ejus uxor ab anno MCXC. uti jam diximus, demortua.

Ad num. XXV. & seq. Nicetas Mundanus seu Mundanus Patriarcha Constantinop. non hoc anno, sed superiori Patriarchatu dejectus est, uti anno MCXCI. ostendimus; Nicetæ Mundano successit Leontius Monachus, qui cum hoc anno abdicasset, substitutus ei Dositheus, a Sede Jerosolymorum ad Constantinop. translatus, isque cum anno sequenti etiam abdicasset, successorem habuit Xiphylum Georgium, seu Georgium Xiphylum, ut ibidem exposuimus, & Baronius hoc loco uno tenore refert. Jam Cardinalis doctissimus an. MCLXXXVII. num.

CHRISTI
1193.CÆLESTINI III. PAP.
3.HENRICI V. IMP. 3.
ISAACII ANG. IMP. 8.

laudibus extulisset, mutationem instituit, Jerosolymitanum Dositheum ad œcumenicum Patriarchatum evertitur. Quod cum canones non permittere sciret, Theodorum Balsamonem, magnæ Antiochiæ Episcopum, virum ea ætate jurisconsultissimum astu circumvenit, & in privato colloquio indignationem simulat, quod Ecclesia pius & doctus viris ita destituitur, & monastica virtus ita obsoleverit, atque evanuerit, ut nemo sit, qui universalem sedem, non secus ac Solis irrequietus circumcivit Orbem terrarum, illustret, cœtumque Fidelium quam optime gubernet. Hæc & id genus alia non sine dolore præfatus, subjunxit, olim fuisse sibi in animo, illum ex Antiochena sede in œcumenicam, ut illustrem legalis puritatis lucernam transferre; sed ab ea mutatione veterum canonum & Ecclesiasticarum sanctionum interdicto deterereri. Si vero ipse, ut legum & canonum peritissimus, translationem ut olim, ita nunc quoque habere locum, demonstrare, ac vulgo persuadere possit; se omnino id in lucro deputaturum, eumque (modo liceat) incunctanter designaturum. Hoc modo tractus Theodorus, omnia rata fore affirmavit. Postmodum concilio pontificum in eade sacra indicto, & quæstione illa agitata: translatio statim concessa, & litteris Imperatoris confirmata est: ac Antiochenus, ut ante fuerat, ita mansit Antiochenus.

XXI. Dositheus vero a sede Jerosolymitana Constantinopolim est translatus cum tam frequenti & splendido comitatu, ut haud dubie regum triumphum æquaret. At primarii sacerdotes, ceterique facundia insignes, qui se canonibus temere violatis deceptos videbant, obstupescunt; cum risum diutius perferre non possent, extraordinaria conciliabula & plebis conventicula instituerunt. Alienæ Ecclesiæ occupator ausit Dositheus: secundo honore abrogato, e sede educitur. Imperator ve-

ro ignominiam illam non ferens, omnibus modis adversatur; ac nihil non facit, ut approbata illa translatio valeat. Nec multo post, abrogatione sublata, Dositheumque denuo confirmatum, per hipenniferos satellites, & palatinos proceres in sacram eadem deducit, populi motum veritus. Erat enim Dositheus ob ambitionem, & Imperatoris intempestivam pertinaciam, & parum laudatum sui studium omnibus invisus. Cæterum rursus sede eicitur, eodemque modo, quo canis Aesopicus, & pontificatum, quem tenuerat, amittit (nam alius Jerosolymis electus erat) & majori sede excidit, magno vaforum custode Xiphylino Georgio Patriarcha designato. Hucusque Nicetas Choniata.

Idem quoque (a) auctor sequenti libro narrans de novo tyranno quodam pseudo-Alexio, Imperium nova arte invadente, eum cito pœnas dedisse tradit, occisum dormientem a sacerdote quodam de quo hæc ipse, causas recensens divinæ ultionis in eum: At is quidem, inquit, suorum scelerum has pœnas dedit, tum quod Persas contra Romanos incitavit, & ex his ipsis quotquot ad eum confluerant, popularium suorum sanguine contaminavit: tum quod homo detestandus Chonis meis celebre templum Michaelis Archiducis cœlestium copiarum violavit, Persas in sanctissimum tabernaculum introductis. Nec spectare dubitavit pernicies humani generis, Christi, & Sanctorum imagines calculis variis coloris expressas aboleri, sacros postes securibus, & celibus revelli, & sacrosanctam mensam profanari & humi abiici. Reliqua de Isaacii Imperatoris pavore, ne perleretur, & crudelitate exhibita adversus multos, quos posset habere suspectos de assumenda tyrannide, idem auctor pluribus narrat.

Mil.

sata, in qua ait: In prima septimana Martii, die qui dicitur Mercurii, mortuus est persecutor noster Salahadinus, in cuius morte genti sua factus est timor & perturbatio, & inter filios ejus exorta est ira & dissensio. Quilibet enim illorum, quorum alter est in Halapia, alter in Damasco, quorum alter in Babylonia commoratur, se fratri suo subjectum esse fastidit, sed alter ad dominium alterius & terra ejus potius intendit. Unde veraciter cognoscimus, quod a tempore perditionis Terra, hereditas Christi sic de levi non potuit recuperari. Terra quam tenet Christianitas in treugis, manet fere penitus habitatoribus deserta. Factum anno Domini MCXCIII. in exitu Aprilis.

NOTÆ [1] V. Ide quæ ad annum 1193. 20. adnotavimus. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 1194.

CÆLESTINI PAP. III. ANNUS 4.

HENRICI V. IMP. 4. ISAACII ANG. IMP. 9.

CHRISTI 1194.

CÆLESTINI III. PAP. 4.

HENRICI V. IMP. 4. ISAACII ANG. IMP. 9.

I. Liberatio Richardi Regis Angli.

Millesimus centesimus nonagesimus quartus annus Salutis, Indictione duodecima ordine sequitur, quo Richardus Rex Angliæ liberatus ea, qua tenebatur captivitate, traditus jussu Imperatoris Aleonore matri a duobus Archiepiscopis, Moguntino & Coloniensi, pridie Nonas Februarii. Ita Rogerius in Annalibus Angliæ hoc anno, qui (ut dictum superius) idem tempus captivitatis ejus numerat annum unum, hebdomadas sex, & dies tres, additque ista: Cum Coloniæ pervenisset, ab Archiepiscopo Coloniensi digne exceptus est, qui præ gaudio Missam illam de vinculis Petri celebrari jussit, cujus est introitus ille: Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum, & liberavit me de manu Herodis, &c. Sed audi miranda, quæ auctorem vinculorum Regis, & malorum omnium improbum fuisse dæmonem ostendunt, atque Willelmus (a) Neubrigensis scriptor hujus temporis narrat, agens de quadam apparitione, quam peregrinus perterritus, retulit Episcopo Cenomanensi; remque gestam certis significationibus, quibus licuit, testatam reliquit, & ipse scripsit veri amantissimus auctor his verbis:

(a) Neubr. l. 5. c. 7.

II. Aliud quoque ipso tempore in pago Cenomanensi accidisse fertur, quod eundem Regem Richardum non frustra territum, suæ propensius salutis admonuit. Res pluribus nota est, quam nostræ simpliciter narrationi inserimus, prout nobis viri venerabiles & fide digni tradidere a Cenomanensi Episcopo id ipsum se accepisse protestantes. Vir quidam ex ejusdem Episcopi clientela piæ devotionis instinctu profectus in Hispanias ad memoriam beati Jacobi Apostoli, cum sospitate ad propria, remearet; qui post modicum calore fidei & devotionis fortius ignescens, longe laboriosiori peregrinatione Sepulcrum sancti Dominici voluit. Valde secus

ergo suis, iter opportunè arripuit, & cum forte solus graderetur; repente in ista via obstitit ei quidam enormis corpore, & vultu terribili. Pavescens homo elevata manu, Christianam sumpsit armaturam, nempe signum Crucis. Ille vero tamquam non reputans salutare signaculum: nequaquam, inquit, hoc modo tueri te poteris, quin meus sis. Porro se precipiens adoraveris me, faciam te locupletem & inclytum valde. Ad hæc homo pavorem fiducia superans, cum libertate respondit: Liqueat te esse partis sinistrae, sint tua tibi: nam mihi sufficit omnipotentis Dei largitio, quem solum adoro. Et ille, oportet, inquit, te vel invitum aliquid habere de meo, & proferens tamquam pallium subtilis materiae, jactavit super caput hominis, quod mox tactu igneo capillis exustis, cutem quoque capitis denigravit. Profiliensque hostis hominem periculo anxio per brachium apprehendit. Homo vero, cum tanta perurgeret necessitas, S. Jacobum ex recentis obsequii conscientia fortiter inclamavit. Qui B. Apostolus in specie reverenda manifeste mox affuit & potenti verbo invasorem improbum increpavit. Ut autem homo de manu inimici furentis ereptus, tunc jam auditu perciperet, quorum, ut creditur, audiendorum gratia per voluntatem Dei articulum illum incidit; Apostolus ad nequam illum, dic, inquit, quis sis, vel quid negotii habes? Qui constrictus imperio, demon, inquit, sum generi humano infestus, & mille nocendi artibus instructus. Ego enim grande illud scandalum, & Christianæ possessionis jacturam in Oriente patravi; ego inter Reges Christianos in Terra promissionis, ut nil ab eis ageretur, nec prosperaretur opus Dei in manibus eorum, detestabilem discordiam seminavi; Regem Anglorum a Syria digressum per ministrum nequitie meæ, Ducem scilicet Austriae, captivavi,

apud Spiram die Natalis Domini, qui Sabbato Richardus Rex Angliæ in libertatem restituitur. evenit: & ibi mansit usque ad tempus liberationis suæ, quod statuerat ei Imperator, videlicet a secunda feria post diem Nativitatis Domini in tres septimanas, inquit Hovedenus in part. post. pag. 733. qui paulo post addit: Imperator distulit diem liberationis Regis Angliæ, & alium diem liberationis suæ statuit ei in Purificatione S. Mariæ apud Maguntum, id est, Maguntiam. Tum pag. 734. refert Hovedenus Henricum Imp. cum Magnatibus imperii sui & Richardum Regem Angliæ cum Eleonora matre ejus, & Waltero Rotomagensi Archiepiscopo aliisque convenisse apud Moguntiam in Purificatione B. Mariæ, & Imperatorem voluisse a pacto resilire propter cupiditatem pecuniæ, quam Rex Franciæ, & Comes Joannes (Richardus Regis frater & inimicus) ei obtulerant. Tandem da-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6687. SÆC. XII. An. Eræ Hæp. M. CCXXX. II. An. Hægiræ D. XCI. inchoato die 16. Decemb. fer. 6. An. C. 1194.

© 27. B. D 17. P. 10. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 1194.

CÆLESTINI III. PAPÆ 4.

HENRICI VI. REG. 5. IMP. 4.

ISAACII ANGELI IMP. 10.

Num. I. ad IV. Anno gratiæ MCXCIV. qui erat secundus annus captivitatis Richardi Regis Angliæ, idem Richardus fuit adhuc in captivitate Henrici Romanorum Imp. in Alemannia

vi, multimodum exinde malorum occasionem regnis Christianis concinnans: eundem quoque Regem de captivitate propria revertentem comitatus, in partibus istis nunc consisto, cubili Regis tamquam familiaris minister frequenter assisto, & circa thesauros ejus apud Chinonem repositos pervigili cautela observo. His dictis, malignus disparuit. Apostolus etiam confortato homine, in suæ claritatis secretum recepit. Homo vero ad urbem Cenomanensem mature reversus, Episcopo, urbisque prudentibus cuncta per ordinem replicavit, & in argumentum fidei caput depilatum, & brachium manus pestiferae contactu ustulatum indicavit. Quibus actis, post dies aliquot propositum iter repetiit, nec latuit hoc Regem Richardum. Qui nimirum ejus, qui tangit montes, & fumigant, timore compunctus, salubrioris instinctu consilii cubiculum suum, ut accepimus, de cætero castius esse voluit, & de thesauris suis largiores indigentibus elemosynas erogare. Hæc Neubrigensis.

III. In excommunicationem Ducem divina ultio.

Sed ad ea, quæ adversus Leopoldum eo tempore excommunicationis Cælestini Pontificis provenerunt, convertamus orationem, de quibus ista Rogerius in Annalibus Angliæ: Eodem anno cum Leopoldus Dux Austriae adhuc permaneret in sententia excommunicationis, quam dominus Papa in eum tulerat propter captivum Richardi Regis Angliæ, nec pœniteret: flagellavit Dominus terram suam in hunc modum. In primis quidem incensa sunt omnes civitates terræ suæ, nec alicui nota fuit causa incendii. Secundo ex inundatione Dinubii fluvii submersa est quadam terra adjacens, in qua decem millia hominum, vel eo amplius perierunt. Tertio, cum in media æstate solvat, & debeat omnis terra virere, tota terra ejus tunc temporis contra solum & debitum cursum exaruit. Quarto, cum semina frugum deberent in herbam processisse, in vermes conversa sunt. Quinto nobiliores terra suæ mortalitate percussi sunt. Et quamvis tot & tantis flagellasset Dominus terram suam plagis: noluit tamen pœnitere, sed induratum est eor ejus adeo quod ipse juravit, quod omnes obsides Regis Angliæ, quos ipse habebat, capitalem subirent sententiam, nisi in proximo perficerentur ei a Rege Angliæ omnes conventiones, quas cum illo fecerat. Unde factum est, quod Balduin. Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS datis obsidibus de residuo pecuniæ redemptionis suæ Maguntinus & Coloniensis Archiepiscopi tradiderunt eum in manu Alienor matris suæ liberum & quietum ex parte Imperatoris, pridie Nonas Februarii, feria sexta, die Ægyptiaca, quam moderni diem malam vocant; & sic in die mala liberavit eum Dominus. Post aliqua interposita subjungit Hovedenus; Rex Angliæ

nus de Bctun, qui unus erat ex illis, qui dati fuerant Duci Austriae pro redemptione Regis Angliæ obsides, ex communi obsidum consilio missus est ad Regem Angliæ, ad indicandum ei Ducis propositum. Qui cum venisset, miserius illorum Rex, tradidit ei Rex sororem Arthuri Ducis Britannia, & filiam Imperatoris Cypri, ad ducendum eas usque ad Ducem Austriae, sororem scilicet Arthuri ad maritandam filio Ducis Austriae, & filiam Imperatoris de Cypri tradendam in manu Ducis Austriae quietam. Sed quæ hæc secuta sint, suo loco dicetur anno sequenti. Tractans hæc etiam (a) Neubrigensis, ait, Ducem derisisse summi Pontificis anathema: quod divina ultio est consecuta tanta potentia, ut Catholico innotuerit Orbi, & in memoriam manaverit posterorum, quanta sit vis Petri gladii ferientis, si iusta causa a potestate habente vibretur. Sed jam reliquas Cælestini Papæ anni hujus res gestas prosequamur.

(a) Neubr. l. 5. c. 6a.

Cum enim ad Sedem Apostolicam multiplices accusationes deferrentur adversus fratrem Regis Angliæ Gaufridum, Archiepiscopum Eboracensem: Cælestini Papa justitiæ amantissimus, judici incorruptissimo causam in Angliæ cognoscendam delegavit, sancto scilicet Hugoni probatæ virtutis Lincolnensi Episcopo, de quo plura superius: addidit collegas sanctæ conversationis viros, de quibus omnibus habet ista Rogerius in Annalibus anno isto his verbis:

IV. Cælest. Pap. delegat causam Eborac. Archiep.

Eodem anno mense Januarii, die Dominica proxima post octavas Epiphaniæ venerunt Eboracum Hugo Lincolnensis Episcopus, & magister Voinemerus Archidiaconus de Northampton, & Hugo Prior de Ponte sacro: quibus dominus Papa Cælestinus commiserat inquisitionem faciendam de excessibus Gaufridi Eboracensis Archiepiscopi, in quibus accusabatur a Canonicis suis Eboracensibus coram domino Papa & Cardinalibus; & processerunt secundum domini Papæ mandatum, quod ipsi susceperunt in hac forma:

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Lincolnensi Episcopo, & dilectis filiis Archidiaconis de Northampton, & Priori de Ponte sacro salutem.

V. Litteræ Apostolicæ in causa Eborac. Archiep.

Mediator Dei & hominum Dominus Jesus Christus, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, totius Ecclesiæ R r r r di-

fuit in captione Imperatoris per spatium unius anni, & sex hebdomadarum, & trium dierum; scilicet a die XX. mensis Decemb. anni MCXCII. usque ad diem quartum mensis Februarii currentis anni.

A num. IV. ad XVII. Cælestinus III. de pietate & sapientia Sancti Hugonis Lincolnensis Episcopi certus, si & duobus aliis commisit in-

II.

* Pro-
prium

VI.
Accusa-
tiones in
Archiep.
Eborac.

discipline caput & magisterium sacrosan-
ctæ Romanæ Ecclesiæ voluit reservari,
& omnes alias ipsius ordinationi & cor-
rectioni subesse: ita quod concessa ei spe-
cialiter plenitudine potestatis, ejus etiam
* sit ceterarum excessus corrigere, & quod
laudabiliter agitur, auctoritate Aposto-
lici culminis approbare. Unde nos (quia
ad ejus regimen divina sumus dispositio-
ne assumpti) ea volumus fratres & Coe-
piscopus nostros cautela & discretionem di-
ligere, ne videamur affectum & familia-
ritatem eorum vocacionis nostræ officio
anteferre; præsertim cum habeat suos fi-
nes dilectio, qua quisque tenetur ad ho-
minem, non ad hominis errorem diligen-
dum.

Sane ad audientiam nostram ex perso-
narum, & Capituli Eboracensis Ecclesiæ
insinuatione pervenit, & id ipsum dile-
ctorum filiorum nostrorum Roberti Eborac-
ensis, & Rogeri de Selebi, & aliorum,
undecim Abbatum Præmonstratensis Ordini-
nis testimonia manifeste declarare viden-
tur, quod venerabilis frater noster Gau-
fridus Eboracensis Archiepiscopus sacra-
menta injuncti sibi officii vilipendens, ve-
natione, aucupio, & aliis militaribus
curis inutiliter occupatus, ordinationi
clericorum, Ecclesiarum dedicationibus,
aut Synodis celebrandis, nec manum,
nec operam post sui promotionem adhi-
bit; nec Abbatem aliquem benedixit,
licet tam contra clericos, quam Abbates
ad maledicendum & excommunicandum lin-
guam consuevit juxta motum proprium in-
discrete relaxare: libertates Ecclesiæ suæ
ac consuetudines approbatas evacuat &
subvertit; appellationes, quæ solent esse
ad remedium oppressorum, ad Romanæ
Sedis injuriam reduxit in contemptum;
plures pro eo, quod ad nos appellationes
emiserant, vinculis fecit carceribus ve-
hementer astringi; personas Ecclesiæ suæ
post appellationem ad nos factam, hono-
ribus & beneficiis spoliavit; quosdam Ca-
nonicorum, appellatione contempta, ex-
communicationi subjecit; privilegia Ro-
manorum Pontificum in ejus præsentia om-
nino auctoritate frustrantur: & qui for-
te alias tutus esset in ostensione privile-
gii nostri, optati coram eo beneficium.

PAGIUS inquisitionem faciendam de excessibus *Gaufredi Floret* S. Eboracensis Archiep. ut videre est apud Baronium, qui ad hanc accusationem spectantia in medium producit. Anno MCLXXXVI. num. XVII. & seqq. varia de eo habet ex Auctore anonymo, qui vitam ejus a Surio ad diem XV. 1. Novemb. recitatum scripsit, putatque illum ejus æqualem esse. Scribit Anonymus Hugonem genere Burgundum & Priorem Cartusienfis Ordinis in Anglia consecratum esse illo Christi anno Episcopum Lincolniensem in festo Sancti Matthæi; cui ea in re Matthæus Paris consentit. Giraldus Cambrensis apud War-

præsidii demeretur. Cum contingit aliquem ad subtractam sibi Ecclesiam, ut possessionem, per judices delegatos auctoritate nostra restitui: eum, per quem debuerat judicium executioni mandari, statim sentiet inimicum. Plures enim taliter restitutos destituit, & Ecclesias per ministros suos violenter aggrediens, fores Ecclesiarum fregisse, & eos proponitur per violentiam expulisse. Quamplures etiam reatum perjurii fecit perniciose incurrere, ipsos ab obedientia, quam Archidiaconis suis canonice servandam juramento promiserant, quadam necessitatis violentia retrahendo. Præterea majorem Ecclesiam cum multitudine armatorum aggrediens, fores Capituli per violentiam confringi, & asportari fecit, & bona Canonicorum, & aliorum plurium, qui res suas tam in Ecclesia, quam in thesauraria deposuerant, fecit per violentiam detineri. Pro quibus omnibus Eboracense Capitulum ad nostram audientiam appellavit.

Comperimus etiam ex testimonio prædictorum, quod Ecclesiis quandoque vacantibus, præsentatas sibi ab his, ad quos præsentatio pertinet, personas idoneas non admittit; sed eas aut pueris, aut minus honestis personis assignat, usus pariter præsentantis & instituentis officio: aut facit eas ex sola voluntate vacare, ut earum fructus ipsius usibus applicentur, & quod sustentationi alicujus clerici honesti debebatur, sibi non metuit retinere. Adjecerunt etiam, quod cum spiritualia dona gratis debeant, & sine pravitate distribui frequenter cum donat Ecclesiam, aut eam scindit per partes contra statuta Ecclesiæ canonica, aut in ea novam & indebitam retinet pensionem; & quam plures excommunicatos, vel suspensos non nisi pecunia interveniente absolvit. Religiosi vero viri & honesti in conspectu ejus despecti & contemptibiles sunt; viles & suspectæ personæ de facili familiaritatem ejus & gratiam assequuntur. Unde si sic vivitur, & in talibus fuerit conversatio sua, timendum est, ne regi sibi commisso potius sit lapis offensionis, & scandali petra, quam eruditionis exemplum, vel contra spirituales nequittas solatium, aut tutela.

Quia

tonum in Anglia Sacra part. II. de Vitis Episcoporum Lincolnienfium cap. 26. qui eo vivente Opus illud edidit, de Hugone inter alia literis mandavit: Personas egregias, litteratura & honestate præclaras, per regni amplitudinem, quasi studio quodam ad hoc electas, fideles Ecclesiæ suæ columnas erexit; non sanguinem imprimis ut ceteri; non sobolem carnaliter sapiens, sed duce spiritu ac ratione prævia literas potius & merita pensans. Item cupiditatis omnis & ambitionis expertus, ab omni munere subceptorum gravamine & exactione potenter manus excutens, adeo simonia laqueos, quibus cuncti ho-

VII.

VIII.
Delegatio
causæ E-
borac.
Archiep.

Quia igitur, quæ præmissa sunt, sollicitudinem inquisitionis exposcunt, discretioni vestræ, de qua plene confidimus, inquisitionem horum duximus committendam per Apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus ad Eboracensem Ecclesiam accedatis, & convocatis Aobatibus, & Prioribus, & aliis Ecclesiasticis personis Eboracensis diocesis, diligentius inquiratis, utrum Eboracensem Ecclesiam & provinciam tam inutiliter & perniciose tractavit; & si super præmissis legitimi accusatores apparuerint, audiatis, quæ contra præfatum Archiepiscopum duxerint proponenda; & eis diligenter auditis & cognitis, attestaciones sub sigillis vestris inclusas nobis transmittere procuretis, assignantes partibus terminum competentem, quo sufficienter instructæ ad Apostolicam Sedem accedant, quod canonicum est, ibi dante Domino, receptura. Si vero accusatores defecerint, & fama publica fuerit contra ipsum: ei purificationem cum tribus Episcopis, & totidem Abbatibus auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, indicatis. In qua si forte defecerit, ipsum ab Archiepiscopali officio & administratione suspensum Apostolico conspectui faciatis præsentari, ut auctore Domino, ibi plenius doceatur, qualiter eum, & sibi consimiles in domo Dei oporteat ministrare. Si vero idem Archiepiscopus aliquid contra eos duxerit proponendum; illud nihilominus audiatis, & ad nos sub sigillis vestris transmittatis inclusum; ut super his, quod canonicum fuerit, statuatur. Sane si dictus Archiepiscopus in elusionem mandati nostri, antequam citatio vestra ad eum perveniat, appellationem interposuerit, vel iter arripuerit ad Sedem Apostolicam veniendi: vos ei terminum trium mensium statuatis, infra quem se debeat in propria persona nostro conspectui præsentare. Quod si non fecerit, vos eum ex tunc ab omni pontificali officio & Archiepiscopatus administratione denuntietis auctoritate nostra, remota appellatione, suspensum. Quod si omnes his exequendis interesse.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

die fere Majores irretiuntur, exhorruit; ad sponte oblata plerumque donaria, ne sinistra suspitionis ulla suboriri nota videret, ex consuetudine recusaret, etiam ad antidota teneri, & vel mentaliter ac naturaliter obligari plurimum cavens.

III.
Annus
mortis e-
jus ac ca-
noniza-
tionis.

Sed quid per singula curro? Tot bonitatis & probitatis ejusdem, tot virtutibus & honestatis indicia tam insignis enituit, ut tanquam unica suis diebus Anglicana Ecclesiæ columna, singulareque speculum divina (legendum divini) repercussione luminis elucescens, & propemodum in omnibus non petere exemplum, sed dare dignus existens, inter Lincolnienfes Antistes usque ad sua jam tempora post Beatum Remigium merito primus & præcipuus, si principio finis asserferit, habetur. Utinam ergo talarem

nequiveritis, duo vestrum nihilominus ea exequantur. Datum Romæ apud S. Petrum sexto Idus Junii, Pontificatus nostri anno quarto, cœpto anno superiori, quo & datæ sunt litteræ.

Post hæc autem ad minuendas & infirmandas vires Eboracensis Archiepiscopi, suscitavit & exaltavit contra eum, Cælestinus Papa æmulum ejus Archiepiscopum Cantuariensem, creans eum Legatum in Anglia, cui & has litteras dedit:

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Huberto Cantuariensi Archiepiscopo, Apostolicæ sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem.

Sinceritas devotionis & fidei consueta, quam Anglicana semper Ecclesiæ circa sacrosanctam Romanam Ecclesiam servavit, in tua (sicut bene confidimus) providentia & virtute refloret, & placidi fervoris accipit acceptabile incrementum. Talis enim ad Romanam Ecclesiam tuæ fraternitatis emanavit opinio, quæ in tuæ honestatis odore nos recreat, & constantiæ, quam habes, vigore confortat: ita ut confidentiam, quam de tua probitate concepimus in nostro jam apertius opere declarem. Supplicante itaque charissimo in Christo filio nostro Richardo illustri Rege Anglorum, & universis Suffraganeis Cantuariensis Ecclesiæ, ut Anglicana Ecclesiæ Legatum Apostolicæ Sedis pro suis & regni profectibus obtineret: eum pro devotione, quam ad Cantuariensem Ecclesiam pro meritis illius gloriosæ Martyris habemus; tum pro tuæ probitatis & honestatis intuitu, eorum precibus assensum præstitimus, & favorem, maxime, quia multum credimus Ecclesiæ, & regni utilitatibus expedire, si talem in ministerio supradicto regio illa recipiat, qualem prædicti Regis, & eorum instantia de conversationis merito, & fidei devotione commendat. Ideoque nos ad honorem Dei, & Cantuariensis Ecclesiæ salutem & pacem, per totum regnum Angliæ (non obstante exceptione, vel privilegio

R r r r 2

IX.

Cælestin.
Pap. con-
stituit Le-
gatum
Archiep.
Cant.

* sacra-
mentum

indutus tunicam, qua tam laudabiliter inchoavit, felici fine concludat, & in anteriora se constanter extendens, & non respiciens, operam adhibeat, opemque divinam ad hoc exposcat, quatinus vita commendabilis cursus primo ne medium, medio ne discrepat inum. Hæc Giraldus testis oculatus de Sancto Hugone, qui ut videre est apud Spondanum anno MCC. ad Deum migravit, ut etiam habent Matthæus Paris & Bromptonus in Chon. Hovedenus pagina 811. non tantum annum; sed etiam diem ac feriam, quibus mortuus est, expressit, & ad annum MCC. scripsit: Mense Novembris XVI. Kalend. Decembris feria V. obiit Hugo Lincolnienfis Episcopus Londoniæ. Addit corpus ejus IX. Kal. Decemb. Lincolnii delatum esse ibidem tumulandum. Nomen ejus Marty-

CHRISTI
1194.CÆLESTINI III. PAP.
4.HENRICI V. IMP. 4.
ISAACII ANG. IMP. 9.

Venerabili fratri nostro Gaufrido Eboracensi Archiepiscopo, aut Ecclesie suae, vel alii facto) officium tibi legationis concedimus, per Apostolica scripta mandantes, quatenus illam cum fraternae obedientiae humilitate suscipias, & secundum datam tibi caelitus facultatem ad emendandum, ea quae necesse est emendari, & ad statuenda quae fuerint statuenda, debitae diligentiae manum auctoritate ipsius legationis apponas; ita nimirum in omnibus reverentiam matris tuae Romanae Ecclesiae prompta devotione custodieris, ut eam de profectu ministerii, quod tibi lata commisit, tuis etiam facias operibus laetorem. Datum Laterani decimoquinto Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto. Pergit Rogerius: Praeterea Caecilius Papa praedictus scripsit in hac forma Gaufrido Eboracensi Archiepiscopo, & universis Episcopis, & Abbatibus, & Prioribus, & aliis Ecclesiarum Praelatis per regnum Angliae constitutis:

X. De eadem Legatione Papae Litterae ad Episc. Angli.

Caecilius Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus in Christo Eboracensi Archiepiscopo, & universis Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, & Prioribus & aliis Ecclesiarum Praelatis per regnum Angliae constitutis salutem & Apostolicam benedictionem.

Divinae sapientiae inscrutabilis altitudo sacrosanctam Ecclesiam in hujus mundi latitudine stabilivit, & ita regimen & gubernationem in ipsius inimitabili provisione esse voluit, ut ad eam salubriter gubernandam plures assumerentur in partem sollicitudinis, quamvis pro unitatis Ecclesiasticae firmitate Romana Ecclesia acceperit plenitudinem potestatis. Voluit enim, ut secundum quod Ecclesiam alloquitur in Prophetia, (a) pro patribus ejus filii nascerentur, qui super omnem terram Principes constituti, virtutum meritis, & verbo doctrinae rudes ad fidem proventus ad justitiam erudirent. Unde sacrosancta Romana Ecclesia, cui Dominus super caeteras contulit Ecclesiae magistratum, pium ad alias materna provisione respectum providit ab initio, & laudabili haecenus consuetudine custodivit, ut de diversis mundi partibus ad earum ministerium implendum viros prudentes assumeret, quorum auctoritas & doctrina sub Romani Pontificis moderamine constituta,

quod ipse non poterat, procul distantibus Ecclesiis ministraret. Unde nos, qui licet insufficientibus meritis in sublimi sumus ejusdem specula constituti, Patrum nostrorum vestigiis inherentes, ita intendimus cum Dei adiutorio injunctum nobis ministerium circa proximas Ecclesias gerere, ut his, a quibus etiam positione distamus, opportuna debeat providentia non deesse. Specialiter autem ad praesens Anglicanam Ecclesiam paternae considerationis acie intuentes, ad salutem ipsius, & specialis in Christo profectus, communi consilio fratrum nostrorum decernimus, ut venerabilis frater noster Hubertus Cantuariensis Archiepiscopus, de cuius meritis & virtute, sapientia pariter & doctrina Ecclesia universalis congaudet, ministerio legationis accepto, vices nostras ad honorem Ecclesiae, & totius regni salutem & pacem, per totum regnum Angliae (non obstante exceptione, vel privilegio tibi, aut Ecclesiae tuae, frater Archiepiscopo, vel alii facto) libere exequatur. Praesentium itaque auctoritate universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus eidem tamquam Apostolicae Sedis Legato reverentiam exhibeatis debitam, & honorem, atque ejus salubria monita & mandata recipiatis humiliter, & servetis, quae auctoritate legationis, qua fungitur, secundum Dominum duxerit statuenda firmiter observantes. Datum Laterani decimoquinto Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto. Pergit Rogerius:

XI. Harum igitur auctoritate litterarum praedictus Cantuariensis Archiepiscopus Apostolicae Sedis Legatus misit Eboracum Petrum Priorem de Bineham in Northfolc, & magistrum Gervasium cum litteris domini Papae & suis ad Canonicos Eboraci, & ad officiales Eboracensis Archiepiscopi, mandans eis, se illuc ex auctoritate legationis suae in proximo venturum, ad emendandum ea, quae sunt emendanda, & ad statuendum ea, quae secundum Dominum forent statuenda: & praecipit eis, ut ipsi convocato Clero exhiberent ei tamquam Apostolicae Sedis Legato reverentiam debitam, & honorem; adjungens, se jam sententiam excommunicationis dedisse in omnes, qui in hac parte mandato Domini Papae contradicerent. Et super hoc mi-

Erant autem Dominica dies Ascensionis & dies Sancti Joannis ante portam Latinam concurrentes, cum vir Sanctus tanquam una cum Domino calor ascendit, ideoque anno MXCII. ut Simeon Dunelmensis de Gestis Reg. Angli. & Hovedenus pag. 463. observant, Sancti Praefulis mors contigit: Hugo vero anno MGCKX. ab Honorio III. inter Sanctos relatus, ut videre est apud Raynaldum eo anno.

PAGIUS tyrologio Romano ad diem XVII. mensis Novemb. inscriptum. Quoad vero Beatum Remigium cuius ibidem meminit Giraldus, is ejus vitam composuit, ibidem pag. 412. & seqq. legendam. Remigius Sedem suam Cathedrali a loco nimis incongruo & obscuro ad urbem praefaram & locum competentem, scilicet Lintolniam, transferri curavit, & quasi Martinus alter tam proprias quam Ecclesiae suae facultates plerumque pauperibus largitus est;

CHRISTI
1194.CÆLESTINI III. PAP.
4.HENRICI V. IMP. 4.
ISAACII ANG. IMP. 9.

misit litteras suas patentes Simoni Eboracensi Decano, ut si quos ipse inveniret haec domini Papae mandato rebelles, denuntiaret excommunicatos. Unde factum est, quod tam Canonici, quam officiales Archiepiscopi Eboracensis responderunt Nuntiis Legati, quod cum reciperent tamquam Apostolicae Sedis Legatum, sed non tamquam Archiepiscopum Cantuariensem, nec tamquam Primatem. Venit igitur Legatus ille Eboracum Die Dominica, festo sancti Barnabae Apostoli, & cum solemnibus processione susceptus est a Clero, & introductus in Ecclesiam sedis Cathedralis. Sequenti die Lunae fecit ipse teneri assisas de omnibus placitis coronae Regis, & de nova dissaisina, & de morte antecessorum per ministros suos: ipse vero, & officiales sui tenuerunt placita Christianitatis. In sequenti die feria tertia perrexit Legatus ille ad Abbatiam sanctae Mariae Eboraci, & ibi receptus est ab ejusdem Ecclesiae monachis cum solemnibus processione. Deinde intravit Capitulum monachorum, & conquerentibus monachis, quod Robertus Abbas eorum propter debilitatem, & corporis sui aegritudinem domi suae prodesse non potuit, deposuit eum a cura pastoralis, & ab administratione domus reclamantem, & ad summum Pontificem appellantem. Sed qui per Concilium tunc ab eo collectum constituti sunt canones duodecim, idem auctor ita recenset:

XII. Concil. Eborac. Canones.

Cum inter caetera Ecclesiae sacramenta hostia salutaris praemineat, tanto impensior circa eam debet existere devotio sacerdotum, ut cum humilitate conficiatur, cum timore sumatur, cum reverentia dispensetur, & minister altaris sit certus, quod panis, & vinum, & aqua in sacrificio ponantur, nec sine ministro litterato celebretur. Provideatur etiam ut in pyxide munda & honesta hostia reservetur singulisque Dominicis diebus renovetur. Quoties autem communio exhibenda est infirmis, sacerdos in propria persona hostiam in habitu clericali tanto sacramento convenienti deferat, lumine praecedente, nisi aeris intemperies, vel viarum difficultas, vel alia ratio praepedi-

Quia secretum Missae frequenter invenitur aut scriptorum falsitate, aut librorum vetustate corruptum, ita ut legi distincte non possit: Archidiaconorum sollicitudo provideat, ut in singulis Ecclesiis ad verum & probatum exemplar canon Missae cum omni diligentia corrigatur.

Prohibemus etiam, ne sacerdos laico ad poenitentiam venienti obtentu cupiditatis injungat, ut Missas faciat celebrari. Et illud etiam decrevimus prohibendum, ne sacerdos aliquis pro celebratione Missarum pretio constituto pactum ineat; sed

boc dumtaxat, quod offerretur in Missa recipiat.

Statuimus, ne in baptisate plures quam tres suscipiant puerum de sacro fonte; masculum duo maros & una mulier; feminam duae feminae, & unus mas. Ubi autem puer, cujus baptisma ignoratur, reperitur expositus, sive cum sale, sive sine sale reperitur, baptizetur, cum non intelligatur iteratum, quod nescitur fuisse collatum. Decrevimus etiam, ut non nisi summa & gravi urgente necessitate, diaconus baptizet, vel corpus Christi cuiquam erogat, vel poenitentiam confitenti imponat, ut juxta paternorum tenorem canonum huic ordini sacerdotali proprie convenire decernit antiquitas. Sub eodem tenore constitutionis adiciimus, ut quoties sacerdos ad puerum baptizandum vel infirmum communicandum invitatur, moras innectere non praesumat.

Cum in domo orationis quae domus Dei nuncupatur, nihil debeat esse indecent, nihil inordinatum: praecipimus ut persona, & Vicarii Ecclesiarum studeant providere secundum competentes eis pensiones, prout ratio dicitur, & consuetudo approbata postulat, quatenus Ecclesiae, quae reparatione indigent, reparentur. Item cum ornamentis ministerio congruis ministraretur. Item cum calice argenteo, ubi facultas suppetit, sacramentum Eucharistiae conficiatur. Huic ordinationi terminum praefiximus ab initio nostrae legationis in annum. Quod si haec medio tempore executioni mandata non fuerint, decrevimus, ut ante elapsum terminum decem Ecclesiarum redditibus dispositio nostra plenum sortiatur effectum.

Statuimus etiam, ut clerici, qui ab Episcopo coronam susceperunt, tonsuram habeant & coronam: quam si habere contempserint, ad hoc beneficiorum, si quae habeant, privatione, cogantur; qui vero beneficia non habent, per Archidiaconum vel Decanos tondeantur invitati. Praecipimus etiam, ut sacerdotes non in capis manicatis incedant, sed in vestibus suo ordini congruis: ut sicut ceteris dignitate praeminent, sic plenius & formam, & exemplum exhibeant honestatis.

Cum (a) Scriptura beatum esse eum te- (a) If. 33. stetur, qui manus suas executit ab omni munere: diligenti studio providendum est, ut gratis exhibeatur justitia, nec pro ea in causis Ecclesiasticis facienda, vel adimenda, sive acceleranda, vel differenda, quidquam pretii praesumat accipere, ut ei fructum justitiae suae tempore opportuno retribuatur justus Judex.

Cum decimo sint tributa egentium annuarum, & ex praecipito Domini dari debeant: non est reddentis eas diminuerent. Statuimus itaque, ut de his, quae renovantur per annum cum omni integritate de-

XIII.

XIV.

CHRISTI
1194.

CÆLESTINI III. PAP.
4.

HENRICI V. IMP. 4.
ISAACII ANG. IMP. 9.

CHRISTI
1194.

CÆLESTINI III. PAP.
4.

HENRICI V. IMP. 4.
ISAACII ANG. IMP. 9.

decimæ debitæ & consuetæ conferantur: ita ut in primis decimæ absque ulla diminutione Ecclesie dentur: postmodum de novem partibus mercedes messorum, & aliorum servientium pro arbitrio solvendis tribuantur.

Exigit professio religiosæ sanctitatis, ut monachi, & Canonici regulares, & moniales religiose & regulariter conserventur. Ut ergo eis adimatur opportunitas evagandi: prohibemus, ne redditus, quos obedientibus vocant, ad firmam teneant, nec iter peregrinationis arripiant, nec extra monasteria sine certa & rationabili causa, nec absque societate, cujus certa sit honestas & indubitata, proficiantur. De monialibus autem id specialiter adii-cimus, ut absque societate Abbatis, & vel Priorissæ ambitum monasterii non egrediantur.

Adi-cimus etiam prohibentes, ne laicus aliquis Ecclesiam, vel decimas ad firmam recipiat, sive solus, sive clerico sociatus, ut calumniatorum improbitas, & temere jurantium malitia timore cælestis iudicii retundatur.

Præcipimus, ut quilibet sacerdos de cætero ter in anno solemniter accensis candelis, pulsatisque campanis eos excommunicet, qui in recognitionibus, aliisve testimoniis scienter & sponte pejerabunt; & eos qui malitiose alios facient pejerare; eosque singulis Dominicis diebus excommunicatos denuntiet, ut crebra maledictionis iteratio eos a sua iniquitate retrahat, quos accusatio propriæ conscientie non deterret. Si vero de perjurio pœniteant: ad Archiepiscopum, vel Episcopum, vel generalem diocesis confessorum, absente Archiepiscopo, vel Episcopo, transmittantur, ab eo pœnitentiam suscepturi: in extremis vero laborantibus insinuanda non est imponenda pœnitentia, eisque firmiter injungatur, ut si vixerint, Archiepiscopum, vel Episcopum, vel generalem diocesis confessorum, absente Archiepiscopo, vel Episcopo, adeant, ut eis pœnitentia competens imponatur.

Quia sermo Domini (a) est: Sacerdos meus si deliquerit, delinquere faciet populum meum, & (b) Ruina populi sacerdos nequam est: exigit tanti ordinis excellentia, ut a publicis potationibus, & tabernis sacerdotes abstineant, & qui voto continentie sunt astricti, nequaquam

ad actus turpitudinis se relaxent. Prohibemus igitur, ne focarias habeant in domibus suis, nec ad ejectas in nostræ constitutionis fraudem accessum in domibus alienis. Si vero in turpitudine sua persistierint, & hoc Decani dissimulantes ad notitiam Prælatorum suorum non detulerint, ab officio suspendantur. Qui vero zelo Dei accensi Prælati nuntiaverint excessus eorum, divina benedictionis gratiam consequantur. Pœna autem eorum, qui publice focarias tenent, hæc erit, ut tanquam infames, ab aliorum accusatione, & a testimonio repellantur. Si vero nec hujus pœnæ metu respuerint, ab officio & beneficio se noverint suspendendos. Suspectus de crimine per famam communem, vel verisimilia indicia, per Decanum loci admonetur familiariter semel, secundo, & tertio, ut se corrigat. Quod si non fecerit, Decanus adjunctis sibi duobus, vel tribus, penes quos ejus fama laborat, eum corripit. Si nec sic videatur corrigi, dicatur Ecclesie, scilicet, arguatur in Capitulo, ut convectus vel confessus canonice puniatur: infanti, si convinci non poterit, canonica purgatio indicatur: ita quod numerum duode-narium non excedat. Infra numerum plures, paucioresve poterunt recipi secundum statum personæ, & quantitatem, sive qualitatem infamie, pro arbitrio iudicantis. Et statim primo die, quo paratus est is, qui infamia laborat, se purgare, purgatio admittatur, ne metu vexationis ex dilationibus contingentis, pecunia extorqueatur. Hoc & supradicta statuimus, salva in omnibus sacrosanctæ Romanæ Sedis auctoritate & dignitate. Hactenus canones duodecim Eboracensis Concilii.

Hoc eodem anno a (c) Cælestino Romano Pontifice relatus est inter Sanctos cultu publico celebrandus in Ecclesia, Catholica Sanctus Berwardus Hildensheimensis Episcopus, translatumque corpus est ipsius in Ecclesiam S. Mariæ solemniter. Descripta sunt cuncta, quæ tunc fieri contigerunt, ab auctore ejus sæculi, qui & in fine ejusmodi chronographia multiplici ratione deducta, ita reliquit ejus tempus optime consignatum: Facta autem est hæc translatio non sine virtute signorum a domino Bernone Episcopo, anno præsulatus ejus septimo, anno

virtute signorum, a domino Bernone Episcopo anno Præsulatus ejus VII. anno Verbi incarnati MCLXXXIV. (legendum, MCXCIV. ut Baronius locum illum correxit) Roma presidente D. Papa Cælestino, Pontificatus ipsius anno IV. Henrico vero Imp. anno regni ejusdem a morte patris, qui in peregrinatione Jerosolymitana gloriose obiit, septimo (legendum IV.) imperii vero quarto, anno quoque depositionis Sancti memorati CLXXXVIII. sed cum Sanctus Bernwardus

XVII.
(c) Arn.
Lubec. l.
4. c. 23.

* f. fol-
ventis
XV.

XVI.
(a) Levit.
(b) Os. 9.

PAGIUS Ad num. XVII. Hoc anno ad petitionem Theodorici Abbatis Sancti Michaelis Archangeli apud Hildensheimium Bernwardus Hildensheimensis Ecclesia quondam Episcopus, canobii vero B. Michaelis Archangeli primus fundator relatus est in numerus Sanctorum, ejusque Reliquiæ translata, uti narrat Arnoldus lib. 4. cap. 23. & ex eo Baronius. Sed quia Arnoldi locus a Librariis corruptus fuit, hic emendandus: Facta est hæc Translatio, non sine

no Verbi incarnati MCXCIV. Roma presidente domino Papa Cælestino, Pontificatus ipsius anno quarto: Henrico vero imperante, regni ejusdem a morte patris qui in peregrinatione Jerosolymitana gloriose obiit, anno septimo, Imperii vero quarto: ab anno quoque a depositione Sancti memorati septimo, ab anno Salutis, quo obiit, MCLXXXVII. & laudatur & glorificatur nomen Domini nostri JESU Christi a populis omnium nationum qui ita in suis Sanctis nostris in temporibus magnificari voluit. Cujus regnum & imperium sine fine permanet in sæcula sæculorum. Extant ejus res gestæ typis (a) excusæ.

Sed convertamus ad postremum oculos ad Siculorum clades. Hos enim (ut tunc scriptum habet Chronicon Fossæ novæ) deceptos promissionibus, Imperat. Henrici juramento firmatis, prædiis & munitionibus spoliatis, bonisque privatos, diversis cruciatibus exagitados, idem Henricus in Alemanniam secum duxit, simulque Regem puerum, Reginam, puellas Comites, aliosque diversi generis Principes, & inferioris ordinis homines, de quibus extat epistola Innocenti Papæ Tertii, cum post mortem Henrici Imperatoris per eundem censuris Ecclesiasticis sunt revocati, hic (ut quo anno facta esse noscuntur, ista sciantur) recitanda. Sic se habet: (b)

(a) Apud
Suriem t.
6. die 20.
Novemb.
& in vi-
ta S. Go-
thardi t.
3. die 4.
Maii.
XVIII.
Clades Si-
culiæ per
Henric.
Imp.

(b) Innoc.
l. 1. ep.
26.

PAGIUS dus die vicesima mensis Novembris an. MXXXII. ut ibidem demonstravimus, obiit, apparet, legendum esse, anno quoque depositionis Sancti memorati CLXXII. Denique annus VII. Præsulatus Bernonis etiam corruptus; cum Alexandro III. Papa sederit; sed primus ejus Præsulatus annus incompertus.

Ad num. XVIII. & seqq. Richardus de Sancto Germano ad annum MCXCIII. scribit: Rex Tancredus castrum Sabiniæ vi cepit, & quendam Sarolium capiens ipsius castrum dominum, qui de Rege ipso multum fuerat oblocutus, suspendi iussit: recepit etiam Roccham Sanctæ Agathe, quam quidam Robertus de Calagio dicti Comitibus Andria filius contra eum tenebat, &c. Exinde veniens in terram Laboris Comitum Caserta recipit & Aversam, Sanctagathensis quoque civitas ac Telesia, qua tota postmodum com-
busta est, venerunt ad mandatum ipsius. Tunc accessit ad se Roberto de Apolita abstulit ei Roccham Vellelmi, & quendam in ea Andream de Theano posuit Castellatum: sicque relictis in pace Apulia finibus, & terra Laboris, Rex ipse in Siciliam remeavit; ubi ordine præposito Rogerius filius ejus, qui coronatus in Regem fuerat, viam est universa carnis ingressus, & frater ejus Guillelmus in Regem successit eidem (tertius hujus nominis inter Siciliæ Reges) Ipse quoque Rex doloris punctus aculeo, brevi post tractum temporis infirmitate correptus obiit,

Inter cetera, quæ Dominus in nobis mirabiliter & misericorditer operatur, magnæ reputandum est miserationis indicium, cum eis pœnam accelerat temporalem, quibus ultio debebatur æterna: sicut in regno Sicilia diebus nostris intelligimus accidisse. Cum enim Siciliae populus, & ceteri de eodem regno effeminati, otio & pace nimia dissoluti, de suis divitiis gloriantes sese in voluptatibus corporis lascivius exercerent: ascendit in altum sætor eorum, & traditi sunt ob multitudinem peccatorum suorum in manibus persecuentium. Usque adeo autem in eos (quod dolentes dicimus) furor exarsit hostilis, ut quidam eorum turpi morte damnati, in tribulatione cordis & corporis animas exhalarent; quidam membrorum mutilatione deformes, fierent abjectio plebis & ludibrium populorum; majores vero ipsorum compedibus, & nobiles manicis ferreis alligati, captivi, & exules in Teutonia macerarentur: reliquis hereditates suas in extraneis transferri videntibus, & domos suas subici alienis.

Verum ne compassionis nostræ solatium, qui patientibus ex susceptæ administrationis debito compati volumus, & tenemur penitus subtrahatur, quibus ipse Dominus jam videtur ex parte placatus: venerabilibus fratribus nostris universis, Archiepiscopis, & dilectis filiis nobilibus viris, Marchionibus, Ducibus, Baro-

XIX.
Sollicitudo Pontificia pro Siculis.

initio præsentis anni, sed Richardus de Sancto Germano res inter se connexas uno tenore refert. Quantum conjectura assequi possum exunte anno Juliano MCXCIII. Rogerius Regi functus est, & Guillelmus frater ejus regni corona donatus, idque post festum Natalis Christi. Anonymus enim Casinensis, qui ab eo die annum exorditur, ait: Anno MCXCIV. Rogerius filius Tancredi obiit, postquam & ipse coronato Vvillelmo filio suo decessit. Dies eundem emortalis Tancredi Regis nos latet; sed certum eum mense Majo hujus anni in vivis non fuisse, ut demonstrat Charta a Pyrrho in Sicilia Sacra lib. 3. not. 2. recitata: In nomine Christi anno ab Inc. Dom. MCXCIV. mense Martii indict. XIII. anno primo dom. nostri Vvillelmi tertii filii Regis Tancredi, &c. [1]

Idem Anonymus Casinensis ad hunc annum habet: Imperator exercitu collecto mense Junio Italianam ingreditur; Pisis & Janua parat exercitum navalem, & eo misso ipse in regnum descendit, omnibus se reddentibus præter Atinum & Roccham Vvillelmi. Capuani & Aversani nec se reddunt, nec obsidentur, Neapolitani ex pacto jam Pisis habito se reddunt: Imperator transiens Salernum vi cepit, & in ultionem suam injuria habitatores partim gladio partim carcere, nonnullos exilio damnat, rebus publicatus, & in prædam exercitus addictis. Deinde transit in Apuliam & nullo resistente per Calabriam venit

VI.
Henricus Imp. occupat Sicilia.

NOTIÆ [1] Mensis & dies emortalis Tancredi jam tandem innotuit ex brevi Chronico Fratris Conradii vulgato prius a Larusio dein recuso Rer. Italic. tom. 1. part. 2. fol. 278. Ita porro ibi A. 1194. XX. die februarii obiit dictus rex Tancredus. MANSI

CHRISTI 1194.

CÆLESTINI III. PAP. 4.

HENRICI V. IMP. 4. ISAACII ANG. IMP. 9.

ronibus, & aliis Alemanniæ Principibus dedimus in mandatis, ut dilectam in Christo filiam nostram nobilem mulierem Sibillam, filium, ac filias ejus, & ceteros de regno Siciliae, qui in Teutonia detinentur, a detentionis suæ vinculis absolutos ad nos liberos, excusatione & dilatione cessante, remittant. Inde est, quod discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus si mandatum nostrum forte non fuerit adimpletum: vos in detentores eorum excommunicationis sententiam proferatis, & terras eorum, immo totam dioccesim, in qua nobiles ipsi tenentur, vel ad quam fuerint forte transiiti, interdicto subdatis, nequam relaxaturi sententiam, donec ipsi libertati fuerint pristina restituti. Dilectis etiam filius Capitulo Maguntinensi per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, ut sententiam, quam vos propter hoc contigerit promulgare, ratam habeant, & faciant inviolabiliter observari. Ita quidem de his, qui sub Cælestino ducti captivi in Alemanniam, usque ad Innocentii e-

jus successoris tempora illic sunt infelici conditione detenti.

Hic in memoriam revoco, quomodo Hugo Falcandus in sua ad Petrum præfatione olim scripta tempore obitus Willelmi Boni Siciliae Regis, isthæc omnia quæ per Imperatorem erant inferenda, Siciliae præfagivit. Nam de his multa prælocutus, hæc subiicit: Intueri mihi jam videor turbulentas barbarorum acies, eo quo feruntur impetu irruentes, civitates opulentas, & loca diturna pace florentia metu concutere, cæde vastare, rapinis atterere, & sædare luxuria. Ingerit se mihi, & lacrymas a nolente futura species calamitatis extorquet. Occurrunt hinc cives, aut resistendo gladiis intercepti, aut se dedendo misera servitute depressi; illinc virgines, in ipsi parentum conspectibus constupratae: matronæ post varia & pretiosa capitis colli, ac pectoris ornamenta direpta, ludibrio habitæ, & defixis in terram oculis inconsolabiliter deplorantes, venerabile sædus conjugii sædissima gentis libidine violari.

XX.

anno in Dominicam incidit) regni diadema suscepit.

Ad hunc annum etiam pertinent quæ Anonymus Cassinensis, qui annum a die natali Christi inchoat, narrat initio anni MCXCV. Imperator solemniter Curia in palatio habita ostensis literis, quas conspiratione quorundam Magnatum regni factas dicebat adversus eum, eundem Willelmum quondam Regem modo Principem factum, & plures Comites ac regni Magnates in vincula conjecit. Constantia Imperatrix filium parit in Marchia Anconitana, quem in suspicionem cumulatam improbitatis inculcatis avorum nominibus (Friderici sc. Barberossæ avi paterni, & materni Rogerii, qui schismatici fuerunt) Fredericum Rogerium, seu Rogerium Fredericum vocat. Inutile non erit narrare hic quæ Richardus de Sancto Germano ad hunc annum scribit: Dicitur Henricus Imperator parato navali & terrestri exercitu regnum intrat. Illum Roffridus Cassinensis Abbas (vides hunc Chronographum Cardinalatum ejus tacere) magnifice excipit, nec non & Fundani Comes, ac alii omnes Teutonici & Latini suum præsolantes adventum: cum quibus terram Laboris ingrediens Neapolim recipit, Salernum sibi remittentem vi cepit, ac suis dedit in direptionem & prædam [1]. Tunc dicitur Adenulphus Cassinensis Decanus procuracionem Abbatia Venusii ab Imperatore recepit. Imperator vero Apulia fines nullo obstante ingrediens omnes Apulia recipit civitates ad mandatum & fidelitatem suam convertens, dicto Cassinense Abbate præeunte, cujus fidei

VII. Detinet Guillelm. III. Sicilia Reg.

PAGIUS

Messanam. Willelmus novus Regulus dimisso Palatio patri recipit se in castrum munitum, quod dicitur Calatibilluta: quo viso populus Panormitanus Imperatorem vocat. At ille, præmissis nunciis & fœdere facto cum Regina dando sibi Comitatu Licii & filio Principatu Tarenti properat, & magnifice Panormum ingrediens in Palatium recipitur. Nec multo post idem Regulus (nempe Guillelmus III.) fortunam cum corona deponens ad pedes ejus venit. Radulphus de Dico in Imag. Hist. ad hunc annum scribit: Januensem & Pisanorum tam auxilio quam consilio roboratus (sc. Henricus Imp.) Bonifacium Marchionem de Monte ferrato totius navigii sui, quod excreverat in immensum, signiferum ordinavit. Bonifacius itaque dum hac ora sulcaret intrepidus, & Salernitanos pro viribus paratos resistere cognovisset, irruit super eos, & non modica strage peracta vicloriam reportavit, urbem succendit, prædavit, Ecclesiis non pepercit, Ecclesiam Sancti Matthei violenter intravit, asportavit thesaurum, sine defectu cruces in ore gladii trucidavit, quosdam truncavit capite, quosdam suspendit patibulo, mulieres omnes indifferenter prostituit. Civitate vastata, transit in Siciliam: civitates omnes in deditioem accepit. Willelmus Tancredi Regis filius in atate puerili sublimatus in Regem, cum matre sua præsidium adiit, sicut fertur, tutissimum, castrum sc. Sancti Joannis. Imperator Henricus iter dirigens ad urbem Panormitanam, in sede Metropolitana solemniter processione receptus est: X. Kal. Novemb. (qui hoc

NOTÆ [1] Ur tanta crudelitate Henricus in Salernitanos sævierit causam pandit Author Cassinensis in suo chronico, non quale Caracciolus vulgavit, sed quale Muratorius ex alio MS. Codice dedit Rer. Italic. tom. V. col. 139. Ita enim ille ad hunc annum Imperator Salernum properans, totaliter illud & habitatores ejus spoliavit bonis omnibus. Quidam enim eorum, sed pauci, fuerant, quorum causa capta fuerat, & detenta uxor ejus. De captivitate hac Constantiæ imperatricis, quæ Salerni accidit, vide authores a Pagio relatos ad A. 1191. 6. 9. Idem anonymus Cassinensis ibidem notat Fridericum contra pacta conventa manum injecisse in Sibillam reginam & Willelmum III. ejus filium Siciliae regem ostensis sibi sibi litteris, & mendosis contra Reginam & filium ejus. MANSI

CHRISTI 1194.

CÆLESTINI III. PAP. 4.

HENRICI V. IMP. 4. ISAACII ANG. IMP. 9.

ri. Nec enim aut rationis ordine regi, aut miseratione desecti, aut religione terreri Teutonica novit infania: quam & innatus furor exagitat, & rapacitas simulat, & libido præcipitat. Et inferius, quod malorum omnium Constantia ipsa Sicula Regina causa præcessit, Siciliam ipsam compellans, hæc ait:

Sic & Constantia primis a cunabulis in deliciarum tuarum affluentia diutius educata, tuisque instituta doctrinis, & moribus informata, tandem opibus tuis barbaros ditatura discessit: cum scilicet externo nupta Regi, eum est secuta. Et nunc cum ingentibus copiis vicem improbam tibi repensura revertitur, ut pulcherrimæ nutricis ornatus violenter diripiat, & munditiam tuam, qua regnis omnibus antecellis, barbarica fœditate contamineat, &c. Sic prævidit, ceu Propheta, ventura, vel ut vir sagacissimus, conjectura. Porro alii hujus temporis auctores eandem Imperatoris sævitiam scriptorum monumentis posteris testatam reliquere, & inter alia hæc tum scriptum Chronicon Fossæ novæ:

Ann. Eccl. Tom. XIX.

PAGIUS

fidei puritia satis erat Imperatori experta, cui certam procuram, auctoritatem & potestatem contulerat, ut venire ad suam fidelitatem volentes per eum veniam mererentur.

VIII. In Siculis sedit.

Tunc ipsi Abbati castrum Malvesi ad opus consultit monasterii Cassinensis, & Pharum præteriens navigio Messanam recipit, totamque Siciliam. Et Panormum properans recipit civitatem ipsam, & cunctum Palatii diripuit apparatus. Tunc uxor Regis (sc. Tancredi) soror dicti Comitis Acerrarum cum filio suo parvulo Guillelmo præfato propter metum Imperatoris ad locum tutiorem se contulit, & Panormum deserens cum qua facta compositione, cum per vim locum in quo erat (nempe Regina) obtinere non posset, Imperator ipse securitate præstita recipit eam, & filium ad manus suas, quas Muscancervelli custodia tradidit, & ex eis fecit suæ beneplacitum voluntatis. Richardus de Sancto Germano scribit etiam: Imperator ipse in die Natalis Domini regens Panormi Curiam generalem, præfata Reginam & filium ejus, nec non & alios quamplures Præsules & Comites regni, quibus ipse prodicionis notam imponebat, judicio Petri Celani Comitis capi fecit, & ex ipsis quosdam orbavit, quosdam incendio, quosdam suspendio, & quosdam in Alemanniam & alio destinavit. Tunc Imperatrix in civitate Marchia filium peperit nomine Fredericum mense Decembri in festo Sancti Stephani. Quæ omnia placuit referre, ut constat Joannem de Ceccano, quem Baronius anno MCXCIII. num. I. secutus est, pleraque ex his perperam in eum annum retrahat, & tam ex iis, quæ ipse habet, quam ex iis quæ mox retulimus, refelluntur aliqua fabulæ de crudelitate Henrici Imp. confictæ a recentioribus Historicis.

IX.

Indigne tamen Henricus Imp. in Domum Regiam, alioque omnis conditionis sævit. Hanc Tancredi familiæ infelicitatem ei prædixerat Beatus Joachimus Abbas Florentis. Cum enim

Hoc anno Imperator Henricus per sacramenta decepit Regem, & omnes Comites, & posuit eos in vinculis & in ergastulis, & omne aurum & argentum, quod de regno ad manus habere potuit, congregavit, & per terras, & per mare in Alemanniam misit, & ipse per terram reversus est in Alemanniam, deducens secum ligatos Regem, & Comites, & quamplurimos alios. Nec non Episcopos, & Archiepiscopos, ut patet ex epistolis (a) Innocentii Papæ. Inter alios enim nobiles captivos in Germaniam per Imperatorem Henricum translatos fuisse Archiepiscopum Salernitanum constat, quem quantumlibet Cælestinus Papa indefesso studio laboraverit, ut ad suam restitueret Ecclesiam: id impetrare nequaquam potuit, adeo ut ad ipsum Innocentium iidem fuerint refusi labores, ut suo loco, sequenti Tomo dicemus. Porro non defuerunt, qui absentis Archiepiscopi Ecclesiam invaserint, & laica manu vacantia pro libitu beneficia conferrent: quorum concessionem nullius esse momenti, idem (b) Innocentius statuit.

XXI.

(a) Innoc. l. 1. ep. 24. 25.

(b) Idem ib. ep. 65.

Tancredo suspectus esse cœpisset, quasi Henrici Imp. partibus contra ipsum favens, excanduit adversus virum Dei, casque minas jacerere auditus est, de quibus amicus quidam Messanenensis Joachimum admonens, hoc responsum accepit: Accepi literas tuas, ex quibus Tancredi Regis minas contra me & contra familiam meam intellexi. Sed præsidium Altissimi non modo servabit canobium patriamque meam; sed omnia in bonum convertet. Suscitabit ab Aquilone potentiam, & rursus confringetur cornu superbi; quod nempe in prima Neapolitani regni occupatione per Henricum Imp. utcumque fractum, comminutum est, penitus in ejusdem Henrici reditu feliciori, cujus favore Joachimo & Florenti Ordini ad votum ferme fluxerunt omnia. Quod multo clarius, distinctiusque ipsimet Tancredo denunciavit; quando comminanti, se brevi in utraque Sicilia constructa canobia Ordinis sui demoliturum, anno MCXCIII. Nonis Julii rescripsit in hunc modum: Perlegi minacem Epistolam Majestatis tua, cui nunquam officere volui, sed voluntatem Regis Regum Dei adimplevi. Hac dicit Dominus: Egredietur rursus ut ignis indignatio mea, & succendetur Rex impius. Cadet qui sedet in axe, & ob desperationem tabescet. Nati ejus sterilescent ferro, & oculi eorum igne perdentur, ut pereat memoria generationis sue. Oro tamen incessanter, ut avertat Deus iram suam a Majestate tua, quam humillime, ut par est, revereor. Profertur utraque Epistola ex libro MS. Abbatia Florentis a Gregorio de Lauro Sagittariensi, Abbate ordinis Cisterciensis, in Apologia B. Joachimi Abbatis, & ex eo a Papebrocio ad diem XXIX. Maii in comment. prævio in ejus Vitam §. 5.

Joachimus Abbas extermium Tancredi, ejusque familia prædixerat.

Epistola CXXVI. Eleonora Angliæ Regine ad Cælestinum III. data, quæ legitur inter Epistolas Petri Blefensis, quæque refertur a Baronio anno MCXCIII. num. XI. & seqq. ad scribit ad initium præsentis anni pertinere videtur, ut Cælestinus ibidem suspicatus est Baronius. Ex ejus enim III. le.

CHRISTI
1194.CÆLESTINI III. PAP.
4.HENRICI V. IMP. 4.
ISAACII ANG. IMP. 9.

XXII. Audisti translatos viros nobiles Siculos cum Rege puero, atque Regina, & Ar-

PAGIUS lectione perspicuum fit, eam ab *Eleonora*, dum adhuc in Anglia versaretur, datam, & eo tempore, quo *Richardus* Rex ejus filius adhuc in potestate Imperatoris erat. *Richardus* autem, ut supra diximus, hoc anno die quarta mensis Februarii *Eleonora* Moguntia existeret reditus est. Præterea in ea Epistola *Eleonora* num. XVI. inter alia, de quibus culpatur Imperator, inquit: *Siciliam, quam a temporibus Constantini constat esse patrimonium Sancti Petri, post legationes, post supplicationes, post comminationes Apostolica Sedis, in perpetuum Romana Ecclesia præjudicium, usurpatione tyrannica occupavit.* Hujus anni initio nondum *Henricus* Imp. Siciliam occupavit, sed Regina iræ impotens aggressionem Siciliae occupationem vocat. Nec video quem sensum alium verba ejus pati possunt.

XI. *Mors Absalonis Archiep. Lundensis.* Hoc dierum curriculo, inquit *Arnoldus Lubecensis* lib. 4. cap. 18. ex hac vita subtractus est dominus *Absalon*, *Lundensis Archiepiscopus* vir religiosus & magni consilii sive discretionis & præcipue honestatis. Hujus industria omnes Ecclesia totius Dania prius discordantes in officii divinis facte sunt. In cathedrali sede crucifixus super affigi præcepit, ut accedentibus & recedentibus reverentia crucifixo magis quam sibi ipsi fieri videretur. Præterea large sua Ecclesie & Monasteriis conferens, maxime *Cathedralem Ecclesiam B. Laurentii Martyris Lundis* dare & ornare studebat coronis pretiosis, & campanis maximis, ut nunc cernitur (scribebat *Arnoldus* initio sæculi sequentis) & diversis ornamentis. Et quia erat, ut dictum est, vir religionis amator, Monasterium *Cisterciensium Monachorum in Sora* adificavit, & ditare satagebat, ubi etiam circa finem dierum suorum molestia corporis tractus agrotabat. Ordinatis autem Ecclesie sue rebus, in die *Benedicti Abbatis* diem clausit extremum. Cujus morte omnis Dania non parum indoluit, & quia multos discordantes ad pacem in Vita sua reformaverat, ipsius exitum *Jesu Christo* pacis auctori commendabat.

XII. Porro licet *Arnoldus* capite laudato & sequentibus de rebus hoc anno gestis verba faciat, non tamen existimandum, *Absalonem* hoc

chiepiscopis in Germaniam: accipe modo translationem factam divitiarum, quæ ab Ar-

anno vivendi finem fecisse; cum lib. 1. Epistolæ Innocentii III. Epistola CCCCXIX. qua *Absaloni*, ejusque successoribus confirmatur Primatus ei ab *Hadriano IV. Alexandro III. & sequentibus Pontificibus Rom.* attributus in regno Sueciæ, his verbis absolvatur: Datum Laterani per manum *Reinaldi Domini* Papa Notarii, Cancellarii vicem agentis, IX. Kalend. Decemb. indict. II. Incarnat. Domini anno MCXCVIII. Pontificatus vero Domini *Innocentii* Papa III. anno primo. Præterquam quod ibidem recitantur postea variæ ad *Absalonem Archiepiscop.* *Lundensem* literæ ab *Innocentio III.* datæ. His igitur loquendi formulis quas sæpius Viros doctos in errorem impulisse animadverti, hoc dierum curriculo; vel his diebus, aliisque hujusmodi intelligendum circa hæc tempora, easque magnam latitudinem habere pro certo tenendum. Hinc *Pontanus* lib. 6. Historiæ Rerum Danicarum ad annum MCCI. ait *Absalonem XII. Kal. April.* ejusdem anni e vivis abiisse quod videtur ex probis documentis excripsisse. Vixit *Absalon* sub Regibus *Daniae* *Valdemaro I. & Canuto VI.* hujus filio, quibus bonam operam navavit in bellis, & religionem Christianam in illis partibus valde promovit.

Albertus Patriarcha *Jerosolymitanus* hujus nominis primus usque ad præsentem annum pervenit, quo *Willelmus* *Armoricus* in gestis *Philippi Augusti* scribit: Anno incarnat. Domini MCXCV. *Michael* Decanus *Parisiensis*, vir Theologus & Sanctus in Patriarcham *Jerosolymorum* est electus, sed antequam illuc iter arripere, factus est Archiepiscopus *Senonensis*. Idem scribunt *Rigordus* in Gestis ejusdem Regis, & *Albericus* in Chron. Post illam electionem *Monachus* in *Florentina* diocesi natus Sede *Jerosolymitana* donatus est. *Papebrocius* in Hist. Patriarcharum *Jerosolymit.* qui *Albertum* prætermisit, plura de *Monacho* habet. [1]

Sanctius cognomento *Sapiens* Rex *Navarrorum* hujus nominis VII. hoc anno e vivis excessit, ut *Garibayus* in Compendio Historiali lib. 24. cap. 14. & *Oyenartus* in Notitia *Wafconia* pag. 331. tradidere. In libro *Fororum* *Navarra*, ut observavit *Moretus* in *Investiga-*

Post se-
ptennium
contigit.

XIII. *Monachus* fit Patriarcha *Jerosolymorum*.

XIV. *Moritur* *Sanctius* VII. *Navarra* Rex.

CHRISTI
1194.CÆLESTINI III. PAP.
4.HENRICI V. IMP. 4.
ISAACII ANG. IMP. 9.

(a) *Arnoldo* Abbate *Lubecensi* ita describitur: *Taucredi defuncti Regis aulam ingressus Henricus Imperator, lectos & sedilia, mensas ex argento, vasa eorum ex auro invenit purissimo. Reperit etiam thesauros absconditos, & omnem lapidum pretiosorum & gemmarum gloriam, ita ut oneratis centum quinquaginta Sommaris auro, & argento, lapidibus pretiosis, & vestibus sericis, gloriose ad terram suam redierit. Cum autem terras Teutoniae attingisset, infecutus est eum celeri cursu Imperatoris Nuntius, qui in Apulia remanserat, nuntians inventos esse omnes thesauros Rogerii Regis. Vetula enim quæ Ann. Eccl. Tom. XIX.*

PAGIUS gationibus *Navarra*, hæc verba leguntur: Anno D. MCXCIV. obiit pia recordationis *Sanctius* *illustis* Rex *Navarra*, vir magna sapientia. *Garybayus* vero notat, eum die Luna vigesimo septimo mensis Junii e vivis excessisse, indeoque hoc anno. Regnavit annos quadraginta tres, menses septem, ac dies sex, ut idem *Moretus* probat. Ei successit *Sanctius* cognomento *Fortis* filius ejus.

XV. Ante hujus anni finem *Alphonsus* hujus nominis VIII *Castellæ* Rex, consilio & impulsu *Martini* Archiepiscopi *Toletani* pacem cum *Mauris* fregit. *Martinus* Archiep. exercitus *Præ-*

dam apud Imperatricem erat, quæ de obsequio Rogerii fuerat; hæc gazophylacium Regis de paucissimis noverat, quod in muro antiquissimo conservatum, diligentissime delinito pariete, & superinducta pictura, omnibus indagabile videbatur. Cum igitur per ipsam proditum, Imperatori manifestatum fuisset, Imperatrici mandavit, dicens: De ipsis thesauris quod tibi videtur facito: me autem scias hoc tempore *Apuliam* non repetere, &c. Subiicit de liberalitate Imperatoris in erogandis pecuniis in milites, atque pauperes. Atque de his fati.

S s s s 2 Re-

fectus magnas strages in *Andalusia* edidit, & *Alphonsus* ita *Mauros* persecutus est, ut coacti fuerint a *Jacobo* *Almohadum* in *Africa* & *Hispania* *Sabella* Rex racenica Imperatore, qui *Marochii* degebat, bellum auxilium postulare. Quo tempore cum *Alphonsus* *Mauris* Rex literas ad *Jacob* Imperatorem *jaftantia* plenæ, quibus eum ad certamen provocabat, misisset, ejus animus valde exasperavit, ut habet *Noweirius*. *Abulpharajus* in Latina editione suæ Historiæ pag. 277. eas literas exhibet. *Jacob* collectis copiis fretum in *Hispaniam* traiecit, annoque sequenti acriter cum *Castellanis* pugnavit, ut ibi videbimus.

NOTÆ [1] *Albertum* patriarcham hoc anno vita excessisse non abnuo; sed quis patriarcha ille, qui pro deditioe *Joppe* pacificanda ad *Saladinum* cum transisset, atque interim supervenientibus in auxilium Urbis jam casuræ *Anglis* omnis de deditioe tractatio interrupta fuit: quod indigne adeo tulit *barbarus*, ut detentum patriarcham extremo supplicio affecerit? Liberationem hanc urbis *Joppe* in annum 1192. *Radulphus* in chronico *Anglicano* conferre videtur. Hanc vero de patriarchæ casu historiam narrat *Oliverius* in historia regum *Terræ sanctæ*, qui sane scriptor anno 1217. in *Palæstinam* transivit. Idem plane quoad infortunium patriarchæ tradit *Sicardus* *Cremonensis* Episcopus & coævus in chronico sæpius a nobis laudato. Sed neuter exprimit cujus urbis patriarchatum præsul iste teneret, *Hierosolymæ* ne vel *Antiochiæ*; nisi quod *Sicardus* (vel ejus interpolator incertum est enim an additamentum quod in codice *Estensi* subinde occurrit, ejus sit vel alterius) *Rodulphum* electum illum appellat; tunc autem *Radulphum* quem *Antiochenam* cathedram tenuisse certum est. Sed cum æque certo constet *Radulphum* jam inde ab anno 1186. coepisse, nec nisi anno 1201. desisse, profecto liquet, nec nomine *Rodulphi* electi designari illum anno 1192. potuisse, neque eodem anno hunc *Antiochiæ* *Radulphum* supplicio peremptum fuisse. Facile igitur designari his potuit *Albertus I. Heraclii* in sede *Hierosolymitana* successor, cujus mors ab anno 1194. ad annum 1192. retrahenda erit; vel forte *Heraclio* defuncto anno 1191. *Sulpitius* quidam cum *Theodorico* *Paulo* apud *Papebrocium* in *Prolegom.* ad t. III. Actuum SS. Maii admittendus erit, qui anno 1191. coeperit, & sequenti 1192. deserit. *Sulpicii* quidem nomen cum *Rodulpho* *Sicardi* non congruit; sed facilius in nomine, quam in re historica errare *Sicardus* vel ejus interpolator homo longe a *Palæstina* distans potuit. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 1195.

CÆLESTINI PAP. III. ANNUS 5.

HENRICI V. IMP. 5. ALEXII ANG. IMP. 1.

I. Nuntii Regis Anglor. interpellant Cælest. Pap.

Redemptoris annus millesimus centesimus nonagesimus quintus incipit, Indictione decimatertia, quo Cælestinus Papa adversus Leopoldum Austriæ Ducem pro dimittendis obsidibus a Richardo Anglorum Rege interpellatur...

ad gravissimam redemptionis summam coegerunt. Jubeat ergo excellentia vestra, ut obsides domini nostri Regis, qui adhuc pro parte redemptionis, quæ solvenda restat, detinentur in vinculis, liberos exire.

Cumque hæc & alia multa coram summo Pontifice regii Nuntii allegassent: dominus Papa ilico post trinam admonitionem, quam Dux exaudire recusavit, surgens cum suis Cardinalibus, ipsum Ducem nominatim excommunicavit, & in genere omnes, qui in Regem, & suos manus injecerant violentas...

II. Dux Austriæ rursus excommunicatur.

* f. Viennensi

* si sic legendum Legatus hic erat.

III. Ultio divina Leopoldum punit.

nomini IV. propter captionem Richardi Regis, excommunicati & impœnitentis. Hoc vero anno narrat ex Matthæo Paris ad hunc annum Richardum Regem Nuncios ad Cælestinum III. misisse, & ab eo petiisse, ut ejus jussu Leopoldus obsides suos liberos exire permitteret...

PAGIUS SÆC. XII. An. Eræ Hisp. MCCXXXIII. An. Hegiræ DCXII. inchoato die 6. Decemb. fer. 4. An. C. 1195. I. Num. I. ad VI. Baronius anno superiori num. III. refert ex Hovedeno flagellasse Deum terram Leopoldi Austriæ Ducis hujus

CHRISTI 1195.

CÆLESTINI III. PAP. 5.

HENRICI V. IMP. 5. ALEXII ANG. IMP. 1.

cum equitando lusum pergeret, sociis comitantibus, equus, cui Dux insidebat, violenter pedem offendens, tibiam sedentis cum pede insanabiliter contrivit. Nam tibia cum pede protinus conjuncta nigredine quadam intumescens: nullo medicorum potuit cataplasmate sedari, quin igni, quem infernalem vocant, tumori admixto, intolerabiliter cruciaretur.

IV. Obitus miserandus Leopoldi.

Tandem vero culpam recognoscens iniquam, quam in Regem, & suos malitiose exercuerat, suadentibus Episcopis, qui aderant, obsides absolvit, & residuum pecuniæ de redemptione Regis, & quod receperat, se redditurum spondit, atque Ecclesiasticæ censuræ se deinceps pariturum promisit. Tunc Episcopi, qui aderant, videntes eum in tanta miseria & calamitate constitutum, a sententia excommunicationis absolventes, ad communionem Fidelium admisserunt; & sic cum intolerabili cruciatu spiritum exhalavit.

PAGIUS liter contrivit, nec valuit ulla medicorum arte sanari. Ante mortem tamen cum Cælestini III. præcepta implefset, a sententia excommunicationis absolutus fuit, uti præter Matthæum Parisiensem narrat etiam Neubrigenfis lib. 5. cap. 6. & Hovedenus. Baronius in margine suspicatur, loco Episcopi Veronensis legendum esse Episcopum Viennensem. Verum Radulphus de Diceto in Imag. Hist. pag. 675. refert literas Cælestini III. Veronensi Episcopo inscriptas, datasque Roma apud S. Petrum VIII. Idus Junii, Pontificatus ejus anno quarto anno sc. Christi superiori. Quare Episcopus Veronensis a Cælestino III. in hac causa delegatus fuit, & quidem anno præcedenti.

II. Ad num. VI. Refert hoc anno Matthæus Paris, & ex eo Baronius fragmentum literarum

per eundem Ducem Austriæ etiam testamento cavisse, ut pecunia restitueretur per suos heredes Richardo Regi Anglorum; quod constat ex epistolis (a) Innocentii Papæ Tertii.

(a) Innoc. l. 1. ep. 230. 236. 242.

At Cælestinus Papa, qui iterum excommunicatione percussit Austriæ Ducem, nequaquam abstinuit ab excommunicatione Henrici Imperatoris, quem stante eodem Rege Anglorum Richardo commouit, ut quod male exegisset ab eodem Rege Anglorum, eidem restitueret, & quod exigendum remaneret, omnino dimitteret. Sed cum neutrum præstaret, eundem anathematis sententia condemnavit, in qua miser ad obitum usque permansit. Quid vero tunc actum sit, suo loco dicitur. Fuit laborandum in his Cælestino defuncto, Innocentio successori, qui eandem persecutus est causam, ut male acceptam pecuniam redderent successores, ut docent, quæ extant de his plures ejusdem Pontificis datæ ad diversos ejusdem argumenti (b) litteræ Apostolicæ.

V. Excommunicat Henric. Imp. Cælest. Pap.

(b) Id. ibi. VI.

Eodem anno, quod semel cœperat, pergit Cælestinus Papa urgere Francorum Regem, ut dimissam uxorem reciperet, acceptamque præter jus, falsaque, dimitteret. Cujus rei causa eodem (c) quoque anno idem Papa Cælestinus Senonensi Archiepiscopo inter cætera scripsit hæc verba: Nos itaque, qui ipsum Regem, Francorum specialiter in visceribus nostris charitatis diligimus, per dilectum filium nostrum C. subdiaconum Apostolicæ Sedis Legatum, ad hoc specialiter missum, rogavimus eundem, ut Reginam suam, quam a se consilio iniquo amoverat, affectu maritali tractaret: nec illis aures accommodaret, qui pro lucro reputant, si possunt inter aliquos odium, & discordiam seminare. Inde est, quod illam divortii sen-

(c) Mat. Parisios an. in bist. Angl. Agit Cælest. pro ejecta uxore legitima Reg. Franc.

a Cælestino III. ad Archiepiscopum Senonensem datarum, quibus ei significat, se sententiam divortii inter Philippum Franciæ Regem, & Ingeburgem uxorem, ab Episcopis Galliæ datam cassasse, & penitus irritasse, eique præcipit, ut si Philippus ea vivente aliquam suaderet forte voluerit, id ei auctoritate Apostolica inhibere firmiter procuret. At hæc Epistola non hoc anno a Cælestino Papa scripta, sed insequenti. [1] Radulphus enim de Diceto citatus pag. 681. eam integram recitat cum hac subscriptione: Dat. Laterani III. Idus Martii Pontificatus nostri anni V. ideoque anno Christi sequenti, quo Cælestinus III. die XXX. mensis Martii sextum Pontificatus annum exorsus est. Ait inter alia Cælestinus III. Non est a temeritatis vitio alienum, quod in tam arduo & dif-

NOTÆ [1] Iteras Cælestini hic a Pagio indicatas non ad unum tantummodo Senonensem, sed ad alios pariter per Galliam archiepiscopos eorumque Suffraganeos transmissas fuisse ex eo colligo, quod in collectione Veter. Monument. t. 1. col. 1004. ex MS. Codice Elnonensi eadem omnino Epistola producatur, inscribaturque ad VII. (Willelmum) Remensem archiepiscopum S. Sabina Cardinalem, Apostolicæ sedis Legatum & suffraganeos ejus. MANSE

CHRISTI
1195.

CÆLESTINI III. PAP.
5.

HENRICI V. IMP. 5.
ALEXII ANG. IMP. I.

CHRISTI
1195.

CÆLESTINI III. PAP.
5.

HENRICI V. IMP. 5.
ALEXII ANG. IMP. I.

sententiam, contra juris ordinem prolata, de fratrum nostrorum consilio penitus irritantes, fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus firmiter, & precipimus, quatenus, si praedictus Rex, ista vivente, aliam superducere voluerit, vos auctoritate Apostolica id eidem inhibere curetis. Sed & (a) Innocentius Papa in epistola de his agens, affirmat quod Cælestinus Pap. in sacro Consistorio Cardinalium penitus irritavit sententiam Francorum Episcoporum de faciendo hujusmodi divortio. Pergit vero Matthæus Paris:

Circa dies istos Papa Cælestinus Huberto Cantuariensi Archiepiscopo, ejusque Suffraganeis pro negotio Terræ sanctæ scripsit inter cetera in hunc modum: Vos autem, fratres Archiepiscopi, & Episcopi, quibus cura animarum & sollicitudo commissa est, precibus instantes ad Dominum incessanter, subditos vobis populos inducatis, ut assumpto Crucis signaculo, ad confutandos Fidei Christianæ persecutores accingantur. Speramus squidem, & vos sperare debetis, quod Dominus in verbo prædicationis, & orationis vestrae rete laxabit in capturam & tales ad defensionem Orientalis provincie propitius excitabit, quorum potentis exigentia meritorum, quam armorum fiducia exurget Deus, & inimici ejus dissipabuntur, & fugient a facie ejus, qui oderunt eum. Nos autem illis, qui pro divinitatis amore hujus peregrinationis laborem assumere, & quantum in se fuerit, implere studuerint: de indulto nobis a Domino auctoritatis officio illam remissionem imposta penitentia per sacerdotale ministerium facimus, quam prædecessores nostri suis noscuntur temporibus sta-

tuisse: ut videlicet, qui corde contrito, & humiliato spiritu laborem hujus peregrinationis assumpserint, & in penitentiam peccatorum hoc iter expedierint, si in fide decesserint, plenam suorum criminum indulgentiam, & vitam consequantur æternam. Bona quoque ipsorum ex quo crucem acceperint, cum familiis suis sub Romanæ Eccl. nec non & Archiepiscoporum aliorumque Ecclesiæ Prelatorum protectione consistant, & nullam de his, quæ in susceptione crucis quiete possederunt, (donec de ipsorum reditu, vel obitu certissime cognoscatur) jacturam, vel perturbationem sustineant, vel quæstionem: sed bona ipsorum integra remaneant interim & quæta.

Illi autem, qui in subsidium Terræ illius de bonis suis illuc transmiserint, de peccatis suis veniam consequentur, juxta sua moderamina Prelatorum. Hunc tibi frater Archiepiscopo oneris hujus laborem duximus injungendum, mandantes, ut apud charissimum in Christo filium nostrum illustrem Anglorum Regem, qui Terram sanctam sub trium statuit irequis annorum, ut ad defensionem illius Terræ milites, & pedites bene instructos transmittat, assiduis exhortationibus elabores; provinciam circumjens Anglicanam, oportunis & importunis prædicationibus instes, ut pro defensione Christianitatis assumpto crucis signaculo, terram visitent transmarinam.

Cum hæc autem ad Regis notitiam pervenissent, ipse prompta devotione animatus alios strenuos ad opus crucis, maxime quos multipliciter exaltaverat, alacriter animabat, persuadens, ut tam pro ipsius Regis salute, quam Ecclesiæ pro-

racense, cujus Canones duodecim pro reformandis Ecclesiæ illius moribus statutos recitat hoc anno Hovedenus, & ex eo Labbeus Tom. X. Concil. pag. 1791. Venit, inquit Hovedenus verba faciens de Huberto Cantuariæ Archiep. & Apostolicæ Sedis Legato, Legatus Eboracum, die dominica festo Sancti Barnabæ Apostoli, ideoque hoc anno, quo festum illud in diem dominicam incidit. Loquitur & de hoc Concilio Neubrigensis lib. 5. cap. 19. aitque: Hubertus Cantuariensis Archiep. vices non tantum Regis in regni moderatione; verum etiam Apostolicas in Ecclesiastica ordinatione, per totam habens Angliam: ostentaturus gloriam utriusque potestatis, Eboracum Metropolitanam adit; Prælatos totius Provincie, uti solemniter sibi occurrerent atque assisterent, præmissa auctoritate impetravit, suppressa pro tempore Primatis nomine, ipsam Ecclesiam Metropolitanam nomine Legati Apostolicæ Sedis cum pompa ingressus: potestatem in ea magnam exercuit, & nullo obstantem vel reclamantem, eo quod omnes vel terrore ejus perstricti, vel Metropolitanæ proprio minus essent devoti: Concilium magnifice celebravit, quibus actis, & seculari quoque pro tempore ibidem jurisdictione expleta, propria se provincia reddidit.

(a) Innot. ep. 186.

VII. Cælest. agit pro expedit. in Terram Sanctam.

PAGIUS

& difficili negotio non fuit censura Sedit Apostolica requisita, per quam vel ipsum canonicè finiretur, vel committeretur aliquibus, qui idem servato juris ordine secundum statuta canonica terminarent. Hic revera contra Sanctorum Patrum veneranda Concilia processum est manifeste, qui majores & difficiliore quæstiones ab universis ad Sedem Apostolicam censuerunt debere præferri, quod usque in hodiernum diem non solum a Gallicana Ecclesiâ præterquam in præsentis articulo; verum etiam a longe remotioribus devotissime observatur. Uxorem, quam dimisit Philippus Rex, Hovedenus pag. 750. & sæpe alibi Botildam appellat, sed manifesto errore, ut jam ostendimus ex Historicis rerum Gallicarum & Danicarum, iterumque confirmatur ex præfatis literis Cælestini III. Senonensis Archiepiscopo datis, in quibus eam vocat J. Reginam illustrem sororem Karissimi in Christo filii nostri R. Regis Danorum illustris idest, Ingelburgem sororem Canuti Regis Danorum. Erat vero hoc tempore Archiepiscopus Senonensis Michael de Corbolio, cujus anno præcedenti meminimus.

III. Concil. Eborac.

A num. VII. ad XXI. Pluribus agit Baronius de rebus ad Ecclesiam Anglicanam spectantibus, quibus addendum Concilium Ebo-

Cælestin. laborat adversus Eborac. Archiep.

X.

motione, & propriarum animarum salute ad laborem prædictum accingi non pigritarent. Et ut quosdam huic salubri admonitioni rebelles civilis reprehenderet, prædicatoris formam induens, hanc frequenter parabolam circumfudentibus replicavit. Hucusque Matthæus Paris.

Eodem anno idem Romanus Pontifex Cælestinus rursus laborat adversus excessus Eboracensis Archiepiscopi, plus justo, eo quod frater Regis Anglorum, esset, sibi sumentis, de quibus Rogerius in Annalibus hoc anno quinto Cælestini Pontificatus his verbis agit, de suspensione ipsius Eboracensis Archiepiscopi, facta per Cælestinum sic pergens:

Eodem anno Cælestinus Papa ad instantiam Nuntiorum Decani, & Canonorum Eboraci, in hac forma scripsit prædicto Simoni Eboracensis Ecclesiæ Decano:

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Simoni Decano Eboracensi salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum universalis ecclesiæ regimen nobis, licet insufficientibus, divina favente gratia, sit commissum, & singularum ex eis casibus præcavere teneamur, & utilitatibus providere: illud nobis est summo opere præcavendum, ne inde Ecclesiæ in temporalibus, vel spiritualibus detrimentum incurrant, unde ipsarum honorem & commodum credimus procurare. Cum enim pensatis personarum meritis, & diligenter inspectis, aliquis juxta suorum exigentiam meritorum per nos fuerit a suæ dignitatis potestate suspensus, & ab Ecclesiæ prælatione ad tempus amotus, ne subditis pastoris cura privatis malignandi materia tribuatur, & occasio litigandi; eis in tali debemus providere persona, quæ & litigantium dirimere quæstiones, & subditorum excessus corrigere noverit, & quantum sui officii debitum patitur, & diligit, & affectet. Inde est, quod cum Eboracensis Archiepiscopus, ejus actibus exigentibus, & contumacia faciente, qui abusus patientia nostra, neque a suis iniquitatibus destitit, nec nostro se conspectui, indulto sibi misericorditer termino, præsentavit, ab usu pallii, & Episcopalis officii executione, a ministracione quoque tam spiritualium, quam temporalium, & beneficiorum perceptione nostra sit auctoritate suspensus: discretioni tuæ auctoritate præsentium duximus indulgendum, ut cum consilio Canonorum in Eboracensi Ecclesiâ residentium clericorum Eboracensis diocesis excessus corrigere valeas, & querelantium tam clericorum, quam laicorum Eboracensis diocesis controversias quæ judicio exigunt Ecclesiastico terminari, canonicè definire, canonica severitate, appellatione remota, percellens eum, qui super hoc contumaciter duxerit resistendum, donec eidem Ecclesiæ aliter fu-

Suspensio Eborac. Archiep.

VIII.

IX.

erit sollicitudine nostra provisum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani decimo Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno quinto. Ac rursus in eadem causa:

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Decanis, & aliis clericis, Comitibus, & Baronibus, & aliis in Eboracensi provincia constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Quam misericorditer Romana Ecclesia super facto Eboracensis Archiepiscopi processerit, videre licet, si litterarum nostrarum tenorem, quas utraque partium a Sede Apostolica diversis temporibus impetravit, diligenter attendatis. Cum enim significantibus dilectis filiis Decano & Capitulo Eboracensi, & non paucis Abbatibus, Prioribus, & aliis Ecclesiæ Prælati in regno Angliæ constitutis, ad Apostolatus nostri audientiam pervenisset, dictum Archiepiscopum, pastoralis officii debito prætermissis, secularibus negotiis implicari, & non divinis obsequiis, non clericis ordinandis, non Ecclesiis dedicandis, non Synodis celebrandis, non benedicendis Abbatibus, sed venationibus, & aucupio totius animi sui studium applicare, & exercere alia, quæ commisso sibi officio pontificali, & honori non modicum derogant: non statim formavimus judicium contra eum, sed inquisitionem famæ ipsius venerabili fratri nostro Lincolniensi Episcopo, & dilectis filiis Archidiacono de Northampton, & Priori de Ponte * fracto duximus committendum: * sacro cupientes ipsum Archiepiscopum per interminationem suspensionis, si de his, quæ nobis fuerant significata, constaret, vel si ea legitime comprobari non possent, per exhibitionem canonice purgationis, quam ei cum tribus Episcopis, & totidem Abbatibus feceramus indici, a suis excessibus deterrere, & ad veritatis tramitem revocare. Verum quoniam idem Archiepiscopus, antequam citatio eorumdem judicum pervenisset, ad Sedem appellavit Apostolicam, dicti judices juxta litterarum nostrarum, tenorem, spatio ei trium mensium indulto, Kal. Junii, quo appellationem interpositam prosequi non differret, ipsi procuraverunt pro termino assignare. Deinde vero cum Archiepiscopus ipse iter arripisset ad Sedem Apostolicam veniendi, timens ne propter inclementiam aeris aliquod personæ ipsius periculum eveniret a nobis litteris, & Nuntiis postulavit, ut statutum sibi terminum deberemus misericorditer prorogare. Nos vero precibus ipsi-

XI.

* sacro

CHRISTI
1195.CÆLESTINI III. PAP.
5.HENRICI V. IMP. 5.
ALEXII ANG. IMP. I.

ipsum annuentes, & credentes, quod eo citius de suis excessibus peniteret, quod nos ad audiendas petitiones suas magis propitius & faciles inveniret: terminum usque ad octavas beati Martini proximo præteritas prosequendæ appellationis ad ipsum purgandum statuimus, memoratis iudicibus dantes nihilominus in mandatis, ut si tunc inde Archiepiscopus nostro aspectu neglexerit se præsentare, exinde juxta priorum litterarum tenorem in causa procederent, & quæ ipsis per easdem litteras mandata fuerant, exequi procurarent. Cæterum memorato termino jam transacto, cum ad Romanam Ecclesiam nec accesserit, nec aliquem miserit responsalem, qui absentiam suam quolibet modo excusaret: ipse inobedientiam & contumaciam attendentes, ipsum ab usu pallii, & pontificalis officii executione, administratione etiam temporalium, quam spiritualium, ac perceptione beneficiorum duximus suspendendum; memoratis iudicibus per Apostolica scripta mandantes, ut eum per totam Eboracensem diocesim & provinciam suspensum a nobis publice statuant nuntiare. Ideoque universitati vestra per Apostolica scripta mandamus quatenus eidem Archiepiscopo, vel officialibus ejus, nec in spiritualibus nec temporalibus præsumatis aliquatenus respondere. Sed si quas inter aliquos vestrum in Eboracensi diocesi positum quæstiones oriri contingat, quæ iudicio Ecclesiastico debeant terminari, ad audientiam dilecti filii nostri Simonis Eboracensis Decani eisdem controversias deferatis, ipse iudicium recepturi humiliter, & firmiter servaturi: scientes nos eidem Decano de solita Sedis Apostolicæ misericordia indulgisse, ut cum consilio Canonorum suorum in Eboracensi Ecclesia residentium excessus corrigat clericorum, & eorum, ac laicorum, qui Ecclesiasticam audientiam exigunt, in Eboracensi diocesi definiat quæstiones. Datum Laterani decimo Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno quinto. Insuper de iisdem ad delegatos Judices:

XII.

* sacro

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Lincolnensi Episcopo, & dilectis filiis Archidiacono de Northampton, & Priori de Ponte * fracto salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sacrosancta Romana Ecclesia super immobile fundamentum, lapidem scilicet angularem & verum, perpetua stabilitate fundata, de se ipsa Veritate dicente: Super banc petram edificabo Ecclesiam meam, per beati Petri merita Ecclesiarum omnium magister cepit, & primatum, ad Principem Apostolorum Domino protestante: Si diligis me, pasce oves meas, & non solum corporum, sed etiam animarum iudicariam accepit potestatem; eodem-

Apostolorum Principe audiente a Domino: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: nos, quos non propria merita, sed sola divina miseria ad summi Pontificatus apicem evocavit, si iudicia nostra recta volumus & provida deliberatione formare, & potestate nobis tradita non abuti, illius debemus, quantum humana permittat fragilitas, exempla sectari, in quo Sedes Apostolica fundata consistit & a quo cæterarum Ecclesiarum curam suscepit, & ligandi, atque solvendi plenitudinem potestatis. Mirabilis enim super omnia Deus, & inscrutabilis divini consilii altitudo, licet incomprehensibilia sint iudicia ejus, & investigabiles viæ ipsius: aliquid tamen ex his quæ in inferioribus operatur, si recte conspiciamus, nobis & aliis Ecclesiarum Prælatibus in forma iudicii innuit imitandum. Qui cum sterilem arborem de vinea sua, juxta illud (a) Evangelii, præcepit succidendam, ne terram fertilem occuparet, præmisit, dicens: Ecce tres anni sunt, ex quo venio querens fructum in ficulnea hac, & non invenio. Succide ergo illam.

(a) Luc.
13.

Hoc siquidem nos, licet minimi, & humane fragilitatis subiacentes defectibus, intra nos ipsos assidua meditatione pensantes, auditis excessibus Eboracensis Archiepiscopi, & de inhonesta vita, & de inutili conversatione ejus rumoribus in nostra, & fratrum nostrorum audientia recitatis, non statim formavimus iudicium contra eum, sed exemplo illius, cujus miserationes super cætera opera ejus, ut sterilis arbor pullularet in fructus, & vigorem reciperet jam amissum, non modico temporis spatio ad correctionem ipsius multiplicatis litteris & mandatis non desistimus laborare, nunc eum ad viam salutis nostris monitis revocantes, nunc per interminationem suspensionis officii, & beneficium deterrentes ab iniquitatis suæ semitis, & erroris, sicut vobis qui totam rei seriem, & processum negotii, quoad ordinem, agnovistis, credimus manifestum. Sane ad audientiam nostram ex personarum, & Capituli Eboracensis Ecclesiæ insinuatione pervenit, & id ipsum dilectorum nostrorum Roberti de Eboraco, & Rogeri de Selebi, & aliorum Abbatum * Præmonasterii Ordinis testimonia * Præmanifeste declarare videntur, quod Gaufridus Eboracensis Archiepiscopus sacramenta injuncti sibi officii vilipendens, venatione, aucupio, & aliis militaribus curis inutiliter occupatus ordinationi clericorum, Ecclesiarum dedicationibus, aut Synodis celebrandis nec manum, nec operam post sui promotionem adhibuit, nec Abbatem aliquem benedixit; licet tam contra clericos, quam Abbates ad maledicendum, & excommunicandum linguam con-

XIII.

CHRISTI
1195.CÆLESTINI III. PAP.
5.HENRICI V. IMP. 5.
ALEXII ANG. IMP. I.

consecuerit juxta motum proprium indiscrete laxare. Libertates Ecclesiæ suæ, ac consuetudines approbatas evacuat, ac subvertit; appellationes, quæ solent esse ad remedium oppressorum, ad Romanæ Sedis injuriam reduxit in contemptum; & plures pro eo, quod ad nos appellationem emiserant, vinculis fecit carceralibus vehementer astringi.

Personas Ecclesiæ suæ post appellationem ad nos factam, honoribus & beneficiis spoliavit; quosdam Canonorum appellatione contempta excommunicationi subjecit: privilegia Romanorum Pontificum in ejus presentia sua omnino auctoritate frustrantur; & qui forte alias tutus esset, in offensione privilegii nostri optati coram eo præsidii beneficium demeretur. Cum contingit aliquem ad subtractam sibi Ecclesiam, vel possessionem per iudices delegatos auctoritate nostra restitui: eum per quem iudicium debuerat executioni mandari, statim sentiet inimicum. Plures enim taliter restitutos destituit, & Ecclesias suas per ministros suos violenter aggrediens, fores earum fregisse, & eos proponuntur per violentiam expulisse: quamplures reatum perjurii fecit pernicioso incurere: ipsos ab obedientia, quam Archidiaconi suis canonicè servandam juramento promiserant, quadam necessitatis violentia retrahendo: præterea majorem Ecclesiam cum multitudinis armatorum aggrediens, fores Capituli per violentiam confringit, & asportari fecit: & bona Canonorum, & clericorum plurium, qui res suas tam in Ecclesia, quam in thesauraria ibi deposuerant, fecit per potentiam detineri. Pro quibus omnibus Eboracense Capitulum ad nostram presentiam appellavit. Comperimus etiam ex testimonio prædictorum, quod Ecclesiis quandoque vacantibus, presentatas sibi ab his, ad quos presentatio pertinet, personas idoneas non admittit: sed eas aut pueris, & minus honestis personis assignat, usus pariter, & presentantis, & instituentis officio; aut facit eas de sola voluntate vacare, ut earum fructus usibus ipsius applicentur, & quod sustentationi alicujus honesti clerici debebatur, sibi non metuit retinere.

XIV.

* pensio-
nem

Adjecerunt etiam, quod cum spiritualia dona gratis debeant, & sine pravitate distribui, frequenter cum donat ecclesiam, aut eam scindit per partes contra statuta canonica, vel in ea sibi novam & indebitam retinet * possessionem, & quamplures excommunicatos, vel suspensos, non nisi pecunia interveniente, absolvit. Religiosi vero & honesti viri in conspectu ejus despecti, & contemptibiles sunt: vires & suspectæ personæ de facili familiaritatem ejus & gratiam assequuntur. Nos vero de rumoribus tam

Ann. Eccl. Tom. XIX.

profanis auditis non semel, sed sæpius, & tam prædictorum, quam aliorum Prælatorum in regno Angliæ, & in Eboracensi provincia posteriorum litteris, nostris auribus frequentius inculcatis, volentes eum a suis excessibus deterrere, & ad exequendum pastoralis officii debitum revocare, inquisitionem famæ ipsius vobis duximus committendam, ut convocatis Abbatibus, & Prioribus, & aliis Ecclesiasticis personis Eboracensis diocesis, inquireretis de præmissis diligentius veritatem, & si accusatores legitimi procederent contra eum, auditis quæ proponerentur hinc & inde & depositionibus testium redactis in scriptis, eas sigillorum vestrorum signatas munimine ad Sedem Apostolicam transmittere deberetis: assignato partibus termino competenti, quo ad audiendum sententiam nostro se conspectui præsentarent. Hoc etiam iisdem litteris meminimus fuisse insertum, ut deficientibus accusatoribus, si fama publica faceret contra eum, purgationem ipsius cum tribus Episcopis, & totidem Abbatibus, sublato appellationis obstaculo, indicere curetis. In qua si forte deficeret, ipsum ab Archiepiscopali officio & administratione suspensionem nostram faceretis conspectui præsentari: si vero Archiepiscopus memoratus, antequam citatio vestra perveniret ad ipsum, ad Sedem Apostolicam appellaret, inducens et trium mentium indultis, si infra eos interpositam appellationem prosequi negligeret, vel differret, ipsum ab omni pontificali officio & Archiepiscopatus administratione nostra nuntiaretis auctoritate suspensum. Quia vero idem Archiepiscopus, antequam per vos citaretur ad causam sicut nobis suis litteris & nuntiis intimavit, Sedem curavit Apostolicam appellare, & vos ei ad prosequendam appellationem Kalendas Januarii pro termino assignatis: ipse laboribus, & expensis parcere disponentes, ac timentes, si æstivo tempore ad Urbem accederet, aliquod persone ipsius ex aeris inclementia periculum perveniret, cum sicut nobis intimatum fuerat iter arripisset ad Sedem Apostolicam veniendi, & paratus existeret de objectis sibi criminibus respondere, de solita Sedis Apostolicæ benignitate prosequendæ appellationis ab ipso usque ad octavas Beati Martini proximo præteritas terminum duximus prorogandum; omnia, quæ fuerunt contra eum impetrata, usque ad eundem terminum suspendentes, & revocantes in statum pristinum, quidquid contra eum post appellationem ad nos interpositam priorum litterarum obtentu fuisset a nobis vel aliis immutatum. Vobis etiam per Apostolica scripta distinte mandavimus, ut nisi in octavis S. Martini nostro conspectui se præsentaret, juxta formam primæ commissionis, sublato cujus-

T e t t

li-

CHRISTI
1195.CÆLESTINI III. PAP.
5.HENRICI V. IMP. 5.
ALEXII ANG. IMP. I.XV.
De sus-
pensione
senten-
tia.

libet contradictionis & appellationis ob-
stacula, procedere nullatenus differretis.

Verum, quoniam memoratus Archiepi-
scopus abusus patientia nostra, nec ad Ro-
manam Ecclesiam accessit, nec responsalem
aliquem destinavit, qui vel ejus absen-
tiam excusaret, cum eum non modicum ul-
tra præfixum sibi terminum misericorditer
curaverimus expectare, licet eo ipso videat-
ur confessus de crimine, quod nostro se
conspicui præsentare neglexit; ipsam ab
usu pallii, & omnis Episcopalis officii e-
xecutione, & ministracione quoque tam spi-
ritualium, quam temporalium, & beneficio-
rum perceptione ipsius Eboracensis Eccle-
siae & provinciae duximus suspendendum:
ut sic saltem a suae iniquitatis pertinacia
respicens, canonice severitatis censuram
in se non exigat fortius exerceri. Ideo-
que discretioni vestrae per Apostolica scri-
pta mandamus, atque præcipimus, qua-
tenus eum per omnes Ecclesias Eboracen-
sis diocesis & provinciae suspensum a no-
bis publice nuntiatis: omnibus clericis,
& laicis ejusdem provinciae ex parte no-
stra firmiter iniungentes, ne ipsi Archie-
piscopo, vel officialibus ejus in tempora-
libus, vel spiritualibus respondere præsu-
mant, donec de ipso Archiepiscopo aliud
duxerimus statuendum. Mandamus autem,
& per vos volumus in Eboracensi diocesi
nuntiari, ut si forsitan inter aliquos quæ-
stiones moveri contingat, quas Ecclesi-
astico iudicio conveniat terminari, ad au-
dientiam dilecti filii nostri Simonis Ebo-
racensis Decani, cui cum consilio Canoni-
corum in eadem ecclesia residentium, & cle-
ricorum excessus committimus corrigendos,
& litigantium, tam clericorum, quam lai-
corum controversis decidendis referant,
ipsius iudicium suscepturi humiliter, &
firmiter servaturi.

XVI.

Ad hæc omnia, quæ auctoritate litte-
rarum nostrarum, antequam ad vos secun-
darum notitia pervenisset, super nego-
tibus eundem Archiepiscopum contingentibus
tam restitutionibus ablatarum, quam de
aliis provide & rationabiliter statuistis,
rata decrevimus permanere, mandantes,
ut auctoritate nostra suffulti, ad Ebo-
racensem Ecclesiam accedentes juxta prio-
rum litterarum tenorem, tam in inquisitione
famæ, quam restitutione ablatorum
Canonice faciendâ, nihilominus proceda-
tis, non impediendo appellatione, vel ab-
sentia Archiepiscopi memorati, nec ob-
stantibus litteris in primarum litterarum
præjudicium hætenus impetratis. Ad hæc
præsentium vobis auctoritate injungimus,
quatenus sententiam excommunicationis in
quosdam Canonicos, Vicarios, clericos,
& servientes Canonorum Eboracensis Ec-
clesiæ, ab eodem Archiepiscopo post ap-
pellationem ad nos interpositam promulga-
tam, irritam iudicetis penitus, & ina-

nem; ita tamen ut dictos Canonicos, &
altios in eadem sententia nominatos ad ma-
jorem cautelam auctoritate Apostolica Se-
dis absolvatis. Omnes autem illos, qui
in Benedictum clericum supradicti Deca-
ni, Walterum presbyterum, Richardum
de Semare, & quinque de Cavel cleri-
cos, & alios clericos Eboracensis Eccle-
siae manus temerarias injecerunt, vel qui
eis violentiam præceperunt inferri, tam
diu nuntiatis, appellatione remota, ex-
communicationis vinculo detineri, donec
passis injuriam congrue satisfecerint, &
cum vestrarum testimonio litterarum ad
Sedem veniant Apostolicam absolvendi.
Quod si omnes his exequendis nequive-
ritis interesse, duo vestrum ea nihilomi-
nus exequuntur. Datum Laterani decimo
Kal. Januarii, Pontificatus nostri anno
quinto. Hinc igitur auctoritate litte-
rarum, officiales Archiepiscopi Eboracen-
sis depositi sunt: licet Hubertus Cantua-
riensis Archiepiscopus Apostolica Sedis
Legatus eis licentiam exercendi officium
suum retribuerat, qui eos prius suspende-
rat, quia noluerunt eum hospitari apud
Eboracum tanquam Legatum. Tradita est
ergo omnis potestas Simoni Decano Ebo-
raci secundum Apostolici formam manda-
ti, & Regis ministri omnes res & posses-
siones præfati Archiepiscopi regis inclu-
serunt marsupis. At quid demum? Coa-
ctus tandem idem Archiepiscopus Romam
se contulit, ut apparet ex recitanda in-
ferius inscriptione, benigneque exceptus
est a Pontifice, qui non tam judicare,
quam concordare eum cum adversariis
laboravit. Cum autem inter hæc promo-
veretur expeditio in Terram sanctam, de
qua & Cantuariensis Archiepiscopus con-
suluisse Cælestinum Papam: quod ab eo
responsum acceperit, suis significat lit-
teris, quibus intexuit ad se datas a Cæ-
lestino litteras Apostolicas, in hac forma
scribens officialibus Archiepiscopatus E-
boraci:

Hubertus Dei gratia Cantuariensis Ar-
chiepiscopus, totius Angliæ Primas, &
Apostolica Sedis Legatus, dilectis in
Christo filiis officialibus Archiepiscopa-
tus Eboraci, salutem in Domino, Litte-
ras domini Papæ in hæc verba suscepimus:
Cælestinus Episcopus servus servorum
Dei venerabili fratri Huberto Cantuari-
ensi Archiepiscopo, & Apostolica Sedis
Legato, salutem & Apostolicam benedi-
ctionem.

Ex parte tua in audientia fuit nostra
propositum, quod multi sunt in Anglia,
qui, ut Sepulcrum Domini visitarent, &
illi Terræ sanctæ, in qua steterunt pedes
Domini, subsidium opportunum conferrent,
Crucem Dominicam assumpserunt, & licet
votum possint perficere, tamen ab execu-
tione ejusdem se subtrahunt in suarum pe-
ricu-

XVII.

De his
quæ spe-
dant
ad nego-
tium Ter-
ræ SanctæCHRISTI
1195.CÆLESTINI III. PAP.
5.HENRICI V. IMP. 5.
ALEXII ANG. IMP. I.

XVIII.

riculum animarum. Sunt etiam quidam,
qui licet crucem susceperint, pro pauper-
tate tamen & corporis debilitate, vel al-
lia justa causa emissum votum non pos-
sunt, sicut convenit, adimplere. Verum
quia, quid super his agendum sit circa
eos, nos duxit fraternitas tua consulen-
dos: auctoritate tibi presentium respon-
demus, per Apostolica scripta mandantes,
quatenus omnes illos, qui votum tale e-
miserunt, sicut dictum est, & ad illud ex-
plendum propria suppetunt facultates, ni-
si ex justa causa omittendum, eos ad e-
xequendum, quod gratis vovisse dicuntur;
per censuram Ecclesiasticam appellatione
remota compellas. Cæterum de his, qui
paupertate, & corporis debilitate, vel al-
lio justo impedimento, votum quod emi-
sisse noscuntur, non possunt (sicut conve-
nit) adimplere: volumus, ut cum super
his veritas tibi fuerit declarata, pœni-
tentia congrua eis injuncta, licentiam
eis tribuas remanendi, eisdem firmiter
injungens, ut quam cito exequendi votum
suum libera eis fuerit attributa facultas,
id exequi sine dilatione aliqua non pos-
ponant. His vero, quos pro infirmitate
corporis tibi consiterit nullatenus posse
in propria persona votum suum prosequi:
unam personam idoneam, vel plures, se-
cundum quod facultates eorum suppetie-
rint, ultra mare transmittant in suis ex-
pensis per annum, vel amplius, juxta tuum
arbitrium, ibidem in JESU CHRISTI ob-
sequio moraturas. Datum Laterani secun-
do Idus Januarii, Pontificatus nostri
anno quinto. Hætenus Cælestinus. Pergit
vero Cantuariensis Archiepiscopus:

Quoniam igitur vovere, & non redde-
re periculosum est, cum ex votis, quæ so-
lemniter emissa fuerint, non impletis,
consequens sit, & Dominum offendendi, & ni-
hilominus in domo ejus scandala suboriri:
litterarum, quas transcribimus, auctori-
tate vobis præcipiendo mandamus, quate-
nus per singulas parochiales Ecclesias Ar-
chiepiscopatus Eboraci, de his, qui pro
visitando Sepulcro Domini crucem assumen-
tes, vota sua Domino non solverint, di-
ligenter & sollicitè inquiratis, sub inter-
minatione anathematis generaliter inhi-
bentes, ne in præjudicium scrutiniis hujus
vesana cujusquam taciturnitate veritas
supprimatur. Cumque nomina singulorum,
vel eorum confessio, vel certa vestrarum
inquisitio designabit, ipsa distincte no-
tata infra Dominicam, qua cantatur,
Letare Jerusalem, per fidum Nuntium
nobis innotescant. Ad hoc discretioni ve-
stræ mandantes injungimus, quatenus cau-
sam Crucifixi constanti patrocinio profe-
quentes, universos tales in diocesi Ebo-
racensi charitativa velitis cohortatione,
& conventionem sedula prævenire; sub spe-
cie consilii proponentes, ut fideliter im-
Ann. Eccl. Tom. XIX.

pleant, quæ liberaliter promiserunt: ut
quod Domino voverunt in conspectu omnis
populi ejus, cum Propbeta in atris do-
mus Domini in medio Jerusalem exequan-
tur. Sicque voluntariis eorum sacrificiis
placetur Altissimus, & factis solutionibus
evacuatur importunitas scandalorum.

Moneatis etiam prædictos omnes, & sin-
gulos, quatenus in veræ devotionis signum
infra diem passionis Dominicæ proximo
futuram, crucem depositam reassumant,
& eam cum reverentia, & veneratione ge-
stantes, suam obnoxietatem, qua interius
astringuntur, exteriore signaculo protesten-
tur, & in quibus fructum habituri sunt
plenum & abundantiam, nequaquam ex
pusillanimitate spiritus erubescant. Cæte-
rum si vel commonitiones hujusmodi, qua-
si vanas contemnant, vel ad eas, quasi
duras pertinaciter aures suas obturent:
ne impunitis licentia iniiciatur, certa ge-
nerali faciatis assertionem proponi, cunctos,
qui citra voti solutionem crucem abjectam
infra terminum nominatum non receperint,
in sequenti Pascha Domini proculdubio a
perceptione corporis Christi, & commu-
nionem Fidelium excludendos. Sed ne ver-
ba commonitionis hujus credantur vel ces-
sura in irritum, vel effectu debito cari-
tura: pœnam supradictam in omni forma,
& ea plenitudine, qua præmittitur, die
prædicta contumacibus universis volumus,
& auctoritate Apostolica mandamus insti-
gi. Sic enim ex tempestivo rigoris semi-
nario fructus ille pullulabit in posterum,
ut veriore trutina ponderetur cum severi-
tate canonica Prælatorum auctoritas, &
qui faciles erant ruituri in contemptum,
securam indemnitate minus audacter ex-
pectent. Valete. Hætenus de his Can-
tuariensis Archiepiscopus.

XIX.

Porro causa ista absolvi non valuit sub
Cælestino, sed dilata est usque ad tem-
pora Innocentii Papæ Tertii ejus succes-
soris, ut ex Rogerio in Annalibus pa-
tet. Cujus pariter assertionem & illud con-
stat, Rudolphum clericum Archiepiscopi
Eboracensis anno sequenti Romæ ad mor-
tem ægrotantem, publice confessum uni-
versæ Romanæ Curie, se causam agen-
tem illic Archiepiscopi Eboracensis, mul-
ta falsa scripta nomine Romanæ Eccle-
siæ in Angliam misisse. Unde Cælestinus
Papa litteras dedit ad Cantuariensem Ar-
chiepiscopum, qui diligenter ejusmodi lit-
teras falsas inquireret. Increbuit his qui-
dem temporibus Cælestini usque ad In-
nocentii Papæ primordia falsariorum in-
gens numerus, qui nomine Sedis Aposto-
licæ, quas vellent litteras, scriberent. Est
de his gravis querela ejusdem Innocentii
(a) scribentis ad Rhemensem Archiepiscopum
S. R. E. Cardinalem tituli san-
ctæ Sabinæ. Sed de his suo loco agen-
dum.

XX.

T t t t 2

Por-

XXI. Cælest. Pap. urget expeditionem in Terram S.

Porro ferventi studio Cælestinus Papa promovere satagens negotia Terræ sanctæ, non in Angliam tantum, sed & in Germaniam per Legatos litteras misit. Ut enim in his insisteret, novarum rerum motus effecit. Siquidem secuta est mors Saladini, qua audita ante biennium per litteras, quas recitat Rogerius, Ducis Venetiarum, quibus etiam significabatur, inter ejus filios & regni heredes magnam conflata esse discordiam: in spem venit Pontifex ex eo tempore, ut nova rursus ex cruce signatis expeditione ornaretur ad Terræ sanctæ liberationem, quæ possidebatur a Sarracenis. Cujus rei causa misit (ut dictum est) idem Pontifex per Christianum Orbem Legatos, & inter alios in Germaniæ provincias Gregorium Cardinalem. Quid per eum actum sit, Arnoldus (a) ejus temporis scriptor & ejusdem pariter regionis hæc habet, dum & ipse sic hortatur ad eandem peregrinationem Fideles:

(a) Ann. Chron. Slav. l. 5. c. 1.

XXII. Legatio Gregorii Card. pro exped. in Terram Sanctam in Germ. (b) P. 94.

Nunc ergo quique terrigenæ & filii hominum, similiter in unum dives & pauper, placate Dominum, sumite armaturam Dei, signum videlicet victoriosissimæ Crucis, ad expugnandos ipsius hostes, tam visibiles, quam invisibiles. Audite Psalmographum (b) exhortantem: Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra. Hanc vocem, ut speramus, audivit pius Imperator Henricus. Qui licet publice cruce signatus non fuerit, per viscera misericordiæ spiritualiter tamen fuisse signatum non ambigimus. Nam sicut pater ejus priorem, ita ipse secundam devotius ordinavit peregrinationem: Qui apud Argentoram in curiali colloquio acceptis epistolis domini Papæ Cælestini a venerabili Cardinale Gregorio, omni devotione se huic peregrinationi obsecurum affirmavit. Ordinavit etiam Legatos honoratos in Apuliam, ad dominum Conradum Cancellarium, qui tunc ibi erat negotiis imperialibus detentus, mandans omni studio impensas præparari peregrinationi, quæ sequenti anno futura erat, in auro, frumento, vino, & navibus plurimis. Cujus zelo plurimi accensi, tam magnates, quam militares, signum Dominicæ passionis in remissionem peccatorum suorum tunc temporis susceperunt, Henricus, videlicet Palatinus de Rheni, & Otto Marchio de Brandeburg, qui tamen ipsam peregrinationem non peregit, sed per dominum Papam dispensatione accepta eam dimisit; Henricus Dux Brabantie, Hermannus Landgravius de Thuringia, Vvalraven Comes de Limburg, Adolphus Comes de Schaumburg, Dux de Osterreich, Hartuicus quoque Archiepiscopus Bremensis, & Rudolphus Verdensis, & alii quamplures.

Multi etiam acceptis litteris exhortatoris domini Papæ a Cardinale memorato, in civitates & parochias plurimas eas detulerunt. Quibus perspectis, nonnulli cœlitus inflammati pro defensione Terræ sanctæ, triumphale signum Dominicæ passionis & ipsi susceperunt. Inter quos in civitate Lubeca de valentioribus circa quadringentos viros signati sunt. Fervente itaque zelo Christianæ devotionis, omnes in unum, dives & pauper, ad peregrinationem futuram æstatis se preparabant. Ipse quoque Imperator in propria persona eandem peregrinationem ordinaturus in Apuliam properavit, tanto devotior, quanto adventantibus peregrinis esset paratior. Sed perplexitate testiculorum (c) Leviantan hoc impedire conante, intolerabilis guerra ibidem exorta est. Nam uxore Imperatoris ab ipso dissidente, grandis conspiratio a primoribus terræ, a consanguineis etiam ipsius Imperatoris, contra eum exorta est. Hucusque Arnoldus, qui inferius narrat de progressu ejusdem expeditionis facto anno sequenti.

XXIII.

(c) Job. 40.

Sed quod ad hæc spectat, de Henrico Imp. habet ista (d) Neubrigensis: Porro idem Imperator, ut quasi expiaret, quod in Christianum Principem ab Oriente revertentem tam sædæ avaritiæ instinctu commiserat, & pecunias, quibus Angliam nudaverat, piis usibus applicaret: Orientalis Ecclesiæ miserandis reliquiis subvenire decrevit. Considerabat etiam per se actum, quod duo illi magni Reges, relictis, quæ Christi sunt, sua tantum quærerent, & feralibus in alterutrum odiis debaccando, vires more tyrannico frangerent Christianas. Cupiens ergo hanc jacturam religiosa opera compensare, anno a partu sacre Virginis millesimo centesimo nonagesimo quinto, circa solemnitate B. Andreae Apostoli, convocatis apud Vormatiam primis Imperii, Ecclesiasticis pariter, laicisque personis, & devotione propria cunctis declarata, ad amulandum pro Christo, sublimi exemplo provocavit plurimos.

XXIV. (d) Neub. l. 5. c. 20.

Denique sedente eo solemniter in Cathedrali Ecclesia continuis octo diebus, & confidente, qui ad hoc ipsum venerat Apostolicæ Sedis Legato cum omni frequentia inclitorum, bis qui sapientia, dignitate, & facundia præcellerant, per dies singulos in auribus Christianæ multitudinis potenti eloquio declamantibus: tantus fidei & devotionis in animis audientium fervor incanduit, ut fas esset dicere: (e) Dignus Dei est hoc. Magnis Præsulibus, & præclaris Ducibus cum multitudine virorum fortium characterem per dies singulos certatim sumentibus, ipse quoque Imperator paratus fuit eodem signo cum cæteris insigniri. Verum hoc ab omnibus altiori consilio dissuasum est, al-

XXV. Imp. agit cum Legato pro exped. in Terram S.

(e) Exod. 8.

legantibus, Christiana expeditioni conducere, ut in Imperio manens, de victualibus progressu exercitui pro tempore transmittendis propensiori cura satageret, & cum res posceret, laborantibus supplementa militiæ mitteret. Itaque secunda in Syriam Germanicarum, atque Italicarum

gentium expeditio totis viribus paratur, cum Reges nostri nihil sanum, aut sobrium meditantes, proprio tantum in multorum discrimen indulgebant furori. Hæc Neubrigensis.

XXVI. Quod spectat ad res Orientalis Imperii, fluctuavit hoc anno mirum in modum,

PAGIUS IV. Alexius Angelus fit Imperator Orientis.

V. Concil. Monspeliense.

VI. Victoria Saraceno-rum de Christianis ad Alarcum.

VII. Henricus Imp. sa-vit in Si-vulos.

Ad num. XXVI. Isaacius Angelus Orientis Imperator ab Alexio fratre Imperio & oculis privatus est, nondum annos XL. natus cum regno pelleretur, postquam imperasset annos IX. & menses VIII. ut scribit Nicetas, qui tribus libris Gesta ejus enarravit. Alexius Angelus frater gentilitio nomine repudiato Comneni nomen assumpsit. Quod hoc anno contigisse inter omnes convenit.

Anno Domin. Incarnat. MCXCV. mense Decembri Magister Michael Apostolicæ Sedis Legatus apud Montem Pessulanum Concilium celebravit, cui interfuere Prælati Ecclesiarum Provinciarum Narbonensis. In eo Privilegiis ornavit eos, qui in Hispaniam pergerent adversus Saracenos, & poenas constituit adversus eos, qui arma seu armamenta vel lignamina Galearum aut navium deferrent Saracenis. Recitat istud Concilium Labbeus Tom. X. Concil. pag. 1796. ubi etiam exhibet Notam Baluzii existimantis illud coactum a Michaele cum in Hispaniam proficisceretur, Legationem illuc obiturus nomine Cælestini III. & hujus Legationis occasionem fuisse, quod ut narrat Godefridus Monachus Sancti Pantaleonis ad Coloniam, hoc anno facta fuerit irruptio Paganorum valida & ingens contra Christianos in finibus Hispaniæ & Gallaciæ, ita ut Rex Hispaniæ metu periculi, conditione cum eis facta, in regnum Regis Franciæ demigraret, pacta pace cum Ethnicis usque in Pentecoste sequentes anni.

Quod contingere non potuit, nisi postquam a Saracenis in fugam datus est. Jacob enim Imperator Africæ & Hispaniæ Saracenicæ anno Hegiræ DXCI. cum formidando exercitu ex Africa in Hispaniam venit, & primo prælio Christianos superavit, uti narrat Noweirius. Cum vero Alphonsus VIII. Castellæ Rex collectis omnibus copiis suis prope Calatravam ad Alarcum oppidum nimia sui confidentia ad decretoriam pugnam venisset, fufus fugatusque fuit nona die mensis Schaban, qui octavus est anni Arabici, idque anno Hegiræ DXCI. seu die decima octava mensis Julii currentis Christi anni. Cumque inquit Rodericus lib. 7. cap. 29. congressi fuissent exercitus, succubuit exercitus Christianus, & nobilis Rex a suis violenter eductus a bello, suorum industria est salvatus, licet ipse mori potius eligeret, quam salvari. Obtinuit etiam Agavenus post prælium quadam castra. Hoc est bellum Alarcum, quod fuit era MCCXXXIII. quindecimo Kalend. Augusti, sedente Cælestino Papa III. Christiani ita hoc tempore inter se discordes erant, & hac clade ita attriti, ut Jacob universam Hispaniam, non minus facile, quam alias Tarek & Muza, sibi subdere potuisset; sed cum victoria in manibus ejus esset; Alphonso Regi sui colligendi, & ad defensionem accingendi facultatem reliquit.

Ex Hispania in Italiam transeo: Hoc anno, inquit Joannes de Ceccano in Chron. Imper. Henricus per sacramenta decepit Regem (Siciliæ Willelmum III.) & omnes Comites, & populum in vinculis & in ergastulis (die Na-

tivitatis Christi, quo sequens annus inchoatur) & omne aurum & argentum, quod de regno ad manus habere potuit, congregavit, & per terras & per mare in Alemanniam misit, & ipse per terram reversus est in Alemanniam, ducens secum ligatos, Regem & Comites, & quamplures alios in captivitatem.

Richardus vero de S. Germano in Chron. hoc anno ait: Roffridus Casinensis Abbas tractatu quorundam de Atino nocturno tempore introductus Atinum recipit, dictum Rogerium de Foresta Castellanum intus arctat & obsidet, qui cum non haberet victui necessaria, recepta de persona & rebus suis securitate ab Abbate prædito, & compositione facta cum eo de castro Sancti Petri in fine, quod recepit ab ipso, & fidelitatem juravit, eidem castrum Atini in manus resignavit ejusdem, Roccham Guillelmi etiam ab Andrea de Theano recipiens, fidelitate quoque ab eo recepta, & castrum Cuculatii concessit. Illud tamen de Imperiali mandato cuidam Tancredo de Vero concessit, fidelitatis ab eo juramento recepto. Hoc anno dictus Casinensis Abbas castrum Tirolli vi capiens igne cremavit. Neque præmittendum quod Anonymus Casinensis hoc anno habet: Imperator in Apulia rediit, & conjunctus cum Imperatrice Curiam solemnem habuit; qua finita ipse in Teutoniam rediit, Imperatrix in Siciliam vadit, quibus abolvit Chronicon suum. Caraciolus, qui illud notis illustravit, ait in uno exemplari MS. in Monasterio Casinensi asservato extare continuationem hujus Chronici, quam ipse descripsit; verum ejus Auctor annos inter se non recte distinguit, & cum anno MCXCVI. quæ ad duos sequentes pertinent, immisceat.

VIII. In Germania niam redit.

Arnoldus lib. 4. cap. 24. postquam capite præcedenti narravit Translationem corporis Sancti Bernwardi anno superiori factam, ait: Hoc die-rum curriculo mortuus est Dn. Berno Suerinensis Episcopus (urbs est in Saxonia inferiori & Ducatu Meckelburgensi seu Megalopolitano) primus ejusdem tituli Antistes. Qui enim nunc est Suerinensis, olim tempore Ottonum dicebatur Magnopolitanus. Una eadem sedes propter timorem Slavorum translata est: a quibus idem Antistes sæpius contumeliatus. Qui a Duce Henrico (Henrico Leone appellato) Episcopus eis præfatus, primus nostris in temporibus Doctor illis Catholicus extitit, alapas, colaphos pertulit, ita ut frequenti ludibrio habitus ad sacrificia Damonum arctaretur. Ille tamen per Christum confortatus, culturas Damonum eliminavit, lucos succidit, & pro Genedrafto Godehardum Episcopum (Hildesheimensem, in Sanctorum numerum relatum) venerari constituit, ideoque bono sine cursum certaminis terminasse fidelibus placuit. Post cujus discessum Dn. Bernhardus ejusdem Ecclesiæ Decanus, Pontificali honore sublimatus est. Circa ipsos dies mortuus est famosus ille Dux Henricus (Henricus Leo appellatus) in Brunsvic. Quam utramque mortem hoc anno contigisse, recte vidit Krantzius lib. 6. Vandalicæ cap. 36. ubi ab eo dicitur Berno, Apostolus præcipuus Vandalarum. Mors Henrici Leonis huic etiam anno affixa in Chron. Citi-genti.

IX. Obitus Bernonis Episcopi Suerinensis, & Henrici Leonis Ducis Saxonie.

CHRISTI
1195.CÆLESTINI III. PAP.
5.HENRICI V. IMP. 5.
ALEXII ANG. IMP. I.Imperat
Alexius
Angel.

dum, supplantato Isaacio Imperatore ab Alexio Angelo, eodemque in ordinem redacto atque detruso in carcerem, cum imperasset annos novem, & menses octo

PAGIUS
X.
Elogium
utriusque.

Berno constitutus fuerat Episcopus in terra Obotritorum, id est, Meckleburgensis oppidi, ab Henrico Leone tunc Saxoniarum & Bavariarum Duce, Hadriano IV. Ecclesiam Romanam regente, ut testatur Helmoldus lib. 1. Chron. Slavonum cap. 88. nam a capite 81. usque ad caput XCI. verba facit de iis, quæ sub Hadriani IV. Pontificatu contigerunt. Arnoldus vero lib. 2. cap. 1. Helmoldi Chronicon continuans ab eodem Henrico, in quo anno MCLXVIII. Helmoldus illud absolvit, de illo & de Episcopatu ab eo instituto ait: *Super omnes, qui ante ipsum fuerunt, duritiam Slavicam perdomuit; & non solum ad tributa solvenda coegit; sed etiam erga veri Dei cultum, relictiis superstitionibus idololatria humiliatis cervicibus promptissimos fecit. Pacem etiam maximam in omni terra Slavonum firmavit: & omnes provincias Aquilanas Vvagirorum, Holzatorum,*

ætatis suæ annos quinquaginta natus. Cujus mores varios, sive laudabiles, sive probrosos recitat pluribus Nicetas Choniata, quem consulas.

Se-

Polaborum, Obotritorum, otio & quiete vacabant, & prohibita sunt furta & latrocinia terra marique, & fruebantur mercationibus & negotiationibus mutuis, & habitabat unusquisque sub vite & ficu sua, præside in Radesburg Reverendissimo patre Evormodo Episcopo, in Lubeke vero Conrado Episcopo, viro illustri; in Zuerin quoque Bernone, viro religioso, qui Ecclesias novella plantationis, quas Henricus Dux memoratus instituit, Domino incrementum dante, doctrina plantare, & opere irrigare instantissime satagebant. Porro Polabi oppidum habuere primarium Raceburgum, postea Episcopatu clarum: Vvagiri habitant ad Adelburgum, quo ex oppido Episcopatus Lubecam deinde translatus; Obotriti idem, qui hodie Meckelburgenses, ubi etiam Suerinum seu Zuerin positum; quod pace Monasteriensis subest hodierno Duci Meckelburgensi.

I.
De Bello-
vacensi
Episc. in
bello ca-
pto.

Sequitur annus Salutis millesimus centesimus nonagesimus sextus, Indiæ. decimaquarta, quo Cælest. Papa litteris Bellovacensis Episcopi, atque ejus Ecclesiæ Capituli rogatus, apud Anglorum Regem pro ejus liberatione agit.

Etenim cum bellum vigeret inter Anglos, & Francos, progredierenturque ulterius Angli: idem Episcopus cum suis præter fas jusque Ecclesiasticum armatus hasta, & clypeo, adversus hostes ingruentes progressus, victoria penes Anglos inclinante, ipse cum aliis pluribus captus est. Agit de his pluribus Rogerius in Annalibus; litterasque Episcopi, & Romani Pontificis recitat, atque:

Interim Philippus Bellovacensis Episcopo missio Aurelianensi Episcopo fratre suo Romano, dum adhuc esset in captione Regis Angliæ, in hac forma scripsit Cælestino summo Pontifici:

Venerabili domino & Patri Cælestino summo Pontifici, Philippus Bellovacensis Episcopus salutem, & obedientiæ canonicæ devotionem.

Supernæ dignitatis favor felicitatem vestram, & multiplices successus evexit in altum, ad memoriam reducens illud legale, Infantes invitat ad culpam, qui sonites præterit impunitos. Universis Ecclesiis jam quasi notorium habetur, quam irreverenter, quamque inhumaniter in dominum suum Regem Francorum Rex Angliæ jam pridem insurrexerit, similis homini, qui montem magnum fune circumligatum tentat deicere. Afferens igitur secum ignem & gladium, subnixus etiam apostaticis Braibancenorum cohortibus, patriam nostram irruerat circumquaque depopulando. Quod cum audissem, illius legalis non inmemor: Vim vi repellere licet, & illias: Pugna pro patria: militum, & civium cunæ, & acies procerum immixtus, hostibus irruentibus obviam exivi. Sed humanis noverca fortuna consiliis propositum rei sinistro mancipavit effectus. Ca-

II.
Preces
Bellovac.
Ep. ad
Cælest.PAGIUS
SÆC.
XII.
An. Eræ
His. M.
CCXXX-
IV. An.
Hegiræ
DXCIII.
inchoato
die 24.
Novemb.
fer. 1.
An. C.
1196.
I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6689.

☉ 1. GF. 19. P. 21. April. Indiæ. 14.

JESU CHRISTI 1196.

CÆLESTINI III. PAPÆ 6.

HENRICI VI. REG. 7. IMP. 6.

ALEXII ANGELI COMNENI IMP. 2.

Num. I. ad V. Philippus Episcopus Bellovacensis hoc quidem anno a Joanne Comite Moretonii, Richardi Angliæ Regis fratre,

JESU CHRISTI
ANNUS
1196.CÆLESTINI PAP. III.
ANNUS
6.HENRICI V. IMP. 6.
ALEXII ANG. IMP. 2.

ptus quidem ibi sum, & vinculis gravibus & catenis addictus; nec ordinis dignitas, nec Dei reverentia remedium aliquid, vel mitigationis mihi contulerunt. Taliter ergo Rex Angliæ in Christum Dominum more lupino sævire non formidavit; nec vestris auribus incognitum existimamus.

Qui d ergo dissimulatis? Quis pater videret filium errare, & tacere? Quis virga filium non percuteret, ut gladium non incurreret? Desperat pater de filio, cum comminatione non corripit, vel flagello. Luce quidem clarius elucescit, quod Rex Angliæ, caterique complices sui, qui violententer manus in nos injecerunt, dictæ sententiæ canonem inciderunt. Injurias nobis, & molestias enormiter illatas vestre paternitati lacrymabiliter insinuans, lacrymis nostris, & petitioni clementer condescendatis. Indignum est siquidem, subjectorum petitionem ad vos directam vacuam reverti & inanem, quæ & humilitatem redolet, & rationis subnixæ est præsidio. Nec immunis est a culpa, qui cum potest corrigere, dissimulat emendare; nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. Licet igitur verba doloris toties multiplicaverim, Pater sancte, ne miremini. Nescit, imma nequit pectoris claustrum dolor assiduus sepeliri. Valeat paternitas vestra. Ad hæc vero Cælestinus Papa ista digne rescripsit:

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei dilecto fratri Philippo Bellovacensi Episcopo salutem, & ab exorbitatione reditum maturare.

Sinistre licet tibi evenerit, nec mirum. Cunctorum enim meretur odium, qui omnium se in commune approbat inimicum. Præsulem namque pacificum exuens, militem bellicosum induisti; clypeum pro infula, gladium pro stola, lorica pro alba, galeam pro mitra, lanceam pro baculo pastoralis, ordinem rerum, & seriem per-

Instat
magis
Bellovac.III.
Cælestin.
Pap. red-
darguit
Bellovac.
Episc.

captus est cum multis aliis, dum XIV. Kal. Junii Fer. II. in hostem processisset urbi suæ insultantem, ut narrat Hovedenus hoc anno pag. 768. & cum eo Matthæus Paris in Chron. sed anno tantum sequenti Cælestinus III. ejus liberationem a Richardo Rege petiit litteris a Baronio num. III. & seqq. recitatis. Ad eas literas repperere Chronographus Aquicinctinus & Neubrigensis lib. 5. cap. 22. qui hujus Præsulis captivitatem in annum sequentem conferunt. Bellicosus Pontifex servabatur in vinculis, inquit Neubrigensis, & tractabatur ab hostibus mitius forte quam meruerat, sed plane durius, quam Episcopum decebat. Interpellavit autem per suos Romanum Pontificem, ut Ecclesiastici vigoris instantia liberaretur de manibus detentoris. Idem vero summus Pontifex prudenter considerans, quod

Rex

pervertens, temerarius bajulasti; non vim (sicut allegas) sed virtutem vi repellere volens, non pro patria, sed contra patriam pugnans. De Gallia namque vestra publice declamare possumus: Væ terræ, cujus Rex puer est. Rex namque vester Regi Anglorum sacramento corporaliter præstito tenebatur ascriptus, super indemnitate tam oppidorum, quam terrarum suarum sibi fideliter observanda, saltem usque ad reditum ab itinere peregrinationis suæ. Sed contra fidem & sacramentum impudenter veniens, oppida prædicti Regis violenter occupavit, terram suam hostili manu crudeliter vastavit. Ab ergastulo tandem rediens, Regi vestro Rex ille viriliter occurrit, non de multitudine, sed in Domino Deo spem ponens. Non enim virorum, vel virium, sed virtutum copia bella vincuntur. Pro Rege quidem Angliæ contra superbiam humilitas, contra arrogantiam & intemperantiam modus & modestia bucusque dimicaverunt. Numerosis enim virtutibus, non viribus immunes viri victoriam consequuntur. Injuriam armis irrogatam armorum propulsare remedia leges, & jura permittunt.

IV. Nunc vero tandem, licet sero, Rex Angliæ se, suamque manifestavit animositatem, quoniam vix est, ut virtus clausa celari, ut animositatis ardor extingui, ut probitatis scintilla comprimi valeat, & concludi. Virtus enim claudi nescit, & ignis oppressus in flammam erumpit. Effranem siquidem domini tui vesaniæ non solum consiliarium, sed & complicem re tam insipientem, quam insolentem exhibuisti, quaesisti, & invenisti; pulsasti, & pulsatus probucubisti; in foveam, quam fecisti, merito incidisti; ubi autem inventus, ibi judicatus. Sicut igitur ex litterarum tuarum nobis directarum tenore perpendimus, excessus patrios nobis imputans, culpam tuam in nos retorquere laboras, nos tepidos asserens, & dissimulatores. Quid ergo si ovis in pasto-

PAGIUS Rex Anglorum Episcopum non prædicantem sed prædicantem cepisset; & rigidum magis hostem, quam pacificum Præsulem teneret in vinculis: ut vinculum relaxaret, illi molestus esse noluit, sed interpellanti sapienter & discrete respondit: improperans, quod sacularem militiam Ecclesiastica prætulisset, & pro baculo Pastoralis lanceam, pro mitra galeam, pro alba lorica, & clypeum pro stola sumisset, & gladium ferreum pro gladio spiritus, quod est verbum Dei: negansque se pro eo imperaturum Regem Anglorum, sed opportune supplicaturum pollicens. Vinculus itaque Pontifex relaxationem suam citra Regum concordiam desperabat, atque ideo pacem, quam prius inceptor belli oderat; in illo vinculorum radio suspirabat.

II. Brompton vero in Chron. etiam ad annum MCXCVII. Pro quo cum Papa scriberet, ut liber a carcere dimitteretur, curialiter Re-

rem, in patrem filius insurgat? nec pastor, quem non pavisse, nec pater erit, quem non poeniteat educasse. Nocens ergo in homine telum est, simplicitatis imagine malignam astutiam palliare. Regi tamen Anglorum pro te litteras dirigimus supplicatorias. Qualitate namque captivitas tuæ medullitus inspecta, in tali casu non possumus, nec debemus imperare, sed tantum supplicare. Victor ergo sapienter vincendus est, quia sic legitur: (a) Sapientia vincit malitiam. Nos autem pro te supplicamus non importune, sed opportune. Argumentum enim diffidentiae est importuna precum instantia. Debitum quoque facilius exequitur patiens expectatio, quam extorquet importuna petitio. Interim vero vinculis, & lamentis mancipatus, vincula tua, & lamenta leniter patienterque sustineas, juxta illud Poetae:

Leniter ex merito quidquid patiare ferendum est.
Quæ venit indigne poena dolenda venit.

Et illud merito lamentis expiandum est quod cum pudoris dispendio venter acquirit. Datum, &c. Hucusque Rogerius. At de Episcopi liberatione per Cælestinum sollicitè procurata, hæc narrat hoc anno Matthæus Paris: Dominus autem Papa, cui proposita fuit super hæc per Capitulum Bellovacense gravis querimonia: amicablem scripsit Regi Richardo pro Episcopi liberatione, quem in epistola sua charissimum vocavit fratrem, & filium suum, & Ecclesiæ, ut sic protinus sterneret Regem ad parendum. Præcepit igitur Rex ob reverentiam Papæ, ut lorica Episcopi exuta ipsi Papæ præsentaretur, & diceretur: (b) Vide an tunica filii tui sit, an non? Cui Papa: non filius meus est vel Ecclesiæ. Ad regis autem voluntatem redimatur, quia postus Martii, quam Christi miles judicatur. Hæc ipse, atque de his hætenus.

gem increpans, quod Philippum Bellovacensem Anno se- Episcopum fratrem suum Karissimum sic cepit & quanti detinuit; Rex ergo missa lorica Episcopi in qua frustra captus fuit, Domino Papa pro fratre suo scripsit: ubi in Epistola sua dixit. Vide si tunica fratris tui sit an non: Et Papa desinente pro eo ratio amplius petere, per redemptionem postea Episcopus liberatur, anno scilicet MCCII. ut prodit Matthæus Paris ad eum annum. Literas Episcopi Bellovacensis ad Cælestinum III. & Pontificis ad Episcopum Bellovacensem responsum anno etiam sequenti refert Hovedenus. Castris intererant Prælati, ut pro Rege ac patria militantes suis exhortationibus ad rem præclare gerendam accenderent, iisque benedictionis gratiam impertirentur, ac denique pro factis rerum successibus Deum exorarent, sed nunquam eis licuit præliis interesse, nisi cum contra Paganos pugnandum erat, tunc enim Prælati

V. Henricus Imp. redit in Italiam ad Lanienam.

Hoc eodem anno Henricus Imperator sub velato prætextu expeditionis Terræ sanctæ veniens in Italiam, perditurus Northmannos, diram vindictam exercuit adversus omnes, quos sciret ex Northmannorum gente descendere, & eos in primis, qui alium in Regem erexissent. De tempore autem ejus adventus, in Chronico Fossæ novæ asseritur, hoc anno pridie Kalend. Decembris venisse Ferentinum civitatem, apud Latium positam prope Hernicos, ibique pacifice permansisse diebus septem: Postea vero, inquit, ivit Capuam, & invento ibi Comite Richardo de Cerra in ergastulis, fecit eum judicare, & per pedes ad caudam equi ligare, & per lutum omnium platearum. Capuæ fecit deducere, & jussit eum post hæc per pedes appendi, & tam deum in patibulo mortuus mansit appensus, quousque Imperator mortuus est. Post Nativitatem Domini idem Henricus Imperator egressus Capuam, ivit in Siciliam xvii. Kal. Februarii. Quænam autem ibi per eum adversus Northmannos gesta fuerint, diduri sumus anno sequenti, quo fieri contigerunt.

PAGIUS

III. Gesta ab Imperatore in regno Neapolis.

lati ac Sacerdotes id Canonum sancitis contrarium non censuere. Hinc passim bellis sacris interfuere, & in iis sæpe vel vulnerati vel cæsi, ut videre est apud Abbonem lib. 1. & 2. de Bello Parisiaco, Historicis Sacrarum expeditionum, Flooardum in Chron. ad annum MCXXV. Rodericum Toletanum lib. 8. cap. 3. 9. & seq. ac innumeris alios. Ad num. V. Richardus de sancto Germano in Chron. ad annum MCXCVI. parum accurate scribit, Henricum Imp. in Alemannia rediisse; is enim anno superiori in Alemanniam reversus est, & ut narrat Chronographus Aquincinus ad annum MCXCVI. Henricus Imp. hieme transiit (nempe in Germania seu Alemannia) iterum ad Siciliam & Apuliam proficiscitur; & quidquid in regno corrigendum erat, ab eo corrigitur. De Imperatore scribit etiam Richardus: De Alemannia Vormaciensem Episcopum misit Legatum in regnum, qui Neapolim veniens cum jam dicto Casinense Abbate (nempe Roffredo) Latinis etiam aliis & Teutonicis Imperiale implens mandatum, Neapolis muros, & Capuam funditus fecit everti. Hoc eodem anno Joannes de Ceccano in Chronico suo tempore gestam his verbis narrat: Tempore Domini Joannis de Ceccano Ecclesia S. Mariae Fluminis honorifice dedicata est & consecrata; ad quam consecrationem fuit tanquam pater Dominus Jordanus Presbyter Cardinalis, &c. Et dein refert Chartam donationis huic Ecclesiæ die dedicationis ejus a se factæ: In nomine Domini anno Domini. Incarnat. MCXCVI. Pontificatus Dom. Cælestini III. Papa anno VI. Indiæ. XIV. mense Julii die XXIV. hac die ego Joannes de Ceccano in presentia Domini Jordanii Cardinalis S. Pudentiana charissimi patris mei & venerabilium Episcoporum, &c. Post donationem legitur: MCXCVII. Hoc ipso anno. Verum numerus ille a Librariis transpositus; hæc enim verba, hoc ipso anno, denotant feriem rerum eodem anno gestarum, ideoque loco, anno MCXCVII. legendum, ut sequitur: MCXCVI. Hoc ipso anno Henricus Imperator egressus Alemannia pridie Kalendas Decembris adventit Ferentinum, & per septem dies ibi moratus est cum pace & aquitate. Postea ivit Capuam, & invento ibi Comite Richardo de Cerra (legendum, de Acerra) in ergastulis fe-

chardo de Cerra in ergastulis, fecit eum judicare, & per pedes ad caudam equi ligare, & per lutum omnium platearum. Capuæ fecit deducere, & jussit eum post hæc per pedes appendi, & tam deum in patibulo mortuus mansit appensus, quousque Imperator mortuus est. Post Nativitatem Domini idem Henricus Imperator egressus Capuam, ivit in Siciliam xvii. Kal. Februarii. Quænam autem ibi per eum adversus Northmannos gesta fuerint, diduri sumus anno sequenti, quo fieri contigerunt.

Hoc eodem anno Cælestinus Romæ de-

ait eum judicare, & cætera recitata a Baronio, qui transpositionem illam emendavit, Lector tamen non monito. [1]

Ad num. VI. Baronius anno MCXXX. n. XLIX. & seq. Ostendit ex Actis publicis Antipapam consecrasset Ecclesiam S. Laurentii in Lucina; hoc vero anno dicit, Cælestinum III. eandem Ecclesiam iterum restitutam dedicasse, quod probat ex inscriptione, in qua dicitur id factum anno Domini. Incarnat. MCXCVI. Pontificatus D. Cælestini III. Pap. Anno ejus VI. Indiæ. XIV. mense Martii die XXVI. Verum hæc inscriptio majusculis litteris scripta longe post hoc tempus ab aliquo rei Chronologica imperito posita fuit; Cælestinus enim die XXX. mensis Martii anni MCXCI. Pontifex Romanus electus fuit, ideoque hoc anno die vicefima sexta ejusdem mensis quintum Pontificatus annum adhuc numerabat. Hujusmodi inscriptiones, Epitaphia, & id genus alia tam crebro recentes Scriptorum in errorem induxerunt, ut licet jam sæpius monuerim nullam eorum rationem habendam, nisi de eorundem antiquitate constet, operæ tamen præterea duxi huic Operi finem imponens, iterum hoc principium inculcare.

Hoc anno, vel anno Hegira DXCII. mense Rabiei prioris, inquit Noweirius, idest, mense Februario, Jacob Imperator Africae & Hispaniæ Saracenicæ Tolerum obsidione cinxit, sed fortiter repulsus est; nec aggressio Martii, Cuencæ & Alcalæ ei feliciter successit; cum eas sibi subicere non potuerit. Alphonsus VIII. Castellæ Rex, qui pace indigebat, eam a Jacob Imperatore postulavit, eamque ab illo eo facilius obtinuit, quo acceperat Africanos quodam nomine Tabia sibi præfecto rebellasse. Quare in Africam anno Hegiræ DXCIII. seu mense Decembri hujus anni, Jacob transfretavit. Hoc enim anno, eraque MCCXXXIV. Saracenos in Africam reversos esse demonstrat Moretus in Investigat. Navar. pag. 675. ex testamento cujusdam Dynastæ, in quo legitur: Testamentum quod fecit D. Rodrigo de Argaiz, in exitu Saracenorum. Facta charta sub Era MCCXXXIV. regnante Rege Sancio in Navarra. Fallitur itaque Rodericus lib. 7. cap. 30. Dum ait, hoc bellum annos tres durasse, & Jacob bis Toletum obsedisse; cum Saraceni Afri-

NOTÆ

[1] Hoc anno Henricum in Italiam venisse certum est, sed æque certum aliquot ante Decembri mensibus eo jam pervenisse, cum extet ejus diploma datum Papæ hoc anno 1196. Indiæ. 14. Regni XXVII. Imperii VII. Regni in Sicilia secundo, X. Kal. Septemb. Habes illum ex codice MS. Ambrosiano chronici Danduli, relatum in annotationibus, ad Chronicom. illud Rer. Ital. tom. XII. col. 317. MANSI

dicavit magna solemnitate Ecclesiam S. Laurentii in Lucina iterum restitutam.

De his hæc inscriptio ibi :

AN.

PAGIUS. Africa initio an. MCXCV. in Hispaniam ingressi ante hujus Christi anni exitum ex ea exierint. Scribit idem Rodericus Jacob Imperatorem inter alia oppida Placentiam a paucis annis ab Alphonso Rege ædificatam Christianis eripuisse, sed non diu custodisse. Quam cum in prædam dedisset, postea & pulchrior & fortior circa annum MCC. reædificata fuit, ut prodit Auctor Historiæ Placentinæ lib. 2. cap. 8. Tunc Legionis & Navarra Reges adversus Castellanos pugnabant; sed, ut inquit idem Rodericus, Rex nobilis Aldefonsus dignum judicans furori cedere venienti, ad tempus cum Rege Arabum fecit treguam, ut posset tutius vicinis Regibus obviare.

VI. Obitus Alphonsi Aragonia Regis.

Ildefonso Rex Aragonum & Comes Barchinonæ ac Provincia mortuus est hoc anno Perpiniani die Jovis vigesimo quinto mensis Aprilis, uti tradit Garibajus lib. 32. cap. 3. Quid paulo ante mortem gesserit, narrat Anonymus de Gestis Comitum Barchinonensium cap. 22. Fuit a Domino Papa Cælestino sancitum, quatenus ipse Ildefonsus cum aliis Hispania Regibus Arabes impugnarent, & prohiberetur a dicto Domino Papa fuis, ne fœdus cum Sarracenis aliquid illorum haberent. Et quia tunc temporis Hispania Reges inter se omnes erant discordes, & eorum quidam fœdus dilectionis cum Sarracenis habebant, prædictus nobilis Dominus Ildefonsus, qui providus in omnibus bonis erat, proposuit in suo animo Beati Jacobi limina visitare, & Reges Hispania invicem convocare, ut dilectionis fœdus mitteret inter eos, ut facilius valerent contra Agrenos præceptum Apostolicum ducere ad effectum. Hoc denique prosequens propositum, tam ab ipsis Regibus, quam ab omnibus illius terræ Magnatibus benigne & honorifice est susceptus, & quisque per suam regnum strenuissime & nobilissime illum duxit. Divino siquidem nutu quosdam Regum in fœdus amoris conjunxit; alios autem ad tam magnum & optimum actum nullatenus valuit concordare. Et quando fuit reversus ad terram suam peregrinatione perfectâ, &c. venit Perpinianum, ubi mandaverat Curiam omnibus Principibus, & Baronibus Provincia Comitatus; & ibi febre arreptus gloriosissime obiit in Domino J. Ch. anno Domini MCXCVI. Subdit Anonymus Petrum filium natum majorem ei successisse in Regnum Aragoniæ, ac Comitatum Barcinonæ & Rossilionis; Alphonsum vero alterum filium habuisse Ducatum Provincie. Sicque Provincia iterum a Comitatu Barchinonensi disjuncta fuit.

VII. Expeditio Jerosolymitana ab Henrico Imp. decretata.

Per totam Alemanniam fit ingens commotio ad liberationem regionis transmarina, Archiepiscopo Moguntia (sc. Conrado) & Duce Saxonia (nempe Henrico Juniori Henrici Leonis filio), nec non pluribus Episcopis, & Principibus voto se Sanctæ Crucis obligantibus. Imperator quoque Henricus per Apulia & Sicilia littora tam navibus, quam in vidualibus copiosum exhibuit apparatus, inquit Nangius in Chron. ad hunc annum, cui suffragatur Arnoldus Lubecensis lib. 5. cap. 1. qui de Imperatore scribit: Sicut pater ejus priorem, ita ipse secundam devotus ordinavit peregrinationem. Qui apud Argentinnam in Curiali colloquio, acceptis Epistolis Dni. Papa Cælestini a venerabili Cardinale Gregorio, omni devotione se huic peregrinationi obsecutorum affirmavit. Verum non potuit Imperator desiderium suum implere, quia, ut subdit idem Arnoldus, intolerabilis guerra ibidem (id est, in Apulia, quo ex Germania hoc anno venit)

exorta est. Nam uxore Imperatoris (sc. Constantia) ab ipso dissidente, grandis conspiratio a Primoribus terra, a consanguineis etiam ipsius Imperatoris contra eum exorta est, ut anno sequenti, quo Cruce signati se viæ dedere, videbimus.

Superiori anno, ut tradit Rigordus de Gestis Philippi Augusti, Sacerdos quidam Fulco nomine in Gallis prædicare cepit; per cujus prædicationem & frequentem populis admonitionem, multi ab usuris sunt revocati, pauperibus Christianis usuras restituentes. Erat Fulco Presbyter & Pastor Neulliacus in Diœcesi Parisiensis, qui usque ad annum MCCII. (quo vivere desit, Nangio in Chron. & Bellovacensi lib. 29. cap. 68. testibus) miraculis & virtutibus inclaruit. Per idem tempus, inquit Hugo Autissiodorensis testis oculatus ad annum MCXCVIII. Sacerdos de Parisiensi Episcopatu Fulco, vir magna fidei vitæque honestæ celeberrimè opinione clarebat. Is Domino inspirante de licentia sui Episcopi vicinas peragrans regiones, Franciam, Flandriam, Burgundiam perlustrabat. Verbum sana doctrinæ & veritatis instanter seminans, & duo præcipue crimina usurarum atque luxuriæ vehementer insectans; sane verbis ejus attestabantur miracula, ut per eum cooperante Domino non modo animabus; sed & corporibus infunderet medicinam.

VIII. Floret in Gallia Fulco Presbyter.

Recalescebat proinde fides in populis, & tanquam calu distillasset a facie Dei, ad tempus mota est terra, sicque afficiebantur erga jam dictum virum, ut eum quocunque se verteret, & nimis gratulanter exciperent, & verba ejus nimis stidenter haurirent. Currente igitur velociter verba Dei, multas ex his, qui fœnus publicum exercebant, solo verbo convertit ad Dominum, qui præ multitudine sua censura Ecclesiastica non poterant coerceri. Sed & de hæresi Populiciana omnium hæreson feculentissima, qua virulentas radices suas late quidam, sed lateoer hoc tempore propagarat, multi ad fidem conversi sunt, eorumque confessione plures ex eadem hæresi sunt detecti. Inter eos hæresiarcha Terricus magnus Diaboli laqueus, qui apud Corbiniam cum in specu subterraneo diu latuerat, pluresque subverterat, tunc productus e lutebris & convictus incensus est. Apud urbem quoque Nivernensis Abbas S. Martini & Decanus Majoris Ecclesiæ de hoc pestilentissimo errore notati, Episcoporum Concilio sistuntur Senonis convocato, ibique Abbas deponitur, Decanus suspenditur: & sic ad Sedem Apostolicam destinantur. Apud vicum quoque, qui dicitur Charitas, quidam viri prædixit hæresis prædicta notabiles cum se absentassent die quo citati fuerant, ut ab hac infamia se purgarent, ab Ecclesiâ sunt præcisi, & expositi publicæ potestati. Innocentius III. an. Pontificatus sui primo scripsit ad eum Epistolam CCCXCVI. Libri primi, quam inscribit Fratris Fulconi, qua plenam ei auctoritate Apostolica concedit facultatem, ut, inquit, tam de Monachis nigris quam albis sive Canonicis Regularibus aliquot, &c. libere tibi possis coadjutores adjungere, &c. Pergit Hugo Autissiodorensis.

IX. Persequitur hereticos.

Per hoc præterea dies Judæi gravi direptione & afflictione vexati sunt: nam cum vis Domini Fulco ad extirpationem vitiorum, insersionemque virtutum totus instaret, & usurarios penitus abhorreret, Judæos desolabat omnimodo, quia plerisque nostrorum infinitis & gra-

Dedicatio Eccl. S. Laurentii in Lucina. *ACHE-RONTI-NUS

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCXCVI. PONTIFICATUS D. CÆLESTINI III. PAP. ANNO EJUS VI. INDICT. XIV. MENSE MARTII, DIE XXVI. DEDICATA FUIT HÆC ECCLESIA PER MANUS EJUSDEM CÆLESTINI. CUM QUO INTERFUERUNT ARCHIEPISCOPI EBORACENSIS. *ACERNTINUS. SIPONTINUS. EPISCOPI ALBANENSIS. OTTO OSTIENSIS. PETRUS PORTUENSIS. JOANNES BITERBIENSIS. NICOLAUS SINFORONIENSIS. PAULUS ORTANUS. SABARISCIUS BATHONIENSIS. N. CAPUTAQUENSIS. A. REATINUS. B. NARNIENSIS. JACOBUS AMELIENSIS. ET TOTA CURIA CARDINALIUM. PRÆSIDENTE HUIC ECCLESIE CYNTHIO CARDINALI. FACTA EST AUTEM HÆC DEDICATIO AD HONOREM DEI ET BEATI LAURENTII MARTYRIS, CUM DEVOTIONE TOTIUS POPULI ROMANI ET ADIACENTIUM POPULORUM. CUM TANTA SOLEMNITATE ET GLORIA. QUANTA HACTENUS NEC RECOGNITA NEC VISA FUIT.

Ann. Eccl. Tom. XIX.

Vvvv2 An.

PAGIUS

gravibus attenuassent usuris. Ipsi proinde instantia & ferventi instinctu, Episcoporumque annisu res eo usque deducta est, ut omnium debitorum qua Judæis debebantur, dimitteret dimidium, & dimidium statutis terminis solveretur. Sed & aliqui de Baronibus eos de terrarum subdita expellere curaverunt: qui tamen expulsi, a Rege recepti sunt, & retenti: quod quidem fama Regis non modicum derogavit, dum eos quos jam pridem expulerat, iterum receperat (anno sc. MCXCVIII. ut alibi diximus). Eodem anno prædictus Fulco Crucis sibi signum affigit, & instanti prædicatione populum ad trasmarinam profectionem adfiscit. Nec modo per prædictum Fulconem in tanta erat magnificentia verbum Dei; sed & quidam alii dum prædicationis instarent officio, desideratissime concurrebat ad auditum verbi populi multitudo. Verum non diu persistit illa fervens audiendi frequentia; sed processu temporis cito deferbuit, & multi, qui a vitii resiliere jam ceperant, in eadem sunt relapsi.

XI. Moritur Mauricius Ep. Parisiensis.

III. Idus Septemb. inquit Rigordus de Gestis Philippi Augusti ad hunc annum, Mauricius veneranda memoria Parisiorum Episcopus, pater pauperum & orphanorum feliciter migravit ad Dominum. Hic inter innumera bona qua fecit, quatuor Abbatis fundavit, & propriis sumptibus devotissime dotavit. Successerat Petro Lombardo, & ut inquit Hugo Autissiodorensis in Chron. ob industriam & literarum exitiam, & disertitudinem linguæ præcipuam, de infimo magna paupertatis, ad Pontificalis demum eventus est apicem dignitatis. Hic inter præclara opera, suam Ecclesiam cui præerat, a fundamenti extruxit. Mirabile illud ædificium etiamnum perseverat. Huic successit, inquit Rigordus, Odo natione Soliacensis, frater Henrici Bituricensis Archiepiscopi, longe a prædecessore moribus & vita dissimilis. Labbeus in Chron. putavit oscitantem Librarium omisisset particulam negativam non quod Odo fuerit Præful religiosissimus, & sanctis moribus conspicuus. Verum cum Bellovacensis, qui sequentis sæculi initio floruit, quique aliorum opera exscribere solet, lib. 29. cap. 58. totidem verbis idem de Odone referat, non dubium, quin illud a Rigordo mutuatus fuerit. Existimo itaque Rigordum, qui in Aula Philippi Augusti, cujus Medicus erat, Odone Episcopatum Parisiensem regente, vixit, quique ideo ignorare non potuit quod alii de illo scribere, iniquo animo id in literas misisse; Scriptores enim quandoque calamo abuti, & falsa narrare omnibus notum. De Odone supra egimus.

Rigordus de Gestis Philippi Augusti ad hunc Christi annum scribit: Eodem anno, & eodem Philippense (nempe Junio cujus supra mentionem fecerat) Philippus Rex (Francorum) duxit uxorem nomine Mariam, filiam Ducis Merania, & uxore di-Bobemia, Marchionisque Istria. Nangius in missa Chron. ubi hoc conjugium perperam in annum suam sequentem differt, vocat Mariam filiam Ducis perindum Merania & Bremia, Marchionisque Istria, & Gulsunvilla, qui exemplar MS. hujus Chronici, quod unicum, ni fallor, superest, legerat, in Notis ad Epist. CXXXVII. Petri Blesensis, loco, Bremia, legit, Brenna, sed vox illa corrupta, ut videtur. Aliqui eam non Mariam, sed Agnetem appellant, quia forsan binominis erat. Ingelburge uxor Philippi Regis quæstia est apud Cælestinum III. quod maritus aliam uxorem superinduxisset, sc. Mariam. Baluzius Tom. I. Miscell pag. 422. refert Ingelburgis Epistolam ad Cælestinum III. Papam, in qua ait: Jam triennium est elapsum, quod Rex Francia me in atate nubili desponsavit, & mihi, prout naturalis ordo requirit, debitum reddidit maritalis. Postmodum vero investigatione diabolica, & quorundam malitiosorum Principum persuasione seductus filiam Ducis S. (littera illa corrupta, nisi ad proprium Ducis nomen referatur) superinduxit, & retinet pro uxore; me vero in quodam castello incarcerari præcepit, ubi sic proscripserat, dego, quod ad Cælos levare oculos non audeo, neque possum, &c. Proh dolor! spernere Vestræ Sanctitatis litteras non formidat, audire Cardinalium jussa recusat, Archiepiscoporum & Præfulum dicta contemnit, & admonitiones religiosorum quorumlibet aspernatur, &c. Unde nisi vestra misericordia mihi miserè dignetur, morti succumbam in proximo temporali. Huc refero verba Rigordi ad an. MCCI. scribentis Regem Mariam tenuisse quinque annis contra legem & Dei decretum; qua eo anno demortua, ad petitionem Regis Francorum Innocentius III. infantes a Philippo Rege ex ea susceptos, nempe Philippum & filiam nomine Joannam legitimos heredes esse mandavit, quia Willelmus Archiepiscopus Remensis uti Legatus Apostolicus prius matrimonium dissolverat, non quidem contra jus, testes enim coram se producti fuere consanguinitatem asserentes, sed contra ordinem juris; unde sententia ab eo lata postmodum abrogata fuit. Philippus Augustus anno MCCXIII. Isemburgem uxorem suam, a qua jam per annos XII & amplius dissenserat, inquit Nangius ad eundem annum, in gratiam recepit, ut videre est apud Spondanum in Continuations Annal. Baronii.

JESU CHRISTI
ANNUS
1197.

CÆLESTINI PAP. III.
ANNUS
7.

HENRICI V. IMP. 7.
ALEXII ANG. IMP. 3.

I.
Novissimus ad-
ventus
Henrici
Imp. in
Siciliam.

(a) Arn. l.
§. 6. 2.

Annus Christi millesimus centesimus nonagesimus septimus, Indictione decimaquinta, ordine sequitur, quo Henricus Imperator (ut vidimus anno superiori ex Chronicis Fossæ novæ tunc scriptis) ex Campania venit in Siciliam ad XVII. Kal. Februarias, ut in Northmannos, qui favissent Tancredo Regi, carnificinam dirissimam exerceret. Hac namque de causa parasse exercitum, & ex Germania in Italiam descendisse testatur Arnoldus Lubecensis (a) his verbis: Imperator sane ad ultionem inimicorum suorum infinitum contraxerat exercitum de Suevia, Bavaria, Franconia, & aliis nationibus usque ad sexaginta millia. Sed quam de illis expetierit ultionem, eundem audi, dum ait: Contigit autem, ut ipsos adversarios suos comprehenderet, & dignam de eis ultionem caperet. Et illi quidem, quem contra se Regem creaverant diademate imposito, clavis acutissimis cum ipso diademate caput transfixit; filios autem aut suspendio, aut incendio, aut aliis damnavit suppliciis. Hæc ipse. Sed ista non potuerunt facta esse Tancredo, quem jam ante annum superiore defunctum fuisse liquet: fortasse inverso textu potius intelligenda de illis, qui Tancredo coronam imposuere. Porro sævitia Henrici adversus Northmannos eo progressa est, ut Constantia Augusta ipsius uxor, propago Northmannorum Regum, indigne ferens, gentem suam demetendam penitus traditam, & extinguendam: adversus virum suum Imperatorem rebellans, armaret exercitum. Quo tandem progressa sunt ista, sic accipe a Rogerio in Annalibus:

Eodem anno Henricus Romanorum Imperator cepit magnates Siciliae, ex quibus quosdam incarceravit, quosdam diversis poenis affectos morti tradidit. Margaritum etiam Ammiratum, cui ipse dederat

Ducatum de Duraz, & Principatum de Tarento, & Principatum maris, evulsit oculis, & abscissis testiculis, excacari, & ementulari fecit. Constantia vero Imperatrix videns mala, quæ Imperator gesserat, cum gente sua fœdus inivit contra Imperatorem maritum suum, & Panormum pergens, cepit thesauros Imperatoris, quos Reges Siciliae a multo tempore thesaurizaverant; unde Principes regni animosiores effecti, injecerunt manus in Alemannos Imperatoris, & interfecerunt eos. Imperator vero fugiens, clausit se in munitione forti, volens, si posset, repatriare. Sed adversarii ejus ita vias ei præcluserant, quod nusquam securus illi pitebat egressus. Sic igitur Imperator in regno Siciliae conjugii tandem deferendum putavit, & quas ipsa vellet condiciones accepit, ut conjugalis fugata concordia postliminio rediret ad propria. Quod enim meditaretur Imperator ipse majora: ne præpediretur bello domestico, pacem quaesivit, petiit, & obtinuit. Qui igitur classe potens in Siciliam pervenisset: haud mediocrem timorem incussit Constantinopolitano Imperatori Alexio Angelo, cum ad eum misit legationem acerbissimam, qua ab ipso peteret quidquid terrarum olim occupasset in Oriente Willelmus Siciliae Rex, ab Epidauo usque ad Thesalonicensem civitatem, vel ut pro his tributum ingens penderet imperatum.

Qua quidem legatione adeo concussum est Imperium Constantinopolitanum, ut qui moderaretur illud ipse Alexius Angelus tributum licet importabilis duram conditionem minime reiiciendam esse putarit, quin ad colligendum aurum sagacissimos ministros elegerit. Quorum opera expilatas tradit Nicetas Choniata fuisse Ecclesias, monasteria, Imperatorum etiam refoffa sepulcra, ut aurum Imperatum colligere possent. Erat ejus

ciliam XVII. Kalendas Februarii currenti scilicet Christi anno. Imperator, qui ex Germania in Italiam redierat, assignatum sibi a Diopuldo Rocca Arcis Castellano dictum Acerrarum Comitum, cum apud Capuam Curiam regeret generalis trahi ab equo primum per plateas Capuae, & demum verso deorsum capite suspendi vivum jubet. Quem viventem post biduum quidam Imperatoris histrio Teutonicus cognomine Follis, ut ipsi Imperatori placeret, ligato ad guttur ejus non parvo lapidis pondere ipsum turpiter exhalare coegit. Tunc Imperator ipse generalem toti regno collectam imponit, inquit Richardus de Sancto Germano in Chron. Magnates Regni Siciliae validam adversus Henricum Imp. conspirationem constarant sub Constantia Imperatricis auspiciis; sed Imperator prudentia sua tamatus omnes compescuit.

III.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6690.

XII. An. Eræ M. CCXXV. An. Hegiræ DXCV. Inchoato die 13. Novemb. fer. 5. An. C. 1197.

JESU CHRISTI 1197.

CÆLESTINI III. PAPÆ 7.

HENRICI VI. REG. 8. IMP. 7.

ALEXII ANGELI COMNENI IMP. 3.

A Num. I. ad IV. Joannes de Ceceano in suo Chronico anno superiori a nobis emendato hæc narrat: Post Nativitatem Domini Henricus Imp. egressus Capuam ivit in Si-

CHRISTI
1197.

CÆLESTINI III. PAP.
7.

HENRICI V. IMP. 7.
ALEXII ANG. IMP. 3.

summa talentorum, sexdecim auri purissimi, quod tunc ab eis, qui solvebant Alemannicum tributum est appellatum. Quod tamen male collectum videre non meruit qui illud indicendum jufferat Henricus Imperator, tunc ex humanis exemptus. Cujus interitu respiravit, qui consternatus animo erat Alexius imperator; hæc summatim, quæ prolixiori tractatu Nicetas est profecutus.

IV. Eodem quoque anno, ipsis Kalendis Septembris (ut Arnoldus, qui tunc vivebat, testatur) classis Imperatoria solvit Messana Orientem versus, & felicissima usa navigatione pervenit in Palestinam, ad portum Accom, vigesima secunda ejusdem mensis; ipsa die, qua in Ecclesia, ut ait, celebratur dies natalis sanctorum martyrum Mauritii, & sociorum. Præfatus est classis Cancellarius Imperatoris Conradus Hildesemensis electus, tunc vero consecratus Episcopus, cui olim ab Imperatore absente cura regni Siciliae fuerat demandata. Sed quomodo tunc Henricus Imperator ægrotare incipiens, mortuus est eodem mense Septembris, die vigesima octava ejusdem, in vigilia sancti Michaelis Archangeli, in eo, quod ad annum obitus spectat, hæc habet Chronicon Fossæ novæ:

*Imperii Romæ sexto decessit ab anno, Mille dein centum bis, demptis tribus ab istis
Transferant anni, periit cum pessimus anguis, &c.*

Plura enim ibi coacervantur in detestationem ejusdem Imperatoris. De die autem obitus Rogerium audi, qui subicit totidem verbis ista:

PAGIUS Rebelles contra Imperatorem Regem creaverant, sed Imperator diademate imposito clavis acutissimis cum ipso diademate caput transfixit, filios autem aut suspendio, aut incendio, aut aliis damnavit suppliciis, inquit Arnoldus lib. 5. cap. 2. qua de re legendus etiam Hovedenus ad hunc Christi annum a Baronio citatus.

II. Tunc ipse Diopulduus (seu Diepoldus, inquit Richardus laudatus) per Imperatorem factus est Comes Acerrarum. Tunc etiam Odo frater ipsius paulo ante ad expugnandam Roccham Siccam, in qua se Raynaldus, & Landulphus de Aquino fratres contra Imperatorem, receperant, ab ipso Imperatore dirigitur, & ipse se confert in Siciliam Imperator, ubi ad se duci Imperatricem jubet, qua in Panormi Palatio constituta, quidam Guillelmus Monachus, qui Castellanus erat castri Joannis, rebellavit Imperatori; ad quem obsidendum cum ipse personaliter accederet Impera-

Eodem anno Henricus Romanorum Imperator, facta reconciliatione cum Alexio Obitus Henrici Imp. cui venit sacra sepultura. Swanum
*re sua & magnatibus Siciliae, incepit agrotare, & misit * Savaricum Barbo-*
nensem Episcopum consanguineum, & Cancellarium suum de Burgundia ad Richardum Regem Angliæ, & obtulit ei recom-
pensationem pecunie quam de eo ceperat pro redemptione sua, sive in auro & argento, sive in terris. Dum autem prædictus Savaricus iret in ista legatione, prædictus Romanorum Imperator obiit, in Sicilia apud Messanam, in vigilia S. Michaelis, excommunicatus a Cælestino Papa propter captionem & redemptionem Richardi Regis Angliæ; & ideò prohibuit idem Papa, ne corpus illius sepeliretur, licet Archiepiscopus Messanae pro eo multum orasset. Vonit itaque præfatus Archiepiscopus ad Cælestinum Papam tribus de causis. Prima, ut corpus Imperatoris sepeliretur. Secunda, ut Marcovaldus summus Imperatoris Justitarius liberaretur ab obsidione Romanorum, qui eum obsederant in Marchia Guarneri, non permittentes eum inde exire. Tertia, ut Fridericus præfati Imperatoris filius coronaretur de regno Siciliae.

Ad primam vero petitionem respondit dominus Cælestinus Papa quod non permitteret corpus Imperatoris sepeliri, nisi de consensu Regis Angliæ, & nisi pecunia quam ipse de Rege Angliæ ceperat, redderetur. Ad secundam petitionem respondit Papa, quod prædictus Marcovaldus per ipsum liberari non poterat, nisi de voluntate Romanorum. Ad tertiam petitionem respondit dominus Papa, quod consentiret, si fratribus suis Cardinalibus placeret, ut Fridericus præfati Imperatoris filius coronaretur de regno Siciliae.

tor, superveniente ægitudine, abinde infirmus discedens, sicut Domino placuit, diem clausit extremum. Et tunc fama discurrente per regnum dictus Odo frater Diopuldi Comitum, rupta obsidione Roccha Sicca, discedit, & se contulit ad Roccham Arssi.

A num. IV. ad XI. Hovedenus in parte posteriori pag. 773. de Henrico Imperatore scribit; obiit in Sicilia apud Messanam in vigilia Henrici Sancti Michaelis (quæ incidit in diem XXVIII. mensis Septemb.) excommunicatus a Cælestino Papa propter captionem & redemptionem Richardi Regis Angliæ. Dies tamen mortis ejus in Emortuali Casinenfi a Caraciolo vulgato, inscribitur diei V. Octobris, nempe tertio Nonas Octob. [1] Propheticum Beati Joachimi fundatoris Ordinis Florentis spiritum, veris rerum eventis in Henrico VI. ejusque posteris comprobatum fuisse ostendit Papebrocius ad diem XXIX.

NOTÆ [1] Diem emortualem Henrici VI. quæ a Pagio relinquitur incerta definiendam ego censeo ex iis quæ leguntur in chronico veteri ex libris Pentheon excerpto & a Menkenio Rer. German. tom. I. vulgato, ubi dies illa designatur IV. Kal. Octobris. MANSI

ellia. Et factum est ita, datis domino Papa mille marchis argenti ad opus ipsius & mille marchis argenti ad opus Cardinalium. Juravit etiam Imperatrix talis sacrosanctis Evangelis, quod predictus Fridericus natus fuit de legitimo matrimonio predicti Henrici Imperatoris, & ipsius Constantia.

VI. De natalibus Friderici II. Antequam autem reliqua de his, quæ spectant Henrici Imperatoris testamentum, enarremus, dicendum primo de ejus filii, nempe Friderici Secundi, natalibus; inde vero de ipsius ætate, quoto Redemptoris anno sit natus & baptizatus, atque a quo fuerit pariter educatus. Quod ad natalia spectat, jure visus est Pontifex exegisse a matre Constantia Augusta juramentum, quod ipsa conceperit eum ex Henrico Augusto conjugē, eo quod suspiciones increbuisse, ipsum Fridericum partum fuisse suppositum. Quod & Marcovvaldus successori Cælestini Papæ Innocentio scribens, cum bellum adversus eum in Sicilia ageret, palam, certaque fide se probaturum pollicitus fuit. Habent ista ejusdem Innocentii Papæ Acta, suo loco, Tomo sequenti recitanda. At ipse Pontifex, quam juramento purgatam suspicionem putavit, eandem in judicium noluit revocari. Sed quod jam semel sparsum esset in vulgus, tantum abest ut per juramentum Constantiæ abolitum fuerit, ut ex fabulis colorum pigmentis, scriptis proditis acceperit augmentum. Recitat fabulam (a) Crantzius, a quo, si libet, petere potes. Quæ quidem fide habetenus conciliavit ex portentoso illo a nobis superius recitato & confutato mendacio, quo asserbatur, ipsam tunc Constantiam, cum filium peperit, annorum fuisse quinquagintaquinque, vel etiam secundum alios sexaginta, eo quod tali ætate ut plurimum natura esset impotens, quæ potuisset filium generare; cum tamen testificatione ipsius, qui nuptiis ejus interfuit, & carmine eas cecinit Gotfridus Notarius ejusdem Imperatoris Henrici, testatum reliquerit, triginta tantum annorum ætatis tunc fuisse Constantiam cum nupsit, ita ut cum peperit masculam prolem anno Redemptoris millesimo centesimo nonagesimotertio (ut modo probaturi sumus) fuerit ætatis annorum tantummodo triginta septem, vel ad summum octo, qua feminas filios posse parere, naturam non negare, quotidiana docent exempla. Et Phisici (b) confir-

mant, in aliquibus accidere, ut etiam usque ad sexagesimum annum concipiendi prolem tempus extendatur, una cum menstruorum fluxu. His dictis de natalibus Friderici, reliquum modo est, ut de ipsius agamus ætate.

Quod pertinet ad annum, quo natus est Fridericus, inconstans est antiquorum sententia. Albertus siquidem Stadenfis Abbas eum natum affirmat anno millesimo centesimo nonagesimoquinto; Rogerius autem in Anglorum Annalibus reducere videtur, (nisi mendum sit in codice, quod timeo) ad annum millesimum centesimum nonagesimum, dum anno Christi millesimo centesimo nonagesimo septimo, agens de ejusdem Friderici baptisate, hæc ait: Eodem anno filius Henrici Romanorum Imperatoris, quem peperat ei Constantia Imperatrix, filia Rogerii quondam Regis Siciliae, puer VII. annorum baptizatus est, & vocatum est nomen ejus Fridericus. Sic ipse. Sed puto errore librarii scribentis 7 pro 3. il-lapsum esse mendum. Siquidem (quod constans est apud omnes) cum idem Fridericus mortuus sit anno millesimo du-centesimo quinquagesimo, suæ vero æta-tis anno quinquagesimo septimo: dicendum est, ipsum esse natum anno Redempto-ris millesimo centesimo nonagesimotertio, ita ut quadrimus hoc anno fuerit, se-quenti autem quinquennis. Quæ probe conveniunt his, quæ (c) Innocentius Papa Tertius ad ipsum post mortem ma-tris Constantiæ (quæ contigit anno se-quenti vigesimo septimo mensis Novemb.) scribens ait (d): Utrumque flere didicit, quam elementis plene alterum nominare. Qui scilicet esset adhuc in infantia con-stitutus, quæ usque ad septennium pro-pagatur. Baptizatus est autem Assisii in valle Spoletana sita civitate, & quidem ritu solemnī; nam de his ista idem Albert. Stadenfis: Nocte, inquit, quæ præcedit dormitionem Joannis Evangelistæ, natus est scilicet. Et quindecim Episcopis, & Cardinalibus presentibus, baptizatus, dictus est Fridericus. Hæc Stadenfis Ab-bas. Sed quænam fuerit causa, ut ba-ptizaretur Assisii, didicimus ex Actis vi-tæ ipsius Innocentii Papæ Tertii, quam antiquitus scriptam repertam in Archi-vo Avenionensi, ab Illustrissimo Cardi-nali Carolo de Comitibus ibi legatione fungente nuper accepimus, nempe quod ab eodem Henrico Imperatore Conradus natione Svevus educator infantis, jam-

VII. De Friderici II. ætate.

(c) Innoc. l. x. ep. 575.

(d) Id. ib. ep. 576.

Educatio Friderici infantis.

Sicilia ad Romanam Ecclesiam deveniat. Baro-nius num. VIII. dicit, inconstantem esse An-tiquorum sententiam circa annum quo Frede-ricus in lucem prodit, concluditque eum na-tum anno MCXCIII. & currenti quadrimum fuisse. Verum Albertus Stadenfis Abbas ab eo lau-

PAGIUS XXIX. mensis Maii, ubi Vitam ejus illustrat in disquisitione Historica §. 5. Baronius num. IX. fragmentum testamenti Henrici Imp. recitat, in quo indicat se penitere persecutionis Romanæ Ecclesiæ illatæ, statuitque, ut si Fre-dericus filius suus sine herede decesserit, regnum

antea creatus fuerat Dux Spoleti, atque Comes Assisi, cui utpote fidissimo sibi subdito, & amico, gentili suo, atque Du-cissa ejus conjugi, Imperator nutrien-dum dedit ipsum Fridericum infantem: quem Constantia mater recepit postea, cum est reversa in Siciliam. Qui igitur Comes erat Assisi Conradus Svevus, i-bidem infantem jam quadrimum solemnī baptisate baptizandum curavit. His igitur de Friderici primordiis non præ-tereundis enarratis, redeamus ad patrem ejus Henricum Imperatorem, hoc anno (ut audisti) ex humanis exemptum.

VIII. Qui condidit testamentum, & quidem pius valde, ut quem penituisse in pri-mis persecutionis, quam Romanæ Eccle-siæ intulisset: quod aliter non potuit, eo saltem testamento satisfaciendum cu-ravit. Recitatur ejus fragmentum in iisdem Actis Innocentii Papæ Tertii citatis superius his verbis: In hac fuga perdi-dit Marcovvaldus universam supellesti-lem suam, & inventum est in quodam scri-nio testamentum Imp. Henrici, aurea bulla signatum. In quo inter cætera hæc de verbo continebantur ad verbum: Impera-trix consors nostra, & filius noster Fridericus domino Papæ, & Ecclesiæ Roma-næ exhibeant omnia jura, quæ a Regi-bus Siciliae consueverunt habere, & do-mino Papæ securitatem faciant, sicuti Re-ges Siciliae summo Pontifici, & Romanæ Ecclesiæ facere consueverunt. Si vero præ-dicta consors nostra præmoriatur: filius noster secundum ordinationem nostram re-maneat; & si filius noster sine herede de-cesserit: regnum Siciliae ad Romanam Ecclesiam deveniat. Si vero filius noster præmoriatur: dilecta consors nostra regnum in vita sua retineat; & post mor-tem suam regnum Siciliae ad Romanam Ecclesiam deveniat. De Imperio ordina-mus, quod dominus Papa, & Ecclesia Ro-mana illud filio nostro confirmet. Et pro hac confirmatione Imperii & regni vo-lumus quod tota terra Comitissæ Mathil-dis restituatur domino Papæ, & Romanæ Ecclesiæ, præter Medisnam, & Argela-tam cum eorum pertinentiis. Et insuper ordinamus, & volumus, ut tota terra de Ponte payle, cum Montefortino libere dimittatur domino Papæ usque ad Cepe-ranam; & quod Ecclesia Romana habeat Montem Flaconem cum omnibus per-tinentiis suis. Insuper præcipimus Marco-ovaldo Senescallo nostro, ut Ducatum Ravennatō, terram * Brislinori, Mar-

* vulgo Bertinore

PAGIUS laudatus accurate scripsit in Chron. eum na-tum anno MCXCV. id enim confirmant Au-ctores coævi a nobis eo anno laudati, qui etiam diem nativitatis ejus notarunt, nempe festum Sancti Stephani proto-Martyris. At dicit Ba-ronius varios Auctores tradere Fridericum, qui

cbiam Anconæ recipiat a domino Papæ, & Romana Eccl. & recognoscat etiam ab eis Medisnam, & Argelatam cum eorum pertinentiis. De quibus omnibus bonis securitatem ei juret, & fidelitatem faciat sicut domino suo. In morte vero, si sine herede decesserit, Ducatus Ravennæ, & terra Brislinori, & Marchia Anconæ, Medesina, Argelata, cum earum perti-nentiis in dominio Ecclesiæ remaneant. Hucusque ibi de Regis Henrici testa-mento. Meminit & Innocentius Papæ in epistola ad Regem Anglorum ejusdem testamenti Henrici Imperatoris, atque: (a) In ultima voluntate penitentiæ ductus per eundem filium suum tibi, nempe ipsi Ricbaro Angl. Regi restituendum manda-vit, quod scilicet ab eo cum captivus esset, extorserat; & nisi faceret filius heres, per Sedem Apostolicam cogeretur. Quod postea per ipsum Innocentium Papam præstandum fuit, ut sequenti Tomo, suo loco diceretur.

Quænam autem post mortem ejus resti-tuta fuerint Romanæ Ecclesiæ, Rogerius sic pergit narrare: Defuncto itaque Hen-rico Romanorum Imperatore, magna pars Tusciæ, quam idem Imperator & præde-cessores sui abstulerant Romanis Pontifici-bus, reddita est domino Cælestino summo Pontifici, videlicet Aquapendente, & S. Crispina, & * Mons Fulisorum, & Ra-dicosanum, & S. Quiricus cum omnibus pertinentiis eorum, redditæque sunt ei. Si-cilia, Calabria, Apulia, & omnes ter-ra, quæ fuerunt Regis Siciliae, sicut pro-prium patrimonium S. Petri, de quibus ipse (ut supra dictum est) constituit Fri-dericum Henrici Romanorum Imperatoris filium Regem. Addit ad ista Matthæus Pa-ris: Henricus Imperator legavit Capitu-lo Cisterciensium tria millia marcharum argenti de redemptione Regis Ricbarði ad iburibula per totum Ordinem facien-da argentea. Sed Abbates tam ipsum Im-peratorem, quam donum ejus detestantes, renuerunt de turpi quæstu acquisitum donum ejus recipere. Quod cum Rex Ricbarodus audivisset, dictum & factum Abbatum, quod solita caruit avaritia, commenda-vit. Hæc ipse.

X. Quænam autem inter hæc gesta fuerint per Henrici Imperatoris exercitum in Ter-ra sancta sub Legato Conrado, singula exactissime enarrantur per (b) Arnoldum Lubecensem, quem consulas. Finis hic: sub, quod audito adventu filii Saladini adversus eos in Palæstinam, simulque ac-

(a) Innoc. l. x. ep. 230.

IX. Reddita Romanæ Eccl. quæ ablata fuerant ab Imp.

* Gallice legit ista Rogerius.

(b) Arnol. Cbr. Sla. l. 5. c. 2. 3. 4. 5. cc-

hujus nominis II. fuit, mortuum esse die San-ctæ Lucie Martyris, die sc. XIII. mensis Decembris anni MCCL. suæ ætatis anno quin-quagesimo septimo. Sed auctores illi adversus coævos non audiendi, ideoque Fridericus II. anno ætatis quinquagesimo quinto demortuus; & cur-

CHRISTI 1197. CAELESTINI III. PAP. 7.

HENRICI V. IMP. 7. ALEXII ANG. IMP. 3.

cepto nuntio de obitu Henrici Imperatoris, omnes Duces exercitus arripuerunt...

(a) Arn. Ab. Lub. l. 6. c. ult. Mogunt. Archiep. coronat Regem Armen. * Romani Pont. deesse videtur, ut apparet ex sequenti illatione, & ex epistolis Innoc. Pap. III. * Roman. Eccl. ita restituendum, ut respondeat precedentiibus, corrupto text. ab aliquo Novatore PAGIUS

IV. Expediitio Crucifignatorum infelix. fuit.

& currenti tertium ætatis ingressus est. Filius ejus puer parvulus, inquit Continuator Aquicinctinus ad hunc Christi annum loquens de Henrici VI. a Siculis in Regem jure paterno suscipitur. Porro Philippus frater Henrici Imp. tutor pueri constituitur.

concordiam reformavit, quorum dissensionem non modicum Ecclesia Dei in partibus illis turbata fuerat. Quod autem Arnoldi labefactatus sit textus, expunctumque in eo nomen Romani Pontificis: a quo præcipue ea sunt actitata, intelliges, nempe ab epistola Gregorii Armeniæ Patriarchæ, data ad Cælestini successorem Innocentium Tertium Romanum Pontificem, primo anno ejus Pontificatus, quæ sic se habet, posita in primo libro ejusdem Innocentii:

Litteræ fideliter (b) interpretatæ de Armenico in Latinum, quas Catholicus Armeniorum domino Papæ Innocentio destinavit.

Vobis, qui estis caput post Christum consecrati ab eo, & caput Catholicæ Ecclesiæ Romanæ matris omnium Ecclesiarum, adeo prudentes, & sancti, quod debetis esse in loco Apostolorum sublimis Papa, & vobis sanctis Archiepiscopis, Episcopis, Cardinalibus, presbyteris, clericis, & omnibus, qui sunt de vestra sancta Ecclesia, salutem, & fraternitatem. Pax Dei sit inter vos. Gregorius homo JESU Christi per gratiam Dei Catholicus totius Ecclesiæ Armeniorum, filius vestra sanctæ Ecclesiæ, quæ est fundamentum legis totius Christianitatis.

Sciatis, quod nos Archiepiscopi, Episcopi

ut dictum est, in recessu suo statuerat. Urbem Berentim (legendum, Berytum, ut ex loco Nangii laudato liquet) recuperaverunt, Joppen perdidit.

His diebus Comes Henricus (de Campania cognominatus) qui Dominus terra Jerosolymitana extiterat, de quadam fenestra sui Palatii cecidit, & mortuus est. Hujus uxorem nomine Ysabellam, qua regnum hereditabat, accepit Americus Rex Cypri (legendum, Aymericus, qui frater erat Guidonis de Lusignano Regis Cypri), & coronatus est in regnum Jerosolymitanum (idque in urbe Acconenfi, ut habet idem Nangius). Alemanni vero ad obsidionem Tetoni (vox illa corrupta) castelli accesserunt, ibique mensibus aliquot commorati, audita morte Imperatoris Henrici recesserunt. Quorum Principes fuerunt isti, Chunradus Moguntinus Archiepiscopus, Chunradus Cancellarius Imperatoris (qui erat Episcopus Herbipolensis), Henricus Dux Saxonia, Luipoldus Dux Austria, alique Magnates & Episcopi ibidem nominati. Porro vides, Conradum Archiepiscopum Moguntinum, qui Episcopus Cardinalis Sabinus erat, vocari tantum Archiepiscopum, quia, uti jam non semel insinuavimus, horum temporum Scriptores de Episcopis & Archiepiscopis

XI. (b) Apud Innoc. l. 2. ep. 206. Ad Rom. Pont. Patriarch. Armenia literæ.

V. Moritur Henricus a Campanie Ysabellam, qua regnum hereditabat, accepit Americus Rex Cypri (legendum, Aymericus, qui frater erat Guidonis de Lusignano Regis Cypri), & coronatus est in regnum Jerosolymitanum (idque in urbe Acconenfi, ut habet idem Nangius). Alemanni vero ad obsidionem Tetoni (vox illa corrupta) castelli accesserunt, ibique mensibus aliquot commorati, audita morte Imperatoris Henrici recesserunt. Quorum Principes fuerunt isti, Chunradus Moguntinus Archiepiscopus, Chunradus Cancellarius Imperatoris (qui erat Episcopus Herbipolensis), Henricus Dux Saxonia, Luipoldus Dux Austria, alique Magnates & Episcopi ibidem nominati. Porro vides, Conradum Archiepiscopum Moguntinum, qui Episcopus Cardinalis Sabinus erat, vocari tantum Archiepiscopum, quia, uti jam non semel insinuavimus, horum temporum Scriptores de Episcopis & Archiepiscopis

CHRISTI 1197. CAELESTINI III. PAP. 7.

HENRICI V. IMP. 7. ALEXII ANG. IMP. 3.

piscopi, presbyteri, & clerici oramus JESUM Christum, qui est caput omnium nostrum, ut servet vos, & vestros ab omnibus malis: quia cum vos, qui estis caput, estis incolumes, nos qui sumus corpus, bene valebimus per vestram benedictionem. Noveritis domine, quod ad nos venit nobilis, sapiens, & sublimis Archiepiscopus Maguntinus, qui nobis attulit ex parte Dei, & ex parte sublimitatis Eccl. Romanæ, & ex parte magni Imperatoris Romanorum sublimem coronam, & coronavit Regem nostrum Leonem, & nobis reddidit coronam, quam nos perdidimus a longo tempore. Unde nos fuimus elongati a vobis & nos recepimus eam libenter, & cum magno gaudio, & inclinamus, & regratiamus Deo & S. R. E. & alto Imperatori Romanorum. Sciatis, domine quod ipse nobis monstravit vestra præcepta; & nos ea multum libenter audivimus, & libenter volumus legem & fraternitatem sublimis Ecclesiæ Romanæ, quæ est mater omnium Ecclesiarum: & nos solebamus eam habere, & nunc eam habemus, & libenter volumus esse ad vestrum mandatum. Et firmiter sunt ad mandatum vestrum omnes Archiepiscopi, Episcopi, & omnis Clerus vestra Ecclesiæ, qui sunt in nostris terris, & sunt multi per Dei gratiam. Et nos rogamus vos, ut oratis Deum pro nobis: quia nos sumus in ore draconis, & in medio inimicorum Crucis, & inter eos, qui sunt naturaliter inimici nostri. Et nos vos rogamus per Deum, quatenus nobis mittatis tale adjutorium, & tale consilium, quod nos possimus conservare honorem Dei, & Christianitatis, & vestrum. Quia postquam nos sumus vestri, & vos estis memores nostri, efficiatis tantum erga nos, quod nos gratias referamus Deo, qui nos redemit sanguine suo, & quod gratiam agamus sanctæ Cruci Domini nostri, qui fecit totum mundum. JESUS Christus defendat vos, & omnes vestros ab omni malo, & nobis det vestram benedictionem. Extant ibidem aliæ litteræ (a) Regis Armeniæ ad eundem Pontificem, & aliæ Ann. Eccl. Tom. XIX.

(a) Id. ib. ep. 207. 208. 209.

PAGIUS pis Cardinalibus verba facientes plerumque Cardinalatum tacent. Conradus vero Moguntinus in Historia Ecclesiastica nominatissimus vitam produxit usque ad millesimum ducentiesimum, ut notarunt Conradus Moguntinus in suo Chron. & Hovedenus in parte post. Annal. ad annum MCC. pag. 404.

VI. Obitus Petri Cantoris.

Petrus Cantor Parisiensis, inquit Nangius hoc anno in Chron. Vita & scientia clarus apud Cenobium, quod Longus pons dicitur, obiit. Hoc etiam anno Bellovac. in Spec. Hist. lib. 29. cap. 59. & Albericus in Chron. hanc mortem assignant, & Petrum plurimum laudant. Abbat Longi pontis, a Josseno Sueffionensi Episcopo anno MCXXXII. in Sueffionensi diocesi fundata fuit, quo e divi Bernardi familia Monachos misit. Petram virum sanctissimum, ve-

reddita ab Innocentio tam ad Patriarcham, quam ad Regem litteræ, quas tu consulas. Porro, quod spectat ad ipsum Moguntinum Archiepiscopum, idem erat S. R. E. Cardinalis Episcopus Sabiniensis, ut patet ex ejusdem Innocentii Papæ litteris (b) hic notatis in margine.

Eodem etiam anno Cælestin. Papa pulsatus Anglic. monachorum querelis, cognita causa, sententiam rescidit Papæ Clementis sui prædecessoris surrepticie extortam. Extant ipsæ de his litteræ Cælestini, quibus & purgatur calumnia successoris Innocentii Papæ Tertii, quæ sic se habent:

Cælestinus Episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis, Archiepiscopo Cantuariensi, Episcopo Lincolnensi, & Abbati S. Edmundi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Sicut ea, quæ a prædecessoribus nostris provida fuerint deliberatione statuta, nullatenus irritari volumus, vel infringi; sic quæ per surreptionem ab eis obventa sunt in honestatis Ecclesiasticæ detrimentum, corrigi volumus, & in statum redigi meliorem. Cum enim, sicut accepimus, immo sicut bene novimus in Cæventrensi Ecclesia fere a prima Fidei Christianæ fundatione in Anglia ordo fuerit monasticus institutus & in tantum in ea observantia servaverint regulari, ut ab Apostolica Sede privilegiari, & ab inclytæ recordationis Regibus Angliæ dotari meruerint, & ditari: dolemus plurimum, quod venerabilis frater noster Cæstrensis Episcopus occasione quarundam litterarum, quas a bonæ memoriæ Papæ Clemente prædecessore nostro, ad falsam suggestionem sine conscientia nostra, & fratrum nostrorum, sicut dicitur, & (quod vix credere possumus) impetravit, dilectos filios Priorem, & Conventum de eodem monasterio violenter ejecit, & Canonicos in eo instituit seculares.

Cum igitur id in monastica religione, & totius Ecclesiasticæ disciplina redundet opprobrium; nec nostra intentionis sit, quod prædictus prædecessor noster san-

ctus oraculum omnes confulebant, & Jacobus de Vitriaco Cardinalis, qui hoc tempore vivebat, inter alia de eo scribit: Cæpit facere, & docere velut lucerna ardens & lucens, & civitas supra montem posita, & candelabrum in domo domini aureum, de cujus fonte limpidissimo beatissimus vir Fulco Presbyter potavit. Ita ille in Historia Occident. cap. 8. Cum Monachum in Longo ponte induisset, tempore Probationis nondum expleto migravit e corpore, Cantor cognominatus, quod Cantor in Ecclesia Cathedrali Parisiensis fuerit. Varia Opera composuit, quæ in diversis Bibliothecis adhuc MSS. asservantur, ut videre est apud Oudinum in Supplem. de Script. Eccles. Sola ejus Summa, quæ dicitur Verbum Abbreviatum, eo quod ab his verbis incipiat, impressa fuit Monachibus

(b) Id. ib. l. 1. ep. 205. 207. XIV.

XV. Redditi Monachi suæ Ecclesiæ.

NOTÆ [†] Germanorum discessus e Palæstina ad annum sequentem pertinet, teste Oliverio scriptore cœvo in Histor. Regum Terræ sanctæ, ait enim Germanos in obsidione Turonis agentes nuntium de obitu imperatoris excepisse; tum addit: His rumoribus adversis accessit eis, qui in obsidione Turonis morabantur periculum advenientis exercitus in multitidine gravi Babyloniorum; unde qui pacta Christianitati plurimum profutura recusaverant, relictis castris & inferiorum numerositate, turpi fuga per noctem se receperunt in Tyro mense Februario in purificatione beata Virginis. Sarraceni similiter eadem nocte per aliam viam fugerunt. MANSE

CHRISTI 1197.

CÆLESTINI III. PAP. 7.

HENRICI V. IMP. 7. ALEXII ANG. IMP. 3.

ta irregularitati, nisi circumventus, auctoritatem præbiterit, aut favorem: fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus, & in virtute obedientie districte precipimus quatenus (prædictis litteris, vel aliis privilegii confirmationis, vel indulgentiæ nequaquam obstantibus) amotis ab eodem monasterio secularibus clericis, qui in eo fuerunt per supradictum Episcopum instituti, sine aliquo questionis impedimento monasticum ibidem ordinem reformetis, monachos ejectos exinde redeuntes in illud, & tales in eo instituentes personas, quæ B. Benedicti Regulam observare debeant, & desiderent. Memoratum vero Episcopum, & universos detentores bonorum ejusdem Ecclesiæ ad eorum restitutionem per censuram Ecclesiasticam, appellatione * proposita compellatis.

* r. postposita

XVI. Volumus etiam nihilominus, & mandamus, ut donationes ejusdem Episcopi, infundationes, locationes, & alienationes, possessiones ejusdem Ecclesiæ ab eo tempore factas, nostra freti auctoritate cassent, eos, qui contravenire præsumperunt, sublato appellationis obstaculo, censura canonica percipientes; illos, qui manus violentas in prædictos monachos iniecerunt, denunciatis excommunicatos: & cum litterarum vestrarum testimonio veniant ad Sedem Apostolicam absolvendi. Datum, &c. Impletum est autem mandatum Cælestini Papæ per Archiepiscopum Cantuariensem, ut idem testatur Rogerius, qui ait: Deinde venit idem Archiepiscopus ad Coventre, & per mandatum Cælestini summi Pontificis introduxit monachos in Ecclesiam ejusdem villæ cathedralis, quos Hugo de Nunant ejusdem loci Episcopus ab eadem Ecclesia vi & armata manu expulerat, & loco illorum in ea Canonicos seculares instituerat, & eos de bonis Ecclesiæ, quæ ad sustentationem monachorum ibidem Deo inservientium collata fuerant, præbendaverat. Sed Canonicis inde expulsis, bona Ecclesiæ redierunt in usus monachorum. Hæc Rogerius ejus temporis scriptor, ex quibus atque in primis ex Cælestini re-

citato diplomate mendacii redarguas Matthæum Paris, qui carpendi tantum causa Romanos Pontifices scribendi historiam visus est suscepisse provinciam more suo Innocentium Papam Cælestini successorem, suo ipsius Pontificatus exordio perstringens, quod primo negaverit ejusmodi monachorum restitutionem, deinde metu prænuntiatae mortis, coactus tandem indulserit. Sed audi tu rabulam:

Morabatur ea tempestate in Curia Romana monachus quidam Coventrensis cœnobii, Thomas nomine, qui ab Episcopo præfato cum cæteris Fratribus expulsus (ut superius relatam est) monachos circumquaque dispersos simul cum cœnobio auctoritate summi Pontificis in statum pristinum studuit reformare. Quidam autem Fratrum ejus obierant, quidam tadio & paupertate affecti, a Curia recesserant, ipso solo in negotio perseverante, ac paupertate nimia compellente, panem suum multoties mendicante. Sed cum nuper de morte Episcopi Coventrensis nuntios desideratos accepisset, exaltatum est cor ejus in Domino, qui dat in se sperantibus, & perseveranter agentibus bonitatem. Quadam vero die cum Innocentius Papa nuper creatus cum Cardinalibus suis in Consistorio sederet, monachus memoratus audacter prorupit in medium, & petitionem sui negotii indicatione Papæ perrexit. Quam cum ille perlegisset: in continenti monacho respondit: Frater, nonne ista petitio a prædecessoribus nostris Clemente, & Cælestino sæpius repulsa est, me audiente & vidente? Et tu, qui illos non potuisti, me quoque delirum vis circumvenire? Et iratus adjunxit: Recede Frater, recede, certe inaniter hic expectas. Monachus autem hæc audiens, cum lacrymis amarissimis respondens ait: Pater sancte, petitio mea justa, & omnino honesta, & ideo inaniter non expecto. Expecto enim mortem vestram, sicut feci mortem antecessorum vestrorum. Succedet enim vobis, qui petitionem meam exaudiet cum effectu. Papa vero hæc audiens, & supra quam dici potest admirans, assidentibus sibi Cardinalibus dixit: Nonne audi-

XVII. D Innoc. Pap. calumnia Paris.

PAGIUS tibus Hannoveriæ anno MDCXXXIX. in 4. quæ in Bibliothecam Patrum inferenda videbatur. **VII.** *Willelmus Neubrigensis* Canonicus Regularis Sancti Augustini, & ut ipse asserit lib. 1. cap. 15. in provincia Eboracensi natus, hoc anno Historiæ suæ a Stephano Angliæ Rege inchoatæ finem imposuit; *Radulphus* vero de Diceto Archidiaconus Londoniensis ante annum sequentem suam non terminavit. Anno etiam sequenti *Joannes Bromptonus* Abbas Jormalensis, & denique anno MCXCIX. *Gervasius* Monachus Dorobernensis seu Cantuariensis Chronica sua absolverunt, quæ cum Baronii tempore adhuc in tenebris laterent, in eius Annalibus illustrandis non parvo nobis subsidio fuere.

VIII. *Petrus* Aragoniæ Rex & Comes Barcinonensis novi Principatus initio constitutionem edidit adversus hæreticos, qua statuit, ut a consortio Sanctæ Ecclesiæ & Catholicorum omnium excludantur, & ubique damnentur. Eam eruit Baluzius ex archivo Ecclesiæ Gerundensis, & in Appendice Marcæ Hisp. num. 487. publicavit: *Præcedentium*, inquit *Petrus*, *Patrum nostrorum in fide imitatores, sacrosancta Romana Ecclesia canonibus obtemperantes, qui hæreticos a consortio Dei, & S. Ecclesiæ & Catholicorum omnium exclusos ubique damnandos ac persequendos censuerunt, Valdenses videlicet, qui vulgaliter dicuntur Sabatati, qui & alio nomine se vocant Pauperes de Lugduno, & omnes alios hæreticos, quorum non est numerus, nec*

Constitutio Petri Aragonia Regis adversus hæreticos.

CHRISTI 1197.

CÆLESTINI III. PAP. 7.

HENRICI V. IMP. 7. ALEXII ANG. IMP. 3.

distis, quid diabolus iste dixit? Expecto, inquit, mortem vestram, sicut feci mortem antecessorum vestrorum. Et conversus ad monachum ait: Frater, per S. Petrum mortem meam non hic expectabis, exaudita est enim petitio tua. Et continuo, antequam cibum sumeret Papa, Huberto Cantuariensi Archiepiscopo dedit in mandatis, ut continuo visis litteris ad Ecclesiam Coventrensem personaliter accederet, & expulsis clericis monachos investiret. Sicque Archiepiscopus memoratus, amotis clericis præfatis, summi Pontificis auctoritate roboratus, decimoquinto Kalend. Februarii monachos introduxit. Vidisti, Lector, cum legisti, Paris ingenium, animique male compositi malam sententiam, res fingere, verbaque formare indigna Romano Pontifice; ut ab hoc uno tam patenti mendacio cætera discas, & caveas, videasque qua tunc sit homo fide dignus, cum totus est in carpendis Romanæ Ecclesiæ Pontificibus.

XVIII. Legatio a Cælestino Pap. in Poloniam missa.

Hoc eodem anno legatur in Poloniam a Cælestino Papa Petrus diaconus Cardinalis: de qua legatione hæc apud Joannem Dlugosch, aliter Longinum dictum, hoc anno: *Petrus tituli S. Mariæ in Via lata diaconus Cardinalis, Capuanus vulgare nuncupatus, a summo Pontifice Cælestino Tertio Legatus de latere ad reformandam Ecclesiam Polonicam destinatus venit in Poloniam. Qui Cracoviensem civitatem ingressurus a Fulcone Cracoviensi Episcopo, & omnium Ecclesiarum processione, magno honore susceptus est. Ann. Eccl. Tom. XIX.*

PAGIUS

nec nomina sunt nota, a S. Ecclesia anathematizator, ab omni regno & potestativo nostro tamquam inimicos Crucis Christi, Christianaque fidei violatores, & nostros etiam regni que nostri publicos hostes exire ac fugere districte & irremediabiliter precipimus, &c. Data Gerunda in presentia Raymundi Terraconensis Archiepiscopi, & trium Episcoporum ibidem nominatorum, per manum Joannis Beaxnensis Domini Regis Notarii, & mandata ejus scripta anno Domini MCXCVII.

IX. Perperam Alphonso patri ejus attributa.

Eandem Constitutionem referunt Franciscus Pegna in Direct. Inquisit. part. 2. & Joannes Mariana Præfatione in Lucam Tudensem exemplari usi, cujus initium est: *Ildefonsus Dei gratia Rex Aragonum, &c. finis vero: Signum I Ildefonsi Regis Aragonum, Comitum Barchinonensis, Marchionis Provincia. Signum I Petri Regis Aragonum, & Comitum Barchinonensis in originali hujus charta, &c. Et fuit facta charta illa apud Illerdam a Guillelmo de Bassa Regio Notario, anno Domini MCXCIV. Verum hæc omnia nomina, annusque quo Charta data, additicia sunt; cum Petrus anno tantum superiori Aragoniæ Rex dictus fuerit. Ufferius quidem in Tractatu de Christianorum Ecclesiarum successione & statu cap. 8. num. 47. & seq. eam Chartam ex Pegna & Mariana referens dicit, videri Petrum post mortem patris Alphonsi hoc edictum renovasse, priusquam Albigensum patrociniū susciperet, vel saltem simul cum-*

Primamque congregationem Cracovia, alteram in Lupczu agens; deinde in Gnesnensem, Vuratislaviensem, Posnaniensem Plocensem, Voladislaviensem, Cbelmensensem, & Lubecensem dioceses se transferens, id præcipuum in Ecclesiæ reformanda sibi curæ assumpserat, quatenus presbyteri a mulieribus & concubinis abstinendo, continentem & castam, & quæ laicos edificare possent, ducerent vitam, cum plures ea tempestate sacerdotes uxoribus, velut jure legitimo uterentur. Cujus usus corruptelam Cardinalis ipse summo studio a Polonica eliminavit, abrogavitque Eccl. & presbyteris uxores accipere & tenere sub gravissimis penis interdixit: laicis vero quacumque excellentia pollentibus, connubia in facie Ecclesiæ contrahere instituit. Et hæc quidem salubris præfati Petri Cardinalis constitutio facile a Polonorum Clero, & ab universa Polonica Ecclesia accepta, & accurata diligentia custodita servataque est.

A Boemis tamen, Cleroque Boemico, apud quos Cardinalis ipse etiam legationis officio fungebatur, non solum repudiata, sed parum abfuit, quin Cardinalis ipse, constitutionem ipsam, ordines in sabbato, Sittentes, celebraturus, promulgans, & presbyteros ad castitatis votum compellens, violaretur. In cujus occasionem Boemici sacerdotes grassari Praga cœperant, nisi illorum improbos conatus Episcopus Pragensis Henricus, Ducalem tunc in Boemia obtinens potestatem, oppressisset. Non solum autem subis, sed in pluribus aliis Cardinalis prædictus

XIX. Boemici clerici restiterunt Legato.

patre regni consortem fuisse. Sed neutra conjectura admittenda; cum nullus rerum Hispanicarum Scriptor tradiderit, Petrum cum patre conregnasse. Charta itaque illa a quodam imperito interpolata, & quoad annum mutata. Verum quidem est, Petrum occisum fuisse in pugna adversus Crucifigatos anno MCCXII. commissa, sed antea valde orthodoxus fuerat, & non nisi ad juvandas fores Comitum Tolofano se se adjunxit, inquit Auctor de Gestis Comit. Barcinon. cap. 23. in hoc reus, quod Legato Apostolico, ut ab ea societate discederet, præcipienti morem gerere noluerit.

Porro Valdenses in Hispania Sabatati & Insabatati appellabantur, ut ibidem Ufferius num. 4. ex Nicolao Eymerico in part. 2. Directorii Inquisitorum refert. Hæc Nicolai verba: *Insabatati* dicuntur, qui in sotulari, quod Sabatati vulgo dicitur, signum singulare quoddam, ut cognoscerentur ab eorum complicitibus, deferebant. Hoc longe ante Nicolaum notarat Ebrardus Bethuniensis in Antihæresi contra Valdenses cap. 25. *Quidam autem qui Valdenses se appellant, eo quod in valle lacrymarum maneant, &c. & etiam Zabatenenses a Zabata potius, quam Christiani a Christo, se volunt appellari. Sotulares cruciant, cum membra potius debeant cruciari; calcementa coronant, caput autem non coronant. Vixit autem Ebrardus anno MCCXII. cujus liber extat Tom. XXIV. Biblioth. Patrum edit. Lugdunensis pag.*

X. Hæretici in Hispan. Sabatati dicti.

CHRISTI 1197.

CÆLESTINI III. PAP. 7.

HENRICI V. IMP. 7. ALEXII ANG. IMP. 3.

Polonicam Ecclesiam, pontificibus & Clero benevolis se præbentibus ad singula, reformavit. Hactenus ipse.

Hoc eodem anno coram Cælestino Pontifice delata & absoluta est controversia, quæ diutius periculose valde agitata fuerat inter Archiepiscopum Rothomagensem, & Regem Angliæ, eo quod ipse Rex, invito & contradicente Archiepiscopo munisset locum ejus Ecclesiæ adversus invasiones Regis Francorum; ipse vero Archiepiscopus censuris perculisset ministros Regis, & provinciam interdicto diutius subiecisset. Utraque parte vocata Romam, illis auditis, Cælestinus sequentem potius agens, quam judicem eisdem in pristinam concordiam revocavit. Quomodo autem, sic accipe a Rogerio ista scribente:

Convenientibus igitur in præsentia domini Papæ Cælestini præfatos Rothomagensis Archiepiscopo, & Episcopo Lexoviensi, & Electo Dunelmensi, Archiepiscopus Rothomagensis protestatus est jus suum, quod habebat in Andeli, & injuriam, quam Richardus Rex Angliæ ei fecerat, firmando castellum in patrimonio Ecclesiæ Rothomagensis injuste, contra voluntatem, & assensum illius. Ad quod prædicti Regis Nuntii responderunt, quod dominus Rex sæpe & multum obtulerat ei per internuntios suos, videlicet viros venerabiles & discretos, Episcopos, & Abates, Comites, & Barones, se in omnibus satisfacturum illi ad æstimationem

proborum virorum. Asserebant enim ex parte Regis, quod ipse insulam illam de Andeli, in qua castellum firmaverat, nullo modo dimittere possit, quia Rex Franciæ & sui perinde transitum faciebant in Noribmanniam, & sæpius eam devastabant: & idcirco Rex Angliæ locum illum munerat ad defensionem terræ suæ contra Regem Franciæ. Et super his prædictus Rothomagensis Archiepiscopus, & præfati Regis Nuntii compromiserunt se examini domini Papæ, & Romanæ Ecclesiæ. Unde factum est, quod dominus Papa, & Cardinales post diuturnam deliberationem attendentes damna, & inopportunitates, quæ acciderent Noribmanniæ, nisi locus ille de Andeli firmaretur: consuluerunt præfatos Rothomagensis Archiepiscopo, quod cum domino suo Rege amicabiliter poneret, & ab eo sufficienter recompensationem ablatorum reciperet, secundum proborum & sapientum virorum æstimationem: dicentes bene licere Regi, & cuilibet potenti, infirmiora terræ suæ munire, ne perinde damnum sibi & suis contingat. Hactenus ipse. Agit de eadem controversia & (a) Neubrigenfis.

Hoc anno S. Homobonus patria Cremonensis ex hac vita migravit die decima tertia Novembris, quem ob præclara virtutum merita successor Cælestini Innocentius Tertius solemniter retulit inter Sanctos. Ejus vero res gestæ descriptæ (b) leguntur.

(a) Neub. l. 5. c. 21. & 24. S. Homobon. obitus. (b) Apud Sur. t. 6. die 13. Nov.

Mil.

it magnorum in illis oris errorum, & inutilis diligentia, qua aliqui non minus in pervolvendo Averroes collocabant opere, quam in sacris literis ponunt, qui his maxime delectantur. Nunc Averroes in scholis omnino jacet. Joannes Leo Africanus in libello de Viris quibusdam Arabum illustribus, mortis ejus annum his verbis notavit: Mortuus est Averroes in civitate Marochi, & fuit sepultus extra portam coriariorum, tempore Mabumedis Manxoris Pontificis ac Regis (in Africa & Hispania Saracena regnantis) anno sexcentesimo tertio de Egira, die VIII. Augusti nostri anni Christi MCCVI. inchoato. De Averrois libris legendus Nicolaus Antonius in Bibliotheca Arabico-Hispanica pag. 240. & seqq.

Controversia inter Rothom. Archiep. & Ang. Reg.

XX.

PAGIUS

pag. 1525. Hæretici isti in Concilio Tarracoenfi anno MCCXLII. habito Inzabatatti semper dicuntur, quam appellationem fortiri videntur, inquit Ducangius in Gloss. ab ea calcæarum specie, quos Galli Sabots vocant, id est, calcæis ligneis, quibus potissimum utebantur.

XI. Floret in Hispania Averroes

Florebat hoc tempore in Hispania Saracena Averroes in civitate Cordubæ natus; ipsemet enim fatetur se anno MCXCVIII. paraphrasim in Aristotelem de partibus & generatione animalium absolvisse. Tanta ejus fama fuit, ut Melchior Canus, qui sæculo XVI. vixit, de præcedentibus sæculis loquens lib. 10. cap. 5. scribat; Superiore sæculo, & paucis anterioribus, oraculi loco erat Averroes in scholis, & præsertim in Italia, qua occasio fu-

JESU CHRISTI ANNUS 1198.

CÆLESTINI PAP. III. ANNUS 8.

VACAT. IMP. OCCID. I. ALEXII ANG. IMP. 4.

I. De obitu Cælest. Pap. III.

Millesimus centesimus nonagesimus octavus Redemptoris cum Indictione prima incipit annus, cujus exordio, nempe sexto Idus Januarii, Cælestinus Papa ex hac vita migravit, cum nondum sui Pontificatus annos septem impleisset, sed sedisset annos sex, menses novem, minus diebus duobus. Quæ autem ejus præcesserint obitum, sic accipe ab hujus temporis scriptore Rogerio:

Cælest. Pap. de Pont. futuro eligendo agit.

Deinde dominus Papa Cælestinus ante Natale Domini paulatim cepit ægrotare & convocatis coram se Cardinalibus universis, præcepit, ut tractarent de successore eligendo. Ipse autem nitebatur modis omnibus, ut dominus Johannes de S. Paulo presbyter Cardinalis tituli sanctæ Priscæ virginis ei succederet in Papatu de cujus sapientia, sanctitate, & justitia plurimum confidebat. Adeo enim ipsum præ cæteris diligebat, quod illum loco sui constituerat ad omne officium suum exequendum, quod pertinebat ad officium Episcopi Ostiensis Cardinalis. Præterea præfatus Papa obtulit, quod ipse seipsum deponeret a Papatu, si Cardinales consentirent in electione præfati Joannis de sancto Paulo. Sed omnes Cardinales una voce responderunt, quod illum conditionaliter non eligerent, dicentes, quod inauditum erat, quod summus Pontifex se deponeret. Et sic erat scribitur inter illos. Dominus enim Osti-

ensis Episcopus Cardinalis nitebatur, ut ipsemet Papa fieret. Similiter Dominus Portuensis Episcopus Cardinalis, similiter Dominus Jordanus de Fossa nova, similiter dominus Gratianus, & cæteri omnes nitebantur, unusquisque pro posse suo, ut ipse fieret summus Pontifex. Et inferius: Eodem anno millesimo centesimo nonagesimo octavo, Cælestinus Papa senio & gravi morbo laborans, obiit Romæ mense Januarii, sexto Idus ejusdem mensis, feria sexta, septimo anno Papatus sui, & Laterani sepultus est. Hæc de obitu Cælestini.

Fuere ejusdem Cælestini digna alia factorum monumenta, quæ certis ejus Pontificatus annis non sunt affixa, & inter alia confirmatio religiois militiæ Ordinis Teutonicorum: rogatus enim ab Henrico Imp. donavit eisdem idem Pontifex ve te alba, & cruce nigra; subjecit vero Regulæ S. Augustini. Censiti autem sub eo Ordine non nisi nobiles, iidemque Germani, qui magnitudine animi digna ipsorum generositate edidere facinora, quæ aliorum sunt scriptorum memoriæ perpetuæ commendata. Ita quidem, ne boreales regiones tanto germine existerent infœcundæ, quibus jam aliæ Christiani Orbis provinciæ fertiles essent, æmulatio sancta Teutonicos pertigit. Florebant siquidem his temporibus, & Hispaniæ sacris ordinibus militaribus S. Jacobi, & Calatravæ. Porro Teutonici, de quibus agi-

II. Ordo Teutonicorum.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6691. SÆC. XII. An. Eræ Hisp. MCCXX.

3. D. 2. P. 29. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 1198.

INNOCENTII III. PAPÆ 1.

VACAT. IMP. OCCIDENT. 1.

ALEXII ANGELI COMNENI IMP. 4.

An. C. 1198.

I. Moritur Cælestinus III. Pap.

AD num. I. Innocentius III. in Epistola de electione sua Anglis & Scotis data apud Hovedenum pag. 777. ait: Cælestino patre ac prædecessore nostro VI. Idus Januarii viam universæ carnis ingresso, & in Lateranensi Basilica, sicut moris est, honorifice tumulato, &c. Quare Cælestinus III. qui die tricesima mensis Martii anni MCXCI. Pontifex Rom. electus fuerat, obiit hoc anno die VIII. mensis Januarii postquam sedisset annos sex, menses novem, & dies novem, emortuali excluso. Menses & dies, quibus supra annos sedit, a paucis ex antiquis notati, sique a Librariis mendose descripti. Ex recentioribus unus Onuphrius in Chron. menses novem recte habet, sed quia electionem ejus uno

die prævertit, unum etiam diem plus justo ei attribuit; Papebrocius vero in Conatu Chron. Hist. ubi electionem ejus cum die XII. mensis Aprilis connectit Pontificatum ejus non potuit aliquot diebus non mutilare; de die enim emortuali Cælestini III. inter omnes convenit. Denique in libro Joannis Diaconi junioris de Ecclesiæ Lateranensis apud Mabillonium Tom. II. Musei Ital. pag. 569. legitur: Cælestinus Papa III. jacet juxta Sanctam Mariam de Reposo.

Ad num. II. Cum vidissem apud Onuphrium in Chron. institutionem Ordinis militaris Teutonicorum cum anno MCXIX. copulatam, suspicatus sum eum in sententiam adeo a communi alienam sine aliquo fundamento non abiisse. Verum re diligenter discussa comperi eum hic, sicuti & quandoque alibi, id solum conjecisse ex eo sc. quod eo circiter tempore aliqui alii Ordines militares instituti fuerint. Annum hujus Ordinis fundati recte notavit Interpolator Chronici Aquicinctini ad annum MCXCI. ubi scribit: Ordo militum Teutonicorum inchoatur: quem anno MCXCI. Februarii die XXII. Cælestinus Papa confirmavit. Primus hujus ordinis Magister creatus fuit Henricus Vualpot. Verum Diploma illud Cælestini III. ad nos non pervenit, & ad annum MCXCII. pertinet, cum Cælestinus III. annos Christi a die XXV. mensis Martii exordietur; quod eo magis dicendum, quo

II. Confirmavit institutionem militiæ Teutonicorum.

CHRISTI
1198.CÆLESTINI III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. I.
ALEXII ANG. IMP. 4.

agitur, aucti sunt Livoniensibus, qui illis sese junxere.

III. Romæ autem idem Cælestinus Papa propensiori studio, quo tenebatur erga cultum venerandæ imaginis Dei genitricis Mariæ, quæ fuerat Gallæ Placidie collocata in antiquo foro Romano in Ecclesia, dicta S. Maria in Porticu, ædificavit juxta ipsam hospitalem domum infirmorum, quam & redditibus locuple-

PAGIUS quo Cælestinus III. anno MCXCI. die tantum XXX. mensis Martii Pontifex Rom. dictus fuerit. Is itaque Ordo anno quidem MCXCI. institutus fuit, sed non nisi anno insequenti die XXII. Februarii confirmatus. Petrus de Dufburg Sacerdos Ord. Teutonici an MCCCXXVI. Chronicon Prussia, in quo de origine Ordinis Teutonici & rebus ab eo gestis agit, publicavit, in quo Pontificatus Cælestini III. initio hanc militiam erectam tradit, sed annum non determinat, & Christophorus Hartknoch, qui anno MDCLXXIX. Francofurti & Lipsiæ Chronicon laudatum typis dedit, & Notis illustravit, in parte I. pag. 20. ait tantum Jacobum de Vitriaco lib. I. Hist. Jerosol. cap. 66. scribere Ordinem Teutonicum institutum fuisse in urbe Jerosolymitana, antequam Ptolemæis sive Accon obsidione cingeretur a Crucesignatis; Verum Vitriacus loquitur quidem eo in loco de institutione Ordinis Teutonicorum, sed nec Acconis ibidem meminit, nec temporis, quo hic Ordo fundatus fuit. Recte tamen idem Christophorus existimat, standum esse Joanni Nauclero, qui volum. 2. Chronographiæ scribit: Anno Domini MCXCI. apud Accon (ita enim Ptolemæis & Accon etiam appellata) quidam Bremenses & Lubecenses cives Hospitalis in honore B. Mariae Virginis ad opus infirmorum tempore obsidionis ex velis navium fecerunt, obtinuerunt auxilio FridERICI Ducis Suevia a Cælestino Papa, cooperante ad hoc Henrico Rege Rom. Ordinem istum sub titulo Hospitalis B. Mariae Virginis Domus Teutonicorum in Jerusalem confirmari. Ex eo tempore incepit habere magistrum ordinis generalem prosapia nobilem. Huic Ordini postea unitum fuisse Ordinem Ensisferorum adversus Infideles Livonos institutum supra diximus. Legendus Trithemius in Chronic. Hirsaugiensi ad annum MCXCII. ubi accurate Ordinis Theutonici initia narrat.

III. Innocentius III. Cælestino III. in Pontificatum successit, & quidem eodem die, quo Cælestinus sepultus. Anonymus enim a Boschetto postea Episcopo Montpelienfi editus, qui eo adhuc vivente ejus res gestas scripsit: Celebrata est, inquit, ejus electio VI. Idus Januarii, anno Incarnat. dominica MCXCVII. (a die XXV. mensis Martii deducto, qui ideo nobis est MCXCVIII.) & quia tunc diaconus erat, dilata est ejus ordinatio in Presbyterum usque ad sabbatum quatuor temporum IX. Kal. Martii; & sequenti Dominica, in qua tunc occurrit festum Cathedra Sancti Petri (die nempe XXII. mensis Februarii) fuit apud S. Petrum in Episcopum consecratus, & in ejusdem Apostoli Cathedra constitutus. Idem habet Radulphus de Diceto pag. 701. nec illud in dubium revocari debet. Et tamen in antiquis quibusdam Breviariis Ordinis S. Trinitatis dicitur Sanctum Joannem de Matba ejusdem Ordinis Institutorem cum Sancto Felice Valesio Romam profectum petiisse ab Innocentio III. recens Electo sui Ordinis confirmationem, & Pontificem in festo

tavit. De ipsa autem veneranda imagine vetus ista inscriptio hætenus perseverat. Hæc est illa pia genitricis imago MARIÆ, Quæ disumbenti Gallæ patuit metuenti. Accepit cultor Deiparæ Cælestinus cœlestem ejus precibus gloriam, quam diutius concupivit. Nos vero ejus obitu claudimus simul præsentem duodecimum Tomum, tertium vero decimum incepturi, ubi hic desinit, ab eo-

Sancta Agnetis secundo, sc. die XXVIII. mensis Januarii, dum in Ecclesia Lateranensi Missam celebraret, ad Sacræ hostiæ elevationem, Angelum ei candida veste, cruce bicolori, specie redimentis captivos apparuisse; quo viso, Pontificem novum institutum approbasse.

Dum alias Romæ verfarer Franciscus a Sancto Augustino Macedo Ordinis Minorum de Observantia, qui ante aliquot annos Vitam utriusque Sancti Romæ, ubi Sancti Officii Qualificator erat, typis mandarata, a me ex eadem urbe discessuro etiam atque etiam petiit, ut examinarem, an certum & indubitatum esset, quod in Vita Innocentii III. passimque in aliis monumentis legitur, hunc Pontificem Presbyteratu insignitum non fuisse ante diem vicesimam primam mensis Februarii; tunc enim coram Sacra Congregatione agebatur de cultu ab immemorabili tempore Joanni de Mata & Felici Valesio tamquam Sanctis exhibitio, & jam Clemens Papa IX. Religiosis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis redemptionis Captivorum rescripto dato anno MDCLXIX. facultatem fecerat Officium & Missam de iisdem recitandi illa apparitione Innocentio III. facta jam examinata & approbata. Macedo cum nodum illum solvere non potuisset, illum secuerat in laudata Joannis de Matba Vita, asserueratque, quod & aliquot post annos Bonaventura Baro ejusdem Congregationis ac Macedo, tradidit in Annalibus ejusdem Ordinis Trinitariorum a se Romæ vulgatis, verum non esse quod passim dicitur Innocentium III. qui Diaconus tantum erat, quando summus Pontifex die VIII. Januarii creatus est, distulisse ordinationem suam in Presbyterum utique ad diem vicesimam primam mensis Februarii; cum revelatio, de qua agimus, certa sit, ideoque die vicesima octava Januarii jam Presbyter esset.

Pollicitus sum viro docto, mihiq; amico me in hanc urbem Aquensem reducem quæcunque ad hanc difficultatem enucleandam conducere possent, per otium ad examen vocaturum, quod eo jam Roma digresso, & postea demortuo præstiti, comperique negari non posse, quin apparitio illa die XXVIII. mensis Januarii hujus anni contigerit; quin tunc Innocentius III. tantum Diaconus fuerit; eumque eo die Missam non celebrasse, sed audivisse. Verum Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis utramque actionem unius celebrationis nomine quandoque expressere, ut varia exempla demonstrant. In Vita Sanctæ Gertrudis Abbatissæ Nivelensis in Brabantia, recitata in Actis SS. Bollandianis ad diem XVII. mensis Martii, de cujus anno emortuali an. DCLXIV. egimus, cap. 4. num. 19. dicitur, quandam nobilem matronam nomine Adulam, in omnibus vere Christi ancillam de miraculis a Sancta Gertrude patrari solitis dubitantem venisse ad monasterium Nivelense, cum festum Sanctæ hujus virginis appropinquaret, cumque filius ejus adhuc infans in quodam fonte submersus fuisset,

IV. Apparitio ei facta in dubium revocari non potest.

V. Omnis de ea difficultas tollitur.

CHRISTI
1198.CÆLESTINI III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. I.
ALEXII ANG. IMP. 4.

eodem anno, mense Januarii, dieque ipsa, qua cessante Cælestino Tertio, Tertius Innocentius legitime electus admi-

PAGIUS

fuisset, eaque cujusdam Sanctimonialis hortatu Sanctæ Gertrudis opem implorasset, surrexit infans, qui ante fuerat mortuus. Ex illa autem die prædicta matrona cepit credere virtutibus S. Gertrudis. Et in crastinum MISSAM CELEBRAVIT in honore virginis Christi Gertrudis, idest, missam audivit. Ea autem Vita ab Auctore synchrono anonymo elucubrata.

VI. Celebrare & audire Missam aliquando unum & idem.

Præterea Gregorius Turonensis Anonymo illo antiquior, in lib. de Gloria Martyrum cap. 51. referens miracula Sancti Sigismundi Burgundie Regis, ait: Si qui nunc frigiditatis (melius quam frigiditatis, quod aliqui codices habent, idest, Febriticantes, uti variis exemplis explicat Ducangius in Glossario) in ejus honore Missas devote celebrent (idest, Missas audiant) ejusque pro requie offerant oblationem, statim compressis tremoribus, restinctis febribus, sanitati pristinae restaurentur. Denique idem Gregorius lib. de Gloria Confess. cap. 65. verba faciens de quadam muliere, quæ singulis diebus Missam audiebat, licet in ea non communicaret, scribit: Mulier per annum integrum ad hoc templum degens, assidue orationi vacabat, celebrans quotidie Missam solemnem, & offerens oblationem pro memoria viri, non diffusa de Domini misericordia, quod haberet defunctus requiem; in die qua Domino oblationem pro ejus anima delibasset, semper sextarium gazeti vini (idest, vini a Gaza Palæstina, quod olim in pretio erat, ut ostendit Ducangius laudatus in voce Gazetum) præbuit in sacrificium Basilicæ Sanctæ. Sed Subdiaconus nequam reservans gula gazetum, acetum vehementissimum offerrebat in calice, muliere non semper ad communicandi gratiam accedente, &c. Quibus exemplis difficultas, quæ Francisci Macedo animum adeo torserat, & nunquam hætenus superata fuerat, certo enodatur, & corriguntur Auctores, quos citat & sequitur Spondanus anno MCCIX. num. X. ubi agit de confirmatione Ordinis SS. Trinitatis, asserentes prædictam visionem contigisse V. Kal. Febr. currentis anni, dum Innocentius III. rem divinam face-

nifirationem Catholicæ Ecclesiæ suscepit, Deo nobis propitio nostra cuncta ad sui nominis gloriam feliciter promovente.

Ab-

ret. Porro hic loquendi modus a Ducangio in suo Glossario prætermittitur.

Execunte hoc Christi anno e vivis excessit VII. Jacob Imperator Almohadum seu Saracenorum Africa & Hispaniæ Saracenicæ, Almanfor cognominatus. Noweirius enim hanc mortem anno Hegiræ DXCV. copulat, affirmatque amorem justitiæ & religionis Musulmanæ magnum ei nomen peperisse. Successit Patri Mahomet filius, cognominatus Annafor Ledinillah, idest, defensor Legis Dei, qui Tabia, & factionarios, quorum caput erat, anno Hegiræ DXCVI. seu circa initium Martii an Christi MCC. superavit, & Africanos tam ex minori Africa, quam ex Mauritania expulit, ac montes Atlantis transire coegit. Tandem cum Mahomet Christianum nomen in Hispania delere, & Alphonsus VIII. Castellæ, Petrus Aragoniæ, & Sanctius Navarra Reges sua tueri statuerent, an. MCCXII. ad Ubedam in confinis Castellæ novæ pugnatum, & Saraceni cum suo Imperatore fusi fugatique, ut videre est apud Spondanum eo Christi anno, tuncque mignum illud Imperium, cui Almumenin, Onarus, Juceph seu Joseph, Jacob & Mahometes successive præfuerant in Hispania finitum & dissipatum. Rodericus enim lib. 7. cap. 10. hac Christianorum victoria narrata subjungit: Quæ victoria discessionis & exterminii Almohadibus causam dedit, in Hispania nempe tunc ab Africa separata. Cumque postea Hispaniæ Saracenicæ Reguli corpus amplius non confiant, & quilibet sibi confuleret, Christianis facilius fuit gentem ferocem & barbaram tam memorabili clade attritam paulatim debellare.

Usque ad hujus anni & Pontificatus Innocentii III. initium eminentissimus Cardinalis Baronius Annales Ecclesiasticos herculeo labore elucubratos perduxit; qui licet in eo scribendi genere excelluerit, quia tamen nihil ex omni parte perfectum, ut vulgo dicitur, eodem supplevisse ac illustrasse inutile, uti spero, non erit.

CHRISTI
1198.CÆLESTINI III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. I.
ALEXII ANG. IMP. 4.Quando
absolutus
est præ-
sens tom.(a) Act.
27.(b) Gen.
35.

(c) Pf. 105.

(d) Pf. 92.

(e) Pf. 68.

Absolutus est autem præsens Tomus, cum post mensem Pontifex Romanus creatus est Paulus; cui ipse dicandus, pro tanto munere Deo immortaliter perennes gratiarum contineat actiones, quæ & accessionem accipiant tamquam ex inundante torrente majorem, quod in his a Deo ingentia valde sim beneficia consecutus, ereptus e summis periculis imminentibus. Nam e profundo maris abyfso, horribili tempestate jactari, cum jam incidissemus in (a) dithalassum, ipsa adhuc naufraga spe: Dei ope ad optatum litus, una cum Paulo, in salutem Urbis & Orbis evecto, salvi tandem emerisimus. Quamobrem partus hic ipse noster præsens Annalium Tomus, qui ob multiplices parientis ærumnas pene interitu pereuntis, (b) Benoni, filius doloris mei, fuerat nuncupandus: subita rerum mutatione in contrarium facta, mutato quoque nomine sicut & rebus, erit Benjamin dexteræ filius nominandus, Paulo nostro jam in dextera collocato. Quis (c) loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes ejus? (d) Mirabiles vidimus elationes maris; mirabilis & apparuit in altis Dominus. Qualis tunc rerum facies? quam tetra, horrida, & formidabilis? Cum & præter immensos fluctus illos, adhuc ex improvise tam vehementi est concussa Ecclesia terræmotu, atque terrifico simul tonitru excusso fulmine perturbata, & intercepta, atque inversa sunt mentes hominum, ac pariter actiones? Qui tunc æstus mei, cum adeo violentis licet amicis flatibus abreptus, ferrer in Syrtes, e quibus haud facilis esset emergendi facultas? (e) Laboravi clamans, raucæ reipsa tunc factæ sunt fau-

ces meæ, exclamans ad Omnipotentem Davidicum (f) illud: Mitte manum tuam de alto, libera me de aquis multis. Quærebam anxius, si quomodo (g) ut Jonas dedens me fluctibus, honesta jactura mei solius possem cæteris periclitantibus esse salus. Sed judicio sapientum fratrum qui aderant, damnosum existimatum est hujusmodi consilium; eo quod non ego, sicut ille, fugerim a facie Domini, sed potius pro Domino stare, atque persistere pro domo (h) Israel (utcumque debiles vires ferrent) murus oppositus; firmiter iisdem asseverantibus, loco non cedendum, sed firmissime ad finem usque perstandum infractum, immobilem, atque constantem. Sic igitur fratrum sententia interclusus, cunctisque evadendi remediis destitutus, tædio vitæ gravatus supra modum, ultra vires, in illa ærumnosa cum Jeremia (i) erupi sæpe lacrimata: Væ mihi mater mea, quare me genuisti virum rixæ, virum discordiæ in universa terra? Cum vero his tenerer vallatus angustiis, & a Deo tantum, qui est solus omnipotens, præstolarer auxilium: ecce statim ex insperata catastrophe facta est rerum repentina, sicut & admiranda mutatio. Excitatus namque tamquam dormiens Dominus clamore suorum, qui laborantes erant in remigando, festinus exurgens, impetavit (k) vento & mari, & facta est tranquillitas magna; atque dicto citius, miro consensu omnium ecce provehitur PAULUS, tanquam e maris ereptus tempestate salvus, in Cathedram Petri. Cui una cum universa Ecclesia Catholica feliciter acclamamus: PAULO PAPÆ QUINTO A DEO ELECTO SALUS ET VITA.

(f) Pf.
143.(g) Jon.
1.(h) Exec.
13.

(i) Jer. 15.

(k) Mat. 8.

Peroratio
Auctoris.(l) Job.
7.(m) Cant.
2.(n) Job.
7.(o) Gen.
25.

Sicut servus (l) desiderat umbram, cum sub æstuantis Solis radiis labor fractus, calore dissolvitur: ita & ego portans pondus diei & æstus, exoptavi, ut tandem fasce solutus, sub (m) umbra illius requiescerem; quem semper concupivit anima mea. Et sicut (n) mercenarius præstolatur finem operis sui: expectavi & ego, ut inclinata ad vesperam die, mercedem acciperem a Patrefamilias, denarium diurnum, ejus imagine, & pretio auctum illius, qui dixit (o) Abrahæ Patri creditum: Ego ero merces tua magna nimis. Ab hora

namque prima conductus, ejus auxilio, indefesso studio laboravi, ut puteos (p) illos, quos antiquiores Patres nostri fodere, impii vero Palæstini obstruxerunt, implentes humo, exhaurirem, purgaremque ab immensa superinjecta mendaciorum congerie, ipsosque purissimos interceptos latices revocarem ad usum pristinum ovium atque pastorum. Quod jam vero sit diei hora novissima, pulsante ostium morte, sumpta fiducia inveniæ Dei misericordiæ, accurro ad Patrem filius, sed prodigo (q) illi similis, misericordiam petens. Tu vero Pater ne obcur-

(p) Ibid.
20.

(q) Luc.

CHRISTI
1198.CÆLESTINI III. PAP.
8.VACAT. IMP. OCCID. I.
ALEXII ANG. IMP. 4.(a) Gal.
4.(b) Genes.
27.

cursum neget, amplexum nec subtrahas, neque osculo prives immeritum; sed ut pater illi, mihi exhibe stolam primam, porrige anulum, & cætera illi exhibita usque ad calceamenta pedum, amoris signa, honoris insignia; & quod præstat omnibus, ut nomen filii consecutus, tuus heres, Christi vero coheres (a) effici dignus inveniar. Sed quod spem tantam timor imminuat, dubitatio vero intercipiat, frangat autem magis male sibi conscia conscientia: exemplo (b) Jacob, qui æque formidans, ne ab offenso patre maledictionem loco benedictionis eli-

ceret; consilio atque ope providæ matris, a patre exoptatam primogeniti accepit benedictionem: Ecce supplex interpello te matrem nostram, Dei genitricem MARIAM, ut per te ipsam a Patre lumen benedictionem illam consequi dignus efficiar, quæ sublimis illius regni cœlestis, æternæ scilicet particeps efficiar hereditatis, gratia & misericordia ipsius CHRISTI JESU Domini nostri, cui una cum Patre, & Spiritu Sancto honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

JOANNIS DOMINICI MANSI CONGREGATIONIS MATRIS DEI

LUCENSIS

Suarum ad Pagium adnotationum, emendationes, illustrationes, additiones.

Quanquam in adornandis iis quas in Pagium scripsi animadversionibus omnem dedisse operam mihi blandiebar, ut ea in quibus insignem hunc scriptorem emendabam veritati maxime congruerent; in nonnullis tamen deceptum me fateor. Cum enim in pangendo meo, quod nunc molior, Supplemento ad Conciliorum Collectionem Veneto-Labbeanam secundis curis ea discuterem, quæ de conciliis nonnullis in adnotationibus illis differueram, oscitantius me quædam scripsisse, quædam non satis demonstrasse, nonnulla præterisse animadverti. Hæc vero hic retractare, indicare, ac demum emendare, constitui, ut Lectores maxime intelligant mihi unice cordi fuisse in hoc opere conficiendo veritatem, quam dum teneo, errorem meum fateri non erubesco.

Ad annum 485. Acacium una tantummodo simplici vice damnatum in Romano concilio anni 484. asserui, negans in sequenti anni 485. concilio gravius quidquam adversus illum definitum fuisse. Nunc vero re maturius discussa intellexi tandem, in altero anni 485. vel 486. concilio novam iterum sententiam illum tulisse. Bis enim damnatum a se Acacium affirmat Felix III. in epistola ad Vetranionem his verbis: *Acacius apostolica sedis iterata excommunicatione depulsus est.* Id vero præstitum secunda vice in concilio anni 485 constat ex subscriptione synodica concilii Romani anni 485. quæ inter Acta concilii Romani anni 484. male a Labbeo refertur. Ita enim ibi subscribit Candidus Tiburtinus: *Candidus Ep. Petro Tiburtina ecclesia pervasori, & Acacio quondam Ecclesia Constantinopolitana Ep. sequens auctoritatem sedis apostolica secundum nostrum juxta ecclesia statum catholica deliberatione prolatam anathema dicens subscripsit.*

Quod vero semel id factum fuisse legatur in epistola Felicis relata à Supplemento Acaciano, id forte adscribendum est tempori, quo Felix epistolam ejusdem supplementi dedit; forte enim scripta est tempore inter primam & secundam excommunicationem interjacente. Qua de re fusius ego in meo Conciliorum Supplemento.

Ad A. 491. IV. errasse me fateor Ariadnam augustam ante Zenonem virum suum decessisse scribentem; id enim fidei omnium coævorum scriptorum repugnat. Lege Evagrium lib. 3. cap. 20. Quare recentiores illi scriptores Græci, qui Arcadium secundam Zenonis uxorem statuunt, sive errarunt pro Ariadna Arcadium reponentes; sive tres uxores aliam post aliam assignarunt Zenoni, quarum duæ ante virum obierunt, tertia vero Ariadna viro decedenti superstes aliquandiu egit.

Ad A. 589. II. Concilii Valentini epocham ad annum 583. revocandam duxi. Sed cum in meo conciliorum Supplemento, quod opus nunc molior, & brevi commissurus sum prælo, animadvertim concilii hujus tacito loci nomine mentionem fieri a Fredegario ad annum XXIV. Guntramni; & annus ille in annum 584. vel 585. incidat, ab ea utique epocha removendum non censeo.

Ad A. 663. IV. Synodum Augustodunensem cum Synodo Marlaci a Theodorico & Dagoberto Francorum regibus habitam & cum Augustodunensi S. Leodegarii, cujus canones extant, perperam confudi. Duo enim hæc sunt loco & tempore distincta concilia. Augustodunense enim habuit S. Leodegarius nullo forte episcopo, sed clericis suis assidentibus. Marlacense vero constitit episcopis quinquaginta quatuor, convenitque in loco ab urbe & diæcesi Augustodunensi plane diverso. Marlacum enim, ubi synodus illa habita est, cum pago agri Parisiensis *Marly* Pagius ad annum 677. 8. componit.

Ad A. 664. XVII. In nota ad hunc annum fabellam adoptare visus sum de ablato a Gallis corpore S. Benedicti Abbatis, ac dein Casinensibus restituto; hanc vero modo reicio, utpote nullo idoneo assertore munitam, ut egregie demonstrat eruditus author Dissertationis de asserto Casinensibus corpore S. Benedicti, quam habes vulgatam in Appendice Tomi sexti Annalium O. S. B. impressionis Lucensis. Denique totam hanc notam expunctam velim, quod parum sibi cohæreat, & oscitanti mihi obrepserit.

Ad A. 714. VIII. Concilium Etruscum ex charta vulgata a P. Grandi in Dissert. de Pandectis Appendic. num. I. anno 714. ex conjectura assignavi. Sed ex diplomate Luitprandi Regis apud Muratorium in Antiquit. Ital. t. VI. pag. 372. plane constat non prius an. 714. die XII. Kal. Julias, quem diem signat ejus diplomatis notæ chronologicæ, haberi potuisse; cum diplomate illo Rex causæ huic exordium instituerit. Ita ego fusius in meo Conciliorum Supplemento.

Ad A. 721. I. Concilii Romani epocham multo quam in editis accuratiorem signat vetus MS. Codex Bibliothecæ Cathedralis Lucensis sæculo, ut arbitror, XI. descriptus, in quo concilii hujus is est titulus: *Imperii domni piissimi Augusti Leone a Deo coronato magno Imperatore post C. anno VI. sed & Constantino nono (sic pro novo) filio ejus anno II. mense Aprili in die IV. Hinc non legitur illud p. C. XVI. quod mendo manifesto est in editione Labbeana. Quamquam nec ita lectio plane sanatur. Quare viderint eruditi, utrum eam quam ego propono, correctio admittenda sit.*

Ad A. 732. I. Quamquam epistolam Gregorii III. quam hic indico ad concilium Romanum pro imaginum cultu celebratum pertinere arbitror, oscitantius tamen scripsi concilium illud anno 732. convenisse. Licet enim id asserit Labbeus, tamen ex epistola illa constat Grædensem patriarcham accitum fuisse ad hoc concilium die. *Kalendarum Novembris indictionis XV.*

celebrandum; hæc vero designant annum Christi 731. e ejus septembri indictio XV. coeperat. Ad annos 741. VI. 742. VI. 743. I. & sequentibus Conciliorum S. Zachariæ & S. Bonifacii necnon & epistoliarum quarumdam utrimque transmissarum sistema aliud chronologicum. constituendum statui in dissertatione de synodis in Germania, Gallia & Italia a S. Bonifacio & S. Zacharia habitis, quam in meo ad concilia Supplemento propediem evulgaturus sum. Operosum vero esset rationes hic exhibere, quibus certum singulorum annum adstruxi. Has ergo fusius deductas expectare lectores in opere illo intra hunc annum 1746. ut spero, evulgando jubeo. Interim tabulam chronologicam ad normam ejusdem dissertationis confectam, & in ejus calce ibidem expansam hic exscribo.

- Anni Ch.**
741. Concilium Germanicum a nullo veteri, aut recentiori scriptore indicatum in quo episcopales sedes tres in Germania a S. Bonifacio erectæ, de quibus S. Bonifacius certiore facit S. Zachariam per epistolam apud Labbeum to. VIII. pag. 227. legendam.
 S. Zacharias respondet S. Bonifacio epistola I.
743. II. ejusdem ad Burchardum Wirceburgensem episcopum non ita pridem electum. Concilium Germanicum quod a Labbeo caterisque primam dicitur.
744. Senonis concilium agitur in quo Adalbertus damnatur, Abel & Adalbertus ille Rhemen-
 sis, hic Senonensis metropolitæ constituti.
 Romanum I. Concilium S. Zachariæ.
 Epistola S. Zachariæ VI. ad S. Bonifacium de quaestione baptismatis.
 Epistola S. Zachariæ IV. ad S. Bonifacium.
 Epistola S. Zachariæ V. ad S. Bonifacium.
745. Concilium Liptinense.
 Epistola III. XVI. & XI. S. Zachariæ ad Francos & Gallos.
 Epistola XVII. Zachariæ ad Auctrobertum, ad quem Romani Concilii anni præcedentis a-
 da transmittit.
 S. Bonifacius epistolam scribit ad Pontificem de erroribus Adalberti lectam in sequenti Romano concilio.
 Concilium Romanum II.
 Epistola IX. S. Zachariæ ad Bonifacium.
746. Epistola VI. S. Zachariæ ad S. Bonifacium de baptisate minime iterando.
 Eiusdem S. pontificis epistola VII. qua ad plura Pippini consulta respondet.
747. Epistola VIII. S. Zachariæ ad S. Bonifacium, cui injungit ut data ad capitula Pippini
 responsa in concilio statim celebrando recitet.
 Concilium Germanicum quod tertium est Labbeo, reipsa vero secundum, & conciliorum.
 quæ eo usque S. Bonifacius habuerat quintum.
 S. Bonifacius literis per Burchardum missis Romanum pontificem de multis consulit. Literæ ipsæ
 non extant.
748. S. Zacharias epistola X. ad præcedentia S. Bonifacii consulta respondet.
749.
750.
751. S. Bonifacius epistola per Lullum transmissa apud Labbeum pag. 265. legenda S. Zacha-
 riam iterum consulit.
 Cui S. Zacharias tribus epistolis XII. XIII. XIV. respondet.
 Hæc conciliorum S. Bonifacii & S. Zachariæ pontificis cum mutuis amborum epistolis chro-
 notaxis. Epistolam S. Bonifacii ad Griphonem cum temporis adscriptione careat, ubi collocare-
 tur non invenimus. Epistolam XV. S. Zachariæ ad Episcopos Francorum, utpote dubiam cum
 controversiam de sublato corpore S. Benedicti tangat, negleximus.
 Ad Annum 760. I. Hierosolymitanam Synodum illam quam indicavi ex vita S. Joannis
 Gotthæ episcopi ipsam eandem censeo cum Hierosolymitana illa synodo, cujus synodicam ad Pau-
 lum papam Theodori Hierosolymitani patriarchæ nomine inscriptam mittere se ad Carolum
 Francorum regem Constantinus antipapa in literis ad eundem regem significat. Hanc vero syno-
 dicam pervenisse Romam Augusto mense V. indictionis, idest anno 767. idem Constantinus in sua
 illa epistola quæ in codice Carolino est XCIX. significat. Ex hoc annum concilii discimus.
 Ad annum 769. I. Concilium Romanum anni hujus extare adhuc MS. in Veronensi codi-
 ce, Maffeo in sua Verona illustrata part. 3. cap. 7. indicante, notavi. Sed poteram totam
 illam adnotationem meam omittre, cum idem ipsum concilium sit quod a V. Cl. Cajetano Cen-
 ni Romanis typis vulgatum prædiisse Georgius in adnotatione ad Pagium hic excusa jam ad-
 monuisset.
 Ad annum 799. I. Reispacense concilium ego ipse cum cæteris in annum 799. contuli; sed
 ex epistola Arnenis Salzburgenfis Archiepiscopi, qua ad Concilium illud episcopos invitat, a
 P. Pez in codice Diplomatico vulgata, deducendum mihi censui concilium hoc ad annum 803.
 referendum esse.
 Ad annum 860. II. Concilium Moguntinum a Carolo archiepiscopo habitum Collectores la-
 tuisse notavi, cum non satis excussissem Veneto-Labbeam Collectionem, in qua dein reperi
 concilium illud anno 857. adscriptum. Adhuc tamen in meo Conciliorum supplemento demon-
 stravi concilium istud anni 857. de quo in Francorum annalibus, convenire nequaquam posse cum
 concilio, cujus Nicolaus papa I. in sua ad Carolum Moguntinum archiepiscopum & suffraga-
 neos meminit. Ex illa enim epistola non obscure deducitur concilium illud sub Nicolao papa
 convenisse. Quod vero octobri mense anni 857. testantibus Francorum annalibus coactum est
 concilium, sub Benedicto Papa III. celebratum est.
 Ad annum 868. II. Quæ hic afferro argumenta pro assignando anno huic Romano quodam
 concilio, in quo ea oratio perorata est, cujus fragmentum Muratorius vulgavit; adducunt me in-
 sententiam parum ab hac diversam; nempe concilium istud celebratum fuisse Cafini anno 869. Eo
 venerat Adrianus ab Imperatore Ludovico accitus, ibique rogatus Lotharium ad communionem
 admisit, admisit & Guntharium ad laicam communionem. Tunc igitur forte de revocatione eo-
 rum ad ecclesiam synodus habita, ejusque occasione ea oratio recitata est.
 Ad annum 885. II. Concilium incerti loci in Italia ab Adriano papa III. habitum in Col-
 lectionibus omissum esse asserui; id tamen diligentius evolutis Veneto-Labbeam Collectionis vo-
 luminibus t. XI. pag. 533. adnotatum reperi.
 Ad annum 887. V. Nescio quid mihi obreperit, cum anno huic assignandum censui con-
 cilium

cilium Turonense, cujus meminit author fragmenti historiae Britanniae Armoricae in Anecdotis Martenii t. III. Concilium convenit sub Herardo archiepiscopo, qui cathedram illam ab anno 855. usque ad 871. Sammartanis testibus habuit. Apud eodem Sammartanos extat exordium collectionis cujusdam canonum quam vulgasse se in eadem synodo anno 858. ordinationis suæ III. indict. VI. die XVIII. Kal. junii idem archiepiscopus ibid. asseruit. Hic ergo genuinus concilii Turonici diocessani annus habendus est.

Ad annum 916. III. Altheimense concilium unicum statui in hac mea adnotatione; at se-
 cundis curis hæc recensens, agnovi tandem canones a Pagio collectos & uni eidemque concilio
 assignatos, geminæ Altheimensi synodo tribuendos esse, quarum alteram habitam statuo anno 916.
 alteram vero post annum 922. Priori Herigerus Moguntinus archiepiscopus præfuit; posteriori
 vero Hildebertus. Quibus ita distinctis nullam irrephisse mendam in Burchardi textum intelli-
 gimus.

Ad annum 931. I. Ratisponense concilium ex Martenii Veter. Mon. t. VII. notum cum
 Dingolwingensi (ita enim scribendum pro Digolvicensi) confundendum censui; nunc vero di-
 stinguenda hæc fateor; nam Ratisponenses Patres in Principe Urbis illius templo convenere;
 non ergo in pago Dingolwingensi coiverunt. Præterea postremæ huic synodo Nyrtardus Sabio-
 nensis interfuit, cujus tamen nomen inter patres Ratisponenses frustra quaerimus. Rationes al-
 las expendo in meo ad Concilia supplemento, quibus duo hæc concilia distingui inter se o-
 mnino oportet.

Ad annum 975. XV. Synodi Constantinopolitanae, in qua Basilius patriarcha criminum
 reus judicatus est, & depositus, nullam in collectionibus mentionem fieri nonnisi per oscitantiam
 asserui; nam inter cæteras recensetur in to. XI. pag. 963. Venet. edit.

Ad annum 979. I. Engelenheimensem synodum ad sequentem annum 980. transferendam ju-
 dico; hunc enim annum exhibet subscriptio diplomatis a me in adnotatione indicati cum annis
 imperii Ottonis composita. Aberrat quidem indictio, quæ annum 979. signat; sed facilius in unam in-
 dictionem, quam in geminis reliquos temporis characteres mendam irrephisse suscipiamur.

Ad annum 1059. II. Benzonem Albensem episcopum, Cadali antipapæ fautorem, munus
 cancellarii apud illum gessisse asserui. Dein vero tandem me deceptum comperi, vel saltem me
 id asseruisse nullo veteri authore fultum agnosco; neque enim de se loquitur Benzo cum can-
 cellarium lateribus Cadali assistentem inducit. Sermo tunc apud illum erat de cancellario Hen-
 rici imperatoris.

Ad annum 1067. I. Osboriense concilium quod in causa schismatis Alexandrum II. inter
 & Cadalum in Germania convenisse S. Petrus Damiani in epistola ad Cunipertum asseruit, cum
 concilio illo Germanico, quod integro anno Mantuanum præcessisse Benzo lib. 3. cap. 25. asseruit,
 confundendum censui. In meo conciliorum supplemento argumentum istud iterum versans, demon-
 strasse tandem me confido Osboriense istud concilium ex S. Petro Damiani notum, & Ger-
 manicum illud a Benzone asseritum duo esse tempore inter se discreta concilia. Nam ex episto-
 la illa S. Petri Damiani ad Cunipertum constat Cadalum vertente ab assumptione sua anno in
 concilio Osboriensi dejectum fuisse. Quo testimonio convincimur non ferius anno 1062. concilium
 illud convenisse. Vicissim autem Mantuanum concilium anno 1072. habitum oportet; ex quo an-
 nus 1071. pro Germanico Benzonis concilio resultat.

Ad annum 1077. XII. Sanctonense concilium, quamquam a Labbeo ignoratum dixi, igno-
 ratum ab illo tamen non est, sed anno 1080. assignatum. Verum & ille quidem in hoc anno de-
 signando errat, & ego pariter annum 1077. frustra selegi. Nam verus annus Xantonensis con-
 cilii est 1081. Id statim intelliges si animadverteris Gregorium Papam VII. literis expeditis die
 VIII. idus martii indictione III. idest anno 1080. apud Martene Anecd. to. III. pag. 878. signi-
 ficasse missurum se legatos in Gallias ad causam illam cognoscendam in concilio. Ex iis vero monumen-
 tis quæ asserit Labbeus constat, concilium illud januario mense convenisse; ergo anno 1081. est
 habitum.

Ad annum 1083. II. Adelheis illa quæ inter Henricum regem & Mathildem pacem conciliavit
 Henrici illius soror utique non fuit, sed femina erat potentissima Henrico regi necessitudine
 conjuncta, filia Magnifredi Marchionis, & vidua Ottonis Marchionis Italiae, cujus imperio to-
 ta Sabaudica & Pedemontana ditio parebat. Quare Italiae claves sub se habere merito censeba-
 tur. Vide Ughel. in to. 4. pag. 358. edit. Venet.

Ad annum 1121. IX. Bullam de restitutione episcopatus Trium Tabernarum, quam ex Mar-
 tene hic indicavi, adeo multis sollicitat Ughellius to. IX. pag. 358. adeo insolitis verborum
 formulis concepta est, ut suspicionis notam apud eruditos incurreret. Quare non erat cur in
 notis ad criticam Baronii absque ullo suppositionis elogio laudaretur.

Ad annum 1123. Synodum illam Romanam generalem quam Callistus II. anno isto habuit,
 intra triduum desisse, Pagio ex Landulpho a S. Paulo id asseruisti, consensu. Nunc vero re-
 maturius discussa, intellexi tandem Landulphi testimonium cum Lateranensi generali concilio ne-
 quaquam congruere. Concilium enim die XV. Kal. aprilis coepit, ut Pagius hic ex veterum
 testimonio statuit, bulla Callisti qua Divorum honores S. Conrado Constantiensis statuit, lataque
 est stante adhuc concilio, signatur die V. Kal. aprilis. Concilium ergo ad decem saltem dies
 perseveravit. Alia suggero argumenta in meo ad concilia supplemento, quibus demonstratur con-
 cilium hoc generale ad dies XIX. substituisse. Ex quo inferas concilium cui Landulphus a S.
 Paulo præfens adfuit a Lateranense generali plane diversum esse, quanquam post annum 1120.
 convenisse oporteat, ut in eodem supplemento demonstro.

Denique ab æquis lectoribus veniam imploro, si dum multis distractus curis, cum per me ty-
 porum specimina curare saepe nequiverim, facile provenerit, ut non semel nomina propria
 hominum & locorum minus recte efferrentur. Hinc in adnotatione ad annum 1049. irrepsit Lu-
 devigiani pro Lunigiani, in alia anni 1130. 4. est Pfenopolitanam pro Partenopolitanam, ali-
 cubi pro Roberto Tustiansi positum legi Roberto Ticinense; fere ubique Udalricus Bambergensis in
 Uldaricum Bambergensem transformatur. Anno 826. 4. legitur Ulspergensis pro Uspersensis. Sphal-
 mata alia grammatica dare illos velim typtotetarum incuriæ & correctorum oscitantæ, quibus
 tamen in postremis voluminibus utcumque provisum est.

I N D E X

IN TOMUM DECIMUMNONUM ANNALIUM ECCLESIASTICORUM BARONII.

*Nota numeralis communis Annum Christi : Romana vero
Numerum Marginalem significat.*

A



Abates & Archipresbyteri O. Gaviano Antipapae contra Alexandrum III. inhaerentes qui fuerint, 1160. XIX. Abdicatio Conradi Archiep. Moguntini spontanea ab Archiepiscopatu, 1177. LXXV. Abjuratio schismatis Octaviani, Guidonis Crémensis, & Joannis de Struma Antipaparum per Christianum Archiep. Moguntinum, 1177. XXVIII. LXVII. Item per alios Imperii Praelatos & Episcopos, *ibid.* Item per Joannem ipsum de Struma pseudopapam, 1178. IV. Item per Episcopos Germaniae in Conc. Romano generali, 1179. VI.

Ablata reposcit S. Thomas Cantuariensis ab Henrico II. Anglorum Rege, 1167. L. LI. LII. Repetunt & diversi alii, 1168. XVI.

Abominaciones horrendae Coterellorum haereticorum in Gallis, 1183. VII.

Abrogatio omnium eorum quae contra sanctum Thomam Cantuariensem sunt facta, 1164. XXVI.

Absalon Roschildensis Archiep. collaborat Waldemaro Danicae Regi in expugnanda Rugianorum idololatia, 1161. XVII. Ejus egregiae laudes, *ibid.* Sollicite incumbit in reformationem disciplinae regularis, *ibidem* XVIII. Willelmum quemdam virum pium ad idem praestandum e Gallis accersit, *ibid.*

Absalon Waldemaro frustra dissuadet multis rationibus professionem ad Fridericum Imp. 1162. XV. Cum eodem invitus proficiscitur, *ibid.* XVI. Fridericum Imp. illiberaliter Waldemarum Regem tractantem perfidiae insimulat, 1162. XVIII. Waldemarum animo confternatum consiliis instruit, *ibid.* Eidem conciliabulo schismaticorum excedere suadet, *ibid.* XIX. Frustra rogatur ab Octaviano pseudopapa, ut velit interesse conciliabulo, *ibid.* Roschildensium creatus Archiepisc. invitus fuit donatus pallio Archiepiscopali ab Alexandro III. Papa, 1177. XCI. XCII.

Absolutio Urbis Romae, 1155. II. S. Thomae Cantuariensis a culpa & juramento illicito, Henrico II. Angliae Regi facto, 1164. VI. XXVI. Henrici II. Anglorum Regis, & quibus conditionibus concedatur, 1172. III. VI. VII.

Absolutio Episcoporum Londoniensis & Sares-

beriensis a S. Thoma Cantuariensi excommunicatorum, 1172. XV. Friderici Imp. & ejus Principum, 1177. XXII. LXVIII. Item omnium schismaticorum, 1177. XXVII. LXVII. Item Willelmi Scotiae Regis, 1182. I. Item Forestarii Regis Angliae, 1186. XLX. Hugonis Ecclesiae S. Andreae in Scotiae invidiosus, 1188. XX.

Absolutio non valet, nisi ablata restituantur, 1168. L.

Abyssini, sive Aethiopes Pretejanho subiecti obtinent Romae Ecclesiam S. Stephani Protomartyris, 1177. XXXVIII.

Accon civitas Palaestinae Christianorum capitur a Saracenis, 1187. IV. V. Recuperatur a Regibus Francorum & Anglorum, 1194. XV. XVII.

Accusatio contra Gilibertum Porretanum, Pictaviensem Episcopum, de nova haeresi, 1147. VII. VIII. XI. Alia contra Ottonem Comitem Palatinum apud Fridericum Imper.

per Cardinales Alexandri III. fautores, 1159. XLVIII. Alia contra Reges comprovinciales per Fridericum Imper. ob susceptum ab

his Alexandrum III. Papam, 1162. XIX.

Accusatio contra S. Thomam Cantuar. per Episcopos Angliae apud Alexandrum, 1164. XXXIII. Alia contra eundem ob nimiam severitatem, 1167. XLVI. Alia contra Henricum II. Anglorum Regem in colloquio publico, 1168. XVI. Alia per Willelmum Papiensem Card. contra S. Thomam apud Alexandrum Papam, 1168. XXIII. Alia diversorum apud Alexandrum contra Henricum II. Anglorum Regem de nece immanissime Sancto Thomae illata, 1171. I.

Accusatio Balduini Cantuariensis Archiepiscopi apud Richardum Regem contra S. Hugonem Lincolnensem Episcopum, 1189. III.

Alia Richardi Regis Angliae apud Octavianum Cardinalem, de simonia Curiae Romanae, 1190. I. Alia contra Richardum Regem Angliae apud Caestinum III. Papam & Cardinales per Philippum Francorum Regem e Terra sancta redeuntem, 1191. XV.

Alia contra Willelmum Eliensem Episcopum iniqua & calumniis referta ob superbiam, per Hugonem Coventrensem Episcopum, *ibid.* XXII.

Accusatio contra Richardum Regem Anglorum per Henricum V. Imp. 1191. XLIII. Alia contra Gaufridum Eboracensem Archiepisc. per Clerum & Suffraganeos Eboracensis Eccle-

cle.

clesis, 1194. VI. 1195. XIII.
Acerbus Morenae Ottonis Morenae Chronographi filius, 1154. VI. Exigit iuramentum fidelitatis a Romanis pro Friderico Imp. 1167. X. Peste moritur, *ibid.* XI.
Acta Concilii Parisiensis sub Eugenio III. in causa Gilberti Episc. haeretici Pictaviensis, 1147. XI. Rhemensis sub Eugenio item, 1148. VIII. IX. Conciliabuli Papiensis in causa schismatis inter Alexandrum III. Papam, & Octavianum pseudopapam, 1160. I. Conciliabuli Laudensis schismaticorum contra Alexandrum III. Papam, 1161. XVI. Alia Concilii Turonensis, 1163. XVIII. Alia Conciliabuli Clarendunensis in Anglia contra S. Thomam Cantuariensem, 1164. II. Alia conciliabuli Herbipolensis, 1166. II. VII.
Acta colloquii inter Reges Francorum & Anglorum habiti, 1168. XVI. Alia Legatorum Sedis Apostolicae inter Henricum II. Anglorum Regem & S. Thomam, *ibid.* XXIII. XXVI. Alia Concilii Hibernici, 1171. XII. Alia Legatorum Sedis Apostolicae cum Henrico Rege, 1172. II. VII. VIII. Alia Concilii Northman. *ibid.* X. Item Westmonasteriensis in Anglia, 1173. I. Alia inter Alexandrum III. Venetiis & Legatos Imperatorios, 1177. XX. Alia inter eundem & Imperatorem post abolitionem, *ibid.* XXII. XXIV. XXV. Alia Concilii Veneti sub Alexandro III. habiti, *ibid.* XXIX. LXXX. LXXXI. Romani alterius generalis sub eodem, 1179. II. Alia Eboracensis in Anglia, 1194. XII. *Vide*, etiam Canones.
Acta S. Silvestri Papae duplicitate esse ostendit Auditor, 1191. LII. Quam fraudulenter sint a Graecis depravata in odium Ecclesiae Romanae, *ibid.*
Adalbertus Viridunensis Primicerius mittitur ad S. Hildegardem virginem ab Eugenio III. ut de visionibus ejus inquirat, 1148. XXXII.
Adam Eboracensis Abbas ductus a Conrado Germanorum Rege ad Comitata, hortatur & inducit oratione populum ad sumendam contra Infideles expeditionem, 1147. I.
Adam de Parvo ponte Canonicus Parisiensis accusat Gilbertum Porretanum Episcopum Pictaviensem haereticos in plena Synodo, 1147. XI.
Adami Canonici Regularis S. Victoris Parisiensis epitaphium insigne, 1154. XIV.
Adelphonus Rex Gallaciae excommunicatur a Caesario Tertio propter illicitum matrimonium, 1191. XII. Cogitur ab Adelphono Castellae Rege facere divortium, *ibidem*. Repudiata illicita uxore, ejus filiam ducit, *ibid.*
Adelphonus Castellae Rex cogit armata manu Adelphonum Gallaciae Regem dimittere uxorem illicite ductam, *ibidem*. Eidem suam filiam matrimonio jungit, *ibid.*
Adhortatio S. Bernardi ad Tolosanos, ut haereticos persequantur, 1147. XX. Alia Petri Abbatis Cluniacensis ad Rogerium Siciliae Regem, ut vendicat Latinorum injurias in Manuele Graecorum Imp. proditore, 1150. VI. Alia Joannis Saresberiensis ad Hadrianum Quartum, ut humiles, & vanae gloriae ac pecuniae contemptores creet Cardinales, 1156. XIV. Alia ejusdem utilis valde ad S. Thomam Cantuariensem, 1165. II. Alia Sancti Thomae ad Henricum II. Anglorum Regem pro restituenda libertate Ecclesiastica, *ibid.* III. Alia paterna ejusdem ad Henricum II. Anglorum Regem, 1166. XXIX. XXX. Alia ejusdem ad Episcopos Cantiae provinciae, 1167. XX. Alia ad Regem, *ibid.* I. Alia ejusdem ad Cardinales, ut se Regi op-

ponant, libertatem ecclesiasticam funditus tollerent molienti, 1168. XL. Alia Alexandri III. cum minis ad Henricum II. Anglorum Regem, 1169. XXX. XXXI. *Vide etiam*, Exhortatio.
Adoratio Octaviani Schismatici Antipapae, 1160. IX. X.
Adventus Petri Blesensis in Siciliam, & quando contigerit, 1167. LXXII. Alexandri III. Venetias, 1177. XVII. Item Friderici Imperatoris, *ibid.* XXII. S. Thomae in Angliam & Ecclesiam suam, 1170. XLI. *Vide etiam*, Ingressus.
Adulatio levissima & Graeco digna, Georgii Corcyrae Metropolitanus ad Emmanuelem Graecorum Imperatorem, 1176. XXII. XXIV. Alia ejusdem ad Fridericum Imp. 1178. XIII. Alia ejusdem ad Patriarcham Constantinopolitanum, 1180. XXVII.
Adolphus Holfatorum Princeps excipit Waldemarem Danorum Regem, & beneficiis demeretur, 1162. XVI.
Aegidius Episcopus Ebroicensis comitatur Joannam Henrici II. Anglorum Regis filiam ad Willelmum Siculorum Regem sponsum in Siciliam, 1176. II.
Aegidius Mutinensis Episc. defert jussu & permisso Lucii III. Papae corpus S. Floriani martyris in Poloniam, 1184. VII. Muneribus cumulatur a Casimiro Duce, *ibid.*
Aegidius diaconus Cardinalis fungitur legatione jussu Caesarii III. apud Tancredum Siciliae Regem pro liberanda Constantia Imperatrice captiva, 1192. XX.
Aequitas maxima Waldemari Danorum Regis, 1162. XX. Rapit Germaniae Principes in admirationem, *ibid.*
Aeris corruptio maxima Romae multos morte opprimit, 1188. XX.
Aeschillus, five Eschillus Lundenfis in Dania Archiepisc. accipit custodiendum pallium Archiepiscopale a Nicolao Anglico Cardinali Legato primo Suecorum Metropolitanano conferendum, 1148. XI. Petit missionem, & obtinet ab Archiepiscopatu ab Alexandro III. Papa, 1177. XCII. Curam Archiepiscopatus transfert in Absalonem Roschildensem Episcopum *ibid.*
Aetas Caesarii III. Papae, 1191. I.
Affectus parentum, ab Hadriano IV. Papae rigidissime cohibitus, & laudabiliter, 1159. XIX. Item a Leone XI. 1187. XX.
Agareni quali sint usi baptismate; & quare filios suos petant a Christianis baptizari, 1148. XLVI. Divina ultione pereunt, dum conantur demoliri crucem, 1169. XLIV. XLV. Alii ad Christum convertuntur similis poenae timore, *ibid.*
